FRANCISCI MARIÆ

PITONII

ADVOCATI ROMANI,

deinde Epiſcopi Imeriæ,

ET BENEDICTI XIII. PONTIF. MAX.

AUDITORIS;

DISCEPTATIONUM

ECCLESIASTICARUM,

IN QUIBUS

FREQUENTIORA ECCLESIASTICI FORI LITIGIA

Unà cum Decretis tam Datariæ Apoſtolicæ, quàm Sacrarum Congregationum particularium, & generalium, necnon DECISIONIBUS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ continentur.

PARS QUARTA.

Opus non tantùm Judicibus & Curialibus, ſed etiam Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis, apprimè utile ac neceſſarium.

VENETIIS, MDCCXLVI.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in hac Quarta Parte DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM continentur.

DISCEPTATIO CI.

ARGUMENTUM.

IN Eccleſiis Parochialibus pleno jure unitis Monaſterio Regulari, an pertineat ad Epiſcopum, vel Abbatem deputatio, & nominatio Concionatorum, & an competat Epiſcopo in eis jus viſitandi jure Ordinario, vel Delegato, habendi Baldacchinum, Baptizandi, & Chriſmandi una cum aliis dubiis, quæ in corpore ſubalternantur.

DISCEPTATIO CII.

ARGUMENTUM.

Eccleſiæ, & Loca Pia poſſunt abſque Beneplacito Apoſtolico devenire ad reductionem vulgo *sbaſſationem* Cenſuum ſuorum, ſi abſit ſuſpicio fraudis, & actus ſincere, & bona fide expleatur, & auctoritates Doctorum in contrarium reprobantur.

DISCEPTATIO CIII.

ARGUMENTUM.

Defuncto Epiſcopo in Eccleſia, ad quam tranſlatus fuit ex altera, an bona in ejus hæreditate reperta, & acquiſita ex fructibus, & intuitu utriuſque, pertineat ad ultimam, in qua deceſſit, Eccleſiam, vel potius ad utranque, ad intelligentiam *Text. in cap. Cum in officiis de Teſtam.*

DISCEPTATIO CIV.

ARGUMENTUM.

Cura Animarum in Eccleſia Cathedrali non reſidet apud primam Dignitatem, ſed Capitulum, non obſtante quod illa habeat jus aſſiſtendi Matrimoniis, nec proviſio Apoſtolica de hac Dignitate eſt ſubreptitia ob non expreſſam Curam; Et proviſiones Dignitatis cum Commiſſione examinis quando non cenſeantur factæ tanquam de Curata.

DISCEPTATIO CV.

ARGUMENTUM.

Per reſignationem in favorem nulliter factam, Beneficium vacat per obitum Reſignantis, non autem Reſignatarii; & quid ubi reſignatio facta fuiſſet nulliter, ſcienter. *Regula* 32. *Cancellariæ* de conſenſu Cardinalis habet locum in primis Dignitatibus reſervatis, & ceſſat ubi agitur de duabus reſervationibus coæqualibus; Prima Dignitas vacata de menſe reſervato, an habeat duas reſervationes; Indultum Cardinalium de conferendo reſervata, quando locum habeat, vel non propter duas reſervationes, una cum aliis in corpore ſubalternatis.

DISCEPTATIO CVI.

ARGUMENTUM.

In concurſu duarum Eccleſiarum, quarum una ſit Collegiata, & altera Parochialis, quæ dicatur Matrix, ad quam ſpectet antepulſatio Campanarum in die Sabathi Sancti ad intelligentiam Conſtitutionis Leonis X. *Bullar. nov. to. 1. Conſtit. 22. §. 14.*

DISCEPTATIO CVII.

ARGUMENTUM.

Ordinatus per vim, & metum vi conditionali, & cauſativa, licet recipiat characterem, non tamen tenetur ad votum Continentiæ, & an ceſſato metu, & ex quibus actibus inducta cenſeatur ratificatio Ordinationis.

DISCEPTATIO CVIII.

ARGUMENTUM.

Aperitio oris adverſus Breve Apoſtolicum, quando non ſit neceſſaria, & quando ſit concedenda; Per necem proprii Epiſcopi, ſeu Prælati quando Civitas cenſeatur deliquiſſe ad effectum pœnæ Statutæ *in Can. De nos* 25. *quæſt.* 2. vel quando cenſeatur innocens ad effectum obtinendi reintegrationem ſuæ Dignitatis Paſtoralis.

DISCEPTATIO CIX.

ARGUMENTUM.

Quando cenſeatur irrationabile judicium Epiſcopi in prælectione unius facta ad excluſionem alterius inter Approbatos in concurſu, & de circumſtantiis ſuſpectum reddentibus judicium Epiſcopi.

DISCEPTATIO CX.

ARGUMENTUM.

Profeſſio emiſſa in Religione remanet nulla non ſolum ſi probetur facta per vim, ac me-

metum, ſed etiamſi conſtet factum fuiſſe per conſenſum ficta præſtitum ex aliqua honeſta cauſa, dummodo conſtet de fictione in foro externo.

DISCEPTATIO CXI.

ARGUMENTUM.

Agitur de *Regula 4. Cancellariæ* reſervatoria primarum Dignitatum, & de ejus exceptuatione in Concordatis Germaniæ. Examinatur diſpoſitio *Extravag. ad Regimen de Præbendis*, una cum aliis, & præcipue ſuper *regula 4. & 15.* necnon eadem *Extravaganti* occurrentibus dubiis.

DISCEPTATIO CXII.

ARGUMENTUM.

An Prælatus inferior poſſit acquirere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato per præſcriptionem Quadragenariam cum titulo colorato.

DISCEPTATIO CXIII.

ARGUMENTUM.

Regulares, ſeu Eccleſiaſtici in Terris ſuarum Abbatiarum non habent jus prohibendi, & impediendi Territorialibus jus venandi, & piſcandi, & quid ſtante conſuetudine. Probatio Territorii ſeparati ex quibus excludatur.

DISCEPTATIO CXIV.

ARGUMENTUM.

De Indulto Familiarium Papæ quoad facultatem transferendi Penſiones in Clericos, ſeu Clericali charactere inſigniri volentes, & an translatio ejus vigore facta in laicum Clericali charactere inſigniri volentem ſuſtineatur, ſi Translatarius non fuerit effectus Clericus ante obitum Transferentis.

DISCEPTATIO CXV.

ARGUMENTUM.

Vacantia trium menſium conceſſa Canonicis per Sacr. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* locum non habet in Eccleſiis, ubi ex Statuto, vel Conſuetudine minoris temporis vacatio permiſſa reperitur, & an requiratur ad hoc licentia Epiſcopi, & Capituli; Diſtributiones non debentur Canonicis abſentibus tempore hujus vacantiæ.

DISCEPTATIO CXVI.

ARGUMENTUM.

Inter duas Collegiatas præcedentia debetur antiquiori, prout etiam inſigni, non obſtante, quod qualitas Collegialitatis non per Bullam Erectionis, ſed per enunciativas, ſigna, & conjecturas deducatur, & qualia ſint ſigna, & enunciativæ, quæ Collegialitatem concludunt.

DISCEPTATIO CXVII.

ARGUMENTUM.

An Bona aſſignata pro prima Erectione alicujus Commendæ Sacræ Religionis S. Stephani ſint exempta, ſeu potius ſubjecta oneribus Collectarum.

DISCEPTATIO CXVIII.

ARGUMENTUM.

De duplici ſpecie impetrationum, altera objectiva, & altera civili; Epiſcopus habenti duo ſimplicia, ſed inſufficientia, an poſſit tertium conferre Beneficium ſimplex.

DISCEPTATIO CXIX.

ARGUMENTUM.

Facta reſignatione Beneficii in Partibus coram Notario, & Teſtibus, ſi ejus Inſtrumentum exhibeatur in Cancellaria Apoſtolica, & ejus vigore præſtetur conſenſus pro admittenda reſignatione ab aliquo, qui non habeat mandatum ſpeciale ad reſignandum, an tali caſu reſignatio ſit nulla juxta *regul. 45. Cancellariæ.*

DISCEPTATIO CXX.

ARGUMENTUM.

Regula de Triennali, an locum habeat favore Poſſeſſoris, qui proviſus fuit auctoritate Apoſtolica de Dignitate Collegiatæ Inſignis cum Decreto vacationis eo ipſo, ſi intra annum non ſuſceperit gradum Magiſterii in Theologia, vel Doctoratus in Univerſitate approbata; Et an eadem Regula defendat Poſſeſſorem incompatibilium, cum aliis in corpore ſubalternatis.

DISCEPTATIO CXXI.

ARGUMENTUM.

Pactum quod in providenda Eccleſia de Rectore habeatur intuitus ad recomendationem certæ Perſonæ quomodo intelligatur; Locatio ad trienium de bonis Eccleſiæ, & non facta diſdicta cum pacto continuandi de triennio in triennium, an ſubſtineatur abſque Beneplacito Apoſtolico; Nullitas contractus, an poſſit allegari ab alio, quam Eccleſia.

DISCEPTATIO CXXII.

ARGUMENTUM.

Nationalitas requiſita ad Canonicatum Eccleſiæ ex verbis deſignantibus actualem ſubjectionem Perſonæ Judicibus, & Magiſtratibus certæ Regionis non verificatur in Originariis, ſed in Nationalibus Domiciliatis cum habitatione, & ſubjectione perſonali.

Digitized by Google

DISCEPTATIO CXXIII.

ARGUMENTUM.

Quando convocatio Capituli Sede plena fieri ſolet de licentia Epiſcopi, an Sede vacante ſit convocandum Capitulum de licentia Vicarii Capitularis; Jus illud convocandi in defectum Decani, an devolvatur ad ſucceſſivas Dignitates, & Canonicos excluſis eorum Coadjutoribus; An Præſes Capituli teneatur Vicarium Capitularem abſentem certiorare de reſolutionibus Capitularibus una cum aliis dubiis, quæ in corpore habentur.

DISCEPTATIO CXXIV.

ARGUMENTUM.

Vicarius Capitularis, an recuſari poſſit, & competat Capitulo facultas deputandi Arbitros pro recognoſcendis cauſis recuſationis etiam quando Vicarius procedit cum Adjunctis; An iſte habeat jus conferendi Sede vacante Beneficia Juriſpatronatus Jure devoluto.

DISCEPTATIO CXXV.

ARGUMENTUM.

Exemptio ab onere decimarum quæſita per immemorabilem præſcriptionem quoad certa bona alicujus qualitatis non extenditur ad alia in futurum, quæ eandem qualitatem acquiſiverunt; Quis dicatur Decimator univerſalis, & quis particularis; An Epiſcopus habeat cauſam univerſalem decimandi in Diœceſi ubi Parochiæ ſunt diſtinctæ.

DISCEPTATIO CXXVI.

ARGUMENTUM.

In Societate Jeſu tria Vota ſimplicia exacto biennio emitti ſolita non faciunt Profeſſum, ſed Scholaſticum approbatum, qui non reputatur civiliter mortuus ad effectum, ut legitima Matri dicatur, & de differentia renunciationis Bonorum factæ in ſæculo ante ingreſſum in Societatem, & factæ poſt ingreſſum in Societatem juxta ejus Conſtitutiones una cum aliis, quæ in corpore continentur.

DISCEPTATIO CXXVI.

ARGUMENTUM.

Subrogatio gratioſa datur collitiganti ſuperſtiti etiam in juribus defuncti contrariis, & criminoſis quoad ſuperſtitem; An requiratur ad hunc effectum lis ſuper titulo Beneficii, & qualis iſta ſit; Sententia abſolutoria *ex hactenus deductis*, an tollat diffamationem; In Beneficialibus datur multiplicatio titulorum etiam contrariorum.

DISCEPTATIO CXXVIII.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus pro exercendis iis, quæ ſunt Ordinis non poteſt ſe collocare intra Territorium ſeparatum Prælati inferioris, licet in iis ſibi ſubjectum, & ex quibus probetur hujuſmodi Territorium.

DISCEPTATIO CXXIX.

ARGUMENTUM.

Indultum juris nominandi ad Canonicatus conceſſum Univerſitati Studiorum favore ejus Lectorum, derogando Expectativis, an deroget etiam Coadjutoris, & prohibendo reſignationes, comprehendat etiam Coadjutorias.

DISCEPTATIO CXXX.

ARGUMENTUM.

An Procurator conſtitutus ab Abſente ad reſignandum Beneficium in manibus Papæ valide, vel nulliter deveniat ad extenſionem conſenſus, ſi Reſignans accidentaliter de abſente fiat præſens in Urbe, nec revocaverit Procuratorem, ad materiam, & explicationem *regulæ 45. Cancellariæ*.

DISCEPTATIO CXXXI.

ARGUMENTUM.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica licet aquiſita ex præſcriptione ſemper præſumitur reſtricta ad tertiam generationem, nec ejus limites egreditur renovatio facta pro ſe, ſuiſque filiis legitime deſcendentibus, præſertim ſi ita ferat conſuetudo, & quando non competat renovatio.

DISCEPTATIO CXXXII.

ARGUMENTUM.

In emphyteuſi Eccleſiaſtica quomodo probandum ſit dominium directum Eccleſiæ ad illos tres effectus, nempe ſolutionis Canonum, ſolutionis laudemii, & devolutionis.

DISCEPTATIO CXXXIII.

ARGUMENTUM.

An Beneficiatus, contra quem impetratum fuit ab alio Beneficium, lite pendente cum Impetratore poſſit illud reſignare in favorem, & an defuncto Reſignante competat Impetratori ſubrogatio gratioſa; Canonicus Coadjutor quomodo ſit privandus ob non reſidentiam; Epiſcopus ad privandum abſentem ſervare debet Triennium, nec eo durante poteſt procedere ad Cenſuras; Diſpoſitio *Text., in cap. Si Apoſtolica de Præbend. in 6.* an locum habeat in Parochiali vacata juxta Decretum per aſſecutionem incompatibilis.

DISCEPTATIO CXXXIV.

ARGUMENTUM.

Vacatio primi per aſſecutionem ſecundi beneficii incompatibilis non inducitur per ſolam collationem ſecundi, ſed per capturam poſſeſſionis pacificæ, & de duplici ſtylo Datariæ Apoſtolicæ apponendi Decretum *vacationis eo ipſo, & de dimittendo*, & de quo tempore poſſit impetrari primum propter aſſecutionem ſecundi, cum aliis ad materiam *Textus in cap. De multa de Præbend. & cap. Si tibi conceſſo de Præbend. in 6.*

D I.

Digitized by Google

DISCEPTATIO CXXXV.

ARGUMENTUM.

Eo momento, quo Epiſcopus in Conſiſtorio Papæ transfertur ad aliam Eccleſiam, vacat prima, & ceſſant ei fructus, niſi Papa apponat Decretum vacationis a die poſſeſſionis ſecundæ, vel niſi hæc reperiatur occupata ab Hoſtibus.

DISCEPTATIO CXXXVI.

ARGUMENTUM.

Defuncto Epiſcopo Eccleſiæ Cathedralis debitis onerato, an in ſubſidium Creditores ſatisfieri poſſint ſuper Pontificalibus, ſeu Ornamentis, & Paramentis ad cultum Divinum deſtinatis, quæ pertinent ad Cathedralem juxta *Conſt.45. S. Pii V.*

DISCEPTATIO CXXXVII.

ARGUMENTUM.

Capitulum Cathedralis Canonicos, & Beneficiatos, qui ſunt Familiares, & Commenſales, & officiales Epiſcopi expellere non poteſt ab actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, Dignitatis, & juriſdictionis Epiſcopalis, ſecus ubi ageretur de intereſſe tantum particulari, & privato ipſius Epiſcopi.

DISCEPTATIO CXXXVIII.

ARGUMENTUM.

Concurrentibus duobus ad Canonicatum obtinendum in Dataria Apoſtolica, ſi illi conveniant inter ſe, quod quiſquis eorum obtinebit, dabit alteri partem fructuum Canonicatus, an hujuſmodi conventio ſimoniaca, vel non cenſeatur.

DISCEPTATIO CXXXIX.

ARGUMENTUM.

Quindennium non debetur ex onione Beneficiorum facta per Summum Pontificem pro erigendis, & dotandis Canonicatibus Eccleſiæ Collegiatæ.

DISCEPTATIO CXLI.

ARGUMENTUM.

Electio de duobus facta ad Beneficium vacans per majorem partem Capituli in paritate Votorum ſubſtinetur, & judicio Ordinarii præfertur dignior juxta *Text. in Can. Si forte diſt.63.* Capitulum ſe coarctando ad duos in primo Scrutinio electos in paritate Votorum non poteſt variare, ſed tenetur unum ex eis eligere juxta *Text. in cap. Conſtit. 46. de appell.*

DISCEPTATIO CXLII.

ARGUMENTUM.

Quando in Beneficialibus valeat Gratia facta per Papam oretenus, & ſolo ejus verbo abſque Reſcripto, ſeu Signatura ſupplicationis, itaut ut expediri poſſint litteræ in forma *rationi congruis* per Pontificem ſucceſſorem.

DISCEPTATIO CXLII.

ARGUMENTUM.

Cappellania reſidentialis propter onus perſonale Miſſarum, an ſit incompatibilis cum Eccleſia Parochiali, in qua exiſtit, itaut per aſſecutionem Parochialis vacare cenſeatur.

DISCEPTATIO CXLIII.

ARGUMENTUM.

Impetratio Beneficii reſignati ex defectu publicationis non ſubſtinetur ſi Litteræ Reſignationis nunquam fuerint expeditæ, & Reſignatio fuerit ineffectuata; Negativa publicationis, ex quibus probata non dicatur.

DISCEPTATIO CXLIV.

ARGUMENTUM.

An pro retentione penſionis in ſtatu conjugali detur revalidatoria Indulti ad retinendum obtenti tempore non habili poſt matrimonium jam contractum, ſi hoc ſucceſſerit bona fide, & ſub juſta credulitate quod tempore matrimonii Indultum jam fuiſſet obtentum.

DISCEPTATIO CXLV.

ARGUMENTUM.

Regulares licet exercere poſſint officium Executoris Teſtamentarii, non tamen aſſumere poſſunt Officium Gubernatoris Montis multiplici ex Teſtamento ordinati ad commodum Primogenituræ Laicalis, non obſtante in contrarium voluntate Teſtatoris ad materiam *Text. in Can. Cyprianus 21.q.3. & c. Sacerdotibus, & tot. tit. ne Cler. vel Monach. ſecul. neque ſe immiſc.*

DISCEPTATIO CXLVI.

ARGUMENTUM.

An conſtet de Baptiſmo Infantis Hebreæ ex depoſitione mulieris baptizantis; Validus eſt Baptiſmus ei collatus inſciis, & invitis Parentibus Hebræis, quibus reſtituenda non eſt filia baptizata, ſed educanda apud Chriſtianos.

DISCEPTATIO CXLVII.

ARGUMENTUM.

Reſignatio Beneficii, ad cujus Titolum Reſignans eſt ordinatus non abdicat jus ab ipſo, ſi Reſignatarius præmoriatur litteris expeditis, ſed ante captam poſſeſſionem, concurrentibus tamen circumſtantiis, de quibus in corpore.

DISCEPTATIO CXLVIII.

ARGUMENTUM.

Si quis in hæreditate inſtituerit, ſeu vocaverit Animam ſuam, & pro ea Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, an ſucceſſio debeatur Epiſcopo, vel Eccleſiæ Parochiali, vel Eccleſiæ Sepulchrali, ſeu tumulanti.

DI-

DISCEPTATIO CXLIX.

ARGUMENTUM.

Epiſcopo Pontificalia exercenti in Eccleſia Collegiata, quando debeatur aſſiſtentia ab ejus Dignitate, & Canonicis, non autem Dignitatibus, & Canonicis Cathedralis; Quomodo ſedere debeant in Synodo Canonici Cathedralis, & Collegiatæ.

DISCEPTATIO CL.

ARGUMENTUM.

Contra *Regul.8.Cancell.* & Concordata Germaniæ præſcribi non poteſt jus conferendi in menſibus reſervatis in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, non obſtante Immemorabili, & Centenaria.

DISCEPTATIO CLI.

ARGUMENTUM.

Valida eſt diſmembratio fructuum Eccleſiæ Parochialis facta per Papam pro augendis diſtributionibus Eccleſiæ Cathedralis, nec cenſetur revocata per aliam diſmembrationem pro eodem, vel etiam diverſo effectu obtentam, non facta mentione de prima: Pro diſtributionibus Chori permittitur tam diſmembratio fructuum, quam ſuppreſſio Canonicatus.

DISCEPTATIO CLII.

ARGUMENTUM.

Valor Beneficii reſignati ad effectum ſubſtinendi penſionem probatur per Decennium diſtributum per quinque annos ante, & quinque poſt reſervationem penſionis, nec requiritur probatio per Decennium antecedens, niſi quando de tempore impugnatæ penſionis Quinquennium poſt ejus reſervationem non eſſet elapſum.

DISCEPTATIO CLIII.

ARGUMENTUM.

Inveſtitura Emphyteutica Bonorum Eccleſiæ non ſubſtinetur abſque Beneplacito Apoſtolico, niſi concurrat ſolitum concedendi per unam Inveſtituram ſolemnem, aut duas minus ſolemnes, neque una ex his ſuppletur per enunciativas, neque una ſolemnis intelligitur cum Beneplacito præſumpto: Etiam in bonis concedi ſolitis renovatio facienda eſt cum evidenti Eccleſiæ utilitate, & facta præventive durante prima Inveſtitura, an ſubſtineatur.

DISCEPTATIO CLIV.

ARGUMENTUM.

Nova proviſio cum diſpenſatione non conceditur Clerico nulliter proviſo ob irregularitatem contractam ex cauſa homicidii voluntarii: Sententia Judicis Laici, an probet delictum contra Clericum non incedentem in habitu, & tonſura, ſaltem in linea puri facti ad *Text. in cap. At ſi Clericis de Judic.*

DISCEPTATIO CLV.

ARGUMENTUM.

Electio ſubſtinetur non obſtante excluſione vocalis qui proſecutus non eſt contemptum ſuum; Quaſi profeſſio eligendi non acquiritur ex admiſſione ad Capitulum cum proteſtatione. In electione ſecreta vocalis dubius non eſt admittendus etiam cum proteſtatione ad *Text. in cap. Cumana de elect.*

DISCEPTATIO CLVI.

ARGUMENTUM.

Electio Vicarii Capitularis facta ſuffragiis publicis, non autem ſecretis, an ſuſtineatur, ſtante præſertim Conſuetudine immemorabili ita eligendi: Non ſubſtinetur deputatio hujus Vicarii facta per Metropolitanum jure devoluto ob electionem factam per Capitulum cum nullitate excuſabili.

DISCEPTATIO CLVII.

ARGUMENTUM.

Commiſſio, ſeu delegatio Epiſcopi ad viſitandum probatur ex litteris cum ſigillo Epiſcopi: Viſitatores ab Epiſcopo deputati ad Eccleſiam viſitandam poſſunt explere viſitationem perſonalem in alio loco tertio, & extra illam Eccleſiam.

DISCEPTATIO CLVIII.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus non tenetur ad gabellam pro extractione frumenti Menſæ Epiſcopalis debitam Theſaurariis Provinciæ in Statu Eccleſiaſtico, quando illi aſſiſtit Conſuetudo eam non ſolvendi, & an iſta exemptio locum habeat ſi Epiſcopus vendat Frumentum Laico, qui poſtea facit ejus extractionem.

DISCEPTATIO CLIX.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus habet jus conferendi Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ, nec ejus Capitulo competit jus eligendi, & quando ſecus; Privilegium datum Capitulo ſuſcipiendi Canonico cum aſſenſu Epiſcopi, an concedat Capitulo jus eligendi; Ex quibus actibus probetur Conſuetudo conferendi favore Epiſcopi, vel eligendi favore Capituli.

DISCEPTATIO CLX.

ARGUMENTUM.

Ex quibus Cauſis concedenda ſit in aliqua Provincia erectio novæ Cathedralis, & de requiſito dotis, necnon qualitatis Eccleſiæ erigendæ, & loci, ubi facienda eſt erectio, & de conceſſione Iuriſpatronatus ſuper Epiſcopatu erigendo ad materiam *Text. in Extravag. Salvator de Prabend. inter communes.*

IN-

Digitized by Google

INDEX DECISIONUM,

Quæ in hac Quarta Parte

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

continentur,

ADRIEN. Canonicatus. 5. Aprilis 1699. coram Lancetta Diſceptat. Eccleſiaſt. 140. pag. 199.

BONONIEN. CENSUS. 29. Januarii 1723. coram Foſcaro Diſceptat. Eccleſ. 102. pag. 10.

CANARIEN. PENSIONIS. 15. Januarii 1597. 27. Novembris 1598. & 18. Decembr. 1598. cor. Gyptio Diſcept. Eccleſ. 136. pag. 180.

EUGUBINA CANONICATUS. 24. Januarii 1701. coram Pio Diſcept. Eccl. 140. pag. 199.

FLORENTINA CANONICATUS. 12. Martii 1706. coram Lancetta Diſcept. Eccl. 127. pag. 139.

FERRARIEN. CANONICATUS SUPER BONO JURE. 3. Jun. 1726. cor. Cerro Diſceptat. Eccleſ. 159. pag. 302.

JANUEN. PROFESSIONIS. 3. Jul. 1702. coram Molines Diſcept. Eccleſ. 110. pag. 53.

MAJORICEN. SUCCESSIONIS. 13. Februarii 1711. cor. Reverendiſſ. Aldrovando Decano Diſcept. Eccleſ. 148. pag. 237. & cor. Card. Scotto ibid. pag. 239.

ROSSANEN. ARCHIPRESBYTERATUS SUPER REMISSORIA. 19. Jan. 1711. cor. R. P.D. Criſpo Diſcept. Eccl. 152. pag. 261.

TRIDENTINA ARCHIPRESBYTERATUS. 3. Februarii 1727. coram R. P. D. Calcagnino Diſceptat. Eccleſiaſt. 150. pag. 247.

Digitized by Google

DISCEPTATIONUM
ECCLESIASTICARUM
FRANCISCI MARIÆ
P I T O N I I
A D V O C A T I   R O M A N I,
deinde Epiſcopi Imeriæ,
ET BENEDICTI XIII. PONT. MAX. AUDITORIS.

P A R S   Q U A R T A.

CREMEN. JURISDICTIONIS

A R G U M E N T U M.

In Eccleſiis Parochialibus pleno jure unitis Monaſterio Regulari, an pertineat ad Epiſcopum, vel Abbatem deputatio, & nominatio Concionatorum, & an competat Epiſcopo in eis jus viſitandi jure Ordinario, vel Delegato, habendi Baldacchinum, Baptizandi, & Chriſmandi una cum aliis dubiis, quæ in corpore ſubalternantur.

S U M M A R I U M.

1 *Ad Abbatem, non autem Epiſcopum ſpectat deputatio, & electio Prædicatoris Regularis proprii Ordinis in Parochialibus ſuo Monaſterio unitis.*

2 *Nec Epiſcopus aliud jus habet niſi impartiendi benedictionem Concionatori deputato per Abbatem.*

3 *Ad quem ex illis pertineat jus deputandi, & eligendi Prædicatorem, qui ſit Sæcularis, vel alterius Ordinis Regularis,* vide ibi num. 4. 5. 6. 7. & 8.

6 *Jus nominandi, & eligendi Prædicatorem Sæcularem, vel alterius Ordinis Regularem quâ ratione competat Abbati in Parochialibus ſuo Monaſterio unitis.*

7 *Sententia inter alios lata inſervit pro auctoritate doctrinali.*

8 *Modus providendi de Prædicatore in Parochialibus pleno jure unitis Monaſterio Regulari qualis eſſe debeat.*

9 *Abbates non poſſunt in ſuo diſtrictu Abbatiali approbare Confeſſarios, & dare licentiam ut Regulares in aliis, quam ſuorum Ordinum Eccleſiis Conciones habeant.*

10 *Conſuetudo aliquarum Eccleſiarum non facit ſtatum pro aliis.*

11 *Jus nominandi Prædicatorem pertinet ad Regulares in Eccleſiis ſibi unitis, licet Prædicatori eleemoſyna ſolvatur per Communitatem.*

12 *Duo actus clandeſtini non inſerviunt pro conſuetudine.*

13 *Epiſcopus in Parochialibus pleno jure unitis Monaſterio Regulari habet jus viſitandi jure Ordinario in concernentibus Curam Animarum.*

14 *Contrarium, quod competat jure delegato probatur ex Conſtitutione Gregorii XV. & n. 22.*

15 *Regulares tenentur erigere in ſuis Eccleſiis Baldachinum Epiſcopo ibi exercenti Pontificalia.*

16 *Viſitatio non eſt actus Pontificalis, & quales ſint functiones Pontificales.*

17 *Quo caſu Regulares non teneantur erigere Epiſcopo Baldachinum in ſuis Eccleſiis.*

18 *Occaſione Viſitationis Epiſcopi Pontificaliter induti accedunt ad viſitandam SS. Eucharistiam, & adminiſtrant Sacramentum Chriſmatis.*

19 *Abbates S. Salvatoris, & Congregationis Lateranenſis in tribus anni feſtivitatibus Pontificaliter celebrant ſub Baldachino.*

20 *Epiſcopus non poteſt in Eccleſiis Regularium exemptis Chriſmare, limita, & declara, ut num. 21.*

23 *Vicarii Foranei ſunt Delegati Epiſcopi ad certos actus.*

24 *An poſſit Epiſcopus eis delegare intimationem Edictorum pro Parochialibus exemptis.*

25 *Hæc intimatio facienda eſt Abbati tanquam Parocho primario, non autem Vicariis.*

26 *Regulares non poſſunt admittere ad celebrandum in ſuis Eccleſiis Presbyteros Sæculares non habentes licentiam Epiſcopi, vel ab ipſo ſuſpenſos, & prohibitos, & reprobatur* Pellizzar.

27 *Sacerdotes exteri ſine Commendatitiis proprii Epiſcopi nequeunt admitti ab alio Epiſcopo ad celebrandum in ejus Diœceſi juxta Concilium Calcedonen. & Tridentinum.*

28 *Poteſt Epiſcopus prohibere ne Regulares in eorum Eccleſiis eos admittant, niſi prius ab Epiſcopo proviſis Commendatitiis.*

29 *Poteſt Epiſcopus cogere Parochus Regulares ad interveniendum Congregationibus caſuum conſcientiæ.*

30 *Qualis locus debeatur Parochis Regularibus, qui in ſupradictis Congregationibus interveniunt cum Parochis Sæcularibus, & n.32.*

31 *Præcedentia in Synodo præſcripta in Conſtitutione Synodali non extenditur ad præcedentiam in alio loco.*

33 *Epiſcopus ſolum debet nunciare viſitationem per præmonitiones faciendas per litteras ad Parochos,*

34 *Nec debet gravare Populum mittendo Nuncios, ſeu Præcurſores, declara, ut n.35, & diſtingue, ut n.36.*

37 *Epiſcopi in Parochiis Regularium non habent laxum arbitrium ſicut in Parochiis Sæcularibus,*

38 *Epiſcopus prohibere poteſt Abbatibus exercere Pontificalia extra Eccleſias ſibi ſubjectas.*

39 *Abbates poſſunt uti Inſigniis Pontificalibus intra ambitum, vel Parochiam ſibi pleno jure ſubjectam.*

40 *An requiratur ad hunc effectum, quod Regulares in Eccleſiis ſibi ſubjectis habeant Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & n.41.*

42 *Quale in hac materia eſſe debeat Privilegium Abbatum,*

43 *Uſus Pontificalium in Abbatibus intelligitur abſente Epiſcopo, non autem præſente in functionibus.*

44 *Epiſcopo occaſione Proceſſionis veniente ad Eccleſiam Regularium, an ſit erigendum Baldachinum, vel parandum tantum Faldiſtorium.*

DISCEPTATIO CI.

Pullulatis quamplurimis dubiis, quæ reſpiciunt Juriſdictionalia, & præeminentialia inter Curiam Epiſcopalem Cremen. cum Reverend. Abbate, & Canonicis Lateranenſibus S. Benedicti Civitatis Cremen. & commiſſa eorum deciſione Eminentiſſ. & Rev. D. Cardinali Congregationis Lateranenſis Protectori, ex parte Curiæ Epiſcopalis ſcriptis ad defenſam Advocatus de Curia ex pluribus fundamentis inſinuando conſtare de bono jure Rev. Epiſcopi; Ego autem in ſenſu veritatis requiſitus ex parte Rev. Abbatis, ad infraſcripta dubia cenſeo, prout infra, verius de jure reſpondendum, & ſi Judex eſſem, ita judicarem.

1 Et aggrediendo examen prioris dubii materno ſermone concepti = *ſe il Veſcovo pro tempore di Crema poſſa mandare Predicatori nelle Chieſe Parochiali de' Padri Canonici Lateranenſi independentemente da eſſi quando li Parochi non vogliano per ſe ſteſſi predicare in Pulpito nella Quareſima, ed altre ſolennità.*

Sine principio dubitandi negative reſolvo non obſtantibus deductis per defenſorem Curiæ Epiſcopalis; Eccleſiæ enim Parochiales, ad quas Reverendiſſ. Epiſcopus mittere, & deputare prætendit Concionatores ſunt pleno jure unitæ Abbati, & Monaſterio S. Benedicti, ſeu Congregationi Lateranenſi, ut in facto præſupponitur; ideoque procedendo cum diſtinctione, aut Abbas deputare intendit Regularem ſui Ordinis ad effectum prædicandi in eiſdem Eccleſiis, & ad ipſum pertinet electio, & deputatio privative ad Epiſcopum, qui nullum aliud jus arrogare ſibi valet, quam Concionatoribus per Abbatem deputatis Impartiendi benedictionem, juxta claram diſpoſitionem *Sac. Concilii Trident. ſeſſ.5. capit.2. de reformat. verſic. Regulares vero*, ubi cavetur, quod in Eccleſiis ſuorum Ordinum Regulares prædicare poſſint cum ſola licentia ſuorum Abbatis, & prævia tantum benedictione Epiſcopi, ibique notat Barboſ. *n.18. & de poteſt. Epiſc. allegat.76.n.19.* Pignatell. *dec.91. annot.1. n.18.* Novar. *in ſumm. Bullar. part.1. comment.*108.*n.*1. Pellizar. *in Manual. tom.2. tr.8. cap.4. ſect.1. n.2. & 10.* & in puncto Eccleſiarum unitarum Monaſteriis Regularium declaravit Sacr. Congregatio apud Pignatell. *conſult.* 206. *n.70. tom.4.* ibi = *neque ſi Regulares in Parochiali Eccleſia ipſorum Monaſterio unita per Regularem ſui Ordinis prædicare voluerint illius deputatio ad Epiſcopum pertinet, ſed ad Priorem Regularem* = & adeſt Conſtitutio fel. rec. Clement. X. edita de anno 1670. & impreſſa apud Lantuſch. *in Theatr. Regular. in ſupplement. in verb. Privilegium n.1. §. Regulares.* 2

Aut vero Abbas deputare intendit Regularem alterius Ordinis, vel etiam Prædicatorem Sæcularem, & in 3
hoc invenio aliquam dubietatem; Etenim, quod in tali caſu deputatio Concionatoris pertineat ad ſolum Epiſcopum deciſum fuit per S. Congregationem *in una Cremonen.* 14. *Decembris* 1619. *& in Ferrarien.* 23. *Februarii* 1658. prout teſtatur Pignatell. *d. conſult.* 206. *n.70. verſ. at Concionator tom.* 4. ibi = *at Concionator ſive Sæcularis, ſive Regularis alterius Ordinis ab Epiſcopo tantum eſt deputandus.*

Per contrarium vero jus eligendi indiſtincte quemcunque Prædicatorem ſpectare ad Regulares in Eccleſiis ſibi unitis pariter deciſum fuit *in dict. Ferrarien.* 16. *Februarii* 1658. Teſte Pignatell. *conſult.* 31. *num.*5. *tom.* 3. his verbis, *tenendum eſt jus eligendi Prædicatorem ſpectare ad Regulares quatenus Vicarius perpetuus non voluerit, vel non valuerit per ſe concionari, ita declaravit S. Congregatio Concilii in d. Ferrarien.* 16. *Februarii* 1658. *quia Cura habitualis in hujuſmodi Eccleſiis reſidet apud Regulares.*

Hanc quæſtionem Ego habui *in una Fanen. Juriſdictionis* ventilata in Sac. Rotæ Auditorio inter Abbatem S. Paterniani Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris cum Reverendiſſimo Epiſcopo Fanen. ubi quærebatur, an jus deputandi Vicarios amovibiles, necnon Concionatores pro Eccleſiis Parochialibus Monaſterio unitis una cum expeditione Litterarum Patentium ſpectaret ad Epiſcopum, vel Abbatem, & Sac. Rota in pluribus diſputationibus deſuper habitis, reſolvit, tam jus deputandi Vicarios ſpectare ad Abbatem cum licentia Epiſcopi in ſcriptis pro exercenda Cura Animarum, quam jus deputandi, ſeu nominandi Prædicatores ad eundem Abbatem pertinere, conceſſa tantum Epiſcopo facultate illis impartiendi benedictionem, inhærendo reſolutioni S. Congregationis *in d. Ferrarien.* relata per Pignatell. *dict. conſult.* 31. *num.* 5. *ubi ſupra*, prout in deciſionibus *Fanen. Juriſdict.* 21. *Februar. & 16. Junii* 1704. *utrobique, § final. cor. Eminent. Scotto, & 5. Junii* 1705. *§. Quo vero, coram bon. mem. Caffarello.*

Mihi autem reflectenti ad veritatem, videtur utramque opinionem poſſe de facili conciliari, quoniam deciſiones Sac. Rotæ *in Fanen. ubi proxime*, necnon reſolutio S. Congregationis in *dicta Ferrarien.* loquuntur de ſimplici jure nominandi, & præſentandi, ſeu eligendi Concionatores; Reſolutio vero Sacræ Congregationis *in Cremonen.* loquitur de jure deputandi, & conſequenter concludo, quod ubi Abbas Conciones expleri velit per Regulares alterius Ordinis, vel Sæculares, ſpectet ad Epiſcopum eos deputare, ad nominationem tamen, & præſentationem Abbatis, ſeu ſpectet ad Epiſcopum dare licentiam prædicandi, necnon benedictionem iiſdem Concionatoribus nominatis per Abbatem, de qua nominatione, ſeu præſentatione Epiſcopus mentionem facere debet in ſuis litteris, cum incompatibilis non ſit deputatio Epiſcopi cum nominatione Superioris Regularis, ut in reſolutione S. Congregationis Epiſcoporum, & Re-

gula;

gularium *in Alatrina* 3. *Julii* 1693. apud Monacell. *in*
formul. for. Eccleſ. part. 1. *tit.* 12. *formul.* 7. *n.* 3. *&* 4. &
idem *part.* 2. *tit.* 13. *formul.* 8. *n.* 2.

Ratio quare competat Regularibus jus præſentan-
6 di, ſeu nominandi, & eligendi Prædicatores ea eſt,
quod Eccleſiæ ſunt ipſis pleno jure ſubjectæ ratione
unionis, cujus vigore, ſicut ad ipſos pertinet nomi-
nare, ſeu præſentare Vicarios ad Curam Animarum,
quibus Epiſcopus prævio examine concedit licentiam
hujuſmodi Curam exercendi, & adminiſtrandi Sacra-
menta in Populum, in quo conſiſtit Inſtitutio autoriz-
zabilis ex decreto S. Congregationis apud Florez. *de*
Mena var. reſol. lib. 1. *q.* 10. *n.* 26. Garz. *de benefic.*
part. 1. *cap.* 2. *num.* 93. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3.
cap. 6. *n.* 63. Corrad. *in prax. part.* 2. *reſol.* 293. *n.* 5.
verſ. advertere Rot. *in d. Fanen. Juriſdict. ubi ſupra*,
ita etiam pertinet ejus nominandi Prædicatores, cum
officium prædicandi ſit pars Curæ Animarum, & de
pertinentibus ad illam, unde qui nominat Vica-
rium, ſeu Curatum in propriis Eccleſiis, nominare
etiam debet Prædicatorem ſupplentem officium Cura-
ti, cum jus nominandi in utroque caſu proveniat ex
radice unionis, & proprietatis Eccleſiarum ſpectan-
tium ad Regulares, apud quos reſidet Cura habitualis,
ſi Vicarii ſint perpetui, necnon habitualis, & actualis
ſi illi ſint temporales, ſeu amovibiles ad nutum, Rot.
dec. 204. *n.* 5. *verſ. ſed Eccleſia part.* 2. *& dec.* 485. *n.* 21.
part. 4. *tom.* 2. *& dec.* 330. *n.* 23. *&* 24. *part.* 7. *tom.* 1.
recent. reſervata Epiſcopo non ſolum benedictione,
ſed etiam per actum deputationis conceſſione licen-
tiæ prædicandi in Populum ſibi ſubjectum reſpectu
Canonicatorum, qui ſunt Regulares diverſi Ordinis,
vel Sæculares.

Et in ſpecie, quod in his Eccleſiis Regularium per-
tineat ad Abbatem nominatio Canonicatorum, ad
Epiſcopum vero conceſſio licentiæ, & benedictionis
7 Concionatoribus ab eo nominatis, pronunciavit per
ſententiam A.C. Cerrus *in Peruſina* inter Epiſcopum,
& PP. Benedictinos ſub die 27. Auguſti 1707. ibi, *Sen-*
tentiamus facultatem impartiendi benedictionem, &
licentiam prædicandi, &c. Regularibus tamen diverſi
Ordinis nominandis ſeu deputandis per Abbatem præ-
dictum eandemque licentiam non habentibus competiiſ-
ſe, & competere Illuſtriſſ. D. Epiſcopo, non autem Rev.
D. Abbati dicti Monaſterii, quæ ſententia Inſignis, &
doctiſſimis Judicis inter alios lata inſervit ad com-
probationem, & auctoritatem doctrinalem, ut ex
Cæpol. *conſ.* 18. notat Barboſ. *axiom.* 86. *n.* 3. & Ego
ſcripſi *contr. Patron. alleg.* 52. *n.* 20.

Modus ergo providendi Eccleſiis de Prædicatoribus
8 talis erit, ſi enim Abbas vult deputare Regulares ſui
Ordinis, expediet litteras patentes, in quibus dicet
= *Eligimus, & deputamus ad Eccleſiam Parochia-*
lem N. N. noſtræ Congregationis pleno jure ſubje-
ctam = Epiſcopus autem ſic electo, ſeu deputato ſuam
benedictionem impartiri debet, & nihil aliud. Quo
vero ad Prædicatores alterius Ordinis, ſive Sæcula-
res Abbas dabit illis litteras patentes dicendo, *no-*
minamus, ſeu præſentamus, quibus exhibitis Epiſcopo,
iſte eas dimittet in ejus Cancellaria, ut ubi rema-
neant ad publicum documentum, & dabit ſuas Pa-
tentes Præſentato, ſeu nominato per Abbatem, in
quibus exprimenda erit nominato, ſeu præſentatio
Abbatis, & faciet deputationem, ſeu licentiam præ-
dicandi in Populum, illique benedictionem impartie-
tur, ſuper qua neceſſitate dimittendi Patentes Abba-
tis in Cancellaria, & exprimendi in Patentibus Epiſ-
copi nominationem, ſeu præſentationem Abbatis
extat reſolutio S. Congregationis Concilii *in Sutrina*
Concionatoris 8. *Maii* 1688. ut in Regeſto ejuſdem
Congregationis *lib.* 38. *fol.* 222. *a tergo*.

Non obſtant ea, quæ deducuntur in informatione
data ex parte Curiæ Epiſcopalis ubi prætenditur Abba-
tem non poſſe concedere licentiam prædicandi, ſed
hanc ſpectare ad Epiſcopum *ex deciſion.* 45. 46. *&* 47.
9 *poſt* Tamburin. *de jur. Abbat.* hujuſmodi enim deciſio-
nes loquuntur de articulo totaliter diverſo, & extra-
neo, ſcilicet, an Abbates, ſeu Prælati inferiores poſ-
ſint in ſuo diſtrictu Abbatiali approbare Confeſſarios,
& concedere licentiam Regularibus, ut in aliis,
quam ſuorum Ordinum Eccleſiis Conciones habeant,
ubi refert Sac. Congregationem Concilii negative reſ-
pondiſſe, niſi Abbates eſſent nullius Diœceſis ha-
bendo juriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio ſe-
parato.

In præſenti autem hujuſmodi deciſiones nihil appli-
cantur, dum Abbas noſtri Monaſterii non prætendit
dare licentiam prædicandi Regularibus in Eccleſiis
non ſuorum Ordinum, ſed in Eccleſiis propriis, ubi
habet facultatem deputandi, & dandi licentiam ſuis
Regularibus, ut ibi Conciones habeant cum ſola be-
nedictione Epiſcopi, reſpectu autem Regularium al-
terius Ordinis, necnon Sæcularium non prætendit da-
re licentiam prædicandi in eiſdem ſuis Eccleſiis, ſed
tantum habere jus nominandi, ſeu præſentandi reſer-
vata Epiſcopo conceſſione licentiæ ad prædicandum,
necnon benedictionis, quæ omnia ſibi licent ex *Doctri-*
nis ſuperius adductis.

Prima circumſtantia, quod juxta praxim aliarum
Parochialium Diœceſis, & ſignanter Unius unitæ Con-
gregationi Ciſtercienſi, deputatio Prædicatorum fiat
ab Epiſcopo, reſpondeo incognitam mihi eſſe hanc
praxim, in quibus terminis, & circumſtantiis ſe ha-
beat, & propterea pro nunc ſufficit dicere, quod exem- 10
plis non eſt judicandum, neque conſuetudo aliquarum
Eccleſiarum facit ſtatum pro aliis *Text. in Can. illud diſt.*
12. *ubi gloſ. in verb. contrario more, & in capit. ſuper*
eo in verb. vicinis de cenſib. Rot. *cor. Cavaler. deciſ.* 95.
ſub num. 2. *&* 3. *& deciſ.* 28. *num.* 6. *cor. Carsl. & in*
Hiſpalen. juris vocandi 29. *Martii* 1700. §. *Minus ob-*
ſtat, cor. Eminentiſſimo Caprara, & in Caſtellana
aperitionis Oris 19. *Octobris* 1703. §. *Abſque eo quod,*
cor. bo. me. Molines.

Altera circumſtantia, quod ſtipendium Prædicato-
rum ſolvatur per Communitates Sæculares nihil con-
cludit, dum incompatibile non eſt, quod Commu-
nitates ſolvant ſtipendium Prædicatoribus, & tamen,
ex quo iſti prædicare debent in Eccleſia propria Regu- 11
larium jus nominandi pertineat, ad eoſdem Regulares,
& retorquetur reſolutio S. Congregationis Epiſcopo-
rum, & Regularium in *Alatrina* 3. *Julii* 1693. apud
Monacell. *in formul. for. Eccleſ. part.* 1. *tit.* 12. *formul.*
7. *num.* 3. *&* 4. ubi quod ſpectat ad Epiſcopum depu-
tatio Prædicatoris, quamvis ejus nominatio pertineat
ad Generalem Religionis in ejus Eccleſia *pro commodi-*
tate Univerſitatis, quæ Eleemoſynam ſolvat. Ergo jus
nominandi ſpectat ad Regulares in Eccleſiis propriis
licet Univerſitates Eleemoſynam ſolvant.

Obſervantia, quæ ſupponitur favore Epiſcopi in ſo-
la Eccleſia Parochiali Ombriani per duos ſimplices a-
ctus an. 1696. & 1708. nullius relevantiæ apud Me
eſt, dum agitur de duobus actibus factis ad inſtan-
tiam Communitatis, & omnino ineffectuatis, & ema-
natis abſque ſcientia, & patientia Abbatis; Cumque
omnes actus cæterorum annorum ante, & poſt ſint
in contrarium, tam pro Eccleſia Ombriani, quam
aliis, nullum propterea fieri valet fundamentum ſu-
per duobus actibus clandeſtinis, qui nec etiam in-
ſervire valent pro conſuetudine requirente curſum
quadragenarium cum multiplicitate actuum, & una 12
cum qualitate coactiva Gratian. *diſcept.* 398. *n.* 10.
Adden. ad Greg. *dec.* 162. *lit. C.* Pignat. *conſult.* 88. *n.*
4. *tom.* 4.

Secundum dubium eſt. *Se al Veſcovo in tempo di*
Viſita debba alzarſi il Baldachino ſopra la Sedia Pon-
ficale, e debba eſſer ricevuto con tutte le formalità, & 13
honori preſcritti dal Pontificale, o ſia in arbitrio del
medeſimo amminiſtrare il Sagramento della Creſima
nelle Parochiali loro unite ſenz' eſſerle impedito di far
la viſita ſecondo il praticato.

In hoc dubio cadit difficultas circa viſitationem, 14
quam Ego ſuppono prætendi ab Epiſcopo ſolum
in concernentibus curam Animarum, & admini-
ſtrationem Sacramentorum, & hoc præſuppoſito
adhuc Abbas impugnat admittere Epiſcopum *ju-*
re ordinario, quia ſupponit ipſum non poſſe vi-
ſitare niſi *tamquam Delegatum Sedis Apoſtolicæ*,
per contrarium vero Curia Epiſcopalis reſpon-
det, quod reſpectu Eccleſiarum Parochialium ſpe-
ctantium ad Regulares Juriſdictio Epiſcopi eſt Or-

dinaria, & non delegata quoad Viſitationem in iis, quæ reſpiciunt Curam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, juxta opinionem S. Rotę in *Firmana Juriſdiction.* 11. *Maii* 1700. §. *Ac Domini*, & §. *Hancque Juriſdictionem*, *cor. bo. me. Molines*, & decretum S. Congregat. Concilii 19. Septemb. 1625. impreſſum apud Barboſ. *tot. dec.* 125. *poſt n.* 42. *in reſponſionem ad quartum*, & modernum Monacell. *in formul. for. Eccleſ. tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 1. *n.* 88.

Contrarium tamen video fuiſſe determinatum per Conſtitutionem ſan. mem. Gregorii XV. incipien. *inſcrutabili* editam nonis Februarii anni 1623. in ſequelam reſolutionis S. Congregationis Concilii 17. Decemb. 1722, ut videre eſt apud Fagnan. *in cap. cum Cappella n.* 28. & *ſeqq. de privilegiis*, ubi Statutum fuit quod Regulares = *in his, quæ ejuſmodi Curam, ſeu adminiſtrationem concernunt omnimodæ Juriſdictioni viſitationi, & correctioni Diœceſani Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati pleniſſime in omnibus ſubjiciantur* = Novat. *in ſumm. Bullar. tom.* 1. *commen.* 55. *n.* 7. & *comment.* 106. *n.* 1. & comprobat alia Bulla S. Pii V edita pro militibus S. Joannis Hieroſolymitani apud Piaſec. *in prax. Epiſc. part.* 2. *cap.* 3. *tit. de Viſit. Regular. n.* 28. ibi = *Volumus autem, quod Epiſcopi, &c. viſitationem hujuſmodi, & prædicta omnia tanquam Delegati Sedis Apoſtolicæ, &c. faciant*, & reſolvit Sacr. Congregatio *in Veronen.* ut habentur infra, & proinde cenſeo admittendum eſſe Epiſcopum ad viſitationem Parochialium cum expreſſione *ad formam Conſtitutionis inſcrutabili* ſa. me. Gregorii XV. neque hoc impugnare valet Epiſcopus, dum talis Conſtitutio edita fuit in declarationem Sac. Concilii Tridentini, nihil ordinando de novo, ut inquit Lotter. *de re beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 58. & Sac. Congregatio apud Fagnan. *ubi ſupra ſub nu.* 30. *in reſponſione ad ſecundum*.

Alia difficultas intrat circa Baldachinum, quod ſibi
15 erigendum eſſe prætendit Epiſcopus tempore viſitationis; Etenim obligatio Regularium circa erigendum Epiſcopo Baldachinum in ſuis Eccleſiis reſtringitur, quando Epiſcopus intendit exercere Pontificalia, juxta decretum S. Congregationis editum de mandato ſa. me. Clementis VIII. & impreſſum apud Donat. *in prax. quæſt. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 13. *de exempt. Religioſor. quæſt.* 74. *n.* 7. ibi = *Eo duntaxat tempore, quo Pontificalem hujuſmodi functionem exercebunt, vel dum actus ipſe, cum in Pontificalibus aderunt, peragetur*, & tradit ibi Donat. *n.* 8. Ceſpedes *de exempt. Regular. dub.* 222. *n.* 1. *in fin.* Novar. *in Summ. Bullar. par.* 1. *comm.* 19. Nicol. *in floſcul.* in *verb. Baldachinum n.* 2. Matheuc. *in Offic. Curiæ Regul. c.* 16. *n.* 24. & 25. Viſitatio autem non
16 eſt actus Pontificalis, quia Pontificales actus ſunt Chriſmare, Ordinare, Conſecrare, & ſimilia, ut advertit Lezzan. *in Summ. q. Regular. in verb. Baldachinum n.* 4. Ergo tempore viſitationis nulla videtur ineſſe Regularibus obligatio erigendi Baldachinum in eorum Eccleſiis.

Ulterius obligatio erigendi Baldachinum Epiſcopo
17 locum non habere in illis diebus, in quibus Abbas habeat privilegium, ut ſub Baldachino, & cum Pontificalibus celebret, advertunt Ceſped. *de exempt. Regul. dub.* 222. *n.* 2. Pellizzar. *in Manual. tom.* 2. *tr.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 2. *n.* 94. Donat. *in prax. Regular. tom.* 1. *p.* 2. *tract.* 13. *q.* 76. *n.* 2.

Verum in hac difficultate obſervo, quod occaſione
18 viſitationis Epiſcopi Pontificaliter induti accedunt ad viſitandam Sacroſanctam Euchariſtiam in Eccleſiis, & ſimul adminiſtrant Sacramentum Chriſmatis, ut apud Gavant. *in prax. viſit.* §. 8. *n.* 9. & 13. an autem Abbati competat Privilegium celebrandi in aliquibus diebus ſub Baldachino, eſt mihi incognitum, invenio tamen, quod in tribus anni feſtivitatibus Ab-
19 bates S. Salvatoris, & Congregationis Lateranenſis poſſint ſolemniter, & ſub Baldachino Pontificaliter celebrare, apud Pellizzar. *in Manual. tom.* 2. *tr.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 2. *n.* 93. *fol. mihi* 622.

Tertia difficultas oritur circa jus adminiſtrandi Sa-
20 cramentum Chriſmatis in Eccleſiis Parochialibus Regularium, quoniam cum iſtæ ſint exemptæ a Juriſdictione Epiſcopi, non eſt ei licitum aliquem ibi Chriſmare, quia Chriſma habet mixturam Juriſdictionis, & Officii Epiſcopalis, ut tradunt Novar. *in Sum. Bullar. part.* 1. *d. comment.* 19. *n.* 8. Donat. *in prax. qu. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *tr.* 13. *q.* 74. *n.* 9. Ceſpedes *de exempt. Regular. dub.* 77. *n.* 1. *verſ. negative*, Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 109.

Verum hæc propoſitio locum habet quoad Eccleſias Regularium, in quibus Cura Animarum non exercetur, ſecus quoad Parochiales eiſdem Regularibus 21
ſubjectas, ſeu unitas, in iis enim Epiſcopus poteſt invitis etiam Regularibus Baptizare, & Chriſmare, ut reſolutum fuit per S. Congregationem Concilii in *Brixien.* 9. *Junii* 1657. *apud* Pignatell. *conſult. Canonic. tom.* 10. *conſult.* 106. *n.* 21. & 22.

Ex quibus ad huc ſecundum dubium puto concludendum, Abbatem teneri admittere Epiſcopum 22
ad Viſitationem Parochialium, de quibus agitur ad formam Conſtitutionis *inſcrutabili* Gregorii XV. ut ſuperius dixi, & declaravit Sacr. Congregatio *in Veronen.* 29. Julii 1628. ibi = *In Viſitatione Parochialium ſubjectarum Monachis Olivetanis debere exprimere ſe id facere tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum*, & in Bulla S. Pii V. edita pro militibus Hieroſolymitanis apud Piaſec. *in prax. part.* 2. *c.* 3. *de Viſitat. Regular. ſub numer.* 28. occaſione autem Viſitationis teneri Epiſcopo erigere Baldachinum quoties ibi Epiſcopus Pontificaliter celebrat, aut Pontificalia exercet ſeu ad formam decreti Clementis VIII. impreſſi apud Donat. *ubi ſupra q.* 74. *n.* 7. exceptis tamen diebus, in quibus Abbas Pontificaliter celebrare poteſt, & eſſe in ipſius Epiſcopi arbitrio Chriſmate in iiſdem tantum Eccleſiis, quæ ſunt Parochiales.

In tertio dubio quæritur = *Se il Veſcovo poſſa obligare li Parochi Lateranenſi ad ubbedire agl' Editti, & Ordini circolari tanto ſuoi, come del di lui Vicario Generale notificati a detti Parochi Lateranenſi de' Vicarii foranei in materie appartenenti alla Cura dell' Anime*, & quoad ſubſtantiam nulla cadit difficultas ſuper affirmativa reſolutione, ſolumque Abbas duo poſtulat circa modum, alterum ſcilicet, quo Edicta, & Ordines circulares reſpicientes Curam Animarum debeant intimari ab Epiſcopo, ſeu ejus Vicario Generali, non autem a Vicariis foraneis, iſti enim non faciunt idem 23
Conſiſtorium cum Epiſcopo, ſed ſunt ejus Delegati ad certos actus, Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 23. *n.* 1. & *ſeqq.* & *lib.* 2. *q.* 22. *n.* 14. neque idcirco congruum videtur, quod Edictorum intimatio ſit deleganda 24
hujuſmodi Vicariis in materia, ubi Regulares recognoſcunt ipſam perſonam Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ut in ſimilibus reſolvit Sacra Congregatio apud Fagnan. *in cap. quoniam n.* 43. *de offic. Delegat.* Monacell. *in formul. for. Eccl. par.* 1. *tit.* 1. *formul.* 4. *n.* 8.

Alterum vero, quod Edicta, & Ordines circulares ſint intimanda etiam Abbati, allegando rationem, 25
quod ipſe eſt Parochus primarius, Ceſped. *de exempt. Regular. dub.* 172. *n.* 3. & ad ipſum pertinet recognoſcere, an contenta in Edictis reſpiciant Curam Animarum, vel excedant modum, alias facta notificatione ſolis Parochis, ſeu Vicariis Parochialium ſequi poteſt, quod iſti in præjudicium Abbatis obediant, ubi obedire non debent, præſertim quia hujuſmodi Miniſtri aliquando præſtant obedientiam Epiſcopo, aut nimiam, aut nullam, tanquam aut nimis prompti, aut nimis tardi.

Quartum dubium eſt = *Se nelle Chieſe dei Canonici Lateranenſi debba egli vietare, che non s'ammettano alla celebratione Cappellani, che non abbino* 26
le Dimiſſoriali della Curia Epiſcopale, e molto meno ſe foſſero dalla medeſima ò ſoſpenſi, ò in altro modo proibita loro la celebrazione.

Quamvis in hoc articulo Pellizzat. *in Manual. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 2. *n.* 85. indubitative credat, quod Regulares poſſint in propriis Eccleſiis Sacerdotes ſæculares admittere ad celebrandum contra prohibitionem Ordinarii, ob praxim, quam ſupponit in pluribus locis, attamen contrarium eſt verius, ut reſolvit Sacra Congregatio Concilii *in Bononien.* 2.

Julii

Digitized by Google

Julii 1620. in reſponſione ad duodecim dubium, ubi quærebatur, *an Religioſi poſſint admittere ad celebrandum in ſuis Eccleſiis Presbyteros extraneos non habentes licentiam a Sua Illuſtriſſima Dominatione, vel ejus Vicario, ſi hoc prohibitum ſit ab eodem Illuſtriſſimo*, & reſponſum fuit, *Non licere Regularibus in ſuis Eccleſiis ad celebrandum admittere Presbyteros ſæculares contra prohibitionem Illuſtriſſimi Archiepiſcopi*, ut legere eſt *apud* Pyrrin. *ad Conſt. Minimor. Conſt.* 7. S. Pii V. §. 10. *n.* 12. & 13. *Ceſped. de exempt. Regul. dub.* 99. *n.* 2. *verſ. ſed vero adeſt*, Donat. *in prax. qu. Regular. tom.* 3. *tract.* 12. *quæſt.* 94. *n.* 2.

Proinde ad formam hujor reſolutionis reſpondeo,
non licere Abbati in Eccleſiis, de quibus agitur admit-
tere ad celebrandum Sacerdotes quoſcumque contra
prohibitionem Epiſcopi, quod ſine ejus licentia nul-
lus Sacerdos celebrare valeat in Eccleſiis ſuæ Diœceſis,
& multo magis ſi agatur de Sacerdotibus ſuſpenſis, aut
celebrare prohibitis, idque dixi contra Sacerdotes quo-
ſcumque, nempe etiam exteros, qui cum ſine litteris
27 commendatitiis propriorum Ordinariorum nequeant
admitti ab ullo Epiſcopo ad celebrandum in ejus Diœ-
ceſi, juxta *Concil. Chalcedonen. in Can. extraneo diſt.*
71. & *Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 16. *de reform.* idcirco
poteſt Epiſcopus prohibere, ne Regulares in eorum
28 Eccleſiis admittant hujuſmodi Exteros ad celebrandum,
niſi prius ab ipſo Epiſcopo viſis litteris commendatitiis
licentiam obtinuerint, Barboſ. *ad Concil. d. ſeſſ.* 23.
c. 16. *n.* 9. & *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 21. *n.* 8. Ricc.
dec. Curiæ Archiepiſc. 498. *part.* 4. Pax Jordan. *tom.* 2.
lucubr. libr. 7. *tit.* 14. *n.* 158. Nicol. *lucubr. jur. Canon.
libr.* 3. *tit.* 3. *de Regul. n.* 15. Moden. P. Matteucc. *in
Official. Cur. Regul. cap.* 6. *n.* 8. ubi refert S. Congre-
gationem S. Officii declaraſſe *ſub die* 11. *Auguſti* 1649.
intimandum eſſe Superioribus Religionum, quod
mandent ſuis ſubditis, ne admittant ad celebrandum
in eorum Eccleſiis Sacerdotes ſæculares, niſi viſis lit-
teris teſtimonialibus ſubſcriptis a Vicario Generali,
ſeu Foraneo Epiſcopi Loci.

Diſputatur in quinto dubio = *Se il Veſcovo poſſa*
29 *obligare li Parochi Lateranenſi ad intervenire nella
Congregazione de' caſi di Coſcienza, che ſi fanno ogni
meſe, e di farle in caſa propria, quando loro tocca.*

Quidquid dixerit pro negativa opinione Ceſped. *de
exempt. Regul. dub.* 575. certum eſt Epiſcopum poſſe
cogere etiam Parochos Regulares ad interveniendum
Congregationibus Caſuum Conſcientiæ, eaſque etiam
tenendum domi propriæ, quando viciſſim fieri ſolent
nunc domi unius, nunc alterius Parochi, juxta reſo-
lutiones Sacr. Congregationis apud Nicol. *in Floſcul.
in verb. caſus conſcientiæ n.* 4. Lezzan. *qq. Regular. to.* 1.
part. 1. *cap.* 13. *n.* 44. Gavant. *in Manual. in verb. Pa-
rochorum munera n.* 27.

Quæſtio eſt circa locum aſſignandum Parochis Re-
gularibus, & in hoc Defenſor Curiæ Epiſcopalis re-
ſolvit, quod cum Regulares ſint ad nutum amovibiles,
30 & jure alieno, ſeu Vicario, non autem proprio Cu-
ram exercentes, ſint poſtponendi aliis omnibus Paro-
chis ſæcularibus, & perpetuis, qui poſſident Paro-
chias in Titulum, & nomine ſuo juxta Statutum Cle-
ri Romani *cap.* 2. §. 8. relatum apud Pignatell. *conſult.*
21. *n.* 20. *tom.* 6. quod debet eſſe regula etiam pro cæ-
teris Eccleſiis extra Urbem, ac juxta diſpoſitionem Ju-
ris communis, de qua Pignatell. *conſult.* 172. *num.* 14.
tom. 9. & *d. conſult.* 21. *n.* 2. & *ſeqq. tom.* 6. & Sacr.
Congregatio Concilii *in Comen.* 7. *Februarii* 1705. *in
reſponſione ad ſecundum dubium.*

Opponitur ex parte Abbatis Conſtitutio Synodalis
31 Epiſcopi Zoili, qua cautum fuit Parochos Lateranen-
ſes in Synodo locum habere debere inter alios Paro-
chos, juxta antianitatem, ſed hæc regula ſtabilita
quoad præcedentiam in Synodo non videtur exten-
denda ad præcedentiam in Conferentiis Caſuum Con-
ſcientiæ, quando diſpoſitio Juris eſt in contrarium,
contra quam non fit extenſio de caſu ad caſum, ut
tradunt Mafirill. *de Magiſtr. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 36. *a*
Ponte *dec.* 8. *n.* 2. Panimoll. *dec.* 1. *annot.* 2. *num.* 17.
ubi in terminis præcedentiæ.

Verum adeſt reſolutio Sac. Congregationis Rituum,
32 quam refert Gavant. *in Manual. in verb. præcedentia
in addit. n.* 31. ibi: = *Inter plures Parochos, ſive Re-
gulares, ſive ſæculares attenditur prærogativa Eccleſia-
rum, non Regula* = Barboſ. *in Summ. Apoſtolic. dec. in
ver. Parochus quoad præcedentiam n.* 5. & *de offic. Pa-
roch. cap.* 9. *n.* 12. ubi refert ita deciſum in *Aſten.* 21.
Martii 1609. Si ergo attenditur prærogativa Eccleſia-
rum, utique præcedentia non regulabitur amplius ex
qualitate Perſonæ Regularis, & ad nutum amovibi-
lis, & ſpectabitur ſola prærogativa Eccleſiarum, in
quo tamen Ego nihil affirmo.

Sextum ſe ſe offert dubium, ubi quæritur = *Se in
tempo della Viſita poſſa obligare li Parochi Lateranenſi
ad ammettere li Precurſori nelle loro Parochie dando-* 33
*li l'alloggio per in breve tempo, che ivi dimoreranno
per occaſione di fare le loro funzioni.*

In hac quæſtione invenio, quod de Jure commu-
ni Sacrorum Canonum Epiſcopus ſolum debet nun-
ciare Viſitationem mediantibus præmonitionibus fa-
ciendis per litteras ad Parochos, ut Viſitandi poſſint
ſe præparare, ut apud Gavant. *in prax. Viſitat.* §. 4. *n.* 2.
Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 73. *n.* 50. Fuſcu. *de Viſit.
lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4. Salodius *de Viſit p.* 1. *c.* 6. *verſ. Litteræ Pa-
ſtorales*, Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 16.

Et propterea cum hæc nunciatio Viſitationis fieri 34
poſſit per epiſtolas ſine expenſis, non eſt gravandus Pa-
rochus, ſeu Populus in excipiendis Nunciis, ſeu Præ-
curſoribus, qui adventum Viſitationis annuncient, ut
firmat Ventr. *in prax. p.* 2. *annot.* 24. §. 2. *num.* 19. *in
fin.* ibi = *Nuncius, qui mittitur ante diem, qui adven-
tum Viſitatoris annunciet Viſitatis dignus eſt mercede,
& illa ſolvi debet a Viſitatis* Mantiqu. *q. Moral p.* 1.
qu. 80 *per totum, quod non quando nunciatio commode
fieri poteſt per litteras ſine expenſis.*

Bene verum eſt, quod poteſt Epiſcopus delegare
unum, vel plures Sacerdotes ad Oppida præcipue inſi-
gniora ad audiendas confeſſiones cum facultate, abſol- 35
vendi, a Cenſuris, & a Caſibus reſervatis, & ad diſ-
ponendum Populum pro profectu viſitationis, aliaque
facienda juxta mandatum ipſius Epiſcopi, ut inquit
Salod. *de Viſit. p.* 1. *cap.* 6. *verſic. delegatio*, & concor-
dat Pax Jordan. *tom* 2. *lucubr. lib* 7. *tit.* 1. *n.* 14. ubi
quod ſalutare conſilium erit Theologum Epiſcopalem,
Archidiaconum, ſive alium, Concionatores, & Con-
feſſarios pro locorum magnitudine, ac Diœceſis la-
titudine opportunos ad loca viſitanda præmittere, ut
diſponant Fideles ad ſuſcipiendum Viſitatorem, &
viſitationem cum fructu majori, exemplo Salvatoris
Luc. *c.* 10. qui binos præmiſit diſcipulos ſuos in omnem
Civitatem, & locum, quo erat ipſe venturus, *ex*
Gavant *in Prax. Viſit.* §. 4. *n.* 3. ibi = *præmittat Epi-
ſcopus ſi opus eſt Concionatores, & Confeſſarios, &
Cæremoniarum Magiſtrum.*

Diſtinguendo igitur dico, quod aut Præcurſores, 36
quos mittere intendit Epiſcopus, ſunt Nuncii ad an-
nunciandum adventum Viſitatoris, & non tenentur
Parochi Regulares ad eos excipiendos, & hoſpitan-
dos, quia ſine expenſis id fieri poteſt per Epiſtolas,
juxta doctrinam Ventrigl. *ubi ſupra* aut vero ſunt
Concionator, & Confeſſarius, ut diſponant Popu-
lum ad profectum Viſitationis, & hoc Epiſcopo non
permittitur, niſi cum diſcretione, & habito reſpectu
ad circumſtantias, quando ex. gr. ageretur de Oppidis
inſignioribus, ut ait Salod. vel magnitudine locorum,
juxta verbis Pacis Jordani, & in ſumma, quando opus
eſſet præmittere hujuſmodi perſonas, ut inquit Gavant.
ubi ſupra ibi = *ſi opus eſt* = Cumque propterea agatur de
Parochiis ruralibus, non credo id eſſe Epiſcopo permiſ-
ſum, cum nulla circumſtantia hanc neceſſitatem impo-
nat, eoque magis ad hoc ſentiendum moveor, quia agi-
tur de viſitatione Parochiarum ſpectantium ad Regu-
lares, ubi Epiſcopus parcere debet expenſis inſolitis,
Pellizzar. *in Manual. tom.* 2. *tract.* 8. *capit.* 5. *ſect.* 2.
n. 73. ibi = *Sine inſolito tamen Viſitatorum gravami-
ne, aut impenſa* = Lezzan. *in Summ. quæſt. Regular.
part.* 1. *com.* 2. *cap.* 11. *n.* 7.

Epiſcopi enim in Parochiis Regularium non ha-
bent adeo laxas habenas in hoc puncto, ſicut in aliis
Sæcularibus, ut comprobat Bulla Sancti Pii V. edita pro 37
Militibus Hieroſolymitanis apud Piaſec. *in Prax. p.* 2.
cap. 3. *de viſit. Regul. ſub n.* 28. ibi = *Volumus autem,*

Digitized by Google

quod Epiſcopi &c. Viſitationem hujuſmodi, & prædicta omnia ſolum tanquam delegati Apoſtolicæ Sedis, & gratis, & abſque ulla dictæ Religionis Rectorum impenſa, & onere faciant = quæ Bulla poteſt adduci in exemplum, & comprobationem, ut ait Piaſec, *ubi ſupra n.28. verſ. in exemplum.*

Circa ſeptimum = *Se poſſa il Veſcovo proibire*
38 *agl'Abbati Lateranenſi di fare funzioni con Mitra, e baſtone Paſtorale fuori della loro Chieſa* = Reſpondeo affirmative, quia decretum generale S.Congregationis Rituum 27. Septemb. 1695. approbatum per ſa. me. Alexandrum VII. loquitur his verbis = *Ab iiſque, & aliis Pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extra Eccleſias ſibi ſubjectas prorſus abſtineant, & neque in Proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſiis per vias extra ambitum, vel Parochiam ducuntur, inſigniis prædictis utantur* = quæ prohibitio clariſſima eſt, ut nequeat Abbas Pontificales functiones exercere *extra Eccleſiam ſibi ſubjectam*, ſed bene uti poterit Inſigniis Pontificalibus in Proceſſionibus, quæ *intra ambitum,*
39 *vel Parochiam* ducuntur, cum enim prohibitio deferendi Inſignia Pontificalia reſtricta legatur ad loca, ſeu per vias *extra ambitum, vel Parochiam* Regularibus ſubjectam, ergo licitum eſt Abbati hæc Inſigna deferre per vias intra ambitum, & Parochiam ſibi ſubjectam, quia quidquid de aliquibus negatur, in aliis dicitur conceſſum per *Text. in Can. qualis diſt.25.* ibi, *Quod autem de uno negatur conſequens intellectus patet, quod de quibuſdam conceditur*, ibique *Gloſſ. in verb. negatur, Gloſſ. in cap. ex litteris in verb. non excepto de Jurepatr. & in cap. inter corporalia, §. Non invenitur de tranſact. Epiſcop.* Lambertin. *de jurepat. lib.2. part.1. q.8, art.12. n.10. verſ. Hanc quæſtionem, & in Giennen. Juris votandi 9. Februarii 1705, coram Eminentiſſ. Scotto.*

Eſt tamen difficultas, an appellatione *Eccleſiarum Regularibus ſubjectarum*, decretum intelligat de Eccleſiis, in quibus Abbates habent Juriſdictionem quaſi
40 Epiſcopalem; ſed mihi videtur, quod illud comprehendat etiam Eccleſias Monaſteriis Regularium unitas, quæ ratione unionis ſubſunt Abbati in temporalibus, & ſpiritualibus, Lezzan. *in ſumm. q. Regul. in verb. Abbas* 14. Pax Jordan. *tom.1. lucubr. lib.5. tit.15. n.20.* Eminentiſſ. Petra *ad Conſt. Apoſt. tom.3. ad Conſtit.6.* Urbani VI. *n.37.* Rota *in Calaguritana Pontificalium 4. Martii 1697. §. Hæc omnia, cor. bo. me. Urſino impreſſa ad ornat.* Card. de Luc. *de juriſd. dec.26. ſub n.7.* ideoque decretum non requirit ſubiectionem Eccleſiarum Abbati in eo ſenſu, ut ipſe habeat in eis Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato; nam hoc genus Abbatum veluti differentium ab aliis conſideravit decretum in fine, ubi reflectendo ad caſum, quod *Nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere poſſint Territorium, juraque Epiſcopalia, nullisque ſubdantur Epiſcopis*, dedit Nunciis facultatem procedendi contra illos ſi exceſſerint in uſu Pontificalium, quorum Abbatum particularis expreſſio cum illa dictione = *Nonnulli* = ſupponit, ac probat alios Abbates non habere Territorium, nec Jura Epiſcopalia, *Gloſſ. in capit. cum dilectus in verbo a ſuſpenſis de conſuetud.* Natta *conſ.525, n.7. tom.4.* Barboſ. *diction.22. n.7.*

Quam intelligentiam præſtant mihi verba illa pro-
41 hibitiva = *per vias extra ambitum, vel Parochiam* = ubi decretum probibendo uſum Pontificalium in Proceſſionibus, quæ ducuntur a Regularibus *per vias extra ambitum, vel Parochiam* ſupponit Regulares habere duntaxat ambitum Monaſterii, & habere Parochiam illi annexam, itaut ſufficiat juriſdictio, & ſubjectio Parochialis, ſeu ratione Parochiæ unitæ; ergo ſicut uſus Pontificalium eſt permiſſus in Proceſſionibus intra ambitum Monaſterii, ita etiam in Proceſſionibus per viam intra Parochiam Monaſterio unitum; nam, ut ſuperius dicebam, excluſio Pontificalium per vias extra Parochiam eſt eorum incluſio per vias intra Parochiam, hoc eſt intra limites ipſius Parochiæ, *l. cum Prætor, ff. de Judic.* Rota *dec.762. n.11. par.18. tom.2. & dec.9. n.16. part.19. tom.1. rec. & cor. Gregor. dec.258. n.6.*

Hoc tamen aſſumptum cenſeo explicandum cum duplici limitatione; prima ſcilicet, quod procedat, ubi privilegium Abbatis eſſet illimitatum, ſeu inde- 42
finitum ſuper uſu Pontificalium, vel conceſſum intra ambitum Monaſterii, & Parochias illi ſubjectas, ſecus vero ſi eſſet reſtrictum ad ſolam ambitum Monaſterii, ut bene de more advertit Eminentiſſ. Petra *ad Conſtit. Apoſtol. tom.3. ad Conſtit.6.* Urbani IV. *n.36, 37. & 42.* Rot. *in d. Calaguritana Pontificalium, ubi ſupra dec.26. ſub n.7. §. hæc omnia.*

Ea ratione, quod privilegium non extenditur, ſed ſtricte intelligendum venit, neque decretum generale Sac. Congreg. Rituum ampliavit privilegia Abbatum, ſed potius eorum uſum moderari voluit, & in verbis ſupra relatis intelligitur de Abbatibus habentibus privilegium indefinitum ſuper uſu Pontificalium, quod cenſuit reſtringendum eſſe ad Eccleſias ipſis ſubjectas, Eminentiſſ. Petra, *ubi proxime, n.37.* Rota *in d. Calaguritana Pontificalium 16. Novembris 1696. §. Hic prababitis, coram bon. mem. Urſino.*

Altera limitatio eſt, ut concurrente etiam privi- 43
legio indefinito, vel conceſſo pro omnibus Eccleſiis, quæ ſunt unitæ, ſeu ſubjectæ Regularibus, adhuc uſus Pontificalium intelligitur abſente Epiſcopo, ſecus autem eo præſente, & interveniente in Proceſſione in eodem loco, ne alias uno, eodemque tempore duæ Proceſſiones cum duobus Pontificibus in eodemmet loco celebrentur, quod monſtruoſum eſſet, ſunt verba Rot. *in d. Calaguritana Pontifical. impreſſ. ad ornat.* Card. de Luca *de juriſdict. ubi ſupra dec.26. ſub n.7. & 9.*

Denique in octavo dubio dicunt Abbas, & Canonici Lateranenſes, quod occaſione Proceſſionis Rogationum veniente Epiſcopo ad eorum Eccleſiam 44
S.Benedicti, ſolum ei Faldiſtorium parare intendunt, non autem Cathedram Pontificalem cum Baldachino, ut prætendit Epiſcopus, ſupponunt enim, quod Epiſcopi proceſſionaliter intrantes Eccleſiam ſoleant tantum in Faldiſtorio breviter orare, & ſtatim diſcedere, eo quia ibi non celebrant ſolemniter Canonici Cathedralis, ideoque non agitur de functione Pontificali, pro qua tantum videtur injuncta Regularibus obligatio erigendi Baldachinum pro Epiſcopo in ſuis Eccleſiis ex adductis *ſupra n.15.* ſed agitur de ſimplici Oratione, pro qua ſufficit parare Faldiſtorium, ut apud Piſcal. *in Cæremonial. libr.1. ſect.5. cap.14. n.18.* Ego autem in hoc abſque notitia facti nihil dicere poſſum.

BONONIEN. CENSUS.

ARGUMENTUM.

Eccleſiæ, & Loca pia poſſunt abſque beneplacito Apoſtolico devenire ad erectionem vulgo *sbaſſationem* Cenſuum ſuorum, ſi abſit ſuſpicio fraudis, & actus ſincere, & bona fide expleatur, & Auctoritates Doctorum in contrarium reprobantur.

SUMMARIUM.

1 *Reductio Cenſus ab Eccleſiis fieri non poteſt abſque Beneplacito Apoſtolico contrarium eſt verius, ut n.2.*

3 *Probatur non eſſe neceſſarium Beneplacitum reprobatis contrariis auctoritatibus, earumque rationibus, n.4. 5. & 6.*

7 *Declaratur reſolutio Sacræ Congregationis in Senogallien.* Cenſus *tanquam non contraria opinioni non requirenti Beneplacitum, & num.8. 9. & ſeqq. uſque ad num.15. & num.37. 38. & 39.*

8 *Reſolutio Sacræ Congregationis cum clauſula* = in caſu de quo agitur = *non poteſt allegari pro aliis cauſis.*

9 *Declaratur ex folio R.P.D. Secretarii S. Congregationis.*

10 Con-

Digitized by Google

10 *Contractus, vel diſtractus Eccleſia non valet niſi fiat ab omnibus ejus Adminiſtratoribus, vel ſaltem majore parte.*
11 *Contrahens cum Eccleſia ſine Beneplacito Apoſtolico dicitur eſſe in culpa.*
12 *Nec habet actionem contra Adminiſtratorem Eccleſia.*
13 *Quando Adminiſtrator Eccleſia teneatur ad damna, & intereſſe erga Contrahentem.*
14 *Reſcriptum Sacra Congregationis, in quo aliquid remittitur Epiſcopo quando dicatur excitatorium juriſdictionis Ordinaria, non autem Delegatorium.*
15 *Sacra Congregatio committendo Epiſcopo materiam alienationis rerum Eccleſia ſemper apponit clauſolam* = ſi in evidentem = *aut requirit cauſam.*
16 *Ut reductio Cenſus dicatur facta bona fide, an requiratur Debitorem requiſiviſſe Eccleſiam tum facto parato ad reſtituendam ſortem.*
17 *Probatio requiſitorum pro valida reductione Cenſus quando fieri debeat per debitorem, vel Eccleſiam, & n.18.*
19 *Actus præſumitur geſtus prout erat de Jure faciendus.*
20 *Præſumitur pro validitate, & ſinceritate actus geſti ab Adminiſtratoribus Eccleſia, & Loci Pii, & de ratione.*
21 *Ex quibus circumſtantiis reductio Cenſus dicatur facta ſincero, & bona fide per Eccleſiam, ſeu Locum Pium.*
22 *De reductione fructuum ſtabilium facta ex Reformatione Venerab. Servi Dei Innocentii XI.*
23 *Fructus Cenſuum regulantur cum illis ſtabilium.*
24 *Actus præſumitur factus potius ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria.*
25 *Et ad inſtantiam ejus, cujus favorem concernit.*
26 *Nemo præſumitur velle ſtare ſub gravioribus uſuris, ſi pati poteſt minores.*
27 *Ut reductio Cenſus facta ſit bona fide non eſt probandum, quod ejus debitor haberet in bonis tot pecunias de proprio, ſi poterat eas ab alio reperire.*
28 *Facilitas eas reperiendi quando præſumatur.*
29 *Debitor approbatus per Locum Pium præſumitur tutus.*
30 *Natura Hominum inclinat ad ſequendum potius quam ad inchoandum.*
31 *Stante injuſtitia Judicati competit reſtitutio in integrum.*
32 *Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in actibus neceſſariis factis ab Eccleſia.*
33 *Sic etiam in reductione Cenſus, & n.34.*
35 *Sacra Rota non numerat auctoritates, ſed ponderat rationes.*
36 *Amplectitur reſolutiones Sacra Congregationis.*
40 *Cenſus abſque ſolemnitatibus non poteſt alienari ab Eccleſia.*
41 *Diverſum eſt quoad fructus.*
42 *Reductis fructibus Prædiorum juſta eſt reductio fructuum Cenſus, & n.43.*
44 *Fructus bonorum Eccleſiaſticorum reputantur profani, & cadunt in comercium.*
45 *Proxeneta creditur circa factum proprii Officii.*

DISCEPTATIO CII.

Omnino pronunciandum videtur reductionem Cenſus in propoſito caſo ſubſtineri, & ſervandam eſſe etiam in futurum. Licet enim hujuſmodi reductio controvertatur ea ſuppoſita nullitate ob defectum Beneplaciti Apoſtolici, quod eſſe neceſſarium in hujuſmodi reductionibus, ſive ut dici ſo-
1 let *sbaſſationibus* Cenſuum aliqui ex Doctoribus noſtris affirmarunt, nempe modernus Baruſ. *in Torcular. Jur. reſolut.* 100. *per tot.* Ricc. *decif. Cur. Archiepiſc. Neapolit. decif.* 134. *part.* 1. *& reſolut.* 37. *par.* 1. *n.* 4. De Marin. *reſolut. Jur. cap.* 6. *num.* 10. *&* 11. *tom.* 1. Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 1. §. 2. *n.* 6. Donat. *in prax part.* 1. *tract.* 14. *tit. de reb. Eccleſ. non alienan.* q. 58. *n.* 1.

Attamen in puncto Juris falſa eſt opinio, & verior eſt illa, quod licitum ſit Eccleſiis, & Locis Piis abſque neceſſitate Beneplaciti Apoſtolici devenire ad reductionem Cenſus, quoties abſit ſuſpicio fraudis, & concurrat bona fides, ea ratione, quod cum Cenſus ex parte Debitoris ſit pro ejus libito redimibilis, actus propterea dicitur potius neceſſarius, quam voluntarius, neque ulla ſubeſt neceſſitas obtinendi Beneplacitum Apoſtolicum, ut de communiori teſtatur Carol. Anton. de Luca *ad Ventrigl. in prax. part.* 1. *annot.* 1. §. 24. *verſ. Contrarium, & de Apoſtolic. Regioque aſſenſ.* q. 23. *n.* 4. *& in Meliorat. ad* De Marin. *lib.* 1. *meliorat.* 6. *n.* 5. *verſic. Contrarium* Card. de Luc. *in conflict. leg. obſerv.* 201. *verſ. Hinc duo, & de alienat. diſc.* 6. *num.* 5. *&* 6. & concordat nunquam ſatis laudatæ doctrinæ Eminentiſſimus Petra *ad Conſtit. Apoſtolic. fol.* 138. *n.* 88. *tom.* 1. Monacell. *in formul. for. Eccleſ. in ſupplemen. ad tom.* 2. *n.* 146. *&* 147. ubi oppreſſus veritate hujus opinionis motus fuit ad recedendum ab altera contraria, quam prius tenuerat ibi = *His auctoritatibus, & rationibus adductis bene perpenſis, recedendo ab opinione, quam ibi ſecutus fui, eandem hanc ſententiam & ipſe ſequor tanquam in Jure magis fundatam.* 2

Quæ opinio ut dixi eſt verior, & ſecundum eam judicandum in Tribunalibus, quia ratio convincit contrarios Doctores ſine fundamento diſſentire, ut patet ab eorum motivo, ex quo crediderunt neceſſarium eſſe Beneplacitum in diminutione fructuum Cenſus, quia nempe hujuſmodi diminutio ſit ſpecies alienationis, niſi probetur contractum fuiſſe diſdictum, ſeu reſciſſum mediante depoſito ſortis in publico Banco, vel alibi, in quo tantum caſu admittunt hanc non eſſe alienationem, ex quo iſte dicatur contractus novus, ut ratiocinantur Donat. *de reb. Eccleſ. non alienan. tract.* 14. *qu.* 58. *num.* 2. Ventrigl. *in prax. ubi ſupra n.* 6. De Marin. *quotidian. reſolut. cap.* 6. *num.* 11. cum aliis in contrarium allegari ſolitis; Quod ſane motivum eſt valde frivolum, & inſubſiſtens, cum iſta formalitas diſdicendi Cenſum, & deponendi pecunias ſit circuitus inutilis, ac etiam præjudicialis Eccleſiæ, omnino propterea evitandus, dum quoties Eccleſia facit reductionem firmo manente Cenſu, iſte cenſetur occultus actus extinctionis prioris Cenſus, & novæ impoſitionis ad minorem uſuram, quia fingitur Debitorem noluiſſe amplius ſtare contractui ad majorem uſuram, perinde ac ſi depoſuiſſet ſortem, & ſic Eccleſiam mediante novo contractu ſub minori uſura contraxiſſe de novo, ut egregie reprobatis contrariis advertit Card. de Luc. *de alienat. diſc.* 6. *num.* 5. ibi = *Tunc pro meo Judicio dixi indubitatum videri id licite fieri poſſe, nullamque probabilem dubitandi ratione deſuper cadere, cum id contineat quendam circuitum, ſeu plurium actuum licitorum occultationem, quia ſcilicet fingatur Debitorem extinxiſſe, ut poterat priorem Cenſum, &c. quodque incontinenti ad novam impoſitionem deventum eſſet* = *& in conflict. leg. obſervat.* 201. *verſ. omni tamen*, Carol. Anton. de Luc. *ad* Ventrigl. *part.* 1. *annot.* 1. §. 3. *ſub num.* 4. *verſ. contrarium, & de Apoſtolic. Regioq. aſſen. qu.* 23. *numer* 4. *&* 5. 3 4

Et ſic hujuſmodi formalitas præambulæ diſdictæ, & depoſiti ſortis eſt circuitus inutilis *ut ſupra*, imo etiam præjudicialis Eccleſiæ ſi fieret; nam facta diſdicta, & reſtitutione ſortis, Eccleſia pateretur detrimentum in amiſſione potioritatis, & anterioritatis primævi contractus cum periculo amittendi ſortem propter alia debita medio tempore contracta per Debitorem Cenſus, ultra damnum in amiſſione fructuum ſortis reſtitutæ, quæ damna evitantur deveniendo ad reductionem, ſeu sbaſſationem fructuum firmo remanente contractu in ſua 5

Digitized by Google

anterioritate, & interim non remorato curſu fructuum, ut bene advertit Cardin. de Luc. *in conflict. leg. dict. obſervat.*201. *circa fin.* ibi = *Ut ita inanes evitentur circuitus Eccleſiæ, qui potius præjudiciales ſunt in amiſſione majoris anterioritatis, ubi per actum retro ſimilem, neceſſarium, ac inevitabilem, antiquo Cenſu extincto novum cum eadem, vel diverſa Perſona creare oportet; Dubitantium ineptiam, & irrationabilitatem convincente æquivoco a littera famulatu reſultante, &c.* = & *de alienat. diſc.*6. *numer.*6. ibi = *Magis vero Eccleſiæ creditrici expedit procedere per hanc viam ſimplicis reductionis, &c. quoniam continuante eodem antiquo Cenſu evitatur illa quæſtio, an ſcilicet novum creditum creatum pro extinctione antiqui, &c. eandem habeat anterioritatem pro fructibus, utpote a novo, non autem ab antiquo contractu productis* = & reprobato *Donato* contrariæ opinionis ſectatore tradit Carol. Anton. de Luc. *de Apoſtolic. Regioque aſſenſ. quæſt.*23. *numer.*5. *in fin.* ibi = *Quæ modificatio (ſcilicet adducta per Donatum) affert detrimentum Eccleſiæ in amiſſione potioritatis, & antiquiorum hypothecarum, & res eſt periculis expoſita* = & in *obſervat. ad* Ventrigl. *part.*1. *annot.*1. §. 3. *n.*4. propter quam rationem mutavit ſententiam Monacell. in *formul. tom.*4. *in ſupplement. ad tom.*2. *a.* 147.

Cum igitur contrarii Doctores moveantur inepto fundamento, immo etiam præjudiciali Eccleſiæ, & convincantur ratione manifeſta in contrarium per alios Doctores magis practicos, eorum propterea
6 opinio veluti reprobata attendi non meretur, maxime quia magna eſt auctoritas Card. de Luc. ſummi practici, ac etiam multum conſiderabilis eſt opinio Monacell. qui ultimus omnium ſcripſit, & qui verſatus erat in his materiis Eccleſiaſticis tanquam diu Auditor clar. mem. Cardinalis Petrucci S. c. Congregationis Concilii, & aliarum meritiſſimi Votantis; & qui poſtquam tenuerat contrariam opinionem, ab ea receſſit ſequendo Sententiam Card. de Luc. & aliorum pro validitate reductionis fructuum abſque Beneplacito Apoſtolico, fatendo ſe convictum pondere rationum, & fatendo hanc Sententiam eſſe magis in Iure fundatam.

Quo ſtante invanum pro contraria opinione ſub-
7 ſtinenda allegatur reſolutio Sacræ Congregationis Concilii *in Senogallien. Cenſus* 2. *Junii* 1718. quæ cenſuit reductionem fructuum Cenſus non ſubſtineri: nam ſi advertatur ad motivum, ex quo Sacra Congregatio ita judicavit, in aperto remanet hujuſmodi reſolutionem nihil applicari; licet enim diſputatum fuerit *in dubio tunc propoſito*, an reductio fructuum Cenſus ſine Beneplacito Apoſtolico ſubſtineatur; attamen Sacra Congregatio non reſcripſit ſimpliciter, *negative*, ſed uſa fuit hac formula verborum = *Negative in caſu de quo agitur* = qui modus reſcribendi ſervatur quando Sacra Congregatio movetur ex particularibus facti circumſtantiis, non autem quando reſolvit dubium *prout de Jure*, & propterea quando ita reſcribit, ejus reſolutio allegari non poteſt ad
8 deciſionem aliarum cauſarum, in quibus eædem circumſtantiæ non concurrunt, ut in puncto advertit Monacell. *in formul. for. Eccleſ. part.*2. *in Epiſt. ad Lectorem* ibi = *Quoties enim Sac. Congregatio judicat, ſuum Decretum adaptari non poſſe nec debere niſi caſui propoſito ſolet reſcribere = negative, ſeu affirmative in hoc caſu, &c.* = *Hæc inquam ſunt illa Decreta, quæ allegari non poſſunt ad deciſionem cauſarum, niſi concurrant eædem circumſtantiæ, quæ referebantur in caſu particulari propoſito* = tam deciſio caſus circumſtantiati non eſt univerſalis, ſed particularis in concreto illarum circumſtantiarum, in quibus emanavit Card. de Luc. *in annot. ad Concil. diſc.*1. *n.*11. Pignatell. *conſult.* 1. *n.* 18. *tom.* 1. & Ego ſcripſi *Diſcept. Eccleſ.* 50. *n.* 19. & dixit Rot. *in Romana Penſionis* 15. *Martii* 1694. §. *Non poteſt. cor. Eminentiſſ. Priolo.*

9 Quod autem Congregatio mota fuerit ad declarandam nullitatem reductionis fructuum Cenſus, non quidem ex defectu Beneplaciti, ſed ex alio capite, propter quod merito reſcribere debuit *in caſu de quo agitur* ad evidentiam manifeſtatur ex folio R.P.D. Secretarii Sacræ Congregationis relativo *ad Inſtrumentum reductionis*, ex quo conſtabat illam fuiſſe factam abſque interventu omnium Priorum, & Adminiſtratorum Eccleſiæ; nam duo tantum Priores intervenerunt profitentes gerere actum = *A nome ancora d'altri due Signori Priori Compagni aſſenti* = quo caſu ſubſiſtere non poterat reductio, tanquam non peracta ab omnibus Eccleſiæ Adminiſtratoribus, vel ſaltem majori illorum parte, juxta *Text. in cap.*1. *de his quæ fiunt a major. par. Cap.* Rot. *dec.* 887. *n.*9. *cor. Merlin. & Gerunden. Anniverſariorum de Guixolis prima Julii* 1709. §. *Neque Beneficiatus, cor. Reverendiſſimo Criſpo, &* 14. *Martii* 1710. §. *Reincidebat, cor. bon. mem. Anſaldo.*

Quodque hoc fuerit unicum motivum reſolutionis, non autem defectus Beneplaciti, ſatis clare oſtendit adjectio facta in eadem reſolutione ibi = *Reſervato Jure Hippolyto agendi contra Priores, qui reduxerunt cenſum* = Si enim reſervata fuit actio Hippolyto Debitori Cenſus agendi contra illos Priores, qui ſibi reduxerunt fructus, ſignum evidens, quod nullitas reductionis fundata non fuerat ſuper defectu Beneplacitii Apoſtolici, qui ſi fuiſſet cauſa nullitatis, certe Debitori nulla reſervata eſſet actio contra Priores, ex quo culpa non obtinendi Beneplacitum fuiſſet communis Debitori, & Prioribus; non tam enim Adminiſtratores Eccleſiæ, quam Debitor, qui ſecum contrahit procurare tenentur interventum 11
Beneplaciti, & ipſe Debitor eſt in culpa ſi contrahit cum Eccleſia non adhibito Beneplacito, juxta *Text. in cap. qui contra Jura mercatur de regul. Jur. in* 6. Surd. *conſ.*28. *num.* 52. *& conſ.*115. *num.*15. *& deciſ.*179. *num.*1. Tiraquell. *de tract. convent.* §.1. *gloſſ.*14. *num.*13. Menoch. *præſumpt.*130. *numer.* 33. *lib.*3. Jou. *de ſolemnit. in contract. min gloſſ.* 21. §. 1. *n.* 46. & ideo ex hoc capite defectus Beneplaciti non poterat reſervari actio Debitori contra Priores, quia ipſe fuiſſet in culpa, ut in puncto, quod Contrahenti cum Eccleſia abſque ſolemnitatibus non competat actio contra Prælatum, & Ad- 12
miniſtratorem Eccleſiæ firmavit Jou. *de ſolemnitat. in contract. minor. gloſſ.*3. *n.*182. Mangil. *de evict.* q. 130. *n.* 53.

Ex hac igitur reſervatione actionis facta Debitori contra Priores manifeſte aſſequimur Sac. Congregationem judicaſſe nullitatem reductionis non ex defectu Beneplaciti, ſed ex culpa Priorum, qui nullam habebant facultatem contrahendi abſque interventu aliorum Priorum, ſine quibus ſciebant, ſe non habere facultatem contrahendi, ideoque aliter contra- 13
hendo tenebantur ad damna, & intereſſe favore Debitoris, juxta *Text. in Can. Vulterana* 12. *quæſt.*2. Mareſcott. *var. lib.*1. *cap.* 9. *n.* 5. Poſth. *reſolut.* 113. *n.*101. Mangil. *de evictiion.* q.130. *num.* 45. Rebuff. *de alienat. rer. Eccleſ. n.*116. Rot. *dec.*10. *per tot. part.*3. *recent.*

Opinio itaque communis, quod reductio fieri valeat abſque Beneplacito Apoſtolico dici non poteſt interverſa, aut correcta per reſolutionem Sac. Congregationis *in d. Senogall. Cenſum* tanquam emanata ex motivo facti, non autem ex defectu Beneplaciti, ſed quod magis eſt, credo hujuſmodi reſolutionem potius retorqueri ad confirmandam hanc opinionem, quia poſtquam Sacra Congregatio judicavit reductionem non ſubſtineri quoad præteritum, ita reſcripſit quoad futurum ibi = *Et quoad futurum inſtantiam remiſit arbitrio Eminentiſſimi Epiſcopi, ut deſuper gerat, ſtatuat, atque decernat, quod pro ſua prudentia magis in Domino expedire videbitur* = dum itaque quoad reductionem in futurum remiſit inſtantiam ad Epiſcopum, Ecce manifeſtum, quod pro reductione declaravit neceſſarium non eſſe Beneplacitum Apoſtolicum, quando enim Sac. Congregatio 14
remiſit aliquid ad Epiſcopum ſine clauſula illa = *Auctoritate Sac. Congregationis* = non dicitur aliquid delegare auctoritate ſua, ſed remittere ad Juriſdictionem Ordinariam illamque excitare, ut gerat quidquid pro ſua prudentia gerendum exiſtimet, ut tradunt

Digitized by Google

duot Panormitan. *in cap. licet num. 3. de Offic. Ordinar.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 92. numer. 8. &* 9. Perr. Barr. *in L. cum Prætor*, §. 1. *num. 19. ff. Judic.* Gonzal. *in d. cap. licet num. 1. de Offic. Ordin.* Menoch. *lib. 2. præſumpt.* 16. *num.* 24. & optime Cardin. de Luc. *de Juriſdict. diſc. 85. num.* 11.

Et propterea ubi Conceſſio Beneplaciti alienationis rerum Eccleſiæ, delegatur per Sacram Congregationem Epiſcopo, ipſa nunquam hoc modo procedit remittendo ſimpliciter ad Epiſcopum, ſed neceſſario ſemper requirit cauſam, ſeu apponit clauſulam, *ſi in evidentem*, ſine qua nunquam reſcribi ſolet in hac materia conceſſionis Beneplaciti, ut teſtatur Corrad. *in prax. diſpenſat. lib. 9. cap. 5. numer.* 41. Monacell. *in formul. tom. 2. tit. 14. form. 4. num.* 1. Unde patet, quod Sacra Congregatio in allegato reſcripto, ubi nullam requiſivit juſtam Cauſam, nullatenus judicavit neceſſarium eſſe Beneplacitum pro reductione fructuum Cenſus, quoties eam remiſit ſimpliciter prudentiæ Epiſcopi, quæ remiſſio fieri ſolet ad cauthelam, ad effectum, ut abſit omnis 15 ſuſpicio fraudis, & actus bona fide expleatur, ut inquit Card. de Luc. *in conflict. leg. obſerv.* 201. *circa, fin. verſic. omniſque, & de alienat. diſcur. 6. numer.* 6.

Firmata veriori hac opinione, quod valida ſit reductio Cenſus abſque neceſſitate Beneplaciti Apoſtolici, non obſtat neceſſarium eſſe ad hunc effectum ceſſare omnem ſuſpicionem fraudis, & malæ fidei, & propterea neceſſarium ſit probare in facto, quod Debitor Cenſus eſſet promptus, & paratus cum pecuniis ad faciendam Cenſus extinctionem, quodque requiſiverit Eccleſiam, ac etiam quod Eccleſia Cenſum retrovendendo veriſimiliter, & juxta morem Regionis invenire non potuiſſet uſuras majores ab aliis.

Etenim non invenio apud Doctores, qui com- 16 muniorem opinionem amplectuntur hoc requiſitum, quod probandum veniat Debitorem requiſiviſſe Eccleſiam cum ſacco parato ad reſtituendum ſortem Cenſus, ſed ſolum reperio, quod neceſſarium ſit abeſſe fraudem, & colluſionem, quæ tunc abeſſe dicitur, quando actus reductionis eſt prudens juxta temporum conditionem, & uſum communem Patrumfamilias, ut inquit Cardinal. de Luc. *de alienat. diſc. 6. num.* 6. ibi = *Quoties tamen citra fraudem, & colluſionem bona fide id ſequatur, quia nempe temporum conditio, & uſus communis diligentium Patrumfamilias ita exigat* = *& in conflict. leg. d. obſerv.* 201. *verſic. ac etiam*, & concordat Carol. Anton. de Luc. *de Apoſtolic. regiaq. aſſen. quæſt. 23. numer. 4. & ad* Ventrigl. *in prax. part. 1. annot. 1. §. 2. num. 5. verſ. contrarium*, Monacell. *in ſupplement. ad tom. 2. form. 5. n. 146. verſ. dicit*.

Sed ubi etiam præcedere deberet una cum aliis hoc aliud requiſitum inſtantiæ Debitoris petentis reſtituere ſortem Cenſus cum pecuniis promptis, & paratis, adhuc dico, quod pro ſubſtinenda reductione fructuum, quæ ſine Beneplacito Apoſtolico fieri permittitur, non eſt neceſſe in caſu iſto, quod 17 ex parte Debitoris hodie oſtendantur hæc requiſita tunc præceſſiſſe, ad quod perſuadendum diſtinguo duos caſus, alter eſt ſi agatur de aliqua recenti reductione, quæ ſtatim, vel paulo poſt impugnetur ab Eccleſia petente fructus Cenſus ad primævam rationem, & in his terminis admitto, quod Debitor obſtringatur oſtendere prudentialitatem actus, & quod præceſſerint allegata requiſita: Alter vero caſus eſt quando, ut in præſenti de anno 1685. facta extitit reductio, & Eccleſia eandem obſervavit ſpatio 30. annorum exigendo fructus ad rationem reductionis, hoc enim caſu relevatur Debitor 18 ab onere juſtificandi requiſita neceſſaria, & pertinet ad Eccleſiam eorum negativam concludere de tempore reductionis, ut quod Poſſeſſor relevetur ab onere probandi per *Text. in leg. cogi Cod. de petit. heredit.* tradunt Poſth. *de manut. obſerv. 1. num. 8. &* 21. Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 69. numer. 1. & ſæpe* Rot. *deciſ. 94. num. 10. part. 7. Recent. & cor. Ottobon. deciſ. 172. numer. 13. & in Monaſterienſis Vicaria 20. Martii 1713. §. Eodem, coram Rever. Criſpo.*

Et ratio deſcendit ab illo principio non ſolum, quod actus præſumitur geſtus prout erat de Jure faciendus, ut tradunt Pariſ. *de reſignat. libr. 11. quæſt. 14. numer.* 24. Maſcard. *de probat. concluſ. 734. numer.* 1. ſed etiam quod nunquam præſumitur Eccleſiam, 19 ſeu Monaſterium obſervare voluiſſe reductionem fructuum contractus per tantum temporis ſpatium, niſi vere actus fuiſſet ſincerus, & bona fide factus ad inſtar diligentis Patrisfamilias, in caſu ſcilicet, quo Debitor inſtabat pro reſtitutione pecuniarum, quodque conſideratis conſiderandis, juxta conditionem temporum non erat reperibile Inveſtimentum ſecurum cum Aliis ad majorem fructuum rationem, ut apud Rot. *dec. 420. n. 3. cor. Cerro, & in Rec. dec. 694. n. 2. par. 4. tom. 3.*

Præſertim vero reflectendo ad hanc obſervantiam 20 qualificatam, quia nempe Monaſterium regitur per ſuos Deputatos, qui tenentur quotannis rationem reddere Epiſcopo, & qui mutantur pro tempore, itaut Succeſſores non præſumantur ſegnes ad inquirendum de facto Anteceſſorum, minuſque Ordinarius in redditione rationum *præſumatur* negligens in perquirendo damno Monaſterii ſi illud cognoviſſet in redditibus reductis, & diminutis, & propterea cum obſervantia hæc nimis clare præſeferat approbatam fuiſſe reductionem per tot Deputatos pro tempore, cum facto Ordinarii, cui reddita præſumitur ratio, abſque dubio juſtificat reductionem peractam fuiſſe præviis omnibus, quæ de Jure præcedere debebant ad ſinceritatem, prudentiam, & validitatem actus, ut optime conſiderat Rot. *deciſ. 548. num. 44. par. 19. tom. 2. Rec. & dec. 406. n. 2. & 3. coram Celſo.*

Ulterius præter efficaciam obſervantiæ, quæ omnis juſtificat ut ſupra, concurrit effectiva probatio, quæ actum reductionis oſtendit fuiſſe bona fide pe- 21 ractum, necnon prudenter, ut feciſſet quolibet diligens Paterſamilias, ponderando, quod hujuſmodi reductio facta extitit tunc quando conditio temporum reduxerat omnes fructus ſtabilium, & contractuum; nam Loca Montium de quatuor ad tria tantum ſecuta, fructus vero ſtabilium de quinque ad quatuor redacta fuerant, & ſic etiam fructus dotales in Urbe taxati per Statutum ad rationem ſeptem redacti fuerant ad rationem quatuor pro centenario *juxta refor. ſan. mem. Innocen. XI.* in quibus ſane terminis prudenter facta fuit reductio Cenſus de quinque ad quatuor, dum fructus ſtabilium ita reducti fuerant, ut de hac reductione teſtatur Rot. 22 *in Aſculana Dotis 6. Martii* 1684. §. *Quo vero, & 20. Junii* 1685. §. *Poſito igitur, cor. clar. mem. Card. Matthaio, & cor. Emer. Jun. deciſ. 887. numer. 5. & deciſ. 984. num. 3. & coram bon. mem. Anſald. dec. 59. numer.* 11.

Dum itaque fructus ſtabilium eo tempore redacti fuerant de quinque ad quatuor, qui regulabant 23 etiam fructus Cenſus, ut late apud *Cenc. de Cenſib. quæſt. 35. num. 8. & ſeqq.* clarum remanet verificari in caſu iſto, quidquid requirunt Doctores, quod actus bona fide geſtus fuerit juxta conditionem temporum, quodque Monaſterium, ſi debitor reſtituiſſet ſortem, non potuiſſet majorem fructum reperire ab Aliis.

Verificatur etiam, quod Monaſterium, ejuſque Deputati non devenerunt ad actum reductionis voluntarie, ſed potius neceſſarie, ad petitionem ſcilicet, & inſtantiam Debitoris Cenſus; ſi enim nemo præſumitur jactare ſuum, eo minus præſumi valet univerſum Collegium Monialium voluiſſe devenire ad reductionem favore non Petentis, neque Inſtantis pro reſtitutione cenſus in caſu non factæ reductionis, ut in ſpecie, quod actus præſumatur 24 factus potius ex cauſa neceſſaria quam voluntaria per *Text. in leg. Ariſto, §. 1. ff. de Jure deliber.* tradiderunt Cravett. *conſil. 106. num. 9. & ſeqq.* cum aliis apud Barboſ. *axiom.* 12. *numer.* 23. Rot. *cor. Cerr. dec.* 199. *n.* 3. ubi quod actus dicitur factus ad inſtantiam ejus, cujus favorem, & utilitatem concernit 25

Me-

Digitized by Google

& renovationis Cenſus, licet non interceſſiſſet for-
malitas faciendi diſdictam, & depoſitum, quæ for-
malitas ad alium non ſerviſſet, quam ad inferen-
dum præjudicium Juribus Eccleſiæ, quæ per reno-
vationem contractus expleti cum formalitate diſdi-
ctæ, & depoſiti, amittere poterat beneficium ante-
rioritatis, quod cæteroquin ei ſalvabatur per taci-
tam, & præſumptam extinctionem, ut pro vali-
34 ditate actus minorativi fructuum cenſus ſtipulati
ſine beneplacito Apoſtolico, omnibus his penſatis
concludunt: Carol. Anton. de Luca *ad Ventrigl.*
in prax part. 1, annotat. 1. §. 24. verſic. contrarium,
& de Apoſtol. reg. Aſſen. quaſt. 23. numer. 4. & in
Meliorat. ad de Matin. *libr. 1. meliorat. 6. numer. 5.*
Cardinal. de Luca *in conflict. legal. obſc. 108. in fin.*
Reverendiſſimus Petra *ad Conſtit. Apoſtol. 138. nu-*
mer. 88. tom. 1. Monacell. *in formular. for. Eccleſiaſt.*
qui licet *in parte 2. titul. 14. formul. 5. n. 4.* negativæ
opinioni ſe ſubſcripſerit, in ſupplemento tamen ad
tom. 2. ſub n. 146. & 147. tom 4. affirmativam ſenten-
tiam, tanquam rationi magis conſonam amplexus
fuit. Nec vim faciebat, quod major numerus Au-
thorum ſtaret pro ſententia negativa, quia Sacrum
35 noſtrum Tribunal non ſolet numerare Authores,
ſed ponderare rationum momenta, cum quibus cauſa
decidenda venit, ut dixit in *Faventina Succeſſionis*
2. Julii 1708. §. 6. coram Reverendiſſimo Domino meo
Aldrovando, Aſculana Succeſſionis 1. Aprilis 1715.
§. Hinc, coram Rever. Ravennaten.

Præſertim quia huic affirmativæ opinioni ſe quo-
que ſubſcripſit Sacr. Congregatio Concilii, quæ *in*
una Romana Cenſus propoſita 11. Maii 1720. re-
ſcripſit pro validitate reductionis, licet factæ ſine
beneplacito, cujus reſolutiones Sacr. Tribunal reve-
36 renter amplecti ſolet, ut proteſtatur *in deciſ. 210. n.*
2. part. 15. deciſ. 516. n. 24. & ſeq. part. 18. & deciſ.
335. n. 12. part. 19. tom. 1. Rec. Abſque eo quod al-
legari valeret in contrarium altera reſolutio per ean-
dem Sacram Congregationem capta *de anno 1718.*
in Senogallien. Cenſus, & in altera poſteriori edita
37 *4. Julii proxime præteriti.* Nulla enim ex dictis re-
ſolutionibus ob diverſitatem circumſtantiarum ada-
ptabilis videbatur præſenti hypotheſi. Quandoqui-
dem in memoria *Senogallien.* nullitas reductionis de-
ſumpta minime fuit ex defectu Beneplaciti Apoſto-
lici, ſed ex quo in ſtipulatione Inſtrumenti redu-
ctionis, non interfuerunt niſi duo Priores illius So-
cietatis, qui fecerunt remiſſionem, nec convocati
fuerunt cæteri Confratres, ut fieri neceſſe erat pro
validitate actus juxta *Text. in cap. 1. de his, quæ fiunt*
a majori parte, & firmat Rot. *in Baren. Cenſus 14.*
Junii 1717. §. Et quidem, cor. R. P. D. meo Cerro.
Quod adeo verum eſſe comperiebatur, ut eadem
Sacr. Congregatio reſervaverit favore Debitoris Cen-
ſus Jura experienda adverſus illos duos Priores, qui
aſſenſum præſtiterunt ſtipulationi Inſtrumenti, quæ
38 quidem Jurium reſervatio fruſtranea, & prorſus inc-
pta extitiſſet, ſi actus fuiſſet nullus ex defectu Be-
neplaciti, quia in tali caſu nullum jus, nullanque
actionem experiri potuiſſet Debitor adverſus Officia-
les ad *firmata per Jov. de ſolemnit. in contract. minor.*
gloſſ. 3. num. 182. Mangil. *de evict. q. 130. n. 53.* Aper-
tius hæc veritas manifeſtata apparuit ex alia ejuſdem
reſcripti parte, in qua Sacra Congregatio poſtquam
pronunciaverat pro nullitate reductionis ex circum-
ſtantiis in illo caſu concurrentibus, pro futuris con-
tingentibus caſibus, determinationem remiſit arbi-
trio Eminentiſſimi Epiſcopi, quod utique non fe-
ciſſet Sacr. Congregatio, ſi in hujuſmodi reductio-
nibus requireretur Beneplacitum Apoſtolicum, cum
unquam ſoleat Sac. Congregatio relaxare ſine cau-
39 ſa Beneplacitum Apoſtolicum arbitrio Epiſcoporum,
ut teſtantur Pirr. Corrad. *in prax. diſpenſat. libr. 9.*
cap. 5. num. 41. Monacell. *in formular. tom. 2. tit. 14.*
formul. 4. num. 1.

Longe minus adaptabilis erat altera reſolutio ca-
pta *in una Aquipendien. de dicto anno* 1722. quia in
præfata cauſa non agebatur de remiſſione fructuum
cenſus, ſed de variando fundo cenſito, quod utique
ſine neceſſariis ſolemnitatibus *Extrav. Ambitioſæ* fie-
ri nequibat, cum cenſus habeantur loco ſtabilium, 40
ut dixit Rot. *coram Emerix Jun. deciſ. 1147. n. 3. &*
in Romana Caſtri Turris 22. Martii 1706. §. final.
coram bon. mem. Molines, & ideo ejus ſors, nec a-
lienari, nec diminui poteſt ſine ſolemnitatibus, ſe-
cus autem de illius fructibus, qui cum cadant ſub
libera diſpoſitione Eccleſiæ, ideo diſtrahi, & remit-
ti poſſunt abſque ſolemnitatibus ad inſtar rei profa- 41
næ, ut firmant Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan.*
q. 17. n. 25. Filliuc. *quaſt. moral. tom. 2. tract. 44. capit.*
4. q. 1. verſ. ex quo fit, Duard. *de cenſ. §. 1. quaſt. 23.*
num. 11. Gratian. *diſcept. foren. cap. 400. a n. 22. ad 25.*
Præcipue quia hujuſmodi remiſſio peracta fuit omni
cum ſinceritate, & bona fide, atque rationabiliter, 42
& quaſi neceſſario facienda erat, attento quod de
dicto anno 1685. tempore factæ remiſſionis, jam
ſecuta fuerat reductio fructuum prædiorum a quin-
que ad quatuor, ut teſtatur Rota *in Firmana Im-*
miſſionis ſuper fructibus 2. Julii 1703. §. Firmato, co-
ram clar. mem. Priolo, & in Romana Pecuniaria ſu-
per relevatione 30. Aprilis 1708. §. fin. cor. bon. mem.
Caſſarello; Quapropter cum fructus cenſus ſolvan-
tur in correſpectivitatem fructuum, quos Debitor
cenſus percipit ex fundo cenſito teſte Cenc. *de Cenſ.*
quaſt. 2. articul. 1. per tot. æqui bonique ratio ſuade-
bat, ut facta diminutione fructuum fundi cenſiti,
fieri quoque deberet diminutio fructuum cenſus, & 43
ubi eadem militat ratio, ibi idem ſtatuatur jus, *l.*
Illud ff. ad l. Aquiliam, Rot. *in Ferrarien. ſeu Imo-*
len. Bonorum 26. Martii 1700. §. Potiſſime, coram
bon. mem. Anſaldo.

Et de facto frequens experientia nos edocet poſ-
ſe Eccleſiam ſine Beneplacito diſtrahere fructus, &
ſuper illis libere contrahere, dum in dies videmus,
quod Eccleſiæ vel diminuunt ſolutiones affictuum,
vel penſiones Domorum reducunt ad minorem ſum-
mam, & tamen omnes iſti contractus, quantum-
vis celebrati ſine ſolemnitatibus ſubſtinentur, non
alia ratione, quia fructus bonorum Eccleſiaſticorum 44
reputantur profani, caduntque in liberum commer-
cium, abſque læſione illorum ſubſtantiæ, & proprie-
tatis per ea, quæ animadvertit Rot. *coram Reyas de-*
ciſ. 364. num. 12. & 13. & deciſ. 525. num. 19. coram
Bichio. Neque validitati factæ remiſſionis quidquam
detrahere valebat oppoſitio, quod nempe Zanetus
non haberet pecuniam paratam, cum qua devenire
valuiſſet ad extinctionem cenſus. Quoniam ex do-
cumentis datis in Summario ejuſdem Zaneti reſul-
tabat tot ipſum habuiſſe credita, ex quorum exa-
ctione percipi poterat ſufficiens pecuniarum ſumma,
cum qua commode redimere valuiſſet controverſum
cenſum. Præterea, etſi actualiter paratam non ha-
beret pecuniam, poterat nihilominus eam accipere
ſub minoribus uſuris ab aliis Perſonis, ut teſtaba- 45
tur Proxeneta, cui tanquam deponenti circa factum
proprii officii omnino credendum erat, Rot. *deciſ.*
152. num. 11. part. 19. Recent. & in Ariminen. Manu-
tentionis 5. Decembris 1707. §. In præſenti, coram E-
minentiſſimo meo Scotto.

Et ita utraque, &c.

SUESSANA SPOLII.

ARGUMENTUM.

Defuncto Epiſcopo in Eccleſia, ad quam trans-
latus fuit ex Altera, an bona in ejus hære-
ditate reperta, & acquiſita ex fructibus, &
intuitu utriuſque, pertineant ad ultimam, in
qua deceſſit, Eccleſiam, vel potius ad utran-
que ad intelligentiam *Text. in Cap. Cum in Of-*
ficiis de Teſtamen.

SUM.

S U M M A R I U M.

1 *Bona Epiſcopi tranſlati de una ad aliam Eccleſiam pertinent in morte ad ſecundam Eccleſiam, etiam quod illa partim acquiſita fuerunt ex fructibus primæ Eccleſiæ*, & n. 2. 3. & 4. cum plur. ſeqq.
5 *Epiſcopi in vita ſunt veri uſufructuarii habentes liberam diſpoſitionem de fructibus.*
6 *Epiſcopus fundans in vita beneficium de fructibus Eccleſiæ acquirit ſibi, & hæredibus ſuis Juriſpatronatus.*
7 *Epiſcopus tranſlatus poteſt deferre ad ſecundam Eccleſiam bona quæſita ex fructibus primæ.*
8 *Et hoc, juxta diſpoſitionem Juris, & conſuetudinem univerſalem.*
9 *Conſilium Cardinalis in puncto eſt communiter reprobatum.*
10 *Refellitur opinio* Petri Barboſæ,
11 *Epiſcopus tranſlatus ſecum transferendo ad ſecundam Eccleſiam bona quæſita ex fructibus primæ cenſetur diſpoſuiſſe ac illis ad ſui favorem.*
12 *In caſu tranſlationis Epiſcopi de una Eccleſia ad aliam non fit inventarium, ſicut in caſu mortis.*
13 *Monachus tranſlatus ad aliam Religionem non adimit priori Religioni bona acquiſita ex ſua Perſona.*
14 *Per tranſlationem Epiſcopi ad ſecundam Eccleſiam ſolutum eſt Matrimonium ſpirituale cum prima.*
15 *Uxor non ſuccedit, ſi tempore mortis divortium ſit ſequutum.*
16 *Epiſcopi transferuntur Motu proprio Summi Pontificis de una ad aliam Eccleſiam.*
17 *Textus generaliter loquens generaliter eſt intelligendus,*
18 *Verba præſentis temporis verificantur in ultima Eccleſia, in qua decedit Epiſcopus.*
19 *Diſcretiva quid operetur.*
20 *Ex conſuetudine univerſali Epiſcopi tranſlati ſecum ferunt ad ſecundam Eccleſiam bona quæſita ex fructibus primæ.*
21 *Conſuetudo, juxta quam Epiſcopi tranſlati ad ſecundam Eccleſiam teſtantur de bonis quæſitis ex fructibus primæ.*
22 *Conſuetudo generalis facit jus, & inſervit ad declarationem Juris dubii.*
23 *Si defuncto Epiſcopo in ſecunda Eccleſia fieri deberet diviſio Bonorum cum prima daretur locus abſurdis, & quare.*
24 *In rebus decidendis non attenditur qualis ſit caſus ſed qualis contingere poſſit.*
25 *De abſurdo ſi fieret inventarium in caſu tranſlationis Epiſcopi de una ad aliam Eccleſiam.*
26 *Ratio vitandi abſurdi quid operetur.*
27 *Non eſt aperienda via litigiis, & confuſionibus.*
28 *Explicatur* Text. in Capit. Cum in Officiis de Teſtam.
29 *Verbum* remanere *quid importet*, & n. 34.
30 *Obligatio antidoralis non neceſſitat tanquam actus charitatis naturalis.*
31 *Ratio non neceſſitans, ſi exprimatur per Legem fit neceſſaria, & quando.*
32 *Dari non poteſt extenſio Legis, ubi non eſt eadem ratio.*
33 *Eccleſia ſuccedit in bonis Epiſcopi defuncti uti Domina, non autem uti hæres.*
35 *Interpretatio extenſiva Legis, quando locum non habeat.*
36 *Inducta in favorem Eccleſiarum non debent in earum odium retorqueri.*
37 *Eccleſiaſtici habent triplicem ſpeciem bonorum.*
38 *Quidquid Epiſcopus quæſivit ex ſua congrua parce vivendo dicuntur bona quaſi Patrimonialia, de quibus poteſt diſponere, & teſtari.*
39 *Neque Eccleſia ſucceſſit in illis.*
40 *Reſolutio cauſæ facta per Sacr. Congregationem Concilii.*

DISCEPTATIO CIII.

QUæritur in hoc cauſa, an tranſlato Epiſcopo de prima Eccleſia ad ſecundam, in qua deceſſit, libri, pecuniæ, & alia mobilia in ejus hæreditate reperta pertineant in totum ad ſecundam Eccleſiam, vel potius bona acquiſita ex fructibus primæ Eccleſiæ ſpectent ad illam. 1

In hac quæſtione nullus reperitur Textus apertus in toto Jure, qui eam decidat, licet enim ex parte primæ Eccleſiæ Cathacen. in magna copia adducantur, & tranſcribantur in confuſo plures Canones, & Decretales, necnon Leges Civiles; attamen iſta Jura nihil aliud diſponunt, niſi quod defuncto Epiſcopo ſuccedat Eccleſia in bonis ejus intuitu quæſitis, neque deſcendunt ad cauſam Epiſcopi tranſlati ad alteram Eccleſiam, in qua deceſſerit, utrum nempe bona devolvantur ad primam, vel ſecundam Eccleſiam, immo omnes Canones, & Decretales expreſſe loquuntur de illa tantum Eccleſia, ubi Epiſcopus defunctus eſt.

Ita ſiquidem importat lectura *Textus in capit.* 1. 2
de Teſtament. ibi = *quidquid vero Eccleſia, &c. fuiſſe cognoveris, vel in Epiſcopatus ordine prædictum Epiſcopum acquiſiviſſe, in ejuſdem Eccleſiæ dominio CONSERVETUR* = & in *cap. Cum in Officii* ibi = *penes Eccleſias præcipimus REMANERE* = & in *cap. Relatum il* 2. ibi = *eis debent juxta Lateranen. Concilium poſt acquirentis obitum remanere*, quæ quidem litteraliſſima verba exprimentia conſervationem, & remanentiam bonorum penes Eccleſiam defuncti Epiſcopi, non poſſunt verificari niſi in ultima Eccleſia ubi præſupponuntur manere, & conſervari bona, & docet *Text. in Can. non liceat* 12. *quæſt.* 2. ibi = *ſint ſub cuſtodia Clericorum ECCLESIÆ DEFUNCTI EPISCOPI uſque dum alius ordinetur Epiſcopus* = & in *Can. ſi xum* 12. *quæſt.* 5. ibi = *poſtquam autem Epiſcopus factus eſt, quaſcunque res de facultatibus Eccleſiæ, aut ſuo, aut alterius nomine comparaverit, decernimus, ut non in propinquorum ſuorum, ſed Eccleſiæ, cui præeſt Jura deveniant* =

Deficiente igitur caſu legis, reſolutio quæſtionis petenda eſt vel ex ratione legis, vel ex auctoritate 3
Doctorum; hinc ille, qui ſcripſit pro Eccleſia Cathacen. totam defenſionem conſtituit in illo principio, quod Epiſcopi non habeant dominium ſuper fructibus ſuarum Eccleſiarum, ideoque, ſi quis transferatur de una Eccleſia ad aliam, nequeat transferre ſecum libros, pecunias, aliaque bona mobilia comparata ex fructibus primæ Eccleſiæ, & licet conſuetudo univerſalis doceat, quod Epiſcopi tranſlati ſecum ferant iſta bona; attamen hæc conſuetudo non operetur, quod prima Eccleſia amittat dominium quoad bona ex ſuis fructibus quæſita, ita & taliter, quod defuncto Epiſcopo in ſecunda Eccleſia, ratione dominii adhuc permanentis, bona illa devolvantur, & revertantur ad priorem Eccleſiam juxta doctrinam Petri Barboſæ *in leg. divortio in principio. numer.* 55. *ff. ſolut. matrim.* quam ſequitur Auguſtinus Barboſ. *in cap.* 1. *numer.* 4. *de tranſlationis Epiſc. & de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 35. *& voto dec.* 101. *num.* 43. *libr.* 3.

Et, juxta hoc aſſumptum prætendit, quod ubi Epiſcopus transfertur, dicatur civiliter mortuus, ita- 4
ut illo momento omnia bona, quæ ille habuit ex fructibus primæ Eccleſiæ debeant ibi remanere, & quod fieri debeat inventarium bonorum illorum, ac ſi Epiſcopus eſſet mortuus argumento *Text. in Can. in apibus* 7. *quæſt.* 1. ubi dicitur quod ſuccedens Epiſcopo tranſlato = *defuncto quodamodo Epiſcopo probatur ſubſtitus* = Ex Ortinell. *conſ. unic. de reddit. Veccleſ. poſt tranſlat.* Gratian. *diſcept.* 296. *numer.* 15. Capon. *diſcept.* 105. *numer.* 39. *&* 141. *num.* 21. Barbat. *conſ.* 20. *n.* 10. *&* 11. *& aliis.*

His tamen non obſtantibus contraria opinio eſſe 5
vide-

Digitized by Google

videtur de Jure verior, & tenenda, quod ſcilicet Epiſcopi in vita habeant dominium ſuper fructibus Eccleſiæ, quodque in caſu translationis omnia bona ex primæ Eccleſiæ fructibus quæſita ſecum transferant ad ſecundam Eccleſiam, quidquid enim variaverint Doctores noſtri ſuper hoc articulo, an Epiſcopi, aliique Prælati habeant dominium ſuper fructibus Eccleſiarum, eoſque faciant ſuos, hodie invaluit in foro communis ſententia amplius non controvertenda, quod Prælati ſunt Domini fructuum, & ſunt veri uſufructuarii habentes in vita diſpoſitionem illorum, ut videri poteſt apud Læſſium hoc ex profeſſo diſputantem *in tractatu de Juſtit. & Jure lib. 2. cap. 4. dubit. 6. n. 43.* Fagnan. *in cap ſi quis ſane ſub n. 1. verſ. quod vero, & n. 2. de pecul Cleric.* ibique Zabarell. *n. 2. verſ. mihi videtur*, Paſſerin. *de ſtat. homin. quæſt. 85. art. 7. n. 43. & 44.* & profunde diſcuſſo articulo Gonzal. *in dicto cap. ſi quis ſane de pecul. Cleric. n. 6.* ubi reprobat contrarios Garz. *de benef par. 2. cap. 1. n. 5.* Rot. *cor. Gregor. deciſ. 401. n. 1. & in recent. deciſ. 284. num. 18. par. 7. & coram Celſ. deciſ. 65. n. 3.* Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 59. n. 8. noviſſime in Romana, ſeu Caſenaten. fideicommiſſi ſuper reſervatis 24. Aprilis 1705. §. Sed ut enunciavimus, & in Parmen. beneficii 16. Januarii 1702. §. Quin etiam, coram bon. memor. Anſald.* ubi quod
6 ſi Epiſcopus fundaverit beneficium in vita de fructibus Eccleſiæ acquirit ſibi, & hæredibus ſuis Juſpatronatus laicale, quidquid ſecus ſi illud fundaret in morte, ex eo principio, quod in vita Prælati, & Beneficiati habent dominium, & liberam diſpoſitionem fructuum Eccleſiæ, & beneficii, & fundando ex illis beneficia in Vita, & acquirunt ſibi, & ſuis hæredibus quibuſcunque Juſpatronatus non ſecus, ac de bonis ſuis patrimonialibus fundatum extitiſſet, & bene Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. n. 594. cum duob. ſeqq.* ubi idem firmat in Epiſcopis habentibus Indultum teſtandi in morte de acquiſitis ex hujuſmodi fructibus, fundando per teſtamentum beneficia, & relinquendo Juſpatronatus ſuis Conſanguineis, vel aliis, concordat Cotrad. *in prax. benef. lib. 4. cap. 2. n. 47.* Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc. 59. n. 8.* Rot. *coram Duran. dec. 285. n. 64.* ubi quod tali caſu cenſetur Juſpatronatus laicale, & Ego ſcripſi *de Controv. Patron. allegat.* 110. *n.* 261.

Ex quo principio, quod Epiſcopi faciant fructus ſuos, & habeant in vita plenum eorum dominium, deſcendendo Doctores ad caſum noſtrum firmant,
7 quod ſi illi transferantur de una Eccleſia ad aliam poſſunt bona quæſita ex fructibus primæ Eccleſiæ ſecum deferre, ea ratione, quod ſi valent in vita de eis diſponere, utique dicuntur diſpoſuiſſe eo ipſo, quod comparatunt mobilia deſtinata ad uſus ſuos, & tam mobilia quam pecunias voluerunt ſecum transferre, & de facto ſecum tranſtulerunt ad ſecundam Eccleſiam, ut eſt magiſtraliſſimum *conſil.* 2. *Calderini de rebus Eccleſ. non alien.* ibi = *an Epiſcopus translati, qui eſt Clericus ſecularis, debeat dimittere bona mobilia, quæ acquiſivit poſt promotionem, ſicut ſunt paramenta, vaſa, libri, & ſimilia, & dico, quod TENENDO OPINIONEM, QUÆ COMMUNIS EST, ET SERVATUR, videlicet, quod Clerici etiam adminiſtrationem habentes æquiparantur uſufructuariis, & per conſequens ſaltem fructus perceptos, & reconditos ſuos faciunt, &c. unde conſiderandum eſt, an Epiſcopus talia bona mobilia deputaverit uſui Eccleſiæ, ſicut Altaris paramenta, Calices, Miſſale, & hujuſmodi, & tunc cum ad opus Eccleſiæ illa deputaverit, eidem Eccleſiæ donaſſe videtur, &c. Aut dicta bona mobilia Epiſcopus propriis uſibus deputavit, ſicut vaſa ad uſum Menſæ, libros pro ſuo ſtudio, pecuniam, quam in proprias neceſſitates ſecundum caſus imminentes expendebat, & tunc ſicut potuiſſet alteri donare fortius pro SE IPSO ETIAM RETINERE, ALIAS NON FECISSET FRUCTUS SUOS, QUOD ESSET CONTRA OPINIONEM PRÆDICTAM.*

Quam opinionem doctiſſimi Calderini antiquiſſimi, & inſignis Canoniſtæ referunt, & ſequuntur Caldas *conſ. 48. ſub n. 15. verſ. denique*, Solorzan. *de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 11. n. 72.* Panvin. *de poteſt. cap. ſc de vacan. par. 2. quæſt. 8. nu. 28. inter trat. magnos com. 12. par. 2.* Nicolaus de Ubald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. Finita num. 11.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 12. n. 25.* Paſqualig. *dec. 429. n. 10.* Rot. *dec. unic. de translat. Epiſcop. in antiquis.*

Et propterea non de conſuetudine ſed de Jure eſt, ut 8
Epiſcopi translati ſecum ferant ab una Eccleſia ad aliam fructus perceptos, ac mobilia ex eis quæſita, & ſuis uſibus deſtinata ratione dominii, quod habent ſuper fructibus Eccleſiarum ſuarum juxta opinionem Calderini ubi ſupra communiter receptam, fortius igitur accedente conſuetudine univerſali, quam fateri cogitur ipſe etiam Petrus Barboſa *in l. divortio, ubi ſupra num.* 55. quæ conſuetudo in omni materia, & maxime ubi Jus expreſse, & litteraliter non reſiſtit, habetur pro lege, & advertit Bellamer. *in cap. cum Venerabilis num. 47. de exception. verſ. ſecundo quæritur*, ubi valde deridet ſcrupuloſos Auctores contrariæ opinionis, ex qua, juxta ipſum, ſequeretur abſurdum, quod Epiſcopus translatus deberet a prima Eccleſia diſcedere nudus, ſeu pedes cum baculo, ſeu virga ad manus ſi aliunde nihil haberet, & hoc modo pauper, & nudus cogeretur ire ad ſecundam Eccleſiam ibi = *ſic Prælatus translatus haberet recedere de prima Eccleſia pedes cum virga in manu, eleemoſynas perquirendo, ſi nihil aliunde haberet, quia ſecundum hoc omnia priori Eccleſiæ dimittere teneretur* = loquens præciſe de mobilibus emptis ex fructibus prioris Eccleſiæ ibi = *poſſet ponere exemplum in libris, equitaturis, & aliis mobilibus emptis per Prælatum de illis fructibus* = & latius num. 62.

Hinc in terminis terminantibus hujus articuli ita reſolvit Caldas *conſ. 48. num. 32. in fine* ubi teſtatur ita ſervari in tota Hiſpania, & addit aliud abſurdum ibi = *alias Prælati, qui moriuntur poſt translationem ad alium Epiſcopatum non haberent unum ſucceſſorem, ſed duos nimirum eum, qui ei ſucceſſit in Epiſcopatu reſignato, & alterum, qui ei ſuccedit per mortem, quod eſt abſurdum* = Eunque refert, & ſequitur Solorzan. *de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 11. n. 71. uſque ad 80.* qui nullo modo loquitur contra ſpolium Cameræ Apoſtolicæ, ſed potius in locis, ubi illud non eſt, nec minus ſeſe retractat numeris ſequentibus, ut male percepit ille, qui ſcripſit pro Eccleſia Cathacen. dum ibi loquitur de Epiſcopo, qui ſimpliciter renunciavit Eccleſiæ abſque translatione ad aliam, reſolvendo illam Eccleſiam ſuccedere in bonis ejus intuitu quæſitis, quod nihil facit ad caſum.

Non obſtant prædictis auctoritates in contrarium
adductæ, quia diſtinguendo punctuales a generalibus 9
in contraria allegatione inſimul confuſis, quoad doctrinam Cardinalis *conſ.* 10. reſpondeo illam eſſe communiter reprobatam prout teſtatur Lotter. *de re beneficial. lib. 1. q. 12. n. 25.* ibi = *quidquid cenſuerit* Cardinalis *conſ. 110. &c. qui ſimpliciter tenuit translatum non poſſe exigere, nec hos quidem recollectos (ideſt fructus) vel quovis modo inexactos velati effectos Eccleſiæ, eo ipſo, quod de illis non diſpoſuit ante translationem, NAM HÆC EJUS SENTENTIA EST REPROBATA* = & nominatim eum refellit Cappon. in contrarium allegatus *diſcept. 105. numer. 25.* Cavalet. *deciſ. 104. num. 10. verſ. ubi reiicit*, Caldas *d. conſil. 48. num. 27.* quemadmodum nulla ratio habenda venit *conſ.* 20. Barbat. qui loquitur de Epiſcopo regulari, & contra eum ſtat opinio nedum Calderini, & aliorum de quibus ſupra, ſed etiam S. Rotæ *in deciſ. 241. n. 4. par. 2. rec.* repetita coram *deciſ.* 401. ubi ex doctrina Navarri dicit praxim totius Orbis Chriſtiani ita ſervare.

Opinio autem Petri Barboſæ ſpecialiter reprobata fuit una cum ſequacibus per Solorzan. *ubi ſupra n. 72. verſ. Et quamvis*, immo ex ſui lectura convincitur inſubſiſtens, quia movetur falſo principio, 10
quod Epiſcopi excepta Congrua non habeant dominium ſuper reliquis fructibus ſuarum Eccleſiarum ſequendo *conſilium* 110. Cardinalis, ut ſupra reprobatum.

Inſuper movetur ratione, quod Translatus non debet eſſe meliori conditionis, quam ſi ſemper reſideret in primo Epiſcopatu, ſi ergo ubi ſemper reſideret in illo, ſucceſſio ſpectaret ad ejus Eccleſiam, ita a fortiori pro-

Digitized by Google

procedere debeat in Tranſlato, quæ ratio ex duplici capite non ſubſiſtit, tum quia æquiparat Mortuum, & Tranſlatum, & ſic æquiparat, & confundit Mortem naturalem cum civili, quod eſt principium falſiſſimum in hoc puncto, ut advertit in ſpecie Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 12. n. 26.* ibi: *admittenda eſt enim differentia inter vacationem Eccleſiæ per obitum, in quo militant fundamenta Cardinalis (ſcilicet conſ. 100.) & vacationem per Tranſlationem, neque ad paria judicari debent* Solorzan. *de Jur. Indiar. d. lib. 3. cap. 11. n. 66. cum trib. ſeqq. ubi reſpondet ad Canon. manifeſta* 12. q. 2. quod ſub verbo *tranſitus* intelligat de morte naturali Caldas *d. conſ.* 48. *n.* 29. Rot. *cor. Cavaler. dec.* 104. *n.* 9. & 10.

Tum etiam, quia non eſt eadem ratio in Tranſlato, ac in Mortuo, quia iſte reperitur ligatus vinculo illius Eccleſiæ, in qua decedit, Tranſlatum autem ab ejus vinculo eſt diſſolutus nihil habens commune cum priori Eccleſia, ac etiam quia Mortuus non poteſt diſpone-
11 re de quæſitis intuitu Eccleſiæ, ſecus quoad Tranſlatum, qui poteſt diſponere in vita, & jam diſpoſuiſſe cenſetur de fructibus pro ſe ipſo, emendo ex illis, eorumve pretio mobilia ad ſuum uſum, & ſibi applicando pecunias pro ſuis neceſſitatibus, & omnia ſecum transferendo ad ſecundam Eccleſiam, ut allegando utramque rationem reſpondet Calderin. *d. conſ. 2. de reb. Eccl. non alien. n. 1. circa finem*, ibi: *Et per hoc non obſtat ſibi Tranſlatio ad aliam Eccleſiam, tum quia jam de illis diſpoſuit, & ſic dicta mors Civilis quantum ad illa non prodeſt ſucceſſori*, Paſqualig. *d. deciſ.* 129. *num.* 10. ibi: *Eo ipſo autem, quod ea ſecum adſportat ad aliam Epiſcopum cenſetur diſponere*, Caldas *d. conſ.* 48. *num.* 30.

Quidquid hac in re infeliciter ſeſe involvat Ottinellus Auctor mihi incognitus, cujus eſt curta auctoritas, neque contraponenda Calderino, Lotterio, & aliis ſupra allegatis ſignanter Cavaler *dec.* 104. *n.* 10. & *par.* 1. *diverſ. deciſ.* 819. *n.* 2. nec minus adverſatur deciſio Cavalcani, quatenus æquiparat vacationem per Tranſlationem vacationi per obitum, quia loquitur quoad diviſionem fructuum inter Tranſlatum, & Succeſſorem habito reſpectu, an illi ſint necne maturati, & perfecti, in quibus terminis ſeſe reſtringit in ejus *deciſione* 27. *num.* 20. & *ſeqq. par.* 3. ubi non reprobat, ſed approbat Conſilium Caldas circa opinionem, quod fructus percepti ſpectent ad Tranſlatum, ibi: *Et adducta per* Franciſcum Caldas *dicto ſuo conſilio, loquuntur de fructibus præteritis conſumptis, & acquiſitis.*

Ex his patet, quod Epiſcopi habent dominium ſuper fructibus ſuarum Eccleſiarum, quodque in caſu tranſlationis bona ex eis quæſita tanquam propria ob jam factam in ſuos uſus diſpoſitionem fructuum primæ Eccleſiæ, licite ſecum ferunt ad ſecundam Eccleſiam, cui ſoli pertinet ſucceſſio in eiſdem bonis defuncto Epiſcopo, & proinde opinio Caldas, & Solorza-
a ni mihi videtur verior, quia ſolidis innititur principiis, eoque magis, quia neque in Jure, neque in praxi videmus, quod in caſu Tranſlationis fiat Inventarium de omnibus bonis Epiſcopi tranſlati, quod ſolum practicatur in caſu obitus, vel privationis Epiſcopatus propter exceſſum, ſeu delictum, in quibus terminis loquitur, *Text. in Canon. Charitatem* 12. *q.* 2. & *in Can. ſicuti* 12. *q.* 5.

Reſtat modo examinandum, an licet prima Eccleſia in caſu mortis Civilis per tranſlationem non ſuccedat ratione dominii in bonis Epiſcopi tranſlati ex probatis, adhuc ſuccedere poſſit in caſu mortis naturalis ſaltem ratione obligationis antidotalis, juxta quam Benefacientibus benefacere debemus, juxta *Text. in cap. cum in Officiis de Teſtament.* ſeu propter æquitatem, ut bona a quo provenerunt adeundem revertantur.

Sed etiam in hoc articulo negative concludendum venit, quia nec Petrus Barboſa, nec alius ex Doctoribus in contrarium allegatis, deduxit hanc rationem obligationis antidotalis ad effectum, ut prima Eccleſia ſuccedat in bonis Epiſcopi defuncti in ſecunda, ſed ſolum movetur ex motivo, quod prior Eccleſia nonquam amiſerit dominium ſuper bonis ab Epiſcopo tranſlato perceptis, exemplo Monachi tranſlati de una Re-
ligione ad aliam, cujus tranſitus non adimit bona 13
acquiſita ex ſua Perſona priori Religioni, ut exponit Solorzan. *d. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 75.

Ideoque, ſi hoc principium non ſubſiſtit quoad Epiſcopum tranſlatum, qui fecit fructus ſuos, & ſi in caſu mortis civilis per tranſlationem prior Eccleſia non habet jus ſuccedendi in bonis effectis propriis Epiſcopi tranſlati, per conſequens ſupponere non poſſumus, quod illa reacquirat jus ſuccedendi de tempore mortis naturalis, quando diſſolutum eſt vinculum matrimonii ſpiritualis inter Epiſcopum, & primam Eccleſiam,
cum qua nihil amplius commune habet juxta *Text. in* 14
Can. ſi quis jam tranſlatus 21. *q.* 2. ibi: *Si quis jam tranſlatus eſt ab una Eccleſia ad aliam, nihil habet commune cum priori*, exemplo matrimonii carnalis a
quo valet argumentum ad ſpirituale, ubi Uxor non 15
ſuccedit in bonis Viri ſi tempore mortis divortium ſit ſecutum *Text. in l.* 1. *ff. unde Vir, & Uxor*, ibi: *Ut autem hæc bonorum poſſeſſio locum habeat Uxorem eſſe oportet mortis tempore, ſed ſi divortium quidem ſecutum ſit, &c. hæc ſucceſſio locum non habet.*

Et frigida eſt reſponſio eorum, qui dixerunt, id non procedere reſpectu Conjugis, ex cujus parte culpa ſe-
parationis non proceſſit, quia non poteſt applicari hoc 16
ſimile ad tranſlationem Epiſcoporum, qui transferuntur ex voluntate, & Motu proprio Summi Pontificis, non autem ex facto, & culpa Tranſlatorum, ut ex Lotterio ſuperius notavi *diſcept.* 54. *n.* 42. & *diſcept.* 55. *n.* 37. immo Tranſlationes, quæ regulariter fiunt de minori ad majorem Eccleſiam, contingunt ex cauſa meritorum, & in præmium ipſorum, qui transferuntur, unde diſſolutio prioris Matrimonii non poteſt dici ſecuta ex culpa Epiſcopi, ſed ex facto Superioris, ſeu Papæ, & propter neceſſitatem, ſeu utilitatem Eccleſiæ, juxta *Text. apertos in Canon. mutationes* 7. *q.* 1. ubi allegat exemplum D. Petri ibi: *Petrus Sanctus Magiſter noſter, & Princeps Apoſtolorum de Antiochena Civitate utilitatis cauſa eſt tranſlatum Romam, & in Can. ſcias, & in Can. Epiſcopus, & in Can. temporis qualitas* 7. *quæſt.* 1.

Stringit pro hac ſententia Textus ſpecialiſſimus *in Canon. fixum* 12. *quæſt.* 5. ubi diſtinguit bona patrimonia Epiſcopi, & bona acquiſita ex fructibus Eccleſiæ, & quoad patrimonalia dicit: *Decernimus, ut Epiſcopus res ſui juris quas ante Epiſcopatum, aut certe in Epiſcopatu hæreditaria ſucceſſione acquiſierit ſecundum auctoritatem Canonicam, cui vult, conferat, & quidquid vult de eis faciat*: quo vero ad bona ex proventibus Eccleſiæ quæſita mandat ſuccedere illam Eccleſiam, cui Epiſcopus ultimo loco præeſt ibi: *Poſtquam autem Epiſcopus factus eſt QUASCUMQUE RES DE FACULTATIBUS ECCLESIÆ, aut ſuo, aut alterius nomine comparaverit decernimus, ut non in Propinquorum ſuorum, SED ECCLESIÆ CUI PREEST jura deveniant*, cum enim ſupra Textus genera-
liter loquatur de quibuſcumque rebus comparatis ex 17
proventibus Eccleſiæ, generaliter, & indefinite intelligi debet de quibuſcunque bonis ſive ab una, ſive ex pluribus Eccleſiis earum intuitu quæſitis ex regula *Text. in leg. prima, §. Generaliter, digeſtis de legat. præſtan. c. ſolita, §. final. de majorit. & obedient.* Antonin. *variar. reſolut. lib.* 3. *reſol.* 18. *num.* 3. Valaſch. *conſult.* 113. *n.* 21. Rot. *deciſ.* 533. *nu.* 4. & 5. *part.* 14. *recent.*

Et tamen poſt hanc indefinitam diſpoſitionem de quibuſcumque bonis Eccleſiaſticis ab Epiſcopo comparatis Text. decidit ſucceſſionem in illis poſt obitum Epiſcopi indiſtincte ſpectare ad Eccleſiam ultimam, in qua deceſſit ibi: *Sed Eccleſia cui præeſt jura deveniant*,
quæ verba præſentis temporis non poſſunt verificari ni- 18
ſi in ultima Eccleſia, prout de ultima eſſe intelligendos Textus, qui loquuntur de ſucceſſione in bonis Epiſcopi, firmat Geminian. *in Canon. quicumque* 12. *qu.* 5. *num.* 2. ibi: *Et intelligatis, quod in terminis Textus ſuccedit Eccleſia CUI DESERVIUNT, SCILICET ULTIMO LOCO*: ibique Turrecremat. num. 1. ibi: *Deſerviunt ultimo loco*, Panormit. *in cap.* 1. *num.* 3. *de Succeſſ. ab inteſtato*, ubi advertit, quod quando Textus loquitur per verbum præſentis temporis intelligitur de ul-

de ultima Eccleſia ad excluſionem primæ, ibi ; *Et intelligit in Eccleſia cui ſervit Clericus tempore mortis, & ita aperte vult iſta littera* = ibi = *CUI SERVIT* = *ex quo infertur, quod ſi Clericus habuit prius aliud beneficium, bona ſua non dividuntur, ſed omnia cedunt beneficio, cui ad præſens Clericus eſt adſtrictus* = .

Si ergo allegatus *Text. in Canon. fixum* generaliter loquitur de quibuſcunque rebus Eccleſiæ quæſitis, ſe non reſtringendo ad unam, vel alteram Eccleſiam, ex qua Epiſcopus bona comparaverit, verſamur in caſu legis, quod ultima tantum Eccleſia ſuccedere debeat etiam in bonis intuitu alterius Eccleſiæ quæſitis, prout quod generaliter loquatur ex eo etiam reſultat, quia facit mentionem de bonis comparatis poſtquam quis factus eſt Epiſcopus, ibi = *Poſtquam autem Epiſcopus factus eſt* = Unde cum quis factus Epiſcopus poſſit acquirere ex pluribus Eccleſiis, dicendum eſt, quod loquatur de omnibus quæſitis ratione cujuslibet
19 Eccleſiæ; hoc etiam ſuadente diſcretiva, dum quando Textus loquitur de acquiſitione bonorum facta ab Epiſcopo dicit ſimpliciter = *de facultatibus Eccleſiæ* = quando vero loquitur de ſucceſſione Eccleſiæ, illam non exprimit generaliter, ſed reſtrictive, ibi = *Eccleſia cui præeſt* = Ergo ubi non expreſſit hanc reſtrictivam in ſuperiori parte, ubi locutus eſt de quæſitis ex facultatibus Eccleſiæ, argumentum eſt, quod eſt ibi generaliter de omnibus bonis Eccleſiaſticis ex qualibet nempe Eccleſia quæſitis intellexerit ex regula *Text. in leg. unic. §. Sin autem ad deficien. Cod. de caduc. tollen.* Rot. *deciſ. 61. n. 5. par. 14. & dec. 36. n. 11. par. 16. rec. & coram Emerix Jun. dec. 678. n. 2. & deciſ. 491. n. 5.*

Accedit pro veritate hujus opinionis tum relata auctoritas punctualis Caldas, & Solorzani, tum etiam conſuetudo univerſalis totius Mundi Eccleſiaſtici, juxta quam Epiſcopi tranſlati ſecum ferunt ad ſecundam
20 Eccleſiam bona quæſita ex fructibus primæ, & in caſu illorum obitus ultima tantum Eccleſia ſuccedit, ut hanc eſſe conſuetudinem in Indiis, & aliis locis, ſeu Provinciis, ubi non vigent ſpolia, neque contrarium in praxi vidiſſe teſtatur Solorzan. *de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 11. n. 80.* ibi = *Nuſquam praxi receptum vidi in noſtris Indiis, vel in aliis Provinciis ubi Collectores Apoſtolici non admittuntur* = hoc ipſum ſervari in Regnis Hiſpaniarum ubi pariter non fiunt ſpolia tradit Caldas *conſ. 48. n. 32. circa fin. verſ. & ſic videmus communiter ſervari in tota Hiſpania.*

Pariter in Regno Sardiniæ eadem praxis viget quamvis ibi vigeat Bulla S. Pii V. iiſdem fere verbis concepta, ac illa Innocentii XII. conceſſa pro Regno Neapolis, ut apud Deſart. *in cap. & act. Sardin. lib. 2. tit. 1. de Sacr. Eccl. reb.* idemque practicari in Germania, & Polonia notoria facta eſt, de aliis autem Partibus mentionem non facio, vel quia ibi exercentur ſpolia Cameræ Apoſtolicæ, vel ſuccedit Camera Regia, vel hæredes Epiſcopi, immo ſuis temporibus talem fuiſſe
21 Conſuetudinem generalem, ut Epiſcopi tranſlati non ſolum ſecum ferrent fructus, & acquiſita ex fructibus primæ Eccleſiæ, ſed etiam teſtarentur de bonis, ſeu eiſdem fructibus acquiſitis ex prima Eccleſia teſtimonium præbet Bellamer. *in dicto cap. cum Venerabilis n. 60. & 62. de exception.* ibi: *Certa tamen eſt conſuetudo generalis, ſecundum quam Prælati dum vivunt, & præſunt, diſpenunt de iſtis fructibus, prout volunt, & dum transferuntur illos ſecum portant, & dum moriuntur de illis teſtantur, ſicut & de aliis.*

Quæ ſane Conſuetudo generalis aſſociata etiam ex actibus negativis, quia non datur caſus, aut exemplum, quod defuncto Epiſcopo translato ſucceſſio delata fuerit ad primam Eccleſiam quoad bona ex ejus fructibus quæſita, utique ad decidendum hunc juris
22 articulum potiſſime attendenda venit, quia Conſuetudo generalis facit jus, immo ad hunc effectum ſufficeret majorem partem Catholicarum Regionum ita ſervare, ut eadem Conſuetudo inſerviat ad declarationem juris dubii etiam in aliis Regionibus, juxta *Text. in cap. cum olim de conſuetud.* Rot. *coram Dunozet. Jun. deciſ. 541. n. 3. & in recent. dec. 786. n. 6. par. 18. tom. 2.* Rot. *in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus 29. Junii 1701. §. Tum etiam, & 10. Martii 1702. §. Nec advertendam, coram Eminentiſſ. Caprara, & in Hiſpalen. Viſitationis 30. Aprilis 1700. §. Obſervantia, cor. bon. me. Molines,* ibi: *Quæ praxis generalis in tot. Cathedralibus pacifice ſervata maximopere attendenda venit ad effectum, ut eidem uſus mandari, & ſervari debeat in Eccleſia Hiſpalen.*

Obſervo ulterius, quod admittere hujuſmodi diviſionem ſucceſſionis reddendo unicuique Eccleſiæ quid- 23
quid Epiſcopus ex una, vel altera conſecutus eſt in fructibus, & bonis, eſſet parare viam inconvenientiis, & abſurdis; Etenim ponamus caſum, quod aliquis Clericus primo fiat Canonicus, deinde Parochus, mox Archipresbyter, ſeu Præpoſitus, poſtea Abbas, in diverſis Eccleſiis, & ſucceſſive factus Epiſcopus transferatur ad ſeptem, vel octo, & plures Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus, ſuppoſito quod ex omnibus Eccleſiis aliqua bona ſibi comparaverit, quæro hic, quæ confuſio eſſet iſta in morte hujus Prælati? dum juxta contrarium aſſumptum, & juxta Canonicas ſanctiones, regula quod Clerico Defuncto ſuccedat Eccleſia, procedit nedum in Epiſcopis, ſed etiam in aliis Prælatis, & Beneficiatis quibuſcunque, juxta communem opinionem Canoniſtarum de qua Innocent. *in cap. cum in Officiis num. 1. de teſtam.* ibi: *Nota non ſolum Prælatus, ſed etiam alius Clericus omnia acquiſita intuitu Eccleſiæ debent relinquere Eccleſiæ,* Zabarell. num. 1. ibi: *Tertio nota quod non tantum Prælati, ſed etiam alii Clerici debent Eccleſiis relinquere, quæ per Eccleſiam acquiſiverunt,* Ancharan. *num. 3.* Butr. *in cap. relatum il 2. num. 3. eodem titul.* ibi: *Et procedit hoc dictum indiſtincte, ſive ſit Clericus habens adminiſtrationem, ſive non, ſive ſit beneficiatus in Congregatione, ſive extra.*

Cum ergo in rebus decidendis ſpectare debeamus non qualis hodie ſit Caſus, ſed qualis eſſe, & dari poſ- 24
ſit, Rot. *deciſ. 276. n. 25. par. 18. tom. 1. recent.* certe in caſu mortis Epiſcopi, qui tot Eccleſias poſſediſſet, quoties ſucceſſio eſſet diſmembranda in tot partes, quot fuiſſent Eccleſiæ, nihil aliud eſſet niſi involvere Mundum confuſionibus, & litigiis, cum impoſſibile foret de tempore mortis Epiſcopi certo ſcire, quæ ſint bona quæſita ex fructibus hujus, vel alterius Eccleſiæ, quam impoſſibilitatem etiam quoad diſtinctionem probandam inter bona patrimonialia, & Eccleſiaſtica agnoverunt Canoniſtæ *in d. cap. cum in Officiis de Teſtam.* ſignanter Innocent. num. 3. ibi: *quia in his difficiles, & quaſi impoſſibiles eſſent probationes Teſtium, vel inſtrumentorum, ſcilicet quid vel quantum de redditibus Eccleſiæ, & quantum de ſuo proprio emerit,* Zabarell. *ſub numer. 2. verſ. dicit autem,* Ancharan. *num. 5. in fin. verſ. concludo ergo, ibique alii communiter Canoniſtæ.*

Quod ſi dicatur in qualibet Tranſlatione Prælatorum de Eccleſia ad Eccleſiam fieri poſſe Inventarium de bonis, quæ Epiſcopi tranſlati ſecum portant, in majo- 25
rem incidit diſſonantiam, tum quia ſi bona ſunt propria cujuslibet Epiſcopi tranſlati juxta communem opinionem ſuperius probatam, quomodo erit locus Inventario de bonis, quæ Eccleſiæ non ſunt; tum etiam quia inventariare bona cujuslibet Epiſcopi tranſlati eſſet graviſſimum ſcandalum, & dedecus apud Eccleſiaſticos, dum in actu Tranſlationis miſerabiles Epiſcopi viderent ſe circumdatos a Commiſſariis, & Notarios, & cogerentur ponere in publico omnia eorum bona recondita, & ſecreta Domus, additis vexationibus, & injuriis, quæ ſequi poſſent ex hac cauſa, prout minus, & magis Epiſcopi ſunt inviſi apud Clerum, & Populum, quem caſtigarunt, & correxerunt, quam miſeriam paterentur in omni Tranſlatione, acſi eſſent Depoſitarii, ſeu, ut ita dicam, quodammodo Uſurpatores, & has moleſtias Commiſſariorum, ſeu Officialium conſideravit, ac expreſſit ſa. me. Innocent. XII. in ſua Conſtitut. 23. in qua abſtulit ſpolia in Regno Neapolis, quod ſane nunquam fuit de mente Sacrorum Canonum permittere hanc indecentiam erga Venerabiles Epiſcopos, qui ſunt in apice Dignitatis Eccleſiaſticæ conſtituti; Ratio autem abſurdi vitandi potentiſſima eſt in qualibet materia ad effectum tenendi hanc, vel illam opinionem, 26
in judicando, itaut Doctores noſtri admittant interpreta-

Digitized by Google

pterationem quamcunque etiam impropriam, impro-
priiſſimam, & violentam Cancer. *var. reſol. part. 2. cap. 1. n. 150.* Barboſ. *axiom. 2. n. 2. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 132. n. 21. par. 16. rec. & cor. Dunoz. Jun dec. 984. n. 14.* & poſt Merlin. *de Legit. dec. 160. n. 12.*

Alia etiam ex hoc oriretur confuſio, dum facta di-
viſione hæreditaria in tot Eccleſias, inſurgeret dubia
quæſtio, quænam ex illis teneretur ad debita ab Epi-
ſcopo contracta, ſignanter ad expenſam, quæ fit ante
diſceſſum Epiſcopi a prima Eccleſia pro expeditione
Bullarum ex cauſa Translationis de una ad aliam Eccle-
27 ſiam, unde non eſt aperienda via tot litigiis confuſio-
nibus, & inconvenientiis, quando poſſumus omnia
evitare tenendo illam opinionem, quæ hæreditatem
Epiſcopi translati totam adjudicat ultimæ Eccleſiæ,
ut advertit Rot. *dec. 199. n. 12. par. 15. & dec. 711. n. 2. verſ. & interpretatio par. 3. & dec. 429. ſub num. 24. verſ. quia prius par. 5. & dec. 387. n. 45. par. 9. & dixi diſcept. Eccleſ. 16. n. 73.*

His omnibus obſtare non puto Deciſionem *Text. in cap. cum in officiis de Teſtam.* ubi videtur poſſe in-
ferri, quod unaquæque Eccleſia ſuccedere debeat in
bonis ex ejus fructibus quæſitis, ex quo benefacien-
tibus benefacere tenemur ibi: *Cum in officiis chari-
tatis primo loco illis teneamur obnoxii, a quibus be-
neficium nos agnoſcimus recepiſſe, e contra quidam
Clerici, cum ab Eccleſiis ſuis multa beneficia perce-
perint, bona per eos acquiſita in aliis transferre præ-
ſumunt, hoc igitur indemnitati Eccleſiarum provide-
re volentes, ſive inteſtati deceſſerint, ſive aliis
conferre voluerint, penes Eccleſias eadem bona præ-
cipimus remanere.*

28 Siquidem lectura hujus Textus aperte reſtringitur
ad illam Eccleſiam, ſeu Eccleſias, in quibus Epiſco-
pi decedunt, ſolum figurando caſum, quod Clerici
recipientes beneficium ab eorum Eccleſiis, quas ha-
bent, moriendo relinquant bona Conſanguineis,
neque ullatenus cogitando caſum plurium Eccleſia-
rum ab uno, eodemque Epiſcopo per prius, & po-
ſterius poſſeſſarum; exterius enim loquitur Textus in
plurali de Eccleſiis, quatenus loquebatur in plurali
de Clericis, ita ut pluralitas illa diſcretive, & di-
ſtributive accipiatur, & reſolvatur in ſingularitatem
per *Text. in l. 3. §. 1. ff. de negot. geſtor.* Rot. *deciſ. 88. n. 15. par. 13. & deciſ. 1. n. 2. par. 15. recent. & coram Pamphil. dec. 562. n. 2.*

Quod autem Textus loquatur de unica Eccleſia, in
qua decedunt Clerici colligitur ex finalibus verbis *penes*
29 *Eccleſias eadem bona præcipimus remanere*, ſi ergo
conſiderat, quod bona Clericorum defunctorum de-
beant remanere apud Eccleſias, pernecesse ſupponit,
ſeu figurat Eccleſias, in quibus illi decedunt, & in
quibus verificatur remanentia bonorum, in Eccleſiis
nempe non Translatorum, non autem figurat Eccle-
ſias derelictas, ſeu a quibus Clerici fuerunt tranſ-
lati, dum ſi ab illis Clerici tranſtulerunt bona, ea-
rum reſpectu non verificatur remanentia bonorum,
ſed potius reverſio, & reſtitutio, ut ex Rebuff. *in l. 94. in fin. verſ. remanere, ff. de verb. ſignificat.* ubi quod
tale verbum importat durare, & perſeverare.

Si itaque Textus non conſiderat Eccleſias derelictas,
ſed tantum præſentaneas ubi Epiſcopi decedunt cum ſuis
bonis ibi remanentibus, nullum fieri poteſt fundamen-
tum ſuper verbis præmialibus ejuſdem Textus = *cum in
officiis charitatis primo loco illis teneamur obnoxii,
quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe* = quaſi
quod ratio generalis Textus illum extendat etiam ad
alios caſus, qui ſub ratione comprehendi valent. Quo-
niam hæc ratio benefaciendi benefacientibus, quæ dici-
tur obligatio antidoralis, non neceſſitat aliquem ad re-
30 tribuendum, nec eſt arctativa civiliter, ſed tantum
eſt actus charitatis naturalis, ut in puncto animad-
vertit Anchatan. *dict. cap. cum in officiis num. 2.* ibi:
*& dicitur iſta obligatio ad antidora, ut in prima gloſ-
ſa NEC NECESSITAT ILLUM, QUI RECI-
PIT REDDERE NEC HOC DICIT ISTE
TEXTUS, SED OBLIGAT EUM NATURA-
LITER*, Barboſ. *ibidem num. 8.* Cabedo *deciſ. Luſi-
tan. deciſ. 26. num. 7. par. 2.*

Proinde cum hanc rationem charitatis antidoralis,
quæ neceſſitatem non inducit, Textus expreſſerit, &
applicaverit ad illas tantum Eccleſias, in quibus Cleri- 31
ci decedunt, & de quibus tantum cogitavit, utique
iſta ratio ſolum obligatoria eſt, & operatur quoad ca-
ſum Textus, non autem quoad alium diverſum, ubi
eadem ratio non eſt neceſſitativa, licet enim non igno-
rem, quod ratio non neceſſitans, ſi exprimatur per
legem fiat neceſſaria, id tamen procedit quoad caſum
in lege expreſſum, & ab ea cogitatum, in aliis enim
caſibus non habet naturam neceſſitatis, nec operatur
vigore legis, ut tradunt Foſat. *de ſubſtit. quæſt. 678. num. 9.* Peregrin. *de fideicom. art. 11. num. 55. & art. 14. num. 22. verſ. ſed nec iſta argumentatio*, Petra *eod. tract. q. 5. num. 26. & ſeqq.* Menoch. *conſ. 376. n. 51. & ſeqq.* Beroius *conſ. 90. num. 3. lib. 2.*

Fortius quando non eſt eadem ratio inter Eccleſias
derelictas a quibus Epiſcopi ſunt translati, & inter il- 32
las in quibus decedunt, & ſic extenſio Textus dari non
poteſt *l. fin. ff. de ritu nuptiar. & l. ſi ita, ff. de manumiſſ. Teſtam.* Ratio enim ſucceſſionis, quam Sacri Cano-
nes tribuerunt Eccleſiis in bonis ex earum fructibus
quæſitis, procedit, & conſideratur ex quo Eccleſia 33
remanet Domina illorum bonorum, de quibus Epiſco-
pi teſtari non valent, ita ut ſuccedat non tanquam hæ-
res, ſed tanquam Domina, ut ſubtiliter ponderat In-
nocent. *in d. cap. cum in officiis num. 5.* ibi: *actio au-
tem expilatæ hæreditatis, vel Ædictum Divi Adria-
ni non competunt Eccleſiis, quia prædicta non petit
tanquam hæres, ſed Domina*, Anchatan. ibidem num.
7. ibi: *quia prædicta non petit tanquam hæres, ſed tan-
quam Domina*, Zabarell. *ſub num. 3. verſ. actio autem, & cæteri Canoniſtæ.*

Hæc autem ratio non poteſt applicari ad Eccle-
ſias derelictas, quæ non remanent Dominæ illorum
bonorum, quæ Epiſcopi translati ſecum tulerunt ad
aliam Eccleſiam, & ſua fecerunt, ut ſuperius com-
probavi, ex quo etiam ſequitur, ut his Eccleſiis de-
relictis non applicentur verba Textus, quod nempe
penes Eccleſias bona debeant remanere, quia defi-
ciente Dominio, bona non poſſunt unquam dici re- 34
manere, ſed ſolum tertio transferri, reſtitui, ſeu de-
volvi, ut ſupra dictum eſt.

Addendo inſuper, quod nunquam capi valet in-
terpretatio extenſiva præallegati *Text. in cap. cum in* 35
officiis, quando nedum habemus punctuales Docto-
res in contrarium, ſcilicet Caldas, Solorzan, &
Alios, necnon alium Textum ſupra explicatum in
Can. fixum 12. q. 5. ſed etiam quando repugnat con-
trariæ opinioni Conſuetudo generalis Univerſi Orbis
Eccleſiaſtici, & repugnat ratio evitandi abſurda, &
inconvenientia ſuperius conſiderata, Bald. *conſ. 208. num. 2. lib. 3.* Cravett. *conſ. 186. num. 18.* Surd. *conſ. 321. num. 30.* Rot. *coram Merlin. deciſ. 650. numer. 5. & deciſion. 685. num. 16.*

Urgente etiam regula, quod omnis novitas eſt evi-
tanda, neque introducenda, neque introducendum
exemplum, quo mediante aperiatur Campus confuſio-
nibus, & litigiis inter Eccleſiaſticos, & Eccleſias ſu-
per ſucceſſione cujuſcunque Prælati, aut Beneficiati,
& maxime in præſenti caſu, ubi ſan. me. Innocentius
XII. mediante ſua Conſtitutione Incipien. *Inſcrutabili*,
tollendo ſpolia ab Eccleſiis Regni Neapolitani habuit
præ oculis quietem, & pacem Eccleſiarum, commi-
ſerando earum paupertatem, & vexationes eis hacte-
nus illatas per Subcollectores ſpoliorum, ut legere eſt
in Bullario ejuſdem Innocent. Conſtit. 23. n. 2. 3. & 4.
neque contrariandum eſt intentioni Summi Pontificis
concedentis, neque congruum eſt, ut quæ in favorem 36
Eccleſiarum Summus Pontifex conceſſit, in earum
odium, & pejorem exagitationem hodie retorqueantur
contra *Text. in l. meminerint in fin. Cod. unde vi*, Rot.
*in Caſtellana aperitionis oris 13. Novembris 1703. §. Minuſque, coram bon. mem. Molines, & in Colonien. Canonicatus prima gratia 13. Decembris 1719. §. Ne-
que, cor. bon. mem. Lancetta*, & hæc omnia procedunt
reſpectu articuli in abſtracto, quia vero probatur in fa-
cto, quod bo. me. Gorus non habuit ab Epiſcopatu Ca-
thacen, ſua prima Eccleſia, niſi ſolam Congruam ſibi
aſſignatam in lite contra Penſionarios, cum qua Con-
grua parce vivendo controverſa bona ſibi comparavit,

idcir-

idcirco ſtante hac facti circumſtantia ſine ulla diffi-
cultate Eccleſia Cathacen. nullum habet jus ſucce-
dendi in his bonis etiam ſi fuiſſet ultima Eccleſia.
Habent enim Eccleſiaſtici triplicem ſpeciem bono-
37 rum, una eſt patrimonialium, ſeu ſæcularium, qua-
lia ſunt, quæ per ſucceſſionem, aut per ſuam in-
duſtriam, aut donationes, & contractus quæſita
fuerunt, altera eſt quaſi patrimonialium, quæ ſci-
licet quæſita fuerunt ratione Ordinis, vel Officii
Clericalis, & tertia eſt bonorum Eccleſiaſticorum,
quæ ſunt quæſita ex fructibus Eccleſiarum, ut in
puncto Navarr. *de reddit. Eccleſiaſt. quæſt. 1. monit.*
19. num. 1. & ſeqq.
Quidquid autem quæſivit Epiſcopus ex fructibus
Eccleſiæ deſtinatis pro ſua Congrua parce vivendo,
38 dicuntur bona quaſi patrimonialia, quæ ſunt propria
ſicut illa ſæcularia, & de quibus poteſt non ſecus
ac de illis ad libitum diſponere, & teſtari, neque
in eis ſuccedit Eccleſia, ea ratione, quod Congrua
datur non ſolum tamquam vitæ neceſſaria pro ali-
mentis, ſed etiam uti ſtipendium, & merces labo-
rum Epiſcopi, quos ipſi ſubſtinent plus, quam alii
Beneficiati in regimine Eccleſiæ, & Diœceſis, ut
in puncto Navarr. *reddit. Eccleſiaſt. qu. 1. monit. 19.*
num. 1. & 2. & monit. 26. num. 1. Covarr. *in cap. cum in*
officiis num. 2. verſ. tertio ex eadem ratione de teſtam.
Filiucc. *de Spol. Eccleſ. cap. 3. num. 6. & 7.* late Maraot.
reſponſ. 99. num. 53. cum plur. ſeqq. par. 4. ubi probat
hæc bona non cadere ſub ſpolio Leſſius *de Juſtit. &*
Jur. lib. 2. cap. 4. dubit. 6. num. 39. & 40. Azor. *Inſtit.*
moral. tom. 2. lib. 8. cap. 3. quæſt. 1. ubi quod hæc bo-
na traſmittit Beneficiarius ad ſuos hæredes, non ad
Eccleſiam Rot. *cor. Gregor. dec. 401. num. 6.*
Et conſequenter ſi concurrit hoc motivum facti,
Eccleſia Cathacen. nullum habet fundamentum ſuper
39 his bonis quaſi patrimonialibus Epiſcopi defuncti
abſque neceſſitate alterius examinandi quæſtionem
ſupra agitatam, quæ procedit quoad bona quæſita
ex fructibus ſuperfluis Eccleſiæ deducta Congrua
quidquid infeliciter dixerint Boetius, & Vaneſpen.
in contrarium adducti, qui loquuntur contra Com-
munem, eorumque opinio inſervire poteſt pro exer-
cendo ingenio Scholaſticorum, non autem in Foro,
& praxi, ut oſtendit Capon *diſcept. 142. num. 7. to. 3.*
Navarr. *de reddit. Eccleſiaſt. d. quæſt. 1. monit. 19. n. 2.*
& monit. 26. num. 1. Rot. *cor. Gregor. d. dec. 401. nu. 6.*
Zecchius *de Repub. Eccleſiaſt. tit. de Benef. nu. 10. verſ.*
Quod ſi beneficiarius, Molin. *de primogenit. Hiſpan. lib.*
2. cap. 10. num. 50. & ſeqq.
In hac Cauſa, ubi diſputabatur, an Bona mobi-
lia, libri pecuniæ, & cætera tempore obitus Epiſco-
40 pi Gori apud ipſum inventa ſpectarent ad primam
Eccleſiam Cathacen. vel potius ad ſecundam, nem-
pe Sueſſanam, S. Congreg. Concilii de anno 1710.
reſolvit ſpectare ad utramque, nempe ad primam
acquiſita ex ejus redditibus, ſeu ejus intuitu, & ad
ſecundam ſimiliter ejus ratione acquiſita, non ob-
ſtantibus per Me ſupra deductis ex fundamento, ſeu
ratione allegati *Text. in cap. cum in officiis de Teſtam.*
poſt vero editam hanc Reſolutionem inveni alium
Text. in §. Interdicimus auth. de Eccleſiaſt. Titul. ita
diſponentem: *Interdicimus autem Sanctiſſimis Epiſco-*
pis res mobiles, aut immobiles ſeſeque moventes qua-
cumque poſt Epiſcopatum ad eos quoque modo pervene-
rint, in proprios Cognatos, aut alias quaſcunque transf-
ferre Perſonas, &c. & quidquid ex hujuſmodi rebus
poſt obitum eorum, in ipſorum facultate remanſerit,
jubemus hoc ad proprietatem Eccleſiarum, quarum Sa-
cerdotium habuerunt, competere. Quæ verba ſignifi-
care videntur omnes illas Eccleſias, quibus Epiſco-
pi præfuerunt, & non ultimam tantum, quamvis
etiam reſpectu hujus Textus recurrat illa reſponſio
ſuperius data ſub num. 28. itaut neque etiam iſte
Textus concludere videatur. Ego autem, qui De-
creta S. Congregat. venerari profiteor, ab exponendo
quicquid hoc in articulo ſentiam, abſtinere cenſeo,
& Aliis, qui ſuperius per me deducta diligenter e-
xaminabunt, judicandum relinquo.

FULGINATEN. PRIORATUS.

ARGUMENTUM.

Cura Animarum in Eccleſia Cathedrali non reſidet apud primam Dignitatem, ſed Capitulum, non obſtante quod illa habeat jus aſſiſtendi Matrimoniis, nec proviſio Apoſtolica de hac Dignitate eſt ſubreptitia ob non expreſſam Curam; Et proviſiones Dignitatis cum Commiſſione examinis quando non cenſeantur factæ tanquam de Curata.

S U M M A R I U M.

1 *Gratia dicitur perfecta cum Signatura, & data & ſolutione Componenda.*
2 *Supplicatio non eſt amplius reſolubilis facta ſolutione Componendæ.*
3 *Expeditio Litterarum non pertinet ad ſubſtantiam gratiæ.*
4 *Votum S. Congreg. requiſitum per Datariam Apoſtolicam intelligitur prout de Jure.*
5 *In dubio judicatur contra ſubreptionem, & pro validitate gratiæ.*
6 *Sac. Congreg. judicat etiam in poſſeſſorio ubi requiſita fuit de Voto in materia ubi de Jure ſufficit poſſeſſio.*
7 *Ultimus ſtatus ſufficit ad evitandam ſubreptionem, & de ratione n. 8.*
9 *Examen in Beneficiis Curatis cum qua clauſula committatur Executori juxta ſtylum Datariæ.*
10 *Qualitas, & ſtatus Beneficii inducitur per quadragenariam, fortius per centenariam.*
11 *Qualitas Curata in Beneficiis debet Papæ exprimi præciſe, & in individuo.*
12 *Nec ſufficit ejus expreſſio facta per Papam in clauſulis executivis.*
13 *Regula 37. Cancell. inhærendo Sacr. Canonibus requirit ſpecialem narrativam Curæ ſub pœna nullitatis gratiæ.*
14 *Dictio,* Etiam *in reſcriptis, & gratiis accipitur pro* videlicet.
15 *Primæ Dignitates poſt Pontificalem provideri ſolent in forma gratioſa, & in forma dignum, & quando.*
17 *Proviſio in forma dignum datur in Beneficiis reſidentialibus, licet non Curatis.*
17 *Proviſio in forma dignum cum examine non probat Beneficium Curatum.*
18 *Maxime ſi fuit proviſum aliquando etiam in forma gratioſa.*
19 *Idoneitas requiritur etiam in Dignitate, aut Canonicatu habendo per examen.*
20 *Cum qua clauſula committatur examen Executori in proviſionibus Beneficii tamquam de Curata.*
21 *In Parochialibus examen eſt de forma, & quoties aliquis eſt proviſus de alia Parochiali eſt de novo examinandus.*
22 *Per differentes clauſulas committitur Examen in Curatis, ac ſimplicibus, & quales illæ ſint.*
23 *Praxis providendi in forma gratioſa.*
24 *In Curatis numquam fit proviſio in forma gratioſa.*
25 *Nullam pœnam meretur qui facit, quod debet, exprimendi, quod exprimere tenebatur.*
26 *Pro ſubſtinenda gratia contra ſubreptionem ſufficit ultimus ſtatus, & petitorium inſervit pro futuris vacationibus.*
27 *Centenaria decidit tam poſſeſſorium, quam petitorium.*
28 *Beneficium præſumitur ſimplex, & non Curatum, niſi qualitas Curata probetur concludenter.*
29 *Cura Animarum in Cathedrali non reſidet apud primam Dignitatem, ſed Capitulum.*
30 *Ex quibus dignoſcatur Curam reſidere apud Capitu-*

pitulum, non autem ejus Dignitatem, & n. 31.
32 *Prima Dignitas non probatur Curata ob Jus aſſiſtendi Matrimoniis, & n. 34.*
33 *Decreta Synodalia, & Viſitationes probant apud quem reſideat Cura Animarum.*
35 *Licet Dignitates, & Canonici promiſcue, aut per Turnum Curam exerceant Animarum, ipſi tamen non dicuntur illam habere; nec in eis providendis requiritur examen, aut concurſus, & de ratione, n. 36. & 37.*
38 *Nec proviſio hujuſmodi Dignitatum, & Canonicatum eſt ſubreptitia ſi omittatur mentio Curæ.*
39 *Propter ſolam aſſiſtentiam Matrimoniis non requiritur habilitas Curæ Animarum.*
40 *Idoneus ad primam Dignitatem Cathedralis eſt idoneus ad aſſiſtendum matrimoniis.*
41 *Canonici ob Jus baptizandi, quod exercent, & Dignitates ob jus aſſiſtendi matrimoniis non dicuntur habere Curam.*
42 *Quilibet Sacerdos, nec examinatus, nec approbatus ad Curam eſt habilis ad aſſiſtendum matrimoniis ex delegatione Epiſcopi, vel Parochi, & num. 43.*
44 *Judicatum, quod ſine licentia primæ Dignitatis Canonici habeat facultatem baptizandi, excludit in illa qualitatem Parochi.*
45 *Ratio vitiandi abſurdi potentiſſima eſt.*
46 *Scriptura illegalis nullam in Judicio fidem meretur.*
47 *Non attenditur enunciativa Viſitationis erronea.*
48 *In Synodo interveniunt Dignitates, & Canonici, & univerſus Clerus.*
49 *Etiam Conſtitutio Papalis per centenariam tamquam ineffectuata non attenditur ad deſtruendum ſtatum.*
50 *Qui deputantur a Capitulo dicuntur ejus Coadjutores, & non alterius.*
51 *Retentio librorum Parochialium eſt Parocho reſervata.*
52 *Vicarii amovibiles non impediunt Parochum principalem in exercitio Curæ.*
53 *Spectat ad Parochum Jus dandi licentiam aſſiſtendi matrimoniis.*
54 *Item facere deſcriptiones in libris matrimoniorum.*
55 *Status efformatur ex factis, & actibus poſitivis, non autem ex verbalibus enunciativis.*
56 *Expreſſiones factæ per Intereſſatum dicuntur ſuſpectæ, nec attenduntur.*
57 *Nemo poteſt ſibi jus acquirere per ſuas expreſſiones.*
58 *Dicitur functio Capitularis, quæ gradatim devolvitur de prima ad alias Dignitates.*
59 *Prima Dignitas repræſentat Capitulum, & in ejus defectu alia ſubſequens in ordine.*
60 *Non defertur Teſtimonio Epiſcopi, & quando.*
61 *Licentia pro audiendis Confeſſionibus dari poteſt ab Epiſcopo oretenus abſque ſcriptura.*
62 *Verba præſuppoſitiva non diſponunt, & corruunt corruente ſuppoſito.*
63 *Refertur Cauſa reſoluta.*

DISCEPTATIO CIV.

Dicebam in Sac. Congregat. Concilii, cui Dataria Apoſtolica Cauſam hanc pro Voto direxerat, mihi videri etiam in ſenſu veritatis eſſe relaxandam ſupplicationem, quia non verſamur in aliqua Gratia facienda, ubi arbitrium Judicis in dubio interponi valeat in his gratioſis ad denegandum, quod petitur, ſed agitur de gratia Coadjutoriæ omnibus numeris abſoluta mediante Signatura, & Data una cum diſpendioſa componenda jam exburſata Datariæ Apoſtolicæ in gravi ſumma ducatorum
1 144. auri de Camera; in his enim terminis dicitur jus plene quæſitum Proviſo Apoſtolico, immo dicitur obtentum Beneficium cum expenſa irretractabili, ut in puncto ſupplicationis Gratiæ ſuper Coadjutoria ſignatæ, & datatæ firmavit Rot. *in Gerunden. Canonicatus 25. Junii 1714. §. Quibus ita firmatis, cor. bo me. Lancetta*, & concordant Roſa *de execut. Litter. Apoſt. par. 1. cap. 1. num. 43. & ſeqq. & in addit. ad cap. 1. num. 2.* Corrad. *in prax. benef. lib. 3. cap. 8. num. 42. & ſeqq.* Rot. *cor. Dunoz. Jun. dec. 318. num. 2. & 3. & cor. Carill. dec. 250. n. 3. & in rec. dec. 112. n. 37. par. 16. & dec. 808. n. 17. par. 18. & dec. 372. n. 12. par. 19.*

Præſertim vero, ubi accedit ſolutio Componen- 2
dæ, per quam ſupplicatio non eſt amplius reſolvibilis, ut inquit Roſa *d. cap. 1. num. 72.* quia de cætero expeditio Litterarum nihil pertinet ad ſubſtantiam Gratiæ, aut jus quærendum, ſed reſpicit ſolam 3
probationem Gratiæ ad effectum ſcilicet habendi ejus uſum extrinſecum, ut apud Rot. *dec. 112. n. 17. par. 16. & dec. 808. num. 15. par. 8. & dec. 371. n. 13. & ſeqq. par. 19.* ex quo ſequitur, ut cum Dataria in hoc ſtatu gratiæ perfectæ, & Juris quæſiti expoſtulaverit Votum Sac. Congreg. hoc intelligi debeat prout 4
de Jure conſiderato ſtatu, & terminis, in quibus gratia reperitur *ad Text. in cap. Cauſam, quæ de reſcript.* Rot. *dec. 39. n. 2. par. 1. & dec. 532. n. 8. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 483. n. 25. par. 9. rec.* & obſervat D. Urſaya *diſcept. Eccleſ. tom. 3. par. 2. diſcept. 1. §. 23. n. 15.*

De Jure autem habemus receptum, & fundamentale principium, quod ubi in caſu iſto agitur de prætenſa nullitate Gratiæ ex capite ſubreptionis figuratæ in ſuppoſito, quod Prioratus habeat annexam in ſe Curam Animarum, cujus expreſſio in ſupplicatione facta non extitit, tali caſu Votum Sac. Congreg. regulariter inclinare debet pro validitate Gratiæ, non autem pro nullitate ex aſſerto vitio ſubreptionis, dum agitur ad hunc duriſſimum effectum privandi, & ſpoliandi Supplicantem Beneficio obtento, ſeu jure quæſito per Gratiam perfectam una cum jactura graviſſimi ſumptus facti pro ſolutione Componendæ: nam privare aliquem Beneficio, & pecuniis, eſt pœna gravis, & duplicata non ita de fa- 5
cili infligenda per annullationem Gratiæ, cum etiam in quolibet dubio pro validitate gratiæ, & contra ſubreptionem ſit judicandum, ut in puncto Rot. *dec. 71. n. 25. par. 12. rec.* ibi: *Et ſatis eſt aliquo modo reddere dubiam allegatam ſubreptionem, quæ eſt plene, & concludenter probanda ab Allegante, & dec. 45. n. 25. cor. Bich. & dec. 725. n. 17. cor. Dunoz. Jun. & dec. 101. n. 1. cor. Gregor. & dec. 857. n. 15. cor. Seraphin.*

Quibus præmiſſis Ego certe non agnoſco quod aut clare, aut dubie probatum fuerit, aut probari poſſit hoc ſuppoſitum, quod Prioratus habeat annexam Parochialitatem, ſeu Curam Fori pœnitentialis, in quo articulo reflectendum eſt, quod Votum dandum per Sac. Congreg. non cadit ſuper dubio
reſpiciente petitorium: *An Cura Animarum ſit an-* 6
nexa Prioratui, in quibus terminis eſſet altiua examinanda qualitas, aut ſimplex, aut Curata Prioratus, juxta æquivocum Oppoſitoris allegantis Sacr. Congreg. non judicare in poſſeſſorio, ſed cadit ſuper dubio per Datariam remiſſo: *An ſit relaxanda Supplicatio*: reſpective ad examen habendum ſuper prætenſa ſubreptione ob non expreſſam Curam Animarum, unde ſi judicandum eſt, & proferendum Votum pro, vel contra ſubreptionem ad effectum relaxandi, vel non relaxandi ſupplicationem, pernecеſſe fatendum eſt, quod Judicium ferri debet juxta illas Canonicas regulas, ex quibus inducitur, aut evitatur, & excuſatur ſubreptio, & conſequenter ſatis eſt ad illam evitandam, & Gratiam ſuſtinendam allegare ultimum ſtatum, ſeu obſervantiam providen-
di Prioratum tanquam de ſimplici, non autem Cu- 7
rato, cum iſta ſit regula inconcuſſa ad tollendam ſubreptionem, ut eſt communis opinio, de qua Corrad. *in prax. benef. lib. 1. cap. 6. num 317. & 318.* ibi: *Si aliquando Beneficium fuit Curatum, poſtmodum vero, &c. ſine Cura, &c. ultimus ſtatus ſufficit ad effectum juſtificandi gratiam, ita ut illa ſubreptionis vitium evadat*, Roſa *de Exequut. Litter. Apoſt. par. 1. cap. 7. n. 105.* ibi: *Nam per talem ſtatum evitatur vitium ſubreptionis, & cap. 6. num. 52. & ſeqq.* ibi: *Ex pluribus Proviſionibus Apoſtolicis, tamquam de ſimplici bene probatur Beneficium eſſe tale, ſeu non Curatum, &c. præſertim ex ultimo ſtatu.*

Et ſic etiam ultra auctoritatem Doctorum ſemper

judi-

judicavit Sacr. Rotæ Auditorium, ut in *dec.* 450. *numer.* 8. *cor. Cavaler.* ibi: *Ad effectum evitandi prætenſam ſubreptionem videbatur ſufficere ultimus ſtatus, & cor. Bich. dec.* 198. *n.* 41. ibi: *Quod Beneficium non ſit curatum, aut reſidentiale probant tum Proviſiones tamquam de ſimplici per longiſſimum tempus, & ſignanter in ultimo ſtatu, qui ſufficit, & dec.* 228. *num.* 6. ibi: *Quod Prioratus non habeat Curam Animorum educitur, &c. pluribus Proviſionibus Apoſtolicis tamquam de ſimplici, & ſignanter in ultimo ſtatu, qui ſufficit, & in recent. dec.* 162. *n.* 30. *&* 31. *part.* 12. *recentior.* ibi: *Evitatur ſubreptionis exceptio, & attenditur iſte ultimus ſtatus, qui non tantum ſufficit pro juſtificatione dicta gratia, &c. verum etiam ſuffragatur ad evitandam ſubreptionem edactam ex emiſſa ſpecificatione actum, quæ in poſthumis Collationibus numquam expreſſa fuerunt, & deciſ.* 233. *n.* 1. *in fin. part.* 1. *recentior. & deciſ.* 8337. *n.* 4. *&* 5. *coram Penia*, ibi: *Conſideratur ultimus ſtatus in Beneficiolibus, &c. & ad excludendum ſubreptionem ſufficit, quod poſt demolitionem hoc Beneficium fuerit impetratum, & proviſum tamquam ſimplex, & late in Mediolan. Cappellaniæ* 20. *Februarii* 1699. *per tot. ſignanter in §. Ita etiam, coram bon. mem. Lancetta*, propter illam rationem ſatis
8 urgentem, quod nihil peccavit ultimus Proviſus, qui fecit in ſupplicatione illam expreſſionem alias factam, & fieri ſolitam in ultimo ſtatu, & proviſionibus antecedentibus, cum hujuſmodi ſtatus producant bonam fidem in Proviſo ob præſumptionem, quod talis ſit qualitas Beneficii, qualis expreſſa legitur in ultimis ſtatibus, nec Juſtitia patitur aliquem privari Jure ſibi quæſito, & Beneficio obtento, quando fecit, quod debuit, exprimendo quidquid ſolitum fuit exprimi in proviſionibus præteritis, ut bene Roſa *de exequutor. Litter. Apoſtol. part.* 1. *cap* 7. *n.* 101. Lotter. *de re beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 34. *n.* 30. *&* 36. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 876. *n.* 7. Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *capitul.* 6. *n.* 313. Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 55. *n.* 20. Cardin. de Luc. *de Beneſic. diſc.* 90. *num.* 27. *verſ. Et tertio.*

In propoſito autem probatum eſſe dicebam in facto, quod ultimus ſtatus anni 1702. non ſolum emanavit tamquam de ſimplici, ſed etiam cum oppoſitione qualitatis Curatæ tunc prætenſæ, ut ex atteſtatione Ordinarii, & Litteris Apoſtolicis, & ea ingenua declaratione Prioris defuncti, & ſic quoque obſervabam concordare etiam omnes retro ſtatus Proviſionum Apoſtolicarum, tamquam de ſimplici per Centenariam, & ultra de annis 1570. 1645. & 1649. In quibus nunquam expreſſa fuit qualitas Curæ Animarum Fori pœnitentialis, & nunquam commiſſum examen cum clauſula, *adhibitis Examinatoribus Synodalibus in Diœceſana Synodo deputatis*, juxta inconcuſſum ſtylum
9 Datariæ Apoſtolicæ, ut teſtatur Roſa *de Executor. Litter. Apoſtol. part.* 1. *capitul.* 14. *numer.* 15. Amayden. *de ſtyl. Datar. libr.* 4. *capitul.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 37. *&* 39. Rot. *in Friſingen. Canonicatus* 2. *Julii* 1714. *§. Conquerebatur, coram bon. memor. Anſaldo.* Si enim ſufficit ultimus ſtatus, eo magis ſufficere debet Centenaria Proviſionum Apoſtolicarum, quæ non operatur in poſſeſſorio tantum, ſed etiam apta eſt determinare qualitatem Beneficii in Judicio petitorio, & in
10 bono jure, cum ſtatus, & qualitas Beneficii inducatur per Quadragenariam ad *Text. in cap. Cum de Beneficio de Præbend. in* 6. Multo fortius autem per Centenariam plenam Proviſionibus Apoſtolicis excluſivis hujuſmodi qualitatis Curatæ, ut plene firmatum fuit apud Rot. *in Saliſburgen. Vicariæ* 31. *Januarii* 1714. *§. Hic inſuper cum ſeqq. coram Eminentiſſimo Falconeria, &* 4. *Februarii* 1715. *§. Fortius, coram Reverendiſſimo Criſpo, &* 30. *Aprilis* 1717. *§. Porro, coram bon. mem. Foſcaro, & in Friſingen. Juris deputandi Curatos* 24. *Martii* 1713. *§. Ac propterea, cor. bon. me. Anſaldo.*

Cui Centenariæ Proviſionum Apoſtolicarum mirabar quomodo opponerentur in contrarium duæ læviſſimæ objectiones, quarum nulla habebat ſuccum legalem; Non quidem prima, quod in aliquibus Proviſionibus expreſſum fuerit: *etiam ſi dictus Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicæ, vel alias generaliter reſervatus exiſtat, & ad dictum Prioratum conſueverit quis per electionem aſſumi eique Cura ETIAM JURISDICTIONALIS immineat Animarum*, ex qua clauſula acceſſoria, & in parte executiva litterarum apponi ſolita in omnibus Proviſionibus primæ Dignitatis ducitur argumentum Curæ fori pœnitentialis per ſubauditum intellectum, quaſi expreſſio ampliativa *etiam Cura juriſdictionalis* implicet aliam diverſam Curam fori pœnitentialis; Hoc enim æquivocum ſatis convincitur reflectendo, quod Cura Parochialis non inducitur per ſubauditus intellectus, & illationes, & conjecturas in Proviſionibus Apoſtolicis, ſed illa litteris rotundis exprimenda eſt Papæ in individuo per Supplicantem in narrativa gratiæ, alias hæc remanet ſub- 11
reptitia, & nulla, & firmat Roſa *de Executor. Litter. Apoſtol. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 137. ibi: *Neceſſario exprimendum eſt an Beneficium quod petitur ſit ſimplex, vel Curatum, hoc enim in individuo ſpecificari debet*, & tradunt Lotter. *de re benef. lib.* 3. *qu.* 4. *n.* 39. ibi: *Ne ut dixi ſub verborum involucro aliquid contra mentem Papæ ab ipſo extorqueatur, & quia majus periculum verſatur circa qualificata ex Cura Animarum quam ex officio, aut Dignitate, unde nulla alia qualitas, quæ ADEO PRÆCISE DEBEAT EXPRIMI*, Tondut. *quæſt. beneſic. part.* 2. *capit.* 2. *§.* 3. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 71. *num.* 17. *part.* 12. *recent.*

Quod procedit abſolute, & ſimpliciter non obſtante, quod ipſe Summus Pontifex in clauſulis generalibus adjectis in parte executiva litterarum non quidem expreſſiſſet, in caſu iſto *Curam etiam Juriſdictionalem*, ſed imo expreſſam mentionem feciſſet de Cura Parochiali, adhuc enim hujuſmodi expreſſio non ſuf- 12
fragatur, ut in puncto eſt *Text. in Clem.* 1. *de Præbend.* ibi: *Si Dignitatem habenti de alia providerò mandemus diſpenſantes cum eo, ut ſimul utramque valeat retinere de Animarum Cura, quæ illis, vel alteri earum imminet non habita mentione, Gratia hujuſmodi veluti ſubreptitia nullius penitus eſt momenti quamquam confectis ſuper eo litteris ſit inſertum, QUOD ANIMARUM CURA ſi Dignitatibus ipſis, vel alteri earum immineat NULLATENUS NEGLIGATUR.*

Ex quo Textu edocemur, quod ea verbis, & clauſulis per Papam adjectis non ſuppletur mentio Curæ, quam ſpecialiter facere debet Impetrator, cum hujuſmodi clauſulæ non ponantur ad Gratiam augendam, nec ſonent in conditionem qualitatis expreſſionis, ut inquit Gloſſ. *in dict. Clement.* 1. *in verbo Animarum Cura*, ibi: *Hoc inducebat dubium quaſi per hoc de Curato Papa providere voluerit, & ſufficiat quacumque parte litteræ talis voluntas appareat, &c. ſed hæc clauſula non ponitur ad Gratiam augendam, &c. nec ſonat in conditionem Proviſionis, vel qualitatis expreſſionis*, & concordat *Text. in cap. Cum in illis de Præbend. in* 6. ibique Gloſſ. *in verbo Cura*, & his diſpoſitionibus Canonicis inhærendo *Regulæ Cancellariæ* diſpoſuit eſ-
ſe faciendam mentionem, ſeu ſpecialem narrativam 13
Curæ Animarum alias Gratia ſit nulla, Rot. *cor. Bich. dec.* 325. *n.* 9. ideoque ſi mentio Curæ non ſufficit facta in clauſulis, & verbis Papæ, cum requiratur narrativa ſpecifica ex parte Supplicantis vanum eſt prætendere, quod expreſſio ſolius Curæ juriſdictionalis facta in clauſulis probet Beneficium habere Curam Parochialem propter dictionem: *Etiam*: quæ implicat
aliam ſpeciem, ſeu qualitatem Curæ, quia ſpeciale eſt 14
in Reſcriptis, & Gratiis, ut hujuſmodi dictio: *Etiam*: quæ intelligitur in aliis materiis *implicative* ad aliam qualitatem, in illis intelligitur ſemper *reſtrictive* importando idem quod: *videlicet*: ne ſequatur abſurdum, quod videatur plus fuiſſe conceſſum per Papam, quam petitum fuerit per Supplicantem, ut explicat Barboſ. *diction.* 112. *numer.* 11. ibi: *Importat reſtrictionem, &c. & ideo in Reſcripto accipitur pro reſtrictiva, ut importet idem quod videlicet quando ex materia, & neceſſitate ita debet interpretari, ut non plus ſit conceſſum quam petitum*, & concordat Gozzadin. *conſ.* 73. *n.* 13. *&* 14. ibi: *quia neceſſario illa dictio, etiam, debet exponi pro, ſcilicet, &c. quod autem ita debeat exponi ita probatur, quia*

Reſcriptum, ſeu Gratia, vel Privilegium debet regula-
ri ſecundum formam ſupplicationis, Card. Tuſch. *pract.*
concl. lit. E, concl. 275. *n.* 14.
Spernendam eo magis alteram objectionem, quod
in Proviſionibus aliquando expreſſum fuerit examen,
nempe in ſtatu anni 1570. cum illis verbis: *quatenus ſi*
per diligentem examinationem dictum Vincentium ad
hoc idoneum eſſe reperexis, ſuper quo conſcientiam tu-
am oneramus. Etenim dicebam id continere aliud æqui-
vocum reflectendo, quod primæ Dignitates provideri
15 ſolent per Sedem Apoſtolicam per duos modos, nem-
pe in forma gratioſa, quando concurrunt litteræ teſti-
moniales Ordinarii, quando vero iſtæ non concurrunt
dantur literæ in forma dignum quemadmodum teſtatur
Roſa *de executor. lit. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 87. Quæ proviſio
in forma dignum fuit illa anni 1570. & quæ proviſio
paſſim practicatur in omnibus Beneficiis reſidentialibus
licet nullam habentibus Curam Animarum, ſed ſim-
16 plicibus, ut notat Roſa ubi proxime num. 87. ibi; *In-*
terim advertas quod hodie in Dataria non providentur
Beneficia ETIAM SIMPLICIA abſque approbatio-
ne Ordinarii, ſeu abſque litteris teſtimonialibus Ordi-
narii cum quibus approbat, & fidem faciat identitatis,
& habilitatis illas, qui impetravit Beneficia, & quod
non ſit inquiſitus, nec per hoc expediuntur littera in
forma gratioſa, ſed quandoque in forma dignum, niſi
petatur quod expediantur in forma gratioſa, in qua for-
ma augetur taxa, & ſolvitur aliquid plus; Inolevit hic
ſtylus in Dataria, quia quandoque Beneficia confereban-
tur minus idonei.
Si autem Proviſio in forma dignum practicatur in
Beneficiis non Curatis, ſed ſimplicibus, & mere reſi-
dentialibus mediante ſuperius relata clauſula idoneita-
tis habenda per examen dicendo, *quatenus ſi per dili-*
17 *gentem examinationem idoneum eſſe repereris*, gravi-
ter æquivocatur in iſta illatione, quod cum una Pro-
viſio Apoſtolica controverſi Prioratus habeat clauſu-
lam iſtam examinis ergo Prioratus habitus fuerit pro
Curato, ſeu habente Curam Animarum, dum omnes
Dignitates, omneſque Canonicatus in Cathedrali,
vel Collegiata licet ſimplices, & nullam habentes Cu-
ram Animarum providetur per litteras in forma di-
gnum habentes in ſe iſtam clauſulam idoneitatis per
examen, ut in puncto teſtatur Azot. *Inſtit. moral. par.*
2. *lib.* 6. *cap* 32. *quaſt.* 5. ibi, *Alia litera Apoſtolica di-*
cuntur data in forma dignum, &c. & in hujuſmodi lite-
ris ſemper Papa precipit, ut ejus, cujus gratia ſcribit,
literatura examinetur hac clauſula poſita: mandamus
quatenus ſi per diligentem examinationem dilectum N.
ad obtinendum Beneficium idoneum eſſe repereris ſuper
quo tuam conſcientiam oneramus eidem Apoſtolica au-
ctoritate conferas, & optime Ricc. *in prax. p.* 4. *reſolut.*
69. *n.* 3. *verſ. ideoque in Curia*.
Quod convincit circumſtantia fatalis, dum ſi hu-
juſmodi examen indicaſſet Curam Animarum, uti-
que juxta contrarium ſuppoſitum, non in ſola Pro-
viſione Apoſtolica anni 1570. illud expreſſum lege-
retur, ſed omnes proviſiones neceſſario habuiſſent
hoc examen injunctum, quod nunquam omitti po-
teſt in Beneficiis Curatis propter diſpoſitionem Sa-
cri Concilii Tridentini hanc formam inducentis,
& tamen omnes aliæ Proviſiones Apoſtolicæ hujus
Prioratus, ea quæ factæ fuerunt in forma gratioſa
18 præviis teſtimonialibus Epiſcopi, non habent ex-
preſſam clauſulam idoneitatis per examen Executo-
ri commiſſum, ſignum evidentiſſimum, quod hoc
examen non eſt illud pro idoneitate ad Curatum,
ſed ad ſimplex, ubi etiam requiritur idoneitas ne-
ceſſaria juxta ſubjectum Dignitatis, aut Canonica-
19 tus, ut firmant Ric. *in prax. part.* 4. *reſolut.* 73.
num. 6. & 7. ubi loquitur de Dignitate ſine Cura
in Cathedrali, vel Collegiata, Garz. *de benef. par.*
6. *cap.* 2. *num.* 269. ubi quod Proviſio in forma
dignum cum commiſſione examinis practicatur et-
iam in Beneficio ſimplici, & repetit ſupra n. 99. &
104. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quaſt.* 50. *nu.* 84.
cum duob. ſeqq. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 4. *n.* 88.
& 102. Rota *de Execut. lit. Apoſt. par.* 1. *c.* 13. *ſub*
n. 18. Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 5. *q.* 5. *n.* 37.
& *ſeqq.* Rot. *in Auguſtana Canonicatus ſuper litteris*
Ludovici 8. *Martii* 1713. §. *Ad effectum, cor. Reve-*
rendiſſ. Criſpo.
Et de facto examen pro Curatis eſt omnino diver-
ſum, quia illud non committitur Executori cum clau- 20
ſula: *quatenus per diligentem examinationem idoneum*
eſſe repereris, quæ operatur, ut ipſe Executor exami-
nare poſſit, imo poſſit etiam omittere examen, ſi Pro-
viſus ſit notorie dignus, & habilis, & talis reperiatur
etiam per informationem extrajudicialem ipſius Execu-
toris, ut apud Tondut. *quaſt. benef. par.* 2. *cap.* 9. §. 2. *n.* 4.
Pariſ. *de reſign. lib.* 8. *quaſt.* 7. *num.* 198. Gonzal. *ad re-*
gul. 8. *Cancell. gloſſ.* 4. *num.* 86. Ricc. *in prax. par.* 4. *reſol.*
68. *n.* 5. & *reſol.* 69. *n.* 3. Garz. *de benef. part,* 6. *cap.* 2.
n. 269. ſed committitur Executori, ut non per ſe ip-
ſum cognoſcat idoneitatem, ſed per Examinatores Sy-
nodales ad formam Concilii mediante diverſa clauſula;
Adhibitis per Te Examinatoribus in Diœceſana Syno-
do deputatis, quod examen tanquam de forma non
poteſt omitti etiamſi agatur de Perſona notorie idonei,
& quæ aliud obtinuiſſet beneficium Parochiale, adhuc
enim noviter Proviſus eſt de novo examinandus, & 21
quot Parochias obtinerat, toties eſt de forma iterum
examinandus per illos examinatores, ut advertunt Ro-
ſa *de Executor. litter. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 19. & *ſeqq.* Ricc.
in prax. part. 4. *reſol* 72. *n.* 2. & *ſeqq.* Garz. *de benef. p.* 6.
cap. 2. *n.* 267. Amayd. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 5. *qu.* 5.
n. 107. *cum ſeqq.* Rot. *in Majoricen. Parochialis de*
Monachor. 2. *Julii* 1708. §. *Et denique, cor. bon. mem.*
Omanna.
Et in terminis individualibus diſtinguendo inter exa-
men expreſſum in proviſionibus in forma dignum de
Beneficiis ſimplicibus, & non Curatis cum clauſula:
Si per diligentem examinationem idoneum eſſe repere- 22
ris, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, & inter
aliud examen exprimi ſolitum in proviſionibus Paro-
chialium, & Beneficiorum Curatorum cum clauſula:
Si per diligentem examinationem per te adhibitis Exa-
minatoribus in Diœceſana Synodo deputatis, teſtando
de praxi Datariæ Apoſtolicæ adducebam punctuales au-
ctoritates Amayden. *de ſtyl. Datar lib.* 1. *c.* 4. *q.* 1. *n.* 37.
& 39. Roſa *de Execut. Litter. Apoſtol. par.* 1. *cap.* 14.
n. 13. *verſ. Praſertim*, Garz. *de benef. par.* 6. *c.* 1. *n.* 99.
& 104. Rot. *cor. Cerr. dec.* 604. *ante n.* 1. & *in Friſin-*
gen. Canonicatus 2. *Julii* 1714. §. *Conquerebatur, coram*
bon. mem. Anſaldo.
Firmum itaque utramque remanebat, quod in caſu iſto
exhiberem ante oculos Centenariam Proviſionum Apo-
ſtolicarum in ſtatibus ſupra relatis, in quibus contro-
verſus Prioratus uti ſimplex, non autem uti Curam ha-
bens animarum collatus ſemper exitit in Dataria, dum
prima proviſio eſt de ſimplici cum ſola commiſſione e-
xaminis neceſſarii in prima Dignitate Cathedralis, ſicut
etiam Canonicatibus quomodo providentur in forma
dignum ex doctrinis ſupra allegatis. Aliæ vero Provi-
ſiones ſunt in forma gratioſa tanquam conceſſæ præ- 23
viis teſtimonialibus Epiſcopi ſuper idoneitate juxta pra-
xim conferendi ſimplicia, ut apud Rot. *dec.* 1176. *n.* 2.
coram Emerix Jun. & *in recent. dec.* 343. *num.* 6. *par.* 16.
& *in Salamantina Beneficii* 27. *Junii* 1703. § *Quod*
enim, coram bon. mem. Muto, & *in Sagonen. Plebania*
11. *Junii* 1706. §. *Juſtificatio, coram bon. mem. Kau-*
nitz; Cum iſtæ proviſiones in forma gratioſa ſint tota-
liter contrariæ qualitati Curatæ Prioratus, illamque
evidentiſſime excludant, quia in Curatis nunquam fit
proviſio in forma gratioſa, ſed ſolum, & ſemper cum
examine per Examinatores Synodales ad formam Con-
cilii, vel pro Approbato in Concurſu, nec datur ca-
ſus, quod Proviſio in Curatis facta unquam fuerit
poſt Concilium abſque examine Examinatorum Syno-
dalium, aut prævia approbatione in concurſu, ut te-
ſtantur Corrad. *in prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 12.
verſ. Unde, Roſa *de Execut. Litter. part.* 1. *cap.* 14.
num. 21.
Hoc ſtante, ut exclamabam, quis unquam credere, 24
aut perſuadere ſibi poterit iſtam oppoſitam ſubreptio-
nem gratiæ Coadjutoriæ in forma gratioſa conceſſæ ob
non expreſſam qualitatem curatam, quæ ineſſe ſupponi-
tur Dignitati Prioratus, quando Centenaria Proviſio-
num Apoſtolicarum facta legitur abſque hujuſmodi ex-
preſſione, imo tanquam de ſimplici, & non Curato;
In quo

Digitized by Google

In quo non peccavit Proviſus ſi fecit illammet eapreſſionem non ſolum fieri ſolitam in Proviſione hujus Prioratus reſpectu ultimi ſtatus, ſed etiam reſpectu omnium aliorum, præcedentium abſque eo, quod nec ullus quidem adduci poſſet in contrarium, qui haberet hujuſmodi expreſſionem Curæ Animarum; concurrente enim hoc ſolito centenario, & immemorabili, quis eſt ille, qui conſuluiſſet Proviſo turbare, & diverſificare capreſſionem qualitatis curatæ nunquam a ſæculo, & ab immemorabili eapreſſæ? Nonne Iſta fuiſſet manifeſta novitas, quæ dediſſet cauſam Capitulo vero Parocho impugnandi proviſionem in ejus præjudicium obtentam cum iſta novitate perturbativa Status Eccleſiæ? Certe non percipitur quommodo in caſu iſto canonizzari poſſit ſubreptio, & ſupponi ejus vitium ad iſtum pœnalem, & odioſiſſimum effectum annullandi gratiam, & privandi Proviſum jure ſibi quæſito ea gratia perfecta cum jactura diſpendioſiſſimæ Componendæ 140. ducatorum auri de Camera, cum in his terminis eſſet inaudita pœna privationis abſque ullo delicto,
25 & abſque ullo principio ſubreptionis reſpectu ejus qui fecit quod debuit, eapreſſit, quod exprimere tenebatur, & diverſimode non poterat ob ſtatum centenarium Proviſionum Apoſtolicarum ad nomm *Text. in l. Gracus, C. ad leg. Iul. de Adulter.* Gratian. *diſcept.* 960. *num.* 15. Barboſ. *axiom.* 181. *num.* 8. Rot. apud Farinacc. *conſ.* 75. *num.* 104. *tom.* 1. & apud Me *diſcept. Eccleſ.* 34. *num.* 13.

Hoc ſolum fundamentum ſatis eſſe dicebam pro non retardanda relaaatione ſupplicationis, cum ex illo tantum ſublata remaneat prætenſa ſubreptio abſque neceſſitate eaaminandi ex integro Statum Eccleſiæ, & an Dignitati Prioratus ſit annexa Cura animarum, cum hoc inſervire tantum valeat pro caſi-
26 bus, ſeu vacationibus futuris, nunquam vero ad aſſumptum annullandi in præjudicium Proviſi gratiam factam, & perfectam ex motivo ſubreptionis, Rot. *cor. Ninot. dec.* 39. *n.* 30. *& cor. Priolo deciſ.* 38. *n.* 4. *&* 5. *& in Hipporegien. Beneficii* 11. *Februar.* 1704. §. *Maxime, coram bon. mem. Muto, & in Cremonen. Beneficii* 11. *Maii* 1705. §. *Non ſolum; cor. bon. mem. Kaunitz, & in Bononien. Beneficiorum de Caſtello* 12. *Decemb.* 1712. §. *Hac ſane, coram Reverendiſs. Criſpo.* Cum Votum Sacræ Congregationis exquiſitum per Datariam Apoſtolicam intelligatur prout de Iure, & profecto de Iure eſt, ut ad evitandam ſubreptionem ſuperabunder Centenaria Proviſionum Apoſtolicarum tamquam de ſimplici, & abſque expreſſione Curæ Animarum, & in forma gratioſa conceſſarum ex doctrinis ſupra in puncto allegatis, quia præſertim
27 Centenaria decidit nedum poſſeſſorium, ſed etiam petitorium, Rot. *in dict. Bononien. Beneficiorum de Caſtello, ubi proxime, § finali, coram Reverendiſſimo Criſpo, & 9. Junii* 1713. §. *Tetigimus, & §. finali, cor. bo. me. Anſaldo.*

Sed ut vana ex omni parte convinceretur prætenſio fiſcalis late, & fundamentaliter probandam tam ex aſſiſtentia Juris, quam ex municipali Jure, & conſuetudine Eccleſiæ, manifeſtum, & pluſquam manifeſtum eſſe, quod Dignitati Prioratus neque per umbram annexa dici poſſet Cura Animarum.

Et quidem ex aſſiſtentia Juris non quidem deducta ex illo generali dumtaxat principio, quod omne
28 Beneficium præſumitur ſimplex, & non curatum, niſi de qualitate Curata doceatur per univocas, & convincentes demonſtrationes, ut in ſubjecta quæſtione firmavit Rot. *cor. Bich. dec.* 228. *n.* 26. *& cor. Otthobon. dec.* 58. *n.* 9. *& in rec. dec.* 71. *n.* 22. *part.* 12. *& dec.* 48. *n.* 10. *par.* 18. *& in d. Mediolanen. Cappellania* 20. *Februarii* 1699. §. *Neque littera*, §. *tamen, cor. bon. me. Lancetta*, ubi quod ad hunc effectum probationes requiruntur adeo claræ, ut ſuper eis nulla cadat dubietas, *& in Mediolanen. Præpoſitura* 18. *Mar.* 1695. *cor. bo. me. Muto* impreſſ. ad ornat. Card. de Luc. *de benef. dec.* 2. *n.* 1. *& ſeqq.*

Sed probata in ſpecie, ſeu in individuo primæ Dignitatis in Cathedrali, dum quando in Eccleſia Cathedralis eſt etiam Parochialis, Cura Animarum
29 nedum habitualis, ſed etiam actualis dicitur ſpectare ad Capitulum, non autem apud primam ejus Dignitatem, ut in puncto Pignatell. *conſultat.* 24. *n.* 24. *tom.* 1. ibi: *Quia Cura Animarum in Cathedrali non reſidet penes Dignitates, ſed penes Capitulum, & conſult.* 14. *n.* 3. *tom.* 10. Caſtropal. *oper. Moral. tract.* 13. *de benef. diſput.* 3. *punct.* 2. §. 5. *num.* 7. Tondut. *quæſt. Benef. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. Ceccoper. *lucubr. Canonic. lib.* 3. *n.* 41. Gratian. *diſcept.* 865. *n.* 35. *& ſeqq.* Rot. *cor. Puteo dec.* 282. *lib.* 1. *in correct. & dec.* 340. *per tot. p.* 2. *rec.* & in articolo formiter examinato judicavit Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium me ſcribente, & obtinente in una Baren. Curæ Animarum 3. Febr. & 27. Aug. 1708. ad relationem clar. me. Card. Colloredi ubi ad primum dubium contra Archipresbyterum primam Dignitatem Eccleſiæ Cathedralis Baren. prætendentem ſibi eſſe annexam Curam Animarum reſolvit = *Curam tam habitualem, quam actualem ſpectare ad Capitulum Eccleſia Metropolitana.*

Huic aſſiſtentiæ Juris omnino conformis eſt conſuetudo, & praxis Cathedralis Fulginaten. dum probatum fuit, quod Capitulum eſt illud, quod ab im- 30
memorabili deputat, ac ſemper deputavit tres Sacriſtas pro exercitio Curæ Animarum, & quidem amovibiliter, & ad nutum ipſius Capituli, quod illis de anno in annum renovat confirmationem deputationis, ut ex Teſtibus eaaminatis de anno 1678. & ex Viſitationibus annorum 1590. 1623. 1646. & 1684. ubi autem Capitulum deputat Vicarios ad Curam Animarum non perpetuo, ſed amovibiliter, & ad nutum, tali caſu ipſum Capitulum dicitur Parochus onicus, & abſolutus habitu, & actu, non autem prima Dignitas, quæ ſi haberet in ſe Curam Animarum ipſa, & non Capitulum deputaret Vicario pro exercitio Curæ, ut eſt inſignis theorica Innocent. *in cap. Cum non ignoras de Præbend. ſub n.* 2. ibique Joan. Andr. n. 3. ibi: *Quandoque ipſum Collegium committit Curam Animarum, quibus vult, & quando vult ad tempus, &c. ipſos etiam removendo, & alios ad id præficiendo quando placet, qui nec proprie Prælati dicuntur, nec habent Curam Animarum, ſed Collegium, ſecundum Innocentium*, Imol. *n.* 4. *verſ. Dicit etiam*, Hoſtien. *n.* 8. *verſic. Quandoque*, optime Pignatell. *conſult.* 24. *n.* 3. *tom.* 1. ibi: *Quia ex eo, quod non Dignitates, ſed Capitulum deputat Vicarios annales pro exercitio Curæ, a quibus illa exercetur, ſequitur, quod Rector Curam habens ſit Capitulum, non autem aliqua Dignitas, &c. atque adeo Dignitates ab actuali, & habituali excluſa remanent, idque eo magis, quia ſicut Capitulum deputat, ita idem Capitulum, non Dignitates congruam aſſignat Deputatis, ſicque Cura eſt penes illud*, & ſic deciſum fuit per Sacram Congregationem in dict. Baren. Curæ Animarum, in qua Capitulum, non autem Archipresbyter, deputabat Patres ſpirituales pro exercitio Curæ, & concordant Barboſ. *de Paroch. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 65. *& in c. Ex parte n.* 10. *de Offic. Vicar.* Tondut. *q. Benef. part.* 1 *cap.* 1. *n.* 24. Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *qu.* 20. *n.* 121. Corrad. *in prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 51.

Nec ſolum id reſultat ex deputatione hujuſmodi trium Sacriſtarum ad nutum amovibilium, quam facit Capitulum, ſed etiam ex aliis univoce demonſtrantibus
utramque Curam ſtare penes Capitulum, quia nempe 31
Canonicus Camerarius retinet penes ſe libros Baptiſmatis extrahendo ab eis partitas, & percipiendo emolumenta, ut ex relatis Teſtibus, necnon viſitationibus annorum 1596. & 1684. ac etiam recipit oblationes, quæ fieri contingunt intra limites Parochiæ, Quartam funeralem, & Ceras funeralium, Canonicus autem Hebdomadarius facit abſolutiones Mortuorum in Eccleſia cum Pluviali quoties Capitulum intervenit, facit aſperſiones Cinerum in die prima Quadrageſimæ, & celebrat Miſſas ſolemnes in die Anniverſariorum, & Commemorationis Defunctorum, & ſic etiam Canonici adminiſtrant Sacramentum Baptiſmatis in Eccleſia cumulative cum Sacriſtis deputatis ut ſupra in exercitio Curæ, ut ex Conſtitutione Synodali anni 1690. & ex Teſtibus reſultat, ac demum prima Dignitas Prioris, necnon ſecunda Dignitas Decani, & tertia Dignitas Archipresbyteri aſſiſtunt Matrimoniis, quibus etiam aſſiſtunt Sacriſta

de licentia iſtorum; ut ex Viſitatione anni 1646. & ex Teſtibus, quæ omnia, & ſingula in hoc ſtatu deſcripta, & practicata ab immemorabili, ad evidentiam convincunt omnimodam Curam Animarum ſtare penes Capitulum, non autem penes aliquam Dignitatem, ſeu primam Dignitatem Prioris, apud quem de cætero manere deberent omnia hæc Jura Parochialia, ſi ipſi annexa foret Cura Animarum, ut dicunt omnes Canoniſtæ *in allegato cap. Cum non ignores de Preben.* Pignatell. *conſult.* 142. *n.* 2. *& ſeqq. tom.* 10. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit* 8. *n.* 82. Pariſ. *de reſign. lib.* 8. *q.* 6. *n.* 39. Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. alleg.* 60. *n.* 30 Roſa *de Executor. Litter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 14. *in fin.* Maſſobr. *in prax. haben. concurſ. requiſ.* 2. *dub.* 7. *n.* 6. Tondut. *quaſt. benef. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 2. Caſtropal. *oper. moral. tract.* 13. *de benef. ubi ſupra* §. 5. *n.* 7. Rot. *cor. Puteo deciſ.* 182. *lib.* 1. *in correct. & in Sutrina Pracedentia* 8. *Maii* 1716. §. *Et ex hujuſmodi, cor. Eminentiſſ. Althann.*

Neque contrarium concludit, aut probat relata circumſtantia, quod prima Dignitas habeat ſolum Jus aſſiſtendi Matrimoniis, & in ejus defectum ſecunda, & in defectum ſecundæ tertia Dignitas, quaſi
32 hæc aſſiſtentia Matrimoniis deſignet Priorem eſſe Parochum, hoc enim eſt graviſſimum æquivocum in principiis Juris Canonici, dum adminiſtratio hujus Sacramenti nunquam auditum fuit, quod faciat aliquem eſſe Parochum, aut habere Curam Animarum, ad quem effectum requiritur univerſitas Curæ Parochialis, quæ quidem univerſitas ratione exercitii, cum non Priori commiſſa fuerit per capitulum, ſed ſolum tribus Sacriſtis ad ejus nutum amovibilibus, iſti ſoli dicuntur habere exercitium Curæ Animarum, ut declaratum habetur tam in Viſitationibus, quam in Conſtitutionibus Synodalibus, ſcilicet in Conſtitutione Synodali anno 1590. ibi: *Siano vigilantiſſimi nell' amminiſtrazione de Sacramenti, e Cura dell' Anime, & in altera anni* 1644. ibi: *Cum eis incumbat etiam Cura Animarum majoris partis Civitatis, & in altera anni* 1703. ibi: *Habeat onus Curæ Animarum, & in viſitatione anni* 1646. ibi: *Onus autem dd. Sacriſtarum eſt exercere Curam Animarum,* & in altera Viſitatione anni 1623. & 1684. quæ Decreta Synodalia, & Viſitationes probent exercitium
33 Curæ Animarum ſtare dumtaxat apud Sacriſtas, ipſam vero Curam actualem, & habitualem manere apud Capitulum, quod illos deputat ad ejus nutum amovibiles, Rot. *dec.* 226. *num.* 3. *part.* 1. *recent. & in Placentina pratenſa Collegialitatis* 30. *Junii* 1695. §. *Conſtare, coram Eminentiſſimo Scotto, & in Aretina Jurium Parochialium* 15. *Januarii* 1703. §. *Huc uſque, &* 27. *Februarii* 1704. §. *Aſt ubi, coram bo. me. Anſalde, & in Mediolanen. Jurium Parochialium* 20. *Aprilis* 1708. §. *Neque adverſus, coram Eminentiſſ. Scotto.*

Et propterea, quod Priori, & in ejus defectum aliis ſequentibus Dignitatibus competat Jus aſſiſtendi Matrimoniis, probat tantum, quod Capitulum com-
34 miſerit hoc Jus honorificum ſuis Dignitatibus, ſicut etiam aliud Jus pariter honorificum baptizandi commiſerit Canonicis nomine Capituli exercentibus hoc, & illud Sacramentum, non autem nomine proprio, & tamquam ipſi ſint Parochi, quod exercitium unius Sacramenti non ſolum non facit eſſe Parochos omnes illos, qui illud adminiſtrant, ſed nec minus illi dicuntur habere Curam Animarum, neque in totum, neque in parte juxta ſatis notoria exempla, & praxim, quod Jus aſſiſtendi Matrimoniis, ſicut & baptizandi, eſt actus delegabilis ab ipſo Parocho unicuique Sacerdoti ſibi beneviſo, abſque eo quod per exercitium ille Sacerdos dicatur habere Curam, aut exercitium Curæ Animarum, ut præciſe eſt caſus præſens, ubi Capitulum tamquam Parochus actualis committit exercitium univerſalitatis Curæ tribus Sacriſtis ad ejus nutum amovibilibus reſervato ſibi Jure honorifico aſſiſtendi Matrimoniis, & baptizandi, quod uti Corpus politicum exercere non valens per ſe totum, exercet per organum ſuarum Dignitatum, & ſuorum Canonicorum repreſentative ad ipſum, neque per hoc, aut aliqua Dignitas, aut aliquis Canonicus dicitur Parochus, aut habens exercitium Curæ ad omnes effectus, ut quod adminiſtratio unius Sacramenti non probet aliquem habere Curam firmat Roſa *de Executor. Litt. Apoſt. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 43. ibi: *Ex ſola autem aſſervatione Sanctiſſimi in aliqua Eccleſia, vel tantum ex adminiſtratione Sacramentorum non infertur neceſſario ad Curam,* Rot. *coram Priol. dec.* 104. *num.* 25. *&* 26. *& in Mediolanen. Jurium Parochialium* 20. *Aprilis* 1708. §. *Quod autem cum ſeqq. cor. Eminentiſſ. Scotto.*

In terminis autem hujuſmodi caſus, & quidem fortioribus, quando ſcilicet Eccleſia Cathedralis, vel Collegiata Cura Animarum exercetur, promiſcue, ſive etiam alternative, & per hebdomadas per Ca- 35
nonicos, & Dignitates, quod tali caſu Cura Animarum dicatur ſtare apud Capitulum, neque per hoc ſinguli Canonicatus aut Dignitates dicantur habere annexam Curam Animarum ad effectum examinis, & Concurſus pro illa neceſſarii communiter firmant abſque contradictione Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 82. ibi: *Limita nono, quando Cura Animarum ſpectat ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, exercetur vero per Canonicos, vel Hebdomadarios ſive alios Clericos, tunc enim Cura reſidet penes Collegium, non autem penes Particulares, unde ipſi non dicuntur Parochi, ſeu Curati, & ob id non ſit concurſus.*

Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *qq.* 9. *num.* 93. ibi: *Declara non procedere in Cura Animarum, quæ in Collegiata Eccleſia exercetur per Canonicos, Hebdomadarios, aut alios Clericos, namque in vacatione cujuslibet Canonici Hebdomadarii aut Clerici non requiritur concurſus cenſuit Sac. Congreg. Concilii in una Neapolitana Hebdomadaria S. Joan. Majoris* 15. *Kalendas Auguſti* 1569.

Caſtropal. *oper. moral. par.* 2. *tract.* 13. *de benef. diſp.* 3. *punct.* 2. §. 5. *num.* 7. ibi: *Sexto ceſſat concurſus cum Cura pertinet ad Eccleſiam Cathedralem, vel Collegiatam, & per unum, vel plures ſive promiſcue, ſive alternative, & per Hebdomadas adminiſtratur, quia ipſi adminiſtratores vere non ſunt Curati, neque ob obitum illorum Cura vacat, cum penes Eccleſiam Cathedralem, vel Collegiatam remaneat,*

Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 60. *num.* 30. ibi: *Cura Animarum, quæ in Eccleſia Collegiata exercetur per Canonicos, vel Hebdomadarios juxta Text. in cap. Statutum de elect. in* 6. *Concurſu non confertur, cum in iſto caſu Cura dicitur eſſe penes Collegium, & non penes ſingulos, aut quemcumque Canonicum per ſe itaut Canonicus dicatur Curatus.*

Proſper de Auguſtinis *in addit. ad Quarant. in verbo beneficiorum collatio quaſt.* 3. ibi: *Tertio quæritur in quibus caſibus hæc forma examinis a Concilio præſcripta omitti poſſit? Reſpondeo, &c. primus eſt in Cura Animarum, quæ in Eccleſia Collegiata exercetur per Canonicos, vel Hebdomadarios, &c. nam in iſto Caſu Cura dicitur eſſe penes Collegium, & non penes ſingulos, aut quemcumque Canonicum per ſe itaut Canonicus dicatur Curatus, &c. & cenſuit Sacr. Congr. in una Hebdomadaria Collegiata Eccleſia S. Joan. Majoris de Neapoli.*

Vallen. *de Benef. lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 11. ibi: *Licet hic Concurſus faciendus videatur ad Parochiales, quarum Cura per plures exerceri ſolet, &c. nihilominus tamen dictum decretum Concilii non videtur auctoritate Papæ, & Sac. Congregationis mente receptum, &c. in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, dum Cura Animarum exercetur per plures Canonicos, vel Hebdomadarios, &c. eoque ſpectat, quod hujuſmodi Beneficia non dicantur Curata,* concordat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 6. *num.* 158. Ricc. *deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 370. *part.* 4 Maſſobr. *in prax. habend. Concurſ. requiſ.* 1. *dub.* 7. *num.* 6.

Ita & taliter, quod non ſolum nullus requiratur concurſus in ſingulis Canonicatibus, & Dignitatibus, per quos promiſcue exercetur Cura reſidens apud ipſum Capitulum, ſed nec etiam requiratur examen, & approbatio Epiſcopi, & poſſint ſinguli abſque ejus approbatione, & examine Curam exercere, niſi Epiſcopus ſpeciali inhibitione voluerit, ut ſine examine non exerceant, alias ſine illo rite, & recte exercent, ſi jux- 36
ta conſuetudinem non requiratur examen juxta al-

lega-

Digitized by Google

legatum principium, quod ſingulis non eſt annexa Cura Animarum, ſed ipſi Corpori, ſeu Capitulo, ut in puncto Garz. *de benef. par. 9. cap. 2. num. 181. verſ. In Beneficiis Eccleſiæ Cathedralis, & num. 187. &* 188. ibi: *Quando tamen Epiſcopus eis non inhibuerit, ne alias Curam exerceant poterunt eam exercere abſque examine, & approbatione Epiſcopi*, ſequitur Vallen. *de benef. lib. 3. tit. 13. num. 11.* ibi: *Alioquin ceſſante hujuſmodi inhibitione poterant eam exercere abſque examine, vel approbatione Epiſcopi*. & hoc ipſum reſpondendum ad abſurdum, quod Canonici exerceant Curam ſine approbatione firmavit Rot. *in d. Sutrina præcedentiæ* 8. *Maii* 1716. *§. Et ex hujuſmodi, cor. Eminentiſſ. Althann*, ibi: *Promanat reſponſio propoſita abſurda, quod ſcilicet ſi in caſu abſentiæ, vel impedimenti Archipresbyteri Canonicus ſubſenior ſubintrare poſſet, &c. quoad controverſas functiones ſequeretur, quod Canonici ſine approbatione ad Curam Animarum, & ſine examine exercerent actus Parochiales, quia id non procedit, quando prout in caſu non eſt ipſa Cura principaliter annexa dictis Canonicatibus, ſed dumtaxat in illis ſtat, &c. ſimplex, & nuda adminiſtratio Curæ, ſeu ſolum Monaſterium in his actibus particularibus.*

Hujuſmodi auctoritates, & Doctrinæ ſpeciales probant, quod ubi in Eccleſia Cathedrali Cura Animarum diſtributa reperitur inter ſingulos Canonicos, alioſque Gremiales Capituli non requiritur concurſus, neque examen, aut approbatio Epiſcopi juxta illam communem rationem, quod cura dicitur ſtare penes Capitulum, non autem apud ſingulos Canonicos, itaut ſinguli dicantur Curati in qua ratione
37 concordat Rot. *dec. 282. cor. Puteo lib. 1. in correctis*, ibi: *Fuit reſolutum, &c. quod Cura Animarum, quæ pertinet ad Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ dicitur pertinere ad Collegium, non autem unicuique Canonico de per ſe, itaut Canonicatus dicatur Curatus*. Sed quia caſus iſte non reſpicit concurſum aut examen, ſed ſolum objectum figuratæ ſubreptionis non ob expreſſam ſuppoſitam qualitatem curatam, quamvis ad illud omnino tollendum ſufficiant eædem auctoritates communiter firmantes, quod ubi Cura Animarum reſidet penes Capitulum, & exercetur per ſingulos de gremio Capituli, ſinguli non dicuntur Parochi neque Curati, neque Canonicatus dicuntur Curati, & ſic neceſſaria non ſit expreſſio Curæ.

Attamen in terminis terminantibus adducebam caſum non ſemel deciſum contra prætenſam ſubreptionem gratiæ Apoſtolicæ ob non expreſſam in aſſecutione Canonicatus qualitatem curatam, ex quo pro-
38 miſcue Cura exercebatur per Canonicos in Eccleſia Cathedrali, ſeu Collegiata ita enim deciſum fuit *in Nuſcana Canonicatus, cor. Arguelles dec. 34. n. 31. &* 32. ibi: *Eoque minus alter motivum omiſſæ mentionis Curæ Animarum, quia nulla imminet Cura Canonicis, ut ſingulis, ſed Collegio uti omnibus, &c. Ideoque, quia Cura, nec actu, nec habitu ſpectat ad hunc Canonicatum non fuit neceſſaria ejus mentio*, Rot. *in Melphiten. Cantoria, coram Ottbobon. dec.* 38. *cum ſeqq.* ibi: *Cum reſideat Cura Collegialiter penes totum Capitulum Dignitates, &c. non dicuntur habere Curam nec actu, nec habitu, & propterea nulla in hoc caſu eſt neceſſaria mentio Curæ.*

Et in Mentis Faliſci Canonicatus cor. Bich. dec. 645. n. 17. & ſeqq. ibi: *Non obſtante objecta ſubreptione litterarum ob non factam mentionem, quod Canonicatui eſt annexa Cura Animarum, &c. quandoque in Collegiatis Cura non reſidebat penes ſingulos Canonicos, ſed penes Collegium, &c. & per conſequens ſinguli Canonici non dicatur habere Curam Animarum, repetita in dec. 71. n. 17. & ſeqq. part. 12. rec.* & ſequitur Roſa *de Executor. litt. Apoſtol. part. 1. cap. 6. n. 147. in fin.*

Hæc autem Theorica adeo communiter recepta, & firmata ad omnes effectus non requirendi Concurſum, neque examen, neque demum expreſſionem Curæ faciendam in proviſionibus Apoſtolicis ad evitandum vitium ſubreptionis, non ſolum ſufficiens eſt ad decidendum ſubjectum caſum, ſed immo exuberat, dum auctoritates relatæ loquuntur in terminis omnino fortioribus, quando ſcilicet Cura Animarum in omnibus ſuis functionibus promiſcue aut alternative exercetur per ſingulos de Capitulo; Quæ circumſtantia non concurrit in præſenti, quia Canonici ſolum exercent adminiſtrationem unius Sacramenti Baptiſmatis; Prima vero Dignitas, & aliæ duæ in ejus defectum aſſiſtunt tantum Matrimoniis, quod exercitium unius Sacramenti tantum reſpectu Prioris, & aliarum duarum Dignitatum impoſſibile eſt, quod dici poſſit exercitium Curæ Animarum, unde ſi Curati non dicuntur Canonici exercentes promiſcue omnia, quæ pertinent ad Curam ex allegatis, extra omne dubium remanebit, dici non poſſe Curatum Priorem, Curatum Decanum, aut Curatum Archipresbyterum propter aſſiſtentiam Matrimoniis, quam iſtæ Dignitates exercent, remanente exercitio univerſitatis Curæ in tribus Sacriſtis, itaut in his terminis non ſolum nec potuerit, nec debuerit exprimi qualitas Curata, ſed nec minus neceſſaris exiſtimari poſſit aliqua approbatio Epiſcopi ad Curam, dum propter ſolum actum aſſiſtendi Matrimoniis nulla requiritur habilitas Curæ Animarum, 39
ut videmus in delegationibus, quæ fiunt per Parochum, & Epiſcopum ſimplici Sacerdoti, licet non Parocho neque approbato ad Curam, & de cætero, qui eſt idoneus ad Dignitatem Eccleſiæ Cathedralis, eſt procul dubio idoneus ad præſtandam aſſiſtentiam Matrimoniis, ut tradunt Novar. *in Summ.* 40
Bullar. part. 2. Comment. 66. num. 30. Rot. *in Burgen. Juriſdictionis ſuper actibus Parochialibus 26. Junii* 1715. *§. Quemadmodum, cor. Reverendiſſ. Criſpo.*

Ex quo deſcendit reſponſio ad illud argumentum, quod ſi illi tres Sacriſtæ examinantur, & approbantur ad Curam Animarum etiam Prior, & aliæ Dignitates hoc examine indigere videantur, quia Sacriſtæ habent in ſe univerſalitatem Curæ Animarum ſibi commiſſam quoad exercitium, pro qua potuit ab Epiſcopo requiri hoc examen, & approbatio, ut præciſe quoad Sacriſtas tantum reperitur cautum, & diſpoſitum in Conſtitutionibus Synodalibus 1644. & 1693. ſecus autem quoad primam Dignitatem, & alias exercentes ſolam aſſiſtentiam Matrimoniis, pro quibus Conſtitutiones Synodales nullum appoſuerunt examen, aut approbationem, recte ſcientes hanc aſſiſtentiam non importare exercitium Curæ, ſeu idoneitatem ad Curam, quod adeo verum eſt, ut in eiſdem 41
Conſtitutionibus, & ſimul viſitationibus Epiſcopalibus, licet mentio fiat, tam de Sacriſtis, quàm de Dignitatibus exercentibus unum, & Canonicis exercentibus aliud Sacramentum; attamen quoad Sacriſtas tantum dixerunt eis incumbere exercitium Curæ Animarum, evidens quidem declaratio quod propter adminiſtrationem Sacramenti Matrimonii primam Dignitatem cum aliis duabus non habuerunt pro Curatis minuſque Canonicos propter Sacramentum Baptiſmatis ad *Text. in Can. Qualis diſtinct. 25. & in leg. Cum Prætor, ff. de judic.* Spad. *conſ. 171. n. 2.* Rot. *cor. bo. me. Anſald. d. dec. 12. n. 35. & 36. & in rec. dec. 174. n. 48. p. 14. & dec. 419. n. 9. par. 18. cor. Dunoz. Jun. dec. 632. n.* 10.

Et ſic nulla illatio currere valet ab examine, & approbatione requiſita per Conſtitutiones Synodales quoad tres Sacriſtas, & qui revera ſoli habent exercitium Curæ, ad examen, & approbationem Prioris aliarumque duarum Dignitatum, & Canonicorum habentium exercitium, & Adminiſtrationem unius tantum Sacramenti, quæ non facit eos curatos, quales ſunt Sacriſtæ, minuſque expoſcit idoneitatem neceſſariam ad Curam Animarum exercendam, cum quicumque Sacerdos delegatus per Parochum, vel Epiſcopum ſit habilis ad aſſiſtendum Matrimoniis, licet non examinatus, nec approbatus ad Curam, ut apud Concil. 42
Trid. *ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat.* Bonaccin. *Oper. Moral. tom. 1. tit. de Matrim. q. 2. punct. 8. n.* 12. Barboſ. *de Paroch. cap. 21. n.* 61. Gutier. *de Matrim. cap* 62. *nu.* 22. Layman. *in Theol. Moral. par. 2. lib. 5. tract. 10. cap. 6. nu. 4.* & optime Sanchez *de Matrim. lib. 3. diſput. 20. n. 10. verſ. Poteſt*, ubi quod poteſt committi aſſiſtentia Matrimoniis Sacerdoti non approbato ab Ordinario, ibi: *Poteſt tamen Parochus hanc licentiam concedere ſimplici Sacerdoti NON APPROBATO ab ORDINARIO, quia hanc approbationem tantum*

Digitized by Google

petit Tridentinum, &c. pro confeſſionibus audiendis propter magnam prudentiam, ſcientiam, & vitæ probationem, quæ in tali Miniſtro requiruntur cum ſit Medicus, & Judex Animarum, a Spir. Sanct. *Oper. Moral. tit. de matrim. tract.* 11. *diſput*, 4. *ſect.* 7. *num.* 143. ibi; *Parochus poteſt dare licentiam aſſiſtendi Matrimonio cuilibet Sacerdoti, &c. non tamen eſt neceſſe quod ſit approbatus ab Ordinario, quia id nullibi requiritur*, Dicaſtill. *de matrim. diſput.* 3. *n.* 69. Caſtropal. *oper. moral. tom.* 6. *tract.* 28. *diſputat.* 2. *punct.* 13. §. 10. *num.* 5. ibi: *Ille vero cui Parochus aſſiſtendi Matrimonio concedere licentiam poteſt, neceſſario Sacerdos eſt futurus, &c. non tamen opus eſt eſſe ab Ordinario approbatum ad Sacramenta miniſtranda, quia Concilium eam approbationem non exigit*, Guttier. *de matrim. cap.* 62. *num.* 22.

Cum igitur Capitulum ſit Parochus actualis, & habitualis, quod juxta conſuetudinem Eccleſiæ univerſale exercitium Curæ commiſit tribus Sacriſtis ad nutum amovibilibus, retento apud ſe Jure honorifico aſſiſtendi Matrimoniis per Organum ſuæ primæ Dignitatis, & in hujus defectum aliarum duarum, hinc tale Jus honorificum prima Dignitas cum aliis exercere dicitur Jure delegato, & Vicario ipſius Capituli tamquam Parochi, nec pro- 43 pterea prima Dignitas dicitur curata propter Adminiſtrationem unius Sacramenti, ſicut nec aliæ duæ Dignitates, ut in ſpecie obſervat Roſa *de execut. litt. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 41. Rota *coram Bich. deciſ.* 377. *numer.* 13. Lotter. *de re benefic. libr.* 1. *quaſt.* 20. *num.* 50. Rot. *deciſ.* 52. *num.* 16. *part.* 2. *diverſ. & in Mediolanen. Jurium Parochialium* 20. *Aprilis* 1708. §. *Quod autem, coram Eminentiſſimo Scotto*, minuſque requiritur aliquod examen, aut approbatio propter Adminiſtrationem hujus Sacramenti tantum, ex Doctrinis ſpecialiſſimis proxime allegatis.

Duplici titulo aſſiſtentiæ Juris necnon Conſtitutionum, & Conſuetudinum Eccleſiæ accedit tertius conſiſtens in Obſervantia centenaria proviſionum Apoſtolicarum Prioratus ſemper factarum tamquam de ſimplici, & abſque ulla expreſſione Curæ Animarum Fori pœnitentialis, de qua dictum eſt ſupra, idemque ſucceſſit, quoad proviſiones aliarum duarum Dignitatum Decanatus, & Archipresbyteratus, quæ pariter in defectum Prioris habent Jus aſſiſtendi Matrimoniis, & denique accedit quartus titulus ex re judicata Sac. Congregationis de anno 1704. 44 ubi prætendente Priore, quod Canonici non haberent facultatem Baptizandi abſque licentia ipſius Prioris Sac. Congregatio me ſcribente, & obtinente pro Canonicis cenſuit non requiri licentiam Prioris, ut Canonici adminiſtrare poſſent Sacramentum Baptiſmatis, ex quo Prior non erat Parochus, cujus licentia eſſet neceſſaria, ſed ſolum Capitulum, & juxta Conſtitutionem Synodalem anni 1690. Jus Baptizandi competebat unicuique de Capitulo, ut in dicta Fulginaten. Juris Baptizandi 9. Auguſti 1704. ita & taliter, quod iſta res judicata ſilere faciat hodiernum renovatum aſſumptum, quod Prior ſit Parochus, ſeu habeat annexam ſuæ Dignitati Curam Animarum, ut tradit Rot. *in dec.* 416. *n.* 6. *cor. Priol. & dec.* 370. *n.* 10. *cor. Bich. & dec.* 15. *n.* 7. *cor Burrat. & in Bovinen. Archidiaconatus* 2. *Jun.* 1713. *cor. Em. Scotto*.

Sed ultra quatuor titulos, qui uſque ad evidentiam convincunt Dignitatem Prioratus eſſe ſimplicem, & non curatam, addebam cumulum abſurdorum, ſi in his terminis revoluto ſiſtemate judicandum eſſet Curam Animarum in Eccleſia Cathedrali eſſe annexam Dignitati Prioratus; nam primo ſequeretur, quod non ſolum prima Dignitas, ſed et- 45 iam ſecunda, & tertia in defectu primæ præſtantes aſſiſtentiam Matrimoniis dici deberent curatæ, & non aliter provideri poſſent niſi per Concurſum, aut prævio examine, & approbatione Ordinarii, ſed etiam omnes, & ſinguli quindecim Canonici propter Adminiſtrationem Sacramenti Baptiſmatis ſubire deberent Concurſum, examen, & approbationem. Heu quot Parochi eſſent in Eccleſia Cathedrali; eſſet Collegium Parochorum, & non Capitulum Cathedralis; ſecundo ſequeretur, quod nullus Canonicus poſſet Baptizare abſque licentia Prioris contra Judicatum Sac. Congregationis; Tertio Jus deputandi Sacriſtas pro exercitio Curæ Animarum non ſpectaret amplius ad Capitulum, ſed ad ſolum Priorem contra Conſtitutiones Synodales, Viſitationes, necnon rem judicatam Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium editam 20. Septembris 1721. Quarto perceptio emolumentorum Parochialium, & quartæ funeralis ſpectaret ad Priorem, non autem ad Capitulum; Quinto retentio Librorum Parochialium ad eumdem Priorem ſpectaret, non autem ad Camerarium, & Sacriſtas; Et ſexto demum aſperſio Cinerum, & celebratio Anniverſariorum, & abſolutio Mortuorum in Funeribus ſpectarent ad Priorem contra Conſuetudinem inveteratam Eccleſiæ, necnon Conſtitutiones Synodales, & Viſitationes Epiſcopales inconcuſſe ſervatas, ut late Rot. *in Mediolanen. Jurium Parochialium* 20. *Apr.* 1708. §. *Conſtabilito, cor. Eminentiſſimo Scotto, & in Taurinen. Jurium Parochialium* apud Pignatell. *conſult.* 103. *nu.* 3. *tom.* 10. Panimoll. *dec.* 1. *annot.* 9. *n.* 22. Monacell. *in formul. for. Eccleſ. tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 1. *num.* 70. *& ſeqq.* Romaguer. *ad Conſtit. Synod. Gerunden. lib.* 3. *tit.* 9. *cap.* 3. *n.* 22. unde iſta declaratio conturbaret, & revolveret totum ſiſtema Eccleſiæ, & produceret inconvenientia, & novitates in præjudicium Capituli, & aliorum, quibus ſane obviandis eo magis recedi non poteſt ab evidentia quatuor fundamentorum, quæ convincunt omnimodam Curam Animarum actualem, & habitualem ſtare apud ſolum Capitulum, non autem apud Priorem juxta terminos in quibus loquuntur tot individuales auctoritates, & Deciſiones in omni puncto ſuperius adductæ, & juxta caſum deciſum per Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium in Baren. Curæ Animarum 3. Febr. & 27. Aug. 1708. proponente clar. mem. Card. Colloredo, in quo caſu Archipresbyter pariter præſtabat aſſiſtentiam Matrimonii per ſe ipſum, & Subſtitutos, & dabat aliis licentiam præſtandi hanc aſſiſtentiam, & tamen deciſum fuit Curam Animarum tam actualem, quam habitualem ſpectare ad Capitulum.

Ad turbandam hanc infallibilem veritatem, & in conſpectu tot conſonantium fundamentorum Ego non videbam quidnam relevaret, aut concludenter prædicata Viſitatio Epiſcopi Camajani, quæ ſupponitur facta de anno 1573. & ubi ſupponitur contineri enunciativam, quod Cura Animarum reſideat in habitu apud Capitulum, & in actu apud Priorem, eamque adminiſtrari de conſuetudine per Sacriſtas tamquam ipſius Prioris Coadjutores; Etenim ultra reſponſionem facti, quod hæc aſſerta Viſitatio continetur in ſimplici Scartafaccio undique illegali, quod nullam in Judicio fidem conſequi poteſt, Ego reflectebam, quod ſupponatur, quantum velit, iſta Viſitatio vera, autentica, & legalis, nunquam ta- 46 men habere poteſt ullam imaginabilem relevantiam in judicando; agebatur enim de Epiſcopo Viſitatore extraneo, qui tanquam non informatus juxta ſolitam praxim enunciavit in Viſitatione, quidquid ſibi ſuppoſitum fuit ex ore Circumſtantium, & ſupponentium extraneo Viſitatori quidquid ſibi placuit, unde eſto quod iſta non eſſet ſimplex enunciativa Viſitationis, qualis eſt, ſed immo Solemnis Bulla Apoſtolica, ſemper in hac expreſſione erit ſpernenda, & rejicienda tanquam erronea, ſubreptitia, & contraria veritati ad Text. *in leg. Cum falſa, C. de Jur. & fact. ignor. & in leg. non fatetur, ff. de confeſſ.* Rot. *cor.* 47 *Duran. dec.* 438. *num.* 10. *& cor. Gregor. dec.* 127. *n.* 10. *& cor. Pamphil dec.* 211. *n.* 5. *& cor. Lmer. Jun. deciſ.* 958. *n.* 11. *& in rec. dec.* 472. *n.* 19. *par.* 19. *tom.* 2.

Non enim Viſitator extraneus plus ſcire poterat, quam ſcirent ipſi proprii Epiſcopi Fulginatenſes, qui contrarium expreſſerunt, & ſtatuerunt tam in Viſitationibus, quam in Synodis habitis cum interventu totius Cleri, quæ prævalere omnino debent enunciativæ ſimplici Viſitatoris extranei, cum ipſi dicantur Informatiſſimi de ſtatu propriæ Ca- 48 thedralis, & maxime in Synodis ubi intervenire ſolent Dignitates, & Canonici, & univerſus Clerus

Rot.

Digitized by Google

Rot. *dec.* 467. *n.* 9. *cor. Cerro*, *&* *dec.* 105. *n.* 1. *cor. Emer. Sen.* *&* *in vec. dec.* 39. *n.* 7. *par.* 15. *&* *dec.* 40. *n.* 16. *par.* 19. *&* *Pampilonen. Juris Sedendi* 28. *Januarii* 1707. §. *Atque in hoc*, *cor. bo. me. Anſald.* *&* *in Aretina Jurium Parochialium* 15. *Januarii* 1603. §. *Huc uſque*, *cor. eodem*, *&* *in Mediolanen. Jurium Parochial.* 20. *Aprilis* 1707. §. *Sed non hæc ſola*, *cor. Eminentiſs. Scoto*: Dum ergo concurrunt Conſtitutiones, & Viſitationes poſteriores de annis 1590. 1596. 1644. 1646. 1684. & 1703. in quibus exercitium Curæ dicitur commiſſum tribus Sacriſtis ad electionem Capituli deputari ſolitis amovibiliter, & ad nutum, manente apud Capitulum Iure retinendi libros Parochiales, nec non aſſiſtendi Matrimoniis, & baptizzandi per medium Dignitatum, & Canonicorum una cum praxi demonſtrante totam Curam Animarum eſſe penes Capitulum ex teſtibus examinatis de anno 1578. una cum re judicata Sacræ Congregationis de anno 1704. & demum cum Obſervantia centenaria proviſionum Apoſtolicarum paulo poſt viſitationem Epiſcopi Camajani ab anno 1570. uſque in præſens, in hoc ſane probationum cumulo firmante ſtatum centenarium Eccleſiæ dicebam Me non percipere, quam relevantiam habere poſſet enunciativa antiqua Viſitatoris extranei ad deſtruendum ſtatum firmatum ex Centenaria, quando nec etiam ſufficeret ad hunc effectum non quidem enunciativa Viſitationis, ſed
49 ipſam etiam Conſtitutio Papalis veluti ineffectuata per Centenariam, Barboſ. *de Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 26. *n.* 11. *& ſeqq.* Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 25. *num.* 4. Rot. *cor. Otthobon. deciſ.* 175. *nu.* 8. *&* 9. *&* *dec.* 229. *nu.* 2. *&* *cor. Emer. Jun. dec.* 1206. *n.* 7. *&* *in Mediolanen. Præpoſitura* 3. *Martii* 1704. §. *Diximus*, *cor. bon. me. Anſald.*

Et quidem errore enunciativæ hujus Viſitatoris extranei magis evidens eſſe non poteſt, ſi enim Capitulum eſt illud, quod deputat in exercitio Curæ tres Sacriſtas ad ejus nutum amovibiles, quommo-
50 do iſti ſupponi poſſunt Coadjutores Prioris? hæc eſt contradictio, quia ſunt Coadjutores Capituli deputantis ad ejus nutum, & non Prioris, qui nullas partes habet in deputatione, ut advertit Pignatell. *d. conſult.* 24. *n.* 5. *& ſeqq. tom.* 1. & juxta univerſam Scholam Canoniſtarum *in capit. Cum non ignores de Præbend.* dicit Conſtitutio Synodalis anni 1590. quod = *Neſſuno ardiſca di Battezzare, ſe non ſarà del Capitolo de Canonici prebendati, ò Sagreſtano* = quommodo hoc compatibile eſt cum ſuppoſito, quod Cura Animarum ſit apud ſolum Priorem, ſi omnes de Capitulo habent Ius Baptizzandi? Dicit viſitatio anni 1595. & 1684. quod libri Parochiales retineantur per Canonicum Camerarium, & provideantur per ipſum, quommodo igitur Cura Animarum dependet ex Priore ſi hoc oſtendit eam ſtare penes
51 Capitulum retinens libros, quorum retentio eſt Parocho reſervata, *ut in Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *capit.* 1. *de reform.* ibi = *Quem diligenter apud ſe cuſtodiat* = Dicit denique Viſitatio anni 1646. quod Sacriſtis imminet adminiſtratio omnium Sacramentorum? *Excepto Sacramento Matrimonii*, *quod onus ſpectat ad D. Priorem*, *& in ejus abſentia ad D. Decanum*, *& Archipresbyterum per ordinem*, *ſed tamen de eorum licentia poſſunt etiam Sacriſta d. Sacramentum Matrimonii exercere reportando fidem in folio de nominibus Contrahentium Matrimonia in libro Matrimoniorum*, *ſeu per prædictos DD. Decanum*, *& Archipresbyterum*.

Hoc ſane concilietur, ſi poteſt cum ſuppoſito, quod Prior ſit Parochus; ſi enim ipſe eſſet talis non haberet jus adminiſtrandi ſolum Sacramentum Matrimonii, data in reliquis privativa Sacriſtis, qui tanquam amovibiles non ſpoliant neque impediunt
52 Parochum principalem Jure adminiſtrandi omnia Sacramenta, omnemque Curam juxta indolem, & proprietatem Coadiutorum, & Vicariorum temporalium, ut in ſpecie Barboſ. *de Paroch. par.* 1. *capit.* 1. *num.* 65. Rot. *in Aretina Jurium Parochalium* 27. *Februarii* 1704. §. *Quatenus*, *cor. bon. mem. Anſald.* *&* *in Burgen. Juriſdictionis ſuper actibus Parochialibus* 23. *Febr.* 1714. §. *Abſoluto*, *cor. Eminentiſſimo Falconerio* *&* 26. *Junii* 1715. §. *Juſte ſiquidem*, *coram Rev. Criſpo*, quod pejus eſt, ſi Prior eſſet Parochus, & haberet ius talis adminiſtrationem Sacramenti Matrimonii, hæc non ſpectaret in ejus defectum ad cœteras duas Dignitates, minuſque procedere poſſet, quod adminiſtratio hujus Sacramenti poſſet fieri per Sacriſtas de licentia omnium trium Dignitatum, itaut quælibet ex illis hanc licentiam dare poſſet, nam ejus conceſſio privative ſpectaret ad Priorem, ſi eſſet Parochus juxta diſpoſitionem 53
Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 24. *cap.* 1. *de reform. matr.* *verſ. De ipſius Parochi*, Barboſ. *de Paroch. cap.* 21. *num.* 61. Sanchez. *de Matrim. libr.* 3. *diſput.* 37. *num.* 12. *&* Spiritu Sanct. *oper. moral. titul. de Matrim. tr.* 6. *diſp.* 4. *ſect.* 7. *num.* 143. Coninch. *de Sacrament. diſp.* 27. *dub.* 2. *nu.* 27. Layman. *in Theolog. Moral.* [illegible] *lib.* 5. *tract.* 10. *cap.* 4. *n.* 4. minuſque demum procedere poſſet deſcriptio in libro matrimoniorum fa- 54
cienda per ſecundam, & tertiam Dignitatem tanquam pertinens ad ſolum Parochum juxta *Concil. Trident. d. c.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reformat. ubi* Barboſ. *num.* 162. *&* *de Paroch. cap.* 7. *num.* 6. *&* 9. Gratian. *diſcept.* 643. *n.* 63. *& ſeqq.* Coninch. *de Sacrament. tom.* 2. *diſput.* 27. *n.* 74. Monacell. *in formul. for. Eccleſ. p.* 1. *tit.* 1. *formul.* 8. *n.* 6.

Quot contradictiones ſunt iſtæ; quot improprietates continet hæc Viſitatio Epiſcopi Camajani, quæ figurat Priorem eſſe Parochum, & Sacriſtas ejus Coadjutores? quando hoc ſuppoſitum repugnat, & contradictorium eſt omnibus aliis Viſitationibus, & Conſtitutionibus Synodalibus per Centenariam, & ultra ſecutis, & repugnat etiam Proviſionibus Apoſtolicis pro tempore factis quoad primam Dignitatem tanquam ſimplicem, & non curatam, ita & taliter quod videre non poſſit, quæ ratio habenda ſit de enunciativa Viſitatoris extranei, & non Ordinarii in materia concernente ſtatum Eccleſiæ Cathedralis, quæ omni ex parte convincitur erronea, & contraria veritati demonſtratæ ex factis poſitivis, & conſuetudine centenaria, cum rebus Judicatis tam hujus Sac. Congregationis, quam Epiſcoporum, cum de cœtero leviſſimum ſit ea unica enunciativa unius Viſitationis probare velle Parochialitatem, cujus ſubſtantia ſtat in factis, & acti- 55
bus Parochialibus, non autem in verbis unius enunciativæ ex firmatis apud Barboſ. *de Paroch part.* 1. *capit.* 1. *num.* 27. *& ſeqq.* Rot. *cor. Gregor. deciſ.* 387. *num.* 4. *& ſeqq.* *&* *coram Zarat. deciſ.* 45. *num.* 53. *&* 54. *&* *deciſ.* 66. *num.* 12. *&* *coram Celſ. deciſ.* 135. *nu.* 8. *in fine*.

Illa etiam circumſtantia, quod in aliquibus Bollectinis Communionis in Paſchate diſtribui ſolitis ſubſcriptus reperiatur ultimus Prior titulo Curati, nullam habet relevantiam, dum conſtat in facto, quod iſta ſubſcriptio fuit artificioſa inventio ultimi Prioris præmeditata ad fovendum ſuam prætenſionem incontinenti promotam in Sacra Congregatione de anno 1704. quod Canonici baptizzare non poſſent abſque licentia ipſius Prioris tamquam Parochi, in qua prætenſione ſuccubuit in ſuperius expreſſo Judicato; Neque propterea faciendum eſt fundamentum in hac intitulatione tamquam affectata ab uno, & ultimo tamen Priore contra antiquam Eccleſiæ praxim, juxta quam nunquam Priores ſubſcripſerunt Bullectinos titulo Curati, ut de his expreſſionibus ſuſpectis, & factis per Inte- 56
reſſatum paſſim dixit, Rot. *deciſ.* 67. *numer.* 12. *p.* 15. *&* *dec.* 472. *numer.* 20. *par.* 19. *&* *coram Benincaſa deciſ.* 252. *nu.* 8. *&* *coram Cerro deciſ.* 430. *num.* 2. *&* *coram Priol. deciſ.* 190. *numer.* 7. *&* *dec.* 214. *num.* 20. cum in poteſtate Prætenſoris non ſit per ſuas expreſſiones, & inſinuationes ſibi jus acquirere variando, & immutando ſubſcriptionem fieri ſolitam, ad *Tex. in l. Inter cautulus C. de convenien.* 57
Fiſci debitor. *&* *in l. Omnibus*, *Cod. de teſtib.* Gratian. *diſcept.* 893. *num.* 28. Rot. *coram Merlin. dec.* 148. *num.* 2. *&* *coram Dunoz. Jun. deciſ.* 770. *n.* 13. *&* *cor. Burat. dec.* 570. *n.* 4. *&* 8. *&* *cor. Coccin. dec.* 2342. *n.* 37.

Ultra

Ultra quod etiamſi non unus tantum, & ultimus Prior, ſed omnes pro tempore feciſſent ſubſcriptionem titulo Curati, adhuc id neque per umbram probaret Dignitatem Prioris eſſe Curam, ex quo ſcilicet in defectum Prioris iſta ſubſcriptio bullectinorum fieri ſolet ab aliis Dignitatibus in ordine ſequentibus, nempe Decano, & Archipresbytero, quod probat ad evidentiam veritatem clarami aſſumpti, quod Cura Animarum exiſtat apud ipſum Capitulum, quod hanc ſubſcriptionem exercet per Inſtrumentum Primæ Dignitatis ſui Capitis, & in ejus defectum Secundæ, & Tertiæ, cum iſta
58 ſubſcriptio, quæ devolvitur de una Dignitate ad aliam, apertiſſime convincat, illam eſſe functionem Capitularem, ſeu ſpectantem ad Capitulum tamquam Parochum, ubi ſolum practicatur, & ſervari ſolet explicatio functionis gradatim per primam Dignitatem, aliaſque ſequentes in ordine in defectum Primæ, ut tradunt Panimoll. *decif.* 1. *annot.* 6. *num.* 40. Barboſ. *de Canon. capit.* 5. *num.* 43. Frances *de Eccleſ. Cathed. capit.* 16. *num.* 126. Rot. *in Sutrina Præcedentia* 19. *Februarii* 1714. §. *De ſententiarum*, *coram Reverendiſſimo Criſpo*, & 8. *Maii* 1716. §. *Nulla enim*, & §. *Non videbatur*, *coram Eminentiſſimo Altban.* & *apud Me de controv. Patron. alleg.* 95. *n.* 12.

Si enim Prior eſſet Parochus, ejuſque Dignitati annexa eſſet Cura Animarum, iſte tantum haberet Ius ſubſcribendi Pagellas Communionis, non autem etiam Secunda, & Tertia Dignitas: ergo iſta ſubſcriptio regulatur ſicut adminiſtratio Sacramenti Matrimonii ſpectans ad Priorem, & in ejus defectum ad alias duas Dignitates, ad oſtendendum, quod Capitulum eſt Parochus, quod propterea in hoc Jure ſubſcribendi, ſicut & aſſiſtendi Matrimoniis repreſentatur per primam Dignitatem, & in hujus defectum per alias ſubſequentes, itaut iſti actus dicantur Capituli tamquam Parochi explicati per Inſtrumentum ejus Perſonæ, quæ Capitulum repræ-
59 ſentat, ut eſt prima Dignitas, & in ejus defectum alia ſubſequens in ordine, ut tradunt Tondut *qu. benef. par.* 1. *c.* 1. *n.* 2. Roſa *de Executor. litt. Apoſtolic. part.* 1. *capit.* 6 *num.* 41. Rot. *coram Ottbobon decif.* 58. *num.* 13. & 14. & *in recent. decif.* 226. *num.* 8. *par.* 1. & *decif.* 31. *num.* 31. *part.* 10. & *in d. Sutrina Præcedentia* 8. *Maii* 1716. §. *Nulla enim*, *cor. Eminentiſ. Altban.*

Pariter circumſtantia, quod Prior nullo prævio examine, aut licentia Epiſcopi audiat Confeſſiones, non ſubſiſtit in facto, cum nulla fides præſtanda ſit duobus Canonicis, cum ſit extrajudicialis, & lite pendente extorta, minuſque animadverſionem meretur atteſtatio hodierni Epiſcopi cum ipſe neque ſit informatus tamquam per quatuor tantum annos poſſeſſor Epiſcopatus, nec ſit eius Teſtimonio deferendum tanquam Contradictoris, & Collitigantis in hac cauſa, propter quod teſtimo-
60 nio Collitigantis non eſſe deferendum licet qualificati, & in quacunque altiſſima Dignitate conſtituti docent *Iura noſtra in leg. omnibus C. de Teſtib.* & in terminis atteſtationis Cardin. Archiepiſcoporum, & Electorum dixerunt Cravett. *conſ.* 104. *n.* 5. Pariſ. *conſ.* 137. *num.* 31. *libr.* 4. Rot. *decif.* 171. *nu.* 3. *part.* 3. *tom.* 2. *recent.* & *in Salisburgen. ſeu Chiemen. Teſtimonialium* 26. *Junii* 1704. §. *Minus relevat*, *coram Eminentiſſimo Scoto*, & *in Colonien. Canonicatus* 21. *Junii* 1704. §. *Abſque eo quod*, *coram bon. mem. Molines*, & *in Salisburgen. Primogenitura de Lodron.* 20. *Februarii* 1718. §. *Quibus*, *coram bon. mem. Anſaldo*, & *in Sazonen. Plebania* 10. *Decembris* 1706. §. *Quin attendenda*, *coram Omanna*, & *in Oſnaburgen. Canonicatus* 10. *Iunii* 1718. §. *Hinc parum relevat atteſtatio Epiſcopi*, *coram Reverendiſſimo Criſpo.*

Maxime quia concurrit contrarium Teſtimonium Criſpolti de Gregoriis ultimi Prioris, cum quo mortuus fuit, ubi depoſuit in facto proprio ſe habuiſſe licentiam ab Epiſcopo pro audiendis Confeſſionibus, quod teſtimonium eſt attendendum, quia
61 licentia Epiſcopi non requiritur in ſcriptis, ſed poteſt oretenus dari, neque de hac licentia notitiam habere potuerunt illi duo Canonici, & modernus Epiſcopus tempore non ſuo data, itaut eius negativam concludere non poſſint, ut in ſpecie de hac licentia oretenus pro audiendis confeſſionibus tradiderunt Reginald. *in prax. fori pænit. lib.* 1. *n.* 198. Lezzan. *in ſumm. q. regul. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 10. Bonaccin. *tom.* 1. *tit. de Sacram. pænit. diſput.* 5. *q.* 7. *punct.* 4. §. 2. *n.* 32. Conynch. *de Sacram. tit. de Sacram. pænit. diſput.* 8. *dub.* 7. *num.* 49. *verſ. cenſetur autem*, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 15. *n.* 22.

Demum Viſitatio Epiſcopi Montecatini de anno 1646. male allegatur, veluti contraria Aſſumpto Fiſcalis, ultima autem Viſitatio anni 1666. eſt apocripha tanquam informe Scartafaccium, eoque magis ſpernenda venit ex defectu legalitatis, cum contineat enunciativam per tranſennam, & præſuppoſitive factam ibi = *Prior Cathedralis*, *cui incumbit onus Curæ Animarum* = quæ ſunt verba præ-
ſuppoſitiva, nec ſolum nihil diſponunt, ſed corruunt 62
corruente præſuppoſito ex tot aliis Viſitationibus Epiſcopalibus, una cum Synodis diſpoſitive aſſerentibus onus Curæ Animarum quoad exercitium eſſe dumtaxat apud Sacriſtas ad deputationem Capituli, & amovibiliter ad eius nutum, tribus autem Dignitatibus competere ius aſſiſtendi Matrimoniis Rot. *decif.* 240. *num.* 8. *part.* 16. *recent.* & *in Fanen. Iuriſdictionis* 21. *Januarii* 1724. §. *Nec relevat*, & 16. *Junii ſubſequentis*, §. *Nullius*, *coram Eminentiſſimo Scoto.*

Sacra Congregatio Concilii Tridentini licet in prima propoſitione huius Cauſæ ſub die 2. Octobris 1721. reſcripſiſſet = *Non eſſe relaxandam ſupplicationem* = ſucceſſive tamen inhærendo tot evidentiſſimis rationibus per Me ſupra inculcatis in repropoſitione habita ſub die 28. Februarii 1722. reſcripſit = *Recedendum a deciſis*, & *ad Mentem*, & *Mens eſt*, *ut examinetur Jacobillus quoad Matrimonia* = & ſic Cauſa terminavit, & D. Jacobillus Proviſus Apoſtolicus, ut ſupra examinatus quoad Matrimonia expeditis litteris Apoſtolicis aſſecutus fuit poſſeſſionem Prioratus.

S. MINIATI PRÆPOSITURÆ

ARGUMENTUM.

Per reſignationem in favorem nulliter factam, Beneficium vacat per obitum Reſignantis, non autem Reſignatarii; & quid ubi reſignatio facta fuiſſet nulliter, ſcienter. *Regula* 32. *Cancellariæ* de conſenſu Cardinalis habet locum in primis Dignitatibus reſervatis, & ceſſat ubi agitur de duabus reſervationibus coæqualibus; Prima Dignitas vacata de menſe reſervato, an habeat duas reſervationes; Indultum Cardinalium de conferendo reſervata, quando locum habeat, vel non propter duas reſervationes, una cum aliis in corpore ſubalternatis.

SUMMARIUM.

1 *Ob reſignationem nulliter factam beneficium vacat per obitum Reſignantis.*

2 *Reſignatio facta ſcienter nulliter inducit vacationem per reſignationem, & beneficium remanet affectum Sedi Apoſtolicæ.*

3 *Ut dicatur ſcienter nulliter facta reſignatio quid requiratur, diſtingue, ut n.* 4.

5 *Stante reſignatione cum litteris* in forma dignum *beneficium non vacat per obitum Reſignatarii diſtingue, ut ibi n.* 6.

7 *Regula* 32. *Cancellariæ de conſenſu Cardinalis Patroni locum non habet, ſi ejus familiaris moriatur ante conſecutionem Juris in re.*

8 *Habet locum in primis Dignitatibus reſervatis ex regula* 3.

9 Ceſ.

9 *Ceſſat ubi concurrunt duæ reſervationes reales.*
10 *Reſervatio Regulæ, 3. & Regula 8. eſt realis.*
11 *Conſenſus Cardinalis locum habet ſi adeſt una reſervatio realis, & altera perſonalis.*
12 *Ubi concurrit reſervatio perpetua Regulæ 3. una cum diſcontinua Regulæ 8. attenditur prima, & non ſecunda.*
13 *Declaratur concluſio in caſu, quo ſuperflua eſſet reſervatio ſecunda, ſecus e contra.*
14 *Reſervatio diſcontinua ratione menſis poteſt concurrere cum reſervatione continua regulæ 3.*
15 *Indultum conceſſum Cardinalibus Epiſcopis de conferendo reſervata ceſsat ubi concurrunt duæ reſervationes coæquales.*
16 *Familiaritas Cardinalis non attenditur ſi concurrat illa Papæ, nec ſunt duæ reſervationes impedientes Indultum, & n. 21.*
17 *Quales ſint reſervationes Perſonales.*
18 *Conclaviſtatus inducit reſervationem Perſonalem diverſam ab alia familiaritatis Papæ.*
19 *Prothonotariatus, & Collectoria ſunt duæ reſervationes Perſonales.*
20 *Reſervatio Perſonalis ratione officiorum non multiplicatur, ſi in eadem Perſona multiplicentur Officia.*
22 *Quatuor ſunt ſpecies reſervationum, & quales ſint.*
23 *Reſervatio ratione temporis, & loci reducitur ad realem.*
24 *Omnis affectio inducit reſervationem realem, non autem Perſonalem.*
25 *Una reſervatio, & una affectio non tollit Indultum conferendi reſervata.*
26 *Affectio per appoſitionem Manus Papæ dicitur reſervatio ſpecialis.*
27 *An requiratur conſenſus Cardinalis Patroni in beneficio, quod ejus defunctus familiaris obtinuit in prima familiaritate Papæ.*
28 *In proviſione beneficii vacati per mortem ejus, qui illud obtinuit in familiaritate primi Cardinalis & deceſſit in familiaritate ſecundi, requiritur hujus conſenſus primo mortuo.*
29 *Beneficium ſemel affectum ex familiaritate Papæ, ea ceſſante per ejus mortem ſemper durat affectum.*
30 *Non requiritur conſenſus Cardinalis in beneficio ejus Familiaris, qui tempore obitus tranſitum fecerit ad familiaritatem Papæ.*
31 *Conſenſus Cardinalis Patroni requiritur in proviſione beneficii vacati per obitum Familiaris in Curia.*
32 *Beneficium Principis latiſſime intelligitur in præjudicium ipſius Concedentis.*
33 *Regula 32. de conſenſu Cardinalis non habet locum in beneficiis reſervatis per obitum Officialium Papæ, & ſimul Familiaris Cardinalium.*
34 *Nec etiam in reſervatis per obitum Familiarium Papæ, & Cardinalium.*
35 *Vicarius Epiſcopi Cardinalis, an dicatur ejus Familiaris ad effectum regulæ 32.*
36 *Et ſic etiam, an dicatur talis habens Officium Agentis, Adminiſtratoris, & Auditoris generalis.*
37 *Præceptor Cardinalis pro Litteris gratis, & aliis non dicitur ejus Familiaris.*
38 *Vicarius dicitur inſervire Cardinali tamquam Epiſcopo, & non tamquam Cardinali.*

DISCEPTATIO CV.

JUxta factum mihi propoſitum Antonius reſignavit Præpoſituram primam Dignitatem in Cathedrali in favorem Bernardi laici tunc familiaris S.R. Eccleſiæ Cardinalis, & ante executas litteras reſignationis, & captam poſſeſſionem tam Reſignans, quam Reſignatarius deceſſerunt in menſe Novembris Sedi Apoſtolicæ reſervato.

1 Quæritur, an proviſio Præpoſituræ ſpectet ad Datariam libere, & abſque conſenſu Cardinalis, cujus Reſignatarius erat familiaris, ad quem effectum examinare oportet duos articulos, alterum, an Præpoſitura vacaverit per obitum Reſignatarii, vel Reſignantis, & alterum an quando vacaverit per obitum Reſignatarii, requiratur conſenſus Cardinalis attento, quod agitur de triplici reſervatione Præpoſituræ, prima ratione primæ Digoitatis in vim Regul. 3. ſeu 4. Cancellariæ, altera ratione familiaritatis cum Cardinali, & tertia ratione Menſis, in quo vacavit.

Reſpondeo quoad primum articulum Præpoſituram vacaſſe per obitum Reſignantis, non autem Reſignatarii, & conſequenter non applicari conſenſum Cardinalis requiſitum ex regul. 32. Cancellariæ, & moveor, ex quo Reſignatio facta fuit in favorem laici, qui in ſtatu laicali deceſſit, unde cum Reſignatarius eſſet inhabilis de tempore obitus, non potuit ea ejus Perſona vacare Beneficium Eccleſiaſticum, ſed Jus remanſit penes Reſignantem juxta Regulam communiter receptam in Reſignationibus in favorem ad differentiam ſimpliciter factarum, quod conſenſus Reſignantis ſemper intelligitur, quatenus Reſignatarius ſit capax, eique Beneficium plena acquiratur, ut in ſpecie advertit Roſa *de execut. litt. Apoſtolic. part. 5. cap. 15. num. 86.* Rota *coram Dunoz. jun. deciſ. 881. num. 1. & ſeqq. & coram Priol. deciſ. 389. num. 52. & coram Celſo deciſ. 172. num. 5.*

Immo ſi Reſignans in favorem ſcienter reſignaſſet in favorem Incapacis, ſtatim cecidiſſet a Jure 2 ſuo, ut apud Priol. *d. deciſ. 389. num. 55.* & proſequitur Roſa ubi ſupra *num. 86. verſic. ſed poſt ſcripta*, nec beneficium vacaret per obitum Reſignatarii, ſed per Reſignationem ſcienter nulliter factam, & remaneret affectum ſedi Apoſtolicæ per appoſitionem manus Papæ, Ricc. *dec. 227. num 10. coram Cerro, & in Monaſterien. Canonicatus 23. Aprilis 1706. §. neque, & §. non obſtat, coram bo. me. Lancetta, & in Pampilon. beneficii 16. Aprilis 1725. §. vindicata, & §. final. coram Reverendiſſimo Aldrovando*, ubi Rota allegavit ea, quæ ego ſcripſi *diſcept. Eccl. 44. num. 3. & de Controv. Patron. alleg. 56. numer. 50.* quæ tamen ſcientia debet eſſe certa, Dunoz. *jun. d. deciſ 885. num. 5.* nec admittitur præſumptiva, aut conjecturalis, cum agatur de graviſſima pœna privationis inductiva, ad quem effectum requiritur culpa, dolus, & malitia Reſignantis inſurgens ex 3 ejus ſcientia vera, & certa, itaut nulla ſit allegabilis excuſatio, ut Me ſcribente judicavit Rot. *in Colonien. Decanatus 14. Junii 1723. §. neque vero, coram R. P. D. Corio*, ubi hoc modo recepit concluſionem, quod beneficium vacet per Reſignationem, ſi Reſignans in favorem ſcienter nulliter reſignavit, quæ 4 tamen rigida probatio ſcientiæ veræ, & apertæ procedere videtur, ubi agitur de privatione ipſius Reſignantis, qui viveret, ſecus autem ubi mortuo Reſignante ſolum quæritur de Jure Collatorum, utrum nempe Proviſio ſpectet ad Ordinarium ex vacatione per obitum, vel per Reſignationem, ex affectione inducta per appoſitionem manus, Cardin. de Luca *de benefic. diſc. 35. num. 10.* hoc enim caſu ſufficit ſcientia etiam deducta ex circumſtantiis, & conjecturis, quæ ſimul junctæ eam inferant, Tondut. *qu. benef part. 2. cap. 3. §. 4. ſub num. 10.* Rot. *cor. Ottobon. dec. 269. num. 12.*

Eo magis in hanc ſententiam videtur inclinandum, quia Reſignatarius obiit ante executas litteras, & captam poſſeſſionem, nec ideo potuit Præpoſitura vacare per ejus obitum, cum ipſa Dignitas requirat habilitatem ad Curam Animarum, & ſic examen, quo caſu gratia Reſignationis non ſolet expediri, niſi *in forma dignum*, & proinde 5 decedente Reſignatario antequam juſtificet ſuas litteras, & ſuam habilitatem, non poteſt Beneficium vacare per ejus obitum, quidquid ſit, quoad proviſiones *in forma gratioſa*, ut diſputato ad partes articulo concludit Roſa *de execut. litt. Apoſt. par. 5. c. 15. num 135. & in addit. ad cap. 15. num 67.* ubi diſtinguit, an præmortuus fuerit Reſignans ante executas litteras, an vero Reſignatarius, ut in hoc ſecun- 6

do

Digitized by Google

do caſu vacatio non inducatur per obitum Reſignatarii, quidquid ſecus in primo, ubi plures S. Rotæ Deciſiones, nempe *dec.* 270. *n.* 2. *p.* 17. quam ſequitur *dec.* 508. *n.* 5. *p.* 16. *tom.* 2. *rec.* & tem latius tractat *n.* 70. & videnda eſt Rot. *in Melevit. Beneficii* 19. *Junii* 1712. *cor. bo. me. Anſaldo*,

Ratio diſtinctionis eſt, quod ubi moritur Reſignans ante executas literas, quod ejus obitum poteſt Reſignatarius juſtificare ſuam habilitatem, ex quo idoneitas non facit gratiam conditionalem & ſi poſtea declaratur, retrotrahitur ad ſuum initium, quo vivebat Reſignans, ſecus ubi præmoritur Reſignatarius, quia tunc nequit ejus idoneitas amplius patefieri, & ille moritur re infecta.

Si igitur obiit Reſignatarius non ſolum antequam probaverit ſuam habilitatem ad Curam Animarum, ſed etiam antequam eſſet, ſeu fieret Clericus, non agnoſco difficultatem, quare Præpoſitura non vaca-
7 verit per obitum Reſignantis, ut in puncto Familiaris Cardinalium dixit Garz. *de benef. p.* 5 *c.* 1. *num.* 279. *verſ. Sed adverte*, ubi, quod ſi Familiaris habens Jus ad rem, ſeu Beneficium moriatur ante conſecutionem Juris in re, non habet locum Regula Cancellariæ *de vacantibus* per obitum Familiarium Cardinalium, Caſtropal. *tract.* 13. *de Benef. diſp.* 2. *punct.* 19. *n.* 12,

Verum quatenus eſſet procedendum cum ſuppoſitione, quod Præpoſitura vacaſſet per obitum Reſignatarii, ſi non concurreret niſi reſervatio ob familiaritatem, & altera reſervatio ratione primæ Dignitatis, non crederem poſſe excludi conſenſum Cardinalis Patroni, eo quia *regula* 32. de conſenſu Car-
8 dinalis Patroni comprehendit etiam Beneficia aliis reſervata, & ſignanter primas Dignitates, ut rejecta opinione Rebuffi firmavit per plures rationes Rota *cor. Millino dec.* 414. *per totam*, Amaydeo. *de Stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 29. *q.* 32 *n.* 76. *verſ. Allegatur præterea*, Gomes *ad Regul. Impetr. benef. per obitum famil.* Card. *q.* 15. *n.* 1. *& per totam*, Garz. *de Benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 275.

Verum quia Præpoſitura vacavit in menſe reſervato, videtur, quod concurrant duæ reſervationes reales, quæ faciunt ceſſare regulam de conſenſu Car-
9 dinalis Patroni, ut in puncto Gomes *ad d. Regulam qu.* 15. *numer.* 7. *verſ. Sed quando*. ubi requirit ad hunc effectum vel duas reſervationes perſonales, vel duas reales per regulam generalem, quod diſpoſitio loquens de reſervatis non comprehendit duplici reſervatione affecta ſine mentione ſpeciali, Gratian. *diſcept.* 982. *num.* 57 utraque autem reſer-
10 vatio tam *regula* 3. de primis Dignitatibus, quam *regula* 8. menſium, eſt realis, & ejuſdem ſpeciei, ut apud Germon. *de Indult.* Card. §. *Commendare n.* 27. Amayden. *de Stylo Datar. lib.* 1. *cap* 29. *qu.* 32. *n.* 72. *&* 78. *verſ. Quartus caſus*; nam tali caſu concurrit triplex reſervatio, una ratione Familiaritatis, altera ratione primæ Dignitatis, & tertia ratione Menſis, ut in ſpecie Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 13. *n.* 86. *cum ſeqq.* & licet regula habeat locum, quando adeſt reſervatio ratione primæ Dignitatis, & altera ob Familiaritatem, id tamen procedit, quia
11 reſervatio ob Familiaritatem eſt perſonalis, altera vero eſt realis, non autem ſunt duæ reales, aut duæ perſonales, Gomes *d. q.* 15. *n.* 5. 6. *&* 7. Et in ſimilibus terminis Indulti de conferendo reſervata dixit Rot. *cor. Priol. dec.* 169. *n.* 3. Adden. *ad* Greg. *dec.* 269. *n.* 10.

Obſtat hic doctrina Amayden. *in dicta q.* 32. *n.* 78. *in fine verſ. Quartus caſus*, ubi firmat, quod ubi con-
12 currit reſervatio primæ Dignitatis cum reſervatione regulæ Menſium, quod prima attendatur, non autem ſecunda, quæ ut diſcontinua locum non habet ſtante reſervatione continua, & perpetua primarum Dignitatum ex Greg. *dec.* 240. *num.* 6. *&* Rot. *dec.* 32. *de Præben. in antiquis*, *& dec.* 122. *n.* 1. *part.* 9. *lib.* 1. *diverſ.* Gonzal. *gloſſ.* 13. *num.* 66. *& ſeqq. & gloſ.* 32. *numer.* 39. Germon. *de Indult.* Card. §. *Commendare*, *num.* 39. Ripa *reſponſ.* 6. *numer.* 3. *de conſtit.*

Ego hanc opinionem procedere exiſtimarem, ubi regula de primis Dignitatibus daret Papæ Jus confe-
rendi libere quoad Beneficia vacantia per obitum Fa- 13
miliarum Cardinalium, alias ſuperflua remaneret altera reſervatio *regul.* 8. ſed quia ex prædictis reſervatio *regul.* 3. habet ligamen conſenſus Cardinalis Patroni, ad hunc excludendum intrare videtur *regul.* 8. Menſium, ubi vacatio ſuccedit in menſe reſervato, ea ratione, quod intentio Papæ *in regul.* 8. fuit reſervare illa beneficia, quæ ad ſuam proviſionem libere non ſpectabant, prout libere non ſpectat Præpoſitura ad ejus collationem, ubi neceſſarius eſſet conſenſus Cardinalis Patroni, prout eſt neceſſarius, ubi agatur de ſola reſervatione *regul.* 3. ſeu 4. *Cancellariæ*, ut deduci videtur ex Rot. *coram Pænia dec.* 1321. *n.* 22. *&* 23. ergo ut Papa conſequatur collationem liberam, ſubintrat reſervatio *regul.* 8. quæ unita cum altera *regul.* 3. facit adeſſe duas reſervationes reales, & ſic coæquales, excludentes conſenſum Cardinalis Patroni, quam unionem reſervationum ad hunc effectum fieri poſſe ſuadent deducta apud Rot. *dec.* 32. *n.* 5. *verſ. Sed mihi*, *& nu.* 6. *& ſeqq de Præben. in antiquis*, Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 13. *n.* 86. *n.* 89.

Ea ratione, quod tali caſu ceſſat ratio, quod ſecunda reſervatio ſit ſuperflua, in qua ratione fundatur contraria opinio, ut apud Rot. *dec* 32. *ubi ſupra*, Gonzal. *d. gloſſ.* 13. *n.* 65. *in fine verſ. Tum quia*, *& n.* 67. *cum ſeqq.* & quod reſervatio Menſis poſſit
concurrere cum reſervatione perpetua *regul.* 3. fate- 14
tur ipſe. Amayden. *ubi ſupra numer.* 79. *ſeu* 80. *verſ. Nam quamvis reſervatio*, Rot. *cor. Coccin. dec.* 1005. *n.* 7 Gonzal. *dicta gloſſ.* 13. *n.* 86. *& duobus ſeqq. & num.* 90. *juncto n.* 101. eſt tamen in hoc articulo cogitandum, quia non inveni Doctorem in puncto diſputantem, an *regul* 8. reſervet primas Dignitates reſervatas in vim *reg.* 3. & vacatas per obitum Familiaris Cardinalis, ad effectum excludendi ejus conſenſum, licet in terminis conſideranda videantur deducta apud Gonzal. *d. gloſſ.* 13. *nu* 86. *cum duob. ſeqq. & n.* 90 *cum n.* 101. & ratio adducta *in dec.* 32. *de Præben. in antiq.*

Doctiſſimus Vir clar. mem. Anſaldus de Anſaldis Sac. Rotæ Romanæ Auditor, & Decanus hoc meum Votum in ſubjecto caſu requiſivit anno 1712. quod ab eodem doctiſſimo Viro approbatum fuit tamquam conforme opinioni ſuæ.

Superius dixi, quod conſenſus Cardinalis Patroni remanet excluſus, ubi agitur de beneficio per obi-
tum ſui Familiaris vacato, & duplici reſervatione 15
coæquali reſervato; hoc ipſum procedit quoad Indultum conferendi reſervata, quod datur Cardinalibus Epiſcopis, hoc enim locum non habet in beneficiis reſervatis duplici reſervatione coæquali, ubi nempe concurrunt duæ reſervationes perſonales coæ-
quales, aut duæ reales juxta celeberrimum Votum 16
Cardinalium Ubaldi, & Varoſpii olim Sac. Romanæ Rotæ Auditorum, quod eſt impreſſum apud Gratian. *diſcept.* 982. *nu.* 13. *& ſeqq.* & ſignanter *n.* 24. ubi quod ſi agatur de duabus reſervationibus diſparibus, una reali, & altera Perſonali, vel in duabus perſonalibus, quarum una ſit alteri inferior, quia nempe aliquis fuerit Familiaris Papæ, & Cardinalis, tunc duplex reſervatio non impedit Indultum conferendi reſervata, ſecus autem ubi ſint duæ reſervationes perſonales, & coæquales, nempe ſi quis fuerit Familiaris Papæ, & Prothonotarius, tunc enim Indultum non extenditur ad beneficia reſervata hac duplici reſervatione perſonali, ac coæquali, & declaravit ſan. mem. Urbani VIII. *conſtit.* 288. §. 1. *in fine Bullar. Roman tom.* 5. & ſan. mem. Alexan. VII. in ejus *Conſtitutione edita 6. Idus Aprilis* 1667. cujus verba refert Card. de Luc. *de benef. diſc.* 3. *nu.* 8. & propterea ceſſat Indultum, ubi concurrunt iſtæ duæ reſervationes coæquales, ſi ambæ perſonales, ſive ambæ reales, & tradunt Adden. ad Gregor. *dec.* 201. *ſub n.* 11. Amaydeo. *de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 29. *nu.* 69. *& ſeqq.* Card. de Luc. *de benef. diſc.* 3. *numer.* 4. *& ſeqq.* cum aliis apud Rot. *decıſ.* 32. *num.* 4. *poſt* Novar. *in Summ. Bullar. & dec.* 159. *numer.* 1. *& ſeqq. cor. Priol.*

Inter

Inter reſervationes perſonales collocatur illa fami-
liaritatis Cardinalium, & Papæ, & illa Prothono-
17 tariorum, Collectorum, Subcollectorum, & reli-
quorum Officialium, Gomeſ. *in Regul. de impetran.
benef. per obitum familiar. qu.* 15. *n.* 5. Lotter. *de re be-
nef. lib.* 2. *qu.* 32. *n.* 1. Rot. *dec.* 32. *n.* 5. *poſt* Novar. *ubi
ſupra*, ubi de Prothonotariatu, & Referendariatu;
Reſervationes ex familiaritate Papæ, & Cardinalium
licet duæ, non tamen ſunt coæquales, imo unam
abſorbet aliam, nec excludunt Indultum, Adden. ad
Gregor. *deciſ.* 291. *nu* 10. Amayden. *ubi ſupra num* 69.
Cardin. de Luc. *de Benef. diſc.* 3. *nu.* 7. Conclaviſtatus
18 autem inducit reſervationem perſonalem, & diverſam
ab alia reſervatione perſonali ob familiaritatem Papę,
Rot. *dec.* 28. *nu.* 25. & 26. & *dec.* 29. *num.* 9. & 10. &
dec. 32. *nu.* 9. & 10. *poſt* Novar. *in Summ. Bullar.* duæ
19 reſervationes, una ex Prothonotariatu, & altera ex
Collectoria ſunt duæ coæquales, & perſonales, quæ
excludunt Indultum, ut *in dec.* 632. *per tot. cor. Du-
noz. jun.* & *dec.* 221. *n.* 1. & 2. *cor. Bich.* Officium Mili-
tis Pii, & Lauretani, licet inducat reſervationem
perſonalem propter familiaritatem, & Prothonota-
20 riatum, hæc tamen unica eſt, neque inducit duas
reſervationes, etiamſi multiplicetur acquiſitio hujuſ-
modi officiorum in una Perſona, quia non exinde
multiplicatur reſervatio, ita & taliter, quod ſi ha-
benti officium tam Militis Pii, quam Lauretani, ac-
cedat aliud officium Scriptoratus Apoſtolici, non ta-
men inducitur nova reſervatio, ſed eſt iteratio ejuſ-
dem qualitatis, & reſervationis, imo ſi beneficium
vacet ex Perſona unius, qui ratione ſupradictorum of-
ficiorum ſit familiaris alicujus Cardinalis, in cujus
ſervitio ſteterit, adhuc in tali Perſona non conſide-
21 rantur duæ reſervationes Perſonales, coæquales, non
quidem familiaris Cardinalis tamquam abſorta ex fa-
miliaritate Papæ, nec qualitas hujus familiaritatis
una cum Prothonotariatu ratione officiorum multi-
plicium, quæ ſemper reiterant unum, eamdemque
reſervationem, ut habetur *in dec.* 169. *cor Priol.*

Juxta ſenſum Rotæ in allegata *dec.* 32. *nu.* 3. *poſt*
Novar. *in Summ. Bullar.* quatuor ſunt ſpecies reſerva-
22 tionum, prima Realis, quæ naſcitur ratione rei, vel
Dignitatis; ſecunda Perſonalis, quæ oritur ratione
Perſonæ, tertia Localis, quæ inducitur ratione lo-
ci, & quarta demum ratione temporis; Verum hu-
juſmodi enumeratio reſervationum non tollit diſtin-
ctionem ad hunc effectum neceſſariam inter duplı-
cem ſpeciem reſervationis Perſonalis & realis, quia
reſervatio ratione temporis reducitur ad realem, ut
23 apud Amayden. *de Styl. Datar. lib.* 1. *c.* 29. *q.* 32. *n* 78.
verſ. Quartus caſus, & ſic etiam reſervatio ratione
loci reducitur ad realem, ut loquendo de vacatione
in Curia juxta reſervationem contentam *in c.* 2. *de
præbem. in* 6 firmavit Gomeſius *ad Regul. de Impe-
tran. benefic. per obitum familiar. qu.* 15. *nu.* 5 *in fine*,
prætérea generaliter pro regula eſt, ut omnis affectio,
24 ſemper inducat reſervationem realem, & non Perſo-
nalem, dum affectio afficit beneficium & non Per-
ſonam, Rot. *dec.* 30. *n.* 21. *poſt* Novar. *in Summ Bul-
lar.* ubi addit, quod una reſervatio, & una affectio
25 non tollit Indultum, quod intellige de una reſerva-
tione perſonali, & una affectione, quæ eſt realis,
nihil obſtante differentia inter reſervationem, & affe-
ctionem, quæ ad iſtum effectum remanet imperti-
nens, cum etiam appellatione reſervationis compre-
26 hendatur ipſa affectio tamquam reſervatio ſpecialis per
appoſitionem Manus Papæ, Lotter *de re benef lib.* 2.
q. 26. *n.* 28. & 29. Rot *in Lauden. Vicar. cor Card. Ca-
prara impreſſa apud M Diſcept. Eccleſ.* 27. *n.* 5. & *in
Forolivien. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706 § *Prout ne-
que urget*, *cor. bo. me. Omanne*, & *in Gerunden. Elee-
moſynæ panis*, *coram Rev. P. D. Cerro*, *apud* Me *de
Controv. Patron. allegat.* 100 *num.* 417. & concordant
Ventrigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 2. §. 2. *n.* 100. Pax Jordan,
te. 2. *Lucubr. lib.* 10. *tit.* 2. §. 2. *n.* 5.

Si quis fuerit familiaris Papæ, cujus familiaritate
durante obtinuerit beneficium, deinde defuncto Pa-
pa tranſitum fecerit ad familiaritatem alicujus Cardina-
27 lis, in qua deceſſerit, quæſtio inſurgit, an in pro-
viſione beneficii requiratur conſenſus Cardinalis Patro-
ni; hujuſmodi quæſtionem late diſputat Caſſador.
dec. 24. *de præben.* ubi plura hinc inde deducit, ſed
beneficium pertinere ad liberam collationem Papæ
abſque conſenſu Cardinalis Patroni, concludit Ro-
ta *cor. Seraphin. dec.* 1251. *n.* 20. & ſequitur Lot-
ter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 32. *n.* 121. ratio dubitan-
di, quod requiratur conſenſus Cardinalis Patroni
in eo conſiſtit, quod per mortem Papæ ſolutæ rema-
net, & extincta familiaritas, & ideo in ejus locum
ſubrogatur altera ſuperveniens contracta cum Car-
dinali, exemplo ejus, qui durante familiaritate cum
uno Cardinali obtinuit beneficium, eoque defuncto
tranſitum fecit ad familiaritatem alterius Cardinalis,
quo caſu requiritur conſenſu hujus Cardinalis, in
cujus familiaritate deceſſit Beneficiatus, ut inquit 28
Caſſador. *d. dec.* 23. *nu.* 1. *verſ Secundo quia*, &
tradit Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 32. *num.* 117.
Rot. *cor. Seraphin. deciſ.* 1072. *per tot.* huic tamen
rationi reſpondet Caſſador. *d. deciſ.* 23. *ſub numer.* 6.
in fin. & *n.* 7. differentiam eſſe inter Papam, & Car-
dinalem, quia Cardinales non habent ſucceſſorem
in familiaritate, neque in reſervatione, aut affectio-
ne, Papa autem ſic quoad reſervationem, aut affe-
ctionem, etiamſi familiaritas de Perſona ad Perſonam
non tranſeat, quoniam Sedes Apoſtolica nunquam
moritur, ideoque ſemper urget, quod mortuo Papa,
licet diſſoluta maneat Societas, tamen beneficium 29
ſemel affectum illa familiaritate ſemper durat af-
fectum, in quo nihil differre videtur, quod duret,
vel non, Papæ familiaritas, ex quo produxit reſer-
vationem, & affectionem, quæ durat, & ſic hujuſ-
modi vinculum ex familiaritate Majoris cauſarum ſem-
per offuſcat tam vivo, quam mortuo Pontifice, &
addit Caſſador. non obſtare exemplum ſecundi Car-
dinalis, cui ſicut non officit reſervatio, ſeu vinculum
cauſatum ex familiaritate primi Cardinalis, ita non
officiat hæc reſervatio, ſeu vinculum ex familiaritate
Papæ cauſarum reſpondendo, & ſupponendo, quod
reſpectu reſervationis, & vinculi inducti ex familiari-
tate primi Cardinalis Papa ita voluit, & conceſſit in
ſui præjudicium, ut nempe locum haberet conſenſus
ſecundi Cardinalis, juxta *regul.* 32. dum ergo ita non
conceſſit reſpectu reſervationis, ſeu vinculi cauſati ex
familiaritate ipſius Papæ, ejus proinde mens non aſſi-
ſtit, & iſte tamquam caſus omiſſus remanet ſub diſ-
poſitione Juris, & *regula* 4. reſervantis proviſionem
Papæ indifferenter quoad beneficia vacata per obitum
familiarium Papæ.

Sed reſponderi poteſt, non adeſſe rationem diffe-
rentiæ, quare ita Papa voluerit ob extinctam fami-
liaritatem primi Cardinalis, & non idem voluerit ob
extinctam familiaritatem Papæ, per cujus obitum Be-
neficiatus tranſitum fecerit ad familiaritatem Cardi-
nalis, neque enim verſamur in caſu, quo familiaris
Cardinalis, in cujus familiaritate obtinuit beneficium,
poſtea tranſierit ad familiaritatem Papę, ubi *Regula*
32. locum non habet, veluti loquens de tranſitu ad 30
familiaritatem alterius Cardinalis, juxta Bellencin. *de
Charitativ. Subſid. qu.* 136. Caſſador. *d. dec.* 23. *num.* 7.
ſed verſamur in caſu converſo, ubi familiaris Papæ eo
defuncto tranſitum fecit in familiaritatem Cardinalis;
in his enim terminis *Regula* 42. nullam habere vide-
tur diſconvenientiam, quare conſenſus Cardinalis lo-
cum non habeat, dum illa affectio cauſata ex prima
familiaritate Papæ, juxta *Regul.* 4. eſt eadem, ac il-
la reſultans ex prima familiaritate primi Cardinalis
reſpectu ejus, qui defunctus eſt in familiaritate ſecun-
di, cum utraque reſervatio, ſeu affectio in eadem *Re-
gula* 4. æqualiter continetur; Si ergo affectio ex fa-
miliaritate primi Cardinalis defuncti non tollit con-
ſenſum ſecundo, ergo nec eum tollit affectio ex pri-
ma familiaritate Papæ, alias utroque caſu libera col-
latio ſpectaret ad Papam vigore *Regula* 4 dum etiam
in caſu primæ familiaritatis cum primo Cardinali,
ſecundus non deberet præſtare conſenſum ob reſerva-
tionem Papa inductam ex *Regula* 4. libere, & indif-
ferenter per ceſſationem familiaritatis primi Cardina-
lis, ut advertit Gomeſ. *ad Reg. de Imperr. benef. per obit.
familiar. qu.* 18. *nu.* 1. & 2. Mandoſ. *ad eamdem Regul.
q.* 29. *n.* 1. & agnovit Caſſador. *d. dec.* 23. *n.* 5. *verſic.*
Illud

Illud autem de Praben. ubi non bene reſpondet, quod id procedat propter *Regul.* 32. ubi Papa id conceſſit ſecundo Cardinali in loi præjudicium, quia in Regula talis caſus non reperitur expreſſus, ſed ſolum includitur per rationes argumentativas, ut videre eſt apud Mandoſ. *ad eamdem Regul. qu.* 29. *num.* 3. *& ſeqq.* Gomeſ. *qu.* 18. *ſub n.* 2. *verſ. ſed redeundo*, *& n.* 3. *cum ſeqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. q. 32. *n* 117.

Minuſque obſtat alia ratio adducta per Caſſador. *ubi ſupra* circa differentiam familiaritatis inter Papam, & Cardinalem, quia nempe Cardinales non habent ſucceſſorem in familiaritate, neque in reſervatione, aut affectione, ſed Papa ſuccedat quoad reſervationem, aut affectionem, ex quo Sedes Apoſtolica nunquam moritur; Etenim Papa ſuccedit tam in reſervatione inducta per familiaritatem cum Papa Prædeceſſore, ac per familiaritatem cum primo Cardinali defuncto, juxta diſppoſitionem *Regul.* 4. ſed iſte non eſt punctus difficultatis, qui conſiſtit in videndo, an iſta reſervatio, ſeu affectio tribuat Papæ diſpoſitionem liberam, vel potius iſta ſit facienda, juxta *Regul.* 32. de conſenſu Cardinalis, in cujus ultima familiaritate Beneficiatus deceſſit, & ſic ratio præadducta, quam expiavit Lotter. *d. q.* 32. n. 122. videtur ad rem impertinens. Conſiderandum etiam eſt, quidquid motivavit Caſſador. *d. dec.* 23. *n.* 9. ubi dicit, quod magis faceret pro hac opinione, ſi conſenſus Cardinalis requireretur in primis Dignitatibus reſervatis Papæ ex *Regula* 3. *Cancellaria*, prout hujuſmodi conſenſum requiri indubitata opinio eſt juxta auctoritates ſupra relatas *n.* 8. & de cætero Sum-
31 mus Pontifex talem conſenſum Cardinalis Patroni requiſivit, etiam ſi Familiaris Cardinalis decederet in Curia, & ſic adeſſet reſervatio major in corpore juris clauſa in *c.* 2 *de Praben.* in 6. quæ reſervatio fortior eſt alia inducta ex familiaritate Papæ, ut conſiderat Caſſador. *d. dec.* 23. *n.* 8. quibus accedit qualitas Regulæ favorabilis S. R. E. Cardinalibus tanquam edita intuito expenſarum, quas illi ſuſtinent in alendis ſuis Familiaribus, & ſic *Regula* 32. tan-
32 quam beneficium, ſeu privilegium Principis latiſſime intelligitur in præjudicium ipſius Concedentis *Cap. quia circa de priv* & notant Repetentes *in l. Beneficium*, *ff. de Conſtit. Principum*, Gomeſ. *d. q.* 15. *n.* 3. Lotter. *de re benef. lib.* 2 q. 32. *n.* 118. Mandoſ. *d. q.* 29. n. 3. *verſ. amplius ratio*, Rot. *cor. Millin.* 414. n. 4. *&* 5.

Quibus tamen non obſtantibus non videtur diſcedendum ab opinione, quod non requiratur conſenſus Cardinalis Patroni in proviſione Beneficii vacati per obitum Familiaris Cardinalis, qui illud obtinuit, dum erat primo loco Familiaris Papæ, nec ulla movet Me ratio ex illis conſideratis apud Caſſador. Seraphin. & Lotter. *ubi ſupra*, ſed alia
33 ſpecialis ratio, quod Papa in *Regula* 32. expreſſe intellexit excludere conſenſum Cardinalis Patroni in caſu, quo Familiaris Cardinalis fuiſſet Familiaris Papæ, eo ipſo, quod declaravit prædictam Regulam, ſeu Conſtitutionem, *locum non habere in illis Beneficiis, quæ Familiares ipſi tempore obitus eorum in in dicta Curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuiſſent, aut ratione Officiorum per eos obtentorum dictæ diſpoſitioni generaliter reſervata, vel effecta fuiſſe apparerent*, Ex quo patet fuiſſe limitatam hanc *Regulam* 32. quoad Beneficia Officium Sedis Apoſtolicæ, qui ſunt Familiares ipſius Summi Pontificis. Unde ſequitur, quod etiam fuerint exceptuata ab hac *Regula* 32. Beneficia Familiarium Papæ, etiam ſi iſti non ſint Officiales ratio exceptoandi Beneficia Officialium fuit decentia, & congruentia deducta ex familiaritate, quam habent iſti Officiales cum Papa, ut nempe hæc familiaritas erga Summum Pon-
34 tificem, familiaritatem erga Cardinalem offuſcaret, ut in individuo advertit Mandoſ. *ad Regul. de Impetr. benef. per obit. Familiar. qu.* 14. *num.* 9. *&* 10. & tangit *coram Millin. d. deciſ.* 414. *num.* 16. Ergo non eſt locus argumentis, ſi ipſa exceptuatio facta in Regola quod Officiales, & ſic Famliares Papæ, excludit conſenſum Cardinalis, & concludit Gomeſ. *d. qu.* 15. *nu.* 9. Cocbier. *ad Regul.* 31. *num.* 40. *ibique* Alphonſus Soto *n.* 9. *&* Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſ.*
51. *num.* 65. *&* 66. ubi quod ita declarat *Reg. d.* 32. *verſ. Declarans præſentem*, ibique movet aliam quæ-
ſtionem, an Vicarius Epiſcopi Cardinalis illi deſer- 35
viens in Officio Vicariatus cum certo ſtipendio dicatur Familiaris ad effectum *Regula* 32. & diſtinguendo loquit, quod Familiaris judicatur ille, qui jam erat Familiaris, quando fuit creatus Vicarius, ſecus quando fuit ſimplex Vicarius, addendo, quod adhuc conſiderari oporteat, an talis Vicarius dicatur Familiaris Cardinalis potius veluti Epiſcopo, quam veluti Cardinalis; In hoc Regula eſt, quod per Munus,
ſeu Officium Agentis, Adminiſtratoris, aut etiam 36
Vicarii non cenſetur contracta familiaritas ad hunc effectum ſufficiens pro inducenda reſervatione, nec non conſenſu Cardinalis Patroni, ut concludunt Lotter. *de re benefic. lib. quaſt.* 32. nu. 127. *&* 128. Garz. *de Benefic. p.* 5. *c.* 1. *numer.* 318. *& ſequent.* ubi *ex* Gomeſ. refert non eſſe Familiarem, qui accedit ad Cardinalem cauſa docendi eum in literis Græcis, Hebraicis, & aliis recepto ſtipendio in Pane, & Vino, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. nu.
122. Rot. *cor. Emer. jun. dec.* 529. *n.* 5. *& dec.* 555. n. 6. 37
ſecus autem quando hujuſmodi Officium Agenti, Adminiſtratoris, & Vicarii, ſuperadditur ei, qui jam erat Familiaris, ut proſequitur Rot. *d. dec.* 526. n. 6. *& dec.* 555. *n.* 7. Gratian. *diſcep.* 257. *n.* 40. *& ſeqq.* ubi idem concludit de Auditore generali Cardinalis, *ex* Rot. *in Parmen. Canonicatus coram Giptio*, ſed iſta diſtinctio quando jam erat, vel non erat Familiaris intelligenda eſt, ut procedat data continuatione præcedentia familiaritatis, ubi nempe retineretur Miniſter, ſeu Officialis in Domo ipſius Cardinalis, ſecus autem, ſi recepto Officio Vicarii, vel alio Familiaris derelinqueret primævam familiaritatem, quia tunc iſte remaneret Miniſter Dignitatis, non autem Perſonæ,
ſignanter Vicarius, qui regulariter ratione Officii di- 38
citur inſervire Cardinalis tanquam Epiſcopo, & non tanquam Cardinali juxta motivum, Gonzal. *gloſ.* 51. *n.* 66. *&* Grat. *diſcep.* 257. *n.* 43.

MAZZARIEN. JURIS PULSANDI CAMPANAS.

ARGUMENTUM.

In concurſu duarum Eccleſiarum, quarum una ſit Collegiata, & altera Parochialis, quæ dicatur Matrix, ad quam ſpectet antepulſatio Campanarum in die Sabbati Sancti ad intelligentiam Conſtitutionis Leonis X. *Bullar. nov. to.* 1. *Conſtit.* 22. §. 14.

SUMMARIUM.

1 *Campana in Sabbato Sancto non poſſunt in aliqua Eccleſia pulſari ante illas Cathedralis, vel Matricis.*

2 *Etiamſi Eccleſia ſit Collegiata ? & habeat præcedentiam ſupra Matricem.*

3 *Per erectionem Eccleſia in Collegiatam non cenſetur derogatum Juribus Eccleſia Matricis.*

4 *Eccleſia etiam improprie Matrices habent præheminentiam antepulſandi Campanas in Sabbato Sancto.*

5 *Qualitas Eccleſia Collegiata non facit eam Matricem.*

6 *Eccleſia Collegiata primum locum majoritatis obtinent poſt Cathedralem.*

7 *Eccleſia filialis in Collegiatam erecta in omnibus preheminentialibus anteponitur Matrici, etiam in pulſatione Campana, & n.* 8.

9 *Ex ratione, & ſubſtantia Legum, non ex Cortice verborum eſt judicandum.*

10 *Eccleſia magis conſpicua improprio modo appellantur Matrices.*

11 *Antepulſatio Campanarum in Sabbato Sancto*

non

Digitized by Google

non eſt de Juribus Parochialibus, & ſpectat ad Eccleſiam digniorem, & n. 12.

13 *Eccleſia Parochialis, quæ non habet Filiales, impropriè tantum appellatur Matrix ratione majoris antiquitatis*, ut n. 14.

15 *Antiquitas Eccleſiæ Parochialis dat præcedentiam inter pares, non autem in ordine ad Collegiatas*, & *infra* n. 26.

16 *Sacra Congregatio Rituum præcedentiam pulſandi Campanas in Sabbato Sancto decrevit favore Eccleſiæ Collegiatæ excluſive ad Matricem*, & n. 17.

18 *Inter Collegiatas præcedit, quæ Matrix eſt*.

19 *Variatio decidendi reſultans ex novis facti circumſtantiis non tollit præcedentem reſolutionem*.

20 *Verbum*, Matrices, *expreſſum in Conſtitutione Leonis X. intelligitur de Eccleſia non uti Matrice, ſed uti digniore, & majore*.

21 *Corruente ſuppoſito, corruit authoritas Doctorum in illo fundata*.

22 *Erectio Eccleſiæ in Collegiatam eſt de ſui natura præjudicialis Matrici in præheminentiis*, & n. 23.

24 *Reprobatur* Gratiani *authoritas* diſcept. 578.

25 *Archidiaconus habens Monaſterium ſibi ſubjectum ſi hoc erigatur in Cathedralem, efficitur eidem ſubditus*.

26 *Præheminentia antepulſationis Campanæ competit Eccleſiæ ratione dignoritatis, non autem Parochialitatis*, *Vide ſupra* num. 11. & 12.

DISCEPTATIO CVI.

EXtant in Civitate Caſtri Veterani Mazzarien.
Diœceſis tres Eccleſiæ, quarum altera eſt Col
legiata, altera eſt Parochiales, quæ veluti antiquior
in loco nuncupatur Matria, & altera æque Paro-
chialis S. Joannis Baptiſtæ habens ſuos limites di-
ſtinctos cum fonte Baptiſmali, & habens Eccleſiam.
filialem, & ſacramentalem Sanct. Antonii ſibi ſu-
biectam.

Quæritur in ſenſu veritatis, an prima pulſatio
Campanæ in die Sabbati Sancti pertineat ad Col-
legiatam, vel ad Eccleſiam Parochialem Matricem
nuncupatam, in quo articulo mihi pro veritate in-
terrogato re diligenter excuſſa, ſpectare ad Matricem
prima fronte pronunciandum videbatur.

Etenim ex Conſtitutione Leonis X. cautum repe-
1 titur, quod Campanæ in Sabbato Sancto non poſ-
ſint in aliqua Eccleſia pulſari ante pulſationem in
Eccleſia Cathedrali, vel Matrici, quæ Conſtitutio
impreſſa reperitur apud Peyrin. *ad Conſtit. Minimor. tom.* 1. *Conſtit.* 26. Leonis X §. 15. & *Bullar. nov. tom.* 1. *Conſtit.* 22. §. 14. & tradunt Barboſ. *in Summ. Apoſtolic. dec. in verb. Campana num.* 3. & *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 69. Pignatell. *conſult.* 54. *num.* 4. *tom.* 5. & *conſult.* 109. *n.* 5. & 8. *tom.* 9. Gavant. *in Rubric. Miſſal. p.* 4. *tit.* 16. *num* 31. *verſ. ſed adverte*, Paolmoll. *dec.* 5. *annot.* 1. *num.* 22. & 23. Card. de Luc. *de Præhemin. diſc.* 42. *num.* 14. Lezzan. *in Summ. q. regul. tom.* 1. *p.* 2. *c.* 1. *n.* 44. Rot. *in Biſinianen. Præheminentiarum* 17. *Februarii* 1710. §. *Præciſive*, *cor. R. P. D. Anſaldo*.

Quam diſpoſitionem procedere etiam ſi exiſtat
in loco Eccleſia Collegiata, quæ præcedentiam ha-
2 beat ſupra Eccleſiam Matricem reſolvit Sac. Con-
gregatio Rituum in una *Syracuſana Modica* 23. *Februar.* 1619. ita affirmantibus Barboſ. *in Summ. Apoſtolic. deciſ. in verbo Campana ſub num.* 5. & *Vot. deciſ.* 162. *num.* 32. & *de Jur. Eccleſ. libr.* 3. *capit.* 3. *nu.* 71. Lezzan. *in Summ. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 44. Gavant. *in Manual. in verb. Campana in addit. num.* 2. Frances *de Eccleſ. Cathedral. c.* 24. *n.* 177. & deciſum fuit in antiquiori reſolutione ejuſdem Congregationis *in Senogallien.* 21. *Junii* 1578. teſtatur Nicol. *in floſcul. in verb. Collegiata n.* 3.

Eoque magis urgere videtur hoc aſſumptum ſtan-
te circumſtantia, quod Eccleſia erecta fuit in Col-
3 legiatam poſt ipſam Matricem, cui antea hujuſmo-
di præheminentia competebat; hoc enim caſu per
erectionem Eccleſiæ ſimplicis in Collegiatam non
cenſetur derogatum Juribus Eccleſiæ Matrici quæſi-
tis, ut in puncto hujus primæ pulſationis Campa-
næ, & de præheminentiis, Gratian. *diſceptat.* 578. *per tot.*

Nihil obſtante, quod id procedere videatur reſ-
pectu Matricis Eccleſiæ, quæ vere talis ſit haben- 4
do alias Eccleſias veluti filiales, & ſibi ſubditas,
nam contrarium, quod etiam in Eccleſiis Matrici-
bus *impropriè*, quia nempe ſunt antiquiores in lo-
co, hæc præheminentia locum habeat, tradunt Card.
de Luc. *de Præheminent. diſc.* 42. *ſub n.* 14. Pignat. *conſult.* 109. *n.* 6. *tom.* 9. Rot. *in Biſinianen. Præheminentiarum ubi ſupra*, *cor. bo. me. Anſaldo*.

Quibus nec etiam adverſatur qualitas Eccleſiæ
Collegialis, hæc enim reducit quidem eam Nobilio- 5
rem, & Digniorem, ſed non Matricem, de qua lo-
quitur Conſtitutio Leonis X. quidquid ſit in Caſu,
quo Collegiata eſſet etiam Parochialis.

Quæ omnia licet prima fronte urgere videan-
tur; attamen Articulo melius, & diligentius exami-
nato, cenſeo Præheminentiam, de qua agitur, præ-
dictis non obſtantibus ſpectare ad Eccleſiam Colle-
giatam.

Moveor ex lege Cparticulari *Conſtitutionis Synodalis libr.* 4. *c.* 21. *num.* 3. in qua circa pulſationem
Campanarum in Sabbato Sancto ita diſponitur = *Campanas tamen non pulſent antequam ſignum a Cathedrali in Urbe, & a majoribus Eccleſiis in Diœceſi accipient* = Majores autem Eccleſiæ Diœceſis poſt
Cathedralem ſunt ipſæ Collegiatæ, non autem Ec-
cleſiæ Parochiales, ſeu Matrices, nam juxta com 6
munem ſenſum Doctorum noſtrorum Collegiatæ pri-
mum locum Maioritatis obtinent poſt Cathedrales
juxta *Concilium* Colon. *par.* 3. *cap.* 2. *apud* Card. Laureæn *Epitom. Canon. in verb. Eccleſia Collegiata*, ibi *Eccleſiæ Collegiatæ ſunt ſecundæ poſt Cathedrales*, Ceccopet. *lucubr. Canonic. num.* 67 & *ſeqq.* ibi, *Illuſtrior, & Excellentior eſt Eccleſia Collegiata qualibet ſimplici Parochiali*, &c. *Collegiatæ ſunt ſecundariæ poſt Cathedrales*, &c. *Majores ſunt Titulo, quam Parochiales, & proinde ab Epiſcopo primum viſitantur Cathedrales, & poſtea Collegiatæ*, &c. Barboſ. *de Canonic. cap.* 2. *n.* 20.

Ex quo principio habemus notum illud exem-
plum Eccleſiæ filialis, & ſubditæ alicujus Eccleſiæ
Matricis, quæ quidem Eccleſia filialis, ſi erigatur 7
in Collegiatam de Subdita fit Superior ipſi Matri-
ci, cui in omnibus Præheminentialibus anteponen-
da venit, juxta vulgatam Seraphini *dec.* 1445. com-
muniter receptam in Foro, & quam in propoſito
ſequitur Ceccopet. *lucubr. Canonical. libr.* 1. *numer.* 75. *verſ. Quæ Collegii qualitas*, & late Eminentiſſimus Petra *ad Conſtit. Apoſtolic. tom.* 3. *ad Conſtit.* 5. Innoc. IV. *ſect. unica num.* 20. & *ſeqq.* Card. de Luc. *de Præhemin. diſc.* 9. *num.* 4. & *ſeqq.* & Ego *ſcripſi tom.* 1. *diſcept. Eccleſ* 9 *n.* 34.

Cum igitur prima pulſatio Campanæ in Sabba-
to Sancto ſit actus Præheminentiæ, quæ debetur
Eccleſiæ Majori, & Digniori, utique poſt Cathe-
dralem ad aliam Eccleſiam ſpectare non poteſt, ni-
ſi Collegiatam, quæ ſicut anteponitur Eccleſiæ Ma-
trici in Præheminentiis, ita per conſequens antepo-
nenda venit in pulſatione Campanæ, quæ eſt actus 8
ſimplicis Præheminentiæ ſpectans ad Eccleſias ma-
jores ex lege Conſtitutionis Synodalis, ut quod ap-
pellatione Eccleſiarum Majorum poſt Cathedrales in-
telligantur Collegiatæ reſolvit *Sac. Congregatio apud* Pignatell. *conſult.* 129. *n.* 47. *tom.* 9.

Neque ab hac opinione diſcedendum puto pro-
pter Conſtitutionem Leonis X. quæ poſt Cathedra-
lem Jus primo loco pulſandi Campanas, attribuit
Eccleſiæ Matrici, non autem Majori, ſicut diſpo-
nit Lex Synodalis. Etenim in Legibus, & Conſti- 9
tutionibus non eſt judicandum ex Cortice verbo-
rum, ſed ex ratione, & ſubſtantia, quæ dicitur
Anima legis; Ratio autem eſt, quod Conſtitutio
Leonis exprimendo Matricem poſt Cathedralem in-
tellexit exprimere unam ex Eccleſiis Majoribus, &
Digno.

Dignioribus Diœceſis, quia vocabulum *Matricis*
non ſolum applicatur Eccleſiis Parochialibus, &
Baptiſmalibus habentibus ſub ſe Eccleſias filiales,
10 ſed etiam aliis Eccleſiis, quæ ſunt magis conſpi-
cuæ, & conſideratæ in loco, & per conſequens uti
Majores per quamdam impropriationem, & abuſi-
ve appellari valent Matrices, ut advertit Card. de
Luca *de Decim. diſc.* 12. *n.* 12. *&* 13. Rot. *in Caſſanen.*
Jurium Parochial. 6. *Junii* 1707. §. *Et licet*, *cor. bon.*
me. Caſſarello,

Contrarium vero procederet, quando ille actus
primæ pulſationis Campanæ eſſet de Juribus Paro-
chialibus, ſecus autem quando eſt ſimplex actus
præheminentiæ, quæ nihil commune habet cum
Parochialitate, & Matricitate proprie ſumpta, &
11 ſine alio diſcurſu ita declaratum, & reſolutum fuit
per *Sac. Congregationem Rituum in Decretis genera-*
libus Urbis, & Orbis ſub die 12. *Decembris* 1703. ubi
interrogata ſuper ovo Dubio: *An prima pulſatio*
Campanarum in Sabbato Sancto ſit de Juribus Pa-
rochialibus, reſolvit non eſſe de Juribus Parochia-
libus, ſed ſpectare ad Eccleſiam Digniorem ad for-
mam Conſtitutionis Leonis X. ibi; *Negative, prout*
jacet, ſed ſpectare ad Eccleſiam Digniorem ad for-
mam Conſtitutionis Leonis X. la 22. §. 54. quod De-
cretum hodie regiſtratum reperitur apud Modernum
Monacell. *in Formul. for. Eccleſ. p.* 2. *tit.* 13. *formul.* 1.
ſub n. 46.

Et per conſequens, ſi juxta ſenſum Sacræ Con-
gregationis Conſtitutio Leonis non intelligitur ſtri-
cte de Eccleſia Matrice, ſed de Eccleſia Digniori,
utique hæc verificatur in Eccleſia Collegiata, quæ
eſt Dignior reſpective ad Matricem, & Parochia-
lem, eoque magis quando Sacra Congregatio re-
ſolvit hanc primam pulſationem Campanarum non
eſſe de Juribus Parochialibus, itaut qualitas Matri-
citatis, quantum ſonat in Parochialitatem, non ſit
conſiderabilis ad hunc effectum, ſed ſolummodo
quantum ſonat in Dignitatem, & Majoritatem, &
12 in terminis firmat Rota *coram Priolo dec.* 265. *num.*
13. *&* 16. ubi quod Jus antepulſandi Campanas in
Sabbato Sancto competit Eccleſiis ratione majoris
antiquitatis, ſeu alterius Præheminentiæ, non au-
tem Parochialitatis, ſeu Jurium Parochialium, ut *in*
Rec. dec. 7. *n.* 10. *&* 11. *p.* 18. *to.* 10.

Quæ fortius procedunt inſpecta qualitate alterius
Eccleſiæ, quæ Matrix nuncupatur, iſta enim vere,
& proprie non eſt Matrix, cum non habeat Eccle-
ſias filiales in ſui adjutorium Conſtitutas intra li-
mites ipſius Matricis, ſed ſit mera, ac ſimplex Ec-
13 cleſia Parochialis exiſtente etiam in Civitate alia Ec-
cleſia Parochialis S. Joannis Baptiſtæ cum majori
prærogativa, quam habeat Matrix, habendo Fun-
tem Baptiſmalem, & Eccleſiam filialem S. Antonii
ſibi ſubjectam, & quæ providetur ad nominatio-
nem ipſius Rectoris S. Joannis Baptiſtæ, in quibus
terminis Eccleſia prædicta non poteſt dici Matrix,
ut conſiderat Rot. *dec.* 7. *n.* 9. *& ſeqq. p.* 18. *& coram*
Priol. d. dec. 365. *n.* 16. *&* 17. *& cor. bon. me. Anſald.*
dec. 55. *n.* 10.

Sed improprie tantum Matrix appellari poteſt ra-
14 tione majoris antiquitatis comparative ad alias Ec-
cleſias, ut ait Rot. *d. dec.* 365. *nu.* 13. *cor. Priolo*,
Card. de Luc. *de Decim. diſc.* 12. *n.* 13. quæ quidem
antiquioritas eſt una qualitas, quæ dat præceden-
tiam inter pares, nempe inter alias Eccleſias ejuſ-
dem conditionis, ſcilicet æque Parochiales, non au-
tem in ordine ad Eccleſias Collegiatas, quæ ratio-
15 ne majoris Status, & Dignitatis, quam habent,
dicuntur Majores, & Digniores, & præcedunt o-
mnes alias Eccleſias ſimplices licet antiquiores, &
antiquiſſimas juxta Ceccoper. *lucubr. Canon. lib.* 1. *nu.*
61. *& ſequentib. cum aliis ſupra allegatis*, *num.* 6. *cum*
ſeqq.

Verum quod Me potiſſime confirmant ad incli-
nandum in hanc Sententiam, eſt Judicatum Sacræ
Congregationis Rituum *in Siracuſana Modica*, in
cujus Terra, ſeu Civitate cum adeſſent duæ Eccle-
16 ſiæ, altera Matrix S. Georgii, & altera Collegiata
S. Petri, & prima vice reſolutum fuiſſet Jus ante-
pulſandi Campanas in Sabbato Sancto ſpectare ad
Matricem, non autem Collegiatam ex Decreto 23.
Februarii 1619. relato per Doctores ſupra citatos,
numer. 2. repropoſita Cauſa ſub die 27. *Julii* 1624.
receſſum fuit a Deciſis per hæc verba = *Propoſita*
iterum in Sacr. Congregatione Cauſa Præcedentiæ
inter Eccleſiam Collegiatam S. Petri Civitatis Mo-
dica Siracuſana Diœceſis, ut dignoſci poſſet, quæ 17
nam ipſarum in Sabbato Sancto debeat prius Cam-
panas pulſare, eadem Sacra Congregatio referente
Eminentiſſimo D. Cardinali Peretto cenſuit in hac
parte tantum recedendum eſſe a Deciſis ſub die 3.
Junii 1617. *&* 23. *Februarii* 1619. *ac prædicta Ec-*
cleſia S. Petri etiam quoad pulſationem Campana-
rum ſupra Eccleſiam Sancti Georgii, quam ſuper
alias Inferiores juxta Conſtitutionem Leonis Papæ X.
competere Præcedentiam.

Quod ſane punctualiſſimum Decretum, derogans
primo eſt attendendum in Judicio, non obſtante,
quod ſucceſſive de anno 1636. contrarium fuerit
deciſum ab eadem Congregatione, etenim de hoc
tempore Eccleſia Matrix S. Gregorii mutaverat Sta-
tum de Parochiali in Collegiatam, dum anno 1636.
fuit per Summum Pontificem erecta in Collegia-
tam, unde cum iſto tempore eſſet æque Collegia-
ta, ac illa S. Petri, Sacra Congregatio cenſuit Col-
legiatæ S. Georgii competere Præcedentiam Juris
antepulſandi Campanas in die Sabbati Sancti, ex
quo non ſolum erat Collegiata, ſed etiam Colle-
giata Matrix, quæ Matricitas deficiebat in alia Col-
legiata S. Petri, nam inter pares Collegiatas Di- 18
gnior præcedit, & talis dicitur, quæ habet Matri-
citatem antiquam, cujus ratione ſuperat Eccleſiam
Collegiatam, quæ antea fuerat Subdita ejuſdem Ec-
cleſiæ Matricis, idque in memoriam antiquæ ſubje-
ctionis, ut plene Ego ſcripſi *diſceptat. Eccleſ.* 9.
numer. 9. *& numer.* 43. *verſicul. Et ulterius*, *nu-*
mer. 44.

Dum ergo variatio decidendi nata fuit propter
mutationem Status Eccleſiæ Matricis erectæ in Col-
legiatam, firmum remanet Decretum anni 1624.
derogatorium præcedentis editi de anno 1619. jux-
ta quod Jus ante pulſandi Campanas in die Sabba-
ti Sancti fuit tributum Collegiatæ ſupra Matricem
ex regula indubitata, quod variatio decidendi reſul-
tans ex circumſtantiis novi facti diverſificantis pri- 19
mum, non tollit reſolutionem præcedentem funda-
tam in Siſtemate facti tunc præſuppoſiti, ut per Ro-
tam *in Mediolanen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. §.
Tertius Caſus in fine, *coram bo. mem. Anſaldo*, *&*
in Lucana Beneficii 22. *Februarii* 1709. §. *Quoniam*
coram Eminentiſſ. Falconerio, & conſequenter fir-
mum remanet Decretum anni 1624. ubi agitur in-
ter Collegiatam, & Matricem, & pariter firmum
remanet Decretum anni 1636. ubi agitur inter Col-
legiatam ſimplicem, & Collegiatam Matricem.

Ex his magna facilitate corruere exiſtimo argu-
menta ſuperius in contrarium adducta, & quidem
corruit primum, quod fundatur in Cortice verbo-
rum Conſtitutionis Leoninæ, nempe in verbo *Ma-*
trices ibi expreſſo, dum hoc intelligitur de Eccle- 20
ſia non uti Matrice, & Parochiali, ſed uti Dignio-
re, & Majore juxta reſolutionem Sacr. Congrega-
tionis in Decretis generalibus Urbis, & Orbis, &
juxta Legem Conſtitutionis Synodalis, & alia *de*
quibus ſupra n. 9. *& ſeqq.*

Corruit alterum ſuper Caterva Doctorum firman-
tium Jus antepulſandi Campanas ſpectare ad Ma-
tricem, non autem Collegiatam, quoniam funda-
tur in Decreto Sacræ Congregationis edito *in Si-*
racuſana Modica de anno 1624. & per conſequens 21
corruente ſuppoſito hujus primi Decreti, corruit
authoritas Doctorum in ea totaliter fundata ex tra-
ditis per *Conſtant. ad Stat. Urb. Annot.* 35. *articul.*
2, *num.* 102. Card. de Luc. *de Penſion. diſc.* 81. *ſub num.*
19. Rot. *dec.* 240. *num.* 8 *par.* 10. *in Bonon. Parochialis*
2. *Martii* 1708. §. *Quandoquidem*, *coram bon. memor.*
Priolo.

Corruit tertium ſuper authoritate Gratiani *diſcep.*
579. Etenim ipſe erroneo oritur fundamento, quod

per

Digitized by Google

per erectionem Eccleſiæ ſimplicis in Collegiatam non
cenſeatur præjudicatum Juribus, & præeminentiis
antea competentibus Eccleſiæ Matricis, & per con-
ſequens ante pulſationem Campanarum in Sabbato
Sancto ſpectare ad Matricem, quæ opinio eſt com-
muniter reprobata; nam quando agitur de gratia,
22 quæ eſt præjudicialis alteri de ſui natura, ut eſt
mutatio ſtatus de inferiori in ſuperiorem, tunc præ-
judicatum remanet Eccleſiæ Matrici etiam ſine de-
rogatione ſpeciali ejus Jurium, & præeminentiarum
ut reprobato Gratian. advertit Carol. Anton. de Luc.
in animadv. ad ipſum Diſcept. 578. numer. 6. & ſeqq.
Card. de Luc. de præeminent. diſc. 5. n. 14. & diſc. 9.
n. 4. & ſeqq. Eminentiſſimus Petra ad Conſtit. Apoſtol.
tom. 3. ad conſtitut. 5. Innoc. IV. ſect. unic. num. 21. &
ſeqq. juxta originalem opinionem Rot. cor. Seraph.
dec. 1145. per tot. & dixi ſupra.
Alias enim ſi mutatio ſtatus de minori ad majo-
rem, non produceret de ſui natura majoritatem ſu-
pra alias Eccleſias inferiores ex motivo non præju-
23 dicandi Juribus eis antea competentibus, ſequere-
tur, quod inferior præcederet Superiori, & multæ
darentur abſurditates; nam diſcipulus factus exem-
pli gratia Epiſcopus aut Cardinalis non poſſet præ-
cedere ſuo Magiſtro, & ſic de ſimilibus, ideoque
24 non eſt attendenda authoritas Grat. communiter re-
probata, maxime contra opinionem S. Rotæ, co-
ram Seraph. ubi ſupra, & in ſpecie addo Rotam de-
ciſ. 213. num. 6. part. 4. tom. 1. rec. ubi late hanc opi-
nionem comprobat adducendo exemplum Archidia-
coni habentis Monaſterium ſibi ſubjectum, quod ſi
25 erigatur in Cathedralem, ille de Domino fit ſubje-
ctus juxta doctrinam Hoſtien. in cap. Cum Inferior
num. 13. de major. & obedient. Rota cor. Emerix Jun.
deciſ. 1057. n. 10. & agnovit Grat. diſcept. 458. num.
8. & ſeqq. ubi approbat deciſionem Seraphini.
Prout etiam obſtare non exiſtimo illam propoſi-
tionem, quod ad effectum gaudendi hujuſmodi præ-
eminentiis ſufficiat Eccleſiam eſſe Matricem etiam
26 improprie, quia intelligitur ſemper in concurſu alia-
rum Parochialium, ſeu ſimplicium Eccleſiarum,
non autem reſpectu Collegiatarum, quæ exiſtunt in
ſtatu altiori, & majori, & Rota in d. Biſinianen.
præeminentiarum coram bon. me. Anſald. in obje-
cto allegata, loquitur in terminis duarum Parochia-
lium, quarum una erat Matrix licet improprie, ſci-
licet magis antiqua, & conſpicua in loco.
Immo retorquetur hæc Matricitas impropria,
quia ſi ejus vigore competit hæc præeminentia, ſi-
gnum evidens, quod non competit ratione Paro-
chialitatis, ſed potius ratione dignitatis, dum inter
duas æque Parochiales præcedit antiquior, & magis
27 conſiderata in loco, & ſic quemadmodum qualitas
dignioritatis reſultans ex digniuritate, & antiquio-
ritate ad præcedentiam inter pares Eccleſias, ita qua-
litas dignior, quæ reperitur in Collegiata exiſtente
in ſtatu eminentiori, & majori, tribuit præceden-
tiam, & præeminentiam ſupra Eccleſiam Matricem,
& merito S. Congreg. Rituum in dict. decreto gene-
rali Urbis, & Orbis dixit hujuſmodi antepulſatio-
nem Campanarum ſpectare ad Eccleſiam Digniorem
hoc termino explicando Bullam Leonis, non autem
termino Matricis.

Ultimum argumentum ſuper Carentia qualitatis Parochialis in ordine ad Collegiatam nullius momenti convincitur ex jam dictis, dum hujuſmodi præeminentia non competit Jure Parochiali, ſed Jure majoritatis, & dignioritatis, quæ ſicuti reperitur in Collegiata reſpective ad Parochialem licet antiquam, & Matricem, ita tribuere debet præcedentiam eidem Collegiatæ tanquam majori, & digniori reſpective ad Matricem ſimplicem Parochialem,

VENETA NULLITATIS ORDINIS Sacerdotalis.

ARGUMENTUM.

Ordinatus per vim, & metum vi conditionali, & cauſativa, licet recipiat characterem, non tamen tenetur ad votum Continentiæ, & an ceſſato metu, & ex quibus actibus inducta cenſeatur ratificatio Ordinationis.

SUMMARIUM.

1 *Promotus ad Sacros Ordines vi conditionali, & cauſativa recipit characterem, non tamen tenetur ad ſervandum Votum continentiæ. Limita ut n. 2. & 3.*

4 *Ordinatus recipiens pecuniam ad effectum celebrandi primam Miſſam dicitur libere celebraſſe, & ſuam ordinationem ratificaſſe.*

5 *Amplia ſi Clericalem habitum geſtaverit, aut non reclamaverit acquieſcendo per longum tempus, n. 6. 7. & 8.*

9 *Ratificatio non inducitur, niſi probata ſcientia ratificantis de nullitate actus, & infra num. 15. & 21.*

10 *In connexis ſcientia unius eſt etiam ſcientia alterius.*

11 *Dictio nunquam quid importet.*

12 *Celebratio primæ Miſſæ ſine aliqua coactione ratificat ordinationem nullam.*

13 *Votum extortum propter opem ferendam eſt nullum.*

14 *Coactus injuſte promittere, libere non promittit.*

16 *Ratificatio excluditur, quando actus ad aliam Cauſam referri poteſt, n. 17. 18. 19. 21. 22. & ſeqq.*

20 *Cauſa expreſſa excludit præſumptam, & tacitam.*

DISCEPTATIO CVII.

PRoponitur mihi in facto caſus de quodam Juvene, qui opulentiſſimam habens hæreditatem anno 1682. mediante vi, ac metu Patrui ad hæreditatis lucrum conſpirantis coactus extitit in certa Religione Regularem Profeſſionem emittere, eademque vi ad Ordines Sacros, & Presbyteratum promoveri, prævijs tamen ſecretis proteſtationibus ſuper hujuſmodi vi, ac metu emiſſis per memoratum Juvenem, im involuntarie, & coacte profeſſum, & ordinatum, qui tamen nunquam vivente Patruum Miſſam celebravit, immo in hujuſmodi proteſtationibus ſupponitur dixiſſe: *Se nunquam aſſenſurum ratificationi ſuæ emiſſæ profeſſionis, vel promotioni Sacrorum Ordinum, ad quæ compellitur.*

Supponitur etiam, quod ſtatim, ac iſte notitiam habuit de morte Patrui ex Monaſterio diſcedere deſtinavit ad effectum adeundi Tribunal Nuncii Apoſtolici, ibique obtinendi declarationem ſuper nullitate profeſſionis; Sed cum indigeret pecuniis pro arripiendo itinere ad Nuncium, ex quo ſpatio duorum, & ultra annorum crudelis Patruus retardaverat illi ſolitum livellum ſibi debitum, & ſic ſumma egeſtate oppreſſus reperiebatur, omnem diligentiam adhibuit pro habendo pecuniarum mutuo ab omnibus Religioſis Monaſterii, ſed in vanum laboravit, cum omnes mutuum denegaverint, excepto tantum Superiore locali Conventus.

Iſte autem Superior localis adeo pecuniam mutuam obtuliſſe ſupponitur, ex quo adſtrictus fuerat commendationibus Patris Generalis, ut nulliter ordinatum induceret ad celebrandam ſemel Miſſam mediante pacto mutuandæ illi pecuniæ, ideoque cum non aliter obtuliſſet mutuam pecuniam Requirenti, niſi

Digitized by Google

mediante pacto celebrandi primam Miſſam, in anguſtia poſitus prædictus Ordinatus, ut haberet pecunias, antequam diſcederet a Monaſterio primam Miſſam celebravit, quæ tamen fuit prima, & ultima uſque ad præſentem diem.

Anno 1696. probato, quod vi, ac metu profeſſionem emiſiſſet, declarari obtinuit per Sententiam, conſtare de nullitate Profeſſionis, addito, quod ei liceret habitum Clericalem aſſumere, & uti privilegiis Clericalibus, eumdem interim ſuſpenſum declarando, donec de patrimonio provideretur, quam ſententiam Ordinatus acceptavit.

Poſt hanc ſententiam ab anno 1696. uſque in præſens ſupponitur, quod ipſe nunquam uſus fuerit Ordinibus receptis, & nunquam amplius celebraverit, excepta celebratione primæ Miſſæ, de qua ſupra, & quamvis habitum Clericalem geſtaverit; attamen nunquam obſervavit Tonſuram, & citra omnem Clericalem obſervantiam ſe geſſit ad inſtar Sæcularis.

Modo autem quæritur, an ſicut ratione vis, & metus anno 1696. declarata extitit nullitas Profeſſionis, ita etiam poſſit declarari nulla ordinatio ad Ordines ſuſceptos, ſaltem quoad obligationem, & Votum perpetuæ continentiæ tanquam ſecuta ea eadem vi, ac metu, & an iſta declaratio obtineri poſſit ab Epiſcopo, qui illum ordinavit. Super quo articulo Ego in ſenſu veritatis interrogatus cenſui prout infra verius de Jure reſpondendum.

Etenim jam ſupponitur in facto, quod ſicut Profeſſio, ita etiam Ordinatio ſecuta fuerit coacte per vim, & metum Patrui. Quo ſuppoſito licet olim quæſtio fuerit inter Scribentes, an ſic Ordinatus teneatur, ſeu ligatus maneat ad legem perpetuæ continentiæ, multis abeuntibus in illam diſtinctionem, quod Ordinatus vi præciſa, & abſoluta nec recipiat characterem, nec teneatur ad votum continentiæ, ſecus ſi agatur de Ordinato vi conditionali, & cauſativa, ex quo imprimitur in iſto character habens ſecum annexum perpetuum continentiæ Votum, nihilominus hodie in Tribunalibus communior invaluit opinio, quod Ordinatus vi conditionali, & 1 cauſativa characterem recipiat, non tamen teneatur ad Votum, ſeu obligationem continentiæ, ea ratione, quod Votum continentiæ nullo modo eſt de ſubſtantia Ordinis, ſed accidentaliter illi annexum ex Conſtitutione Eccleſiæ, & proinde ad ſui eſſentiam requirit liberam voluntatem, alias non obligat, itaut data coactione, ſicut ex inde annullatur Votum continentiæ expreſſum, ita etiam multo magis tacitum per ſuſceptionem Ordinis annexam habentis obligationem continentiæ juxta *Gloſ. in Canon. Ubi iſta diſtinct. 74. in verb. honorem circa medium*, quæ reperitur communiter recepta per Doctores, ut apud Fagn. *in cap. Majores num. 101. de Baptiſm.* Calderin. *conſ unic per tot qui Clerici vel Vovent.* Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 29. n. 5.* a Spiritu Sancto *in director. confeſſ tract. 9. diſp. 6. ſect. 4 num. 166.* Barboſ. *Vot. deciſiv. 37. n. 3. & ſeqq. & Voto 77. n. 26. & ſeqq.*

Et hæc opinio canonizata reperitur in Tribunalibus Eccleſiaſticis, præcipue in Sac. Rotæ Auditorio, ut apud Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 2 per tot. de his quæ vi metuque cauſ. & in aliis Deciſionibus relatis* apud Barboſ. *Vot deciſ. 77. num. 29. & pleniſſime firmatum extitit in Nullius, ſeu Toletana Nullitatis Ordinis, coram Emerix Jun. deciſ. 225 n. 1. & ſeqq. & in Leodien. Nullitatis Ordinis Subdiaconat. coram eodem deciſ. 870. n. 1. & 2* Et propterea ſuppoſita ordinatione per vim, ac metum, nulla cadit dubitatio, quo minus data etiam impreſſione characteris, nunquam tamen ſic ordinatus teneatur ad votum continentiæ tanquam coactum, & nullum.

Sola igitur ratio dubitandi conſiſtit in circumſtantia facti, quod poſtquam ceſſavit metus per obitum Patrui illum inferentis, Ordinatus celebravit primam, & unicam Miſſam ea cauſa mutui recepti per Superiorem localem, propter quod videtur inducta 2 ratificatio Ordinationis. Etenim Ordinatus per vim, & metum dicitur ratificare Ordinationem, & teneri ad Votum continentiæ, ſi poſtea miniſtraverit in Ordinibus ſuſceptis, ut tradunt Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 29. n. 9.* Barboſ. *Vot. deciſ. 77. n. 111, & 119.* a Spirit Sanct. *ubi ſupra tract. 9. diſp. 8. ſect. 4. n. 166. & tract. 5. de Voto diſput. 2. ſect 4. n. 219.* Caſtill. *de Sacram. tom. 1. tract. 6. diſp. 1. dub. 19. n. 424.* Diana *Coordinat. tom. 2. tract 5. reſol. 14. n. 5.* & in præciſis terminis pro ratificatione ordinationis fuit ita reſolutum per Sacr. Congregationem Concilii in Hiſpalen. Nullitatis Ordinis 2. Maii 1716. Rota *deciſ. 154 n. 11. part. 14. rec.*

Et quamvis aliquæ ex allegatis auctoritatibus loquantur in caſu, quo Ordinatus per multum temporis ſpatium miniſtravit, Barboſ. *d. Vot. deciſ. 77.* 3 *n. 112.* Rot. *deciſ. 40. n. 9. & deciſ. 343. n. 21. & 22. part. 6. & deciſ. 154. num. 11. part. 14.* nihilominus ad hujuſmodi effectum inducendæ ratificationis ſufficere, quod Ordinatus ſemel uſus fuerit Ordine ſuſcepto ſine coactione aliqua, tenuit Hoſtien. *in cap majores de Baptiſmo n. 38.* ibi: *Si poſt ordinem taliter receptum ſemel utatur ex ſine coactione aliqua*, ibique Butrius *in §. finali num. 9.* Joan. Andr. *n. 17.* Henric. Boich. *n. 7* Zabarell. *n. 1. in fine*, Sanchez *de matrimon. lib. 7. cap. 20. n. 9.* Diana *coordinat. tom 2. tract. 5. d. reſol. 124 ſub n. 5.* Et procedendum idcirco eſt cum hac opinione firmata per Claſſicos Canoniſtas, & ſecundum illam celebratio Miſſæ ſemel facta induiſſe videtur ſufficientem ratificationem.

Neque obſtare videtur, quod iſta celebratio dici poſſit etiam coacta, cum Ordinatus ad illam inductus fuerit ex cauſa mutui oblati per Superiorem localem ſub hac conditione celebrandi primam Miſſam; nam iſta non dicitur coactio, ſed libera voluntas, dum poterat non acceptare mutuum ſub hac conditione oblatum, licet ſibi neceſſarium ad effectum obtinendi modum reclamandi, & dicendi de Nullitate Profeſſionis. Non enim Superior localis 4 erat obligatus ex Juſtitia dare mutuum, & propterea volendo haoc conditionem, nullam fecit injuriam Ordinato, qui ſi acceptavit, ſponte ſua dicitur acceptaſſe per quandam electionem, juxta quam potius voluit celebrando ſe ratificare Sacerdotem, quam permanere in Profeſſione, quia nempe obtinendo pecuniam ſub conditione celebrandi ex duobus obſtaculis maluit unum removere, ideſt Profeſſionem, pro qua neceſſarium erat medium pecuniæ, & viceverſa alterum retinere, ſcilicet Ordinationem mediante celebratione ratificandam, quaſi ex duobus vinculis elegiſſet, quod erat minus, juxta ea, quæ tradunt Barboſ. *in cap. veniens n. 4. de Sponſal.* ibique Gonzal. *n. 4.* Sanchez *de matrim lib 4. diſp, 11. num, 14.* Fillicc. *de Sacram. matrim. tract. 10. n. 103. verſ. Quintus*, & apud Mr *diſcept. Eccleſ. 52. n. 61.*

Præter celebrationem Miſſæ non deſunt alii actus confoventes ratificationem ordinationis, quia nempe Ordinatus acceptavit ſententiam, in qua declarata nullitate Profeſſionis dictum fuit ei licere habitum Clericalem aſſumere, & uti privilegiis Clericalibus illum declarando interim ſuſpenſum, donec de patrimonio provideretur, & poſtea licet Tonſuram non ſervaverit, habitum tamen Clericalem ſem- 5 per aſſumpſit, & geſtavit, quando debuiſſet eum penitus abjicere, & ſæcularem habitum inducere, ut notando ſimiles actus tradunt Barboſ. *Vot. deciſ. 77. n. 119.* Rota *dec 154 n. 11. part. 14.*

His accedit diuturnum ſilentium Ordinati, qui ab anno 1696. uſque in præſens nullum judicium inſtituit ſuper nullitate Ordinationis, quando tamen ſicut fuit diligens in promovendo judicio ſuper nullitate Profeſſionis, ita eamdem diligentiam adhibuiſſet in altero judicio ſuper nullitate Ordinationis, & 6 propterea dum contentus nullitate Profeſſionis aliam nullitatem Ordinationis ſpatio vigintiquatuor annorum diſtulit, & omiſit, exinde inſurgit non levis conjectura ad arguendum animum Ordinati, quod ob ratificatam Ordinationem in celebratione Miſſæ, acquieverit ſuper ſtatu Sacerdotali utendo Veſtibus Clericalibus Rota *coram Emerix Jun. deciſ. 667. n. 18.* & poſt Jovium *de ſolemnit. in contract. minor. tom. 2. dec. 26. num. 13. & coram Coccin. deciſ. 1568. n. 23.* cum ob-

ſer-

Digitized by Google

ſervantia ad comprobandam ratificationem non mi-
7 nus deſumatur ex non facto, quam ex facto, Spa-
da *conſil.* 232. *n.* 13. *lib.* 2. Rota *coram Bich. dec.* 660.
num. 17. *& in recen. deciſ.* 291. *num.* 10. *&* 11. *part.*
9. *deciſ.* 520. *num.* 15. *part.* 13. *& deciſ.* 654. *n.* 8. *part.*
18. cum aliis apud Me relatis *in tract. de controv.*
Patron. alleg. 43. *n.* 23.

Sed magis ingraveſcit hæc longæva acquieſcen-
tia, velut ſecuta poſt relatam ſententiam conceden-
8 tem Ordinato geſtare habitum Clericalem, ac uti
privilegiis Clericalibus, ubi non multum ſtringit ra-
tio actus facultativi, ſeu repoſiti in arbitrio Ordi-
nati, quia ſi expendatur ſubſtantia ſententiæ, hæc
declaravit ſtatum Sacerdotalem Ordinati, ſine quo
Judex non decreviſſet, quod illi liceret aſſumere
habitum Clericalem, eoque minus, quod remane-
ret ſuſpenſus, donec de Patrimonio provideretur,
declaravit ergo hæc ſententia ſtatum Sacerdotalem,
adverſus quam Ordinatus non reclamando ſpatio 24.
annorum ex hoc magnum pondus addidit ratifica-
tioni deductæ ex celebratione Miſſæ, Rota *deciſ.*
159. *num.* 5. *part.* 1. *& deciſ.* 194. *num.* 9. *part.* 6. *rec.*
& coram Cottin. deciſ. 695. *num.* 12. *& coram Cavaler.*
deciſ 100 *num.* 2. *cum aliis allegatis in deciſ.* 30. *n.*
28. *coram Bichio.*

Bene verum eſt, quod ratificatio nunquam intra-
re poteſt, niſi probata ſcientia in Ratificante de
9 nullitate Ordinationis, alias celebratio Miſſæ cum
poſſit referri ad erroneam credulitatem, quod eſſet
ad illam obligatus, ratificationem actus nulli non
inducit juxta opinionem Sanch. *de matrim. lib.* 7. *cap.*
29. *n.* 9. Dian. *Coordinat. tom.* 2. *tract.* 5. *reſol.* 114. *n.*
5. *in fin.* ſed difficile videtur perſuadere animo Judi-
cis, quod qui nullitatem Profeſſionis ob vim, &
metum non ignoravit, & ſententiam obtinuit, cre-
dendus ſit ignoraſſe nullitatem Ordinationis ſecutæ
ex eadem cauſa vis, ac metus, cum ſcientia unius
ſit etiam ſcientia alterius in connexis, & ex eodem
10 fonte procedentibus, ex eo enim metu, quo ſe nul-
liter Profeſſum agnovit, ex eodem ſe nulliter Ordi-
natum agnoviſſe præſumitur: Rota *cor. Mantic. de-*
ciſ. 21. *num.* 2. *& deciſ.* 101. *n.* 3. *& cor. Caril. deciſ.*
363. *n* 4. *cum ſeqq.* & apud Poſthum. *de manut. deciſ.*
354. *n.* 10 *& cor. Cerr. dec.* 34 *n.* 30. *& in Januen. Ab-*
batiæ 4. *Julii* 1692. §. *Neque turbat, cor. bo. me. Manuel.*

Quibus tamen non obſtantibus in contrariam ſen-
tentiam inclinandum videtur ex circumſtantia illa,
quod ante Ordinationem ordinatus ſecreta proteſta-
tione declaravit: *Se nunquam aſſenſurum ratificatio-*
ni ſuæ emiſſæ Profeſſionis, vel promotioni Sacrorum
Ordinum, ad quos compellitur. Ex quo habemus pri-
mordialem animum non conſentiendi in Ordinatio-
11 nem quovis tempore importato ex illa dictione:
nunquam. Quo animo retento, licet ceſſato metu
poſt obitum Patris Ordinatus celebraverit ſemel uni-
cam, & primam Miſſam; attamen, ut omnes Do-
ctores in hoc propoſito concludunt, iſta celebratio
ad effectum ratificandi ordinationem nullam, eſſe
debet ſine coactione aliqua ſecundum verba Hoſtien.
12 *in cap. majoribus de Baptiſm.* ibi: *Sine coactione ali-*
qua, & eiſdem verbis ita etiam loquuntur cæteri
omnes ſuperius allegati, & relati apud Sanchez *de*
Matrim. lib. 7. *diſp.* 29. *n.* 9.

Punctum itaque in examinando, an celebratio pri-
mæ Miſſæ dici poſſit facta ſine coactione aliqua,
quod importat omnimodam libertatem conſenſus;
In quo ſane puncto videtur celebrationem primæ
Miſſæ dici non poſſe factam ſine coactione aliqua,
quoties ut in facto ſupponitur Ordinatus quærendo
pecunias mutuas ad effectum obtinendi declaratio-
nem ſuper nullitate Profeſſionis, illas invenire non
potuit apud aliquem ex Conventualibus, & propter-
ea ſtrangulatus extitit mutuum recipere ab unotan-
tum Superiore locali ſub lege celebrandi primam
Miſſam, quam legem licet potuiſſet non acceptare,
acceptatio tamen non fuit libera, ſed coacta impul-
ſu neceſſitatis, dum alias non potuiſſet habere mo-
dum obtinendi nullitatem Profeſſionis, exemplo
13 ejus, qui ut opem ferat, poſtulet votum, & ille,
qui opem quærit, votum facit, ut opem recipiat
juxta punctualem doctrinam Leſſ. *de Juſtit. & Jur. lib.*
2. *cap.* 40. *dubit.* 3. *n.* 16. *verſ. non tamen cum ſeqq* ibi:
Ex dictis ſequi videtur ſi alius, qui metum non in-
tulit votum poſtulet, ut opem ferat, Votum fore va-
lidum: ut ſi Inimico perſequente fugias ad Monaſte-
rium, & Abbas nolit concedere latebras, aut aſy-
lum, niſi voveas te fore Monachum. Abbas enim
non infert metum, ſed hic jam eſt illatus ab inimi-
co, & ille proponit tibi rationem evadendi, ſpondet-
que opem (quam tibi ex Juſtitia non debet) ſi velis
vovere, quo in re non facit tibi injuriam. Nihilo-
minus contraria Sententia in hoc caſu eſt etiam pro-
babilis. Nam Abbas recuſando aſylum cenſetur metum
continuare; tenebatur enim concedere, & ſi non ex
Juſtitia, at certe lege Charitatis, & quidem gratis
abſque tali obligatione, unde inique recuſando eſt cau-
ſa continuationis metus, idque directe ad extorquen-
dum Votum, ſicut ſi alicui extrema inopia confecto
nolim ſuccurrere, niſi Religionem voveat, videbor me-
tu mortis Votum extorſiſſe, quare non obſtringet.

Ergo celebratio illa primæ Miſſæ nunquam veri-
ficari poteſt, quod facta fuerit ſine coactione ali-
qua, dum pecunia erat aſylum, & auxilium, quo
mediante poterat obtinere libertatem a vinculo Re-
ligionis, & ſic injuſte Superior localis pecuniariam
opem dedit ſub lege celebrandi primam Miſſam, ita
ſtrangulando Ordinatum in neceſſitate poſitum, ut
faceret quidquid ſponte ſua non feciſſet in ſequelam 14
principalis proteſtationis, quando ex lege Charitatis
tenebatur mutuum gratis dare, & ſine tali condi-
tione: *Quia quando aliquis injuſte cogit promittere,*
promiſſio non eſt libera, nec ex ſpontaneo provenens
affectu, ſed extorta ab extrinſeco, ſunt verba Leſ-
ſii *d. lib.* 2. *cap.* 40 *dub.* 3. *n.* 16. *verſ. Ratio eſt.*

Sed ubi actus iſte celebrationis primæ Miſſæ judi- 15
cari non deberet coactus, adhuc ex inde ratificatio
ordinationis nullæ induci non poteſt; ad effectum
enim, ut actus operetur ratificationem neceſſe eſt,
quod quis ſciat Ordinationem eſſe nullam, & quod
celebratio Miſsæ facta fuerit animo, & intentione
ratificandi, & faciendi de invalido validum, ut ma-
giſtraliter docuit Navar. *conſ.* 4. *n.* 9. *de his quæ vi me-*
tuque cauſ. ibi: *Videtur ratificare ſi ſciat illum eſſe*
nullum, & exercet cum animo roborandi, & facien-
di de invalido validum, &c. & id quod eleganter
ait Bott. *quod non videtur quis ratificare actum metu*
factum quoties alia cauſa, quam ratificandi actum
occurrit, & tradit etiam Barboſ. *in cap. Vidua n.* 2.
de Regul. verſ. 4. Gonzal. *n.* 8. *verſ.* 4. & eſt concluſio 16
vulgaris, & paſſim recepta, quod ubi actus referri
poteſt ad aliam cauſam, quam ratificationis, exclu-
ditur ratificatio, ut tradunt Merlin. Pignat. *contr.* 29.
n. 9. *lib.* 1. Jovius *de ſolemnit. in controv. Minor. gloſſ.*
22. §. 23. *& in rec. deciſ.* 215. *num.* 15. *part.* 9. *& deciſ.*
50. *num.* 9. *part.* 12.

In propoſito Neutrum probatur, non quidem,
quod Ordinatus ſcientiam habuerit de nullitate Or-
dinationis, ideoque celebratio primæ Miſsæ referri
poteſt ad errorem, ſeu erroneam credulitatem, quod
Ordinatus putando ſe teneri ad obſervantiam Ordi-
nationis, Miſsam celebraverit Navarr. *d. conſ.* 4. *n.* 8.
& 9. *de his quæ vi metuque cauſ.* Sanch. *de Matrim.* 17
d. diſp. 29. *n.* 9. Dian. *coordinat. tom.* 2. *tract.* 5. *reſolut.*
314. *ſub n.* 5. *in fin.* Vega *in Summ. cap.* 57. *caſ.* 6. Cum
iſto caſu non præſumatur ſcientia Ordinationis nul-
læ propter vim, & metum tanquam in puncto Juris
dubii, ut proſequitur Navarrus ubi ſupra num. 11.
non obſtante, quod Ordinatus habuerit ſcientiam
de nullitate Profeſſionis, quia nil repugnat, quod
ex eodem fonte vis, ac metus agnoſcere potuerit
nullitatem Profeſſionis, & non etiam nullitatem
Ordinationis velut conſiſtentem in Jure dubio ad
differentiam nullitatis Profeſſionis.

Minuſque probatur, quod Ordinatus mediante
celebratione primæ Miſsæ habuerit animum ratifican-
di ordinationem nullam, data etiam ſcientia nulli-
tatis. Cum enim conſtet fuiſse inductum ad cele-
brandum ex cauſa obtinendi mutuum, quod ſine ta-
li celebratione non obtinuiſset, idcirco iſta celebra-
tio non poteſt referri ad animum ratificandi ordi-

Digitized by Google

nationem nullam, quoties concurrit cauſa expreſſa
18 mutui, ad quam actus celebrationis refertur, & ex qua animus Ordinati colligitur, quo fine, & cauſa inductus fuerit ad celebrandum, ſcilicet ad complacendum Mutuanti, & obtinendum mutuum pro conſulendo ſuis indigentiis, & conſequenter deficit in radice animus ratificandi ordinationem, ſi probatur animus directus ad alium finem, & cauſam, ut firmant Cyriac. *controv.* 139. *n.* 35. Rot. *deciſ.* 535. *n.* 13. *part.* 1. *rec. & cor. Ottobon. deciſ.* 16. *n.* 24. *&* 25. ibi: *Ad effectum enim inducendæ ratificationis non ſufficit quilibet actus, ſed ulterius requiritur, ut idem actus eo animo fiat, ut inde neceſſario ratificatio ſequatur, & cor. Bich. deciſ.* 157. *n.* 4.

Non enim implicat, quod quis faciat actum, qui de ſui natura ratificationem inducit, & tamen ratificare non intelligatur, ſi deficit animus ratificandi, & fiat animo diverſo ab illo ratificandi, cum in omni actu humano ultra poteſtatem requiratur
19 voluntas, quæ licet alio non apparente in contrarium ſatis inducatur ea actu ſufficiente ad ratificationem, non tamen inducitur, ubi conſtat de cauſa extrinſeca, ad quam actus ille neceſſario infertur; nam cauſa, & finis rapit omnia in ſe ipſum, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 6. *num.* 7. *&* 8. *& q.* 23. *n.* 56. Pignatell. *conſult.* 76. *verſic. ſiquidem tom.* 7.

Neque etiam ſubſiſtere valet, quod Ordinatus preſſus neceſſitate mutui videatur de duobus vinculis unum eligere voluiſſe, ſcilicet acquirere libertatem quoad Profeſſionem, & remanere in vinculo Sacerdotii. Nam poſita primordiali declaratione animi de non conſentiendo Ordinationi una cum facto negativo, juxta quod nunquam antea Miſſam celebravit, idcirco inductio ad celebrandum ſecuta ob cauſam mutui importare non valet voluntatem liberam directam ad ratificandum eligendo vinculum ſacerdotale ad diſſolvendum gravius vinculum Profeſſionis, quia celebratio eo ipſo, quod correſpectiva dignoſcitur ad mutuum, & pactum, ſub quo illud promiſſum extitit, nunquam præſumere valet animum ratificandi Ordinationem, quando refertur ad animum diverſum acquirendi mutuum mediante adimplemento legis datæ per Mutuantem, quia cau-
20 ſa expreſſa, ad quam dirigitur animus ceſſare facit aliam cauſam tacitam, & præſumptam, & ſic animus directus ad cauſam mutui expreſſam, excludit animum directum ad finem tacitum ratificationis, Becc. *conſ.* 39. *num.* 24. *in fin.* Barboſ. *axiom.* 89. *n.* 4. Rodulphin. *allegat.* 85. *n.* 2. Rot *coram Ottobon. deciſ.* 103. *n.* 19. *& cor. Emerix Jun. deciſ.* 952. *n.* 11. *& plene ſcripſi in tract. de controv. Patron. alleg.* 84. *num.* 22. *& alleg.* 86. *n.* 8. *&* 9.

Eoque magis quando non probatur in Ordinato ſcientia nullitatis Ordinationis ad hunc effectum neceſſaria, ut ſupra, minuſque probatur altera ſcien-
21 tia, quod nempe celebratio unicæ Miſſæ operari poſſet ratificationem Ordinationis nulliter ſuſceptæ, itaut certo ſciret, quod celebratio Miſſæ ſemel facta ita ratificaret Ordinationem, vi, ac metu ſecutam, ut tolleret nullitatem, & induceret vinculum ſervandi perpetuam continentiam; cum etiam hæc ſcientia ſit neceſſaria in eo, qui gerit actum ratificationis inductivum ad effectum, ut inde certus eſſe poſſit animus ratificandi, ut quaſi omnes Doctores hoc requirere tradit, Gonzal. *in cap. Viduæ de Regular.* ibi: *Addunt fere omnes Doctores ſupra relati, mentem his actibus non debere etiam ignorare per illos tacitam Profeſſionem induci*, Lezan. *in Summ. quæſt. Regular. tom.* 2. *in verb. Profeſſio Regularis n.* 5. *verſ. immo, & requiritur*, ibi: *Immo, & requiritur iis mentem noſſe per illos induci tacitam Profeſſionem. Quippe ejus rei ignorantia efficiet deeſſe conſenſum tacite profitendi*, Portell. *in dubiis Regul. in verb. Profeſſio Novitii n.* 4. *circa fin. verſ. Tertia.*

Creſcit autem in immenſum omnis validiſſima præſumptio excluſiva ratificationis reflectendo, quod tam ante celebrationem primæ Miſſæ, quam poſt,
22 longo ſpatio 24. annorum nunquam Ordinatus Celebravit: Non quidem ante, durante Cauſa metus, neque poſt, illa ceſſata per obitum Patrui; nam poſt celebrationem illius primæ Miſſæ extortæ per fraudem Superioris localis, nunquam amplius celebravit, quod eſt apertiſſimum ſignum excluſivum Animi de ratificando Ordinationem mediante Celebratione ſemel facta, ut in his terminis bene probat Pignatell. *conſult.* 77. *n.* 7. *verſic. Siquidem tom.* 7. ubi quod una præſumptio elidit aliam loquendo in præciſis terminis Ordinationis per metum factæ.

Quibus non obſtat ſilentium 24. Annorum poſt obtentam Sententiam ſuper nullitate Profeſſionis. Hæc enim taciturnitas nihil Operatur, cum poſſit referri ad defectum ſcientiæ nullitatis, aut aliam Cauſam, quam ratificationis, & actus negativus nihil infert Rot. *deciſ.* 70. *n.* 5. *part.* 16. *rec.* Præſertim quia taciturnitas continet actus repugnantes Vitæ ſacerdotali, quia nunquam Ordinatus ſervavit Tonſuram ſe gerendo more laicali exceptis Veſtibus; Et quod notabilius eſt nunquam curavit ſe provideri de Patrimonio, prout in Sententia ſuper nullitate Profeſſionis injunctum fuerat, eum interim declarando ſuſpenſum.

Prout hujuſmodi Sententiæ acceptatio aliquid concludere non videtur; nam Judex declarata nullitate Profeſſionis in tantum dixit licere uti Veſtibus Clericalibus declarando ſuſpenſum, donec de Patrimonio provideretur, in quantum illum invenit Ordinatum, neque ulla ſibi Inſtantia facta fuerat ſuper declaranda nullitate Ordinationis quoad obligationem, & Votum continentiæ. Quod vero Ordinatus acceptaverit hanc Sententiam non faciendo Inſtantiam ſuper nullitate Ordinationis referri poteſt ad defectum ſcientiæ ſui Juris, quæ ad iſtum effectum requiritur abſque eo, quod exinde inferatur ulla præſumptio ratificationis Ordinum ſuſceptorum, Pignatell. *d. conſult.* 77. *n.* 7. *verſ. Vel quando tom.* 7.

Reflectendo præſertim, quod Judex non injunxit delationem habitus Clericalis per modum obligationis, ſed per modum facultatis, & arbitrii mediante illo verbo, *licere*. Ideoque in ejus arbitrio reliquit deferre habitum, & manere in ſuſpenſione donec de Patrimonio provideretur. Cum itaque non detulerit Ordinatus habitum Clericalem cum Tonſura copulative juxta requiſitum SS. Canonum *in cap. unic. de Cleric. conjugat. in* 6. *& in capit. Si quis cum ſeqq. de vit. & honeſt. Cleric.* Nec unquam curaverit ſibi provideri de Patrimonio jam quidquid fecit Ordinatus in ſequelam Sententiæ arguit ipſum in nihilo ratificare voluiſſe Ordinationem ſuam vi, ac metu ſuſceptam.

Hæc omnia hinc inde examinata non leviter ſuſpenſum relinquunt Judicium ad effectum inclinandi in unam, vel alteram partem. Fateor tamen multum ſibi præjudicaſſe Ordinatum tacendo poſt Sententiam ſpatio 24. annor. neque ſtatim promovendo nullitatem Ordinationis ubi, ſi ſtatim egiſſet, magis debilitata remaneret Celebratio Miſſæ ad effectum ratificationis, quia negari non poteſt, quod ſi uniantur hæc omnia ſimul, & conſiderentur unitim, ſcilicet celebratio Miſſæ Inſtantia reſtricta, cor. Nuntio ad ſolam nullitatem Profeſſionis, acceptatio Sententiæ ſuper ſuppoſito ſtatu Sacerdotali, necnon diuturna acquieſcentia 24. annorum, magnam impreſſionem faciant in mente Judicantis ad perſuadendam ratificationem, etiam cum ſcientia nullitatis Ordinationis, & altera ſcientia, quod celebratio Miſſæ induxerit ratificationem ex ſuperius in prima parte animadverſa.

In quo rerum ſtatu concludo nihilominus non eſſe omittendam Inſtantiam ſuper obtinenda declaratoria nullitatis Ordinationis quoad Votum perpetuæ continentiæ, ſed tamen hanc Inſtantiam fieri non debere, cor. Ordinario ob caſum dubium, ſed promovendam eſſe in Sac. Congr. Concilii mediante ſupplici libello porrigendo Summo Pontifici, qui illum de more ſolet remittere Sacræ Congregationi. In his enim caſibus dubiis expedit conſulere Papam, ejuſque Sacram Congregationem.

NUL.

NULLIUS CIVITATIS Atinæ.

ARGUMENTUM.

Aperitio oris adverſus Breve Apoſtolicum, quando non ſit neceſſaria, & quando ſit concedenda; Per necem proprii Epiſcopi, ſeu Prælati quando Civitas cenſeatur deliquiſſe ad effectum pœnæ Statutæ *in Can. Ita nos 25. quaſt. 2.* vel quando cenſeatur innocens ad effectum obtinendi reintegrationem ſuæ Dignitatis Paſtoralis.

SUMMARIUM.

1 *Series facti.*
2 *Aperitio Oris requiritur adverſus Breve cum clauſula* ſublata.
3 *Nemo indefenſus eſt condemnandus.*
4 *Papa remittens Cauſam ad Congregationem dicitur conceſſiſſe aperitionem Oris contra ſuum Breve.*
5 *Litis pendentia arguit conceſſam hanc aperitionem Oris*, & n. 6.
7 *Quid requiratur pro obtinenda aperitione Oris.*
8 *Civitas occidens ſuum Epiſcopum privatur dignitate Epiſcopali.*
9 *An hac pœna procedat in nece Epiſcopi nondum conſecrati, ac etiam Prælati inferioris habentis Juriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio*, & n. 10. 11. & 12.
13 *Non procedit ſi occiſio Epiſcopi proceſſerit ex odio privato aliquorum Civium*, & num. 15. 16. & 30.
14 *Sed ſolum quando proceſſit ex facto Civitatis, & quomodo.*
15 *Culpa paucorum non debet omnibus præjudicare.*
17 *Civitas per ratificationem necis Epiſcopi dicitur Rea.*
18 *Circumſtantia pro innocentia Civitatis*, & num. 20. 21. & 22.
19 *Privata inimicitia privatum probat delictum.*
23 *Plurimorum Judicium eſt integrum.*
24 *Circumſtantia ad excludendam ratificationem Necis proprii Epiſcopi reſpectu Civitatis*, & n. 25. 26. 17. 28. & 29.
26 *Signa doloris excludunt ſuſpitionem homicidii.*
27 *Conniventia erga delictum facit delictum commune.*
29 *Actus ſubſecuti probant bonum animum præcedentem.*
31 *Breve corruit corruente ejus ſuppoſito.*
32 *Subreptio re ipſa datur in motu proprio.*
33 *Pœna quomodo regulanda*
34 *Privatio Civitatis Dignitate Epiſcopali ob necem Epiſcopi an ſit perpetua, vel temporalis.*
35 *Civitas Arianen. privata ad tempus dignitate Epiſcopali ob necem Epiſcopi ab Urbano VIII. & reintegrata poſt quinquennium.*
36 *Decennium dicitur longum tempus.*
37 *Ob periculum animarum obviandum magna Indulgentia Sacrorum Canonum.*
38 *Vicarii temporales Cura Animarum non expediunt.*
39 *Prædia ob abſentiam Domini deteriorantur in Cultura.*
40 *Civitas Atina fuit Cathedra Epiſcopalis.*
41 *Actus conſecutivi corruunt ex principio, & titulo infecto.*
42 *Corruente Sententia, executio illius durare non debet.*
43 *Civitas Atinen. privata fuit Præpoſito ob ſuppoſitam ejus Necem ejus Culpa ſecutam.*
44 *Gratia eſt nulla abſque mentionis litis.*
45 *Reſolutio Cauſæ.*

DISCEPTATIO CVIII.

CElebris in Italia, armiſque potens, & olim Volſcorum Civitas Atina priſcis ab uſque Temporibus Romanæ Reipublicæ ſatis Inclita, & quam Principis Poetarum carmina commendat *libr. 7. Æneid.* ibi:

> *Quinque adeo magna poſitis incudibus Urbes*
> *Tela novant, Atina potens, Tyburque ſuperbum.*

Fuit Civitas inſignis, & Epiſcopalis, cujus primus Epiſcopus extitit Divus Marcus anno 63. reparatæ ſalutis cum ſerie continuata Epiſcoporum per plura ſæcula uſque ad annum 1140. de quo tempore ob reddituum inſufficientiam adempta illi fuit Dignitas Epiſcopalis, ibique ejus loco inſtitutus Præpoſitus cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali, prout narrat Ughell. *in Ital. Sac. tom. 6. fol. 510.* ibi: *Capit deinde Eccleſia hæc ſenſim amittere antiquum ſplendorem, adeoque pauper effecta eſt, ut neceſſarium fuerit Epiſcopalem illi adimere Dignitatem, & loco Epiſcopi, Præpoſitum inſtituere Romanæ Sedi immediate ſubjectum, qui hucuſque, ea Dignitate cum Epiſcopali quaſi Juriſdictione exornatur*, & narrant moderni, ſignanter P. Bonaventura Taulerius *in Hiſtor. Civit. Atinæ lib. 4. cap. 1. fol. 208. & ſeqq.*

Sub Pontificatu ſan. mem. Innocentii XII. cum eſ- 1
ſet Præpoſitus Atinen. Thomas de Marco caſus infelis dedit, quod ipſe exercendo juſtitiam carcerari mandaverit duos Clericos turbidi ingenii Laurentium Eliam, & Gerardum Braccialem nuncupatos, quos etiam Eccleſiaſticis cenſuris percuſſit, propter quod hujuſmodi Delinquentes impetu odii, & vindictæ in Superioris necem conſpirarunt, arreptaque occaſione, quod Præpoſitus diſceſſurus erat ab Atina, & iter facturus ad Montem Caſini, ſub ipſa die ejus itineris, ſeu diſceſſus aggregato in ſocium hujus horrendæ conjurationis Joſepho Bracciale ſummo mane pergentes die 2. Aprilis 1798. ſeſe tranſtulerunt prope Terram Belmontis in Juriſdictione Montis Caſini, ibique ſe inſidioſe abſconderunt prope viam, per quam tranſiturus erat Præpoſitus, illumque ibi tranſeuntem pluribus ſcloporum ictibus lethaliter vulneratum occiderunt.

Publicata atrocitate adeo nefandi ſceleris apud Civitatem Atinæ incredibile eſt quantum univerſus Populus fuerit acerbiſſime contriſtatus, & eodem tempore commotus ad vindicandam incontinenti necem proprii Prælati; nam ſubito impetu campanæ cohortem convocavit, omneſque invitavit; ad horribilem ſonitum campanæ Cives accurrerunt, arma ſumpſerunt, totumque perquiſierunt Territorium, nec non etiam loca viciniora pro inveniendis Parricidis, illiſque atrociſſime puniendis.

Inſuper nihil intentatum relinquendo denunciarunt enorme facinus Proregi Neapolis, ut procederet, prout ipſe ſub die 9. ejuſdem menſis Aprilis ablegavit Conſiliarium Franciſcum Terreſonem pro compilando Proceſſu, & deveniendo ad capturam Reorum, unde ſtatim Commiſſarius accedendo ad Civitatem Atinæ, & reperto, quod hujuſmodi Parricidium ſucceſſerat ex privato odio Delinquentium prorupit ad capturam, ad quam devenit mediante aſſiſtentia, auxilio, & cooperatione ſolorum Civium Atinen. quorum diligenti induſtria repertus eſt locus, in quo ſeſe occultaverant Delinquentes, quorum duo Laurentius, & Gerardus in actu capturæ reſiſtendo, & pugnando contra Birruarios vulnerati remanſerunt, & ex vulneribus paulo poſt obierunt, Joſeph autem Braccialis captus eſt vivus, necnon carceratus, & convictus per Carnificis manus Juſtitiæ victima effectus fuit, & Cadavere per Civitatem traducto, ejus deinde Caput reciſum ad omnium Terrorem ſupra portam Civitatis ſuſpenſum & collocatum fuit, ubi etiam hodie Intuentibus exemplare ſpectaculum præbet.

Quamvis per hæc ſatis vindicatum remanſiſſet tantum facinus; attamen Michael de Marco defuncti Præpoſiti frater non ſatis credidit necem ejus vindi-

catam, & proinde recurſum habuit ſan. mem. Innocentium XII. cui falſa ſuppoſita enarrando, ſignanter, quod in tanto facinore plures Cives Atinæ participationem habuiſſent, ac ſi Civitas deliquiſſet, obtinuit delegari Cauſam Sac. Congregationis, quæ facultatem fabricandi Proceſſum contra Indiciatos, illoſque carcerandi, & ex locis immunibus extrahendi ampliſſime conceſſit clar. mem. Card. Caſono tunc Neapolis Nuncio, qui pro faciliore compilatione Proceſſus ſubdelegavit Vicarium Apoſtolicum Civitatis Soræ, ac etiam Vicarium Capitularem Civitatis Atinæ Canonicum Leonardum Paſſarellum.

Quia vero antedictus Frater Præpoſiti defuncti plures Cives indiciaverat veluti complices delicti, propterea Judices ſubdelegati ad illorum devenerunt carcerationem, & reſpective extractionem a locis immunibus, quos cum repetiiſſet Innocentes, & perperam indiciatos, Sac. Congregatio Epiſcoporum eiſdem locis immunibus reſtitui mandavit.

Hoc interim antequam terminaretur proceſſus per hujuſmodi Judices ſubdelegatos, & detegeretur innocentia tot Civium, quos falſo indiciaverat defuncti Præpoſiti frater, prædicta Sacr. Congregatio procedendo cum ſuppoſito, quod major pars Civitatis participationem habuiſſet in Paricidio, & conſequenter, quod Univerſitas conſpiraſſet ad necem Prælati, nullo ad Civium defenſam comparente ſub die 13. Julii 1698. cenſuit privandam eſſe Civitatem Dignitate Præpoſiti illam perpetuo afficiendo vicino Epiſcopo Aquinaten. mediante reſcripto, ibi: *Cum Sanctiſſimo ad mentem, & mens eſt Præpoſituram Atinæ eſſe perpetuo afficiendam, ſeu deſtinandam cum ſpecifica proviſione Epiſcopi Aquinaten. pro tempore firmis remanentibus omnibus, & ſingulis Juribus prærogativis, & præeminentiis, quibus hactenus eadem Præpoſitura aucta fuit*, & quia memoria delicti recens erat, & ſupponebatur delictum totius Civitatis, quod poſtea inſubſiſtens detectum fuit ex Proceſſu ſan. mem. Innocent. XII. mediante Brevi in forma Motus proprii, in ſequelam reſcripti S. Congregat. perpetuo affecit, ſeu deſtinavit Præpoſituram bon. me. Joſepho Ferrario tunc Epiſcopo Aquinaten.

Re igitur non integra, cum Civitas notitiam habuerit hujuſmodi novitatis, per quam ipſa Innocens ex privato delicto trium ſceleratorum hominum punita remanebat; proinde totis Viribus reclamavit apud eumdem ſan. me. Innocent. XII. & obtinuit remitti cauſam ad Sac. Congreg. Epiſcoporum, ſed deinde Summus Pontifex mandavit ſuper hac cauſa imponi perpetuum ſilentium, reclamante autem Civitate, & Clero emanavit novum reſcriptum pro remiſſione cauſæ ad eamdem Congregationem.

Defuncto Epiſcopo Ferrario ſucceſſit in Epiſcopatu Aquinaten. R. P. D. de Catolis, cui pariter collata extit Præpoſitura, ſub ea tamen expreſſione facta in literis Apoſtolicis, quod ſuper ea lis pendebat, contra quam proviſionem in actu Poſſeſſionis adeptæ per novum Epiſcopum de Catolis, Capitulum, & Syndici Civitatis Atinæ expreſſam proteſtationem emiſerunt; Hinc vero Civitas ſupplicavit Papæ pro reſtitutione Dignitatis Præpoſituræ ad ſuum primævum ſtatum, & ſub die 15. Septembris 1714. obtinuit reſcriptum: *ex audientia Sanctiſſimi die 15. menſis Septembris 1714. Sanctitas Sua mandavit, quod Partes deducant omnia Jura ſua in S. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium.*

Cum autem poſtea ſupervenifſet reſcriptum ipſius Papæ, quod in Sac. Congregatione diſputaretur, an ſit concedenda apertio Oris, non obſtante alio deinde ſubſecuto, quod cauſam ſimpliciter remittebat ad eamdem Congregationem, oportuit diſputare dubium ſuper apertione Oris, quam ego in Sac. Congreg. ſcribens pro Civitate, & Capitulo dicebam eſſe indubitanter concedendam.

Quamvis enim, ut tunc inſinuabam, apertio Oris in caſu iſto neceſſaria non videatur ad effectum deducendi Jura ſua contra Breve Apoſtolicum, ex quo illud non continet prohibitionem impugnandi diſpoſitam in eo mediante ſolita clauſula *ſublata cum decreto irritanti*, qua ſolum concurrente opus eſt licentiam impugnandi obtinere per apertionem Oris 2 juxta, quæ advertit Marcheſan. *de commiſſ. apertion. Oris part. 2. cap. 10. §. unico n. 1. & ſeqq.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 66. n. 3.* Adden. ad Pamphil. *dec. 705. num. 5. & 6.* Rota *deciſ. 49. num. 14. & dec. 262. num. 8. part. 19. rec. bo. me. Anſald. in annot. ad dec. 37. n. 40.* adhuc credebam apertionem Oris iterata de plano ſive inſpiceretur natura rei, ſive factum Summi Pontificis, ſive demum injuſtitia, & læſio circa graviſſimam pœnam privationis Civitatis proprio Ordinario, & Prælato in perpetuum inflictam ob necem Thomæ de Marco Præpoſiti ſecutam ex privato odio trium ſceleratorum Hominum citra ullam imaginabilem culpam Populi, & Civitatis.

Et quidem ex natura rei, dum Breve Apoſtolicum emanavit in confirmationem reſcripti Sac. Congregat. quæ privandam cenſuit Civitatem ob necem Præpoſiti, eadem Civitate prorſus inaudita, indefenſa, & non citata tempore, quo pendebat Proceſſus ſuper pluribus Civibus inditiatis, qui poſtea innocentes reperti ſunt, & locis immunibus reſtituti ex ſupra relatis in facto, quo ſtante exagerabam omnia Jura clamare, quod ſua cuique defenſio nemini ſit deneganda tanquam de Jure naturæ, quia in graviſſimis pœnis irrogandis nemo indefenſus eſt condemnandus, & proinde multo magis poſtquam pœna eſt irrogata, ad eam de medio tollendam eſſe 3 debet locus naturali defenſioni, & ſuorum Jurium deductioni, quæ etiam Confeſſo, & Convicto juxta communem praxim rationabiliter permitti, & concedi conſuevit ad notum *Text. in l. defenſionis facultas 7. Cod. de Jur. Fiſci lib. 10. l. amius, §. Cognitorum, ff. de quæſt. & in Clement. Paſtoralis, §. Cæterum de re judic.* Ubert. *de citat. cap. 13. n. 171.* Chartar. *deciſ. 61. num. 7. & ſeqq.* Rubeus *de Teſtam. cap. 23. num. 77.* Conciol. *reſol. Crimin. §. Confeſſio reſolut. 6. num. 1. & ſeqq fol. 130.* Urceol. *conſult. 42. per tot.* Farinacc. *quæſt. 39. n. 23.*

Si vero attendatur factum Summi Pontificis, hoc apertionis Oris neceſſitatem remiſerat, ex quo ipſe recognoſcens rationabile eſſe, quod Civitas hactenus 4 indefenſa audiretur, non obſtante Brevi Apoſtolico mandavit cauſam revideri ipſe, ſcilicet Innoc. XII. auctor Brevis confirmatorii reſolutionis Sac. Congreg. & quamvis deinde mandaverit imponi perpetuum ſilentium; attamen ad novam ſupplicationem Civitatis iterum remiſit cauſam pro examine ad eamdem Congregationem, per quam ſane remiſſionem cauſæ Summus Pontifex cenſetur uſque tunc conceſſiſſe apertionem Oris, & facultatem impugnandi Breve a ſe ipſo conditum, dum quando Papa ſimpliciter remiſit cauſam ad illud Tribunal, quod eam judicavit, per neceſſarium antecedens dicitur voluiſſe, quod cauſa revideatur, & iterum examinetur ſuper viribus reſolutionis præcedenter captæ ad *Text. in l. 1. & 2. C. quando libell. Principi datus, & cap. ut debitus in fine appellat.* Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 20. limit. 3. num. 1.* Mandoſ. *de inhibit. quæſt. 36. n. 1. & quæſt. 37. ſub n. 3.*

Et quod Summus Pontifex Innocentius XII. per hanc cauſæ remiſſionem ad Sac. Congreg. habilitaverit Civitatem ad deducenda Jura ſua contra Breve Apoſtolicum deſuper emanatum, & inducta fuerit litis pendentia, probari dicebam non ſolum eo ipſo, quod remiſſionem hanc fecit poſtquam antecedenter impoſuerat perpetuum ſilentium, ſed etiam, quia ſucceſſive conferendo Præpoſituram moderno Epiſcopo in literis collationis expreſſam fecit mentionem, quod pendebat lis ſuper Præpoſitura, ibi: *Et ſuper ea lis, cujus ſtatum præſentibus habere volumus pro expreſſo pendeat indeci-* 5 *ſa*, ideoque dum modernus Epiſcopus non aliter obtinuit, & acceptavit proviſionem Præpoſituræ, niſi ſub expreſſione litis pendentis, utique impugnare non valebat pendentiam, & exiſtentiam litis in Sac. Congreg. & fruſtra controvertebat Civitati apertionem Oris, quæ jam conceſſa reperitur per ſan. mem. Innocent. XII. & per illam litis pendentia inducta fuit, & firmavit Rot. *deciſ. 342. n. 5. & ſeqq cor. Merlin. & dec. 217. n. 4. cor. Priol.* Adden. ad Greg. *dec. 47. n. 17. & in Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1707. §. Nec majori,*

Digitized by Google

& 3. Februar. 1708. §. *Nequaquam coram Eminentiſſimo Scotta*,

Ubi ergo adeſt pendentia litis, jam præſupponendum eſt conceſſam fuiſſe per antecedens ab ipſomet Innocentio XII. auctore Brevis apertionem Oris, & facultatem impugnandi diſpoſitionem Brevis, alias lis non penderet, quod etiam clare demonſtrant proteſtationes Civitatis, & Cleri, quæ in actu capturæ Poſſeſſionis Præpoſituræ factæ tam per Epiſcopum antecesſorem, quam per Modernum expreſſe oppoſuerunt de pendentia litis in Sac. Congregatione, ideo que ſine ullo legitimo fundamento controvertebatur apertio Oris, quæ jam conceſſa reperitur per Summum Pontificem, itaut aliud non ſupereſſet Sacræ Congregationi, quam benigne exequi veſtigia Summi
6 Pontificis, qui contra ſuum Breve Civitatem inauditam audiri valuit, ad effectum, ut cognoſceretur de ſubſiſtentia, vel inſubſiſtentia pœnæ adeo gravis, qua Civitas percuſſa fuit, juxta *Text. in Can. ſi ea deſtruerem 25. quæſt.* 2. Rot. *cor. Cavaler. deciſ.* 111. *n.* 3. *& in Hildeſimen. fructuum Canonicatuum* 19. *Januarii* 1703. §. *Mors coram bon. mem. Kaunitz*.

Si denique præſcindendo ab his omnibus, examinandum eſt, an concurrat juſta cauſa ad effectum obtinendi hanc apertionem Oris, utique in promptu erat exuberantia rationum, & fundamentorum, nedum ad obtinendam licentiam impugnandi Breve Apoſtolicum (in qua ſola conſiſtit ſubſtantia apertionis Oris) ſed etiam ad obtinendam omnimodam ipſius Brevis revocationem, ſeu receſſum a reſolutione Sac. Congregationis, quæ Civitatem privavit proprio Paſtore & Ordinario.

7 Et ſane pro ſimplici apertione Oris non eſt opus oſtendere læſionem, ſeu injuſtitiam manifeſtam, ea ratione, quod illa reſolvitur in ſimplicem licentiam loquendi ad effectum poſtea demonſtrandi injuſtitiam ſuper meritis, pro qua idcirco licentia, & ſimplici habilitatione obtinenda ſufficit oſtendere talem qualem fumum injuſtitiæ, & læſionis, ex quo Judex ſuperficialiter degustare poſſit, & dubitare de viribus, & ſubſiſtentia Brevis, ut firmarunt Card. de Luc. *de juriſdict. diſc.* 8. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 523. *&* 727. *utrobique n.* 1. *& dec.* 751. *num* 3. *cor. Emerix Jun. & coram Bennicaſ. dec.* 249. *n.* 1. *&* 6. ubi quod nullum infertur Parti præjudicium per hanc Oris apertionem, ſed aditus tantum aperitur ad poſtea obtinendam juſtitiam, neque ideo neceſſaria eſt rigoroſa diſcuſſio meritorum, & in *Januen. apertionis Oris* 16. *Maii* 1689. §. *Inſpecta*, & §. *Primum*, *coram bon. mem. Hervavalt*, & *in Corduben. Juriſpatronatus ſuper apertione Oris* 9. *Aprilis* 1697. §. *Cum enim*, & §. *finali*, *coram bon. mem. Card. Priolo*, & *in Romana*, *ſeu Januen. apertionis Oris* 9. *Maii* 1695. § *Licet enim*, *cor. bon. mem. Molines*, & latiſſime diſcuſſo articulo in *Caſtellana apertionis Oris* 19. *Novembris* 1703. §. *Enim vero cum trib. ſeqq. coram eodem impreſſ. apud Mc. allegat.* 9. *de contr. Patronor.*

In propoſito non talis qualis Injuſtitiæ fumus oſtenditur, ut ſufficeret, ſed pleniſſima, & exactiſſima probatio, quæ ſi innotuiſſet Summo Pontifici, aut Sacræ Congregationi, proceſſum non fuiſſet ad mulctandum Civitatem adeo graviſſima, & exorbitanti pœna, prout proceſſum extitit non ex alio capite, niſi quia Civitas nec audita, nec citata, nec defenſa fuit, ad quod aſſequendum, non unum, ſed plura deducebam fundamenta, quæ hujus pœnæ inſubſiſtentiam ſeu exorbitantiam demonſtrabant.

Et primum conſiſtit in ea circumſtantia, quod Sac. Congregatio mota fuit ad privandam Civitatem proprio Prælato ob ejus necem commiſſam per Cives, procedendo juxta illam pœnam, quam Sacri Canones impoſuerunt in caſu occiſionis Epiſcopi, ubi Civitas in
8 pœnam privatur Dignitate Epiſcopali, & regimen committitur viciniori Epiſcopo in *Can. ita nos* 25. *qu.* 2. *& in cap. Felicis in fine de pœnis in* 6. *& in Clement. ſi quis ſuadente de pœnis*, & communiter habetur apud Canoniſtas, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 149. Pax Jordan. *lucubr. tom.* 1. *prælud.* 2. *num.* 6. Card. Lantea *in Epit. Canon. in verbo Occidens Epiſcopum*, Farinac. *de crimin. læſ. majeſt. quæſt.* 112. *n.* 131.

quia credidit, quod hujuſmodi pœna locum haberet etiam in caſu occiſionis Prælati inferioris habentis Territorium ſeparatum cum juriſdictione Epiſcopali, qui in juriſdictionalibus Epiſcopo æquiparatur.

Et tamen hujuſmodi æquiparatio intrare non potuit in hac materia odioſa, exorbitanti, & pœnali, quia
Textus in Can. ita nos 25. *quæſt.* 2. *& in Clement. ſi* 9
quis ſuadens de pœnis, cum loquantur contra interficientes Pontificem, ibi: *Si illi itaque cædes geminata Pontificum*: & rurſus, ibi: *Qui quamvis Pontificem injurioſe, vel temere percuſſerit*: Propterea appellatione Pontificis, non veniunt, niſi Epiſcopi conſecrati, qui dicuntur in Pontificali Ordine conſtituti, non autem Prælati inferiores, qui Pontif. dignitate non ſunt inſigniti, neque ſunt Epiſcopi conſecrati, idemque procedit in expreſſione facta de Epiſcopis, ſeu Occidentibus Epiſcopum, quia ejus appellatione non includitur Prælatus inferior, qui charactere Epiſcopali deſtitutus reperitur, neque habet, niſi ea, quæ ſunt juriſdictionis, ut in terminis punctualibus, quod pœna Interficientis Epiſcopum non habeat locum in Interficiente Epiſcopum non conſecratum, quamvis electum, & confirmatum, qui exercet omnia, quæ ſunt juriſdictionis firmarunt *gloſſ. in Clement. ſi quis ſuadente in verbo quamvis Pontificem de pœnis*, ibique Panormit. *num.* 2. Bald. *in leg. ſi nondum num.* 4. *Cod. de furt.* Fagnan. *in cap. eam te num.* 16. *&* 17 *de reſcript.* ibi: *In materia autem pœnali appellatione Epiſcopi, vel Pontificis minime venit Electus, & Confirmatus, ſi nondum ſit conſecratus, ut notat gloſſ. in Clement. ſi quis ſuadente in verbo Quamvis Pontificem de pœnis*, & Bald. *in l. ſi nondum Cod. de furt.* ubi tenet [illegible] interficiens Electum non incidere in pœnam Interficientis Epiſcopum; *de qua in Can. ita nos* 25 *quæſt.* 2. Felin. *in d. cap. Eam te num.* 1. *verſ. andi* Baldum, ibi: *Ante conſecrationem non dicitur quis promotus in Epiſcopum neque Pontifex, & ubi non conſecratus appellatur Electus &c.* Unde Baldus dicit, *quod Civitas interficiens Electum non incidit in pœnam Interficientis Epiſcopum de quo* 25 *quæſt.* 2 *Can. ita nos*: Pax Jordan. *Lucubr. tom.* 1. *prælud.* 2. *n.* 6 Bonacin. *oper. moral. tom.* 3. *tit. de cenſur. in Bull. Cœnæ diſp.* 1. *qu.* 12 *punct.* 2. *n.* 7. Card. de Luc. *in miſcell. Eccleſ. diſc.* 46. *n.* 3.

Sicut enim pœna Interficientis Pontificem, ſeu Epiſcopum ſibi locum non vindicat, niſi agatur de Epi-
ſcopo conſecrato, etiam ſi fuerit electus, & confir- 10
matus, & per talem Electionem, & Confirmationem exerceat omnia, quæ ſunt juriſdictionis, licet non Or-
dinis, ut explicat Vitalin. *in dicta Clement. ſi quis ſua-* 11
dente ſub num. 7. *de pœnis*, ibi: *Ante conſecrationem non eſt Pontifex nec Epiſcopus, ſed ſolum dicitur electus, unde licet habeat, quæ ſunt juriſdictionis ex quo eſt proviſus, vel debite confirmatus, non tamen ea quæ ſunt ordinis*: & quod Epiſcopus electus, & confirmatus omnia juriſdictionalia ſtatim conſequatur, & exerceat, licet nondum ſit conſecratus: tradunt *gloſſ. in cap. tranſmiſſam* 15. *in verbo de talibus de elect.* ubi Barboſ. *num.* 2. Panorm. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 282. *per tot. part.* 5. *diverſ.* ita eandem rationem hæc pœna Interficientis Epiſcopum intrare non poteſt reſpectu Interficientis Prælatum inferiorem, qui tanquam non conſecratus dici non poteſt Epiſcopus, licet habeat, & exerceat totam juriſdictionem Epiſcopalem, ſicut eam habet, & exercet Epiſcopus electus, ſed non conſecratus, ut in individuo Prælati inferioris advertit Cardin. de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 46 *num.* 3. *Collegium Florentinum inter conſ.* Curt. ſen. *conſ.* 21. *numer.* 5. ibi: *Nam ponderando ibi verbum Pontificem, propter quod dicunt Doctores ibi dictam conſtitutionem, & ejus pœnam non verificari ſi non offendatur ille, qui habeat Cardinalatum, vel Epiſcopatum, infertur dictam Conſtitutionem non habere locum in offenſa, quæ diceretur facta Clericis inferioribus, nec etiam pro offenſione, quæ diceretur facta Cardinali prædicto cum ipſe non ſit Epiſcopus, ſed Diaconus, & per conſequens habeat Ordinem multo inferiorem Epiſcopali*.

Cujus veriſſimæ propoſitionis duæ ſunt rationes, altera, quod in pœnalibus non fit extenſio, ſed benigna reſtrictio diſpoſitionis, & cenſuræ legalis, itaut appellatione Epiſcopi non veniat qui vere, & proprie

Digitized by Google

Epiſcopus non eſt, neque habet Ordinem Epiſcopalem, ut ait Fagnan. *in c. cap. Eam te num. 17. & 17. de reſcript.* & probant communiter Doctores *in capite Bulla in Cœna Domini* loquentes de Offendentibus S. R. E. Cardinales, aliosque Prælatos, ubi examinando quæſtionem, an Interficiens Epiſcopum electum tantum, & confirmatum, non autem conſecratum incidat in excommunicationem Bullæ, omnes negative concludunt, quia talis Electus, & Confirmatus ante Conſecrationem non eſt vere, & proprie Epiſcopus, cum careat charactere Epiſcopali, quia in pœnalibus non fit extenſio, ut optime Bonacina *oper. moral. tom. 3. tit. de cenſur. in Bull. Cœnæ diſp. 1. qu. 12. punct. 2. num. 7.* ibi: *utrum interficiens, &c. Epiſcopum electum tantum, & confirmatum, ſed non conſecratum ligetur excommunicatione Bullæ. Ratio dubitandi eſt, tum quia hæc Conſtitutio favorabilis eſt Epiſcopis, conſequenter extendenda videtur ad Epiſcopos dumtaxat confirmatos, ſed nondum conſecratos, tum quia Epiſcopus confirmatus vere, & proprie videtur Epiſcopus, gaudet enim juriſdictione Epiſcopali, & actus juriſdictionis exercere poteſt, &c. Sed oppoſita ſententia communior, & probabilior eſt, &c. ratio eſt, tum quia Epiſcopus confirmatus, ſed nondum conſecratus non vere, & proprie eſt Epiſcopus cum charactere Epiſcopali, qui per conſecrationem confertur, tum quia verſamur in materia cenſurarum, in qua non eſt facienda extenſio:* & eſt communis ſententia Omnium de qua Navar. *in manual. cap. 27. num. 67. verſ. Octavo.* Suarez *diſp. 21. ſect. 2. n. 69. ad finem* Sayr. *de cenſur. lib. 3. cap. 15. n. 4.* Duard. *in Bull. Cœnæ qu. 8. per tot.* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 9. cap. 20. n. 313.* Filliucc. *oper. moral. tom. 1. tract. 16. cap. 9. n. 240.* Caſtropal *oper. moral. part. 6. tit. de cenſur. tract. 29. diſp. 3. punct. 12. n. 5.* a Spirit. Sanct. *in direct. confeſſ. tract. 12. diſp. 3. ſect. 11. n. 603.* Fragoſ. *de regim. Reipubl. part. 2. lib. 3. diſp. 3. §. 12. n. 245.* Pax Jordan. *lucubr. tom. 1. Prælud. 2. n. 5. & 6. & num. 19.* ubi idcirco concludit utramque pœnam, tam excommunicationis in Bulla Cœnæ, quam privationis Dignitate Epiſcopali non habere locum in Interficiente Epiſcopum electum & confirmatum, ſeu non conſecratum.

Altera ratio eſt, quod pœna privationis Civitatis dignitate Epiſcopali ob necem Epiſcopi ſtatuta fuit per Sacros Canones favore ordinis Epiſcopalis, necnon Conſecrationis, non autem ratione Dignitatis, & juriſdictionis, ideoque locum habere non poteſt in Præla-
12 to inferiori, qui neque Ordinem Epiſcopalem, neque Conſecrationem habet, ſed ſolum exercet juriſdictionem Eccleſiaſticam, ſeu ſpiritualem, ut bene advertit Petrus de Anchar an. *in d. Clement. ſi quis ſuadente n. 2. in fine de pœn.* ibi: *iſte Textus requirit, quod quis iſta delicta committat in Pontificem, &c. non autem in Electo Confirmato non Conſecrato ſecundum gloſ. iſta enim Conſtitutio eſt inducta IN FAVOREM ORDINIS EPISCOPALIS, &c. Electi autem Confirmati non Conſecrati non ſunt Epiſcopi:* egregie Bonacin. *tom. 3. tit. de cenſur. in Bulla Cœnæ diſput. 1. queſt. 12. punct. 2. ſub num. 5.* ibi: *quia Canon, &c editus eſt intuitu Conſecrationis, & Ordinis Epiſcopalis, non ratione Dignitatis, & juriſdictionis præciſe, alioquin Interficiens Epiſcopum ſolum confirmatum, ſed nondum conſecratum ligaretur cenſura hujus Canonis. quod ipſi negant eo, quod Epiſcopus confirmatus juriſdictionem Epiſcopalem habeat, non vero ordinem:* concordat Filiucc. *oper. moral. tom. 1. tr. 16. cap. 9. n. 240.* ibi: *dico ſecundo per Epiſcopos intelligi eos ſolos, qui jam conſecrati ſunt, non autem tantum electi, quia licet Electus tantum, vel etiam Confirmatus ſit vere Epiſcopus quoad ea, quæ juriſdictionis ſunt, adhuc tamen deeſt Conſecratio, quam præcipue videtur hæc Privilegia reſpicere, præſertim in materia pœnali. Clero enim conceſſa eſt Immunitas non propter juriſdictionem, ſed propter conſecrationem, ut communis apud Saytum n. 4. & ſequitur* Suarez *num. 69.* & merito, quia ordo Epiſcopalis, & Pontificalis eſt ille, qui aggravat delictum, & ſceleris atrocitatem ingeminat veluti commiſſum erga Perſonam conſecratam, & in Pontificali ordine conſtitutam, ad quod reſpicit *Text. in Can. ita nos 23. queſt. 2.* ibi: *Ita nos Sillanorum Cædes geminata Pontificum horrendi criminis atrocitate confudit:* ut de privilegiis, quæ Ordini Epiſcopali diſtincte conceſſa ſunt videre eſt apud Pax Jord. *tom. 1. lucubr. prælud. 3. & ſeqq. & eſt Text. in cap. quia periculoſum de ſent. excom. in 6.* unde ſeveriori pœna puniuntur ii, qui ſacrilegas manus ponere attentant in Sacratiſſimos Antiſtites, quam illi, qui manus violentas injiciunt in Prælatos inferiores, propter ſacrilegii quidem genus, quod eſt majus, quanto Offenſi perſona major eſt, ut in puncto docet Card. Monach. *in cap. Felicis numer. 1. de pœnis in 6.*

Secundum fundamentum dicebam eſſe primo fortius, dum hactenus deducta procedunt etiam cum ſuppoſito, quod Civitas, & Populus commiſerit necem proprii Epiſcopi, quæ circumſtantia deficit, quia neque Civitas, neque Populus, neque conjuratio Civium cauſa fuerunt interficiendi proprium Ordinarium, & Prælatum, ideoque ubi etiam per violentam, & non juridicam extenſionem pœna per Sacros Canones inflicta Interficientibus Epiſcopum applicanda foret Interficientibus non Epiſcopum, ſeu Prælatum inferiorem (quod erroneum convincitur ex prædictis) adhuc iſto caſu ad effectum ut Civitas, & ſic Univerſitas punita remaneat in privatione ſuæ prælatitiæ Dignitatis, neceſſe eſt verificare delictum publicum ipſius Civitatis, quæ mediante factione, & conjuratione Civium conſpiravit in necem Prælati, alias elementa- 13
ribus principiis Juris noſtri repugnat, quod ex privato odio, & ſcelere duorum, vel trium Civium punita remaneat tota Civitas, & ſic univerſus Populus, itaut ex alieno facinore Civitas innocentiſſima præjudicium ſentiat, & damnationem, ut in ſpecie, quod requiratur ad hunc effectum delictum, & factum ipſius Univerſitatis docent ipſi Canones, qui pœnam hanc ſtatuerunt, Etenim in allegato Canone *Ita nos* ſupponitur delictum Civitatis ibi: *hoc ſit reperta CIVITAS, quæ Præſules miniſtrantes ſibi Fidei Chriſtianæ Sacramenta ſine perſecutore prolternat,* & inferius hoc ipſum replicatur ibi: *vel illa CIVITAS, dum in quos deſæviat non habebit, ab hujuſmodi temeritate deſiſtat, &c. egeat ergo Epiſcopalibus ſubſidiis ſibi met aliunde penſandis, quæ Sacram in ſuo gremio collocatam fuſo crudeliter maculat ſanguine Dignitatem,* & explicat hoc delictum Civitatis alter *Textus in cap. Felicis §. Civitas de pœnis in 6.* ibi: *Civitas vero, &c. quæ talia facienti, vel facientibus, ſeu præſumentibus in his conſilium, vel auxilium dederit, aut favorem, vel infra menſem ſaltem taliter delinquentes, prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei adfuerit non duxerit puniendos Pontificali, & ſupra ſic eo ipſo dignitate privata:* & late Hieron. de Tottis *conſ. unico impreſſ. poſt conſil.* Butrii

Ex quo Textu manifeſtiſſima infertur, quod pœna privandi Civitatem Dignitate Epiſcopali procedit, quando ipſa Civitas delinquit, ſaltem cooperando in necem Prælati, mediante auxilio, vel conſilio, vel ratum habendo delictum, non puniendo, aut puniri 14
curando Delinquentes, ut in individuo, quod requiratur necem Epiſcopi fuiſſe commiſſam ad ſuggeſtionem Civium, ſeu Populi tradit Turrecrem. *in dicto Canon. Ita nos a. 2. verſ ſuggeſtione domeſtica Civium,* quodque requiratur delictum Univerſitatis pulſata Campana, & convocato Conſilio poſt Gloſſ. *in leg. ſicut in verbo non debetur ff. quod cujuſque univerſ. nomin.* in ſubjecta quæſtione firmarunt omnes Canoniſtæ *in d. Clement. ſi quis ſuadente de pœnis,* ſignanter Vitalin. *numer 71.* ibi: *quod eſt intelligendum quando Campana pulſata, & convocato Conſilio conveniunt, ut delinquant:* Anchar. *numer 81.* ibi: Joannes de Lignano *dicit, quod tunc dicitur Civitas facere, cum homines communicato conſilio, & tractatu habito in hoc faciunt, & ſicut Corpus, ſecus ſicut ſinguli, &c. Et per hoc dicit ſe conſuluiſſe Civitatem Bononiæ non interdictam propter rebellionem, factam a quibuſdam, ut ſingulis:* Imol. *n. 3.* Joan. Andr. *in cap. Felicis, §. Civitas n. 20. de pœn. in 6.* ubi alias firmavit: *teneri ſingulos, & non Univerſitatem;* & late conſuluerunt Soccin. *& Doctores Collegii Florentini inter Conſilia* Curtii ſenior. *conſil. 20. & 21. per tot.*

Ea legali, & naturali ratione, quod pœna ſuos tenere debet Auctores, ut in propoſito advertit Archidiaconus *in dicto cap. Felicis n. 20. de pœn. in 6.* neque

justum

juſtum eſt, ut privatum odium, & privatum delictum ad perniciem publicam Civitatis, quæ non deliquit,
15 convertatur, quod etiam agnoverunt Majores noſtri, quibus abſonum viſum eſt paucorum Privatorum culpam univerſorum Juri derogare poſſe, quemadmodum refert *Tacit.* deciſum per Senatum Romanum, & Cæſarem *lib.* 13. *ann.* ibi: *Paucorum culpam ipſis exitioſam eſſe debere nihil univerſorum Juri derogandum, &c. hac ſententia valuit ſcripſitque Cæſar Senatui privatim expenderent cauſam, &c. in commune nihil derogent:* & hinc quantum ad ſubjectam quæſtionem omnes concordant, quod ad privandam Civitatem Dignitate Epiſcopali requiratur delictum, factum, & cooperatio, & conſpiratio ipſius Univerſitatis, ut tradit Franciſcus Coſcius *in cap. cognoſcentes num.* 33. *&* 34. *de conſtit. inter repetit. Canonic. diverſ. tom.* 2. *fol.* 119. ibi: *pœna debet tenere ſuos auctores, &c. contra Populos interficientes ſuos Epiſcopos poteſt conſiderari culpa Populi*, & bene Farinacc. *q.* 24. *n.* 121. *& ſeqq. & n.* 129. ibi: *Univerſitas, vel Civitas, &c. poteſt privari Epiſcopali Dignitate, &c. quando interficitur Epiſcopus illius Civitatis, &c. Univerſitas non dicitur delinquere, niſi præcedat convocatio Concilii, Congregatio, & deliberatio alias ſi abſque dicta convocatione, Congregatione, & deliberatione omnes homines alicujus Civitatis, &c. committerent delictum, non dicitur Univerſitas deliquiſſe, nec punitur, ſed puniuntur, & deliquiſſe dicuntur particulares, & ſingulares Perſonæ, &c.* Joann. de Lignano *in d. Clemen.* 1. *de pœnis refert ſe alias per hanc concluſionem defendiſſe, coram Pontifice Civitatem Bononiæ ne propter rebellionem a quibuſdam Particularibus commiſſam puniretur*, & præciſe, quod facienda ſit diſtinctio inter caſum, quo Epiſcopus per aliquem
16 Privatum hominem fuerit interfectus, ubi iſte tantum puniendus eſt juxta legem Pompejam de Parricidiis, & inter alium caſum, quo Civitas fuerit illa, quæ Epiſcopum interfecerit, ubi privanda eſt Dignitate Epiſcopali probat Petrus a Placha *in epitom. delict. lib.* 1. *cap.* 22. *verſ. alius ſubiicitur caſus*, quem refert Farinac. *q.* 112. *inſpect.* 3. *num.* 131. ibi: *interficiens Epiſcopum tenetur lege Pompeja de Parricid. & ſi Civitas fuerit illa, quæ proprium Epiſcopum acciderit privatur Dignitate Epiſcopali per Text. in Canon. Ita nos* 25. *q.* 2. & concordant Fagnan. *in cap.* 1. *de privil. num.* 9. *ibique pariter deciſum num.* 9. *juncto* Adden. *lit. A.* Pax Jordan. *tom.* 1. *lucubr. prælud.* 2. *num.* 6. & in puncto delicti commiſſi ex odio, & vindicta privata loquendo de nece Prælati inferioris Card. de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 46. *num.* 4.

Retenta autem hac communi Theorica, quod ad privandam Civitatem Dignitate Epiſcopali requiratur necem fuiſſe commiſſam ex delicto Univerſitatis ſaltem cooperantis per auxilium, vel conſilium, vel tacite
17 ratificantia necem, per quam ratificationem præſumitur mandatum, ut ait Farinac. *q.* 24. *numer.* 131. *verſ. quia univerſitas recipiendo*, utque applicando ad rem exclamabam tantum abeſſe, ut in Civitate delictum aliquod, aut ipſius delicti etiam umbra conſiderari valeret, ut omnes facti circumſtantiæ ex omni parte conſpirarent, nedum ad manifeſtandam ejus Innocentiam, ſed ipſam collaudandam, & præmiandam ob vindicatum facinus tanta celebritate, tantoque impetu doloris, arma, & auxilium præſtitum ad exterminandos barbaros Delinquentes.

Hæc autem Innocentia Civitatis, & Populi convincitur ad evidentiam, & per contrarium totum delictum reſtringitur ad illos tres facinoroſos homines, ex quorum privato tantum odio oſtenditur interfectum fuiſſe Præpoſitum; Etenim ex proceſſu fabricato per Abbatem Montis Caſſini, nec non Conſtituto emiſſo
18 in Carceribus ab illis Teſtibus, qui aſſociaverant Præpoſitum, ejuſdem neci fuerant præſentes, deprehenditur odium, & inimicitia, quam contraxerant Delinquentes contra Præpoſitum una cum origine, & minis ante Parricidium præmiſſis.

Quod privatum odium ita contractum independenter ab omni conſilio, & cooperatione Civitatis, clarius manifeſtat immediatus impetus Delinquentium ea nocte, qua Præpoſitus erat diſceſſurus verſus Montem Caſſini, ubi jam ſummo mane aderant cum armis parati ad finem explorandi diſceſſum Præpoſiti, & in itinere illum occidendi, quod cum penetraſſent Teſtes inſervientes Præpoſito, eundem diſſuaſerunt ab itinere, qui tamen diſcedere voluit aſſociatus ab Hominibus armatis ipſius Civitatis, cumque Præpoſitus facto itinere unius milliaris dimiſiſſet Armatos, retentis tantum teſtibus, ut ſupra examinatis in proceſſu, ex quo credebat ſe eſſe in tuto, occiſus fuit in progreſſu itineris per Laurentium Eliam, Gerardum, & Joſephum Bracçialem, ut hoc factum ex pluribus Proceſſibus convincebatur ad evidentiam.

Hinc inferebam, quod ex facti circumſtantiis, cum coarctata remaneat probatio Odii, & inimicitiæ particularis, quam Delinquentes antea contraxerant cum Præpoſito, exinde palam redditur Parricidium ab ipſis commiſſum, non poſſe ullo modo referri ad expreſſum, vel tacitum Civitatis Conſilium, impulſum, & cooperationem, dum privata inimicitia, privatum probat delictum, ut notat Card. de Luc. *in Miſcell. Eccleſ.* 19
diſcurſ. 46. *num.* 4. & maxime quia odium erat recens, cujus minæ paulo antea præceſſerant, itaut tanto magis hoc arguat ipſos tantum fuiſſe Auctores commiſſi facinoris, nec indiguiſſe alicujus Fautoris, & Complicis auxilio, vel impulſu hujuſmodi perditiſſimos homines, qui ipſo operante odio ad ſe ulciſcendum ducti præſumuntur, juxta Doctrinam Bartol. *in leg. prima in fine, Cod. ad legem Cornel. de Sicar.* Clarus *in practic.* §. *Homicidium n.* 6. *verſ. ex propoſito*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 362. *n.* 49. Bertazzol. *conſ.* 208. *n.* 13. *lib.* 1. Farinacc. *de indic. & tortur. q.* 39. *n.* 97. *& ſeqq. & de homicid. q.* 126. *n.* 177.

Talemque privatam inimicitiam, & vindictam ſine ulla machinatione Civitatis comprobat primus actus, quando Pater Delinquentium arrepto ſclopo, & fugatis Satellitibus invaſit Domum Præpoſiti, & inſuper *minacciò di tirare alla fineſtra di detto Signor Prepoſito, il che non fece, perche fu trattenuto da tutto il Popolo della Terra di Atino, che era accorſo al rumore:* ſi enim Civitas, & Populus habuiſſet partem in 20
odio, & conſpiratione contra Præpoſitum, utique non ſe interpoſuiſſet quominus Pater Delinquentium ſclopum exploderet contra Præpoſitum, dum ergo ſe interpoſuit, ſignum evidens, quod agebatur de inimicitia, & odio privato, & hoc ipſum comprobant alii actus ſubſequentes, tum quando Delinquentes aſſumpſerunt in Socium criminis Joſephum Bracciale, ut dicunt Caſon. *de Maleſic. tract.* 3. *cap.* 7. Boſs. *de homicid. num.* 63. Menoch. *de arbitr. caſ.* 365. *num.* 40. Maſcard. *de probat. concluſ.* 93. *n.* 17. tum quando illa nocte, qua Præpoſitus erat diſceſſurus, ſteterunt parati cum armis explorando ejus diſceſſum, Spad. *conſ.* 101. *nu.* 22. Menoch. *de arbitr. dict. caſ.* 361. *n.* 30. tum denique quando Præpoſitus diſceſſit habendo ſecum plures Cives armatos, qui veluti Auxiliatores, & defenſores ad ejus cuſtodiam venerant, quod non ſucceſſiſſet, ſi Cives, & Populus in eum conſpiraſſent, juxta *Text. in l. Cum Dominus, ff. ad Syllanian.* Panormit. *in capit.* 1. *ſub num.* 9. *verſ. fallit. de reſtit. ſpoliat.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 355. *num.* 19. Farinac. *de indic. & tortur. quæſt.* 51. *num.* 26. *de conſult. quæſt.* 130. *numer.* 67. *& ſeqq.*

Quæ licet ſufficerent ad excludendum delictum publicum Civitatis; attamen non deſunt liquidiores probationes ex facto; Etenim ſi in Parricidio Civitas ſecretam intelligentiam habuiſſet, Delinquentes in examine hoc depoſuiſſent, & tamen iidem poſiti ſub examine, ſe ipſos tantum Reos delicti confeſſi fuerunt, ut fatetur Notarius, qui Proceſſum confecit de ordine Regii conſiliarii, & hoc ipſum repetiit Nuncius Nea- 21
polis, qui cum ſibi communicare feciſſet proceſſum ab eodem Regio Conſiliario, habita ejus diligenti diſcuſſione, & lectura, retulit Sac. Congreg. quod nullus alius conſpiraverat in necem Præpoſiti, exceptis tribus Delinquentibus, ex quo facto excluſa remanet quævis umbra delicti in ordine ad Civitatem, dum ejus negativa reſultat ex Proceſſu, & examine ipſorum Delinquentium, ut eſt *Text. in capit. finali de Teſtib. cogen.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 420. *n.* 2. Farinac. *conſ.* 111. *num.* 32. *lib.* 2. Chartar. *dec. criminal.* 87. *nu.* 43. *in fine verſ. Et primum.*

Ea-

Digitized by Google

Eadem Civitatis innocentia probatur, ex quo cum fratre Præpoſiti defuncti Sacræ Congregationi inditiaſſet plures Cives veluti complices delicti, proinde adhibitis exactiſſimis diligentiis ad inveſtiendos hujuſmodi Complices, tam per Vicarium Apoſtolicum Soræ Delegatum Sacræ Congregationis Epiſc. quam per Vicarium Capitularem Atinæ Delegatum alterius Sacræ Congregationis, *Immunitatis*, quam per Regium
22 Conſiliarium Joſephum Toreſon, qui poſt occiſos Reos in Carceribus Neapolis clauſerat plures Cives inditiatos, poſt diuturnam eorundem Civium vexationem, & poſt compilatos Proceſſus ab utraque Curia, tam Soræ, quam Atinæ, eoſque tranſmiſſos ad utranque Congregationem, placuit Sacræ Congregationi Immunitatis ſub die 26. Junii 1699. illorum reviſionem remittere ad bon. mem. Magliabecchium pro Voto, qui cum retulerit, Inditiatos non habuiſſe partem in homicidio, Sacra Congregatio ſub die 24. Julii, & 18. Decembris 1699. reperto, quod inditia data per fratrem defuncti erant calumnioſa, cenſuit omnes Inditiatos, & Carceratos eſſe reſtituendos locis Immunibus, unde fuerant extracti, idemque fecit Sacra Congregatio Epiſcoporum ſub die 22. Februarii 1701. circa Cæſarem Eliam Patrem unius ex Delinquentibus, quem mandavit reſtitui Eccleſiæ, & eodem modo practicavit Regius Conſiliarius Terſon circa retentos in carceribus Neapolis, quos veluti Innocentes ad libertatem reſtituit, itaut dubitari non poſſit de innocentia Populi, & Civium, quoties tot Proceſſus, tot Judices, totque ac-
23 curatæ diſquiſitiones innocentiam hanc detexerunt, applicando ad hoc, notabile illud dictum Imperatoris *in l. Hac conſultiſſima in fine, C. qui Teſtam. facere poſſ.* ibi: *ne locum quidem ullum relinquat inſidiis tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto locata manibus, & in cap. Prudentiam de offic. & poteſt. Jud. Deleg.* ibi: *cum ſicut Canones atteſtantur integrum ſit Judicium, quod plurimorum Sententiis confirmatur: ibique Gloſſ. in verb. Plurimorum, & in Canon. extra conſcientiam diſt. 64. & in §. finali in fine C. de fideic.*

Sed non ſolum ex his omnibus excluſa remanet expreſſa participatio Civitatis in hoc deteſtabili Parricidio, ſed etiam excluditur quævis tacita ratificatio, quam conſiderat Farinacc. *de delict. q. 24. n. 131. circa finem, & Text. in cap. Felicis §. fin. de pœn. in 6.* prout demonſtrant fortes, & urgentiſſimæ conjecturæ, indicia, & præſumptiones.

Et prima conſiſtit in defectu cauſæ, non enim oſtenditur, neque oſtendi poteſt, quod præcedentes
25 unquam inter Civitatem, & Præpoſitum aliqua intercesſerit controverſia, & tanta amaritudinis, propter quam dici poſſit Civitatem contraxiſſe odium, & inimicitiam cum defuncto Præpoſito, ſed potius Cives ſummo ſemper amore illum proſecuti ſunt, neque idcirco præſumi valeat Civitatem ſine cauſa conſpirare voluiſſe contra Superiorem ipſi benevisum, & non inviſum, ſeu odioſum, ut advertunt Gloſs. *in l. 1. in verbo non occidendi animo C. de Sicar.* Soccin. Jun. *conſ. 58. n. 8. lib. 1.* Cœpoll. *conſ. 31. n. 3. & 4.* Signorol. *conſ. 63. n. 10. & 11.* Boſs. *de homicid. n. 48,* Menoch. *præſumpt. 40. n. 15. & 22. lib. 5.* Caſon. *de indit. & tortur. tract. 1. cap. 9. n. 2.* Farinac. *conſ. 56. n. 13. lib. 1. & de indit. & tortur. quæſt. 52. num. 150, libr. 2.*

Secunda eſt, quod publicata morte Præpoſiti to-
26 ta Civitas acerbiſſime contriſtata extitit, concipiendo incredibilem dolorem, & pallidis vultibus collacrymando funeſti caſus hiſtoriam, prout liquet ex atteſtatione Sacerdotum, qui vocati fuerunt ad aſſiſtendum morti Reorum, & ex Epiſtola ſcripta per Capitulum, & Sindicos ad Abbatem Montis Caſini pro reſtitutione Cadaveris repoſiti, ibi: *Non ſenza immenſo dolore, che è ineſplicabile, aſſendoſi inteſa la morte del caro Monſignor Prepoſto noſtro, compianta da tutto queſto Capitolo, Clero, e Publico con lagrime di ſangue;* qui ſane univerſalis dolor, publica diſplicentia, mœror animorum, & Civium lacrymantium ſuſpiria ſunt apertiſſima ſigna ad excluſionem cujuſcunque delicti, ejuſque ratificationis in Civitate, dicente Ovidio *lib. 5. Metamorph.*

> *Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu,*

& Juvenal. *Satyr. 9. verſic. 18. & ſeqq.*

> *Deprehendas animi tormenta latentis in ægro,*
> *Corpore deprehendas, & gaudia, ſumit utrumque,*
> *Inde habitum facies,*

& Latin. Pacat. *in Panegir. ad Theodoſ.* ibi: *Sed ita intimos mentis effectus proditor vultus enunciat, ut in ſpeculo frontium imago extat animorum;* & proſequuntur Legiſtæ ex ſignis externis arguendo ad interna cordis penetralia, ut apud Maſcard. *de probat. concluſ. 530. n. 1. & 3.* Marant. *reſp. 94. n. 69. part. 4.* & in ſpecie, quod omnis ſuſpicio delicti abeſſe cenſeatur in eo, qui dedit ſigna doloris, & triſtitiæ, docuerunt Cœpoll. *conſil. 31. n. 5. & 6.* Grammat. *conſ. 23. n. 7. & 8.* Menoch. *præſumpt. 40. num. 29. lib. 5.* Farinac. *de homicid. quæſt. 126. num. 257.*

Tertia, quia dolori acceſſit effectus, qui fallere non poteſt, dum tota Civitas pulſata Campana, & convocato Populo cum armis, juſti doloris impetu præcipitavit ad inveniendos, & capiendos Reos, ita & taliter, quod Cohors Regij Conſiliarij Toreſon fruſtra laboraſſet, niſi ſuiſſent Cives, qui practici de loco, & Regione, ſua induſtria inveniſſent latebras, in quibus ſeſe occultaverant Rei, ut faſſus fuit ipſe Capitaneus Co- 27
hortis, quod ſane, cum ſecutum fuerit immediate audita nece Prælati, ecce omnino excluſa omnis ratificatio delicti, ad quod vindicandum adeo prompti fuerunt Cives, & ſic ſatisfactum remanet diſpoſitioni, & cenſuræ *Textus in cap. Felicis §. finali de pœnis in 6.* ubi requirit, quod Civitas quantum in ſe eſt intra menſem curet puniri Delinquentes, ibi: *Vel infra menſem ſaltem taliter delinquentes, prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit, non dum erit puniendos;* hæc enim Populi, & Civium vigilantia, & ſollicitudo in requirendis, capiendis, & puniendis Delinquentibus eam fecit exemptam ab omni ſuſpicione participationis in delicto, quæ aliàs data connivencia, & negligentia urgere potuiſſet, juxta illud Tacit. *lib. 1. hiſtor.* ibi: *Admittitis exemplum, & quieſcendo commune crimen facitis.*

Quarta eſt, quod adeo grande hoc facinus percuſſit cor Civitatis, ut ipſe Cæſar Elias Pater unius ex Delin-
quentibus timendo furorem Populi vitam ſalvare volendo, neque etiam ſe tutum eſſe crediderit ſtare in loco im- 28
muni, itaut potius voluerit ſe cuſtodiri in Carceribus, quemadmodum retulit Vicarius Capitularis Atinen. Sacræ Congregationi Immunitatis, quid ergo magis deſiderari poſſit ad effectum probandi Innocentiam Civitatis non reperitur in Jure cautum, cum hujuſmodi motus animi, hujuſmodi furor diligentiæ, Arma, & commotio Popularis non ad aliquod criminis inditium, ſed ad laudem, & præmium adeo zelantiſſimæ Civitatis convertatur, propter quod ipſa præmiari, non caſtigari debuit, *ad Text. in l. Sancimus C. de pœnis, & l. Abſentem, ff. eodem,* Magon. *dec. 227. n. 1.* Covarr. *var. lib. 2. cap. 8. n. 1.* Farinacc. *de delict. q. 24. n. 1. & ſeqq.*

Quinta, quia etiam erga Cadaver Civitas proprij amoris ſigna dedit ſcribendo ad Abbatem Montis Caſini, ut occiſi Præpoſiti Corpus reſtitueret, ut honorifico tumulo illud reponeret in loco Anteceſſorum, & denegata reſtitutione Cives litem ſubſtinuerunt in Sacra Congregatione Epiſcoporum, quæ ſub die 16. Maii 1698. reſcripſit: *Patri Abbati Montis Caſini, qui mandet Conſignari Cadaver Capitulo Atinen.* quo tamen non obſtante cum Patres Caſinenſes noluiſſent obtemperare, iterum Civitas coacta fuit adire Sacr. Congregationem, quod contradicentibus Patribus die 4. Septembris 1699. reſpondit: *Licere Oratoribus ſine præjudicio Jurium ambarum Partium ire pro ſuſceptione, & translatione Cadaveris ad locum de conſenſu utriuſque Patris deſtinan.* quo deſiderio recuperandi 29
Cadaver certe non flagraſſet Civitas, neque litem ſubſtinuiſſet per annum, & ultra cum ejus diſpendio, ſi memoria Præpoſiti illi fuiſſet exoſa, cum melius declarari non potuerit bonus animus Civitatis, quam

ex ſa:

ex factis incontinenti ſubſecutis per ea, quæ tradunt
Pariſ. *conſ.* 8. *n.* 20. *&* 21. *conſ.* 23. *n.* 22. *lib.* 1. Fatin.
conſ. 13. *n.* 19. *tom.* 1. ibi: *Ex hoc ſequenti actu præcedens
bonus ejus animus aperte colligitur*, Menoch. *de præſump.
lib.* 4. *præſumpt.* 70. *n.* 43. *&* 82. *&* *lib.* 6. *præſumpt.* 3.
n. 2. *&* 8.

Ex qua clariſſima innocentia Civitatis, ſicut de-
ſcendit plana regula, quod ipſa ex privato unius,
vel alterius Clavis delicto puniri non potuit, maxi-
me quia quantum in ſe ipſa fuit, nedum Præpoſiti
collacrymavit, & vindicavit omni poſſibili conatu,
30 *l. Abſentem*, *ff. de pœn.* Farinac. in *prax. q.* 24. *n.* 1. cum
aliis apud Barboſ. *axiom.* 181. *n.* 5. ita ex defectu in-
tentionis corruit tam S. Cong. reſolutio, quam Bre-
ve Apoſtolicum fel. me. Innocentii XII. ejus confirma-
torium, dum ſi utrique innotuiſſent facti circumſtan-
tiæ, non fuiſſet proceſſum ad puniendam innocentiſ-
ſimam Civitatem, quæ de tempore captæ proviſionis
31 delicti particeps ſupponebatur, ut firmatunt Altograd.
conſ. 95. *n.* 66. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 251. *n.* 6. Rot. *cor.* *Eme-
rix Jun. dec.* 1284. *n.* 8. *&* *in Caſtelland aperitionis O-
ris* 19. *Novembris* 1703. §. *Procedentes*, *cor. bon. mem.*
32 *Molines*, datur enim ſubreptio ex defectu intentionis
in qualibet diſpoſitione etiam motu proprio emana
ta, quæ dicitur ſubreptio re ipſa, ut explicant Lot-
ter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 54. *n.* 10. *&* *ſeqq.* Seraph. *dec.*
398. *n.* 5. Rembold. *dec.* 66. *n.* 1. Merlin. *dec.* 318. *n.* 3.
& *in rec. deciſ.* 14. *n.* 33. *p.* 12. *&* *dec.* 235. *n.* 16. *p.* 15.
& apud Me *diſcept. Eccleſ.* 27. *n.* 8.

Tertium denique ſuperaddebam fundamentum,
quamvis in eo inſiſtendi nulla eſſet neceſſitas ob ſuf-
ficientiam prædictorum, & illud eſt, quod Civitas
caſtigata videtur ſatis ab anno 1698. uſque in præ-
33 ſens per ſpatium nempe 18. annorum, quo collacry-
matur, & ſuſpirat carentiam proprii Paſtoris cum præ-
judicio notabili Animarum. Etenim erronee figuran-
do culpam, ubi non reperitur, & Innocentem tra-
ctando pro Nocenti, dicebam regulam irrogandæ pœ-
næ non eſſe ſemper eandem, quia circonſtantiæ di
minuunt, & emoliunt objectum criminis, quamvis
in ſuo genere atrociſſimi, nec pœna, quæ militat in
uno caſu, applicanda eſt alteri, ſed ejus menſura ad
terminos circumſtantiarum modum recipit, *l. Sanci-
mus C. de pœnis Canon. Non afferamus* 24. *q.* 1. & Su-
premi Principes in caſtigandis delictis moderatione
regulariter uti gloriantur, juxta illam æquitatem,
qua Clementiæ, enſimul, & Juſtitiæ conſulendum
eſſe monebat Senatus Romanus apud Tacit. *libr.* 3.
Annal. ibi: *Sin flagitia*, *&* *facinora ſine modo ſunt*,
ſuppliciis, *ac remediis Principis moderatio*, *Majorum-
que*, *&* *veſtra exempla temperant*, *eſt locus Senten-
tia*, *per quam neque huic delictum impune ſit*, *&* *nos
Clementia ſimul*, *ac ſeveritatis non pœniteat*, & qui-
dem in propoſito, ſi pro pœna occiſionis Prælati de
ſumenda eſt regula ex toties allegato *Canon. Ita nos*
34 25. *q.* 2. ibi delictum erat longe gravius, quia ageba-
tur de cæde geminata duorum Pontificum commiſ-
ſa per Civitatem, quam Gelaſius Papa ibi appellat
conſuetudinem ſacrilegam, ibi: *Sillanorum cædes ge-
minata Pontificum*, *&c.* *quapropter jam velut uſum*,
conſuetudinemque ſacrilegam declinantes, & ſic actus
iteratus agravabat facinus Civitatis, ut ibi notat
Gloſſ. in verbo uſum, ibi: *Eſt hic argumentum*, *quod
magis punitur factum iteratum*, Turrecram. n. 5. ibi:
Argumentum, *quod iteratio peccati gravat*, & tamen
Canoniſtæ in eo Textu aſſerunt pœnam privationis
Dignitate Epiſcopali adhuc non fuiſſe perpetuam, ſed
ad tempus, ut advertit ibid. Archidiac. n. 3. ibi: *Hic
non fuit tranſlatus Epiſcopatus*, *ſed ad tempus iſti ca-
ruerunt Epiſcopo in pœnam*, Turrecrem. n. 2. ibi: *Ad
tempus ſuſpendit Dignitatem Epiſcopalem hujus Eccle-
ſiæ*, *non abſtulit*, Bellamer. n. 2. ibi: *Secundum eum
non fuit tranſlatus Epiſcopatus*, *ſed ad tempus iſti ca-
ruerunt Epiſcopo.*

Ergo exorbitans dignoſcitur pœna inflicta Civita-
ti, quam perpetuis futuris temporibus privavit ſua
Dignitate Præpoſiturali, dum quando etiam ad ter-
rorem, ſeu exemplum imponi voluiſſet talis pœna,
hæc nunquam in perpetuum dari potuit in præjudi-
cium publicum Animarum, ſed ſolum ad tempus,
prout ſervatum fuit per ſan. mem. Urbanum VIII. oc-
caſione homicidii Epiſcopi Arianen. ſecuti die 10. Ju-
nii 1645. propter quod homicidium privata extitit il-
la Eccleſia proprio Paſtore per ſolum decurſum quin-
que annorum, dum de anno 1650. fuit iterum pro-
prio Epiſcopo proviſa, ut refert Ughell. *in Ital. Sa-
cr. tom.* 8. *fol.* 316. *n.* 34. *&* 35.

Eo magis autem quando hic concurrit decurſus
18. annorum, intra cujus ſpatium Civitas proprio
Antiſtite ſe deſtitutam deplorat, & tamen, ut Civi-
tas punita cenſeatur ad exuberantiam, ſufficeret pri-
vatio Dignitatis ad decennium, quod dicitur lon-
gum tempus, juxta doctrinam Bartoli *in l.* 1. §. *Quo
autem n.* 3. *ff. de ſuperfic.* Quarant. *in verbo alienatio
rerum Eccleſia n.* 1. Bertaz. *clauſ.* 15. *gloſſ.* 5. *n.* 6. Tira- 36
quell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 6. *n.* 9. *in fin.* Antonell.
de tempor. legat. lib. 1. *cap.* 10. *n* 1.

Quæ pœna hactenos paſſa ſatis dicenda eſſe ſuf-
ficiens, & ſatis menſuram ſuam habuiſſe, ſi plures
circumſtantiæ ponderantur, quarum prima oritur ex
publica pernicie Animarum, quia pœna privationis
proprii Paſtoris non eſt amplius practicabilis, ex quo
reſidentia Epiſcopi Aquinaten. diſtat ab Arinenſi Ci-
vitate per 20. milliaria, & ultra, ejuſque Cives ad
alienam Diœceſim accedere coguntur per vias pro-
pemodum inacceſſibiles, præſertim adverſis tempori-
bus, unde teſte experientia ſæpiſſime acciderunt ſcan- 37
dala, inconvenientia, & abſurda propter diſtantiam
Superioris, quæ quidem publica cauſa præjudicii A-
nimarum ſatis exclamat, & urget, ut commiſeran-
dum ſit infelici Populo, qui non peccavit, ne diu-
tius hoc jugo opprimatur, & ne amplius ſcandalo-
rum cauſa nutriatur, quibus obviandi Sacri Cano-
nes propter Animarum periculum exorbitantes fece-
runt proviſiones, ut Populo vicinum, & commo-
dum haberent Prælatum, de quo *Text. in cap. ad au-
dientiam de Eccleſ. ædifican. & in cap.* 1. *de cenſib in*
6. Monacell. *in formul p.* 2. *tit.* 2. *formul.* 3. *n.* 6 *gloſſ. in
Canon. & temporis qualitas* 16. *q.* 1. *in verbo*, *& vi-
cinitas*, ibi: *Argumentum*, *quod propter remotionem*,
vel incommoditatem multa fiunt licite, *quæ alias non
licerent*, *& in Canon. cum longe diſt.* 63.

Neque huic præjudicio occurri poteſt, mediante
præſentia Vicarii præpoſituralis, quia ſæpe ſæpius pro-
pter illorum inhabilitatem conſultius foret, ſi non
adeſſent, ea ratione, quod propter tenues Præpoſi-
turæ redditus, tenuiſſimum præſtatur Vicariis ſala-
rium, unde contingit ad hoc munus eligi non poſ-
ſe, niſi Perſonas parum habiles, & aliquando inca-
paces; Ultra quod ad Vicarium recurri non poteſt
pro omnibus contingentiis, pro quibus oportet pro
majori parte adire Prælatum, & in ſumma non con-
ſulitur indigentiis Populi, & Gregis per Vicarios
veluti temporales, & Mercenarios, ut diſcuſſo ar-
ticulo late probat Pignatell. *conſult.* 17. *n.* 40. *&* *ſeqq.* 38
tom. 4. Fagnan. *in cap. ex parte n.* 38. *&* *ſeqq.* *&* *n.* 50.
de Cleric. non reſid. & de Præjudicio Animarum ob
hujuſmodi Vicarios Temporales, & Mercenarios te-
ſtatur Divinum Eloquium in Evangelico Textu S.
Joannis *cap.* 10. *num.* 11. ibi: *Bonus Paſtor Animam
ſuam dat pro Ovibus ſuis*, *Mercenarius autem*, *&
qui non eſt Paſtor*, *cujus non ſunt Oves propriæ*, *vi-
det lupum venientem*, *&* *dimittit Oves*, *&* *fugit*, *&
lupus rapit*, *&* *diſperdit Oves*, *Mercenarius autem
fugit*, *quia Mercenarius eſt*, *&* *non pertinet ad eum
de Ovibus*, & egregie Fagnan. *in c. ex parte n.* 16. *&
ſeqq. de offic. Vicar.* ibi: *quia ex parte etiam ipſorum
Mercenariorum mutationes non raro fiunt*, *nam oblato
majori ſtipendio ſtatim recedunt*, *ideoque Eccleſiam
non diligunt*, *nec Ovium ſolicitam curam gerunt*, *&c.
vel ob mutationum frequentiam*, *vel ob periculum amo-
tionis*, *vel ob ſtipendii tenuitatem*, *vel ob aliam cau-
ſam conſimilem vix reperiuntur Vicarii*, *qui qualitates
habeant requiſitas*, *&c.* *quod quam ſit Eccleſiis*, *atque
Ovibus perniocioſum patet ex Capitulo grave de Præ-
bend. &c. etſi hujuſmodi Vicarii Temporales paſſim non
mutarentur*, *&* *prædicti eſſent qualitatibus requiſitis*,
negari tamen non poteſt, *quin ſint Mercenarii*, *&* *Con-
ductitii*, de quibus Joan. 10. &c. unde Rebuffus, &c.
Cultus inquit diminuitur Divinus per Mercenarios, *ſi
non*

Digitized by Google

non ſerviunt, & quibus nulla eſt Cura de Ovibus, &c. hæreſes naſcuntur, & pullulant, & hanc fuiſſe etiam potiſſimam cauſam hæreſum, ſcribit Alphonſus Caſtrenſis *lib. 1. adverſus omnes hæreſes cap. 13.*

Altera circumſtantia eſt, quod propter abſentiam ſeu carentiam Præpoſiti Prædia, & fundi Præpoſituræ cunt in præceps, quia annuatim deteriorantur procul ab oculis Epiſcopi Aquinaten. Commendata-
39 rii, quod non contingeret ſi Præpoſitus in ſua ſede maneret, & perſonalem aſſiſtentiam, & curam gereret ſuper cultura fundorum Eccleſiaſticorum, eorunque conſervatione, & melioramentis, quæ etiam cauſa, & ratio plurimum confert ad reintegrationem Præpoſituræ ad ſuum primævum ſtatum propter ejus ſuppreſſionem longo ſpatio 18. annorum deploratam, dum alias tractu temporis Præpoſituræ redditus ad nihilum reducentur.

Tertia demum circumſtantia conſiſtit in qualitate Civitatis antiquiſſimæ, & celeberrimæ in Italia, & undique celebratæ ab Hiſtoricis, prout videre eſt apud P. Rever. Bonaventuram Taulerium *in memor. hiſtor. Civitat. Atinæ per quinque libros*, quæ hodie referta reperitur numeroſo Populo ſex mille Animarum, & cujus Eccleſia uſque ab origine fuit Cathedra Epiſcopalis, habuitque Divum Marcum
40 pro primo Epiſcopo, & deinde alios Sanctiſſimos Epiſcopos, qui per duodecim Sæcula duraruni, ut ex Ughell. *in Ital. Sacra tomo ſexto*, & quæ ſolum propter tenuitatem redditaum declinavit in Præpoſituram, prout refert citatus Auctor *libro quarto capitolo primo fol.* 208. *& ſeqq.* idcoque ne adeo inſignis Civitatis ſplendor, & memoria depereat, æquitas ſuggerit, ut proprio ſit reſtituenda Prælato, neque amplius infamiæ notam patiatur, ut tanquam ſervilis Grangia, & infimum Oppidum maneat ſuper Commenda Aquinatenus Epiſcopatus, juxta Textum Concilii Carthaginenſis relatum in *Canon. Felix 16. quæſtion. prima* ibi: *Sanctitati Veſtræ inſinuo, ut Diœceſes, quæ nunquam Epiſcopos habuerunt, non habeant, & illa Diœceſis, quæ aliquando habuit, habeat proprium.*

His omnibus obſtare non valet, quod Epiſcopus Aquinaten. proviſus fuerit de Præpoſitura in Commendam ad ejus vitam, itaut ea privari non poſſit donec vivit, quidquid ſit ubi per ejus obitum, vel translationem, vacationem Commendæ ſuccedere contingat,

Etenim probato quod vigore reſolutionis Sacræ Congregationis factæ de anno 1698. Præpoſitura fuerit in perpetuum affecta, ſeu commendata Epiſcopis Aquinatenſibus, & Summus Pontifex Innocentius XII. approbando hanc reſolutionem in ejus ſequelam occaſione providendi Epiſcopus Aquinatenſis de Epiſcopatu cœperit illis commendare Præpoſituram ad vitam primo bon. mem. Rev. P. Dom. Ferrario, & deinde Rev. P. Dom. de Carolis, inde colligitur, quod iſta proviſio per Commendam nihil aliud ſit quam ſequela reſolutionis Sac. Congregationis, & effectus pœnæ irrogatæ contra Civitatem ob necem Præpoſiti, ideoque dum ex prædictis clariſſima convincitur inſubſiſtentia, & exorbitantia hujus pœnæ, ſicut juſtitia poſtulat ejus retractationem, ita etiam corruit per neceſſariam ſequelam quidquid factum fuit in vim reſcripti Sacræ Congregationis, & Brevis Apoſtolici ejus confirmatorii, ex notis regulis, quod infecta primitiva inficitur derivativa, & ſublato primo principio corruunt omnes actus conſecutivi, ut ex Textu notabili in *capit. ſi beneficia de Præbend. in 6.* ibi: *ad beneficia ſua priora, collatione quibuſcunque perſonis facta de ipſis nequaquam obſtante libere revertantur*, & late Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 31. numer. 29. & ſeqq. & gloſſ. 34. numer. 93. & ſeqq.* Rot. *deciſion 538. numero quarto part. 19. tomo ſecundo recentior* cum iſta proviſio in Commendam ſit mera executio pœnæ inflictæ per ſententiam Sacr. Congregationis, per cujus inſubſiſtentiam, & retractationem corruit executio, & effectus, quia ſemper cauſa prima repræſentatur in ſecunda in quam influit, & ſublato fundamento omnia corruunt Rota *deciſion. 10. in fine de præbend. in antiqu.* Cravett. *conſil. 114. numero primo libro primo*, Caſſador. *deciſion. 17. numer. 2. de Præbend.* & eſt Textus in propoſito *in cap. cum inter vos de ſentent. & re judic.* ibi: *Non ſic plurimum innitendum, nec confirmationibus, nec privilegiis, quæ de ipſa cauſam, & originem acceperunt*, Gonzal. *dict. gloſſ. 31. numer. 29. & ſeqq. & gloſſ. 34. n. 93. & 95.*

Sed extra principium dubitandi, quia proviſiones in Commendam factæ fuerunt lite pendente poſtquam nempe ipſemet Innocentius XII. remiſerat Cauſam ad Sac. Congregationem, immo proviſio moderni Epiſcopi facta fuit cum vitio litigioſi expreſſo in literis, ibi: *& ſuper ea inter aliquos lis cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſis pendeat indeciſa*, & inſuper Civitas, & Clerus in captura poſſeſſionis Commendæ habitæ per utrunque Epiſcopum expreſſe oppoſuerunt, & proteſtarunt de pendentia litis in hac Sac. Congregatione, in quibus terminis fruſtra allegatur proviſio jam facta, quando eam memoratus Epiſcopus acceptavit ſub vitio litigioſi, ac ſe ſubjecit eventualitati, & periculo ipſius litis, propter quod conſtito de inſubſiſtentia ſententiæ ea corruit cum omnibus inde ſecutis, ſcilicet cum proviſione deſuper facta lite pendente, quia corruente ſententia ejus 42
executio perſiſtere, & durare non poteſt, ut in præciſis terminis proviſionis firmarunt Roſa *de execut. lit. Apoſtol. part. 1. cap. 7. in addit. numer. 272. verſic. quid dicendum*, Rot. *deciſion. 30. numer. 6.* poſt Maſſol. *in crimegiſtr. legal. & deciſion. 209. numer. 11. part. 17. recentior. & in Mediolanen Beneficii prima Aprilis 1707. §. De reliquo, coram bon. memor. Molines.*

Minuſque ſuffragatur, quod in literis proviſionis horum Epiſcoporum enuncietur cauſa providendi de alicujus ſubventionis auxilio, ibi: *de alicujus ſubventionis auxilio providere*: eſt enim ſolita, & ordinaria clauſula, quæ apponitur in quibuſcunque Commendis, quæ ſemper dantur ad providendum de aliquo ſubſidio, quod reſpicit alium finem diverſum, & ſolum probat, quod in pœnam Civitatis S. Congregatio, & Summus Pontifex Commendam Præpoſituræ potius deſtinaverit Epiſcopo Aquinaten. quam Aliis circumvicinis, ſed cauſa principalis, & finalis providendi eſt illa, quæ derivavit ex reſolutione Sacræ Congregationis, quæ in pœnam Civitatis abſtulit illi Dignitatem Præpoſituræ, illamque perpetuo commendavit Epiſcopis Aquinatenſibus, prout hæc cauſa finalis expreſſa fuit in proviſione utriuſque Epiſcopi Aquinaten. ibi: *Cum itaque Præpoſituram, quæ juxta decretum, ſeu declarationem Congregationis Epiſcoporum, & regularium die 13. Menſis Junii 1698. editum per nos etiam approbatum, &c. in perpetuum pro tempore exiſtentibus Epiſcopis Aquinaten. affecta exiſtat, itaut ipſa Præpoſitura perpetuis futuris temporibus pro tempore exiſtentibus Epiſcopis Aquinaten. conferri, & aſſignari, ſeu commendari omnino debeat*, quæ verba, ut legenti patet, 43
aperte deſignant Commendam fuiſſe datam utrique Epiſcopo non alias, quam in ſequelam decreti Sac. Congregationis per Summum Pontificem confirmati, non autem ex alio capite, ut firmat Gratian. *diſceptat. 479. numer. 71. & 75 & diſceptat. 774. numer. 8.* Gonzal *ad regul. 8. Cancellar. §. ſeptimo proœmial numer. 112.* Lotter. *de re beneficial. libro ſecundo quæſtion. 36. numer. 4.* Rota *deciſion. 141. num. 10. part. 1. recentior.*

Idemque oſtendit expreſſio litis facta in literis Apoſtolicis de qua ſupra; hæc enim expreſſio operatur, ut gratia non fuerit ab initio ſubreptitia, prout talis fuiſſet, ſi nulla de lite mentio facta fo- 44
ret, Rebuff. *in prax. part. 3. ſignan. in verbo quatenus litigioſum numer. quarto* Mantic. *deciſion. 213. numer 8.* Achil. de Graſs. *dec. 9. de reſcript.* Barboſ. *clauſul. 77. numer. 1.* ita & taliter quod proviſio Apoſtolica hujus Epiſcopi veluti innixa decreto Sacræ Congregationis, & ſic pœnæ inflictæ contra Civitatem una cum mentione litis pendentiæ ſubſiſtere nequeat,

Digitized by Google

queat, ſed corruat corruente decreto, & pœna inflicta ob necem Præpoſiti.

Et tamen ad omnia facilitandum ego addebam quod generoſa Civitas quæ pupillæ deperditæ impatiens, & publicæ ſaluti conſulens offerebat, ſeſeque obligabat ſubminiſtrare ſummam æquivalentem redditibus Præpoſituræ moderno Epiſcopo ad ejus vitam ad effectum removendi ejus querelam, & præjudicium propter quod nulla ſupererat difficultatis umbra pro reintegratione innocentiſſimæ Civitatis ad primævum ſuæ præpoſituræ ſtatum prout communi voto, publiciſque ſuſpiriis, Civitas, Clerus, & Populus implorabant.

Quibus non obſtantibus Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium propoſita Cauſa ſuper dubio, an ſit concedenda apertio oris, ſub die 24.
45 Julii 1716. ad relationem claræ memoriæ Cardinalis Caſoni reſolvit, *negative*, *& amplius*. Cui reſolutioni Ego quantum obſequii præſtare debui, tantum acquieſcere tunc non potui in linea legalium, & juſtarum rationum, ac etiam in linea æquitatis.

APRUTINA PAROCHIALIS.

ARGUMENTUM.

Quando cenſeatur irrationabile judicium Epiſcopi in prælectione unius facta ad excluſionem alterius inter Approbatos in concurſu, & de circumſtantiis ſuſpectum reddentibus judicium Epiſcopi.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus in prælectione facienda in concurſu quomodo procedere debeat juxta formam Concilii.*

2 *Si gravaverit in præligendo, Gravatus in gradu appellationis habet Jus obtinendi Parochialem probato gravamine.*

3 *De difficultate redarguendi de irrationabili Judicio Ordinarii, etiamſi rejecerit magis Litteratum.*

4 *Non præſumitur pro rationabilitate præelectionis Epiſcopi, ſi hæc facta fuerit in Perſona ſui Familiaris.*

5 *Judex dicitur ſuſpectus, & non idoneus in Cauſa Familiaris.*

6 *Bulla S. Pii V. concedens appellationem ab irrationabili Judicio Epiſcopi conſideravit humanæ paſſionis affectum.*

7 *Conjectura Judicii irrationabilis oritur ex prælectione Familiaris Epiſcopi, & reprobatur contraria præſumptio, n. 8.*

9 *Non eſt locus ratiocinis ubi aſſiſtunt Doctrinæ individuales.*

10 *Ex quibus aliis conjecturis prælectio Familiaris facta ab Epiſcopo præſumatur irrationabilis, & n. 11. 12. & 13.*

14 *Conſtito de majoribus meritis Rejecti Judex appellationis tenetur adjudicare illi Parochialem contra prælectum ab Epiſcopo.*

15 *Major literatura cognoſcitur in novo examine, & eſt qualitas prælationis.*

16 *Et oſtendit irrationabilitatem prælectionis factæ ab Epiſcopo de ſuo Familiari.*

17 *Major experientia eſt qualitas prælationis, & in quo illa conſiſtat.*

18 *Servitium Eccleſiæ eſt alia qualitas prælationis ad beneficium ejuſdem Eccleſiæ.*

19 *Major ætas eſt alia qualitas prælationis, & de aliis qualitatibus vide num. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.*

26 *Qui eſt Populo gratus meretur præferri in Parochiali.*

27 *Diffamatio quando non ſit attendenda, & numer. 28.*

29 *Qualis diffamatio attendatur ad repellendum ab aſſecutione Parochialis.*

30 *Exempla ad oſtendendam irrationabilitatem prælectionis ſui familiaris facta ab Epiſcopo, n. 31. 32. & 33.*

34 *Quando non aſſiſtat præſumptio prælectioni facta ab Epiſcopo in Concurſu.*

35 *Epiſcopus ad Titulum Patrimonii poteſt ordinare Familiarem ſuum triennalem vigore Concilii Tridentini.*

36 *Secus hodie poſt Conſtitutionem Innocentianam, amplia ut n. 37.*

DISCEPTATIO CIX.

REquiſitus ab utroque Colligitante, ut ſcriberem in hac Cauſa ad defenſam unius, vel alterius partis, aſſumpſi illam Antonii de Montibus, quem præferendum in patrocinio duxi tam ratione præventionis, quam ejus boni Juris.

Dico igitur Parochialem, de qua agitur, eſſe adjudicandam Antonio, qui in omnibus qualitatibus probat ſe eſſe magis aptum, & idoneum ad exercendum Curam Animarum comparative ad Alium oppoſitorem, ideoque reſultat eundem Antonium fuiſſe Irrationabiliter poſtpoſitum, & rejectum ab Epiſcopo; Concilium namque Tridenti-
num in facienda prælectione Concurrentium ad 1
Parochiales voluit, Epiſcopum procedere debere non quidem arbitrarie, ſed juridice, & tanquam Judicem adſtrictum ratione, & lege ex illis verbis, ibi: *Ex hiſque Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit*, quod ſane verbum *judicaverit* manifeſte oſtendit Concilium conſideraſſe Epiſcopum in figura Judicis nexu Juſtitiæ alligari, ut obſervant Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 4. *numer.* 142. ibi: *Illud verbum judicaverit appoſitum in Concilio Tridentino non denotat meram voluntatem, ſed arbitrium boni Viri, &c. hoc procedit duntaxat, quatenus Epiſcopus recte judicaverit*, Maſſobr. *in prax. haben. concurſ. titul. de elect. requiſ. quinta dub. primo numero* 45. Rot. *in Dertuſen. Parochialis de Villafranca* 18. *Decembris* 1581. apud Garz. *de benefic. part.* 9. *capit. ſecundo numer.* 232. *verſic. Non placuit Dominis, & deciſion.* 61. *num.* 2. *part.* 5. *recentior.*

Quando igitur Epiſcopus, debitam juſtitiam non ſervavit, præligendo minus idoneum in concur- 2
ſu magis idonei, tunc iſte rejectus in vim Bullæ Pianæ ab irrationabili Judicio poteſt appellare, & in gradu appellationis tenetur Judex ei conferre Parochialem, ſi cognoſcat majores qualitates concurrere in Appellante, quæ illum magis idoneum demonſtrant, ut dixi *diſceptat. Eccleſ.* 31. *numero quarto verſic. Eodem modo*, Pax Jordan. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *titul.* 8. *numer.* 224. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 4. *numer.* 139. *in fine*, Mareſcott. *variar. reſolut. libr. primo capit.* 52. *numer.* 23. & 24. Rota *in dicta Dertuſen. Parochialis* apud Garz. *de benefic. part. nona capit. ſecundo numer.* 232. *cum aliis in Placentina Parochialis* 16. *Martii* 1708. §. *Fundamentum, coram bon. mem. Anſaldo.*

Non obſtat unicum alterius Oppoſitoris aſſumptum, quod Judicium Ordinarii non probetur irrationabile, ex quo fuerit poſtpoſitus, qui habet majorem literaturam, ac majorem munerum Excellentiam, dum in Parochialibus primario conſiderandæ ſunt dotes animi, ſcilicet mores, prudentia, manſuetudo, pietas, & ſimilia, quæ poſſunt facere digniorem illam Perſonam, quæ ſit minus docta, & aliis deſtituta qualitatibus extrinſecis, ita, & taliter, quod fere impoſſibile videatur probare irrationabilitatem judicii Epiſcopalis, quod ſemper ſuſtineri poteſt ex præſumptione Juris, juxta quam cenſetur reſpexiſſe ad qualitates intrinſecas, quas ſolus Ordinarius melius cognoſcit, ut pluribus relatis Me ſcribente firmavit Rot. *deciſion.* 353. *numer.* 3. *coram Benincaſa.*

Hæc enim regula, quidquid ſit, an generaliter procedat, vel potius ſit reſtringenda ad ſolos caſus particulares, indubitatum eſt, quod in caſu iſto inapplicabilis, incon-

incongrua, & erronea remanet, ubi agitur de præelectione Epiſcopi directa in Perſonam ejus familiarem, qualis eſt Oppoſitor, Ex hac enim circum-
4 ſtantia tota præſumptio illa, quæ alias aſſiſteret Epiſcopo omnino caducatur, ac deſtruitur propter contrariam Juris præſumptionem, quæ ſuſpectum reddit judicium Ordinarii ratione familiaritatis, quia paſſiones animi, ſenſus hebetant humanos, inter quas numeratur affectio familiaritatis, & iſta dicitur impedire cognitionem veritatis, ut inquit *Text. in Can. Accuſatores, vel Teſtes ſuſpecti 3. quæſt. 5.* ibi; *quia propinquitatis, & Familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet amor Carnalis, & timor, & plerumque ſenſus hebetant humanos, & pervertunt opiniones:* & *in Can. Quatuor modis humanum judicium pervertitur 11. quæſtion. 3. Gloſſ. in cap. Inſinuante in verb. Familiarem de Offic. Delegat.* ibi: *Nam Familiaritatis affectio Veritatem impedire ſolet:* ibique Butr. *num. 11.* dicens: *Quia Familiaritatis affectio veritatem impedit:* Abbas *num. 5. & cæteris repetentes*, Pignatell. *conſ. 151. numer. 14. tom. 9.*

5 Ea qua ratione ſicut Jura noſtra non confidunt de Judice in Cauſa familiaris, ſed judicium ejus non idoneum, & ſuſpectum præſumunt, juxta *Text. literalem in l. Quia Juriſdictioni præeſt. ff. de Juriſdict. omn. Judic. ibique gloſſ.* ſic ait: *non eſt idoneus Judex ſuper ſuos domeſticos*; Ita erroneum eſt prætendere, quod Epiſcopus in hac materia, ubi gerit partes Judicis, habeat illibatam præſumptionem pro ſe circa præelectionem factam de ejus Secretario, ſeu familiari, immo ſa: me: S. Pius V. *in ejus Conſtitutione* hoc præcipuum motivum præ oculis habuit, nempe appellationem concedendi ab irrationabilibus
6 judiciis Epiſcoporum, qui plus moti fuerunt ex humana paſſione familiaris, vel conſanguinei, quam ex judicio rationis, dicendo contra Epiſcopos, ibi: *Carnalitatis, ac alium humanæ paſſionis affectum, non rationis judicium ſequentes:* ex quibus verbis ſignificavit judicium Epiſcopi non habere præſumptionem pro ſe quando concutit aliquis humanæ paſſionis affectus, quæ rectum judicium pervertit, niſi coram Judice appellationis præelectio Epiſcopi juſtificetur, ut ſine alio diſcurſu probant in puncto infraſcriptæ auctoritates, & deciſiones.

Signanter Ricc. *in prax. part. 1. reſol. 347. numer. 1. & 2.* ubi judicium Epiſcopi irrationabile deſumit
7 ex electione Familiaris, & refert ita deciſum per Sac. Rotam, ibi: *judicium autem Epiſcopi fuiſſe irrationabile ex conjecturis apparere poterit, præſertim primo ſi elegerit ejus Familiarem, ſive Conſanguineum, ut fuit reſolutum in una Civitatis Caſtelli Parochialis coram Orano.*

Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ 4. n 140.* ibi: *docto autem de injuſtitia electionis, tunc illa caſſatur, & magis idoneo Parochialis adjudicatur; & ad docendum hoc multum conſideratur, an electus ſit Familiaris, vel Conſanguineus talis Epiſcopi Eligentis, ex quo Electio ejus redditur ſuſpecta, & ſic fuit reſolutum in una Civitatis Caſtelli Parochialis.*

Ventrigl *in prax. p. 2. annot. 5. §. 2. n. 58.* ibi: *multum quoque faciant ad probandum irrationabile Judicium, & malam electionem Epiſcopi, primo ſi Epiſcopus elegerit ſuum familiarem. &c.*

Corrad. *in prax. beneſic. libr. 2. capit. 4. numer. 16.* ubi quod Conſtitutio S. Pii Quinti: *locum tantummodo habet quando appellans docet de dolo, & irrationabili judicio Epiſcopi, in quo ſatis conſideratur injuſtitia electionis ſi electus ſit Familiaris, vel Conſanguineus Epiſcopi Eligentis, quia tunc illius electio redditur ſuſpecta.*

Paa Jordao *tom. 2.* Lucubrat. *lib. 10. titul. 8. numer. 235.* ibi: *Quibus vero conjecturis arguatur doloſum, & irrationabile Judicium Epiſcopi in hac materia percurrit* Riccius, *&c. & ſignanter quod ex familiaritate multum tollatur de præſumptione, quam ſupra diximus, ſtare pro judicio ejus, præter* Ricc. *&c. dicet* Rot. *in Sabinen. Concurſus 6. Aprilis 1609. coram Cardinali Sacrato.*

Barboſ. *de Offic. Paroch. part. 1. capit. 2. numer. 144.* ibi: *& quod ex familiaritate multum tollatur de præſumptione, quæ alias eſſet pro Epiſcopo, tradit* Aloyſ. Ricc.

Et communiter uno ore concludunt idem Barboſ. *ad Concil. ſeſſ. 24. capit. 18. de Reformat. numer. 155. verſ. Tollitur tamen*, Ricc. *deciſ. 96. numer. 20. part. 4.* Rot. *deciſ. 654. numer. 5. verſ. Nam in illa part. 4. diverſ. & deciſ. 61. numer. 3. in fin. part 3. Recent. & coram Rembaldo deciſ. 422. num. 11. & in Comen. Parochialis 10. Januarii 1707. §. Ultra quod coram Illuſtriſſimo Gubernatore Urbis*, ibi: *Qua quidem familiaritas plurimum tollit de præſumptione eidem Epiſcopo, cæteroquin adſtipulanti circa cognitionem qualitatis concurrentium*,

Unde frigeſcit reſponſio, quod immo familiaritas majorem præſumptionem inducere videatur pro ju- 8
dicio Epiſcopi, dum ipſe ſui Familiaris melius agnoſcere potuit mores, & qualitates perſonales ad regendam Parochiam aptos; Etenim punctus eſt, quod Electio præſumitur ſuſpecta propter familiaritatem, qua ſtante Sacri Canones non confidunt de Epiſcopo, ſed illum præſumunt potius motum ex humana paſſione, quam judicio rationis informato ex qualitate morum, & meritorum perſonalium propter relatum principium, quod familiaritatis affectio humanum pervertit judicium, & ſimul veritatem impedit, cumque in hac parte aſſiſtant doctrinæ indi-
viduales non eſt locus ratiociniis, & argumentis, 9
ut notat Cyriac. *controv. 248. numer. 2. & 22. tom. 2.* Cavalcan. *dec. 43. numer. 20. part. 1. & deciſ. 5. numer. 69. part. 2.*

Eo magis autem, quando ultra familiaritatem con-
currunt aliæ conjecturæ, quæ nedum ſuſpectum red- 10
dunt, ſed, ut ita dicam omnino diſcreditant judicium Epiſcopi, quarum prima eſt, quod Oppoſitor præelectus gratuitum ſervitium Secretarii Epiſcopo præſtitit, propter quod agravatur ſuſpicio, quod ejus præelectio facta fuerit ad illum recompenſandum, juxta *Text. in dict. Can. Quatuor modis 11. quæſtion. 3.* qui inter modos humanum judicium pervertentes ponit lucrum, & *in Can. ſunt nonnulli 1. quæſt. 1.* & in puncto Me ſcribente advertit Rot. *in d. Comen. Parochialis 10. Januarii 1707. §. Ultra quod*, ibi: *etiam ſi fuerit deſtituta ſtipendio, quia hujuſmodi circumſtantia nequaquam minuit, immo potius adauget præſumptionem gratificationis.*

Secunda conjectura eſt, quod poſt appellationem 11
interpoſitam, petente Antonio rejecto copiam Concurſus ab Epiſcopo, iſte per tres vices denegavit oſtendendo dolorem, & rabiem hujuſmodi requiſitionis, ibi: *il tutto diſſe colericamente alla noſtra preſenza, e ſi doleva, che detto Felice gl' haveva cercata la detta copia del Concorſo:* & ulterius: *dicendo ancora, che mai darà detta copia di Concorſo:* Itaut ſtante hac Epiſcopi renitentia, opus fuerit conſtringere Epiſcopum mediante juſſu R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi, ex qua renitentia, & incongruis reſponſionibus Epiſcopi educitur argumentum quod humanæ paſſionis affectu Epiſcopus in hoc negotio proceſſerit, vel ſaltem exinde ejus judicium redditur ſuſpectum, ut firmat Gonzal. *ad reg 8. gloſſ. 4. n. 141.* Rot. *in Dertuſen. Parochialis apud* Garz. *de Beneſ. p. 9. cap. 2. n. 232. verſ. Et eo magis redditur ſuſpectum, coram Rembold. dec. 422. n. 11.* ibi: *Epiſcopus elegerat ejus Familiarem, & Secretarium, & plura alia concurrebant, ex quibus reddebatur electio ſuſpecta.*

Tertia conjectura deſcendit, ex quo tentati fue-
runt Parochiani ad faciendam atteſtationem contra 12
Antonium rejectum, mediante opera œconomi hujus Parochialis, qui inducebat mulierculas ad ſubſcribendum ſigno Crucis eandem atteſtationem *per vim, ac metum*, qui plene probatur in Facto ex circumſtantiis minatum, & verborum una cum expreſſione, quod nunquam Antonius aſſecutus fuiſſet Parochialem ob averſam Epiſcopi voluntatem, non poteſt igitur habere præſumptionem pro ſe judicium Epiſcopi, quando ex aliqua conſiderabili circumſtantia conſtare poteſt ipſum humanæ paſſionis affectum, non autem judicium rationis habuiſſe præ oculis, ut notando ſimiles modos ponderat Rot. *in Dertuſen. Parochialis apud* Garz. *de Beneſic. part.*

cap. 2.

cap. 2. num. 232. verſ. Et eo magis redditur ſuſpectum, Genuen. *in prax. cap. 66. n. 14.*

Quarta demum conjectura reſultat ex propria confeſ-
33 ſione ipſius Epiſcopi, qui in atteſtatione tranſmiſſa ad Eminentiſſimum Pro-Datarium aſſeruit, quod ab ipſo Præelectus erat Diœceſanus Aprutinus, habebat annos 35. & erat acclamatus per majorem partem Populi Villæ Parochialis, quando de tempore hujus atteſtationis factæ de anno 1705. ille conſtitutus in ſola ætate annorum 30. juxta fidem Baptiſmatis, non erat acclamatus niſi per minimam partem Populi, modis incongruis conquiſitam, & totalis acclamatio erat directa in Antonium, immo Populus habebat averſionem erga juvenem annorum 30. & demum ille non erat Diœceſanus, ſed de aliena Diœceſi, unde aſſurgit aliud fortiſſimum argumentum, ſeu probatio, quod Epiſcopus irrationabili judicio ductus præelegerit ejus Secretarium, ita ut nulla amplius præſumptio ſtare poſſit pro ejus judicio, quando ad ſuſtinendam præelectionem propriam non omiſit erroneas, & non veras prætexere atteſtationes, ut de geſtis Epiſcoporum ſuſpectis, & in judicio non attendendis ſæpe firmavit Rot. ſignanter Me ſcribente *in Cremonen. Beneficii 11. Maii 1705. §. Reſpectu coram bon. mem. Kaunitz, & in Sagonen. Plebania 10. Decembris 1706. §. Quin attendenda, & demum coram bon. mem. Omanna.*

Ex his totaliter probato irrationabili judicio Epiſcopi in gradu appellationis, & coram ejus Judice, nihil aliud remanet, quam examinare, an, & cui aſſiſtant majores qualitates, quæ reddant hunc, vel illum digniorem, & magis idoneum ad Parochialem. Conſtito enim, quod magis idoneus appareat Antonius habendo in ſe præcellentiam qualitatum majorum, & ſuperiorum, utique exinde convincitur de irrationabili ju-
34 dicium Epiſcopi, & Parochialis adjudicanda venit eidem Antonio irrationabiliter rejecto, quem majoribus meritis præditum tam Bulla Piana, quam etiam Sacr. Canones præferendum eſſe diſponunt *in Canon. Si forte diſtinct. 63. ibi: is Metropolitani judicio præferatur, qui majoribus juvatur ſtudiis, & meritis: & in cap. Quoniam de Jurepatron.* ibi: *præficiatur Eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis:* Rot. *coram Otthobon. deciſion. 86. num. 7. & 8.*

Et ſane primo loco Antonius eſt magis aptus ad Pa-
35 rochialem ratione majoris literaturæ, quam in novo examine hic in Urbe habito propalavit in competentia Præelecti ab Ordinario. Major autem doctrina eſt multum conſiderabilis in hac materia quia alias ſi conſiderabilis non eſſet, ſuperfluum, & inane foret novum examen, quod conceditur appellantibus ab irrationabili, ut in puncto Pax. Jordan. *tom. 2. Lucubr. libr. 10. tit. 8. n. 206. verſ. Doctior minus docto,* Rot. *dec. 61. num. 1. verſ. Quoad doctrinam p. 3. Rec. & in Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Nam ne in ſuperveniente, coram bon. mem. Anſaldo, & in Comen. Parochialis 10. Januarii 1707. §. Nec urgere, coram bon. mem. Caffarello, & in Lunen. Sarzanen. Parochialis 2. Iulii 1706. per tot. coram bon. mem. Omanna.*

Immo in terminis terminantibus, quod ubi Epiſco-
36 pus præelegit ſuum Familiarem, qui in novo examine repertus fuerit minus doctus, appellans autem magis doctus, ex hoc tantum probatum dicatur irrationabile judicium Epiſcopi deciſum refert Gonzal. *ad regul. 8. gloſ. 4. n. 141.* ibi: *item in alia Dertuſen. Parochialis 18. Decembris 1581. fuit idem deciſum, ex eo quod electus erat Familiaris, & Secretarius Epiſcopi, & minus doctus, quam excluſus:* & bis deciſum fuit refert Ricc. *in prax. p. 1. reſol. 374. ſub num. 2.* ibi: *Judicium autem Epiſcopi fuiſſe irrationabile ex conjecturis apparere poterit, præſertim, &c. ſi Electus fuiſſet Familiaris, & Secretarius Epiſcopi, & minus doctus, quam excluſus: ut fuit deciſum in una Dertuſen. Parochialis, &c. & iterum in una Tuden. Parochialis.*

Secundo eſt magis idoneus ratione majoris experien-
37 tiæ, dum ipſe ordum exercuit Curam Animarum in aliis Parochiis, in quarum una hodie actualiter exiſtit, ſed etiam quia per ſex annos Curam exercuit in controverſa Parochiali, & fuit Populo gratus. In hac autem materia, ſi magis idoneus eſt ille, qui majorem habet aptitudinem ad Curam exercendam, certe dubitandum non eſt aptiorem, & digniorem eſſe Antonium, qui in actu practico Curam exercuit comparative ad Oppoſitorem, qui munus Secretarii callet, & nihil aliud habet quam miſerabilem, & valde curtam Theoricam oſtenſam in novo examine, quam fallibilem, & poſtponendam praxi, & experientiæ tanquam ſecuriori in his terminis dixit Rot. *in d. Placentina Parochiali 16. Martii 1708. §. Neque, & ſeqq. coram bon. mem. Anſald. & coram Otthobon. dec. 86. n. 12. & dec. 222. n. 8. & in rec. d. dec. 61. n. 1. verſ. item majorem experientiam p. 3. & coram Zarat. dec. 18. n. 7. & coram Pamphilio dec. 115. n. 1.* Pax Jordan. *tom. 1. lucubr. lib. 10. tit. 8. n. 211.* ibi: *Qui Curam Animarum exercuit otioſo, vel extra Curam laboranti.*

Fortius autem quia ſervitium ipſum præſtitum in controverſa Parochiali per plures annos indubitatam de jure prælationem meretur, itaut in concurſu aliorum ſem- 18
per præferri debeat, qui in ſervitio Eccleſiæ conſumpſit operam, & laborem, juxta *Text. in Canon. nullus invitis diſtinct. 61.* ibi: *Habeat unuſquiſque ſuum fructum militiæ in Eccleſia, & in qua ſuam per omnia Officia tranſegit ætatem in aliena ſtipendia minime alter obrepat, nec alis debitam alter ſibi vindicare audeat mercedem:* & communiter tradunt Pax. Jordan. *tom. 2. lucubr. lib. 10. tit. 8. numer. 203.* Rot. *dec. 210. numer. 21. part. 11. & dec. 220. n. 4. & deciſ. 238. n. 8 part. 16. & dec. 393. n. 28. p. 17. & dec. 659. n. 4. p. 18. tom. 2. rec. & coram Emerix. jun. dec. 125. ſub n. 3. verſ. tertio ab exercitio Curæ.*

Tertio eſt magis idoneus ratione majoris ætatis ſuperando Oppoſitorem in annis quindecim, magnam nam- 19
que conſiderationem meretur qualitas majoris ætatis in gubernio Curæ Animarum, cum majoritas ætatis majorem prudentiam præſeferat; ætas autem juvenalis in exercitio Curæ nimium periculoſa eſt, neque multum proportionata ad gravitatem, & metum reverentialem partes præcipuas Parochi habentia increpare, & vitia coercere, ut in terminis noſtris Pax. Jordan. *tom. 2. lucubr. lib. 10. tit. 8. n. 210.* Rot. *d. dec. 61. num. 1. verſic. nempe ætatem p. 3. rec. & coram Zarat. dec. 18. n. 3. & coram Emerix jun. d. dec. 125. ſub n. 3. & coram Otthobon. dec. 123. n. 10. & coram Peutinger. dec. 343. numer. 7. & dec. 394. n. 3. & in Calaguritana Quarti Beneficii 29. Aprilis 1699. §. Stabilitur, coram bon. mem. Anſaldo, & in Leodien. Beneficii 27. Junii 1707. §. final. coram bon. mem. Kaunitz.*

Quarto eſt magis idoneus tanquam Diœceſanus, im- 20
mo nativus ipſius Parochiæ, aut Villæ de qua agitur, hoc enim cauſa etiamſi Oppoſitor eſſet Diœceſanus, quod non ſubſiſtit, adhuc eſſet minus idoneus, & poſtponendus in concurſu Antonii originarii ipſius Parochiæ, Villæ patriæ, ſuæ cum primo præferatur qui eſt nativus loci, & ſecundario tantum qui eſt Diœceſanus, juxta *Text. in Canon. obitum, & Canon. nullus invitis diſtinct. 61.* & in puncto, Royas *deciſ. 289. num. 3.* Ete- 21
nim in Patria ſua quis regulariter magis diligit Eccleſiam, facilius reſidet, promptius, & efficacius ſuccurrit indigentiis, ut per hæc verba præciſa inquit Paſſerin. *de elect. cap. 30. numer. 26.* Pax Jordan. *tom. 2. lucubrat. tit. 8. lib. 10. numer. 202.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopor. allegat. 60. numer. 102. & ad Concil ſeſſ. 24. cap. 8. num. 130. verſic. originarius,* Rot. *dict. deciſ. 61. ſub numer. 1. p. 3. rec.*

Et hanc qualitatem tanquam directam ad melius ſervitium Eccleſiæ, & Animarum tanti momenti eſſe Do- 22
ctores cenſuerunt, ut præferendum eſſe dixerint dignum Patriotam alteri Forenſi quantumcunque digniori, ut bene Barboſ. *ad Concil. d. ſeſſ. 24. cap. 18. ſub num. 130.* Pax Jordan. *tom. 2. lib. 10. tit. 8. numer. 203. in fin.* Vivian. *de Jurepatron. lib. 2. cap. 9. n. 12.* Buratt. *deciſ. 22. n. 29. & 30.*

Hinc alias S. Rota retractavit electionem Epiſcopi tanquam factam de familiari, & forenſi in concurſu alterius doctioris reperti in novo examine, ut refert Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. quarta numer. 140.* ibi: *Conſtabat de gravamine, & doloſo judicio Ordinarii, eo ipſo, quod rejectus erat doctior repertus ab Examinatoribus Diœceſanis, electus autem erat familiaris ipſius Epiſcopi, & Forenſis:* Rot. *deciſ. 654. ſub numer. 5. verſ. & præſertim p. 3. diverſor.*

Quin-

Digitized by Google

Quinto eſt magis idoneus tanquam antiquior in pro-
23 motione ad Sacerdotium, quæ prælationem tribuit in hac materia comparative ad Juvenem recenter promotum, ut bene probat Pax Jordan. *tom. 2. lucubr. libr. 10. tit. 8. numer. 217.* Barboſ. *de offic. & poteſtat. Paroch. part. 3. capit. 1. numer. 119.* Rot. *in dict. deciſion. 61. numer. 1. verſ. item* Scobar *part. 3. & dec. 62. n. 6. p. 12. & dec. 659. n. 3. p. 18. & coram Priolo dec. 25. n. 2. & ſeqq. & coram Celſ. dec. 174. n. 1. & coram Emerix. jun. dec. 125. ſub numer. 3.*

Sexto denique eſt magis idoneus, quia habet pro ſe
24 benevolentiam, ſeu acclamationem Populi profuſe demonſtratam erga ejus Perſonam, quando Oppoſitor modis incongruis, ſeu artificioſis via reportavit conſenſum nonnullarum Mulieicularum, qui fuit poſtea retra-
25 ctatus, & declaratus per malas artes extortus. Quæ quidem Populi acclamatio tanquam conciliata ex ſervitio Parochiæ antea laudabiliter præſtito per Antonium, operatur totum in hac materia, & facit, ut ille dicatur magis idoneus, & ſervitio Eccleſiæ utilis, qui magis
26 Populo gratus melius præeſſe valet, & prodeſſe, ut inquit Rot. *in dict. Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. Reſpectu, coram bon. memor. Anſald.* ibi: *At quoad Regimen Animarum utique præponderat Populi, ſeu Parochianorum benevolentia profuſe demonſtrata erga Perſonam Andreæ, &c. Semper etenim, & præmaxime pro felici, & ſalubriori adminiſtratione Curæ ſpectabilis eſt, & ſpectari debet paſcendi Gregis affectio ad hoc, ut magis Populo gratus, melius præeſſe valeat, & prodeſſe.*

Supereſt, ut reſpondeam prætenſæ diffamationi, quæ
27 impingitur Antonio, ſed in hac parte ſufficienter reſponſum fuit ex probationibus facti oſtendentibus, totam hanc diffamationem fuiſſe data opera manipulatam ab uno ex Conſanguineis Oppoſitoris, juxta artificium, quo adverſus candidos Presbyteros in hoc puncto aſſecutionis Parochialium aliquando calumnioſe utuntur Collitigantes, ut videre eſt *in deciſ. 677. numer. 3. part. 4. diverſ.* ibi: *Neque obſtant exceptiones criminum hic per Informantes deductæ, quia illa, non repellunt Clericum a Beneficii adeptione niſi concurrat infamia: & in dict. Placentina Parochialis 16. Martii 1708. §. final. coram bon. mem. Anſald.* ibi: *De reliquo negligentes aures præbere criminationibus hinc inde ardore forſan, de quo ſupra tactis, & abſque ulla juridica juſtificatione excitatis.*

Ideoque tota hæc prætenſa diffamatio tollitur unica
28 reſponſione, ſcilicet, quod Epiſcopus dedit Antonio ampliſſimas Teſtimoniales quoad bonam famam, vitam, bonoſque mores, & ſimul ſpatio undecim annorum approbavit, & retinuit in exercitio Curæ Animarum, immo hodie etiam exiſtit in illo. Et hoc exuberat ad probandam calumniam ſomniatorum criminum, de quibus Antonius in nullo Tribunali inquiſitus reperitur, & conſequenter ad tollendam maculam diffamationis, ut in puncto reſpondet Rot. *in Dertuſen. Parochialis de Villafranca apud* Garz. *de Benef. p. 9. c. 2. n. 232. verſ. tum de illis in Teſtimonialibus*, & noviſſime Me ſcribente *in Saragon. Plebania 10. Decemb. 1706. §. Prout cor. bon. mem. Omanna.*

Fortius autem quia nulla adeſt probatio ſuper aſſertis delictis, nec ulla concurrit inquiſitio judicialis, quo caſo non dicitur adeſſe aliqua diffamatio, de quo lo-
29 quuntur Doctores, cum iſta tunc lædat hominis famam, illumque poſtponat in Beneficiis Curatis, quando eſt infamia juris, quæ inducitur per ſententiam, & prout habetur apud Paſſerin. *de elect. c. 25. n. 550. & ſeq.* ſecus autem quando adeſt mera infamia facti, ſeu (ut melius dicam) famoſus libellus factus per Conſanguineum Oppoſitoris cum auxilio ſuorum adhærentium; cum aures præberi non debeant calumniis, & ipſius Oppoſitoris machinationibus, & commentis, docente Damaſo Papa *in Can. non ſolum 11. q. 3.* ibi: *Non ſolum ille reus eſt, qui falſum de alio profert, ſed etiam is, qui aurem cito criminibus præbet:* & in puncto quod infamia facti non oriatur ex dicto malevolorum, vel paucorum eſt *Text. in cap. qualiter, & quando de accuſat.* ibi: *Per clamorem, & famam, &c. non quidem a malevolis, & maledicis, ſed a providis, & honeſtis: & in cap. inquiſitionis §. Quæſiviſti 21. eodem tit.* ibi: *Propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet cujus apud bonos, & graves læſa opinio non exiſtit:* & bene Paſſerin. *de elect. c. 25. num. 524. & 527. cum ſeqq.* & in his terminis Rot. *d. dec. 677. nu. 3. p. 4. diverſor.*

Hæc omnia notorie demonſtrant, quod Epiſcopus irrationabiliter fecit prælectionem proprii Secretarii, ſeu familiaris Juvenis 30. annorum inexperti Curæ Animarum, & Confeſſionum, extranei a loco, ſeu Villa, Sacerdotis recentis, Populo exoſi, & minima litteratura præditi; quando præferre debebat Antonium magis idoneum in toto genere, tanquam hominem magis doctum, practicum, & expertum Gubernatorem Animarum, ætatis maturum, originarium ipſius Parochiæ, Sacerdotem antiquiorem, & ab univerſo Populo acclamatum. Itaut iſte ſit unus ex illis caſibus conſideratis per Bullam Pianam circa prælectionem factam per Epiſcopos: *Carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationis judicium ſequentes.*

Et tamen accedunt exempla in fortioribus terminis.
Primum namque eſt illud, quod reſultat ex deciſis *in Dertuſen. Parochialis de Villafranca apud* Garz. *de Benef. p. 9. c. 2. n. 232.* ubi retractata fuit electio Epiſcopi facta de ejus Secretario ex eo tantum, quod iſte in Examine coram Metropolitano in gradu appellationis repertus fuerat minus doctus in concurſu Appellantis magis docti ibique concludit Rot. per hæc verba: *Tenebatur igitur Epiſcopus juſtum, & rationabile judicium proferre, &c. & ſic D. Gaudioſum ejus Secretarium non magis idoneum cæteris judicare;* & referendo, ac explicando hanc deciſionem tradunt Gonzal. *ad regul. 8. gl. 141.* Ricc. *in prax. p. 1. reſol. 374. ſub n. 2. in fin. verſ. tertio.* 30

Secundum reſultat in una *Civitatis Caſtelli Parochialis coram Orano*, ubi reſolutum fuit conſtare de gravamine, & doloſo judicio Ordinarii, eo ipſo quod rejectus erat doctior repertus ab Examinatoribus; Electus autem erat familiaris ipſius Epiſcopi, & Forenſis, ut teſtatur Gonzal. *d. gl. 4. n. 140.* 31

Et teſtatur etiam Rot. *in Ravennaten. Parochial.* regiſtrata apud Pax. Jordan. *tom. 2. lucubrat. lib. 10. tit. 8. n. 222.* quæ in contrarium allegabatur, & tamen expreſſa retorquetur, dum in ejus caſu non concurrebat electio familiaris, & forenſis, quo ſtante admittit irrationabilitatem judicii Epiſcopalis, ibi: *Neque deciſiones in Cauſa Civitatis Caſtelli Parochial. & in Cauſa Aretina Cappellaniæ dicunt contrarium, nam in illa Civitatis Caſtelli docebatur de gravamine oſtendendo irrationabile, & doloſum judicium Ordinarii per multa, quæ adducebantur; & præſertim cum electus eſſet ejus familiaris, & forenſis, non electus eſſet ejuſdem Diœceſis, & repertus magis idoneus ab Examinatoribus:* quæ deciſio repetita legitur apud Garz. *de Benef. p. 9. cap. 2. n. 250. & p. 4. diverſ. dec. 654. ſub n. 5.* 32

Tertium habetur in una *Tuden. Parochial. coram Sacrato*, ubi propter plures qualitates, quæ concurrebant in Rejecto, nempe majoris ætatis, antiquioris Ordinis, majoris experientiæ, & naturalitatis loci, deciſum fuit conſtare de irrationabili judicio Epiſcopi, & adjudicandam Parochialem Appellanti, ut pariter teſtatur Gonzal. *d. gloſſ. 4. nu. 143.* & Ricc. *d. reſol. 474. num. 2. in fin.* 33

Quid ergo dicendum in caſu iſto, ubi tot, tantæque qualitates ſubſtantialiſſimæ concurrunt in Appellante, quæ illum digniorem, & digniſſimum reddunt comparative ad Oppoſitorem, qui nullam pro ſe aliam qualitatem allegare poteſt, quam quod ſit Juvenis Secretarius Epiſcopi, & qui nunquam audivit confeſſiones, vel agnovit, quod ſit exercitium curæ Animarum; itaut multo magis ad caſum iſtum applicabilia ſint verba Rot. *in Dertuſen. Parochialis coram Gipitio apud* Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. n. 232.* ſuperius tranſcripta, & hic neceſſario repetenda ibi: *Tenebatur igitur Epiſcopus juſtum, & rationabile judicium proferre & ſic ejus Secretarium non idoneum cæteris judicare.*

Præſumptio, quod Ordinarius in prælectione reſpicere potuerit ad mores, prudentiam, pietatem, aliaſque ſimiles qualitates, ultra quod non procedit ob contrariam præſumptionem reſultantem ab electione familiari *ex ſuperius diſcuſſis*, limitatur in præſenti, ubi An- 34

tonius

ſonius rejectus fuit alias judicio Epiſcopi electus, & approbatus ad curam Animarum ſignanter controverſiæ Parochialis, tunc enim mores, prudentia, pietas, aliæque qualitates præſumuntur eodem modo extare in Antonio Rot. *cor. Otthobon. dec.* 86. *n.* 9. *&* 10. & ſic data paritate in his, remanet ille ſuperior in doctrina, ætate, ſacerdotio, & naturalitate, Panimoll. *dec.* 101. *annot.* 1. *n.* 25.

Imo major prudentia, & magis caſtigati mores præſumuntur extare in Antonio, utpote ætate ſeniori, quam in Oppoſitore juniori, & rurſus tanquam experto in exercitio muneris Parochialis, reſpectu ad alterum inexpertum, & per ſex tantum menſes applicatum unius Parochialis curæ nam major aptitudo ratione morum, & qualitatum Perſonalium præſumitur extare in Practico, quam in Inexperto, & Ordinarius non potuit cognoſcere majores qualitates morales in eo, qui in actu practico minus ſe geſſit comparative ad practicum, & expertum.

Dum ſuperius tractavi de Familiare Epiſcopi, quem ipſe præelegit ad Parochialem, occurrit mihi dubium, ſuper quo nuper pro veritate interrogatus extiti ab Epiſcopo certæ Diœceſis, utrum nempe poſſet ipſe ordina-
35 re ſuum familiarem triennalem ad titulum Patrimonii, vel ad titulum Beneficii inſufficientis cum ſupplemento ex Patrimonio, in quo ita reſpondi.

Certum eſt, quod in terminis Conc. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 9. poteſt Epiſcopus Familiarem ſuum triennalem ordinare etiam ad titulum Patrimonii per ipſum conſtituti abſque neceſſitate ei conferendi Beneficium, ut ex reſolutione S. Congregationis apud Paſſ. *de reſignat. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 91. Garz. *de Benefic. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 80. *& ſeqq.* Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 33. Bonacin. *de cenſur. to.* 3. *diſp.* 9. 1. *punct.* 11. *n.* 12. dummodo id fiat ob neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ, & adſcribatur alicui Eccleſiæ Garz. *ubi ſupra n.* 82.

Hodie tamen poſt emanatam Conſtitutionem In-
36 noc. XII. incipien. *Speculare* in ejus Bullar. *Conſtit.* 44. §. 16. Sac. Congregatio Concilii in una Tricaricen. 27. Julii 1697. negative reſolvit, ut refert Monacell. *in formul. to.* 1. *tit.* 3. *formul.* 17. *n.* 2. *&* 3. ubi quod requiritur, ut Epiſcopus conferat Beneficium Familiari, nec ſufficit titulus Patrimonii ad hunc caſum.

Minuſque ſufficit titulus Beneficii inſufficientis, quod fuerit ſuppletum ex Patrimonio etiamſi illud
37 Beneficium fuerit collatum ab Epiſcopo, cujus ordinandos eſt Familiaris, eo minus quando Beneficium obtentum, eſt in alterius Diœceſi, ut in præciſis terminis probat Monacell. *in formul. to.* 3. *in fin. in appendice in formul. renunc. Cleric. n.* 52. *verſ. Tertium dubium, & n.* 53. *cum duob. ſeqq. fol.* 233. *& t.* 4. *in ſupplem. ad t.* 3. *n.* 187. *fol.* 108. ubi quod Ordinatus titulo familiaritatis ad titulum beneficii, quod obtinet in aliena Diœceſi, illicite ordinatur, & ſuſpenſionem incurrit ex reſolutione Sac. Congregationis Concilii *in Falginaten.* 6. *Septembr.* 1687.

ASTEN. NULLITATIS Profeſſionis.

ARGUMENTUM.

Profeſſio emiſſa in Religione remanet nulla non ſolum ſi probetur facta per vim, ac metum, ſed etiamſi conſtet factam fuiſſe per conſenſum ficte præſtitum ex aliqua honeſta cauſa, dummodo conſtet de fictione in foro externo.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Profeſſio emiſſa per conſenſum coactum non ſubſiſtitur.*
3 *Metus reverentialis una cum minis ſufficit ad juſtum, & gravem metum.*
4 *Negare alimenta eſt ſufficiens ad Cauſa metum.*
5 *Item timor magna verecundia.*
6 *Item amiſſio majoris partis bonorum.*

7 *Proteſtationes oſtendunt animum coactum etiam extrajudiciales, & clandeſtinæ.*
8 *Lacrymæ, & ſuſpiria in actu profitendi probant coactionem, immo etiam reclamationes poſteriores.*
9 *Metum probant Teſtes ſingulares, & quando.*
10 *Ad annullandum Matrimonium Spirituale probandus eſt conſenſus coacte datus.*
11 *Ad eumdem effectum ſine vi, & metu ſufficit probare conſenſum fictum ex cauſa honeſta.*
12 *Et quid ubi in foro externo conſenſus fictus probari non poſſet.*
13 *Probatio ficti conſenſus in foro externo fieri poteſt per indicia, & vehementes præſumptiones, & num.* 18.
14 *Proteſtatio antecedens probat conſenſum fictum, & num.* 15.
16 *Quando non cenſeatur receſſum ab hac proteſtatione.*
17 *Teſtis amicus, & Religioſus quando plene probet.*
19 *Continuatio proteſtationis animum fictum magis probat.*
20 *Quando credendum ſit juramento Profeſſi ſuper ficto conſenſu.*
21 *Reclamationes ſtatim poſt emiſſam Profeſſionem magis comprobant animum ficta Profeſſionis.*
22 *Relationi, & Voto Epiſcopi eſt defferendum, & quare.*
23 *Qualis ſit cauſa honeſta pro annullanda Profeſſione ex cauſa conſenſus ficti.*
24 *Regiſtratur Deciſio in Jannen. Profeſſionis cor. Molinæ.*

DISCEPTATIO CX.

CArolus Franciſcus de Regibus ſuſcepto ex primis nuptiis Joanne ejus filio, vix ad ſecunda vota tranſivit, quod ad inſtigationem ſecundæ Uxoris obligatus, paterni amoris, odio proſequi cœpit præfatum Joannem, donec procreatis ex hac ſecunda uxore pluribus filiis determinavit illum de domo ejicere, & a ſuis oculis avertere, totus intentus amori filiorum ſecundi matrimonii, utque dictam Joannem ſpoliaret omnibus bonis ſibi debitis, ſimulavit pro illo emere Officium Secretariatus Cameræ Regiæ Celſitudinis Sabaudiæ, pretio librarum 15. mil. ſub conditione tamen perficiendi hanc emptionem mediante publico Inſtrumento, in cujus actu ſolvendum foret pretium.

Quia vero intuitu hujus acquiſitionis faciendæ cogere volebat miſerabilem hunc juvenem, ut prius renunciare deberet omnibus bonis ſibi quomodolibet ſpectantibus ad effectum, ut facta prius renunciatione iſta, juvenis privatus remaneret omnibus bonis etiam ſine acquiſitione Secretariatus, cujus acquirendi animum non habebat, per contrarium autem filius recuſavit prius renunciare, Pater exinde indignatus receſſit ab emptione officii, non obſtante quod, & Pater, & Filius ex cauſa emptionis congratulationes amicorum recepiſſent. 1

Diſſoluta hac emptione ſtatim publice apparuit malus erga filium Genitoris animus, etenim tam eidem filio, quam aliis perſonis palam expreſſit ejus intentionem, quæ erat ut Joannes habitum regularem aſſumeret, & hoc modo ab oculis Patris ſeſe averteret, alioquin coactus fuiſſet: *Di dare nelle beſtialità di venire ad atti irretrattabili, e di cimentarſi à qualche barbara reſolutione:* & non ſolum verbis ſe continuit, verum ulterius proceſſit, nam ad hunc effectum verberibus illum percuſſit, e domo paterna ejecit, & omnia neceſſaria ad vitę humanę ſubſtentationem ei denegavit.

Deſtitutus itaque omni humano auxilio infelix juvenis ad Civitatem Taurinenſem ſe contulit, ubi per plures dies oportuit mendicare victum ab Amicis, & Conſanguineis, mox autem in tali miſeriæ ſtatu perſeverare non valens, violentiæ paternæ cedere coactus fuit ingrediendo in Religionem Cartuſianorum, ſed antequam habitum regularem aſſumeret, comparuit coram Senatu Taurinenſi, ubi ſolemnem proteſtationem emiſit in hunc modum.

Ha deliberato di ritirarſi in qualche Religione, &c. con animo però di mai voler fare alcuna valida Profeſſione nella Religione, che ſia per entrare, per qualunque atto, che poſſa fare, da cui ſi poſſa arguire il ſuo conſenſo.

Perciò acciochè di tal ſua preciſa volontà ne conſti in ogni tempo hà quivi il detto Signor Giovanni di Rege dichiarato, e proteſtato, come in queſti ſcritti proteſta, che venendo il medeſimo ad entrare in qualunque Religione per qualſiſia atto, che ſii per fare, e per qualſiveglia eſpreſſione di conſenſo, che ſi poſſa in avenire ritrovarſi dal medeſimo fatto di Profeſſione Religioſa, e ſotto qualſiveglia ſolennità eſſo non intende obligarſi in modo alcuno all' oſſervanza d' alcuna Regola, nè Conſtitutione di tal Religione in cui ſia per entrare nè ad alcuno altro vincolo.

Intendendo eſpreſſamente, che qualſiſia atto, che ſia per fare come ſopra, quando anco foſſe replicato, s' abbi per irrito, caſſo, e nullo, e non ſortiſca alcun' effetto, anzi, che s' abbi al tempo avanti, o doppo ogn' atto, da cui poſſa arguirſi la Profeſſione ſudetta per repetita la preſente proteſta, e mai a queſto s' intenda renunciato per qualſiſia atto contrario anche di eſpreſſa renuncia.

Prævia igitur hujuſmodi proteſtatione, & declaratione animi, deſperatione ductus habitum in Religione Carthuſianorum aſſumpſit mutato nomine Joannis in Marcellum, & ſucceſſive ſemper continuavit in eodem determinato animo nunquam profitendi; nam pendente anno Novitiatus, pluries conqueſtus fuit cum Patre Magiſtro Novitiorum, & ſimul Vicario; quod ejus intentio aliena prorſus erat a vinculo Religionis, qui Pater Magiſter illi reſpondit: *Ch' era in obligo d' uſcire dalla Religione*: eamdemque conqueſtionem emiſit cum Dominico Ferretio tunc Connovitio.

Proximum erat tempus, emittendi Profeſſionem, quando infelix Juvenis ad ſibi magis præcavendum ſcripſit geminas epiſtolas duobus ejus Familiaribus, ſeu Amicis, ubi enarrando quod ſcribebat de conſenſu Patris Magiſtri Novitiorum expoſuit ſe reperiri in ſtatu miſerabili, & rigoroſo Novitiatus ex cauſa ſævitiarum Patris, & Novercæ, qui ambo eum coarctabant ad Religionem, & propter hoc (ſunt verba præciſa) *mio Sig. Padre, come lei sà, mi ha battuto grandemente maſſime l' anno paſſato, &c. fomentato da una Madregna, che non mi puol vedere, e vuole, che tutta la robba reſti alli ſuoi figli del ſecondo letto*: illiſque ſignificavit, quod licet cogeretur ſtare interim in Religione, & profiteri adhuc tamen ficte intenderet profiteri ibi: *m' intendo di veramente non profeſſare avendo intentione fin hora per allora di non ligarmi, ne con voti ſoliti à farſi da veri Profeſſanti in queſta Profeſſione Certoſina &c. ma di reſtare in mia totale liberta d' aſcire a ſuo tempo, come ſe non profeſſaſſi, e per mia giuſtificatione ſarà contento di conſervare queſta in tempo di mio richiamo a Roma, che indobitatamente ho io in mente di fare, prima che ſpiri il quinquennio.*

Cum his reiteratis proteſtationibus, & animi declarationibus tandem die 18. Octobris 1701. verbis quidem, ſed non animo Profeſſionem emittere coactus fuit, non ſolum tunc in actu Profeſſionis, ſed etiam poſt, oſtendendo internum animi mœrorem, & averſionem a Religione mediantibus lacrymis, & ſingultibus, ita, & taliter, quod ipſimet Superiores jam optime conſcii, quod Juvenis Profeſſus reclamandi animum habebat, ut illum ab hac præmeditata reclamatione diverterent, ex improviſo ei intimarunt obedientiam, injungentes, ut una cum Patre tunc Priore, & nunc Viſitatore ad Monaſterium Parmæ ſe conferret, ſuperaddita etiam prohibitione alloquendi in itinere cum propriis ejus Conſanguineis.

Perventus ad Monaſterium Civitatis Parmæ toto tempore, quo ibi infelix Juvenis commoratus eſt, ſemper in animo retinuit reclamandi ſuper nullitate Profeſſionis, & ad hunc effectum ſub die 24 Septembris 1706. & ſic antequam laberetur quinquennium recurſum habuit ad Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, & in ea porrexit ſupplicem libellum, in quo exoravit, ut Eminentiſſimi Patres dignarentur eidem Oratori concedere locum aptum ad effectum, ut præſtare poſſet aſſiſtentiam defenſioni Cauſæ ab eo introducendæ ſuper nullitate Profeſſionis, & interim quod demandaret dictum ſupplicem libellum regiſtrari debere, ut apparere poſſet, ipſum ante lapſum quinquennii reclamaſſe, & reſponſum obtinuit: *Procuratori Generali pro informatione, & voto ſuper prætenſa nullitate Profeſſionis, & reclamatione Oratoris, & dimittatur copia ſupplicis libelli penes Secretarium.*

Et quia idem Procurator Generalis informare recuſavit, porrexit Summo Pontifici preces ab eo remiſſas Sac. Congregationi Concilii, in qua emanavit reſcriptum injungens Epiſcopo Aſten. ut audito Superiore locali proceſſum conficeret, & illum cum ejus Voto ad ipſam Sacram Congregationem traſmitteret, prout tranſmiſit una cum Proceſſu, & in eodem Voto firmiter concluſit pro nullitate Profeſſionis; Hinc ego aſſumptus ad defenſionem in Sac. Congregatione dicebam: *conſtare de nullitate Profeſſionis*: prout obtinui, ut habetur in reſolutione ſuperius impreſſa *diſcept*. 58. *n*. 47. Ita ergo pro reſolutione ſcribebam.

Ex relata enim ſerie facti conſtat hunc Juvenem non emiſiſſe Profeſſionem mediante conſenſu libero, ſed coacto per vim, & metum Caroli Franciſci ejus Patris, ideoque cum in ſpirituali Matrimonio, ſicut & in carnali, requiratur omnimoda libertas conſenſus, inde ſequitur Profeſſionem emiſſam conſen- 2
ſu coacto non ſubſtinere, nam Deus voluntarios ſibi Milites eligit, coacta vero ſervitia contemnit, juxta *Text. in Can. non eſt* 15. *quæſt. prima, & in Can. Jam vero* 23. *q*. 6. a Spirit. Sanct. *conſult*. 63. *num*. 6. Pignatell. *conſult*. 173. *n*. 43. *tom*. 9. Panimoll. *dec*. 29. *n*. 5. & 6. Rot. *cor. Buratt. dec*. 205. *n*. 24. & *cor. Arguell. dec*. 9. *n*. 42. & *ſeqq*.

Iſte autem metus probatur priori loco ex indignatione Caroli Franciſci Patris, qui ut omnia bona reſervaſſet Filiis ſecundi Matrimonii primo loco tentavit, ut Joannes renunciaret illis ſub falſo prætextu emendi pro illo officium Secretariatus, & quia renunciationem obtinere non potuit, ſtimulante Noverca beſtialiter exclamabat: *che eſſo Signor Giovanni omninamente ſi faceſſe Frate, perche haveva molti Figli del ſecondo letto, alli quali era in obligo di penſare, altrimenti ſaria coſtretto di dare nelle beſtialità, e di venire ad atti irretrattabili*: Inde autem poſt ſæpius iteratas minas erga Filium uſque ad terrorem: *di dividerli il capo in quattro parti*: addidit verbera, ex qui- 3
bus miſer Juvenis coactus fuit aufugere de Domo Paterna; Quando autem agitur de Patre, cujus reſpectu militat metus reverentialis, una cum probatione minarum, exinde juſtus, & gravis metus evincitur, eoque magis junctis verberibus, & ſic cruciatu corporis, ut docet *Text. in cap. Cum dilectus, verſic. Neque cruciatum corporis de his, quæ vi, metuſque cauſa*, & optime conſiderat ad effectum nullitatis Profeſſionis Pignatell. *conſult*. 173. *num*. 47. *tom*. 9. Rota *cor. Royas dec*. 491. *per tot. ſignanter num*. 6. a Spirit. Sanct. *conſultat*. 63 *ſub num*. 2. *in fine* Portell. *Dub. regul. part*. 2. *caſu* 32. *num*. 3. Ciarlin. *controverſ. lib. primo cap*. 18. *num*. 32.

Secundo, quia Filius extra Domum Paternam expulſus, & privatus alimentis Paternis, ne fame periret prius coactus fuit mendicare per aliquot dies, & ad effectum ſe ſubſtentandi mobilia minuta vendere, mox autem oportuit, ut quæreret, cedere violentiæ Paternæ intrando in Religionem, eo enim ipſo, quod propter 4
indignationem Patris Filius privatur alimentis, & propter hoc cogitur Religionem ingredi, dicitur metu inductus, quia negare alimenta eſt necare, ſufficiens ad probationem metus, *Text. in leg. Necare videtur. ff. de liber. agnoſ.* & in ſpecie Lezzana *in Summ. quæſt. Regularium in verbo profeſſio numer*. 16. *in fine*, Pignatell. *conſult*. 173. *n*. 86. Rota *coram Buratt. dec*. 205. *n*. 9. & *coram Ubald. dec*. 234. *n*. 7. & *coram Arguelles dec*. 9. *n*. 13.

Tertio accedit cauſa metus ex amiſſione honoris, 5
ſeu timore magnæ verecundiæ, ex quo Carolus Franciſcus Pater quodquam publice apocam fecerat emptionis Officii Secretariatus, & publicas congratulationes ſuſceperat tam ipſe, quam Filius, deinde noluit emptionem perficere, quia Filius, renunciare

dene-

Digitized by Google

denegavit omnibus bonis, propter quod non poterat amplius publice comparere in Civitate ex cauſa gravis erubeſcentiæ, ibi: *per non ſtare al Secolo con ſi grave ſmacco di ſua riputatione, &c. hà deliberato di ritirarſi in qualche Religione ſegreta dalla frequenza del Mondo, &c. con animo però di mai voler fare alcuna Profeſſione*, quæ etiam cauſa per Doctores aſſignatur ad effectum probandi juſtum metum, ſcilicet timor magnæ verecundiæ, itaut quia non poſſet apparere ſine dedecore, ut probatur a Spiritu Sanct. *d. conſult.* 63. *n.* 2. ibi: *Secunda cauſa gravis metus cadentis in Virum conſtantem, eſt timor magnæ verecundiæ, &c. itaut non poſſet apparere ſine dedecore:* Boſſ. *de Matrimon. cap.* 12. *n.* 46. ubi plures concordantes.

Quarto concurrit altera cauſa metus propter amiſſionem, vel omnium, vel majoris partis bonorum,
6 dum Pater ſtrangulare volebat Filium ad renunciandum omnibus bonis ex cauſa emptionis ſimulatæ Officii Secretariatus, quod pariter coegit animum Juvenis ad intrandum in Religionem, ut ſic Pater molliretur tractu temporis, nec denegaret quidquid de Jure ei debebatur, ut in relata proteſtatione: ibi: *per movere in tal maniera ſuo Padre a non fargli torto di cio che per ragion di natura gli può eſſer dovuto, mentre il detto Comparente non gli hà dato cagione alcuna di privarlo della portione, che gli può ſpettare delli Beni ſudetti*, cum inter cauſas gravis metus connumeretur etiam iſta amiſſionis omnium, vel majoris partis bonorum, ut tradit Lezzana *in Summ. quæſt. Regul. in verbo profeſſio num.* 16. *verſic. Nono amiſſionis*, a Spiritu Sanct. *d. conſult.* 63. *verſ. quinto metus*, Sanchez *de Matrimon. lib.* 4. *diſput.* 5. *num.* 20. Farinac. *in Fragmen. in verbo metus reverentialis num.* 89. Rota *coram Emerix Jun. dec.* 732. *n.* 9. *&* *dec.* 870. *n.* 3.

Ex qua cauſa metus multipliciter probata, ſequitur probatio conſenſus coacti ad intrandum in Religionem, & profitendum, dum Joannes ante ingreſſum publice, & palam declaravit ſe coacte ingreſſurum Religionem ex cauſis ſuperius expoſitis, & ſic adeſt proteſtatio ante ingreſſum, adeſt etiam proteſtatio poſt ingreſſum, quia tempore proximo ad Profeſſionem ſe declaravit cum Patre Magiſtro Novitiorum, de cujus conſenſu ſcripſit duas Epiſtolas duobus ejus Familiaribus proteſtando animum ſuum de non profitendo; Iſtæ autem proteſtationes apertiſſime oſten-
7 dunt animum coactum Juvenis, & averſum a Religione, tam ſi agatur de Judicialibus, quam extrajudicialibus proteſtationibus, ut in puncto Pignatell. *d. conſul.* 173. *n.* 76. *&* 101. Rota *dec.* 379. *n.* 7. *part. prima, & dec.* 705. *num.* 5. *part.* 2. Rec. Immo ſufficere clandeſtinas proteſtationes dicunt Addeo. ad Greg. *dec.* 326. *num* 50. Ciarlin. *controverſ.* 108. *numer.* 50. Rota *coram Penia dec.* 1210. *num.* 4. & de expreſſionibus factis cum Familiaribus, & Amicis, Pignatell. *d. conſultat.* 173. *nu.* 159. Rota *coram Dunozett Jun. dec.* 930. *ſub n.* 3. *verſic. Accedentibus, & cor. Emerix Junior. dec.* 870. *n.* 11.

Adeſt denique reclamatio intra quinquennium tam poſt, quam etiam in ipſo actu Profeſſionis, ubi pro-
8 bantur lacrymæ, ſingultus, & ſuſpiria, qui actus ſubſequentes demonſtrant cauſam metus præcedentis, ut præſertim conſiderando ſigna triſtitiæ in actu profitendi, advertunt Rot. *cor. Gregor. dec.* 326. *num* 41. *& coram Arguell. dec.* 9. *num.* 37. *& cor. Dunoz. Jun. dec.* 930. *num.* 3. & plene proſequitur Pignat. *d. conſult.* 173. *n.* 74. *tom.* 9.

Licet enim hujuſmodi lacrymæ, & ſingultus in actu profitendi deſumantur ex depoſitione Connovitii; attamen in hoc probant etiam Teſtes ſingulares, quando prout hic adminiculantur ex proteſtationibus, &
9 actibus tam antecedentibus, quam ſubſequentibus, Pignatell. *d. conſultat.* 173. *n.* 148. *tom* 9. Rota *coram Greg. dec.* 374. *n.* 21. *&* 22. *& deciſ.* 376. *n.* 47. *& cor. Emerix Jun. dec.* 870. *n.* 6. *&* 7. Arguell. *deciſ.* 9. *num.* 77. immo ſufficere ad hunc effectum indicia, & conjecturas inquit Pignatell. *d. conſult.* 173. *n.* 46. Giovagnon. *conſ.* 67. *n.* 69. *libr. primo*, Rot. *coram Gregor. dec.* 351. *n.* 6. *&* 7.

10 Hæc omnia probare videntur, Juvenem iſtum coacto per vim, & metum emiſiſſe profeſſionem, quæ propterea ex hoc capite non ſubſtinetur; Verum, ubi etiam dubitari poſſet ſuper circumſtantiis hujus *vis & metus*, ſufficientis vel non, adhuc etiam præſcindendo a vi, & metu, profeſſionem vere, & propria in caſu iſto non ſubſiſtere dicebam ex negabili *defectu conſenſus*, quod ut facilius percipiatur diſtinguebam duos Caſus.

Primus eſt ille, de quo hactenus egimus, quando ſcilicet aliquis profitetur in Religione per vim & metum, & in iſto caſu requiritur rigoroſa probatio vis & metus cum ſuis requiſitis, & circumſtantiis, eo 10
quia, qui profitetur coacte, dicitur conſentire, ſed non libere, nam voluntas etiam coacta, eſt voluntas, ideoque ut profeſſio nulla remaneat, opus eſt probare conſenſum datum qualificative, ſeu coacte, ut qualitas iſta eum deſtruat, & reddat inſufficientem pro Matrimonio ſpirituali, ut animadvertunt Gonzal. *in cap. primo num.* 15. *de his quæ vi metuſque cauſa fiunt* Pignatell. *de conſult.* 173. *num.* 38 Rota *dec.* 643. *num.* 28. *&* 29. *part.* 1. *rec.* a Spirit. Sanct. *dicta conſultat.* 63. *num.* 10. *&* 12.

Alter caſus eſt ubi aliquis emittit profeſſionem verbis, ſed ficte, ſcilicet animo, & intentione non profitendi, idque facit *ex aliqua honeſta cauſa*, & in caſu iſto nulla adeſt neceſſitas probandi vim, & metum, 11
ſed ſufficit probare, quod animum profitendi quis non habuerit, motus ex aliqua cauſa dummodo honeſta, non autem inhoneſta, ea ratione, quod agitur de probando totali defectu conſenſus, ſeu nullo modo vere, & realiter præſtiti in profeſſionem, qui defectus conſenſus operatur, ut nemo dici poſſit Monachus, vel Profeſſus, ut in puncto firmat Pignatell. *dicta conſultat.* 173. *numer.* 68. *tom.* 9. ibi: *Secluſis vi, ac metu nulla eſt profeſſio ex defectu conſenſus, reſultante præſertim ex proteſtatione, &c. quod nullo modo volebat Religionem profiteri, & quod, &c. reclamaſſet, adhuc Profeſſione emiſſa irritando omnes actus ex quibus manifeſte appareat defectus conſenſus, qui eſt de ſubſtantia Profeſſionis:* A Spiritu Sancto *dicta conſult.* 63 *num.* 8. ibi: *Immo ſi conſtiterit illum feciſſe ſaltem proteſtationem ante ſumptionem habitus, id ſufficit ad annullandam Profeſſionem, & ſi aliter metus non probetur:* Portell. *in dub. Regular. in verbo Profeſſio num.* 11. Donat. *in prax. Regular. tom.* 2. *tractat.* 11. *de Profeſſione nulla quæſt.* 13. *numer.* 8. Rota *deciſ.* 499. *per tot. part.* 14. *recent. & in Januen. Profeſſionis* 3. *Julii* 1702. §. *Et exordiendo cum ſeqq. coram bon. mem. Molines.*

Cum hac tamen diſtinctione, quod aut ille, qui in actu Profeſſionis ficte conſenſit, nec animum habuit profitendi non poteſt probare hanc fictionem, & 12
hunc animum per proteſtationem, alioſque modos, & tunc in Foro externo remanet quidem Monachus, ſeu Profeſſus, non tamen eſt talis in Foro interno, & apud Deum, qui ſcrutator eſt cordium, & propterea dicunt Doctores, quod iſte licet in foro externo debeat remanere Religioſus, ut in *cap. Viduæ de Regul. & Can. quod interrogaſti diſtinct.* 27. attamen remoto ſcandalo occaſione ſibi præſtita poteſt fugere de Religione, neque ſi fugiens in foro conſcientiæ erit obnoxius Apoſtatarum pœnis, ut communiter aſſerunt Donat. *in prax. ubi ſupra tractat.* 11. *quæſt.* 13. *numer. primo*, Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *quæſt.* 39. *num.* 11. *verſic. Et in alio ſimili*, Portell. *in dub. regular. in verbo Profeſſio num.* 11. Henriquez *de Matrim. lib.* 11. *cap.* 11. *num.* 11. *litt. V.* Morell. *tom.* 2. *diſputat.* 4. *de lege Eccleſiaſt. cap.* 14. *dub.* 8. *diffic.* 10. *n.* 79. Sotus *de Juſt. & Jur. lib.* 7. *quæſt. prima artic.* 2. *verſic. An vero qui tale votum.*

Aut vero, qui animum profitendi non habuit poteſt id probare per proteſtationem, per Teſtes, vel 13
alios modos etiam per indicia, & vehementes præſumptiones, & tunc etiam in foro externo dimittendus venit a Religione tanquam nullo remanente voto, ſeu Profeſſione ex defectu conſenſus, ut probat *Gloſſ. in Can. quod interrogaſti diſtinct.* 27. *in verbo & finxit, & in cap. Vidua de Regular. in verbo licet Sacramento*, Turrecremata *in Can. quod interrogaſti diſtinctio* 27. *n. primo*, ubi quod ſi quis profeſſus fuerit

Non ea intentione, ut ſit Monachus, vel Monacha, ſed ob aliud, puta propter coarctationem famis, vel propter motum alicujus ſcilicet Principis, vel raptoris, & corruptoris vel propter aliud, quod ille non ſit Monachus, vel Monacha, & debet abſoluti a Monaſteria ſi hoc poteſt probare per legitimos Teſtes, vel violentiſſimam præſumptionem, concordat Geminian. num. 6, Præpoſitus n. 9. ibi; *Aut ſumus in fora Contenſioſo, & tunc, &c. ſi poteſt per aliqua ſigna extrinſeca, &c. apparere de intentione, quod non facit anima ſe obligandi, & tunc non induceretur profeſſio, & hoc ipſum dicunt Canoniſta in dict. cap. Vidua de Regular.* nempe Innocent, *num. 5. in fine*, Hoſtien. *nu.* 10. *verſ. Sed & tales*, Portell. *in dub. Regular. in verbo Profeſſio n.* 11. *verſ. Probatio vero*, Donat. *in prax. regular. tom.* 2. *tract.* 11. *de Profeſſ. nulla n.* 8. Paſſerin. *de ſtat. homin. q.* 189. *art.* 10. *n.* 42. *& ſeqq.* Rot. *d. dec.* 499. *n.* 2. *& ſeqq. par.* 14. *recent.*

Applicando ad rem clare patet quæſtionem iſtam vere, & realiter ſtare in hoc ſecundo caſu, quod nempe iſte Juvenis, vere, & proprie in actu profitendi animum non habuit profitendi, & iſte eſt punctus, ubi concurrit probatio omni ex parte perfecta, quia concurrit animus vere non profitendi una cum honeſta cauſa ha fingendi conſenſum in Profeſſione citra animum, & intentionem ſe obligandi.

Hic ſane animus non profitendi per conſenſum in Profeſſione magis clare probari non poteſt, ſi attente examinetur ſolemnis illa proteſtatio, quam Juvenis iſte fecit, coram Senatu Taurinenſi, antequam ingrederetur in Religionem; Ibi enim declaravit, quod per quemcunque conſenſum ab ipſo præſtandum in actu Profeſſionis non intelligebat habere animum profitendi ibi; *Con animo però di mai voler fare alcuna valida Profeſſione nella Religione, che ſia per entrare per qualunque atto, che poſſa fare da cui ſi poſſa arguire il ſuo conſenſo.* Quæ quidem proteſtatio
14 manifeſte probat in foro externo actum futuræ Profeſſionis ſimulare faciendum verbis, animo autem illum vere non faciendi, ut tradit Gonzal, *in cap.* 1. *n.* 7. *de his quæ vi metuſque cauſa*, & in puncto Pignatell. *dicta conſultat.* 173. *num.* 68. a Spiritu Sanct. *dicta conſultat.* 63. *num.* 8. *verſ. Immo*, cum aliis infra allegandis.

Fortius autem quia in eadem proteſtatione ulterius proſequendo, non contentus declaratione ſuperius expreſſa, adjecit: *Proteſta che venendo il medeſimo ad entrare in qualunque Religione per qualſiſia atto, che ſii per fare, e per qualſivoglia eſpreſſione di conſenſo, che ſi poſſa in avenire ritrovarſi dal medeſimo fatto di Profeſſione Religioſa, e ſotto qualſivoglia ſolennità, eſſo non intende obligarſi in moda alcuno all'oſſervanza di alcuna Regola ne Conſtitutione di tal Religione in cui ſia per entrare, ne ad alcuno altro vincolo, intendendo eſpreſſamente, che qualſiſia atto, che ſia per fare, come ſopra quando anca foſſe replicato s'habbi per irrito, caſſo, e nullo, e non fortiſca alcun effetto, anzi, che s'habbi al tempo avanti, e doppo ogn' atto da cui poſſa arguirſi la Profeſſione ſuddetta per repetita la preſente proteſta, e mai à queſto s'intendarenunciata per qualſiſia atto contrario anche di eſpreſſa renuncia.* Dari autem non poteſt melior probatio ficti conſenſus in Profeſſionem, niſi per præambulam proteſtationem, in qua ita fuerit declaratum, ut probant auctoritates mox adductæ.

Et in terminis punctualibus docet *Gloſſ. in dicto Cap. Vidua de Regular. in verbo licet Sacramento*, ubi quod fictus conſenſus in Profeſſionem ad effectum illam reddendi nullam probatur per antecedentem proteſtatio-
15 nem, dicendo ibi: *Quicumque ergo ficte Monaſterium vult intrare ex honeſta Cauſa proteſtetur illud præſentibus Teſtibus.* Quod multo magis applicatur ad caſum iſtum, ubi proteſtatio facta eſt non quidem præſentibus Teſtibus, ſed immo coram toto Senatu Taurinenſi, & proſequuntur Canoniſtæ *in dicta cap. Vidua*, nempe Butr. *num.* 12. *verſic. quadam eſt probatio* Præpoſitus *in Canon. quod interrogaſti diſtinct.* 27. *num.* 11. ibi: *Debet illud proteſtari ante actum, & non poſt actum, & eſt ratio quare proteſtatio præcedens juvet, quia per illam apparet quo animo quis gerit actum, unde illa voluntas ſemel poſita ſemper videtur durare, unde, &c. ſi aliquis fuerit proteſtatus, quod non contrahit animo obligandi, quamvis poſtea contrahat, nullum eſſe Matrimonium, quia præſumitur in ſua prima Sententia perſiſtere*, conſonat Geminian. *num.* 1. *in fine verſic. nam vult num.* 5. *&* 6. Portell. *in dub. regular. part.* 3. *reſponſ. moral. caſ.* 32. *n. prima verſ. quod vero*, Donat. *in prax. regular. tom.* 2. *tract.* 11. *de Profeſſ. nulla num.* 8. *verſ. quanto*, a Spirit. Sanct. *dicta conſultat.* 63. *n.* 8. Rot. *dicta deciſ.* 499. *num.* 3. *&* 5. *part.* 14. *recent.*

A qua proteſtatione, non ſolum nunquam receſſit præfatus Juvenis poſt ingreſſum in Religione, ſed immo tempore Novitiatus, & paulo ante Profeſſionem eam repetiit, & ipſis etiam Superioribus Regularibus noti- 16
ficavit, etenim id expreſſit Patri Magiſtro Novitiorum, qui illi pluries dixit, quod erat obligatus exire de Religione: *E che haveva avviſato il ſu Molto Reverendo Padre Viſitatore, ò Superiore in detta Certoſa Don Ugo Mondini, che non lo doveſſe ricevere alla Profeſſione*, quæ circumſtantia non ſolum probat continuationem prioris proteſtationis, a qua nunquam fuerit receſſum, ſed ipſam quoque ſcientiam Superiorum Regularium, ſcilicet, tam Patris Magiſtri Novitiorum, quam Superioris Conventus Cartuſiæ, qui Profeſſionem recipere debebat, itaut proteſtatio probetur etiam ſignificata alteri Patri, & ſola ſufficiat ad annullandam Profeſſionem ex Doctrina Archidiacon. *in dicto Canon. quod interrogaſti numer.* 7. Portell. *in dub. regular. reſponſ. moral. par.* 3. *caſ.* 32. *verſic. nec obſtat*, Pignatell. *dicta conſult.* 173. *num.* 68. *tom.* 9.

Nihil obſtante, quod hoc deſumatur ex ſola depoſitione præfati Connovitii, quia in hac materia involvente ſecreta cordis, & animi, ſtatur atteſtationi etiam 17
unius, quando atteſtatio eſt veriſimilis, ſeu adminiculata ex altera ſolemni proteſtatione facta, coram Senatu Taurinenſi, de qua ſuperius dictum eſt, & quando Teſtis unicus deponit in facto proprio adjungendo, quod ſtatim emiſſa Profeſſione habuit litteram Juvenis, ut eam conſignaret Patri Magiſtro Novitiorum, quæ ab iſto perlecta in ſua præſentia, Pater Vicarius dixit: *Mi ſcrive che vuole uſcire dalla Religione, e che ſe gli haveſſero creduto, non haverebbero altrimenti ammeſſo detto P. Marsello alla Religione*, ut in ſpecie, quod ubi agatur de Teſte unico, ſed tamen Religioſo, & adminiculato plenam facit probationem in hac materia juſtificandi ſecreta animi, & diſſenſum dixit Rota *cor. Emerix Jun. dec.* 870. *n.* 6. *&* 7. Pignatell. *d. conſult.* 173. *num.* 148.

Immo ſufficere indicia, & præſumptiones in puncto firmant Hoſtien. *in dicta cap. Vidua n.* 10. *in fine* ibi: *Sive etiam præſumptiones, quæ per ſe ſufficerent*, ibique Innocent. num. 5. ibi; *Niſi aliis præſumptionibus adjuvetur*, Turrecrem. *in Canon. quod interrogaſti diſtinct.* 27. *n.* 1. ibi: *Intelligo per legitimos Teſtes*, 18
vel per violentiſſimam præſumptionem, Portell. *in dub. regul. in verbo Profeſſio num.* 11, ibi; *Niſi probaverit valde vehementem præſumptionem in foro externo*, Donat. *in prax. regular. tom.* 2. *tract.* 11. *de profeſſ. nulla quæſt.* 13. *num.* 8. *verſ. vel adeſſet vehementiſſima præſumptio.*

Accedit continuatio ejuſdem proteſtationis facta in duobus Epiſtolis directis ad duos amicos, & familiares ſub die 3. Septembris 1701. & ſic paulo ante profeſſionem factam 18. Octobris ejuſdem Anni, de quibus Litteris abunde ſuperius dictum eſt, & ibi etiam claram patefecit intentionem profitendi ficte ibi; *Non importando far Profeſſione, perche m'intendo di veramente non profeſſare, havendo intentione ſin hora per allora di non ligarmi ne con voti ſoliti à farſi da veri profeſſanti in queſta Religione Certoſina, ſecondo mi ſono più volte dichiarato con Giuramento col Molto Reverendo Padre Don Gioſeppe Boſſier mio Maeſtro, &c. mà di reſtare in mia totale liberta d'uſcire à ſuo tempo come ſe non profeſſaſſi.* Quis ergo dubitabit, quod profeſſio ficte emiſſa fuerit, quando ſemper continua- 19
ta fuit proteſtatio animandi de non profitendo vere per quemcunque actum faciendum, idque in tempore proximo ad profeſſionem, ut conſiderant Canoniſtæ in

dicto

Digitized by Google

dicto *Can. quod interrogaſti*, ſcilicet, Geminian. *nu. 6. verſic. ſed quando præcedit* Præpoſit. *num.* 12. Joan. Andr. *in cap. tua nos num.* 13. *de Sponſal.* Pignatell. *dicta conſultat.* 173. *num.* 76. *tom.* 9. *a* Spir. Sanct. *d. conſult.* 63. *num.* 8.

Et ne aliquid deſit etiam in ipſo actu profitendi concurrunt ſigna meſtitiæ, & diſplicentiæ, & ad omnia hæc comprobandum offerebatur, ſi opus eſſet, etiam juramentum ipſius Juvenis, quod ficte conſenſerit in Profeſſionem, retento ſemper animo vere non

20 profitendi, juxta proteſtationes, & declarationes factas tempore antecedenti, cui juramento ipſius Profeſſi credendum eſſe quando concurrunt adminicula, & præſumptiones, quæ illud reddunt veriſimile, dicunt Innocent. in *dicto cap. vidua ſub n.* 5. *de regular.* ubi quod juramentum non ſufficit, niſi aliis præſumptionibus adjuvetur, Hoſtien. n. 10. *verſ. nam ſi haberet*, Butr. *n.* 12. *verſ. quadam eſt probatio juramenti* ibi: *Quadam eſt probatio juramenti concurrente ſemiplena probatione, & hæc admittitur, dum tamen nutriatur legitima cauſa, & per proteſtationem*: Anchar. *num.* 3. ibi: *Ubi vero de animo apparet ſtatur juramento*: Portell. *in dicto verbo profeſſio num.* 11. *verſic. neque illi credetur* Donat. *in prax. quæſt. regular. tom.* 2. *tract.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 8. *in fine*.

Denique etiam poſt profeſſionem, & intra ſpatium quinquennii accedant poſitivæ reclamationes; nam vix emiſſa profeſſione habito jurgio cum ſuperiore Conventus, illi reſpondit, *Padre Maeſtro ſono, e non ſono in Religione*: deinde autem ſcripſit epiſtolam P. Boſſler Magiſtro Novitiorum, quod volebat

21 exire de Religione, una cum recurſu habito ad Sac. Congreg. durante adhuc quinquennio, quæ quidem reclamationes poſt profeſſionem continuatæ magis comprobant animum non profitendi ſuperius elicitum ex tot actibus præcedentibus quemadmodum probant Pignatell. *dicta conſult.* 173. *num.* 76. Ciarlin. *controverſ.* 108. *num.* 49. *&* 53. Rota *deciſion.* 870. *ſub n.* 11. *verſ. tertia coram Emer. Jun. & cor. Peuting. deciſ.* 98. *num.* 1. D. Urſaya *Inſtit. crim. lib.* 1. *tit.* 19. §. 3. *num.* 183. *& ſeqq.*

Ex hujuſmodi probationibus, & juſtificationibus licet aperte probatus remaneat defectus conſenſus in profeſſionem etiam præſcindendo a metu, ex allegatis, & bene explicat a Spir. Sanct. *d. conſult.* 6. 63. *n.* 10. attamen concurrit etiam judicium, & votum Epiſcopi Aſten. qui referendo ante dictas juſtificationes, concludit profeſſionem eſſe nullam, non quidem per vim & metum, ſed ex defectu conſenſus intuitu reſpectus humani ibi: *ex quibus omnibus cum colligatur nullum interfuiſſe conſenſum in emiſſa profeſſione ante ingreſſum Religionis pendente Novitiatu, tempore poſtulata Profeſſionis, in eodemmet actu Profeſſionis, & poſt Profeſſionem, & ex ſpeciali reclamatione infra quinquennium, ut hæc omnia ex actis juſtificantur, ſum in voto, &c. pro nullitate d. Profeſſionis.*

Quod ſane judicium Epiſcopi non levem meretur animadverſionem, dum refert de una ad unam omnes facti circumſtantias ſuperius expoſitas ad probandum, quod Juvenis iſte verbis quidem, ſed non corde, & animo profeſſionem emiſit ex honeſta cauſa, & concludit pro nullitate Profeſſionis; plurimum autemque deferendum venit in hac materia prudenti judicio

22 Venerabilium Epiſcoporum, quibus tanquam informatis de his, quæ fiunt in eorum Diœceſi Sacra Congregatio non modicam fidem præſtare conſuevit, & ſæpe firmavit Rota *deciſ.* 467. *num.* 9. *cor. Cerro*, *& in* Rec. *deciſ.* 39. *num.* 7. *part.* 15. *& deciſ.* 90. *num.* 16. *part.* 16. *cum alii in Pampilonen. Exemptionis* 4. *Junii* 1707. §. *finali coram Anſaldo.*

Hoc unum remanet probandum, ſcilicet Juvenem iſtum ficte, & citra animum vere profitendi, Profeſſionem emiſiſſe *propter honeſtam cauſam, non autem inhoneſtam*; Verum in hoc parum inſiſtendum erat, quia ſine dubio non una, ſed plures fuerunt cauſæ honeſtæ, recurrendo ad omnia ſuperius deducta

23 *n.* 2. *cum ſeqq.* ubi plene conſtat de honeſtate Cauſarum, cum de cætero Doctores noſtri in hoc puncto pro cauſa honeſta aſſerant ſufficere illam propter coactionem famis, & ſimilium, ut inquit Turrecrem. *in dict. Can. quod interrogaſti ſub nu.* 1. *diſtinct.* 27. ibi; *puta propter coactionem famis, vel propter metum alicujus, ſcilicet Principis, vel raptoris, & corruptoris, VEL PROPTER ALIUD*, & quod ſufficiat ſimplex cauſa honeſta, firmat *Gloſ. in d. Can. quod interrogaſti in verbo & finxit ibique cæteri Canoniſtæ*, immo pro cauſa honeſta ſatis eſſe metum reverentialem, admiſiſſe videtur Rot. *in d. Januen. Profeſſionis ubi ſupra* §. *His ſic, cor. Molines*, quæ infra regiſtratur.

Unde cum juvenis iſte habuerit tot cauſas vere non profitendi, ſcilicet indignationem Patris, & ne cogeretur renunciare omnibus bonis, & ne compareret in Populo ſine Officio Secretariatus cum ſumma verecundia, poſtquam congratulationes acceperat; concurrente inſuper expulſione a domo paterna, & coactione famis, cum aliis cauſis jam expreſſis, exinde dubitari non poteſt, quin Juvenis habuerit cauſam honeſtam, ex qua congruum æſtimaverit vere non conſentire in profeſſionem, ſed ficte, & citra animum profitendi, & ſe obligandi, etiam præſcindendo a cauſa vis & metus, juxta punctuales auctoritates ſuperius relatas, ſignanter a Spirit. Sanct. *d. conſul.* 63. *num.* 8. ibi: *etſi aliter metus non probetur*: *& num.* 10. ibi: *nam etiam eo deficiente, idest metu, votum abſque animo ſe obligandi eſt irritum*, Pignatell. *d. conſul.* 173. *num.* 68. ibi: *ſecluſis vi, ac metu nulla eſt Profeſſio ex defectu conſenſus.*

Ex quibus Sacra Congregatio licet contrarium priori loco judicaſſet ſub die 5. Julii 1709. attamen poſtea prævio receſſu a deciſis judicavit *conſtare de Nullitate Profeſſionis*, ut ex tenore reſolutionis ſupra regiſtratæ *diſcept.* 58. *num.* 47.

REVERENDISSIMO P. D. MOLINES DECANO.

Januen. Profeſſionis.

Lunæ 3. Julii 1702.

Soror Conſtantia Victoria Gentilis, quamvis poſt emiſſam anno 1678. ſolemnem Profeſſionem in Monaſterio S. Leonardi Januæ moram traxerit in Religione integro 21. annorum ſpatio: tamen nuper pœnitens, judicium ſuper illius nullitate inſtituere deliberavit, eumque ob non factam judicialem recla- 24 mationem intra quinquennium juxta præſcriptum *Sac. Concil. Trid. cap.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Reform.* audiri minime potuerit, habito ad Sanctiſſimum recurſu petiit adverſus dicti temporis lapſum ſolitam commiſſionem reſtitutionis in integrum, obtinuitque Cauſam remitti Sacræ Congregationis Concilii cum Voto Rotæ, fabricato per eamdem proceſſu, eoque nuper producto dedi Dubium, *An concedenda ſit reſtitutio in integrum*, quod fuit hodie diſputatum, & negative reſolutum.

Reſtitutio ſiquidem in integrum, ſicuti in aliis generaliter materiis, ita & in ſubjecta indulgeri nequit, niſi juſta concurrente cauſa, quam adeſſe dicitur quoties conſtaret expreſſam Profeſſionem, ea aliquo capite a jure approbato fuiſſe invalidam, ac nulliter emiſſam, & tacitam non potuiſſe indui ſpatio quinquennii ſtantibus conquæſtionibus, & reclamationibus extrajudicialibus, vel aliis circumſtantiis præſefe- 25 rentibus diſſenſum, & excludentibus actus nulli ratihabitionem, legitimis etiam attentis impedimentis, obque judiciales reclamationes fieri non potuerint ex traditis per Corrad. in *prax. diſp. lib.* 5. *cap.* 14. Donat. *per regul. tom.* 2. *tract.* 12. *de reclam. profeſſ.* Miran. *in Manual. Prælat. & reg. tom.* 1. *quæſt.* 30. *art.* 30. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 104. *num.* 18. Paſſerin. *de ſtatu. homin. quæſt.* 189. *art.* 10. *inſpect.* 9. *num.* 466. *cum ſeqq. tom.* 9. *& conſ.* 9. *n.* 10. *& ſeqq. tom.* 10.

Et quanquam de rigore juxta ſenſum aliorum Doctorum teſtantium etiam de ſtylo Sacræ Congregationis, & Signaturæ Gratiæ, ad quos refert Pignatt. *conſult.* 77. *n.* 7. *& conſ.* 173. *n.* 107. *to.* 9. ad obtinendas hujuſmodi reſtitutiones in integrum, ſeu oris apertiones non requiratur plena juſtæ cauſæ probatio,

ſed ſufficiat illius ſumus etiam deſumptus ex informibus, & extrajudicialibus documentis, & Teſtibus, ſummarieque cognitus, prout generaliter practicatur in aliis reſtitutionibus in integrum, quæ ſolent a Principe concedi, reſervata plenaria verificatione ad principale judicium nullitatis coram Judice Ordinario, vel Delegato, juxta tamen ſaniorem aliorum judicium ſatis non eſt quilibet ſumus, ſed requiritur ve- 26 hemens, & magnus, & pluſquam ſemiplena probatio, ut pluribus allegatis notavit Rota *deciſ.* 1356. *numer.* 1. *coram Emerix Jun.* & de ſtylo Sacræ Congregationis ſui ævi teſtatus Amaiden. *de ſtylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 12. Immo juxta recentiorem Sacræ Congregationis praxim tot fere requiruntur probationes, quot inflectere valeant animum, & mentem Judicantium ad opinandum, quod in alio judicio plenario dicens de nullitate ſuæ Profeſſionis veriſimiliter Voti compos fieri poſſit, unde factum eſt, ut a moderniori tempore Sac. Congregationis non admittat Teſtes formiter non examinatos, & ſæpiſſime reſcribit pro impinguatione probationum, & in hiſce diſputationibus hodie agitur ex profeſſo de ipſo puncto principali Nullitatis Profeſſionis, ſeu de meritis cauſæ, perinde ac ſi agendum foret ipſemet principali judicio, itaut quando prævia hac formali cognitione prodiit reſcriptum ſuper reſtitutione tunc apud Judices cauſa videtur frequentius deciſa, & ulterior proceſſus remanet quodam modo ceremonialis, ut annotavit Card. de Luca *de Regular. diſcuſ.* 41. *num.* 13. Cumque hujuſmodi ſtylus ſit undique prudens, & 27 rationabilis adinſtar aliorum oraculorum Sacræ Congregationis, fuit cum veneratione a Sacr. Tribunali receptus, juxta ejus inveteratum morem, de quo reſtatur in *deciſ.* 60. *coram Celſo n.* 4. *cum aliis in Hiſpalen. Viſitationis* 30. *Aprilis* 1700. *coram me*.

In hypotheſi nullitas Profeſſionis Sororis Conſtantiæ, in qua conſtituebatur juſta cauſa pro obtinenda reſtitutione in intergrum fundabatur in duplici capite. Primo quia emiſſa fuit ſine interiori conſenſu profitentis, & ſecundo ex quo in omnem caſum conſenſus non fuit liber, & ſpontaneus, ſed coactus, & extortus per vim, & metum eidem Conſtantiæ a Patruo, & Amitis illatum: neutrum tamen verificatum fuit eo pacto, quo de jure juxta naturam ejuſmodi nullitatum, & praxim antecedenter enucleatam oportet.

Et exordiendo a primo capite defectus conſenſus interioris, Domini ante examen facti præmiſerunt in jura veram quidem eſſe propoſitionem, quod Profeſſio facta ſine interiori conſenſu, ſeu voluntate Profitentis, & ſic ficta, ac ſimulate etiam vi, metuque non impellentibus, eſt nulla, atque invalida, 28 & per conſequens non obligat ad ſtatum Religioſum, atque Vota ſervanda, ea manifeſta ratione, obligatio conſurgens ex Profeſſione non oritur ex lege, ſed ex privata hominis voluntate, ac proinde ubi deeſt ſe obligandi voluntas deficit obligatio juxta communem ſenſum Canoniſtarum, & Theologorum, & inter primos ex *cap. præſens* 10. *qu.* 30. & *cap. licet infra eodem cap. Venerabilem n.* 31. *qui filii ſint legitimi*, tradunt Silveſter *in Summa verb. Relig. n.* 12. Navar. *conſ.* 10. *lib.* 2. *quod met. cauſ.* Pelizzar. *de Monial. cap.* 3. *ſect.* 1. *n.* 28. Tondut. *reſol. Benef. cap.* 38. *n.* 12. *tom.* 1. Tambutin. *de Jur. Abbat. diſ.* 6. *q.* 16. *n.* 4. *tom.* 2. & ex Theologis Cajetan. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 1. Sot. *de Juſt. & Jur. part.* 1. *art.* 2. Valenz. 2. 2. *diſp.* 9. *quæſt.* 6. *puncto* 1. Azor. *lib.* 12. *cap.* 5. *quæſt.* 1. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 3. *n. eod.* Suarez *de Relig. tom.* 13. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 9.

Obtinetque locum hujuſmodi concluſio nedum in Foro Poli, ſed etiam in foro fori, dum quoad vinculum conſurgens ex Profeſſione nullum adeſt diſcrimen inter judicium exterius, & interius; in utroque enim ad ſtatuendum illius validitatem, & invaliditatem inſpiciendum eſt, an proceſſerit de profitentis conſenſu, qui cum exigatur de jure naturali Divino, in nullo 29 foro poteſt ab Eccleſia ſuppleri, Abbas *in dicto cap. Venerabili n.* 21. *qui filii ſint legitimi*, Navarr. *d. conſ.* 10. *num.* 2. & egregie Covarr. *de Sponſal. cap.* 2. *n.* 1. & 2. Non urgente in contrarium *Text. in Can. quod interrogaſti, diſtinct.* 27. ubi Vidua ficte, & per hypocriſim Profeſſa coacta fuit a Pontifice ad redeundum in Monaſterium quamvis Matrimonium contraxerat; Quandoquidem Mulier illa compulſa non fuit ad obſervandum Votum, quod emiſerat in vim conſenſus ſuppleti ab Eccleſia, ſed quia non potuit probare ſimulationem, & fictionem ex cauſa honeſta, imo potius conſtabat, quod finxerat ex inhoneſta cauſa hipocriſis Eccleſiaſticæ, itaut honeſtam ſimulandi cauſam probare potuiſſent, validum declaratum fuiſſe Matrimonium, nec obligata ad redeundum ad id, quod ſpoponderat, ut conveniunt omnes inſigniores Interpretes hic, & ſignanter Archidiaconus *ſub num.* 3. ibi: *Et reverti cogitur, quia fictionem probare non potuit*, Præpoſitus *Mediolanen. ſub n.* 9. *verſ. Nam eo ipſo*, ibi *Licet enim iſta allegaret fictionem, non tamen poterat probare quod ſimulate feciſſet, nam ſi probaſſet non fuiſſet compulſa redire ad Monaſterium*, & per eadem verba ibidem notarunt Geminian. *ſub nu.* 5. & clarius Card. Turrecremata *verſ. eo enim*: Eademque reſponſione occuritur ad *Decretalem in cap.* Vidua *de Regular.* quod ſcilicet extenus illa ſanctimonialis aſſumens Velum cum animo deponendi coacta fuit ad permanendum in Monaſterio, quia non potuit probare ſimulationem, & fictionem, ut ibi explicat *Gloſ. in verb. Licet Sacramento*, & pariter quia deſuper conſtitit tacitam emiſiſſe Profeſſionem, ut obſervarunt ibi Abbas, Butrius Hoſtien. & Zabarella.

Et quamvis *Gloſ. in d. cap. Quod interrogaſti*, & poſt eam omnes laudati Interpretes, & cæteri in *Can. Clerici de Regul. poſt gloſ. ibi verbo fingunt*, diſtinguendo fictionem ex cauſa honeſta, & inhoneſta concludant, quod emittens Profeſſionem ex hac ſecunda 30 cauſa cogitur permanere in Monaſterio, id tamen non evenit ex vi Voti, & conſenſus ab Eccleſia præſumpti, vel ſuppleti, ſed in pœnitentiam ejus, qui fraude, dolove profiteri auſus fuerit, atque ad accendas peccati licentias, ut egregie annotavit Turrecremata *in eodem can. quod interrogaſti* ibi: *Fit ei præjuditium non quia ille* (ideſt ſimulans ex cauſa inhoneſta) *ſit Monachus, vel Monacha, ſed ad cauthelam propter ſervandam Eccleſiaſticam diſciplinam, & ne detur aliis licentia peccandi, & propter fraudem, & dolum, qui nemini debet eſſe lucroſum, & propter delictum, & illuſionem, quia Monaſterio illuſit debet detrudi in idem*, ut proinde ſtet ſemper firmum, quod tam in foro interiori, quam exteriori Profeſſio emiſſa ſine interiori conſenſu ſemper eſt nulla, & invalida, & ab Eccleſia invalida etiam agnoſcitur quamtumvis probetur emiſſa ex cauſa inhoneſta, ſed doloſus ſimulator cogitur ad revertendum ad id, quod ſpopondit, ut pœnitentiam agat de illuſione nefanda, prout condemnata fuit in dict. *c. Quod interrogaſti*, Vidua, quæ per hypocriſim, Eccleſiaſticam regulam conturbare voluit. Neque eſt dubium, quin Eccleſia ſimiles imponere valeat pœnitentiæ, ut in ſpecie firmat ex d. c. *quod poſtulaſti* Fagnan. *in c. ſi quis de Regal. n.* 7. Paſſerin. *de ſtat. homin. q.* 189. *n.* 350.

Maximum tamen ſubdebant Domini intercedere diſcrimen inter forum conſcientiæ, & externum quoad modum cognoſcendi de defectu conſenſus interioris: Judex enim primi Fori, qui inſequitur ſolummodo veritatem, & non factum judicatque de interno, prout ſibi exponitur, Religioſo aſſerenti ſe voluiſſe ſine voluntate, & interiori conſenſu ex quacumque 31 cauſa fidem præſtat etiam repugnantibus mille Teſtibus, & poſt injunctam pœnitentiam ob peccatum, quod ob ſimulationem ex cauſa inhoneſta patratur ex vi Profeſſionis tali modo factæ ipſum liberum pronunciat ab obligatione ſervandi Votum ficte, & ſimulate emiſſum ſecluſo ſcandalo, ut diſtinguendo tradunt Archid. Præpoſitus, & Turrecrem. *in d. c. Quod interrogaſti diſt.* 227. & late P. Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *c.* 12. *n.* 9.

Solum inter Canoniſtas, & Moraliſtas diſputatur, 32 an Religioſus conſcius, & certus nullitatis ſuæ Profeſſionis ex defectu conſenſus, vel alia ex cauſa poſſit etiam in Foro conſcientiæ deſerere habitum, & Religionem, non ſervata forma præſcripta a *Sacro Concilio Tridentino in dicto capit.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Regular.*

Digitized by Google

lar. & affirmativam ſententiam tenet tanquam Anteſignanus Navarr. *conſ.* 87. *de Regular & in Comment.* 4. *de Regular. n.* 77. dicens Profeſſum ſcientem, & juſte credentem Profeſſionem ſuam coram Deo non valuiſſe, poſſe cum licentia Superioris, vel ſine dimittere Religionem in foro conſcientiæ abſque ullo peccato, & ſolum puniri in foro exteriori ſi ſine licentia exiret, quem ſequitur Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. diſp.* 37. *ſub n.* 9. ea data ratione, quia Concilium tanquam fundatum in præſumptione non obligat in conſcientia, dum in eo decreto nullum eſt verbum, quod forum conſcientiæ reſpiciat, & poſt eum Henriquez *lib.* 1. *de Matrim. cap* 6. *in fine, & cap.* 8. *n.* 9. Palaus *tractat.* 16. *diſp.* 2. *par.* 7. *n.* 9. Barboſ. *ad Concilium Tridentinum d cap.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Regular. n.* 14. Bordon. *de Profeſſ cap.* 7. *q.* 12. Tambur. *tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 25. *num.* 4. Laymon. *lib.* 4. doctiſſimus vero P. Suarez *de Relig dicto cap.* 3. tenet hujuſmodi publice profeſſum in vim Concilii non poſſe habitum, & Religionem propria authoritate relinquere, & ſi id faciat graviter peccat: Unde in hac parte rejicit Navarrum, ſed nihilominus cenſet, quod poſtquam exivit, quamvis male fecerit, non tenetur ad Religionem redire. Contrariam vero ſententiam, quod nulliter vero Profeſſus quamvis certus apud Deum de nullitate ſuæ Profeſſionis non poſſit citra peccatum mortale propria auctoritate deſerere Religionem non ſervata forma Concilii eumque teneri in conſcientia in eadem perſeverare impugnando Navarrum, & ſequaces pluribus, & graviſſimis rationibus tuetur Fagnan. *in cap. Si quis n.* 36. *& ſeqq. de Regular.* quem latiſſime ſequitur, & a contrariis vindicat P. Paſſarin. *de ſtat. homin. q.* 189. *Profeſſ. art.* 10. *a n.* 350. *uſque ad* 364.

In foro autem exteriori, in quo non fertur judicium de occultis, quæ ſoli Deo innoteſcunt *cap. Sicut tuis de ſimon. cap.* 1. *&* 2 *de clandeſt. Deſponſ.* de actibus externis ſecundum acta, & probata, cum
33 verba Profeſſionis palam emiſſæ deſignent extrinſece conſenſum Opponenti de interiori diſſenſu non creditur etiamſi Teſtimonium ſuum tanquam certum juramento confirmet, cum nimis indignum ſit, ut quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt in eamdem cauſam proprio valeat Teſtimonio infirmare ſunt verba *Text. in leg. Generaliter Cod. de non numer pecun.* tranſcripta in *cap. Per tuas de probat.* & in ſpecie eſt *Tex. in dicto cap.* Vidua *de regul.* ibi; *Velit, nolit ſanctimonia habitum ulterius debet habere licet Sacramento firmare velit eo tenore velamen ſibi impoſuiſſe, ut deponere poſſet,* & tradunt communiter Doctores, & in ſpecie Turrecremata *in dicto capit. Quod interrogaſti num.* 1. P. Suarez. *d. cap.* 2. *a num.* 5. & in terminis Matrimonii carnalis eſt *Text. in cap Super eo ae eo, qui cogitur contra Uxorem* ea altera viva, & eleganti ratione Matrimonio quoque ſpirituali applicabili, quam tradit Navarr. *in Manual. cap* 22. *numer.* 82. quia quando palam, & publice aliquis contraxit præſumi poteſt eum mentiri; quia jam ſe mentitum fatetur.

Quod autem ſpectat ad qualitates probationis generaliter neceſſariæ ad verificandum in foro externo defectum interioris conſenſus quamvis Interpretes non admodum clare in hoc ſeſe explicaverint. In eo tamen videntur in ſubſtantia concordes, quod aut allegatur defectus conſenſus interioris ſine ulla cauſa, aut ex cauſa. In primo caſu ajunt, quod etiamſi Religioſus potuiſſet probare fictionem non eſt
34 audiendus ea ratione, quia cum oppoſita ſimulatio ſit contraria actus habitus deliberate aſſumpti, & profeſſionis emiſſæ per verba prolata ad ſignificandum conſenſum, hic non conſtito de cauſa, ob quam ſequi poterat fictio oritur præſumptio Juris, & de Jure, quæ non admittit probationem in contrarium; Addito, quod attenta utriuſque Juris Pontificii, & Cæſarei cenſura ſimulatio efficitur improbabilis ſine Cauſa ſimulandi, & ita docuerunt poſt Archidiaconum Geminianus *Præpoſitus Mediolanenſis* unus alterius verba tranſcribendo in *in d. cap. Quod poſtulaſti n.* 9. *in fine,* & melius *n.* 12. *verſ. Si dic,* & concordat Innocentius *in cap.* 1. *de his, quæ vi in fine,* quem ſequitur, & explicat P. Suarez *dicto cap.* 2. *n.* 6. In ſecundo vero caſu defectus conſenſus ex cauſa ſubdiſtinguunt, aut cauſa eſt inhoneſta, vel honeſta, ſi inhoneſta juxta exempla tradita a Turrecremata *in dicto cap. Quod interrogaſti,* & tunc illam allegans audiendus non eſt, quia etiamſi probaret, adhuc in pœnam condemnatur ad perſeverandum in Religione ex ſupra firmatis, & additur Fagnan. *in dicto cap. Si quis de Regular. n.* 36. Si vero cauſa fingendi eſſet honeſta, ut propter famam, vel propter metum, & hujuſmodi juxta alias exemplificationes Turrecremata *loco ſupracitato,* & tunc tametſi cauſa, vel per ſe ipſum, vel ex defectu plenæ probationis in foro fori non ſufficeret ad annullandam profeſſionem eum nihilominus reddat aliquo modo excuſabilem fictionem admittitur in hoc caſu ſimulans ad probandum defectum interioris conſenſus exterioribus ſignis, & præſumptionibus, quæ tamen eſſe non debent leves, ſed graves perfectæ, & univocæ, ut docuit idem Turrecremata *in ſæpecitata cap. Quod poſtulaſti ſub num.* 1. *in fine,* ibi: *Probare intelligo per Teſtes legitimos, vel per violentiſſimam præſumptionem:* Et quoniam ubi cauſa fictionis non eſt de ſui natura ſufficiens ad profeſſionem, vel quatenus eſſet ſufficiens non probaretur cum requiſitis a Jure neceſſariis omnia fere ſigna, & præſumptiones exteriores non ſolente eſſe adeo concludentes, prout ad actus interiores probandos oporter, idcirco verificationem defectus conſenſus difficilis, immo fere impoſſibilis probationis a Doctoribus generaliter reputatur, ut advertit Suarez *dicto cap.* 2. *n.* 7. *in fine.* & in terminis Matrimonii carnalis dixerunt Ricciard. *in* 4. *Sentent. diſtinct.* 27. *articul.* 2. Filius Sanczat *de Sponſal. cap.* 2. *art.* 6 *n.* 37. cum aliis per Olivet. *de nullit. Matrim ex defectu interior. conſenſ. part.* 1. *§. Non obſtat ſecundum.*

His ſic abundanti calamo in Jure conſultiſſime præmiſſis ad dilucidationem nullitatis Profeſſionis ex defectu conſenſus interioris, quam aliqui ex Defenſoribus Sororis Conſtantiæ confundere videbantur cum alia nullitate ex defectu per conſenſus liberi, ſeu conſenſus per vim, & metum extorti, quæ nullitates inter ſe notabiliter diſcriminantur. Applicando theſim hypotheſi, quidquid ſit in foro Poli de quo noſtrum non eſt inquirere, cujuſve meminimus pro exactiori ma- 35
teriæ explanatione, ac etiam ad ſeparandas veluti extraneas Auctoritates loquentes in terminis Judicii interioris judicando in foro externo, aſſerta ſimulatio Profeſsionis Sororis Conſtantiæ, tametſi deſtituta non eſſet cauſa honeſta fundata ſaltem in *afferto metu reverentiali,* adeout fuerit locus examini probationum ad illam verificandam congeſtarum; Poſitæ tamen ſub trutina vires omnium dictarum juſtificationum apparuerunt deficientes tam in ordine ad earum legitimitatem, quam etiam in ordinem ad concludentiam, quæ ad hunc finem ex præmiſſis requiritur, ac demum quia ex contrariis facti animadverſionibus omnes remanent debilitatæ, & ad nihilum prope modum redactæ.

Enim vero non apparuit probatus defectus conſenſus, nec ex antecedentibus, neque ex concomitantibus, neque demum ex ſubſequentibus Profeſſionem. Minus namque recte quoad eam antecedentia, magna conſtruebatur vis in renitentia Sororis Conſtantiæ ingrediendi Monaſterium. Tum quia tale factum depoſuere tres Teſtes nempe Joannes An- 34
tonius Bruna, Joannes Baptiſta de Gregoriis, & Petrus ejus filius, quibus plena fides præſtari nequit, dum primi duo non ſunt examinati formiter ſub Interrogatoriis, unde ponendi ſunt ad partes Clem. 2. *& ibi gloſſ verb. verb. rite de Teſtib. & ibi* Imol. *n.* 4. *verſic Quæro, &c.* & tertius tametſi examinatus cum Interrogatoriis, tamen cum ſepoſitis primis remaneat unicus, & plura in ejus depoſitione conglomeret inveriſimilia, nequit plenam probationem conſtituere, prout de Teſte unico ait *Text. in leg. Ubi* 12. *de Teſt. cap. Veniens, & cap. Licet eodem tit.* & de inveriſimilia deponentibus *capit. Quia veriſimile extra de præſumpt. leg. Ob carmen. ff. de Teſtibus.*

Tum quia in omni caſu ex probata renitentia ingrediendi Monaſterium ſimplex educitur conjecturatio, quod ſicuti Soror Conſtantia citra plenarium conſenſum fuerit ingreſſa Monaſterium, ſic etiam ſine voluntate in eodem emiſerit Profeſſionem, Vaga tamen atque admodum debilis eſt hujuſmodi præſumptio, ac ubi in ea Judices conſtituerent ſpecialem, & magnam vim, præſcindendo a metu, innumeræ eſſent illæ Sanctimoniales, quæ dicerent, & probarent ſe abſque plena animi ſatisfactione Monaſterium ingreſſas. Sed quia poſt ingreſſum voluntas cognito ſummo illo bo-
37 no, quod gignit in corde ſuave jugum Religionis mutari ſolet, præcipue poſt laudabiliſſimum illud anni probationis experimentum, hac de re ſemel ac ſucceſſive emittitur ſolemnis profeſſio ea hujuſmodi actibus poſitivis denotantibus plenarium conſenſum, deſtructa, ac ſuffocata remanet illa præſumptio contraria, quæ oritur ea diſſenſo, & renitentia in ingreſſu, Unde eſt, quod in ea quæſtione, an proteſtatio Monialis facta ante Profeſſionem, quod non intendit animo, & corde profiteri ſufficiat ad probandum defectum interioris conſenſus, quamvis DD. varient, in eo tamen concordant, quod ſi inter proteſtationem, & Profeſſionem interponatur aliquod temporis intervallum, tunc præſumitur mutata voluntas, & antecedens proteſtatio non afficit, ut poſt *Archidiaconum* tite diſtinguit *Præpoſitus Mediolanen. dicto cap. quod interrogaſti num.* 12. & eiſdem verbis Geminian. ibidem, & ſequitur Calderin. *in conſ.* 1. *quod met. cauſ.* Adeo ſane verum eſt, ut in ſubjecta materia non veniant attendendi actus antecedentes diſſenſui, ſecpro poſtea actu contrario profeſſionis inducente mutatæ voluntatis præſumptionem ſtante lapſu alicujus temporis inter haſce oppoſitas declarationes intercedente. Quanto igitur magis in noſtro caſu præſumenda eſt talis mutatio, conſideretur, quod ab anno nono, quo Soror Conſtantia ingreſſa eſt Monaſterium uſque ad 16. quo emiſit profeſſionem notabilis ſeptem annorum curſus interceſſit, intra quem ſepties ad minus voluntas cenſetur mutata, & quidem quando, prout in caſu agitur de mutatione circa melioris ſtatus electionem, Lezzan. *conſul.* 5. *n.* 8. Panimol. *deciſ.* 29. *adnot.* 3. *num.* 1. Royas *dec.* 84. *n.* 6.

Quo vero ad actus concomitantes profeſſionem adducta fuit atteſtatio Antonii Chiappe Confeſſarii Sororis Conſtantiæ ſequentis tenoris: *Nel tempo, che profeſſò la Signora Suor Coſtanza Vittoria Gentile mi fu detto più volte dalla medeſima Signora Suor Coſtanza, che la ſua volontà ripugnava di obligarſi alli tre voti di Povertà, Caſtità, & ubidienza per mero ſcarico di ſua coſcienza?* Hujuſmodi tamen atteſtationi duplex data fuit reſponſio, altera in facto, illam ſcili-
38 cet eſſe ſimplicem fidem carentem die, menſe, & anno, unde nullius fidei *cap.* 2. & *cap. Nuper de Teſtib. Auth. ſi quis in aliquo*, ubi Dec. *n.* 9. & 10. *Cod. de edend.* & licet conſtitiſſet dictum Confeſſarium non potuiſſe examinari formiter ob ejus decrepitam ætatem; attamen tale impedimentum præſtat legalem excuſationem non facti examinis, ſed non fidem ſcripturæ informi: Imo Scribentes pro Monaſterio illud non inveriſimile, legaliter loquendo objiciebant, quod talis atteſtatio extorqueri potuerit anno 1694. quo recognita fuerit, & ſic de tempore, quo idem Confeſſarius ob graviſſimam immo decrepitam ejus ætatem, & per conſequens defectum memoriæ non poterat recordari
39 de facto 16. annis antea ſecuto, cum in ſenibus oblivio præſumatur poſt decem annos, Card. *conſ.* 56. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 774. *n.* 4. *in fine part.* 2. *Recent.*

Altera reſponſio in jure eſt, quod hujuſmodi proteſtationes etiam immediate ante profeſſionem emiſſæ utpote contrariæ facto non admittuntur in foro fori ad probandum defectum interioris conſenſus ſecundum opinionem gravium Canoniſtarum, quos refert Mediolanen. *dicto cap. poſtulaſti ſub dicto num.* 12. & quamvis juſta concurrente cauſa non rejiciantur, quia tunc non ſunt contrariæ facto, ſed illius decla-
40 ratoriæ, ut ait Silveſter *verbo Religio quæſt.* 19. *prope finem*, tamen hæc opinio, vel procedere poteſt in profeſſione tacita, & non in expreſſa, ut optime ſenſit P. Suarez *de Relig. ſupra citat. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 7. ubi explicat Silveſtrum: Vel in omni caſu tunc hujuſmodi proteſtationes ſumunt vim non ex ſe ipſis, ſed ex cauſa, quæ illi adjicitur, adeout neceſſe ſit probare cauſam ſufficere ad effectum reddendi inefficacem conſenſum, ut bene proſequitur Suarez *ubi ſupra*, & in terminis Matrimonii Navar. *in Manual. cap.* 22. *n.* 78. Jo: Brunel. *de Sponſal. concl.* 18. *n.* 11.

Præterea adducebatur epiſtola ejuſdem Sororis Conſtantiæ ſcripta Comitiſſæ Matri ſub die 6. Februarii 1678. & ſic ante profeſſionem, in qua declaravit ſe nolle profeſſionem emittere, ibi: *Io non voglio far voti, non havendo inſpirazione*. Sed parum delatum fuit huic documento, tum quia non conſtitit epiſtolam fuiſſe vere datam ante profeſſionem; Sed etiam, quia cum a die, quo exarata legitur uſque ad profeſſionem elapſi fuerint tres menſes ejus voluntas potuit immutari, prout immutatam fuiſſe oſtendit ſolemnis actus ipſiuſmet profeſſionis deſuper emiſſus, ut bene tradit præter ſupra citatos Graff. *conſ.* 7. *nu.* 41
17. *de Regular. lib.* 3. *com.* 1. Sperell. *deciſ.* 79. *num.* 59. eademque reſponſio militat quoad depoſitiones Garibaldi, & Trombettæ deponentes de ipſius averſione ante profeſſionem ad ſtatum Regularem, cum ab ea id audire potuerint longe antequam per actum ſolemnem illa emiſſa fuerat.

Magna deinde conſtituebatur vis in ea circumſtantia, quod Soror Conſtantia non fuerit examinata, nec ejus voluntas explorata ante profeſſionem, Sed talis oppoſitio carebat fundamento probationis dum conſtitit el. me. Card. Spinulam tunc temporis Januæ Epiſcopum in Urbe commorantem ordinaſſe per epiſtolam ſuo Vicario Generali, ut Sororem Conſtantiam admitteret ad profitendum Monaſterio S. Leonardi, quæ licentiæ non ſolent ab Ordinarii concedi, niſi prævio examine, & exploratione voluntatis profitendæ; Unde talis exploratio præſumitur adhibita ex ſe. latis per Pignatell. *conſ.* 181. *num.* 41. *in fine* quinimo reale interceſſiſſe examen depoſuerunt Teſtes examinati ab ipſamet Sorore Conſtantia, ſeſe deſuper excuſantibus illarum Defenſoribus non attuliſſe licentiam in corpore, quia fuit per Sororem Conſtantiam lacerata a libro, in quo alia documenta in unum compacta in ædibus Abbatiſſæ aſſervantur, adducendo depoſitionem plurimorum Teſtium.

Deveniendo ad actus ſubſequentes profeſſionem, 42
omiſſis levioribus fortis, & magna animadverſione digna apparuit Dominis illa facti circumſtantia, de qua depoſuit P. Saulus Societatis Jeſu, quod nempe cum anno 1694. Soror Conſtantia conſtituta eſſet in maximo mortis periculo, poſt receptum Viaticum, extremamque Olei Sancti unctionem ab eodem Religioſo requiſita ad ratificandam profeſſionem negativum dederit reſponſum, reddita ratione: *Iddio non mi chiama, poſſo ſenza ciò ſalvarmi*, verum quia plures Teſtes, & ſignanter Medicus depoſuerunt, quod Soror Conſtantia illo morbo maximo correpta erat delirio, Domini cenſerunt tutum pedem figi non poſſe, ſuper illa renitentia ratificandi profeſſionem, dum potentiæ vitiales conturbatæ delirio, nec ſanum, neque cathegoricum valent producere reſponſum, ut docet experientia, & monet Card. Mant. *dec.* 60. *n.* 1. & Cerr. *deciſ.* 589. *num.* 1.

Cæterum in comprobationem voluntatis Sororis Conſtantiæ emittendi profeſſionem, & in excluſionem aſſerti diſſenſus interioris plures ponderati fuerunt actus poſitivi per eamdem geſti ante, & poſt profeſſionem; Et primo, quod de anno 1676. per contractum coram Vicario Generali celebratum expreſſa intentione ſuo tempore emittendi profeſſionem obtinuit a Pallavicina Commoniali ceſſionem antianitatis vocis, & loci dictarum Monialium; Secundo, voluit ante tempus Novitiatus inducere habitum Monaſticum, & exercere opera charitatis; Tertio, paucos dies ante emiſſam profeſſionem, & ejuſdem intuitu renunciavit Aviæ Paternæ ob dotem, quam illi contribuerat, omnia bona, quæ in ſæculo habere poterat; Quarto, evanido exorto rumore, quod ipſa Soror Conſtantia ortum duceret ex illegitimis Parentibus, & ob id recuſante Monaſterio illam admittere ad profeſſionem opera Martini Præpoſiti Cathedralis; ac ejus

Conſe-

Digitized by Google

Conſeſſarii procuravit juſtificationes ſuper illius le-
gitimitate; Quinto, ante emiſſam profeſſionem ex-
petiit a Monialibus Vocalibus ſuffragia, ac acceptata
die 13. Aprilis 1678. ſolemnem emiſit profeſſionem,
coram Carolo Noceto ſuo Confeſſario pluribus intereſ-
ſentibus Patritiis Januenſibus, ſuis conſanguineis; Et
denique anno 1684. ob timorem Claſſis Gallicæ bis
una cum aliis Monialibus egreſſa eſt e Monaſterio, &
totidem vicibus illud repetiit, abſque eo, quod in nul-
43 lo ex dictis egreſſibus promoverit actionem ſuper nul-
litate profeſſionis, qui quidem actus ſimul ſumpti
evincunt profeſſionem, de qua diſputatur emiſſam
fuiſſe, nedum cum voluntate vera, & non ficta, ſed
cum enixa intentione, ex deductis per Honded. *conſil.*
78. *num.*5. *lib.*2. Rota *in dec.*39. *a n.*1. *uſque ad* 10.
cor. Carill. repetit. apud Tambur. *de Jur. Abb. dec.*3.
*a num.*1. *uſque ad* 10. & generaliter deſtruunt, vel
ſaltem offuſcant omnes probationes in contrarium pro-
poſitas Turret. *conſ.*28. *in fin. lib.*1. Pancirol. *conſ.*179.
*n.*13. Surd. *conſ.* 16. *n.* 22. Sperell. *dec.* 5. *num.*96.
Itaut ubi res verſaretur in dubio, conſtito de voto,
& profeſſione præſumptio ſtet pro validitate, San-
chez *in Decalog. libr.*4. *cap.* 2. *num fin.* & *capit.* 3.
*num.*27. Sperell. *decif* 76. *num.* 39. & melius Paſſe-
rin. *queſt.* 189. *de Profeſſ. annotat.* 10. *inſpect.* 3.
num. 79.

Excluſa aſſerta profeſſionis nullitate ex defectu con-
ſenſus interioris, majori felicitate exploſa fuit altera
ex defectu conſenſus liberi, utpote per vim, & me-
tum extorti; ſunt enim in hac materia famigeratæ re-
gulæ, quod metus non præſumitur, eſtque ab alle-
44 gante probandus, & quidem plene, & concludenter,
nec ſufficit quilibet metus, ſed requiritur metus cadens
in conſtantem virum, *cap.*1. *ubi Canoniſta de his, qua
vi, metuve cauſ.* cum aliis plena manu congeſtis per
Sperell. *dec.* 79. *a n.*37. *cum ſeqq.* & *ſignanter ſub
num.*42. & per Paſſerin. *de ſtat. homin. qu.*189. *de
Profeſſ. art.*10. *inſpect.* 2. *n.*5. ille ſcilicet, qui illatus
cogit, quem eligere minus malum, ob majus malum
ſibi imminens effugiendum, ut poſt Div. Thomam
in 4. *ſentent. diſt.*29. *art.*2. docet Covar. *de Matr.
c.*3. & 4. *n.*1. Et quamvis in Mulieribus ob fragili-
tatem ſexus metus facilius incutiatur, proindeque mi-
nor in eiſdem requiratur, quam in Viris, ut conſtan-
tes habeantur, juxta *Gloſſ. magiſtralem in cap. Cum lo-
cum verb. metus de Sponſal.* & tradunt communiter San-
chez *de Matrim. lib.*4. *diſp.*3. n.2. & 4. Pirhing. *in Jus
Canon. tit. de his, qui vi, met. cauſ.* §.1. *verſ. Aſſert.* 6.
circa fin. cum aliis apud Paſſerin. *d. art.*10. *inſpect.*3. *n.*55.
& dixit Rota *dec.* 930. *n.* 2. *coram Dunoz. Jun.* &
*coram Carill. dec.*178. *num.* 2. & *coram Arguelles
dec.*9. *n.*38. & *dec.* 25. *n.* 54. communis tamen eſt
opinio, ut non ſufficiat metus reverentialis, niſi
iſte ſit junctus cum nimis gravibus, atque cum
proteſtationibus, conqueſtionibus, & lacrymis Mu-
lieris, ex traditis per Abbat. *in c. Cum virum n.* 8.
ibique Butr. *n.*6. *de Regular.* Navarr. *conſ.*89. *n.*2.
*lib.*3. Ciatlin. *controv.*108. *n.*33. & pleniſſime Paſ-
ſerin. *d. art.*10. *inſpect.*3. *n.*72. *cum ſeqq.* Rot. *coram
Burats. dec.*205. *n.*27. ibique Adden. *n.*32. & *cor.
Royas dec.*391. *n.*6. & 7. & *in d. dec.*930. *num.*2.
coram Dunozett. Junior. & *dec.*590. *num.* 2. *coram
Merlin.*

Quibus ſic conſtitutis poſt maturam ponderationem
probationum adductarum ad verificandum metum,
Domini crediderunt illum non fuiſſe juſtificatum, pro-
ut requiritur de jure, nec reſpectu Patruorum, neque
Animarum non quidem reſpectu Patruorum, quoniam
45 Teſtes in hac Cauſa producti, patiuntur plures defe-
ctus perſonales circa eorum vilem qualitatem, & in
ſubſtantiis non deponunt de minis, ac violentiis illatis
Sorori Conſtantiæ ad effectum, ut Monialis efficere-
tur, prout requiritur; Primus enim nihil ait de metu,
& violentiis, ſed ſolum inquit, *e perche la detta Vit-
torietta* (ſic enim nuncupabatur in ſæculo) *era ſpiri-
toſa, il fu Signor Carlo ſuo Zio la ſgridava più volte
dicendole, che la voleva collocare in un Monaſtero, e
che ivi haurebbe cambiate*; Secundus vero, & tertius
dicunt quidem quod Patrui deſiderabant, ut Victoria
Monialis efficeretur, & ob timorem, quod ab eo illam
averterent ſuggeſtiones Eliſabethæ ancillæ iſtam a ſervi-
tio dimiſerint. Sed ſecundus non deponit nec de metu,
neque de violentiis, & loquens de verberibus ſubdit,
quod Carolus Patruus illam aliquando verberabat,
non ut ſtatum aſſumeret litigioſum, ſed quia nimio
abundabat ſpiritu, ut *litt. E*: ibi: *e mentre la detta
Vittorietta era in detta Caſa, & era aſſai ſpiritoſa il
detto q. Signor Carlo ſpeſſe volte la batteva*, & licet Ter-
tius in atteſtatione extrajudiciali deponit de minis, &
verberibus ob adverſam Neptis voluntatem ſtatui Re-
ligioſo, attamen in formali examine declaravit,
quod illam verberabat, *perche era troppo viva, e
ſpiritoſa*, & non quia recuſabat ingredi Monaſte-
rium.

Ex quibus patet aſſertas malas tractationes Patruo-
rum non excedere conſuetas adhiberi caſtigationes ado-
leſcentulis exceſſivo ſpiritu præditis, itaut non potue-
rint incutere illum timorem, & metum ad hunc effe- 46
ctum neceſſarium, ut bene ponderat Sperell. *dec.*79.
*num.*50. §. *Sed, & quatenus*. Prout conſtat expreſſe,
eaſdem rigidas tractationes non fuiſſe a Patruis adhibi-
tas ad urgendam, ac neceſſitandam Neptem ad ingre-
diendum Monaſterium, in eoque profitendum, ſed ad
finem coercendi, & moderandi illius ingenitum ſpiri-
tum pro recta, & prudenti nobilis Puellæ educatione,
ſicque quando etiam minæ, & effectivæ caſtigationes
eſſent nedum leves, ut in caſu, ſed graviſſimæ, ad-
huc cum non fuerint illatæ ad illum præciſum fi-
nem extorquendi conſenſum, vel profeſſionem non 47
ſunt in conſideratione habendæ, neque irritant pro-
feſſionem ex capite metus per ea, quæ tradunt Sua-
rez *de Relig. part.*3. *lib.*6. *cap.*4. Leſſ. *de Juſt. &
Jur. lib.*2. *cap.*17. *dubit.* 2. *n.* 40. Maſtrill. *dec.*140.
*n.*15. Seſſ. *dec.* 60. *num.*20. *lib.* 1. cum aliis plena
manu allegatis per Sperell. *in prælaudata decif.* 76.
num. 41.

Et revera non alia ex cauſa Patrui rigidi ſeſe oſten-
dere poterant erga Neptem, niſi ut coerceretur ejus
abundans vivacitas; nam de tempore, quo moram
traxit in illorum Domo non excedebat annum nonum,
ſatui autem dijudicandi erant, ſi voluiſſent tunc tem-
poris tentare mediantibus minis, & verberibus Ne-
ptem teneram, ut ſtatum Religioſum aſſumeret, cujus
a radice incapax erat. Addito, quod ſi ullus eſſe pote-
rat conſcius aſſ. verberum, & minarum, utique erat
Eliſabetha ejuſdem Puellæ Ancilla, quæ de hiſce ver-
beribus, & metu non deponit, ſed ſolummodo ait,
quod Patrui eam incognitam Domi retinebant, ipſam-
que Eliſabetham non ſemel objurgaverint, ex quo auſa
fuerat contra monitum Dominorum, nobilem, & ve-
ram Puellæ patefacere conditionem, quod ſane proce-
dere potuit, quia indecens videbatur Patruis, ut Ne-
ptis nobilibus orta natalibus publice incedere deberet
plano, & ſimplici tractatu, ob idque ſtudebant illam
ipſis Conſanguineis incognitam tenere, quin exinde
argui bene poſſit id totum factum eſſe, ut eo facilius in-
duceretur ad ſtatum Religioſum capeſſendum. Et cer-
tius quia duo Teſtes dati depoſuerunt, alter per hæc
verba: *che i Signori ſuoi Zii in conto alcuno non vole-
vano, che prendeſſe l'Habito, ne meno la Sign. Anna
Maria Gentile ſua Zia, perche la conoſcevano per vi-
vace*: Alter vero per hæc alia. *Io dico, che alcuno non
gli hà mai detto, che ſi faceſſe Monaca, anzi gli dice-
vano, che eſſa era la maggiore, e che era ricchiſſima,
e che li Zii deſideravano ſolo quello voleva, e che ha-
verebbero dato quello haveſſe voluto, & hò inteſo dire,
che gli dicevano, che ſe non ſi voleva far Monaca av-
vertiſſe a farlo*, quæ ſane depoſitiones excludunt radi-
citus metum, confundunt Teſtes deponentes, quod 48
Patrui deſiderabant, ut Neptis efficeretur Monialis, &
concludunt Sororem Conſtantiam emiſiſſe profeſſio-
nem cum totali libertate animi, & conſenſus, citra
quod detrahi debeat fidei dd. Teſtium, ex quo ſunt
Moniales. Poſthabito enim, quod ſint nobiles, nul-
lumque habent particulare intereſſe in hac re, ex eo
abſque difficultate plenam conſtituunt probationem,
quia examinatæ, & inductæ fuerunt ab ipſammet Soro-
re Conſtantia, onde contra ipſam ſuperlative probant
Gratian. *diſcept.*551. *num.*8. Rota *dec.*462. *num.* 1. *cor.
Coccin.* & *decif.*100. *n.*2. *part.*13. *cum aliis in Lauden.*
Pen-

Digitized by Google

Penſionis 4. Februarii 1695 §. Id ipſum, cor. bon. mem. Urſino. & in Romana Pecuniaria ſuper Juramento in litem 11, Maii 1699. In caſu, coram Rev. P. D. meo Muto.

Atque hinc etiam detegitur minus verum dictum unius ex Teſtibus tranſcriptum, quod Patrui illam coegerint ad ſe monacandum, ut ditiores fierent ibi; *e ciò per reſtar'eſſi più ricchi, e con maggior grandezza;* Tum quia confunditur ex diſpoſitione dictarum Monialium. Tum quia in hac circumſtantia eſt unicum, adeoque nihil probat *Cap. Licet, & Cap. Venient de Teſtam.* Tum quia Soror Conſtantia fuit a Patre hæres inſtituta ſine ulla ſubſtitutione favore Patruorum, & in caſu Monacationis inſtituta fuit proles naſcitura ex ventre prægnante, ex quo poſtea ortum habuit Thereſia de tempore profeſſionis ſuperſtes, & a Patruis præclaro collocata Matrimonio, unde nulla Patruis ineſſe poterat ſpes ſuccedendi in hæreditate Neptis, prout eventus edocuit, dum Soror Conſtantia, ut præfertur, emiſit renunciationem favore Aviæ, & non Patruorum, unde hujuſmodi refugium remanet ideale.

49 Ejuſdem imo minoris relevantiæ viſæ fuerunt depoſitiones Teſtium circa aſſ. metum, & violentias illatas Sorori Conſtantiæ a duabus Amitis; nam illorum aliqui ſolum deponunt de ſuaſionibus ad profitendum, quæ etiamſi eſſent importunæ tantum non præſeferunt malum, cujus timor dicatur cadere in conſtantem virum, vel fœminam, ſeu quod prudenter a Viro forti magni fieri poſſit, Panormit. *cap. Cum inter n. 8. de elect.* Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 5. n. 7.* Paſſarin. *d. art. 10. inſpect. 3. n. 78.* Et quamvis illorum duo deponant ex auditu ab ipſiſmet Amitis de minis, quod ſcilicet Soror Conſtantia *voleva, ò non voleva, doveva ſtar con loro*, ut aſſeruit Comes Morandus, quodque *non occorreva penſare ad uſcire dal detto Monaſtero, e che volevano tanto eſſo, quanto li ſuoi Zii, che eſſa Signora Coſtanza Vittoria ſi faceſſe Monaca à profeſſare ò per amore, ò per forza, che altrimenti la ſua vita sarebbe ſtata Pane, & Acqua, e batiture chiuſa in una ſtanza*, ut depoſuit Garibaldus: Hujuſmodi tamen depoſitiones ex multiplici capite apparuerunt inveriſimiles. Et primo, quia Soror Conſtantia erat adoleſcentula vividi ſpiritus, & ingenii, unde non eſt probabile, quod Amitæ provectæ ceteroquin ætatis, adeoque languidi ſpiritus potuerint minari, & credere, quod earum minæ incuterent timorem in Nepte ſagaciſſima, quæque habebat in Monaſterio alios Conſanguineos, & libere alloquebatur cum exteris. Hujuſmodi proinde minæ, ut prætenditur illatæ a Mulieribus impotentibus illas exequi quaſque vivacitas ſpiritus Sororis Conſtantiæ faciliter evadere poterat, utpote inexequibiles, vel non præſumuntur, vel ubi revera adfuiſſent non ſufficiunt ad annullandam profeſſionem,

50 Coninch. *de Sacram. & Cenſ. tit. de Matrimon. metu contract. diſp. 28. dub. 2. num. 24.* ubi quod nemo prudenter poteſt timere aliquod malum, quando ſcit minantem, aut non poſſe illud inferre, aut non eſſe probabile, eum hoc illaturum, aut quando ipſe hoc poteſt ſine incommodo vitare cum aliis apud Sperell. *dec. 89. n. 43.*

Secundo quia omnes Teſtes examinati ab ipſa Sorore Conſtantia uno ore depoſuerunt illius Amitas fuiſſe Moniales optimæ conſcientiæ, moriſque Angelici, un-

51 de nemo ſuaderi valet voluiſſe contrahere adeo grave peccatum, & in cenſuras Sacris Canonibus, & Sacro Concilio Tridentino contra profiteri cogentem inflictas incidere, ut notavit in ſpecie Sperell. *d. dec. 79. n. 55. verſ. ſecunda.* Tertio demum quia concurrit adverſus depoſitionem præfatorum teſtium altera depoſitio geminæ Monialis, ex qua conſtat ſemper per dd. Sororis Conſtantiæ Amitas repoſitum fuiſſe in illius arbitrio, & voluntate continuatio in Monaſterio, in eoque emittenda profeſſio. Unde in concurſu ſtandum eſt teſtibus excludentibus metum, ac per conſequens delictum, ut ex innumeris proſequitur Sperell. *d. dec. 79. n. 16.* ubi contrarios explicat. Stantibus potiſſime tot actibus poſitivis a Sorore Conſtantia geſtis ante, & poſt profeſſionem ſupra expoſitis, qui non minus convincunt illius profeſſionem emiſſam fuiſſe cum conſenſu interiori, quam etiam cum libera, ſpontanea, & non coacta voluntate pro qua in dubio pronunciandum eſſe monent communiter poſt *Text. in l. 2. C. de his qui met. cauſ.* Doctore relati per Sanchez *in Decalog. lib. 4. cap. 3. num. fin.* Gratian. *diſceptat. 413. n. 17,* Rot. *coram Seraphin. deciſ. 1361, in fine.*

Et ita utraque, &c.

CAMERACEN. PRÆPOSITURÆ,

ARGUMENTUM.

Agitur de *Regula 4. Cancellariæ* reſervatoria primarum Dignitatum, & de ejus exceptuatione in Concordatis Germaniæ, Examinatur diſpoſitio *Extravag. ad Regimen de Præbendis*, una cum aliis, & præcipue ſuper *regula 4. &* 15. necnon eadem *Extravaganti* occurrentibus dubiis.

SUMMARIUM.

1 *Summus Pontifex in Concordatis exceptuavit Primas Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis.*

2 *Iſtæ ſunt perpetuo reſervata Summo Pontifici.*

3 *Remanent ſub reſervatione Regulæ 4.*

4 *Reprobatur opinio Nicolarii, & n. 6.*

5 *An Ordinarius poſſit conferre Primas Dignitates exceptuatas in Concordatis, ſi illæ non excedant valorem 10. ducatorum.*

7 *Explicantur verba Concordatorum ſuper exceptuatione primarum Dignitatum.*

8 *Sede vacante licet ceſſent reſervationes accidentales, ſeu diſcontinuæ, non autem ceſſant reales.*

9 *De ſtylo Cancellariæ primæ Dignitates poſt Pontificalem in Germania providentur ex reſervatione Regulæ 4. abſque ulla reſervatione Concordatorum.*

10 *Falſa expreſſio Nobilitatis, quæ non requiritur de natura beneficii non vitiat Gratiam.*

11 *Officium Judicis Nobilitatem inducit.*

12 *Quæ quoad Deſcendentes tranſit in Nobilitatem generis.*

13 *Nobilitas comprobatur ex matrimoniis contractis cum Familiis Equeſtribus.*

14 *Et ex antiquitate generis.*

15 *Excipiuntur in Concordatis etiam beneficia vacantia per promotionem juxta Extravag. ad Regimen. de Præbend.*

16 *Reſervatio inducta ab Extravaganti procedit etiam quoad beneficia, pro quibus data fuit retentio.*

17 *Ibidem reſervantur beneficia etiam vacantia per aſſecutionem Officiorum quorumcunque.*

18 *Regula de Annali procedit etiam in Officiis Eccleſiaſticis.*

19 *Reſervatio Extravag. ad Regimen non habet locum in proviſione ſecundi facta auctoritate Ordinarii.*

20 *Per retentionem utriuſque incompatibilis vacat utrumque, & reſervatum remanet, licet ſecundum fuerit auctoritate Ordinaria proviſum, & reprobatur Garz. n. 21.*

22 *Ut primum maneat reſervatum, vel non per aſſecutionem ſecundi attenditur menſis, in quo capta fuit poſſeſſio.*

23 *Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem an vacent beneficia juxta Extravag. ad Regimen.*

24 *In promotione ad Epiſcopatum Titularem non datur de neceſſitate retentio beneficiorum, & data intelligitur ad cauthelam.*

25 *Epiſcopi Titulares ſunt vere, & proprie Epiſcopi.*

26 Per

26 *Per eorum promotionem vacant beneficia ſtricto jure.*

27 *Epiſcopus Titularis tranſlatus ad Eccleſiam actualis adminiſtrationis retinet Eccleſiam Titularem in Commendam.*

28 *De ſtylo Curia non diſpoſitione Juris Epiſcopatus Titulares non ſunt incompatibilis cum aliis beneficiis.*

29 *Epiſcopi Titulares creantur, ut poſſint coadjuvare Epiſcopos actuales.*

30 *An vacent beneficia juxta Extravag. ad Regimen ſi contemporanee quis fiat Epiſcopus Titularis, & Suffraganeus alicujus Eccleſia Epiſcopalis.*

31 *Suffraganeatus eſt Titulus non perpetuus.*

32 *Acceptans Vicariatum Epiſcopi non amittit Dignitatem, vel beneficium curatum.*

33 *Reſolutio Sacra Congregationis Concilii declarans non vacare Parochialem per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, & Suffraganeatum.*

34 *Procedit reſolutio quando Suffraganeus eſt temporalis, non autem perpetuus.*

35 *Suffraganeus Epiſcopi non differt ab Epiſcopo ad effectum Reſidentia, illi impoſita ex decreto S. Pii V. quod refertur.*

36 *Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem & Suffraganeatum vacant beneficia, & reſervata manent juxta Extravag. ad Regimen.*

37 *Ex quibus Suffraganeatus cenſeatur perpetuus.*

38 *An ſuffragetur Indultum contra reſervationem Regula 4. & de opinione negativa, & numer. 39.*

40 *Qua procedit etiam in Indultis de optando ad Primas Dignitates.*

41 *Regula 15. Cancell. non revocat Indultum in limine fundationis, diſtingue, & limita n. 42. & 43.*

44 *Reprobatur Spada, & Cardinal. de Luca ſuper intelligentia Regularum Cancellaria 4. & 15.*

45 *Indultum ſive anterius, ſive poſterius Regula 4. ſemper eſt derogatum ex Regula 15.*

46 *Regula 15. derogat Indulto gratioſo etiam in limine fundationis, quod concederet, quod de Jure competit, limita n. 47.*

DISCEPTATIO CXI.

VAcata Præpoſitura Eccleſiæ Cameracenſis, quæ inibi Dignitas major poſt Pontificalem exiſtit, Sedes Apoſtolica illam contulit tanquam reſervatam ex Regula 4. Cancellariæ Dom. Gilberto Franciſco Paris de Bellabat facta in litteris Apoſtolicis expreſſione, quod ipſe eſſet de nobili genere procreatus, & in utroque Jure graduatus.

Ex hac proviſione duæ inſurgunt difficultates, ſeu articuli, ſuper quibus meum pro veritate Votum fuit expoſtulatum.

Primo cur litteræ Apoſtolicæ fuerint expeditæ tanquam de Dignitate reſervata in vim Reg. Cancellar. non autem in vim Concordatorum Germaniæ, quæ in Eccleſia Cameracen. vigent, & obſervantur.

Secundo an verificetur expreſſio facta in litteris, quod memoratus D. Gilbertus fuerit de nobili genere procreatus cum ex latere paterno, & materno probet matrimonia contracta cum familiis Equeſtribus, & ſit Nepos Judicis habentis primarium Magiſtratum conſpicuæ Civitatis, ac etiam ſit filius unius ex primariis Judicibus ejuſdem Civitatis.

Reſpondendo igitur ad primum articulum cenſui litteras rite, ac recte expeditas fuiſſe tanquam de Dignitate reſervata ex Regul. 4. Cancellar. nec ullatenus expediri debuiſſe tanquam de reſervato
1 in vim Concordatorum Germaniæ, & ratio eſt, quia Summus Pontifex Nicolaus V. in Concordatis expreſſe voluit excipere ab illis Dignitates majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & Collegiatis, ut etiam de praxi teſtatur Card. de Luc. *de benefic. diſc. 13. num. 3.* ibi: *Concordata Germania non ſolum non capiunt reſervationem Regula 4. ſeu 5. circa primas Dignitates, ſed eam expreſſe exceptuant, ut paſſim ceſſantibus Indultis particularibus aliquarum Eccleſiarum, illa providentur per Sedem Apoſtolicam ita docentibus quotidiana praxi, eorundemque Concordatorum contextu.*

Quod etiam firmat Pitingh. Doctor Germanus *in Jus Canonic. lib. 3. tit. 5. num. 316. verſ. Notandum ſecundo*, Anaclet. *in lib. 3. decretal. titul. 5. §. 19. numer. 550.* ubi dixerunt, quod hujuſmodi Dignitates etiamſi vacent in menſibus Ordinario- 2
rum, ab ipſis conferri non poſſunt virtute Alternativæ in Concordatis conceſſæ, ſed ſemper Summo Pontifici ſunt reſervatæ, & Me ſcribente noviſſime dixit Rot. *in Tridentina Archipresbyteratus 3. Decembris 1723. §. Hinc tranſeo, coram R. P. D. Gamachet.*

Dum ergo Papa exceptuavit a Concordatis hujuſmodi Dignitates, iſtæ remanſerunt ſub reſervatione Reg. 4. Cancell. vigore cujus bene Summus 3
Pontifex procedere ſolet ad illarum proviſionem, nec aliter procedere debet in vim Concordatorum, exceptuationis enim natura eſt, ut exceptuatum non cadat ſub illo, a quo facta fuit exceptuatio Gonzall. *ad Regul. 8. Cancellar. gloſ. 24. numer. 1.* & in terminis Cardinal. de Luc. *de benefic. in ſumma num. 127.*

Et conſequenter mihi videtur male locutum fuiſſe Nicolara *in Concordat. German. pag. 145.* qua- 4
tenus credidit in vim Concordatorum Pontificiæ diſpoſitioni reſervari has Dignitates majores poſt Pontificalem, cum enim ante Concordata jam extaret Regul. 3. hodie 4. ſuper reſervatione hujuſmodi Dignitatum, & in Concordatis Papa eas exceptuaverit, manifeſtum inde videtur ex Regula Cancell. non autem ex Concordatis Pontificiæ diſpoſitioni Dignitates reſervari, & probat Card. de Luc. *de benefic. in ſumma n. 127.*

Bene verum eſt, quod hujuſmodi opinioni adverſatur opinio Rotæ antiquæ, quam refert Gomeſ. *deciſ. 6. lib. 2. poſt deciſiones Coccin. tom. 1.* ubi deciſum fuit, quod Ordinarius nequeat con- 5
ferre primas Dignitates in Collegiatis exceptuatas per Concordata, etiam ſi agatur de Dignitatibus non excedentibus valorem decem ducatorum auri de Camera, licet Regul. 4. Cancell. non reſervet niſi has Dignitates hujuſmodi valorem excedentes, ea ratione, quod Concordata indiſtincte, & abſolute excipiunt eaſdem Dignitates, & cum illa ſint quidam contractus inter Papam, & Nationem Germanicam, proinde declinatum eſt ab ipſa Regul. 4. neque cum ea aliquid commune habet iſte contracto: ergo illa exceptio poſita in Concordatis indiſtincte ſervari debet non habito reſpectu ad Regulas, ibique Gomeſ. refert ita fuiſſe concluſum in Rota in Meten. Præpoſituræ Sanct. Salvatoris 25. Novembris 1592. coram Capizucchio; quæ opinio apud Me plus venerationis, quam ponderis habet, quoniam exceptuatio relinquit Dignitates in eo ſtatu, & qualitate reſervationis, in qua erant favore Summi Pontificis vigore Regulæ 4. nec propterea inducit reſervationem novam, diverſam, & ampliorem, quam antea erat, ac etiam quia indefinita expreſſio Dignitatum ſemper intelligitur relative ad illam ſpeciem Summo Pontifici reſervatam, nil concludente illa ratione, quod Concordata ſunt quidam contractus, ut exinde inferatur eſſe declinatum ab ipſa Regul. 4. Si enim iſte contractus non diſponit, quia non reſervat has Dignitates Papæ in ſe ipſo, ſed eas exceptuat a ſe ipſo, ergo inferri nunquam poteſt, quod per ipſum fuerit declinatum a Regula, ſed potius, quod virtute exceptuationis ab ipſo contractu Concordatorum, jus providendi Dignitates relictum fuerit in diſpoſitione Regulæ, quia caſus exceptus non poteſt

sec-

Ha deliberato di ritirarſi in qualche Religione, &c. con animo però di mai voler fare alcuna valida Profeſſione nella Religione, che ſia per entrare, per qualunque atto, che poſſa fare, da cui ſi poſſa arguire il ſuo conſenſo,

Perciò acciochè di tal ſua preciſa volontà ne coſti in ogni tempo hà quivi il detto Signor Giovanni di Rege dichiarato, e proteſtato, come in queſti ſcritti proteſta, che venendo il medeſimo ad entrare in qualunque Religione per qualſiſia atto, che ſii per fare, e per qualſivoglia eſpreſſione di conſenſo, che ſi poſſa in avenire ritrovarſi dal medeſimo fatto di Profeſſione Religioſa, e ſotto qualſivoglia ſolennità eſſo non intende obligarſi in modo alcuno all' oſſervanza d' alcuna Regola, ne Conſtitutione di tal Religione in cui ſia per entrare nè ad alcuno altro vincolo.

Intendendo eſpreſſamente, che qualſiſia atto, che ſia per fare come ſopra, quando anco fuſſe replicato, s'abbi per irrito, caſſo, e nullo, e non ſortiſca alcun' effetto, anzi, che s' abbi al tempo avanti, o doppo ogn' atto, da cui poſſa arguirſi la Profeſſione ſudetta per repetita la preſente proteſta, e mai a queſto s' intenda renunciato per qualſiſia atto contrario anche di eſpreſſa renuncia.

Prævia igitur hujuſmodi proteſtatione, & declaratione animi, deſperatione ductus habitum in Religione Carthuſianorum aſſumpſit mutato nomine Joannis in Marcellum, & ſucceſſive ſemper continuavit in eodem determinato animo nunquam profitendi; nam pendente anno Novitiatus, pluries conqueſtus fuit cum Patre Magiſtro Novitiorum, & ſimul Vicario; quod ejus intentio aliena prorſus erat a vinculo Religionis, qui Pater Magiſter illi reſpondit: *Ch' era in obligo d' uſcire dalla Religione*: eamdemque conqueſtionem emiſit cum Dominico Ferrerio tunc Connovitio.

Proximum erat tempus, emittendi Profeſſionem, quando infelix Juvenis ad ſibi magis præcavendum ſcripſit geminas epiſtolas duobus ejus Familiaribus, ſeu Amicis, ubi enarrando quod ſcribebat de conſenſu Patris Magiſtri Novitiorum expoſuit ſe reperiri in ſtatu miſerabili, & rigoroſo Novitiatu ea cauſa ſævitiarum Patris, & Novercæ, qui ambo eum coarctabant ad Religionem, & propter hoc (ſuor verba præciſa) *mio Sig. Padre, come lei sà, mi ha battutu grandemente maſſime l' anno paſſato, &c. fomentato da una Madregna, che non mi puol vedere, e vuole, che tutta la robba reſti alli ſuoi figli del ſecondo letto*: illiſque ſignificavit, quod licet cogeretur ſtare interim in Religione, & profiteri adhuc tamen ficte intenderet profiteri ibi: *m' intendo di veramente non profeſſare avendo intentione fin hora per allora di non ligarmi, ne con voti ſoliti à farſi da veri Profeſſanti in queſta Profeſſione Certoſina &c. ma di reſtare in mia totale libertà d' uſcire a ſuo tempo, come ſe non profeſſaſſi, e per mia giuſtificatione ſarà contento di conſervare queſta in tempo di mio richiamo a Roma, che indubitatamente ho io in mente di fare, prima che ſpiri il quinquennio.*

Cum his reiteratis proteſtationibus, & animi declarationibus tandem die 18. Octobris 1701. verbis quidem, ſed non animo Profeſſionem emittere coactus fuit, non ſolum tunc in actu Profeſſionis, ſed etiam poſt, oſtendendo internum animi mœrorem, & averſionem a Religione mediantibus lacrymis, & ſingultibus, ita, & taliter, quod ipſimet Superiores jam optime conſcii, quod Juvenis Profeſſus reclamandi animum habebat, ut illum ab hac præmeditata reclamatione diverterent, ex improviſo ei intimarunt obedientiam, injungentes, ut una cum Patre tunc Priore, & nunc Viſitatore ad Monaſterium Parmæ ſe conferret, ſuperaddita etiam prohibitione alloquendi in itinere cum propriis ejus Conſanguineis.

Perventos ad Monaſterium Civitatis Parmæ toto tempore, quo ibi infelix Juvenis commoratus eſt, ſemper in animo retinuit reclamandi ſuper nullitate Profeſſionis, & ad hunc effectum ſub die 24 Septembris 1706. & ſic antequam laberetur quinquennium recurſum habuit ad Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, & in ea porrexit ſupplicem libellum, in quo exoravit, ut Eminentiſſimi Patres dignarentur eidem Oratori concedere locum aptum ad effectum, ut præſtare poſſet aſſiſtentiam defenſioni Cauſæ ab eo introducendæ ſuper nullitate Profeſſionis, & interim quod demandaret dictum ſupplicem libellum regiſtrari debere, ut apparere poſſet, ipſum ante lapſum quinquennii reclamaſſe, & reſponſum obtinuit: *Procuratori Generali pro informatione, & voto ſuper prætenſa nullitate Profeſſionis, & reclamatione Oratoris, & dimittatur copia ſupplicis libelli penes Secretarium.*

Et quia idem Procurator Generalis informare recuſavit, porrexit Summo Pontifici preces ab eo remiſſas Sac. Congregationi Concilii, in qua emanavit reſcriptum injungens Epiſcopo Aſten. ut audito Superiore locali proceſſum conficeret, & illum cum ejus Voto ad ipſam Sacram Congregationem traſmitteret, prout tranſmiſit una cum Proceſſu, & in eodem Voto firmiter concluſit pro nullitate Profeſſionis; Hinc ego aſſumptus ad defenſionem in Sac. Congregatione dicebam: *conſtare de nullitate Profeſſionis*; prout obtinui, ut habetur in reſolutione ſuperius impreſſa *diſcept.* 58. *n.* 47. Ita ergo pro reſolutione ſcribebam.

Ex relata enim ſerie facti conſtat hunc Juvenem non emiſiſſe Profeſſionem mediante conſenſo libero, ſed coacto per vim, & metum Caroli Franciſci ejus Patris, ideoque cum in ſpirituali Matrimonio, ſicut & in carnali, requiratur omnimoda libertas conſenſus, inde ſequitur Profeſſionem emiſſam conſen- 2
ſu coacto non ſubſtineri, nam Deus voluntarios ſibi Milites eligit, coacta vero ſervitia contemnit, juxta *Text. in Can. non eſt* 15. *quæſt. prima, & in Can. Jam vero* 23. *q.* 6. a Spirit. Sanct. *conſult.* 63. *num.* 6. Pignatell. *conſult.* 173. *n.* 43. *tom.* 9. Panimoll. *dec.* 29. *n.* 5. *&* 6. Rot. *cor. Buratt. dec.* 205. *n.* 14. *& cor. Arguell. dec.* 9. *n.* 42. *& ſeqq.*

Iſte autem metus probatur priori loco ea indignatione Caroli Franciſci Patris, qui ut omnia bona reſervaret Filiis ſecundi Matrimonii primo loco tentavit, ut Joannes renunciaret illis ſub falſo prætextu emendi pro illo officium Secretariatus, & quia renunciationem obtinere non potuit, ſtimulante Noverca beſtialiter exclamabat: *che eſſo Signor Giovanni omninamente ſi faceſſe Frate, perche haveva molti Figli del ſecondo letto, alli quali era in obligo di penſare, altrimenti ſaria coſtretto di dare nella beſtialità, e di venire ad atti irretrattabili*: Inde autem poſt ſæpius iteratas minas erga Filium uſque ad terrorem: *di dividerli il capo in quattru parti*: addidit verbera, ex qui- 3
bus miſer Juvenis coactus fuit aufugere de Domo Paterna; Quando autem agitur de Patre, cujus reſpectu militat metus reverentialis, una cum probatione minarum, exinde juſtus, & gravis metus evincitur, eoque magis junctis verberibus, & ſic cruciatu corporis, ut docet *Text. in cap. Cum dilectus, verſic. Neque cruciatum corporis de his, quæ vi, metuſque cauſa*, & optime conſiderat ad effectum nullitatis Profeſſionis Pignatell. *conſult.* 173. *num* 47. *tom.* 9. Rota *cor. Royas dec.* 495. *per tot. ſignanter num.* 6. a Spirit. Sanct. *conſultat.* 63 *ſub num.* 2. *in fine* Portell. *Dub. regul. part.* 2. *caſu* 32. *num.* 3. Ciarlin. *controverſ. lib. primo cap.* 18. *num.* 32.

Secundo, quia Filius extra Domum Paternam expulſus, & privatus alimentis Paternis, ne fame periret prius coactus fuit mendicare per aliquot dies, & ad effectum ſe ſubſtentandi mobilia minuta vendere, mox autem oportuit, ut quæreret, cedere violentiæ Paternæ intrando in Religionem, eo enim ipſo, quod propter 4
indignationem Patris Filius privatur alimentis, & propter hoc cogitur Religionem ingredi, dicitur metu inductus, quia negare alimenta eſt necare, ſufficiens ad probationem metus, *Text. in leg. Necare videtur. ff. de liber. agnoſ.* & in ſpecie Lezzana *in Summ. quæſt. Regularium in verbo profeſſio numer.* 16. *in fine*, Pignatell. *conſult.* 173. *n.* 86. Rota *coram Buratt. dec.* 205. *n.* 9. *& coram Ubald. dec.* 234. *n.* 7. *& coram Arguelles dec.* 9. *n.* 13.

Tertio accedit cauſa metus ex amiſſione honoris, 5
ſeu timore magnæ verecundiæ, ex quo Carolus Franciſcus Pater quodquam publice apocam fecerat emptionis Officii Secretariatus, & publicas congratulationes ſuſceperat tam ipſe, quam Filius, deinde noluit emptionem perficere, quia Filius, renunciare

deno-

denegavit omnibus bonis, propter quod non poterat amplius publice comparere in Civitate ex cauſa gravis erubeſcentiæ, ibi: *per non ſtare al Secolo con sì grave ſmacco di ſua riputatione, &c. hà deliberato di ritirarſi in qualche Religione ſegreta dalla frequenza del Mondo, &c. con animo però di mai voler fare alcuna Profeſſione*, quæ etiam cauſa per Doctores aſſignatur ad effectum probandi juſtum metum, ſcilicet timor magnæ verecundiæ, itaut quis non poſſet apparere ſine dedecore, ut probatur a Spiritu Sanct. *d. conſult.* 63. *n.* 2. ibi: *Secunda cauſa gravis metus cadentis in Virum conſtantem, eſt timor magnæ verecundiæ, &c. itaut non poſſet apparere ſine dedecore:* Boſſ. *de Matrimon. cap.* 12. *n.* 46. ubi plures concordantes.

Quarto concurrit altera cauſa metus propter amiſſionem, vel omnium, vel majoris partis bonorum,
6 dum Pater ſtrangulare volebat Filium ad renunciandum omnibus bonis ex cauſa emptionis ſimulatæ Officii Secretariatus, quod pariter coegit animum Juvenis ad intrandum in Religionem, ut ſic Pater molliretur tractu temporis, nec denegaret quidquid de Jure ei debebatur, ut in relata proteſtatione: ibi: *per movere in tal maniera ſuo Padre a non fargli torto di ciò che per ragion di natura gli può eſſer dovuto, mentre il detto Comparente non gli hà dato cagione alcuna di privarlo della portione, che gli può ſpettare delli Beni ſudetti*, cum inter cauſas gravis metus connumeretur etiam iſta amiſſionis omnium, vel majoris partis bonorum, ut tradit Lezzana *in Summ. quæſt. Regul. in verbo profeſſio num.* 16. *verſic. Nono amiſſionis*, a Spiritu Sanct. *d. conſult.* 63. *verſ. quarto metus*, Sanchez *de Matrimon. lib.* 4. *diſput.* 5. *num.* 20. Farinac. *in Fragmen. in verbo metus reverentialis num.* 89. Rota *coram Emerix Jun. dec.* 732. *n.* 9. *& dec.* 870. *n.* 3.

Ex qua cauſa metus multipliciter probata, ſequitur probatio conſenſus coacti ad intrandum in Religionem, & profitendum, dum Joannes ante *ingreſſum* publice, & palam declaravit ſe coacte ingreſſurum Religionem ex cauſis ſuperius expoſitis, & ſic adeſt proteſtatio ante ingreſſum, adeſt etiam proteſtatio poſt ingreſſum, quia tempore proximo ad Profeſſionem ſe declaravit cum Patre Magiſtro Noviciorum, de cujus conſenſu ſcripſit duas Epiſtolas duobus ejus Familiaribus proteſtando animum ſuum de non profitendo; Iſtæ autem proteſtationes apertiſſime oſten-
7 dunt animum coactum Juvenis, & averſum a Religione, tam ſi agatur de Judicialibus, quam extrajudicialibus proteſtationibus, ut in puncto Pignatell. *d. conſul.* 173. *n.* 76. *&* 101. Rota *dec.* 579. *n.* 7. *part. prima, & dec.* 705. *num.* 5. *part.* 2. Rec. Immo ſufficere clandeſtinas proteſtationes dicunt Addeo. ad Greg. *dec.* 326. *num* 50. Ciarlin. *controverſ.* 108. *numer.* 50. Rota *coram Penia dec.* 1210. *num.* 4. & de expreſſionibus factis cum Familiaribus, & Amicis, Pignatell. *d. conſultat.* 173. *nu.* 159. Rota *coram Dunozett Jun. dec.* 930. *ſub n.* 3. *verſic. Accedentibus, & cor. Emerix Junior. dec.* 870. *n.* 11.

Adeſt denique reclamatio intra quinquennium iam poſt, quam etiam in ipſo actu Profeſſionis, ubi pro-
8 bantur lacrymæ, ſingultus, & ſuſpiria, qui actus ſubſequentes demonſtrant cauſam metus præcedentis, ut præſertim conſiderando ſigna triſtitiæ in actu profitendi, advertunt Rot. *cor. Gregor. dec.* 226. *num* 41. *& coram Arguell. dec.* 9. *num.* 37. *& cor. Dunoz. Jun. dec.* 930. *num.* 3. & plene proſequitur Pignat. *d. conſult.* 173. *n.* 74. *tom.* 9.

Licet enim hujuſmodi lacrymæ, & ſingultus in actu profitendi deſumantur ex depoſitione Connovitii; nitamen in hoc probant etiam Teſtes ſingulares, quando prout hic adminiculantur ex proteſtationibus, &
9 actibus tam antecedentibus, quam ſubſequentibus, Pignatell. *d. conſultat.* 173. *n.* 148. *tom* 9. Rota *coram Greg. dec.* 374. *n.* 21. *&* 22. *& deciſ.* 376. *n.* 47. *& cor. Emerix Jun. dec.* 870. *n.* 6. *&* 7. Arguell. *deciſ.* 9. *num.* 77. immo ſufficere ad hunc effectum indicia, & conjecturas inquit Pignatell. *d. conſult.* 173. *n.* 46. Giovagnon. *conſ.* 67. *n.* 69. *libr. primo*, Rot. *coram Gregor. dec.* 351. *n.* 6. *&* 7.

Hæc omnia probare videntur, Juvenem iſtum coacte per vim, & metum emiſiſſe profeſſionem, quæ propterea ex hoc capite non ſubſtinetur; Verum, ubi etiam dubitari poſſet ſuper circumſtantiis hujus *vis & metus*, ſufficientis vel non, adhuc etiam præſcindendo a vi, & metu, profeſſionem vere, & proprie in caſu iſto non ſubſiſtere dicebam ex *negabili defectu conſenſus*, quod ut facilius percipiatur diſtinguebam duos Caſus.

Primus eſt ille, de quo hactenus egimus, quando ſcilicet aliquis profitetur in Religione per vim & metum, & in iſto caſu requiritur rigoroſa probatio vis
& metus cum ſuis requiſitis, & circumſtantiis, eo 10
quia, qui profitetur coacte, dicitur conſentire, ſed non libere, nam voluntas etiam coacta, eſt voluntas, ideoque ut profeſſio nulla remaneat, opus eſt probare conſenſum datum qualificative, ſeu coacte, ut qualitas iſta eum deſtruat, & reddat inſufficientem pro Matrimonio ſpirituali, ut animadvertunt Gonzal. *in cap. primo num.* 15. *de his quæ vi metuſque cauſa fiunt* Pignatell. *de conſult.* 173. *num.* 38 Rota *dec.* 643. *num.* 28. *&* 29. *part.* 1. *rec.* a Spirit. Sanct. *dicta conſultat.* 63. *num.* 10. *&* 12.

Alter caſus eſt ubi aliquis emittit profeſſionem verbis, ſed ficte, ſcilicet animo, & intentione non profitendi, idque facit *ex aliqua honeſta cauſa*, & in ca-
ſu iſto nulla adeſt neceſſitas probandi vim, & metum, 11
ſed ſufficit probare, quod animum profitendi quis non habuerit, motus ex aliqua cauſa dummodo honeſta, non autem inhoneſta, ea ratione, quod agitur de probando totali defectu conſenſus, ſeu nullo modo vere, & realiter præſtiti in profeſſionem, qui defectus conſenſus operatur, ut nemo dici poſſit Monachus, vel Profeſſus, ut in puncto firmat Pignatell. *dicta conſultat.* 173. *numer.* 68. *tom.* 9. ibi: *Secluſis vi, ac metu nulla eſt profeſſio ex defectu conſenſus, reſultante præſertim ex proteſtatione, &c. quod nullo modo volebat Religionem profiteri, & quod, &c. reclamaſſet, adhuc Profeſſione emiſſa irritando omnes actus ex quibus manifeſto appareat defectus conſenſus, qui eſt de ſubſtantia Profeſſionis:* A Spiritu Sancto *dicta conſult.* 63 *num.* 8. ibi: *Immo ſi conſtiterit alium feciſſe talem proteſtationem ante ſumptionem habitus, id ſufficit ad annullandam Profeſſionem, & ſi aliter metus non probetur:* Portell. *in dub. Regular. in verbo Profeſſio num.* 11. Donat. *in prax. Regular. tom* 2. *tractat.* 11. *de Profeſſione nulla quæſt.* 13. *numer.* 8. Rota *deciſ.* 499. *per tot. part.* 14. *recent. & in Januen. Profeſſionis* 3. *Julii* 1702. §. *Et exordiendo cum ſeqq. coram bon. mem. Molines.*

Cum hac tamen diſtinctione, quod aut ille, qui in actu Profeſſionis ficte conſenſit, nec animum habuit
profitendi non poteſt probare hanc fictionem, & 12
hunc animum per proteſtationem, alioſque modos, & tunc in Foro externo remanet quidem Monachus, ſeu Profeſſus, non tamen eſt talis in Foro interno, & apud Deum, qui ſcrutator eſt cordium, & propterea dicunt Doctores, quod iſte licet in foro externo debeat remanere Religioſus, ut in *cap. Vidua de Regul. & Can. quod interrogaſti diſtinct.* 27. attamen remoto ſcandalo occaſione ſibi præſtita poterit fugere de Religione, neque ſi fugient in foro conſcientiæ erit obnoxius Apoſtatarum pœnis, ut communiter aſſerunt Donat. *in prax. ubi ſupra tractat.* 11. *quæſt.* 14. *numer. primo*, Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *quæſt.* 39. *num.* 11. *verſic. Et in alio ſimili*, Portell. *in dub. regular. in verbo Profeſſio num.* 11. Henriquez *de Matrim. lib.* 11. *cap.* 11. *num.* 21. *litt. V.* Morell. *tom.* 2. *deſputat.* 4. *de lege Eccleſiaſt. cap.* 14. *dub.* 8. *diffic.* 10. *n.* 79. Sotus *de Juſt. & Jur. lib.* 7. *quæſt. prima artic.* 2. *verſic. An vero qui tale votum.*

Aut vero, qui animum profitendi non habuit po-
teſt id probare per proteſtationem, per Teſtes, vel 13
alios modos etiam per indicia, & vehementes præſumptiones, & tunc etiam in foro externo dimittendus venit a Religione tanquam nullo remanente voto, ſeu Profeſſione ex defectu conſenſus, ut probat *Gloſſ. in Can. quod interrogaſti diſtinct.* 27. *in verbo & finxit, & in cap. Vidua de Regular. in verbo licet Sacramento*, Turrecremata *in Can. quod interrogaſti diſtinctio* 27. *n. primo*, ubi quod ſi quis profeſſus fuerit

Non ea intentione, ut ſit Monachus, vel Monacha, ſed ob aliud, puta propter coactionem famis, vel propter metum alicujus ſcilicet Principis, vel raptoris, & corruptoris vel propter aliud, quod ille non ſit Monachus, vel Monacha, & debet abſolvi a Monaſterio ſi hoc poteſt probare per legitimos Teſtes, vel violentiſſimam præſumptionem, concordat Geminian. num. 6. Præpoſitus n. 9. ibi: *Aut ſumus in foro Contentioſo, & tunc, &c. ſi poteſt per aliqua ſigna extrinſeca, &c. apparere de intentione, quod non facit animo ſe obligandi, & tunc non induceretur profeſſio, & hoc ipſum dicunt Canoniſtæ in dict. cap. Vidua de Regular.* nempe Innocent. *num. 5. in fine*, Hoſtien. *nu.* 10. *verſ. Sed & tales*, Portell. *in dub. Regular. in verbo Profeſſio n. 11. verſ. Probatio vere*, Donat. *in prax. regular. tom. 2. tract. 11. de Profeſſ. nulla n.* 8. Paſſerin. *de ſtat. homin. q. 189. art. 10. n. 42. & ſeqq.* Rot. *d. dec. 499. n. 2. & ſeqq. par. 14. recent.*

Applicando ad rem clare patet quæſtionem iſtam vere, & realiter ſtare in hoc ſecundo caſu, quod nempe iſte Juvenis, vere, & proprie in actu profitendi animum non habuit profitendi, & iſte eſt punctus, ubi concurrit probatio omni ex parte perfecta, quia concurrit animus vere non profitendi una cum honeſta cauſa ita fingendi conſenſum in Profeſſione citra animum, & intentionem ſe obligandi.

Hic ſane animus non profitendi per conſenſum in Profeſſione magis clare probari non poteſt, ſi attente examinetur ſolemnis illa proteſtatio, quam Juvenis iſte fecit, coram Senatu Taurinenſi, antequam ingrederetur in Religionem; Ibi enim declaravit, quod per quemcunque conſenſum ab ipſo præſtandum in actu Profeſſionis non intelligebat habere animum profitendi ibi; *Con animo però di mai voler fare alcuna valida Profeſſione nella Religione, che ſia per entrare per qualunque atto, che poſſa fare da cui ſi poſſa arguire il ſuo conſenſo.* Quæ quidem proteſtatio
14 manifeſte probat in foro externo actum futuræ Profeſſionis ſimulate faciendum verbis, animo autem illum vere non faciendi, ut tradit Gonzal. *in cap. 1. n. 7. de his quæ vi metuſque cauſa*, & in puncto Pignatell. *dicta conſultat.* 173. *num.* 68. a Spiritu Sanct. *dicta conſultat. 63. num. 8. verſ. Immo*, cum aliis infra allegandis.

Fortius autem quia in eadem proteſtatione ulterius proſequendo, non contentus declaratione ſuperius expreſſa, adjecit: *Proteſta che venendo il medeſimo ad entrare in qualunque Religione per qualſiſia atto, che ſii per fare, o per qualſivoglia eſpreſſione di conſenſo, che ſi poſſa in avenire ritrovarſi dal medeſimo fatto di Profeſſione Religioſa, o ſotto qualſivoglia ſolennità, eſſo non intende obligarſi in modo alcuno all' oſſervanza di alcuna Regola ne Conſtitutione di tal Religione in cui ſia per entrare, ne ad alcuno altro vincolo, intendendo eſpreſſamente, che qualſiſia atto, che ſia per fare, come ſopra quando anco foſſe replicato s'habbi per irrito, caſſo, e nullo, e non ſortiſca alcun effetto, anzi, che s'habbi al tempo avanti, e doppo ogn' atto da cui poſſa arguirſi la Profeſſione ſuddetta per repetita la preſente proteſta, e mai à queſto s'intenda renunciato per qualſiſia atto contrario anche di eſpreſſa renuncia.* Dari autem non poteſt melior probatio ficti conſenſus in Profeſſionem, niſi per præambulam proteſtationem, in qua ita fuerit declaratum, ut probant auctoritates mox adductæ.

Et in terminis punctualibus docet *Gloſ. in dicto Cap. Vidua de Regular. in verbo licet Sacramento*, ubi quod fictus conſenſus in Profeſſionem ad effectum illam reddendi nullam probatur per antecedentem proteſtatio-
15 nem, dicendo ibi: *Quicunque ergo ficte Monaſterium vult intrare ex honeſta Cauſa proteſtetur illud præſentibus Teſtibus.* Quod multo magis applicatur ad caſum iſtum, ubi proteſtatio facta eſt non quidem præſentibus Teſtibus, ſed immo coram toto Senatu Taurinenſi, & proſequuntur Canoniſtæ *in dicto cap. Vidua*, nempe Butr. *num. 12. verſic. quædam eſt probatio* Præpoſitus *in Canon. quod interrogaſti diſtinct. 27. num. 11.* ibi: *Debet illud proteſtari ante actum, & non poſt actum, & eſt ratio quare proteſtatio præcedens juvet, quia per illam apparet quo animo quis gerat actum, unde illa voluntas ſemel poſita ſemper videtur durare, unde, &c. ſi aliquis fuerit proteſtatus, quod non contrahit animo obligandi, quamvis poſtea contrahat, nullum eſſe Matrimonium, quia præſumitur in ſua prima Sententia perſiſtere*, conſonat Geminian. *num. 1. in fine verſic. nam vult num. 5. & 6.* Portell. *in dub. regular. part. 3. reſponſ. moral. caſ. 32. n. primo verſ. quod vere*, Donat. *in prax. regular. tom. 2. tract. 11. de Profeſſ. nulla num. 8. verſ. quanto*, a Spirit. Sanct. *dicta conſultat. 63. n. 8.* Rot. *dicta deciſ. 499. num. 3. & 5. part. 14. recent.*

A qua proteſtatione, non ſolum nunquam receſſit præfatus Juvenis poſt ingreſſum in Religione, ſed immo tempore Novitiatus, & paulo ante Profeſſionem eam
repetiit, & ipſis etiam Superioribus Regularibus notificavit, 16
etenim id expreſſit Patri Magiſtro Novitiorum, qui illi pluries dixit, quod erat obligatus exire de Religione: *E che haveva avviſato il ſu Molto Reverendo Padre Viſitatore, ò Superiore in detta Certoſa Don Ugo Mondini, che non lo doveſſe ricevere alla Profeſſione*, quæ circumſtantia non ſolum probat continuationem prioris proteſtationis, a qua nunquam fuerit receſſum, ſed ipſam quoque ſcientiam Superiorum Regularium, ſcilicet, tam Patris Magiſtri Novitiorum, quam Superioris Conventus Cartuſiæ, qui Profeſſionem recipere debebat, itaut proteſtatio probetur etiam ſignificata alteri Parti, & ſola ſufficiat ad annullandam Profeſſionem ex Doctrina Archidiacon. *in dicto Canon. quod interrogaſti numer. 7.* Portell. *in dub. regular. reſponſ. moral. par. 3. caſ. 32. verſic. nec obſtat*, Pignatell. *dicta conſult. 173. num. 68. tom. 9.*

Nihil obſtante, quod hoc deſumatur ex ſola depoſitione præfati Connovitii, quia in hac materia involvente ſecreta cordis, & animi, ſtatur atteſtationi etiam 17
unius, quando atteſtatio eſt veriſimilis, ſeu adminiculata ex altera ſolemni proteſtatione facta, coram Senatu Taurinenſi, de qua ſuperius dictum eſt, & quando Teſtis unicus deponit in facto proprio adjungendo, quod ſtatim emiſſa Profeſſione habuit litteram Juvenis, ut eam conſignaret Patri Magiſtro Novitiorum, quæ ab iſto perlecta in ſua præſentia, Pater Vicarius dixit: *Mi ſcrive che vuole uſcire dalla Religione, e che ſe gli haveſſero creduto, non haverebbero altrimenti ammeſſo detto P. Martello alla Religione*, ut in ſpecie, quod ubi agitur de Teſte unico, ſed tamen Religioſo, & adminiculato plenam facit probationem in hac materia juſtificandi ſecreta animi, & diſſenſum dixit Rota *cor. Emerix Jun. dec. 870. n. 6. & 7.* Pignatell. *d. conſult. 173. num. 148.*

Immo ſufficere indicia, & præſumptiones in puncto firmant Hoſtien. *in dicto cap. Vidua n. 10. in fine* ibi: *Sive etiam præſumptiones, quæ per ſe ſufficerent*, ibique Innocent. num. 5. ibi; *Niſi aliis præſumptionibus adjuvetur*, Turrecrem. *in Canon. quod interrogaſti*
diſtinct. 27. n. 1. ibi: *Intelligo per legitimos Teſtes*, 18
vel per violentiſſimam præſumptionem, Portell. *in dub. regul. in verbo Profeſſio num. 11.* ibi: *Niſi probaverit valde vehementem præſumptionem in foro externo*, Donat. *in prax. regular. tom. 2. tract. 11. de profeſſ. nulla quæſt. 13. num. 8. verſ. vel adeſſet vehementiſſima præſumptio.*

Accedit continuatio ejuſdem proteſtationis facta in duobus Epiſtolis directis ad duos amicos, & familiares ſub die 3. Septembris 1701. & ſic paulo ante profeſſionem factam 18. Octobris ejuſdem Anni, de quibus Litteris abunde ſuperius dictum eſt, & ibi etiam claram patefecit intentionem profitendi ficte ibi; *Non importando far Profeſſione, perche m'intendo di veramente non profeſſare, havendo intentione ſin hora per allora di non ligarmi ne con voti ſoliti à farſi da veri profeſſanti in queſta Religione Certoſina, ſecondo mi ſono più volte dichiarato con Giuramento col Molto Reverendo Padre Don Gioſeppe Boſſier mio Maeſtro, &c. mà di reſtare in mia totale liberta d'uſcire à ſuo tempo come ſe non profeſſaſſi.* Quis ergo dubitabit, quod
profeſſio ficte emiſſa fuerit, quando ſemper continuata fuit proteſtatio animandi de non profitendo vere per 19
quemcunque actum faciendum, idque in tempore proximo ad profeſſionem, ut conſiderant Canoniſtæ in

dicto

Digitized by Google

dicto *Can. quod interrogaſti*, ſcilicet, Geminian. *nu. 6. verſic. ſed quando prædie* Præpoſit. *num.* 12. Joan. Andr. *in cap. cum nos num.* 13. *de Sponſal.* Pignattell. *dicta conſultat.* 173. *num.* 76. *tom.* 9. *a* Spir. Sanct. *d. conſult.* 63. *num.* 8.

Et ne aliquid deſit etiam in ipſo actu profitendi concurrunt ſigna meſtitiæ, & diſplicentiæ, & ad omnia hæc comprobandum offerebatur, ſi opus eſſet, etiam juramentum ipſius Juvenis, quod ficte conſenſerit in Profeſſionem, retento ſemper animo vere non profitendi, juxta proteſtationes, & declarationes factas
20 tempore antecedenti, cui juramento ipſius Profeſſi credendum eſſe quando concurrunt adminicula, & præſumptiones, quæ illud reddunt veriſimile, dicunt Innocent. *in dicto cap. vidua ſub n.* 5. *de regular.* ubi quod juramentum non ſufficit, niſi aliis præſumptionibus adjuvetur, Hoſtien. *n.* 10. *verſ. nam ſi haberet*, Butr. *n.* 12. *verſ. quadam eſt probatio juramenti* ibi: *Quadam eſt probatio juramenti concurrente ſemiplena probatione, & hæc admittitur, dum tamen nutriatur legitima cauſa, & per proteſtationem*: Anchar. *num.* 3. ibi: *Ubi vero de animo apparet ſtatur juramento*; Portell. *in dicto verbo profeſſio num.* 11. *verſic. neque illi credetur* Donat. *in prax. quæſt. regular. tom.* 2. *tract.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 8. *in fine.*

Denique etiam poſt profeſſionem, & intra ſpatium quinquennii accedant poſitivæ reclamationes; nam vix emiſſa profeſſione habito jurgio cum ſuperiore Conventus, illi reſpondit, *Padre Maeſtro ſono, e non ſono in Religione*: deinde autem ſcripſit epiſtolam P. Boſſier Magiſtro Noviſiorum, quod volebat
21 exire de Religione, una cum recurſu habito ad Sac. Congreg. durante adhuc quinquennio, quæ quidem reclamationes poſt profeſſionem continuatæ magis comprobant animum non profitendi ſuperius elicitum ex tot actibus præcedentibus quemadmodum probant Pignattell. *dicta conſult.* 173. *num.* 76. Ciarlin. *controverſ.* 108. *num.* 49. & 53. Rota *deciſion.* 870. *ſub n.* 11. *verſ. tertia coram Emer. Jun. & cor. Peuting. deciſ.* 98. *num.* 1. D. Urſaya *Inſtit. crim. lib.* 1. *tit.* 10. §. 3. *num.* 183. & *ſeqq.*

Ex hujuſmodi probationibus, & juſtificationibus licet apperte probatus remaneat defectus conſenſus in profeſſionem etiam præſcindendo a metu, ex allegatis, & bene explicat a Spir. Sanct. *d. conſult.* 6. 63. *n.* 10. attamen concurrit etiam judicium, & votum Epiſcopi Aſten. qui referendo ante dictas juſtificationes, concludit profeſſionem eſſe nullam, non quidem per vim & metum, ſed ex defectu conſenſus intuitu reſpectus humani ibi: *ex quibus omnibus cum colligatur nullum interfuiſſe conſenſum in emiſſa profeſſione ante ingreſſum Religionis pendente Novitiatu, tempore poſtulata Profeſſionis, in eodemmet actu Profeſſionis, & poſt Profeſſionem, & ex ſpeciali reclamatione infra quinquennium, ut hæc omnia ex actis juſtificantur, ſum in voto, &c. pro nullitate d. Profeſſionis.*

Quod ſane judicium Epiſcopi non levem meretur animadverſionem, dum refert de una ad unam omnes facti circumſtantias ſuperius expoſitas ad probandum, quod Juvenis iſte verbis quidem, ſed non corde, & animo profeſſionem emiſit ex honeſta cauſa, & concludit pro nullitate Profeſſionis; plurimum namque deferendum venit in hac materia prudenti judicio
22 Venerabilium Epiſcoporum, quibus tanquam informatis de his, quæ fiunt in eorum Diœceſi Sacra Congregatio non modicam fidem præſtare conſuevit, & ſæpe firmavit Rota *deciſ.* 467. *num.* 9. *cor. Cerro*, & *in* Rec. *deciſ.* 39. *num.* 7. *part.* 15. & *deciſ.* 90. *num.* 16. *part.* 16. *cum alii in Pampilonen. Exemptionis* 4. *Junii* 1707. §. *finali coram Anſaldo.*

Hoc unum remanet probandum, ſcilicet Juvenem iſtum ficte, & citra animum vere profitendi, Profeſſionem emiſiſſe *propter honeſtam cauſam, non autem inhoneſtam*; Verum in hoc parum inſiſtendum erat, quia ſine dubio non una, ſed plures fuerunt cauſæ honeſtæ, recurrendo ad omnia ſuperius deducta
23 *n.* 2. *cum ſeqq.* ubi plene conſtat de honeſtate Cauſarum, cum de cætero Doctores noſtri in hoc puncto pro cauſa honeſta aſſerant ſufficere illam propter coactionem famis, & ſimilium, ut inquit Turrecrem. *in dict. Can. quod interrogaſti ſub nu.* 1. *diſtinct.* 27. ibi: *puta propter coactionem famis, vel propter metum alicujus, ſcilicet Principis, vel raptoris, & corruptoris, VEL PROPTER ALIUD*, & quod ſufficiat ſimplex cauſa honeſta, firmat *Gloſ. in d. Can. quod interrogaſti in verbo & finxit ibique cæteri Canoniſtæ*, immo pro cauſa honeſta ſatis eſſe metum reverentialem, admiſiſſe videtur Rot. *in d. Januen. Profeſſionis ubi ſupra* §. *Hic ſic, cor. Molines*, quæ infra regiſtratur.

Unde cum juvenis iſte habuerit tot cauſas vere non profitendi, ſcilicet indignationem Patris, & ne cogeretur renunciare omnibus bonis, & ne compareret in Populo ſine Officio Secretariatus cum ſumma verecundia, poſtquam congratulationes acceperat; concurrente inſuper expulſione a domo paterna, & coactione famis, cum aliis cauſis jam expreſſis, exinde dubitari non poteſt, quin Juvenis habuerit cauſam honeſtam, ex qua congruum æſtimaverit vere non conſentire in profeſſionem, ſed ficte, & citra animum profitendi, & ſe obligandi, etiam præſcindendo a cauſa vis & metus, juxta punctuales auctoritates ſuperius relatas, ſignanter a Spirit. Sanct. *d. conſul.* 63. *num.* 8. ibi: *etſi aliter metus non probetur*: & *num.* 10. ibi: *nam etiam eo deficiente, ideſt metu, votum abſque animo ſe obligandi eſt irritum*, Pignattell. *d. conſul.* 173. *num.* 68. ibi: *ſecluſis vi, ac metu nulla eſt Profeſſio ex defectu conſenſus.*

Ex quibus Sacra Congregatio licet contrarium priori loco judicaſſet ſub die 5. Julii 1709. attamen poſtea prævio receſſu a deciſis judicavit *conſtare de Nullitate Profeſſionis*, ut ex tenore reſolutionis ſupra regiſtratæ *diſcept.* 58. *num.* 47.

REVERENDISSIMO P. D. MOLINES DECANO.

Januen. Profeſſionis.

Lunæ 3. Julii 1702.

SOror Conſtantia Victoria Gentilis, quamvis poſt emiſſam anno 1678. ſolemnem Profeſſionem in Monaſterio S. Leonardi Januæ moram traxerit in Religione integro 21. annorum ſpatio: tamen nuper pœnitens, judicium ſuper illius nullitate inſtituere deliberavit, cumque ob non factam judicialem recla- 24
mationem intra quinquennium juxta præſcriptum *Sac. Concil. Trid. cap.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Reform.* audiri minime potuerit, habito ad Sanctiſſimum recurſu petiit adverſus dicti temporis lapſum ſolitam commiſſionem reſtitutionis in integrum, obtinuitque Cauſam remitti Sacræ Congregationis Concilii cum Voto Rotæ, fabricato per eamdem proceſſu, eoque nuper producto dedi Dubium, *An concedenda ſit reſtitutio in integrum*, quod fuit hodie diſputatum, & negative reſolutum.

Reſtitutio ſiquidem in integrum, ſicuti in aliis generaliter materiis, ita & in ſubjecta indulgeri nequit, niſi juſta concurrente cauſa, quam adeſſe dicitur, quoties conſtaret expreſſam Profeſſionem, ex aliquo capite a jure approbato fuiſſe invalidam, ac nulliter emiſſam, & tacitam non potuiſſe induci ſpatio quinquennii ſtantibus conquæſtionibus, & reclamationibus extrajudicialibus, vel aliis circumſtantiis præſefe- 25
rentibus diſſenſum, & excludentibus actus nulli ratihabitionem, legitimis etiam attentis impedimentis, ob quæ judiciales reclamationes fieri non potuerint ex traditis per Corrad. *in prax. diſp. lib.* 5. *cap.* 14. Donat. *per regul. tom.* 2. *tract.* 12. *de reclam. profeſſ.* Miran. *in Manual. Prælat. & reg. tom.* 1. *quæſt.* 30. *art.* 30. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 104. *num.* 18. Paſſerin. *de ſtatu. homin. quæſt.* 189. *art.* 10. *inſpect.* 9. *num.* 466. *cum ſeqq. tom.* 9. & *conſ.* 9. *n.* 10. & *ſeqq. tom.* 10.

Et quamquam de rigore juxta ſenſum aliorum Doctorum teſtantium etiam de ſtylo Sacræ Congregationis, & Signaturæ Gratiæ, ad quos refert Pignatt. *conſult.* 77. *n.* 7. & *conſ.* 173. *n.* 107. *to.* 9. ad obtinendas hujuſmodi reſtitutiones in integrum, ſeu oris apertiones non requiratur plena juſtæ cauſæ probatio,

ſed ſufficiat illius ſumus etiam deſumptus ex Informibus, & extrajudicialibus documentis, & Teſtibus, ſommarieque cognitus, prout generaliter practicatur in aliis reſtitutionibus in integrum, quæ ſolent a Principe concedi, reſervata plenaria verificatione ad principale judicium nullitatis coram Judice Ordinario, vel Delegato, juxta tamen ſaniorem aliorum judicium ſatis non eſt quilibet ſumus, ſed requiritur ve-
26 hemens, & magnus, & pluſquam ſemiplena probatio, ut pluribus allegatis notavit Rota *deciſ.* 1356. *numer.* 1. *coram Emerix Jun.* & de ſtylo Sacræ Congregationis ſui ævi teſtatur Amaiden. *de ſtylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 12. Immo juxta recentiorem Sacræ Congregationis praxim tot ſere requiruntur probationes, quot inflectere valeant animum, & mentem Judicantium ad opinandum, quod in alio judicio plenario dicens de nullitate ſuæ Profeſſionis veriſimiliter Voti compos fieri poſſit, unde factum eſt, ut a moderniori tempora Sac. Congregationis non admittat Teſtes formiter non examinatos, & ſæpiſſime reſcribit pro impinguatione probationum, & in hiſce diſputationibus hodie agitur ex profeſſo de ipſo puncto principali Nullitatis Profeſſionis, ſeu de meritis cauſæ, perinde ac ſi agendum foret ipſemet principali judicio, itaut quando prævia hac formali cognitiona prodiit reſcriptum ſuper reſtitutione tunc apud Judices cauſa videtur frequentius deciſa, & ulterior proceſſus remanet quodam modo ceremonialis, ut annotavit Card. de Luca *de Regular. diſcuſ.* 41. *num.* 13. Cumque hujuſmodi ſtylus ſit undique prudens, &
27 rationabilis adinſtar aliorum oraculorum Sacræ Congregationis, ſuit cum veneratione a Sact. Tribunali receptus, juxta ejus inveteratum morem, de quo teſtatur in *deciſ.* 60. *coram Celſo n.* 4. *cum aliis in Hiſpalen. Viſitationis* 30. *Aprilis* 1700. *coram me*.

In hypotheſi nullitas Profeſſionis Sororis Conſtantiæ, in qua conſtituebatur juſta cauſa pro obtinenda reſtitutione in intergrum ſundabatur in duplici capite. Primo quia emiſſa fuit ſine interiori conſenſu profitentis, & ſecundo ex quo in omnem cauſam conſenſus non fuit liber, & ſpontaneus, ſed coactus, & extortus per vim, & metum eidem Conſtantiæ a Patruo, & Amitis illatum: neutrum tamen verificatum fuit eo pacto, quo de jure juxta naturam ejuſmodi nullitatum, & praxim antecedenter enucleaam oportet.

Et exordiendo a primo capite defectus conſenſus interioris, Domini ante examen facti præmiſerunt in jura veram quidem eſſe propoſitionem, quod Profeſſio facta ſine interiori conſenſu, ſeu voluntate Profitentis, & ſic fictæ, ac ſimulate etiam vi, metuque non impellentibus, eſt nulla, atque invalida,
28 & per conſequens non obligat ad ſtatum Religioſum, adque Vota ſervanda, ea manifeſta ratione, obligatio conſurgens ex Profeſſione non oritur ex lege, ſed ex privata hominis voluntate, ac proinde ubi deeſt ſe obligandi voluntas deficit obligatio juxta communem ſenſum Canoniſtarum, & Theologorum, & inter primos ea *cap. præſens* 1n. *qu.* 30. & *cap. licet infra eodem cap. Venerabilem n.* 31. *qui filii ſint legitimi*, tradunt Silveſter *in Summa verb. Relig. n.* 12. Navar. *conſ.* 10. *lib.* 2. *quod met. cauſ.* Pelizzar. *de Monial. cap.* 3. *ſect.* 1. *n.* 28. Tondut. *reſol. Benef. cap.* 38. *n.* 12. *tom.* 1. Tamburin. *de Jur. Abbat. diſ.* 6. *q.* 16. *n.* 4. *tom.* 2. & ex Theologis Cajetan. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 1. Sot. *de Juſt. & Jur. part.* 1. *art.* 2. Valenz. 2. 2. *diſp.* 9. *quæſt.* 6. *puncto* 1. Azor. *lib.* 12. *cap.* 5. *quæſt.* 1. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 3. *n. eod.* Suarez *de Relig. tom.* 13. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 9.

Obtinetque locum hujuſmodi concluſio nedum in Foro Poli, ſed etiam in foro fori, dum quoad vinculum conſurgens ex Profeſſione nullum adeſt diſcrimen inter judicium exterius, & interius; in utroque enim ad ſtatuendum illius validitatem, & invaliditatem inſpiciendum eſt, an proceſſerit de profitentis conſenſu, qui cum exigatur de jure naturali Divino, in nullo foro poteſt ab Eccleſia ſuppleri, Abbas *in dicto cap. Ve-*
29 *nerabili n.* 21. *qui filii ſint legitimi*, Navarr. *d. conſ.* 10. *num.* 2. & egregia Covarr. *de Sponſal. cap.* 2. *n.* 1. & 2. Non urgente in contrarium *Text. in Can. quod interrogaſti, diſtinct.* 27. ubi Vidua ficte, & per hypocriſim Profeſſa coacta fuit a Pontifice ad redeundum in Monaſterium quamvis Matrimonium contraxerat; Quandoquidem Mulier illa compulſa non fuit ad obſervandum Votum, quod emiſerat in vim conſenſus ſuppleti ab Eccleſia, ſed quia non potuit probare ſimulationem, & fictionem ex cauſa honeſta, imo potius conſtabat, quod ſinxerat ex inhoneſta cauſa hipocriſis Eccleſiaſticæ, itaut honeſtam ſimulandi cauſam probare potuiſſent, validum declaratum fuiſſe Matrimonium, nec obligata ad redeundum ad id, quod ſpoponderat, ut conveniunt omnes inſigniores Interpretes hic, & ſignanter Archidiaconus *ſub num.* 3. ibi: *Et reverti cogitur, quia fictionem probare non potuit*, Præpoſitus *Mediolanen. ſub n.* 9. *verſ. Nam eo ipſo*, ibi *Licet enim iſta allegaret fictionem, non tamen poterat probare quod ſimulate feciſſet, nam ſi probaſſet non fuiſſet compulſa redire ad Monaſterium*, & per eadem verba ibidem notarunt Geminian. *ſub nu.* 5. & clarius Card. Turrecremata *verſ. eo enim*: Eademque reſponſione occuritur ad *Decretalem in cap.* Vidua *de Regular.* quod ſcilicet eatenus illa ſanctimonialis aſſumens Velum cum animo deponendi coacta fuit ad permanendum in Monaſterio, quia non potuit probare ſimulationem, & fictionem, ut ibi explicat *Gloſ. in verb. Licet Sacramento*, & pariter quia deſuper conſtitit tacitam emiſiſſe Profeſſionem, ut obſervarunt ibi Abbas, Butrius Hoſtien. & Zabatella.

Et quamvis *Gloſ. in d. cap. Quod interrogaſti*, & poſt eam omnes laudati Interpretes, & cæteri in *Can. Clerici de Regul. poſt gloſ. ibi verbo fingunt*, diſtinguendo fictionem ex cauſa honeſta, & inhoneſta concludant, quod emittens Profeſſionem ex hac ſecunda 30
cauſa cogitur permanere in Monaſterio, id tamen non evenit ex vi Voti, & conſenſus ab Eccleſia præſumpti, vel ſuppleti, ſed in pœnitentiam ejus, qui fraude, dolove profiteri auſus fuerit, atque ad arcendas peccati licentias, ut egregie annotavit Turrecremata *in eodem can. quod interrogaſti* ibi; *Fit ei præjudicium non quia ille* (ideſt ſimulans ex cauſa inhoneſta; *ſit Monachus, vel Monacha, ſed ad cauthelam propter ſervandam Eccleſiaſticam diſciplinam, & ne detur aliis licentia peccandi, & propter fraudem, & dolum, qui nemini debet eſſe lucroſum, & propter delictum, & illuſionem, quia Monaſterio illuſit debet detrudi in idem*, ut proinde ſtet ſemper firmum, quod tam in foro interiori, quam exteriori Profeſſio emiſſa ſine interiori conſenſu ſemper eſt nulla, & invalida, & ab Eccleſia invalida etiam agnoſcitur quantumvis probetur emiſſa ex cauſa inhoneſta, ſed doloſus ſimulator cogitur ad revertendum ad id, quod ſpopondit, ut pœnitentiam agat de illuſione nefanda, prout condemnata fuit in dict. *c. Quod interrogaſti*, Vidua, quæ per hypocriſim, Eccleſiaſticam regulam conturbare voluit: Neque eſt dubium, quin Eccleſia ſimiles imponere valeat pœnitentiæ, ut in ſpecie firmat ex d. *c. quod poſtulaſti* Fagnan. *in c. ſi quis de Regul. n.* 7. Paſſerin. *de ſtat. homin. q.* 189. *n.* 350.

Maximum tamen ſubdebant Domini intercedere diſcrimen inter forum conſcientiæ, & externum quoad modum cognoſcendi de defectu conſenſus interioris Judex enim primi Fori, qui inſequitur ſolummodo veritatem, & non factum judicatque de interno, prout ſibi exponitur, Religioſo aſſerenti ſe voluiſſe ſine voluntate, & interiori conſenſu ex quacumque 31
cauſa fidem præſtat etiam repugnantibus mille Teſtibus, & poſt injunctam pœnitantiam ob peccatum, quod ob ſimulationem ex cauſa inhoneſta patratur ex vi Profeſſionis tali modo factæ ipſum liberum pronunciat ab obligatione ſervandi Votum ficte, & ſimolate emiſſum ſecluſo ſcandalo, ut diſtinguendo tradunt Archid. Præpoſitus, & Turrecrem. *in d. c. Quod interrogaſti diſt.* 227. & late P. Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *c.* 12. *n.* 9.

Solum inter Canoniſtas, & Moraliſtas diſputatur, 32
an Religioſus conſcius, & certus nullitatis ſuæ Profeſſionis ex defectu conſenſus, vel alia ex cauſa poſſit etiam in Foro conſcientiæ deſerere habitum, & Religionem, non ſervata forma præſcripta a *Sacro Concilio Tridentino in dicto capit.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Regular.*

lar. & affirmativam ſententiam tenet tanquam Anteſignanus Navate. *conſ.* 87. *de Regular. & in Comment.* 4. *de Regular. n.* 77. dicens Profeſſum ſcientem, & juſte credentem Profeſſionem ſuam coram Deo non valuiſſe, poſſe cum licentia Superioris, vel ſine dimittere Religionem in foro conſcientiæ abſque ullo peccato, & ſolum puniri in foro exteriori ſi ſine licentia exiret, quem ſequitur Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. diſp.* 37. *ſub n.* 9. ea data ratione, quia Concilium tanquam ſundatum in præſumptione non obligat in conſcientia, dum in eo decreto nullum eſt verbum, quod forum conſcientiæ reſpiciat, & poſt eum Henriquez *lib.* 1. *de Matrim. cap* 6. *in fine*, & *cap.* 8. *n.* 9 Palaus *tractat.* 16. *diſp.* 2. *par.* 7. *n.* 9. Barboſ. *ad Concilium Tridentinum d. cap.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Regular. n.* 14. Bordon. *de Profeſſ cap.* 7. *q.* 12. Tambur. *tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 25. *num.* 4. Layman. *lib.* 4. doctiſſimus vero P. Suarez *de Relig. dicto cap.* 3. tenet hujuſmodi publice profeſſum in vim Concilii non poſſe habitum, & Religionem propria authoritate relinquere, & ſi id faciat graviter peccat: Unde in hac parte rejicit Navarrum, ſed nihilominus cenſet, quod poſtquam exivit, quamvis male fecerit, non tenetur ad Religionem redire. Contrariam vero ſententiam, quod nullitet vero Profeſſus quamvis certus apud Deum de nullitate ſuæ Profeſſionis non poſſit citra peccatum mortale propria auctoritate deſerere Religionem non ſervata forma Concilii eumque teneri in conſcientia in eadem perſeverare impugnando Navarrum, & ſequaces pluribus, & graviſſimis rationibus tuetur Fagnan. *in cap. Si quis n.* 36. & *ſeqq. de Regular.* quem lauſſime ſequitur, & a contrariis vindicat P. Paſtarin. *de ſtat. homin. q.* 189. *Profeſſ. art.* 10. *a n.* 350. *uſque ad* 364.

In foro autem exteriori, in quo non fertur judicium de occultis, quæ ſoli Deo innoteſcunt *cap. Sicut tuis de ſiman. cap.* 1. & 2 *de clandeſt. Deſponſ.* de actibus externis ſecundum acta, & probata, cum
33 verba Profeſſionis palam emiſſæ deſignent extrinſece conſenſum Opponenti de interiori diſſenſu non creditur etiamſi Teſtimonium ſuum tanquam certum juramento confirmet, cum nimis indignum ſit, ut quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt in eamdem cauſam proprio valeat Teſtimonio infirmare ſunt verba *Text. in leg. Generaliter Cod. de non numer pecun.* tranſcripta *in cap. Per tuas de probat.* & in ſpecie eſt *Tex. in dicto cap.* Vidua *de reguſ.* ibi; *Velit, nolit ſanctimonia habitum ulterius debet habere licet Sacramento firmare velit eo tenore velamen ſibi impoſuiſſe, ut deponere poſſet*, & tradunt communiter Doctores, & in ſpecie Turrecremata *in dicto capit. Quod interrogaſti num.* 1. P. Suarez. *d. cap.* 2. *a num.* 5. & in terminis Matrimonii carnalis eſt *Text. in cap Super eo ae eo*, *qui cogitur contra Uxorem* ea altera viva, & eleganti ratione Matrimonio quoque ſpirituali applicabili, quam tradit Navarr. *in Manual. cap* 22. *numer.* 82. quia quando palam, & publice aliquis contraxit præſumi poteſt eum mentiri; quia jam ſe mentitum fatetur.

Quod autem ſpectat ad qualitates probationis generaliter neceſſariæ ad verificandum in foro externo defectum interioris conſenſus quamvis Interpretes non admodum clare in hoc ſeſe explicaverint. In eo tamen videntur in ſubſtantia concordes, quod aut allegatur defectus conſenſus interioris ſine ulla cauſa, aut ex cauſa. In primo caſu ajunt, quod etiamſi Religioſus potuiſſet probare fictionem non eſt
34 audiendus ea ratione, quia cum oppoſita ſimulatio ſit contraria actui habitus deliberate aſſumpti, & profeſſionis emiſſæ per verba prolata ad ſignificandum conſenſum, hic non conſtito de cauſa, ob quam ſequi poterat fictio oritur præſumptio Juris, & de Jure, quæ non admittit probationem in contrarium; Addito, quod attenta utriuſque Juris Pontificii, & Cæſarei cenſura ſimulatio efficitur improbabilis ſine Cauſa ſimulandi, & ita docuerunt poſt Archidiaconum Geminianus *Præpoſitus Medialanenſis* unus alterius verba tranſcribendo *in d. cap. Quod poſtulaſti n.* 9. *in fine*, & melius *n.* 12. *verſ. Si dic*, & concordat Innocentius *in cap.* 1. *de his, quæ vi in fine*, quem ſequitur, & explicat P. Suarez *dicto cap.* 2. *n.* 6. In ſecundo vero caſu defectus conſenſus ex cauſa ſubdiſtinguunt, aut cauſa eſt inhoneſta, vel honeſta. ſi inhoneſta juxta exempla tradita a Turrecremata *in dicto cap. Quod interrogaſti*, & tunc illam allegans audiendus non eſt, quia etiamſi probaret, adhuc in pœnam condemnatur ad perſeverandum in Religione ex ſupra firmatis, & additur Fagnan. *in dicto cap. Si quis de Regular. n.* 36. Si vero cauſa fingendi eſſet honeſta, ut propter famam, vel propter metum, & hujuſmodi juxta alias exemplificationes Turrecremata *loco ſupracitata*, & tunc tametſi cauſa, vel per ſe ipſum, vel ex defectu plenæ probationis in foro fori non ſufficeret ad annullandam profeſſionem eum nihilominus reddat aliquo modo excuſabilem fictionem admittitur in hoc caſu ſimulans ad probandum defectum interioris conſenſus exterioribus ſignis, & præſumptionibus, quæ tamen eſſe non debent leves, ſed graves perfectæ, & univocæ, ut docuit idem Turrecremata *in ſupecitato cap. Quod poſtulaſti ſub num.* 1. *in fine*, ibi: *Probare intelligo per Teſtes legitimos, vel per violentiſſimam præſumptionem:* Et quoniam ubi cauſa fictionis non eſt de ſui natura ſufficiens ad profeſſionem, vel quatenus eſſet ſufficiens non probaretur cum requiſitis a Jure neceſſariis omnia fere ſigna, & præſumptiones exteriores non ſolent eſſe adeo concludentes, prout ad actus interiores probandos oporteret, idcirco verificationem defectus conſenſus difficilis, immo fere impoſſibilis probationis a Doctoribus generaliter reputatur, ut advertit Suarez *dicto cap.* 2. *n.* 7. *in fine*, & in terminis Matrimonii carnalis dixerunt Ricciard. *in* 4. *Sentent. diſtinct.* 27 *articul.* 2. Filius Salazar *de Sponſal. cap.* 2. *art.* 6 *n.* 37. cum aliis per Oliver. *de nullit. Matrim. ex defectu interior. conſenſ. part.* 1. §. *Non abſtat ſecundum.*

His ſic abundanti calamo in Jure conſultiſſime præmiſſis ad dilucidationem nullitatis Profeſſionis ex defectu conſenſus interioris, quam aliqui ex Deſenſoribus Sororis Conſtantiæ conſundere videbantur cum alia nullitate ex defectu per conſenſus liberi, ſeu conſenſus per vim, & metum extorti, quæ nullitates inter ſe notabiliter diſcriminantur. Applicando theſim hypotheſi, quidquid ſit in foro Poli de quo noſtrum non eſt inquirere, cujuſve meminimus pro exactiori ma- 35
teriæ explanatione, ac etiam ad ſeparandas veluti extraneis Auctoritates loquentes in terminis Judicii interioris judicando in foro externo, aſſerta ſimulatio Profeſsionis Sororis Conſtantiæ, tametſi deſtituta non eſſet cauſa honeſta fundata ſaltem in *aſſerto metu reverentiali*, adeout fuerit locus examini probationum ad illam verificandam congeſtarum; Poſitæ tamen ſub trutina vires omnium dictarum juſtificationum apparuerunt deficientes tam in ordine ad earum legitimitatem, quam etiam in ordinem ad concludentiam, quæ ad hunc finem ex præmiſsis requiritur, ac demum quia ex contrariis facti animadverſionibus omnes remanent debilitatæ, & ad nihilum prope modum redactæ.

Enim vero non apparuit probatus defectus conſenſus, nec ex antecedentibus, neque ex concomitantibus, neque demum ex ſubſequentibus Profeſſionem. Minus namque recte quoad eam antecedentia, magna conſtituebatur vis in renitentia Sororis Conſtantiæ ingrediendi Monaſterium. Tum quia tale factum depoſuere tres Teſtes nempe Joannes An- 36
tonius Bruna, Joannes Baptiſta de Gregoriis, & Petrus ejus filius, quibus plena fides præſtari nequit, dum primi duo non ſunt examinati formiter ſub Interrogatoriis, unde ponendi ſunt ad partes Clem. 2. & *ibi gloſſ verb. verb. rite de Teſtib.* & *ibi* Imol. *n.* 4. *verſic Quæro, &c.* & tertius tametſi examinatus cum Interrogatoriis, tamen cum ſepoſitis primis remaneat unicus, & plura in ejus depoſitione conglomeret inverſimilia, nequit plenam probationem conſtituere, prout de Teſte unico ait *Text. in leg. Ubi* 12. *de Teſt. cap. Veniens*, & *cap. Licet eadem tit.* & de inverſimilia deponentibus *capit. Quia veriſimile extra de præſumpt. leg. Ob carmen. ff. de Teſtibus.*

Tum quia in omni caſu ex probata renitentia ingrediendi Monaſterium ſimplex educitur conjecturatio, quod ſicuti Soror Conſtantia citra plenarium conſenſum fuerit ingreſſa Monaſterium, ſic etiam ſine voluntate in eodem emiſerit Profeſſionem. Vaga tamen atque admodum debilis eſt hujuſmodi præſumptio, ac ubi in ea Judices conſtituerent ſpecialem, & magnam vim, præſcindendo a metu, innumeræ eſſent illæ Sanctimoniales, quæ dicerent, & probarent ſe abſque plena animi ſatisfactione Monaſterium ingreſſas. Sed quia poſt ingreſſum voluntas cognito ſummo illo bo-
37 no, quod gignit in corde ſuave jugum Religionis mutari ſolet, præcipue poſt laudabiliſſimum illud anni probationis experimentum, hac de re ſemel ac ſucceſſive emittitur ſolemnis profeſſio ex hujuſmodi actibus poſitivis denotantibus plenarium conſenſum, deſtructa, ac ſuffocata remanet illa præſumptio contraria, quæ oritur ex diſſenſu, & renitentia in ingreſſu, Unde eſt, quod in ea quæſtione, an proteſtatio Monialis facta ante Profeſſionem, quod non intendit animo, & corde profiteri ſufficiat ad probandum defectum interioris conſenſus, quamvis DD. varient, in eo tamen concordant, quod ſi inter proteſtationem, & Profeſſionem interponatur aliquod temporis intervallum, tunc præſumitur mutata voluntas, & antecedens proteſtatio non afficit, ut poſt *Archidiaconum* rite diſtinguit *Præpoſitus Mediolanen. dicto cap. quod interrogaſti num.* 12. & eiſdem verbis Geminian. ibidem, & ſequitur Calderin. *in conſ.* 1. *quod met. cauſ.* Adeo ſane verum eſt, ut in ſubjecta materia non veniant attendendi actus antecedentes diſſenſui, ſecuto poſtea actu contrario profeſſionis inducente mutatæ voluntatis præſumptionem ſtante lapſu alicujus temporis inter haſce oppoſitas declarationes intercedente, Quanto igitur magis in noſtro caſu præſumenda eſt talis mutatio, conſideretur, quod ab anno nono, quo Soror Conſtantia ingreſſa eſt Monaſterium uſque ad 16. quo emiſit profeſſionem notabilis ſeptem annorum curſus intercessit, intra quem ſepties ad minus voluntas cenſetur mutata, & quidem quando, prout in caſu agitur de mutatione circa melioris ſtatus electionem, Lezzan. *conſul.* 5. *n.* 8. Panimol. *deciſ.* 29. *adnot.* 3. *num.* 1. Royas *dec.* 84. *n.* 6.

Quo vero ad actus concomitantes profeſſionem adducta fuit atteſtatio Antonii Chiappe Confeſſarii Sororis Conſtantiæ ſequentis tenoris: *Nel tempo, che profeſsò la Signora Suor Coſtanza Vittoria Gentile mi fu detto più volte dalla medeſima Signora Suor Coſtanza, che la ſua volontà ripugnava di obligarſi alli tre voti di Povertà, Caſtità, & ubidienza per mero ſcarico di ſua coſcienza:* Hujuſmodi tamen atteſtationi duplex data fuit reſponſio, altera in facto, illam ſcili-
38 cet eſſe ſimplicem fidem carentem die, menſe, & anno, unde nullius fidei *cap.* 2. *& cap. Nuper de Teſtib. Auth. ſi quis in aliquo*, ubi Dec. *n.* 9. *&* 10. *Cod. de edend.* & licet conſtitiſſet dictum Confeſſarium non potuiſſe examinari formiter ob ejus decrepitam ætatem; attamen tale impedimentum præſtat legalem excuſationem non facti examinis, ſed non fidem ſcripturæ informi: Imo Scribentes pro Monaſterio illud non inveriſimile, legaliter loquendo objiciebant, quod talis atteſtatio extorſcari potuerit anno 1694. quo recognita fuerit, & ſic de tempore, quo idem Confeſſarius ob graviſſimam immo decrepitam ejus ætatem, & per conſequens defectum memoriæ non potuerat recordari
39 de facto 16. annis antea ſecuto, cum in ſenibus oblivio præſumatur poſt decem annos, Card. *conſ.* 56. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 774. *n.* 4. *in fine part.* 2. *Recent.*

Altera reſponſio in jure eſt, quod hujuſmodi proteſtationes etiam immediate ante profeſſionem emiſſæ tempore contrariæ facto non admittuntur in foro fori ad probandum defectum interioris conſenſus ſecundum opinionem graviorum Canoniſtarum, quos refert Mediolanen. *dicto cap. poſtulaſti ſub dicto num.* 12. & quamvis juſta concorrente cauſa non rejiciantur, quia tunc non ſunt contrariæ facto, ſed illius decla-
40 ratoriæ, ut ait Silveſter *verbo Religio quæſt.* 19. *prope finem*, tamen hæc opinio, vel procedere poteſt in profeſſione tacita, & non in expreſſa, ut optime ſenſit P. Suarez *de Relig. ſupra citat. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 7. ubi explicat Silveſtrum: Vel in omni caſu cum hujuſmodi proteſtationes ſumunt vim non ex ſe ipſis, ſed ex cauſa, quæ illi adjicitur, adeout neceſſe ſit probare cauſam ſufficere ad effectum reddendi inefficacem conſenſum, ut bene proſequitur Suarez *ubi ſupra*, & in terminis Matrimonii Navar. *in Manual. cap.* 22. *n.* 78. Jo: Brunel. *de Sponſal. concl.* 18. *n.* 11.

Præterea adducebatur epiſtola ejuſdem Sororis Conſtantiæ ſcripta Comitiſſæ Matri ſub die 6. Februarii 1678. & ſic ante profeſſionem, in qua declaravit ſe nolle profeſſionem emittere, ibi: *Io non voglio far voti, non havendo inſpirazione*. Sed parum delatum fuit huic documento, tum quia non conſtitit epiſtolam fuiſſe vere datam ante profeſſionem; Sed etiam, quia cum a die, quo exarata legitur uſque ad profeſſionem elapſi fuerint tres menſes ejus voluntas potuit immutari, prout immutatam fuiſſe oſtendit ſolemnis actus ipſiuſmet profeſſionis deſuper emiſſus, ut bene tradit præter ſupra citatos Graff. *conſ.* 7. *nu.* 41
17. *de Regular. lib.* 3. *com.* 1. Sperell. *deciſ.* 79. *num.* 59. eademque reſponſio militat quoad depoſitiones Garibaldi, & Trombettæ deponentes de ipſius averſione ante profeſſionem ad ſtatum Regularem, cum ab ea id audire potuerint longe antequam per actum ſolemnem illa emiſſa fuerat.

Magna deinde conſtituebatur vis in ea circumſtantia, quod Soror Conſtantia non fuerit examinata, nec ejus voluntas explorata ante profeſſionem, Sed talis oppoſitio carebat fundamento probationis dum conſtitit cl. me. Card. Spinulam tunc temporis Januæ Epiſcopum in Urbe commorantem ordinaſſe per epiſtolam ſuo Vicario Generali, ut Sororem Conſtantiam admitteret ad profitendum Monaſterio S. Leopardi, quæ licentiæ non ſolent ab Ordinarii concedi, niſi prævio examine, & exploratione voluntatis profitendæ; Unde talis exploratio præſumitur adhibita ex relatis per Pignatell. *conſ.* 181. *num.* 41. *in fine* quinimo tale interceſſiſſe examen depoſuerunt Teſtes examinati ab ipſamet Sorore Conſtantia, ſeſe deſuper excuſantibus illarum Defenſoribus non attuliſſe licentiam in corpore, quia fuit per Sororem Conſtantiam lacerata a libro, in quo talia documenta in unum compacta in ædibus Abbatiſſæ aſſervantur, adducendo depoſitionem plurimorum Teſtium.

Deveniendo ad actus ſubſequentes profeſſionem, 42
omiſſis levioribus fortis, & magna animadverſione digna apparuit Dominis illa facti circumſtantia, de qua depoſuit P. Saulus Societatis Jeſu, quod nempe cum anno 1694. Soror Conſtantia conſtituta eſſet in maximo mortis periculo, poſt receptum Viaticum, extremamque Olei Sancti unctionem ab eodem Religioſo requiſita ad ratificandam profeſſionem negativum dederit reſponſum, reddita ratione: *Iddio non mi chiama, poſſo ſenza ciò ſalvarmi*, verum quia plures Teſtes, & ſignanter Medicus depoſuerunt, quod Soror Conſtantia illo morbo maximo correpta erat delirio, Domini cenſuerunt tutum pedem figi non poſſe, ſuper illa renitentia ratificandi profeſſionem, dum potentiæ vitiales conturbatæ delirio, nec ſanum, neque cathegoricum valent producere reſponſum, ut docet experientia, & monet Card. Mant. *dec.* 60. *n.* 1. & Cerr. *deciſ.* 589. *num.* 1.

Cæterum in comprobationem voluntatis Sororis Conſtantiæ emittendi profeſſionem, & in excluſionem aſſerti diſſenſus interioris plures ponderati fuerunt actus poſitivi per eamdem geſti ante, & poſt profeſſionem; Et primo, quod de anno 1676. per contractum coram Vicario Generali celebratum expreſſa intentione ſuo tempore emittendi profeſſionem obtinuit a Pallavicina Commoniali ceſſionem antianitatis vocis, & loci dictarum Monialium; Secundo, voluit ante tempus Novitiatus inducere habitum Monaſticum, & exercere opera charitatis; Tertio, paucos dies ante emiſſam profeſſionem, & ejuſdem intuitu renunciavit Aviæ Paternæ ob dotem, quam illi contribuerat, omnia bona, quæ in ſæculo habere poterat; Quarto, evanido exorto rumore, quod ipſa Soror Conſtantia ortum duceret ex illegitimis Parentibus, & ob id recuſante Monaſterio illam admittere ad profeſſionem opera Martini Præpoſiti Cathedralis; ac ejus

Confe-

Confeſſarii procuravit juſtificationes ſuper illius legitimitate; Quinto, ante emiſſam profeſſionem expetiit a Monialibus Vocalibus ſuffragia, ac acceptata die 13. Aprilis 1678. ſolemnem emiſit profeſſionem, coram Carolo Noceto ſuo Confeſſario pluribus intereſſentibus Patritiis Januenſibus, ſuis conſanguineis; Et denique anno 1684. ob timorem Claſſis Gallicæ bis una cum aliis Monialibus egreſſa eſt e Monaſterio, & totidem vicibus illud repetiit, abſque eo, quod in nul-
43 lo ex dictis egreſſibus promoverit actionem ſuper nullitate profeſſionis, qui quidem actus ſimul ſumpti evincunt profeſſionem, de qua diſputatur emiſſam fuiſſe, nedum cum voluntate vera, & non ficta, ſed cum enixa intentione, ex deductis per Honded. *conſil.* 78. *num.*5. *lib.*2. Rota *in dec.*39. *a n.*1. *uſque ad* 10. *cor. Carill. repetit.* apud Tambur. *de Jur. Abb. dec.*3. *a num.*1. *uſque ad* 10. & generaliter deſtruunt, vel ſaltem offuſcant omnes probationes in contrarium propoſitas Turret. *conſ.*28. *in fin. lib.*1. Panciról. *conſ.*179. *n.* 13. Surd. *conſ.* 16. *n.* 22. Sperell. *dec.* 5. *num.*96. Itaut ubi res verſaretur in dubio, conſtito de voto, & profeſſione præſumptio ſtet pro validitate, Sanchez *in Decalog. libr.*4. *cap.* 2. *num. fin.* & *capit.* 3. *num.*27. Sperell. *deciſ.*76. *num.* 39. & melius Paſſerin. *quæſt.* 189. *de Profeſſ. annotat.* 10. *inſpect.* 3. *num.* 79.

Excluſa aſſerta profeſſionis nullitate ex defectu conſenſus interioris, majori felicitate exploſa fuit altera ex defectu conſenſus liberi, utpote per vim, & metum extorti; ſunt enim in hac materia famigeratæ regulæ, quod metus non præſumitur, eſtque ab alle-
44 gante probandus, & quidem plene, & concludenter, nec ſufficit quilibet metus, ſed requiritur metus cadens in conſtantem virum, *cap.* 2. *ubi Canoniſtæ de his, qua vi, metuve cauſ.* cum aliis plena manu congeſtis per Sperell. *dec.* 79. *a n.*37. *cum ſeqq.* & *ſignanter ſub num.*42. & per Paſſarin. *de ſtat. homin. qu.*189. *de Profeſſ. art.*10. *inſpect.*2. *n.*5. ille ſcilicet, qui illatus cogit, quem eligere minus malum, ob majus malum ſibi imminens effugiendum, ut poſt Div. Thomam *in* 4. *ſentent. diſt.*29. *art.*2. docet Covar. *de Matr. c.*3. & 4. *n.*2. Et quamvis in Mulieribus ob fragilitatem ſexus metus facilius incutiatur, proindeque minor in eiſdem requiratur, quam in Viris, ut conſtantes habeantur, juxta *Gloſſ. magiſtralem in cap. Cum locum verb. metus de Sponſal.* & tradunt communiter Sanchez *de Matrim. lib.*4. *diſp.*3. *n.*2. & 4. Piring. *in Jus Canon. tit. de his, qui vi, met. cauſ.* §.1. *verſ. Aſſert.* 6. *circa fin.* cum aliis apud Paſſarin. *d. art.*10. *inſpect.*3. *n.*55. & dixit Rota *dec.* 930. *n.* 2. *coram Dunoz. Jun.* & *coram Carill. dec.*178. *num.* 2. & *coram Arguelles dec.*9. *n.*38. & *dec.* 25. *n.* 54. communis tamen eſt opinio, ut non ſufficiat metus reverentialis, niſi iſte ſit junctus cum nimis gravibus, atque cum proteſtationibus, conqueſtionibus, & lacrymis Mulieris, ex traditis per Abbat. *in c. Cum virum n.*8. ibique Butr. *n.*6. *de Regular.* Navarr. *conſ.*89. *n.*2. *lib.*3. Ciarlin. *controv.*108. *n.*33. & pleniſſime Paſſarin. *d. art.*10. *inſpect.*3. *n.*72. *cum ſeqq.* Rot. *coram Buratt. dec.*205. *n.*27. ibique Adden. *n.*32. & *cor. Royas dec.*391. *n.*6. & 7. & *in d. dec.*930. *num.*2. *coram Dunozett. Junior.* & *dec.*590. *num.* 2. *coram Merlin.*

Quibus ſic conſtitutis poſt maturam ponderationem probationum adductarum ad verificandum metum, Domini crediderunt illum non fuiſſe juſtificatum, prout requiritur de jure, nec reſpectu Patruorum, neque Animarum non quidem reſpectu Patruorum, quoniam
45 Teſtes in hac Cauſa producti, patiuntur plures defectus perſonales circa eorum vilem qualitatem, & in ſubſtantia non deponunt de minis, ac violentiis illatis Sorori Conſtantiæ ad effectum, ut Monialis efficeretur, prout requiritur; Primus enim nihil ait de metu, & violentiis, ſed ſolum loquit, *e perche la detta Vittorietta* (ſic enim nuncupabatur in ſæculo) *era ſpiritoſa, el ſa Signor Carlo ſuo Zio la ſgridava più volte dicendole, che la voleva collocare in un Monaſtero, e che ivi haverebbe cambiato*; Secundus vero, & tertius dicunt quidem quod Patrui deſiderabant, ut Victoria Monialis efficeretur, & ob timorem, quod ab eo illam averterent ſuggeſtiones Eliſabethæ ancillæ iſtam a ſervitio dimiſerint. Sed ſecundus non deponit nec de metu, neque de violentiis, & loquens de verberibus ſubdit, quod Carolus Patruus illam aliquando verberabat, non ut ſtatum aſſumeret litigioſum, ſed quia nimio abundabat ſpiritu, ut *litt. E*: ibi: *e mentre la detta Vittoriotta era in detta Caſa, & era aſſai ſpiritoſa il detto q. Signor Carlo ſpeſſe volte la batteva*, & licet Tertius in atteſtatione extrajudiciali deponit de minis, & verberibus ob adverſam Neptis voluntatem ſtatui Religioſo, attamen in formali examine declaravit, quod illam verberabat, *perche era troppo viva, e ſpiritoſa*, & non quia recuſabat ingredi Monaſterium.

Ex quibus patet aſſertas malas tractationes Patruorum non excedere conſuetas adhiberi caſtigationes adoleſcentulis exceſſivo ſpiritu præditis, itaut non potuerint incutere illum timorem, & metum ad hunc effectum neceſſarium, ut bene ponderat Sperell. *dec.*79. 46 *num.*50. §. *Sed, & quatenus.* Prout conſtat expreſſe, eaſdem rigidas tractationes non fuiſſe a Patruis adhibitas ad urgendam, ac neceſſitandam Neptem ad ingrediendum Monaſterium, in eoque profitendum, ſed ad finem coercendi, & moderandi illius ingenitum ſpiritum pro recta, & prudenti nobilis Puellæ educatione, ſicque quando etiam minæ, & effectivæ caſtigationes eſſent nedum leves, ut in caſu, ſed graviſſimæ, adhuc cum non fuerint illatæ ad illum præciſum finem extorquendi conſenſum, vel profeſſionem non 47 ſunt in conſideratione habendæ, neque irritant profeſſionem ex capite metus per ea, quæ tradunt Suarez *de Relig. part.*3. *lib.*6. *cap.*4. Leſſ. *de Juſt.* & *Jur. lib.*2. *cap.*27. *dubit.* 2. *n.*40. Maſtrill. *dec.* 140. *n.* 15. Seſſ. *dec.* 60. *num.*20. *lib.* 1. cum aliis plena manu allegatis per Sperell. *in prælaudata deciſ.* 76. *num.* 41.

Et revera non alia ex cauſa Patrui rigidi ſeſe oſtendere poterant erga Neptem, niſi ut coerceretur ejus abundans vivacitas; nam de tempore, quo moram traxit in illorum Domo non excedebat annum nonum, fatui autem dijudicandi erant, ſi voluiſſent tunc temporis terrare mediantibus minis, & verberibus Neptem teneram, ut ſtatum Religioſum aſſumeret, cujus a radice incapax erat. Addito, quod ſi ullus eſſe poterat conſcius aſſ. verberum, & minarum, utique erat Eliſabetha ejuſdem Puellæ Ancilla, quæ de hiſce verberibus, & metu non deponit, ſed ſolummodo ait, quod Patrui eam incognitam Domi retinebant, ipſamque Eliſabetham non ſemel objurgaverint, ex quo auſa fuerat contra monitum Dominorum, nobilem, & veram Puellæ patefacere conditionem, quod ſane procedere potuit, quia indecens videbatur Patruis, ut Neptis nobilibus orta natalibus publice incedere deberet plano, & ſimplici tractatu, ob idque ſtudebant illam ipſis Conſanguineis incognitam tenere, quin exinde argui bene poſſit id totum factum eſſe, ut eo facilius induceretur ad ſtatum Religioſum capeſſendum. Et certius quia duo Teſtes dati depoſuerunt, alter per hæc verba: *che i Signori ſuoi Zii in conto alcuno non volevano, che prendeſſe l'Habito, ne meno la Sign. Anna Maria Gentile ſua Zia, perche la conoſcevano per vivace*: Alter vero per hæc alia. *Io dico, che alcuno non gli hà mai detto, che ſi faceſſe Monaca, anzi gli dicevano, che eſſa era la maggiore, e che era ricchiſſima, e che li Zii deſideravano ſolo quello voleva, e che haverebbero dato quello haveſſe voluto, & hò inteſo dire, che gli dicevano, che ſe non ſi voleva far Monaca avvertiſſe a farlo*, quæ ſane depoſitiones excludunt radicitus metum, confundunt Teſtes deponentes, quod 48 Patrui deſiderabant, ut Neptis efficeretur Monialis, & concludunt Sororem Conſtantiam emiſiſſe profeſſionem cum totali libertate animi, & conſenſus, citra quod detrahi debeat fidei dd. Teſtium, ex quo ſunt Moniales. Poſthabito enim, quod ſint nobiles, nullumque habent particulare intereſſe in hac re, ex eo abſque difficultate plenam conſtituunt probationem, quia examinatæ, & inductæ fuerunt ab ipſammet Sorore Conſtantia, unde contra ipſam ſuperlative probant Gratian. *diſcept.*552. *num.*8. Rota *dec.* 462. *num.*1. *cor. Coccin.* & *deciſ.*100. *n.*2. *part.*13. *cum aliis in Landen.*

Pen-

Digitized by Google

Penſionis 4. Februarii 1695 §. Id ipſum, cor. bon. mem, Urſino, & in Romana Pecuniaria ſuper Juramento in litem 11. Maii 1699. In caſa, coram Rev. P. D. meo Muto.

Atque hinc etiam detegitur minus verum dictum unius ex Teſtibus tranſcriptum, quod Patrui illam coegerint ad ſe monacandum, ut ditiores fierent ibi; *e ciò per reſtar'eſſi più ricchi, e con maggior grandezza;* Tum quia confunditur ex diſpoſitione dictarum Monialium. Tum quia in hac circumſtantia eſt unicum, adeoque nihil probat *Cap. Licet, & Cap. Veniens de Teſtam.* Tum quia Soror Conſtantia fuit a Patre hæres inſtituta ſine ulla ſubſtitutione favore Patruorum, & in caſu Monacationis inſtituta fuit proles naſcitura ex ventre prægnante, ex quo poſtea ortum habuit Thereſia de tempore profeſſionis ſuperſtes, & a Patruis præclaro collocata Matrimonio, unde nulli Patruis ineſſe poterat ſpes ſuccedendi in hæreditate Neptis, prout eventus edocuit, dum Soror Conſtantia, ut præfertur, emiſit renunciationem favore Aviæ, & non Patruorum, unde hujuſmodi refugium remanet ideale.

49 Ejuſdem imo minoris relevantiæ viſæ fuerunt depoſitiones Teſtium circa aſſ. metum, & violentias illatas Sorori Conſtantiæ a duabus Amitis; nam illorum aliqui ſolum deponunt de ſuaſionibus ad profitendum, quæ etiamſi eſſent importunæ tamen non præſeferunt malum, cujus timor dicatur cadere in conſtantem virum, vel fœminam, ſeu quod prudenter a Viro forti magni fieri poſſit, Panormit. *cap. Cum inter n. 8. de elect.* Suarez *tom. 3. de Relig. lib 6. cap. 5. n. 7.* Paſſarin. *d. art. 10. inſpect. 3. n. 78.* Et quamvis illorum duo deponant ex auditu ab ipſiſmet Amitis de minis, quod ſcilicet Soror Conſtantia *voleva, ò non voleva, doveva ſtar con loro*, ut aſſeruit Comes Morandus, quodque *non occorreva penſare ad uſcire dal detto Monaſtero, e che volevano tanto eſſe, quanto li ſuoi Zii, che eſſa Signora Coſtanza Vittoria ſi faceſſe Monaca à profeſſare ò per amore, ò per forza, che altrimenti la ſua vita ſarebbe ſtata Pane, & Aqua, e batitture chiuſa in una ſtanza*, ut depoſuit Garibaldus; Hujuſmodi tamen depoſitiones ex multiplici capite apparuerunt inveriſimiles. Et primo, quia Soror Conſtantia erat adoleſcentula vividi ſpiritus, & ingenii, unde non eſt probabile, quod Amitæ provectæ cæteroquin ætatis, adeoque languidi ſpiritus potuerint minari, & credere, quod earum minæ incuterent timorem in Nepte ſagaciſſima, quæque habebat in Monaſterio alios Conſanguineos, & libere alloquebatur cum exteris. Hujuſmodi proinde minæ, ut prætenditur illatæ a Mulieribus impotentibus illas exequi quaſque vivacitas ſpiritus Sororis Conſtantiæ faciliter evadere poterat, utpote inexequibiles, vel non præſumuntur, vel ubi revera adfuiſſent non ſufficiunt ad annullandam profeſſionem,

50 Coninch. *de Sacram & Cenſ tit. de Matrimon. metu contract. diſp. 28. dub. 2. num. 23.* ubi quod nemo prudenter poteſt timere aliquod malum, quando ſcit minantem, aut non poſſe illud inferre, aut non eſſe probabile, eum hoc illaturum, aut quando ipſe hoc poteſt ſine incommodo vitare cum aliis apud Sperell, *dec. 89. n 43.*

Secundo quia omnes Teſtes examinati ab ipſa Sorore Conſtantia uno ore depoſuerunt illius Amitas fuiſſe Moniales optimæ conſcientiæ, moriſque Angelici, un-

51 de nemo ſuaderi valet voluiſſe contrahere adeo grave peccatum, & in cenſuras Sacris Canonibus, & Sacro Concilio Tridentino contra profiteri cogentem inflictas incidere, ut notavit in ſpecie Sperell. *d. dec. 79. n. 55. verſ. ſecunda.* Tertio demum quia concurrit adverſus depoſitionem præfatorum teſtium altera depoſitio geminæ Monialis, ex qua conſtat ſemper per dd. Sororis Conſtantiæ Amitas repoſitum fuiſſe in illius arbitrio, & voluntate continuatio in Monaſterio, in eoque emittenda profeſſio. Unde in concurſu ſtandum eſt teſtibus excludentibus metum, ac per conſequens delictum, ut ex innumeris proſequitur Sperell. *d. dec. 79. n. 16.* ubi contrarios explicat. Stantibus potiſſime tot actibus poſitivis a Sorore Conſtantia geſtis ante, & poſt profeſſionem ſupra expoſitis, qui non minus convincunt illius profeſſionem emiſſam fuiſſe cum conſenſu interiori, quam etiam cum libera, ſpontanea, & non coacta voluntate pro qua in dubio pronunciandum eſſe monent communiter poſt *Text. in l. 2. C. de his qui met. cauſ.* Doctores relati per Sanchez *in Decalog. lib. 4. cap. 3. num. fin.* Gratian. *diſceptat. 413. n. 17,* Rot. *coram Seraphin. deciſ. 1361, in fine.*

Et ita utraque, &c.

CAMERACEN. PRÆPOSITURÆ.

ARGUMENTUM.

Agitur de *Regula 4. Cancellariæ* reſervatoria primarum Dignitatum, & de ejus exceptuatione in Concordatis Germaniæ. Examinatur diſpoſitio *Extravag. ad Regimen de Præbendis*, una cum aliis, & præcipue ſuper *regula 4. &* 15. necnon eadem *Extravaganti* occurrentibus dubiis.

SUMMARIUM.

1 *Summus Pontifex in Concordatis exceptuavit Primas Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis.*

2 *Iſta ſunt perpetuo reſervata Summo Pontifici.*

3 *Remanent ſub reſervatione Regulæ 4.*

4 *Reprobatur opinio Nicolarts, & n. 6.*

5 *An Ordinarius poſſit conferre Primas Dignitates exceptuatas in Concordatis, ſi illæ non excedant valorem 10. ducatorum.*

7 *Explicantur verba Concordatorum ſuper exceptuatione primarum Dignitatum.*

8 *Sede vacante licet ceſſent reſervationes accidentales, ſeu diſcontinuæ, non autem ceſſant reales.*

9 *De ſtylo Cancellariæ primæ Dignitates poſt Pontificalem in Germania providentur ex reſervatione Regulæ 4. abſque ulla reſervatione Concordatorum.*

10 *Falſa expreſſio Nobilitatis, quæ non requiritur de natura beneficii non vitiat Gratiam.*

11 *Officium Judicis Nobilitatem inducit.*

12 *Quæ quoad Deſcendentes tranſit in Nobilitatem generis.*

13 *Nobilitas comprobatur ex matrimoniis contractis cum Familiis Equeſtribus.*

14 *Et ex antiquitate generis.*

15 *Excipiuntur in Concordatis etiam beneficia vacantia per promotionem juxta Extravag. ad Regimen, de Præbend.*

16 *Reſervatio inducta ab Extravaganti procedit etiam quoad beneficia, pro quibus data fuit retentio.*

17 *Ibidem reſervantur beneficia etiam vacantia per aſſecutionem Officiorum quorumcunque.*

18 *Regula de Annali procedit etiam in Officiis Eccleſiaſticis.*

19 *Reſervatio Extravag. ad Regimen non habet locum in proviſione ſecundi facta auctoritate Ordinarii.*

20 *Per retentionem utriuſque incompatibilis vacat utrumque, & reſervatum remanet, licet ſecundum fuerit auctoritate Ordinaria proviſum, & reprobatur Garz. n. 21.*

22 *Ut primum maneat reſervatum, vel non per aſſecutionem ſecundi attenditur menſis, in quo capta fuit poſſeſſio.*

23 *Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem an vacent beneficia juxta Extravag. ad Regimen.*

24 *In promotione ad Epiſcopatum Titularem non datur de neceſſitate retentio beneficiorum, & data intelligitur ad cauthelam.*

25 *Epiſcopi Titulares ſunt vere, & proprie Epiſcopi.*

26 *Per*

Digitized by Google

26 *Per eorum promotionem vacant beneficia ſtricto jure.*

27 *Epiſcopus Titularis translatus ad Eccleſiam actualis adminiſtrationis retinet Eccleſiam Titularem in Commendam.*

28 *De ſtylo Curiæ non diſpoſitione Juris Epiſcopatus Titulares non ſunt incompatibilis cum aliis beneficiis.*

29 *Epiſcopi Titulares creantur, ut poſſint coadjuvare Epiſcopos actuales.*

30 *An vacent beneficia juxta Extravag. ad Regimen ſi contemporanee quis fiat Epiſcopus Titularis, & Suffraganeus alicujus Eccleſiæ Epiſcopalis.*

31 *Suffraganeatus eſt Titulus non perpetuus.*

32 *Acceptans Vicariatum Epiſcopi non amittit Dignitatem, vel beneficium curatum.*

33 *Reſolutio Sacræ Congregationis Concilii declarans non vacare Parochialem per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, & Suffraganeatum.*

34 *Procedit reſolutio quando Suffraganeus eſt temporalis, non autem perpetuus.*

35 *Suffraganeus Epiſcopi non differt ab Epiſcopo ad effectum Reſidentiæ, illi impoſitæ ex decreto S. Pii V. quod refertur.*

36 *Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem & Suffraganeatum vacant beneficia, & reſervata manent juxta Extravag. ad Regimen.*

37 *Ex quibus Suffraganeatus cenſeatur perpetuus.*

38 *An ſuffragetur Indultum contra reſervationem Regulæ 4. & de opinione negativa, & numer. 39.*

40 *Quæ procedit etiam in Indultis de optando ad Primas Dignitates.*

41 *Regula 15.* Cancell. *non revocat Indultum in limine fundationis, diſtingue, & limita n.42. & 43.*

44 *Reprobatur Spada, & Cardinal. de Luca ſuper intelligentia Regularum Cancellariæ 4. & 15.*

45 *Indultum ſive anterius, ſive poſterius Regula 4. ſemper eſt derogatum ex Regula 15.*

46 *Regula 15. derogat Indulto gratioſo etiam in limine fundationis, quod concederet, quod de Jure competit, limita n.47.*

DISCEPTATIO CXI.

VAcata Præpoſitura Eccleſiæ Cameracenſis, quæ inibi Dignitas major poſt Pontificalem exiſtit, Sedes Apoſtolica illam contulit tanquam reſervatam ex Regula 4. Cancellariæ Dom. Gilberto Franciſco Paris de Bellabat facta in litteris Apoſtolicis expreſſione, quod ipſe eſſet de nobili genere procreatus, & in utroque Jure graduatus.

Ex hac proviſione duæ inſurgunt difficultates, ſeu articuli, ſuper quibus meum pro veritate Votum fuit expoſtulatum.

Primo cur litteræ Apoſtolicæ fuerint expeditæ tanquam de Dignitate reſervata in vim Reg. Cancellar. non autem in vim Concordatorum Germaniæ, quæ in Eccleſia Cameracen. vigent, & obſervantur.

Secundo an verificetur expreſſio facta in litteris, quod memoratus D. Gilbertus fuerit de nobili genere procreatus cum ex latere paterno, & materno probet matrimonia contracta cum familiis Equeſtribus, & ſit Nepos Judicis habentis primarium Magiſtratum conſpicuæ Civitatis, ac etiam ſit filius unius ex primariis Judicibus ejuſdem Civitatis.

Reſpondendo igitur ad primum articulum cenſui litteras rite, ac recte expeditas fuiſſe tanquam de Dignitate reſervata ex Regul. 4. Cancellar. nec ullatenus expediri debuiſſe tanquam de reſervato
1 in vim Concordatorum Germaniæ, & ratio eſt, quia Summus Pontifex Nicolaus V. in Concordatis expreſſe voluit excipere ab illis Dignitates majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & Collegiatis, ut etiam de praxi teſtatur Card. de Luc. *de benefic. diſc.13. num.3.* ibi: *Concordata Germaniæ non ſolum non capiunt reſervationem Regulæ 4. ſeu 5. circa primas Dignitates, ſed eam expreſſe exceptuant, ut paſſim ceſſantibus Indultis particularibus aliquarum Eccleſiarum, illæ providentur per Sedem Apoſtolicam ita docentibus quotidiana praxi, eorundemque Concordatorum contextu.*

Quod etiam firmat Pitingh. Doctor Germanus *in Jus Canonic. lib.3. tit.5. num.326. verſ. Notandum ſecundo*, Anaclet. *in lib. 3. decretal. titul. 5. §. 19. numer. 550.* ubi dixerunt, quod hujuſmodi Dignitates etiamſi vacent in menſibus Ordinario- 2
rum, ab ipſis conferri non poſſunt virtute Alternativæ in Concordatis conceſſæ, ſed ſemper Summo Pontifici ſunt reſervatæ, & Me ſcribente noviſſime dixit Rot. *in Tridentina Archipresbyteratus 3. Decembris* 1723. §. *Hinc tranſeo, coram R. P. D. Gamaches.*

Dum ergo Papa exceptuavit a Concordatis hujuſmodi Dignitates, iſtæ remanſerunt ſub reſervatione Reg. 4. Cancell. vigore cujus bene Summus 3
Pontifex procedere ſolet ad illarum proviſionem, nec alias procedere debet in vim Concordatorum, exceptuationis enim natura eſt, ut exceptuatum non cadat ſub illo, a quo facta fuit exceptuatio Gonzall. *ad Regul. 8. Cancellar. gloſs. 24. numer. 1.* & in terminis Cardinal. de Luc. *de benefic. in ſumma num. 127.*

Et conſequenter mihi videtur male locutum fuiſſe Nicolars *in Concordat. German. pag.145.* qua- 4
tenus credidit in vim Concordatorum Pontificiæ diſpoſitioni reſervari has Dignitates majores poſt Pontificalem, cum enim ante Concordata jam extaret Regul.3. hodie 4. ſuper reſervatione hujuſmodi Dignitatum, & in Concordatis Papa eas exceptuaverit, manifeſtum inde videtur ex Regula Cancell. non autem ex Concordatis Pontificiæ diſpoſitioni Dignitates reſervari, & probat Card. de Luc. *de benefic. in ſumma n.127.*

Bene verum eſt, quod hujuſmodi opinioni adverſatur opinio Rotæ antiquæ, quam refert Gomeſ. *deciſ. 6. lib. 2. poſt deciſiones Coccin. tom. 1.* ubi deciſum fuit, quod Ordinarius nequeat con- 5
ferre primas Dignitates in Collegiatis exceptuatas per Concordata, etiam ſi agatur de Dignitatibus non excedentibus valorem decem ducatorum auri de Camera, licet Regul. 4. Cancell. non reſervet niſi has Dignitates hujuſmodi valorem excedentes, ea ratione, quod Concordata indiſtincte, & abſolute excipiunt eaſdem Dignitates, & cum illa ſint quidam contractus inter Papam, & Nationem Germanicam, proinde declinatum eſt ab ipſa Regul. 4. neque cum ea aliquid commune habet iſte contracto: ergo illa exceptio poſita in Concordatis indiſtincte ſervari debet non habito reſpectu ad Regulas, ibique Gomeſ. refert ita fuiſſe concluſum in Rota in Meten. Præpoſituræ Sanct. Salvatoris 25. Novembris 1592. coram Capizucchio; quæ opinio apud Me plus venerationis, quam ponderis habet, quoniam exceptuatio relinquit Dignitates in eo ſtatu, & qualitate reſervationis, in qua erant favore Summi Pontificis vigore Regula 4. nec propterea inducit reſervationem novam, diverſam, & ampliorem, quam antea erat, ac etiam quia indefinita expreſſio Dignitatum ſemper intelligitur relative ad illam ſpeciem Summo Pontifici reſervatam, nil concludente illa ratione, quod Concordata ſunt quidam contractus, ut exinde inferatur eſſe declinatum ab ipſa Regul. 4. Si enim iſte contractus non diſponit, quia non reſervat has Dignitates Papæ in ſe ipſo, ſed eas exceptuat a ſe ipſo, ergo inferri nunquam poteſt, quod per ipſum fuerit declinatum a Regula, ſed potius, quod virtute exceptuationis ab ipſo contractu Concordatorum, jus providendi Dignitates relictum fuerit in diſpoſitione Regulæ, quia caſus exceptus non poteſt

tecí-

Digitized by Google

recipere innovationem, alterationem, aut ampliationem ab illa diſpoſitione, quæ eum excipit, & conſequenter comprehendere non intendit, ſed illum reliquit in ſtatu, & terminis, in quibus antea reperiebatur, *leg. præcipimus in fine*, *Cod. de appellat.* & in terminis Rot. *deciſ. 99. num. 1.* ibique Adden. *numer. 4. coram Gregor. & in recent. deciſ. 329. numer. 10. & 11. part. 9.* nec Papa in Concordatis fecit duriorem conditionem Collatorum Germaniæ, quam fecerit per Regul. Cancell. quoad alias Nationes Branden. *ad Concord. German. q. 12. num. 13.*

6 Male etiam Concordata intellexit Cochier *ad Regul. Cancell. ſub nu. 16.* dicens ſupradictam Regul. Cancell. fuiſſe ſublatam in Germania per Concordata, itaut de prædictis Dignitatibus ſit providendum Jure Ordinario per illos inferiores, ad quos alias pertinet collatio, proviſio, præſentatio, electio, aut quævis alia diſpoſitio, quod repetit in *Comment. ad regul. 8. gloſſ. 21. num. 3.* cum iſte Auctor non bene intelligendo verba Conſtitutionis Nicolai V. continentis tenorem Concordatorum, crediderit exceptuationem Dignitatum in eis factam eſſe in favorem Collatorum inferiorum, ita & taliter quod, dum antea illarum collatio perpetua ſpectabat per Papam, deinde ex Concordatis perpetuo ſpectare debeat ad inferiores Collatores.

Quod eſt manifeſtum æquivocum, juxta quod ſequeretur collationem Dignitatum majorum poſt Pontificalem in Cathedralibus, & Collegiatis nunquam ſpectare ad Papam tanquam perpetuo ſpoliatum Jure eas conferendi, quando hoc erroneum convincitur ex inveterata obſervantia, & ſtylo inconcuſſe ſervato a die concordatorum uſque in præſens demonſtrantibus Summum Pontificem ſemper
7 fuiſſe Collatorem primatum hujuſmodi Dignitatum, & quidem æquivocum præallegati Auctoris naſcitur ex mala intelligentia illorum verborum, quæ in Concordatis habentur ibi: *de cæteris vero Dignitatibus, & Beneficiis quibuſcunque Sæcularibus, & Regularibus vacaturis ultra reſervationes prædictas (majoribus Dignitatibus poſt Pontificales, & principalibus in Collegiatis Eccleſiis EXCEPTIS) de quibus Jure Ordinario providetur per illos Inferiores, ad quos alias pertinet, placet etiam nobis, quod per quamcunque aliam reſervationem, &c. non impediemus quominus de illis cum vacabunt de Februarii, Aprilis, &c. libere diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, &c. pertinebat.*

Etenim exceptuatio Dignitatum majorum poſt Pontificales incipit, & terminat, cum Periodo intermedio per Parenthesim clauſo, & diviſo ab antecedentibus, & ſubſequentibus verbis, ut ſupra regiſtravi, itaut verba illa: *de quibus* referantur duntaxat ad prima verba incipientia: *de cæteris vero Dignitatibus, &c.* non autem connectant cum ultimo verbo: *exceptis*, & vanitas eſt hodie quærere velle diverſum ſenſum, aut Interpretationem, quando per Centenariam, & bis Centenariam obſervantiam inducta fuit Interpretatio, & explicatio, juxta quam conſtat Summum Pontificem in Concordatis voluiſſe ſibi perſervare Collationem hujuſmodi Dignitatum, juxta Regul. Cancell. earum reſervatoriam, itaut ulterior diſcurſus in hoc puncto ſuperfluus remaneat.

Non ſubſiſtente, quod Papa magis ſibi præjudicet conferendo vigore Regulæ Reſervatoriæ, quæ
8 ceſſat vacante Sede, quia licet ceſſent illæ reſervationes accidentales, quas vocamus diſcontinuas ratione menſis, vel loci, itaut Ordinarius poſſit de beneficiis hoc tempore vacatis libere diſponere, ſecus tamen eſt quoad alias reſervationes, quas appellamus reales ratione qualitatis Beneficii, ut ſunt primæ Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis, Monaſteria Conſiſtorialia, Canonicatus Baſilicarum Urbis, & ſimilia, hæc enim Beneficia, quamvis ceſſet reſervatio Sede vacante, adhuc ſemper remanent affecta Sedi Apoſtolicæ, nec Ordinarius poteſt ea conferre ob ſtatum reſervationis, in quo exiterunt vigentibus Regulis, & explicat Rot. *coram Merlin. deciſ. 192. numer. 4. cum quatuor ſeqq.* & ſequitur Card. de Luc. *de benefic. diſcurſ. 44. numer. 8. & in Summar. numer. 26. & 27.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 5. proœmial. num. 94. verſic. quia hoc recte procedit* Rot. *in Abulen. Parochialis de la Calda 28. Januarii 1594. coram Corduba* impreſſ. apud Garz. *de benefic. part. 5. cap. 1. num. 771. verſ. procedunt in reſervationibus*, & de cætero minor utilitas Summi Pontificis tunc ſolum in hoc verificaretur quando vera eſſet opinio Rotæ apud Gomes ubi ſupra, quod ex Concordatis inducta eſſet reſervatio Dignitatum amplior quam ſit illa Regulæ 4. nempe comprehenſiva etiam illarum, quæ non excedunt valorem decem florenorum auri de Camera, quod ex prædictis mihi videtur inſubſiſtens, attento etiam ſtylo Cancellariæ, 9
juxta quem Dignitates providentur ex reſervatione generali Regulæ abſque ulla ratione Concordatorum, ut mihi ſuppoſuerunt Practici, & tamen proviſiones fierent vigore Concordatorum, ſi relata opinio locum haberet.

Deſcendendo ad examen, & reſolutionem ſecundi articuli, primo loco adverto, quod ſi Præpoſitura non requirit Nobilitatem ex lege fundationis, ſtatuto, neceſſarium non eſt illam verificare etiam ſi fuerit Summo Pontifici expreſſa, cum non inducat ſubreptionem falſa expreſſio alicujus qualitatis non requiſitæ ex natura beneficii, & ſic impertinentis ad illud conſequendum, & qua etiam defi- 10
ciente, adhuc Papa eodem modo gratiam conceſſiſſet, ut in ſpecie Rot. *coram Celſ. deciſion. 282. n. 20. & in rec. dec. 552. n. 6. part. 19. & in Colon. Canonicatus 7. Decembris 1725. §. Satis, cor. R. P. D. Nunez.*

Et ſecundo non deficit verificatio, & probatio Nobilitatis ex genere juxta aſſertionem Summo Pontifici factam; *de nobili genere procreatus:* ſuppoſito enim, quod D. Gilbertus deſcendat ex Antenatis, ſeu Majoribus ſuis, qui fuerint primarii Judices conſpicuæ Civitatis per ſpatium 120. annorum, inde Nobilitas generis ad evidentiam verificatur; nam quamvis in eiſdem Majoribus, ſeu illorum primo Nobilitas incœperit per Honorem, & Dignitatem Officii Judicis non ſolum attenta Franciæ conſuetudine, juxta quam primarii Judices Ci-
vitatum aſſumunt qualitatem Nobilium, ſed etiam 11
ex diſpoſitione Juris Communis, de qua *Text. in Leg. Judices, Cod. de dignitatib. lib. 12.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 28. numer. 2. & ſeqq.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. Rubric. 4. §. 19. num. 7. & 8.* Amaya *in leg. unic. Cod. de infamib. lib. 10. num. 90.* Bonadill. *in Pollitic. libr. 3. cap. 1. ex numer. 1. ad ſeqq.* Maſtrill. *de Magiſtrat. libr. 1. capit. 2. numer. 24.*

In Deſcendentibus tamen nobilitas iſta tranſitum
fecit in nobilitatem generis, ſi deſcendentes ſe ſe 12
conſervarunt in gradu nobilitatis, cum aliud non ſit nobilitas generis, niſi quæ a Parentibus nobilibus deſcendit tanquam illis, qui virtute, & meritis eam ſibi comparaverunt, & jure ſanguinis tranſmiſerunt in Poſteros, ut ea Barbat. *conſil. 57. lib. 2.* notavit Caſſan. *ubi ſupra dicta rubr. 4. §. 19. num. 15.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 19. num. 5.* Capyc. Latro *conſult. 128. num. 48. cum duob. ſeqq. tom. 2.* Gratian. *diſceptat. 190. num. 21.* Rot. *coram Bich. dec. 572. n. 9.* & Rota *in Auguſtana Canonicatus 26. Junii 1711. §. De hac etiam, cor. Rever. Criſpo.*

Accedit circumſtantia, quod memoratus Gilber-
tus probat ex latere paterno, ac materno matri- 13
monia contracta cum familiis Equeſtribus, ſeu generis nobilitate conſpicuis, quæ circumſtantia comprobare ſolet, ſeu adminiculare probationem nobilitatis generis, quia regulariter Pares Paribus Matrimonio copulantur, *Leg. Vidua, & Leg. Donationum, Cod. de nuptiis*, & in ſpecie advertunt Card. de Luc. *de præemin. diſc. 32. num. 22.* Rot. *deciſ. 304. numer. 9. verſ. nec dantur matrimonia*

part. I.

Digitized by Google

part.1. recent. & dec.248. num.1. poſt ſecundum vo-
lumen conſil. Farinac. Capyc. Latro *conſult.128.n.73.*
tom.2.

Et demum Nobilitas generis non poteſt in du-
bium revocari propter ejus antiquitatem, quæ ex
14 obſervantia 120. annorum nunquam interrupta ſa-
tis reſultat, Rot. *dec.229. n.10. part.16. recent. &*
dec.266. n.10. coram Celſo, & dec.164. num.17.
nobilitas enim attribuitur antiquitati, & ex anti-
quitate generis quis Nobilis judicatur ad *Text. in*
Leg.2. ff. de cenſib. & late Tiraquell. *de nobilit. c.19.*
n.1. cum plurib. ſeqq. & concordat Amoſtaz. *de cauſ.*
piis lib.3. cap.10. n.24. Garz. *de nobilit. gloſſ.7. ex*
n.21. ad ſeqq.

Occaſione agendi ſupra de Concordatis Germaniæ
notandum eſt, quod non ſolum excipiuntur ab illis pri-
mæ Dignitates reſervatæ ex Regul.4. Cancellar. ſed
15 etiam Beneficia vacantia per promotionem ab Epi-
ſcopatum juxta Conſtitutionem Benedicti XIII. *in Ex-*
travan. ad Regimen. de Præben. innovatam in Regul.1.
necnon inſertam, & approbatam in eiſdem Concor-
datis, ut pluribus adductis teſtatur Rot. *deciſ.385.*
n.7. part.19. recent. Quæ reſervatio relatæ Extrava-
gantis locum obtinet non ſolum in Beneficiis, quæ
16 tunc vacaverint apud Sedem Apoſtolicam tempore
promotionis ad Epiſcopatum, ſed etiam in illis, pro
quibus data fuit Promotis retentio, ſeu diſpenſatio
pro eis retinendis una cum Epiſcopatu, & quæ po-
ſtea vacaverint per obitum eorum, qui obtinuerunt
gratiam retentionis propter verba illa Extravagantis
ibi: *nunc apud Sedem Apoſtolicam quocunque modo*
vacantia, & in poſterum vacatura: quæ comprehen-
dunt vacationem etiam illorum Beneficiorum, quæ
propter promotionem Promotis conceſſam per eorum
obitum quandocunque poſtea vacare contingunt: Si-
monett. *de reſer. benef. quæſt.27.num.5.* Garz. *de benefic.*
part.11. cap.6. num.30. Cocchier. *ad regul.25. Cancell.*
ſub n.26. Barboſ. *lib.2. vot. dec.78. n.13.* Rembold.
in ejus voto edito in Treviren. Præpoſituræ apud Cap-
pon. *diſcept.10. §. Verum fol.60.* & firmat Rota tam
antiqua, quam moderna, *ut coram Caſſador. dec.2.*
n.1. de Conſtit. & coram Penia dec.1167. ſub n.12.
& 23. & coram Cerro dec.797. n.3. & poſt Na-
varr. *in Summ. Bullar. dec.30. n.2. & cor. Coccin.*
dec.846. n.3. & cor. Dunoz. Jun. dec.219. n.3. &
plene in rec. dec.385. n.12. & dec.523. num.14. &
ſeqq. part.19.

In qua Extravaganti reſervantur Sedi Apoſtolicæ Be-
neficia nedum vacantia, & vacatura per promotio-
17 nem ad Epiſcopatus, & Monaſteria, ſed etiam per aſ-
ſecutionem pacificam quorumcunque Beneficiorum,
& Officiorum per Sedem Apoſtolicam collatorum ibi:
Necnon etiam quæ per aſſecutionem pacificam quorum-
cunque Prioratuum, Dignitatum, Perſonatuum, Offi-
ciorum, Canonicatuum, & Præbendarum Eccleſia-
rum, & Beneficiorum aliorum per Nos, vel eundem
Joannem Prædeceſſorem, ſeu auctoritate Noſtrarum
Litterarum, vel ipſius Joannis Prædeceſſoris collato-
rum, & conferendorum in poſterum nunc vacantia, &
in antea vacatura, &c. ordinationi, diſpoſitioni, &
proviſioni noſtræ, &c. auctoritate Apoſtolica reſerva-
mus, & comprobatur in Extravag. Execrabilis de Præ-
ben. & Extravag. ex debito de elect. ubi pariter expri-
muntur Cathedrales, Monaſteria, Prioratus, Admi-
niſtrationes, & Officia quæcunque, & notat Ventri-
gl. *in prax. part.2. annot.2. num.9.* Rot. *coram Buratt.*
dec.242. n.1. & 2. & ſic reſervatio complectitur
nedum vacantia per aſſecutionem Beneficiorum, ſed
etiam Officiorum quorumcunque Eccleſiaſticorum
incompatibilium auctoritate Apoſtolica collatorum,
& in terminis Regulæ de Annali, quod locum ha-
18 beat etiam in Officiis Spiritualibus, ſeu Eccleſiaſti-
cis ultra Rebuff. probat Mandoſ. *ad Regul.34. Can-*
cell. q.8. n.1. verſ. & ſic concludendum, quamvis
in Regul. de Annal. fiat ſola mentio de Beneficio
Eccleſiaſtico.

Diſpoſitio hujus Extravagantis circa reſervationem
19 primi incompatibilis vacantis per aſſecutionem ſecun-
di, procedit quando proviſio ſecundi incompatibilis
facta fuit auctoritate Apoſtolica; ſecus ſi facta fuerit
ab Ordinario, tunc enim non habet locum ejus re-
ſervatio, minuſque altera inducta ab Extravag. Execra-
bilis de Præbendis, ut pluribus relatis firmavit Rota
coram Otthobon. dec.197. n.1. & 2. Si autem de ſe-
cundo etiam auctoritate Ordinaria Proviſus non di-
miſerit primum intra terminum in Extravaganti
Execrabilis præfixum, ſed utrunque retinere præſum-
pſerit, vacat utrunque, & reſervatum remanet S. 20
Sedi Apoſtolicæ, Gonzal. *ad Regul.8. Cancell. gl.51.*
n.38. Roſ. *de Execut. Litter. part.1. cap.5. num.91.*
Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.3. cap.13. n.54.* Tondut.
q. benef. par.2. cap.3. §.3. n.22. quidquid male diſtin- 21
guat Garz. *de benef. part.11. cap.5. n.45.* dicens reſer-
vari Sedi Apoſtolicæ non priora Beneficia, quæ per
aſſecutionem poſteriorum vacant, ſed poſteriora pro-
pter indebitam retentionem priorum, quia in Ex-
travaganti ob hanc indebitam retentionem priorum,
& poſteriorum, omnia vacare decernitur, & omnia
Sedi Apoſtolicæ reſervantur.

Auctoritates autem, quæ per Garziam allegantur,
intelliguntur in ſuis terminis, nempe, quod primum
Beneficium, quod vacat per aſſecutionem ſecundi,
cujus capta fuit Poſſeſſio abſque tamen retentione pri-
mi ultra Tempus in Extravaganti præfixum, non ſit
Sedi Apoſtolicæ reſervatum ex hac vacatione per aſſe- 22
cutionem alterius incompatibilis, quæ inducitur a die
captæ poſſeſſionis ſecundi, ſed attenditur in quo Men-
ſe illa capta fuerit, nempe, an Apoſtolico, vel Or-
dinario, quia primo caſu reſervatum eſt primum
Sedi Apoſtolicæ *ex Regul.8. hodie 9. Cancell.* In ſe-
cundo autem caſu ſpectabit ad Conſtitutionem Or-
dinarii, ut Me ſcribente Rot. *in Burgi, ſeu Civita-*
tis Sancti Sepulchri Canonicatus 4. Decembris 1705. §.
Hiſce, §. Cum igitur, & §. Quoties, cor. bon. mem.
Anſald. & Ego ſuperius dixi *diſcept.12. n.64.*

Hic quæſtio occurrit, an Beneficia Epiſcopi promo-
ti ad Epiſcopatum in Partibus infidelium cadant ſub 23
reſervatione Extravag. ad Regimen; quod pendet ex
articulo, an per talem promotionem ad Epiſcopatus
Titulares Beneficia ob incompatibilitatem vacare cen-
ſeantur, juxta *Text. in cap. cum in cunctis, §. Cum vero*
de elect. in 6. Certum eſt, quod cum hujuſmodi Epiſco-
pi Titulares nihil obtineant præter nudum Titulum,
itaut ab aliquibus appellari ſoleant *Nulla tenentes*;
ut apud Pariſ. de *de reſign. lib.3. q.1. n.89.* Rot.
dec.599. n.10. verſ. niſi, par.10. propterea reſervatio
Extravagantis locum non habet in hujuſmodi Epiſcopis
Titularibus, quia per eorum promotionem non vacant
Beneficia, ut communiter firmant Barboſ. *in c. in cun-*
ctis, §. Cum vero n.29. in fin. de elect. & de poteſtat.
Epiſcop. part.3. alleg.57. numer.74. Pariſ. *de reſignat.*
lib.3. quæſt.1. num.9. & 89. Germon. *de Indult. Cardin.*
§ Si vero num.26. Mandoſ. *ſuper regul. Cancell. 26. q.4.*
ſub num.5. Hujed. *de Incompat. cap.4. n.16. in fin.*
Garz. *de benef. part.1. cap.6. n.44.* Cochier. *ad reg.21.*
n.26. verſ. ſecundo non procedit, Card. de Luc. *de be-*
nefic. diſc.4. n.9. & 10. Ruſ. *in addit. ad Tract. de Exe-*
cut. litt. Apoſtolic. cap.6. num.189. Nicolaus *ad concor-*
dat. German. tit.1. dub.1. §.23. num.24. Carol. de Mean.
ad Jus Civile, Leod. *tom.3. obſervat.277. num. final.*
Rot. *coram Cerr. dec.264. num.4. & in Monaſterien.*
Canonicatus 9. Novembris 1712. §. Probatur, cor.
Reverendiſſimo Aldrovando Decano, & propter hoc
hujuſmodi Epiſcopi nulla indigent diſpenſatione pro 24
retinendis Beneficiis tanquam non incompatibilibus
cum his Titulis Epiſcopalibus, ut firmant Mean. *ad*
conſuetud. Leodien. obſervat.277. num.25. lib.3. Card.
de Luc. *de benef. diſc.4. & 10.* Gerunda *de Epiſc.*
lib.8. diſp.5. cap.2. n.17. Garz. *de benefic. part.11.*
cap.6. n.2. & 24. Rot. *dec.599. n.11. part.18. rec.*
& etiamſi conceſſa legatur retentio, hæc tamen
conceſſio intelligitur ad uberiorem cauthelam, Ac-
chil. de Graſſ. *deciſ. 2. numer. 1. & ſeqq. de elect.*
Rot. *deciſ. 16. numer. 19.* poſt Remocamp. *de Co-*
adjutor.

Per contrarium vero, cum Epiſcopi Titulares ſint
vere, & proprie Epiſcopi, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop.* 25
part.1. cap.1. num 15. in fin. Paſſerin. *de ſtat. homin.*
q.185. art.8. n.24. quod per eorum promotionem
de ſtricto Jure inducatur vacatio Beneficiorum, & eis
conce-

Digitized by Google

26 concedatur retentio, ut juxta Pontificalis Dignitatis
exigentiam ſubſtentari valeant, aſſerunt Ricciul. *lucu-
brat. Eccleſ. lib.2. cap.9. num.2.* Francel. *de Eccleſ. Ca-
thedral. cap.32. num.118. & 119.* ex quo derivat, ut ſi
Epiſcopus Titularis transferatur ad aliam Eccleſiam,
27 in qua conſequatur actualem adminiſtrationem, pri-
mam Eccleſiam Titularem cenſetur habere quodam-
modo in Commendam, ſecundam vero in Titulum
Francel. ubi ſupra num. 124. & ſeqq. in quo arti-
28 culo concludendum eſt, quod hujuſmodi Epiſcopa-
tus Titulares licet non habeant incompatibilitatem
cum aliis Beneficiis, id tamen non provenit ex
diſpoſitione Juris, ſed ex quodam ſtylo Curiæ, ut
advertit Card. de Luc. *de benefic. diſc.* 111. *num.* 3.
ubi propterea addit hujuſmodi ſtylum juxta regula-
rem naturam conſuetudinis non extendi de caſu,
ad caſum de re ad rem, ſive de Perſona ad Perſo-
nam, ſed ſolum in caſu præciſo, & individuo.

Unde diſputari poteſt, an quando aliquis con-
temporanee promovetur ad Epiſcopatum Titularem,
& ſimul deputatur ad Officium Suffraganei in ali-
qua Eccleſia Archiepiſcopali, vel Epiſcopali, ex
quo hujuſmodi Epiſcopi Titulares creantur, ut co-
adjuvare poſſint Epiſcopos actuales ex aliqua cauſa
29 impeditos, ut tradunt Barboſ. *de Epiſcop. part.* 2.
tit. 1. *cap.* 6. *numer.* 17. Lucarin. *de Epiſcop. regu-
lar. cap.* 3. *num.* 355. Francel. *ubi ſupra numer.*83.
Ricc. *in prax. part.* 4. *reſolut.* 429. *numer.* 1. Mo-
nacell. *in formul. part.*2. *tit.* 13. *formul.* 2. *num.* 16.
Tomaſin. *de benefic. part.*1. *lib.* 1. *cap.* 27. *numer.* 4.
& 5. tali caſu vacare dicantur Beneficia hujus Pro-
30 moti ad Epiſcopatum Titularem ſimul, & Suffra-
ganeatum, & reſervata maneant juxta Extravagan.
ad regimen de præbendis, in quo puncto videtur
negative reſolvendum, ex quo Suffraganeatus non
31 eſt Titulus Eccleſiaſticus perpetuus, nec datur Ec-
cleſiæ ſed Epiſcopo, quo mortuo expirat, ſicut di-
citur de Coadjutore Epiſcopi, qui deſinit eſſe Co-
adjutor defuncto Coadjuto Fagnan. *in cap. Epiſco-
palia numer.* 58. *&* 59. *de privilegiis*, referens ita
deciſum per Sacram Congregationem Concil. nem-
pe: *Suffraganeatum non eſſe Titulum perpetuum*,
& propterea ſuperaddit ibi: *Hec ratio concludit
eum non eſſe Suffraganeum Populi, alias enim eſ-
ſet perpetuus ſicut Populus*, & melius idem Fa-
gnan. *in cap. ad hec numer.* 24. *& ſeqq. de præben.*
ibi: *Cum Suffraganeatus non ſit Titulus perpetuus
Parochialis Eccleſia quam obtinebat, is qui a Sede
Apoſtolica ad Epiſcopatum Titularem promotus, ac
eodem tempore alicui Epiſcopo in Suffraganeum de-
putatus eſt, non intelligatur vacare, ut olim de-
claravit Sacra Congregatio Concilii*: ibique proſe-
32 quitur decidendo, quod acceptans Vicariatum Epi-
ſcopi non perdit Dignitatem, vel Beneficium Cu-
ratum ex diſpoſitione *Text. in cap. de Multa de
prebend.*

Quæ reſolutio Sacræ Congregationis allegata per
Fagnan. licet non reperiatur in regeſtris Sacræ
Congregationis; attamen adducebatur in quadam
33 cauſa, in qua Ego ſcribebam tanquam extracta
ex manuſcriptis clar. memor. Cardinalis Paulutii
olim Præfecti Sacræ Congregationis ſequentis te-
noris.

*An Parochialis obtenta ab eo, qui a Sede Apo-
ſtolica ad Epiſcopatum in Partibus Infidelium exi-
ſtentem promotus, ac eodem tempore alicui Epiſco-
po in Suffraganeum deputatus fuerit, vacare intelli-
gatur.*

Die 12. Decembris 1601.

*Habita eſt in Vaticano Congregatio Concilii, cui
interfuerunt Illuſtriſſimi Domini Cardinales Mon-
telp. Juſtin. De Mont. Palavic. Matthejus, Aqua-
viv. Blanchett. Pariſ. Mantic. D'Oſſat. Bonviſius,
Sanctorum quatuor; In quo propoſito ſupradicto du-
bio Omnes uno ore dixerunt hujuſmodi Parochialem
non vacare propter rationes in Voto Matthei alle-
gatas, cum præcipue, quod Epiſcopatus promotio
non inducit priorum Beneficiorum Vacationem, niſi
a die adepta poſſeſſionis; nec datio Suffraganeatus
cum non ſit Titulus Eccleſiaſticus perpetuus; Ad-
didit D'Oſſat. de Stylo Curiæ in litteris proviſio-
nis Epiſcopatus Titularis conſuevisse apponi clauſu-
lam, ut Proviſus non teneatur ad Eccleſiam acce-
dere; Præterea hunc Epiſcopum Titularem non crea-
ri, ut conſulatur Eccleſia, ſed ut ſatisfiat Conci-
lio Calcedonenſi, ut non exerceantur Pontificalia
ab eo qui non eſt Epiſcopus; Dationem autem Suf-
fraganei non operari Vacationem, cum dependeat
a voluntate Epiſcopi, cui datus eſt Suffraganeus,
Præterea Suffraganeum non teneri reſidere in Civi-
tate, ſed ſat eſſe, ut in Diœceſi reſideat. & ita
reſidere poterit in Parochiali ſita intra Diœceſim.
Itaque ex Omnium Sententia decretum fuit ad du-
bium eſſe negative reſpondendum, nempe hujuſmodi
Parochialem non vacare.*

Sed hæc opinio quemadmodum patet ex ratione
adducta per Fagnan. ubi ſupra, & reſolutionem
Sacræ Congregationis proxime relatam, procedit 34
in ſuppoſito, quod Suffraganeatus non ſit perpe-
tuus, & dependeat e voluntate Epiſcopi, cui da-
tus eſt Suffraganeus, ita, & taliter, quod mor-
tuo Epiſcopo expiret Suffraganeatus, nec cenſeatur
eſſe Suffraganeus Populi, dum alias eſſet perpetuus
ſicut Populus, & propterea procedere tantum po-
teſt in caſu, quo Suffraganeus datus fuerit tempo-
raliter, & ad vitam Epiſcopi, ſecus autem, ubi
Suffraganeus eſſet perpetuus, itaut ejus Officium
non expiraret per mortem Epiſcopi, in his enim
terminis locum haberet per incompatibilitatem va-
catio Beneficiorum, & reſervatio inducta ab Ex-
travag. ad regimen. quæ loquitur etiam in caſu
aſſecutionis quorumcunque, &c. Officiorum, ex
quo talis Suffraganeus nihil differre videtur ab Epi- 35
ſcopo effectivo, quia tenetur ad omnimodam, &
rigoroſam reſidentiam, ſicut tenetur quicunque Epi-
ſcopus habens adminiſtrationem proprii Epiſcopa-
tus, ut de hac obligatione impoſita Suffraganeis
conſtat ex Decreto Conſiſtoriali Sancti Pii Quinti
26. Octobris 1565. ibi: *Voluit, & ordinavit San-
ctitas Sua, quod ſi dictos Epiſcopos ab Eccleſiis,
in quibus Suffraganei adſcripti ſunt ſine legitima
cauſa ultra tempus, quo per Decreta Sacri Conci-
lii Tridentini Epiſcopis a propriis Eccleſiis abeſſe
permittit, recedere contingat, durante abſentia hu-
juſmodi de dictis penſionibus nihil petere, neque
exigere poſſint, creſcente vero contumacia alias pœ-
nas in dictis Decretis, & per Conſtitutionem ſuam
contra Epiſcopos non reſidentes ſtatutas, incurrant,
& nihilominus dicti Epiſcopi Eccleſias hujuſmodi ſic
deſerentes ab exercitio Ordinum Pontificalium in
aliis Civitatibus, vel Diœceſibus, & de conſenſu
Prælatorum ibidem præſidentium ſuſpenſi ſint, &
cenſeantur, irritum quoque, &c. decrevit, &c.*
quod decretum refertur ab Oderigo Rinald. in An-
nal. ad annum 1565. numer. 23. & propterea per 36
aſſecutionem hujus Officii Epiſcopalis, & ſtricte
reſidentialis inducitur incompatibilitatis cum alio be-
neficio reſidentiali, & ſubintrat reſervatio conten-
ta ad Extravag. ad regimen maxime quia iſta con-
temporanea promotio ad Epiſcopatum Titularem,
& Suffraganeatum idem operari videtur, ac ſi fa-
cta fuiſſet promotio ad Epiſcopatum actualis admi-
niſtrationis mediante ſubrogatione Suffraganeatus
in locum adminiſtrationis Eccleſiæ, qua caret Pro-
motus in Partibus Infidelium, ut in terminis Epi-
ſcopus Titularis Termopolen. ſimul facti Coadju-
toris Epiſcopi Oſcen. firmavit Barboſ. *lib. ſecundo
Vot. deciſ.* 28. *per tot. ſignanter num.*3. *& ſeqq. &
num.* 11.

Ut autem dignoſcatur, an Suffraganeus ſit per-
petuus obſervanda eſt littera deputationis, quia ſi 37
deputatus fuit Eccleſiæ, & non Epiſcopo, cenſe-
tur perpetuus, idemque procedit ſi deputatus fue-
rit tam præſenti Epiſcopo, quam Omnibus aliis
ejus pro tempore ſucceſſoribus, cum hoc excludat
deputationem temporalem ad vitam illius præſentis
Epiſcopi, & probet deputationem factam Eccleſiæ
in deputatione facta Omnibus pro tempore Epiſco-

pis,

pis, nunquam ceſſantibus, & indeficiere repræſentantibus Eccleſiam, & hoc etiam probatur, quando eidem Suffraganeo reſervata fuiſſet ſupee fructibus Eccleſiæ Penſio perpetua, ſcilicet duratura ad vitam ipſios Suffraganei, & ad vitam ipſius perſolvenda ab omnibus pro tempore Epiſcopis; nam perpetuitas emolumenti, ſeu ſtipendii perpetuitatem demonſtrat Oneris ſeu Officii Suffraganeatus ratione correſpectivitatis Oneris, & commodi, ad *Text. in leg. Neſcennius, digeſtis ad adminiſtration. Tutor.* & probant Anchataa. *conſil.* 127. *numer.* 7. Rot. *coram Bichio deciſ.* 608. *numer.* 4. *& coram Emerix Junior. deciſ.* 251. *numer.* 17. *& in recent. deciſ.* 468. *numer.* 1. 2. *&* 12. *part.* 13. quo caſu Suffraganeus non poteſt removeri ab Epiſcopo tanquam perpetuus, & datus Eccleſiæ, ſeu Populo, ſicut perpetua eſt Eccleſia, ſeu Populus, nec locum habet auctoritas Fagnan. & reſolutio Sac. Congregat. de quibus ſupra, ſolum applicabiles in caſu, de quo loquuntur, ubi nempe Suffraganeatus non eſt perpetuus.

Et redeundo ad materiam principalium Dignitatum in Cathedralibus, & Collegiatis, quæ fuerunt exceptuatæ in concordatis Germaniæ omittendum non cenſeo, quod Cardin. de Luc. *de benefic. dict. diſc.* 13. *num.* 3. & ſupra relatus *num.* 1. firmat, ſeu ſupponit has Dignitates veluti reſervatas paſſim provideri per Sedem Apoſtolicam Ceſſantibus Indultis particularibus aliquarum Eccleſia-
38 rum, ideoque admittit ſuffragari poſſe Indulta Apoſtolica contra reſervationem Regulæ 4. Cancellar. prout occaſione agendi de ſuppoſito Indulto Julii Secundi pro Eccleſia Cerignolæ tenuit *diſcurſ.* 12. *num.* 4. *de benefic.* & in terminis Indulti Clementis Octavi conceſſi quoad primam Dignitatem Cathedralis Hildeſimen, nec non Indulti Bonifacii IX. quoad Præpoſituram Collegiatæ Sancti Spiritus Civitatis Juvenacen, & denique Indulti Pii Secundi quoad Præpoſituram Collegiatæ Elvacenſis tractat *diſcurſ.* 13. 107. *&* 109. *de benefic.* ubi tranſit cum ſuppoſito, quod hujuſmodi Indulta ſuffragari poſſint contra reſervationem ſupradictæ Regulæ. Ego autem non intelligo qua ratione hæc Indulta evitare poſſint hanc reſervationem, dum illis derogatum remanet ex Regula 15. Cancellar. in qua expreſſe revocantur omnia Privilegia conferendi, & diſponendi de beneficiis reſervatis conceſſa per quoſ-
39 cunque Pontifices Prædeceſſores etiam Motu proprio cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriis, ita ut illam ſolum durare, & ſuffragari poſſint vivente illo Pontifice, qui ea conceſſit; Iſto autem defuncto, & renovata per Succeſſores in Craſtinum eorum aſſumptionis ad Pontificatum Regula 15. revocatoria, ut ſupra, abrogata remanent hæc privilegia, & Indulta eligendi ad primas Dignitates in præjudicium reſervationis Apoſtolicæ, ut late firmavit Rot. *coram Coccin. deciſ.* 2245. *num.* 33. *& dec.* 2252. *num.* 5. & Me ſcribente *in Tiraſonen. Prioratus* 29. *Aprilis* 1697. §. *Eoque facilius, coram bon. memor. Urſino, & in Virdunen. Abbatiæ* 26. *Junii* 1699. §. *Pariter, coram bon. mem. Molines, & in Cracovien. Archidiaconatus* 2. *Junii* 1707. §. *Placuit, &* §. *Facit, coram clar. mem. Card. Caprara inter ejus impreſſas deciſion.* 676. *numer.* 9. *&* 10.

Quod procedit etiam in Indultis de optando ad primas Dignitates dum Optio eſt vera diſpoſitio de
40 reſervatis, cum Optanti novus Titulus acquiratur, ut deciſum fuit apud Rot. *in recent. dec.* 285. *n.* 23. *verſ. ſed Domini, & num.* 24. *cum ſeqq part.* 9. ubi agebatur de Indulto Innocentii VIII. de optando non obſtantibus quibuſcunque reſervationibus tam editis, quam edendis, ut legere eſt *ante numer.* 1. Unde otioſa mihi videtur diſtinctio, Cardinal. de Luca *dict. diſcurſ.* 107. *num.* 6. an Indultum ſit anterius vel poſterius reſervationis Regul. 4. Cancellar. quia ſemper cadit ſuper derogatione, & renunciatione Regul. 15. renovari ſolita per Pontifices Succeſſores.

Et ſolum limitatur Regul. 15. quoad Indultum conceſſum in limine Fundationis, ſeu Erectionis juxta ea quæ ſcripſi *diſcept.* 25. *num.* 6. cum diſtinctione 41
tamen ibidem inſinuata, quod ſcilicet tale Indultum ſuffragatur ad evitandam reſervationem perpetuam Regul. 4. non autem diſcontinuam, & accidentalem *Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancellar.* ubi derogatum fuit etiam Indultis in limine fundationis, ſeu erectionis conceſſis, Rot. *coram Duran. deciſ.* 406. *num.* 10. *& coram Gregor. deciſ.* 240. *n.* 6. ibique Adden. *num.* 20. *& in dict. Virdunen. Abbatiæ* 26. *Ju-* 42
nii 1696. §. *Et voluntas, &* 3. *Aprilis* 1702. §. *Minuſque, coram bo. me. Molines,* & Me ſcribente *in Moguntina Decanatus* 15. *Januarii* 1712. §. *Quinimo, coram bon. mem. Lancetta* niſi ageretur de caſu ſæcularizzationis Eccleſiæ Regularis cum Indul- 43
to præſervativo antiqui ſtatus Electivi, ſi in ſtatu Regularis Dignitas electiva non ſubjacebat reſervatorio Regularum Cancellariæ, ut apud Card. de Luc. *de benefic. dict. diſc.* 109. *n.* 8. ſecus autem quando Indultum non præſervaret in ſpecie ſtatum electivum Dignitatis, ſed ſolum contineret generalem præſervativam privilegiorum quibus antea Monaſterium, ſeu Eccleſia Regularis fruebatur, ut firmatum fuit in *dicta Moguntina Decanatus ubi ſupra,* §. *Quandoquidem cum ſeqq.*

Hinc ad effectum evitandi reſervationem Regulæ 4. nihil obſtat conſideratio facta per Spad. *conſ.* 2. *n.* 8. *& ſeqq. lib.* 3. quod nempe illa non habeat 44
Decretum *irritans* ſicut *Regul.* 8. *hodie* 9. *Cancell.* quodque hujus derogatio ad alias præcedentes Regulas non porrigatur, quia ſatis eſt diſpoſitio Regul. 15. quæ derogat omnibus Indultis conferendi, aut diſponendi de beneficiis generaliter reſervatis, & per contrarium ſi agatur de Indultis hujuſmodi conceſſis in limine Erectionis, ſeu fundationis iſta ſub Regula 15. non comprehenduntur tanquam conceſſa, antequam Dignitas ſit erecta, & in rerum natura exiſtat, & conſequenter tempore, quo dici non poteſt reſervata, & Jus quæſitum Datariæ Apoſtolicæ, ut advertit Card. de Luc. *de benefic. diſc.* 109. *n.* 8. ejus vero diſtinctio facta antecedenter in *diſc.* 107. *n.* 6. an Indultum ſit ante, vel poſt Regul. 4. remanet inutilis, autem Indultum conceſſum fuit extra limen fundationis, & cadit ſub revocatione Regulæ 15. ſive ſit anterius, ſive poſterius Regulæ 4. aut fuit conceſſum in limine fundationis, & non cadit ſub Regula 15. quandocunque conceſſum fuerit, minuſque intrat conſideratio, quod voluntas Concedentis, Indultum non feratur in incognitum, 45
nempe ad excluſionem Regulæ 4. nondum exiſtentia, quia excluſio naſcitur re ipſa ex incompatibilitate Indulti cum Regula ſuperveniente, quæ proinde inveniendo obſtaculum, intrare non poteſt, ex quo Indultis in limine fundationis non derogavit juxta ea, quæ firmavit Rot. *in Parmen. benef. cor. Eminentiſſimo Scoto impreſſa ſupra diſcept.* 14. *n.* 51. 46
in fin. bene verum eſt, quod ſi ageretur de Indulto mere gratioſo, quod concederet illud tantum, quod de Jure Communi competit, nempe Jus eligendi Capitulo, ſeu Collegio primam Dignitatem, ut habetur ſupra *diſceptat.* 24. *n.* 5. quod non eſſet proprie Indultum, ſed diſpoſitio Juris, illi derogatum remaneret per ſupervenientiam Regulæ reſervatoriæ, ut dixit Rot. Me ſcribente *in Monaſterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *Nec ſubſiſtit, &* 13. *Junii* 1710. §. *Eugenius, coram bon. memor. Caffarello,* ſecus autem ſi Indultum eſſet diverſum ab eo, quod 47
competit de Jure communi, aut emanaſſet titulo oneroſo ad ſupplicationem ejus qui in fundatione de bonis ſuis patrimonialibus contributionem feciſſet,

HER-

Digitized by Google

HERBIPOLEN. SEU NULLIUS Fulden. Juriſdictionis.

ARGUMENTUM.

An Prælatus inferior poſſit acquirere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato per præſcriptionem Quadragenariam cum titulo colorato.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Separatio Territorii Epiſcopalis induci non poteſt Ordinaria præſcriptione.*
3 *Præſcribi poſſunt per eam actus particulares; non autem Territorium abſque privilegio Papæ.*
4 *Doctores de privilegio fecerunt extenſionem ad ſolam Immemorabilem.*
5 *Doctores ſe reſtringunt ad privilegium, vel Immemorabilem taxative.*
6 *Quadragenaria cum Titulo colorato non ſufficit ad acquirendum Territorium n. 7.*
8 *Præſcriptio Juriſdictionis eſt privatio, quæ ſupponit ſituationem in Diœceſi ſicut exemptio, & num. 50.*
9 *De ratione ob quam non ſufficiat quadragenaria cum Titulo.*
10 *Titulus putativus eſt nullus, & ſolum præſtat bonam fidem.*
11 *Si Poſſeſſor Centenarius allegaverit Titulum nullum non juvatur centenaria, n. 12.*
13 *Titulus coloratus eſt Titulus nullus.*
14 *Epiſcopus non habet facultatem concedendi Territorium ſeparatum.*
15 *Quadragenaria cum Titulo non ſufficit ad præſcribendum Jus cognoſcendi cauſas Matrimoniales, & Criminales, n. 19.*
16 *Quidquid non ſufficit ad præſcribendam partem, abſurdum eſt, quod ſufficiat ad præſcribendum totum.*
17 *Abſurdum, ſi quadragenaria cum Titulo ſufficeret ad præſcribendum Territorium.*
18 *Quadragenaria cum Titulo non æquipollet Immemorabili univerſaliter, n. 49. & 51.*
20 *Quadragenaria cum Titulo in quibus non æquipolleat immemorabili.*
21 *Reſolutiones Sac. Congregat. Concilii habent vim legis, & eas Rota ſequitur.*
22 *Ex ſenſu S. Congreg. non ſufficit quadragenaria, niſi pro actibus particularibus, non autem Territorio.*
23 *Reſpondetur ad auctoritates in contrarium, n. 24. 25. 26. 44. 45. 46. & 47.*
27 *Manente habitu Juriſdictionis apud Epiſcopum poſſunt acquiri actus particulares per quadragenariam.*
28 *In quibus derogavit Concilium Tridentin. contra Exemptos.*
29 *Poſt Concilium non poteſt dari præſcriptio.*
30 *Titulus exemptionis paſſivæ non poteſt eſſe Titulus coloratus pro exemptione activa.*
31 *Nec exemptio paſſiva poteſt ex obſervantia declarari in activam, & de duplici ſpecie obſervantiæ.*
32 *Titulus poſtquam habuit ex obſervantia plurium ſæculorum ſuum verum intellectum non poteſt ultimo loco recipere alium contrarium.*
33 *Titulus coloratus debet eſſe talis, ut præſtet bonam fidem, non autem diſcoloratus.*
34 *Enunciative Papæ non præſtat titulum coloratum.*
35 *Concilium Tridentinum Abbatibus Regularibus cum Juriſdictione Epiſcopali, & Territorio ſeparato nihil ademit præter ea, quæ ſunt Ordinis.*
36 *Præſcriptio ex quibus dicatur interrupta.*
37 *In materia Juriſdictionis tres tituli dari poſſunt, & quales ſint.*
38 *De differentia obſervantiæ interpretativæ, & præſcriptivæ.*
39 *Interpretativa inducitur etiam per unicum actum, & ſine præſcriptione.*
40 *Nemo præſcribit quod ſuum eſt.*
41 *Titulus coloratus non eſt capax interpretationis, & de ratione n. 42.*
43 *Scientia, & patientia intereſſe habentis dat titulum coloratum.*
48 *Quando centenaria allegatur pro Titulo non autem præſcriptione eadem non æquipollet quadragenariæ cum Titulo.*
52 *Quando requirantur duæ partes S. Rotæ ex tribus ad dicendum Articulum.*
53 *Titulus coloratus in materia Juriſdictionis, an detur in obtento ab Epiſcopo?*
54 *Senſus Card. de Luc. de ſupprimendis, & ſubjiciendis Ordinario Prælatis Inferioribus cum Territorio ſeparato ſaltem quoad Juriſdictionem delegatam a Concil. Trid.*
55 *Etiam ex actu nullo, & ineffectuato reſultat declaratio.*
56 *Papa deputavit Congreg. Particularem, quæ reſolvit Articulum juxta Opinionem Auctoris ſupra demonſtratam.*
57 *R. P. D. Lambertinus in hoc fecit doctiſſimum Votum, cujus Virtus laudatur.*
58 *Decretum Congreg. Particularis.*

DISCEPTATIO CXII.

POſtquam Celſiſſimus Abbas Fulden. paſſus fuerat reſciſſionem Concordiæ initæ inter ipſum, & Celſiſſimum Epiſcopum Herbipolen. ſuper actibus Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis juxta Deciſiones in Cauſa editas, quæ ſunt *dec.* 1028. & 1267. *cor. Emerix Jun.* agitata fuit acerrima lis ſuper Territorio ſeparato cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali prætenſa ab eodem Abbate contra Epiſcopum, & in Rota inclinavit Judicium pro bono Jure Abbatis, etiam ad effectum manutentionis, primo ex tribus fundamentis Exemptionis *nativæ, dativæ, & præſcriptivæ*, deinde rejectis primis duobus ex illo *præſcriptivæ tantum*, poſtea ex duobus *dativæ, & præſcriptivæ*, & demum ex unico illo *præſcriptivæ*, cum quo Cauſa fuit expedita per Sententiam in prima Inſtantia præviis quatuor Deciſionibus, ut ſupra variis *ſub die* 28. *Junii* 1700. *cor. cla. me. Card. Tremoville*, & 16. *Febr.* 1703. 27. *Aprilis* 1705. & 20. *Novemb. ejuſdem anni, cor. bo. me. Molines in locum Card. Tremoville ſubrogato.*

Eadem Victoria contingit Celſiſſimo Abbati in ſecunda Inſtantia coram bon. mem. Anſaldo ex ſolo pariter fundamento *præſcriptivæ*, juxta primam Deciſionem 1. Junii 1708. ſed juxta ſecundam confirmatio prodiit cum tali votorum anfractu, ut aliqui ex *nativa*, alii ex *dativa*, alii demum ex *præſcriptiva* judicaverint cum voto inter ipſos conflictato, dum qui movebantur ex uno fundamento impugnabant alterum, vel altera reſpective, ſicut habetur in ſecunda Deciſione 2. Junii 1700. cor. bon. mem. Anſaldo.

In tertia Inſtantia, coram bon. mem. Caffarello proceſſum fuit cum diſtinctione trium Dubiorum, quorum primum fuit, an Sententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda *quoad nativam*; ſecundum, an quoad *dativam*, & tertium, an *quoad præſcriptivam cum titulo colorato*, & primum fuit deciſum *negative*, ſecundum *iterum proponatur*, & tertium *affirmative*, cujus tertii Dubii prodiit Deciſio ſub die 15. Junii 1611. cor. bo. me. Caffarello.

Ego autem, qui ſuper omnibus tribus punctis in ſecunda, & tertia Inſtantia ſcribebam in Rota pro Celſiſſimo Epiſcopo una cum aliis quatuor præclariſſimis Advocatis, impugnabam Sententias Rotales ſuper omnibus, & omiſſo eo, quod ſcripſi ſuper primis *nativa, & dativa* non habentibus legitimum fundamentum.

Dicebam de facili infirmandas eſſe Sententias, *quoad præſcriptivam cum titulo colorato*, quia non reperitur

ritur

tuitur in toto jure noſtro ſcriptus iſte modus acquirendi Territoria ſeparata per privatam auctoritatem præſcribentis ſimplici ſpatio 40. annorum, ſive inſpiciantur auctoritates, ſive rationes, ſive exempla, & res judicatæ tam Sac. Congreg. Concilii, quam Sacri Auditorii Rotalia.

Et ſane cum Territorii ſeparatio aliud non ſit, quam ſcindere Cathedras Epiſcopales, reſpectu juriſdictionis quaſi unum Epiſcopatum dividendo in duos, no-
2 vumque Epiſcopum efformando cum ſua particulari, ac diſtincta Ditione, ſeu Territorio, utique id non pendet ex privata, & Ordinaria præſcriptione privatorum, quibus perpetuo juris edicto prohibitum eſt præſcribere limites publicos Territoriorum Epiſcopalium, ut eſt *Textus apertus in cap. Super eo de Paroch. ibique Gloſſ. in verbo per Canones*, ibi: *Idem intellige in limitibus Epiſcopatuum, & Parochiarum, & Provinciarum, ex quo ibi diſtincti ſunt fines præſcribi non poſſunt*, ibique Butrius ſub num. 4. advertit non dari hujuſmodi præſcriptionem Territorii cum juriſdictione Epiſcopali, Innocent. n. 1. Joannes Andr. n. 3. Barboſ. n. 2. Rot. *dec. 218. n. 27. cor. Royas*, ibi: *Nec jus Territorii ſeparati, & diſtincti valuit acquiri ab Abbate longi temporis præſcriptione, & in rec. dec. 394. n. 4. part. 1.*

Sunt enim inter ſe diverſiſſima iſta duo, ſcilicet præſcribere actus juriſdictionales Epiſcopi in ſuo Territo-
3 rio, & ex diverſo præſcribere totam juriſdictionem uſque ad ſeparationem Territorii, & ſolutionem ejus limitum; nam primo caſu datur iſta præſcriptio per quadragenariam cum titulo putativo, juxta terminos, in quibus loquitur *Textus in cap. Audites, cap. De quarta, & alibi de præſcrip.* non tamen datur, nec dari poteſt ſecundo caſu, obſtante perpetuo juris publicis Edicto vetante diſmembrationem hujuſmodi Territoriorum cum translatione univerſæ juriſdictionis Epiſcopalis in Prælatum inferiorem ad inſtar novi Epiſcopi, cum talis ſeparatio, & diſmembratio fieri non poſſit, niſi per ſolum Principis Privilegium, prout in hac materia eſt illud dumtaxat Summi Pontificis, juxta theoricam Hoſtien. *in cap. Cum contingat de foro competenti*, quam ibi refert, & ſequitur Panormit. *n. 18. verſ. nec conſuetudo*, ibi: *Ex Privilegio Papæ, qui ſolus poteſt concedere*, Donat. *in prax. quæſt. regul. tom 2. tract. 10. quæſt. 4. num. 4.* ibi: *Hoc autem ſeparatum Territorium ſolus Papa concedere poterat, quia ad ipſum ſolum ſpectat ſeparare unam Diœceſis partem ab aliqua tota Diœceſi*, & punctualiter Rot. *dec. 324. n. 2. par. 1. recent.* ibi: *Hujuſmodi vero Territorium ſolus Papa concedere poteſt ex Privilegio ſpeciali, ad quem ſolum ſpectat, ut partem ſeparet a Diœceſi, & dec. 334. n. 16. & 17. part. 13. & dec. 21. num. 11. part. 14. & decis. 340. num. 15. part. 15. & dec. 338. n. 12. & 13. cor. Priolo, & in Gerunden. juriſdictionis 5. Martii 1692. coram bon. mem. Molines*, impreſſa ad ornatum Card. de Luc *de Juriſdict. dec. 20. n. 2. & 3. & in Firmana juriſdictionis ſuper Reſervatis 15. Aprilis 1701. ſub §. Et licet, coram Eodem, & in Leodien. Juriſdictionis 27. Aprilis 1705. §. Rurſus, coram bo. me. Anſaldo, & in Gerunden. Anniverſariorum de Guixols 3. Decembris 1708 § Debiliori, cor. Eminent. Scotto.*

Hinc Doctores, & Tribunalia agnoſcendo in hac exorbitanti, & periculoſa materia, quæ inducit tranſlationem Cathedræ, ſeu Curæ Epiſcopalis, probationem eſſe reſtrictam ad hunc unicum titulum Privilegii Apoſtolici, nunquam diſceſſerunt ab hac Theorica infallibili, & aſſerata, ſolumque fecerunt hanc unicam
4 extenſionem de Privilegio vero ad præſumptum ex immemorabili conſuetudine, videndo enim potentiam, imo omnipotentiam in jure noſtro attributam immemorabili, quam habens pro ſe dicitur habere meliorem titulum de Mundo, idcirco cenſuerunt Territorium ſeparatum poſſe etiam acquiri mediante Privilegio Apoſtolico præſumptive deducto ex immemorabili, ita reſtringendo totam hanc probationem ad duos tantum modos, ſcilicet vel Privilegii expreſſi, vel immemorabilis, cæteris omnino excluſis.

Ita enim teſtatur in praxi Card. de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſc. 1. ſub num. 92.* ibi: *Probatio autem hujuſmodi Territorii ſeparati, ac Nullius per veritatem ad duas tantum ſpecies ex veriori, magiſque recepta Sententia reſtricta eſt, primo nempe ad expreſſum, & clarum Privilegium Apoſtolicum, altera vero ſpecies eſt immemorabilis, & de juriſdict. diſc. 1. n. 12.* ibi: *Iſta Territorii ſeparati qualitas non præſumitur, ſed per Allegantem probanda eſt, atque probatio ad duas tantum reſtringitur ſpecies, unam ſcilicet per Privilegium Apoſtolicum, &c. & alteram per immemorabilem bene probatam, & de juriſdict. diſc. 9 n. 5.* dicens litteris claris, ibi: *Hujuſmodi ſcilicet punctum hodie non eſſe amplius juris, ſed Facti ſuper probatione ſcilicet Territorii ſeparati facienda per duas tantum ſpecies unam ſcilicet Privilegii Apoſtolici expreſſi, alteram immemorabilis bene juſtificata, & in annot. ad Concil. diſcurſ. 33. nu. 40.* ibi: *Recurratur ad Immemorabilem, ad quam ſolum ceſſante Privilegio hæc probatio reſtringitur.*

Ita etiam cenſuit Rota *in Toletana juriſdictionis dec. 335. n. 17. & 18. par. 13. rec.* ibi: *Niſi vel exhibeat Privilegium Apoſtolicum, vel plene juſtificet immemorabilem, quæ ſola ad hunc effectum poteſt inducere præſumptionem Apoſtolici Privilegii.*

Quam opinionem non ſolum in aliis cauſis ſecuta eſt, *nempe in dec. 10. n. 12. & dec. 21. n. 8. & 16. cor. Zarat. & deciſ. 395. n. 1. & dec. 1012. n. 3. cor. Emerix Jun. & dec. 153. n. 6. par. 11. & deciſ. 511. n. 5. par. 19. tom. 2. & cor. Dunoz. Jun. dec. 536. n. 6.*

Sed etiam in pluribus Deciſionibus moderníoribus ſignanter *in Gerunden. Anniverſariorum de Guixols 3. Decembris 1708. §. Debiliori, cor. R. P. D. Scotto*, ibi: *Gerendo figuram Prælati inferioris, & poteſtatem quaſi Epiſcopalem habentis, quæ nonniſi per ampliſſimum Privilegium Apoſtolicum, vel ex immemorabili conſuetudine poteſt acquiri, & noviſſime in Capuaquen. juriſdictionis ſuper bene jure 4. Maii 1708. § Et licet, cor. bon. mem. Caffarello.*

Neque tot Auctoritates, & Deciſiones declinari valent ſub reſponſione, quod illæ admittendo probationem per duos modus, ſcilicet Privilegium, vel Immo- 5
morabilem, exinde non excludunt quadragenariam cum titulo colorato; Ut enim luce poteſt in verbis ſupra transcriptis, prææallegatæ Auctoritates non loquuntur tantum in ſenſu affirmativo, quod nempe acquiratur Territorium per Privilegium, vel Immemorabilem, ſed eodem contextu loquuntur in ſenſu negativo, excludendo ſcilicet omnes alios modos præter duos Privilegii, vel immemorabilis, utendo dictionibus tantum, & ſolum, & nonniſi, quæ ſunt negativæ, & excluſivæ cujuſcunque alterius modi præter Privilegium, & Immemorabilem, quemadmodum bene animadvertit noviſſima *deciſio hujus Cauſæ 2. Junii 1710. §. 43 cor. R. P. D. Anſaldo.*

Sed neque in hiſtantum auctoritatibus de per ſe claſſiſſimis hoc aſſumptum fundatur, ſed deducebam quoque punctualiſſimam Deciſionem Calderini inſignis Canoniſtæ *in conſil. 2. de præſcript.* ubi quærit, *an per quadragenarium cum titulo colorato, præſcribi valeant omnia jura Epiſcopalia*, & reſolutive concludit, aliqua tantum poſſe præſcribi per hanc Quadragenariam, non autem omnia in univerſum, dicit enim præſcribi 6
non poſſe inſtitutionem auctorizzabilem, quæ eſt juriſdictio providendi Parochias, & deputandi ad Curam Animarum, rurſus addit, præſcribi non poſſe jus auctorizzandi alienationes rerum Eccleſiaſticarum, jus celebrandi, & prædicandi, jus vocandi ad Synodum, jus cathedratici, & charitativi ſubſidii, & nonnulla alia, quæ legi poſſunt *dict. conſ 2 ſub nu. 1. verſ. quæ autem ſint illa, quæ Capitulum non poteſt præſcribere*: Quæ doctrina adeo magni Canoniſtæ facit vim 7
legis, maxime quando cum ea concordant Deciſiones Rotales *in Conſtantien. Juriſdictionis deciſ 324. n. 2. part. 1. recent.* ubi quod non poteſt per præſcriptionem acquiri Territorium ſeparatum, *& in Saliſburgen. Juriſdictionis, coram Royas deciſ. 218. numer. 27. in verbis ſupra relatis* ibi: *Nec jus Territorii ſeparati, & diſtincti voluit acquiri ab Abbate longi temporis præſcriptione, & dec. 219. numer. 13. coram eodem.*

Caſus fuit litteraliter deciſus in *Beneventana Juriſdi-dictionis*, *coram Taya dec.440. part.13. recent.* ubi præciſe reprobata fuit quadragenaria cum titulo putativo ad effectum præſcribendi Territorium ſeparatum, dum Sacra Rota dixit obſtare rationes, & declarationes adductas in *Conſtantien Juriſdictionis impreſſ. in dec.324. n.12. in fin. part.1. recent. hæc autem ſunt verba præciſa Deciſionis in d. Beneventana n. 2. & ſeqq.* ibi: *& præſcriptione quidem, concurrente quadragenaria cum titulo, bona fide, &c. attamen Dominis viſus eſt deficere titulus, &c. & quoad Territorium, ſeu Diœceſim ſeparatam refragante ratione, & declarationibus* Rotæ *dicta dec.324. dicto n.12. in fine, cum Papa ſolus poſſit Territorium ſeparatum concedere, quidquid ſit, quando datur Prælatus inferior, & quaſi ſub Epiſcopo itant Epiſcopus habeat univerſalem juriſdictionem ſaltem habitu, & Prælatus inferior habeat quaſi ſub Epiſcopo, & ab exercitio excludat Epiſcopum.*

Qui ſane videtur caſus in puncto reſolutus in d. Beneventana, dum ibi Archidiaconus prætendebat, vel Territorium ſeparatum, vel ſaltem præſcriptionem nonnullorum actuum Epiſcopalium adducendo præſcriptionem quadragenariam cum titulo, & S. Rota ultra reſponſionem datam titulo, poſtea dixit, quod reſpectu Territorii ſeparati, huic quadragenariæ cum titulo obſtabat Deciſio cum rationibus adductis in dict. Conſtantien. Juriſdict. ſcilicet *dec.324. n.12. par.1. rec.* ubi firmatum fuit, quod præſcriptio iſta ſufficiens eſt ad præſcribendam juriſdictionem Epiſcopalem ſub Epiſcopo, firmo remanente Territorio, non autem pro ſeparatione Territorii ut etiam explicat *d. dec.440. n. 6. & 7. part.13.* in verbis proxime relatis, & quod non ſufficiat titulus putativus, & opinabilis in ſpecie advertit, Doctiſſimus D. meus Eminent. Petra *ad Conſtit. VI. Alex. III. ſect.1. n.67.*

Et de facto apud omnes Canoniſtas proceditur cum hac diſtinctione in hoc præciſo Articulo, an Prælatus inferior per viam præſcriptionis acquirere valeat juriſdictionem Epiſcopalem, quod nempe, aut intendit Prælatus acquirere Juriſdictionem ſub Epiſcopo, abſque ſcilicet ſeparatione Territorii, ubi juriſdictio remanet in habitu penes Epiſcopum, & hoc fieri poteſt, quia non ſcinditur Territorium, & juriſdictio Cathedræ Epiſcopalis, aut vero intendit juriſdictionem acquirere uſque ad diſſolutionem Territorii, & hoc fieri non poteſt mediante præſcriptione, ut ſequendo doctrinam Hoſtienſis, qui cenſuit Prælatum inferiorem non poſſe per conſuetudinem habere Territorium, diſtinguunt Butr. *in cap. cum contingat ſub n.21. de foro compet.* ibi: *puto, quod ſi vult quærere Territorium ut ſeparatum ab Epiſcopo quaſi caput ſibi faciat in eadem Diœceſi, non ſit poſſibile, ſi vult ſibi quærere Privilegio Apoſtolico ad quem ſolum ſpectat, ut partem ſeparet a Diœceſi, hoc poteſt. &c. ſi vult quærere quaſi ſub Epiſcopo ut habeat Epiſcopus univerſalem ſaltem habitu juriſdictionem, & Prælatus ſub eo, &c. & hoc eſt poſſibile.* Sequuntur Panormit. *n.18. verſ. D. Antonius*, Bellamer. *n.15. verſ. ego autem* ibi: *aut quærit an poſſit Territorium acquiri inferiori Epiſcopo per conſuetudinem, &c. ſubdiſtingue, quia aut quæris an poſſit acquiri ſine excluſione Epiſcopi, & credo quod poſſit, &c. aut quæris de totali excluſione Epiſcopi, &c. & dico, quod non poteſt, &c. dico quod talis Prælatus inferior reperitur præſcripſiſſe juriſdictionem ratione Territorii, &c. & tunc dico quod videtur Territorium quæſiviſſe, &c. dico tamen quod non per excluſionem Epiſcopi*, Baldus *de præſcrip. part.5. princip. q.11. n.4.* Neque Sacrum Rotæ Tribunal unquam receſſit ab hac diſtinctione tradita per Butr. & alios, ſed illam firmiter approbavit *in d. Conſtantien. dec. 324. part.1. rec. & in Beneventana dec.440. par.13. & in Calaguritana dec.414. n.1. part.1. diverſ. & dec.10. n.17. cor. Zarat.* Card. de Luc. *ſcribens in d. Beneventana diſc.97. ex n.8. cum plurib. ſeqq.*

Nullatenus refragante reſponſione, quod hujuſmodi diſtinctio procedat, quando non dubitatur de ſituatione Loci intra Diœceſim, ut erat caſus in dicta Con-
8 ſtantien. hoc enim videtur æquivocum elatum, quod nempe Prælatus inferior eo tempore, quo nititur præſcriptione contra Epiſcopum, poſſit negare ſituationem loci in ejus Diœceſi, quando tamen præſcriptio per neceſſarium antecedens ſupponit pertinentiam juriſdictionis præſcriptæ ad Epiſcopum in ſua Diœceſi; Præſcriptio enim eſt privatio quæ præſupponit habitum & ſituationem in Diœceſi, ſicut exemptio ex firmatis per Rot. *dec.207. num.3. part.2. diverſ. & dec.655. n.1. part.3. & dec.232. n.4. par.14. dec.330. n.5. par.15. rec. & dec.451. n.8. par.9. tom.2. & coram Buratt. dec.578. n.14.*

Hoc aſſumptum magis dilucidant, & in evidentiam tranſire faciunt rationes decidendi; Si enim verum eſt, prout eſt veriſſimum, quod ſoli Papæ eſt 9
reſervatum Territoria dividere, & nova pro aliis conſtituere, & quod propterea requiritur in hac materia Privilegium Apoſtolicum aut expreſſum, aut ex Immemorabili præſumptum ad *Text. in capit.1. ne Sede vacant.* Grat. *diſcept.217. n.17.* Garz. *de benef. par.12. cap.1. n.1.* Card. de Luc. *de praben. diſc.7. n.17.* Adden. ad Buratt. *dec.912. n.11.* Rot. *dec.612. n.1. part.2. rec. & in Herbipolen. reſciſſionis Concordiæ 25. Junii 1699. §. Quo vero ad Beneplacitum, cor. clar. mem. Card. Tremoville.*

Verum ſic eſſe fatendum quoque erit, quadragenariam cum titulo colorato nihil ad hunc effectum operari poſſe, ſi reflectimus, quod iſta quadragenaria non operatur ratione tituli, ita, & taliter, quod dicamus, iſtam præſcriptionem ſecum involvere Privilegium Apoſtolicum præſcriptum, prout dicimus de Immemorabili præſumente meliorem titulum de Mundo, ſive Privilegium validum, & omnibus numeris abſolutum, ut per Surd. *conſ.6. per tot. lib.1.* Anſald. 10
de juriſdict. part.5. tit.3. n.63. ſed operatur tota in linea meræ, & ſimplicis præſcriptionis ordinariæ, dum ille titulus putativus eſt nullus, & inſufficiens, & ſolum deſervit pro requiſito bonæ fidei ad tollendam malam fidem præſcribentis, quæ mala fides ſemper abeſſe debet ab omni præſcriptione, ut in fortioribus terminis ipſius etiam Centenariæ diſtinguendo quando allegatur in vim præſcriptionis, & in vim tituli ſeu Privilegii Apoſtolici firmat Card. de Luc. *de juriſdict. diſc.97. n.9. & ſeqq.* Rot. *cor. Zarat. dec.10. n.17.* & noviſſime *in Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono Jure 21. Febr. 1710. §. Præmiſſa, cor. Eminent. Falconerio, & bene obſervat dec. 1. Junii 1708. §. 142. & 146. cor. bo. me. Anſaldo.*

Et per conſequens iſta quadragenaria operatur virtute ſolius præſcriptionis, non præſumit meliorem titulum de Mundo, & ſic validum, & ſufficiens Privilegium Apoſtolicum, quod unice deſideratur in hac materia, idque confirmat mirabiliter illa fortiſſima ratio, quod nempe figuremus caſum, adeſſe Centenariam, ſeu Immemorabilem, cujus titulum putativum, & inſufficientem allegaverit poſſeſſor, utique in hoc caſu nihil operabitur Centenaria, & Immemorabilis innixa huic titulo putativo, & in- 11
ſufficienti ad præſumendum titulum bonum, & ſufficientem, & meliorem de Mundo, ut in ſubjecta materia reſpondit Rot. *dec.218. per tot. p.6. rec.* & magiſtraliter explicando Votum aliquorum ex Dominis animadvertit *Deciſio hujus Cauſæ prima Junii 1708. §.153. & altera 2. Junii 1710. §.36. cor. Anſaldo.*

Si igitur ipſa Centenaria innixa titulo putativo, & inſufficienti eſſet inutilis ad præſumendum Privilegium Apoſtolicum validum, & ſufficiens, dum amplius præſumere non poteſt alium titulum meliorem tanquam acceſſoria titulo inſufficienti, & nul-
lo, Rota *coram Merlin. dec.702. n.39. & in rec.* 12
dec.534. n.10. & 11. par.19. tom.2. & in Baren. Jurispatronatus de Ghiſleriis 31. Januarii 1695. §. Aut enim, cor. bon. mem. Pio, imperceptibile prorſus eſt, quod quidquid non poteſt operari Centenaria propter inſufficientem, & nullitatem tituli, poſſit tamen operari ſimplex ordinaria præſcriptio quadraginta annorum, ut pro abſurdo motivatur in ultima *deciſione hujus Cauſæ 2. Junii 1710. §.37. coram bo. me. Anſaldo.*

Et proinde ſi nulla ratio haberi poteſt de titulo puta- 13
tivo, ſeu colorato qui exemplificatur per Doctores in eo, qui ſit ſubreptitius, & nullus, ut inquit Jo. Andr. *in cap.*

Digitized by Google

in cap. Cum Perſona n. 4. de privil. in 6. ibi: *Privilegium, quod dare videbatur libertatem, erat ſubreptitium, &c. dedit tamen Succeſſori impetrantis Cauſam præſcribendi, qui habuit bonam fidem*, Card. Monach. n. 11. & 12. ibi: *Privilegium, &c. erat ſubreptitium, & ſic non valebat, iſtud tamen Privilegium Succeſſori Impetrantis dedit Cauſam præſcribendi*, Teobat. *de effect. immem. q. 14. art. 2. n. 13.* Lottar. *de re benef. lib. 1. q. 24. n. 168.* & inſtrius Sacra Congregatio Concilii n. 20. per conſequens totum fundamentum conſiſtit in ſola Præſcriptione ordinaria 40. Annorum, quæ nihil habet in ſe niſi privatam Auctoritatem Præſcribentis, excluſo prorſus Privilegio Apoſtolico, & ſic incurritur abſurdum, quod quis ſpatio quadragenario præſcribere valeat Juriſdictionem, & Cathedram Epiſcopalem, ex quo Parochi recipiunt Poteſtatem Sacramentorum in Populum, ac ſi ageretur de præſcribendo aliquo Prædio, vel re privata, quando in hac materia, excepta Auctoritate Papæ, non ſolum Præſcribens, ſed etiam ipſe Epiſcopus, contra quem præſcribitur, non habeat Auctoritatem diſmembrandi Territorium, & partem ejus in Alterum transferendi, ut firmant Gonzal. *in*
14 *c. Paſtoralis ſub n. 2. de Donat.* plene Lotter. *de Re Benefic. lib. 1. q. 24. n. 165. & q. 23. n. 63.* & apud Me *diſcept. Eccleſ. 20. n. 31.*

Præ cæteris autem urget validiſſima ratio alterius abſurdi, advertendo, quod in Territorio ſeparato, & univerſitate juriſdictionis Epiſcopalis continentur nonnulli Actus privilegiati, & tales, qui nequeunt præſcribi per quadragenariam cum titulo putativo, prout eſt Jus cognoſcendi Cauſas Matrimoniales, &
15 Criminales, ut declaravit *Sacra Congregatio Concilii in Theatina Juriſdictionis in dec. 860. n. 1. & per tot. & dec. 872. & 912. cor. Coccin. & 18. Februarii 1707. cor. Eminentiſſimo Scotto*, ac etiam tale eſt jus cognoſcendi Cauſas Civiles, ut tradit Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 24. ſub n. 165.* unde abſurdiſſimum foret, quod hujuſmodi quadragenaria non ſufficiens ad præſcribendos aliquos Actus Epiſcopales, ſufficere poſſet ad præſcribendum Omnes in univerſum, ita, & taliter, quod quidquid non ſufficit ad præſcriben-
16 dam partem, ſufficiens eſſet ad præſcribendum Totum, contra regulam *Text. in l. Qua de tota, digeſtis de rei vindic. & cap. Si diligenti in princ. de præſcript.* Everard. *Topic. legal. in loco a toto ad partem n. 1.* Surd. *conſ. 435. n. 21.* Rot. *dec. 233. n. 5. p. 17. recentior.*

Aliud quoque gravius abſurdum ſequeretur, in quod vere degenerat contrarium aſſumptum, ſcilicet quod actum eſſet de Epiſcopatibus, ſi hæc ſola ordinaria Præſcriptio eos ſcindere poſſet ſeparando Territorium per inferiori Prælato; Etenim expiſcari ti-
17 tulum putativum, & nullum de facili contingere poteſt, & magis de facili contingit lapſus 40. Annorum cum negligentia Epiſcopi, maxime in vaſtis Diœceſibus Germaniæ, & reſpectu Abbatum præpotentium, ubi ex una parte Officiales Epiſcopo, non adeo cauti eſſe ſolent, ut in aliqua parte Diœceſis negligere non poſſint, ita, & taliter, quod fixata hac opinionem ſola quadragenaria, & ordinaria præſcriptione præſcribi poſſe Prælaturam Epiſcopalem cum Territorio aliud non eſſet, quam aperire largum Campum de facili diſmembrandi omnes Epiſcopatus, & videndi tot novos Prælatos propria tantum Auctoritate privata præſcribendi effectos tales in maximum exterminium, & ruinam omnium Epiſcoporum.

Stantibus itaque tot Auctoritatibus, & Deciſionibus, necnon rationibus decidendi ad probandum, quod Territorium ſeparatum non poſſit acquiri per quadragenariam, ſed per ſolum Privilegium expreſſum, aut præſumptum ex immemorabili, frigeſcit illa trivialis regula, quod quadragenaria cum titulo
18 colorato æquipolleat Immemorabili, hæc enim æquipollentia non eſt univerſalis, nec intelligitur, ut dici ſolet ad convenientiam, quod nempe, quidquid acquiri poteſt per Immemorabilem, etiam poteſt per quadragenariam, ſed intelligitur in certis caſibus diverſis, ut nempe quidquid acquiſibile eſt per quadragenariam cum titulo colorato, ſit etiam acquiſibile per immemorabilem, non autem e contra, & ſuper hoc Articulo rem non novam aggredior, ſed invenio caſum plene diſcuſſum, & deciſum per Sacram Congregationem Concilii in Theatina Juriſdictionis 1612.

Cum enim ortum fuiſſet Dubium ſuper intelligentia Concil. Trid. *cap. 20. ſeſſ. 24. de reform.* ubi decrevit jus cognoſcendi Cauſas Matrimoniales, & Criminales ſpectare ad Epiſcopum cum derogatione omnibus, & quibuſcunque Privilegiis, & conſuetu- 19
dinibus, quæſitum fuit, an quemadmodum hæc diſpoſitio Conciliaris non derogaverat immemorabili, ita nec etiam derogaſſet quadragenariæ cum titulo ex prædicta regula æquiparationis immemorabilis, & quadragenariæ, & Eminentiſſimi Sac. Congregationis Interpretes reſolverunt cenſeri derogatum huic quadragenariæ ex motivo, quod iſta non æquiparabatur immemorabili, ut in Voto Cardinalis Juſtiniani, ibi: *Præterea neminem in ſpecie facere æquiparationem immemorabilis, & Quadragenariæ cum titulo, ſed plures aſſerere, quod ſit per quadragenariam cum titulo, fieri etiam poſſe per immemorabilem, ex quo non poteſt dici univerſalis æquiparatio, & in Voto tunc temporis Rev. P. D. Secretarii*, ibi: *Neque obſtat, quod quadragenaria cum titulo æquiparetur immemorabili, cap. 1. de præſcript. in 6. ſiquidem in dicto cap. 1. non videtur ullo modo fieri iſta æquiparatio ſaltem per modum regulæ, tantum enim ibi dicitur præſcriptionem contra Eccleſiam non procedere, niſi vel adſit titulus, vel tempus immemorabile, ſed non propterea ſequitur; ergo immemorabilis, & dicta quadragenaria æquiparantur.*

Et additur in eiſdem Votis multiplicem eſſe differentiam inter quadragenariam, & immemorabilem, *quia titulus quadragenariæ ex neceſſitate debet eſſe invalidus; nam ſi validus, non eſſet opus præſcriptio-* 20
ne, habens vero immemorabilem poteſt allegare titulum etiam validum: ergo cum ex parte immemorabilis ſit titulus validus, non poteſt negari, quin longe majoris potentiæ ſit immemorabilis, quam quadragenaria cum titulo, additur etiam plures eſſe caſus, in quibus requiritur immemorabilis, nec ſufficit quadragenaria, nempe quando præſcribitur contra Eccleſiam Romanam, contra Imperium, & in aliis pluribus caſibus, qui exemplificari poſſunt in materia Decimarum, quarum Laicus eſt incapax abſque Privilegio Apoſtolico, vel immemorabili, ex firmatis *in dec. 215. p. 2. diverſ. & coram Pania dec. 616. n. 3. & ſeqq. & cor. Coccin. dec. 2221. n. 15. & cor. Celſ. dec. 151. n. 2. & cor. Priol. dec. 321. n. 6. & cor. Merlin. dec. 694. n. 18. & ſeqq.* & tamen Laicus non eſt capax juris decimandi per quadragenariam, aut aliam ordinariam præſcriptionem, cum in hac materia requiratur Beneplacitum Apoſtolicum verum, vel ex immemorabili præſumptum ex firmatis Me ſcribente in Placentina Decimarum 16. Maii 1710. *§. Aliud vero, cor. bon. mem. Anſaldo.*

Ideoque omiſſis aliis exemplis, quæ ad ſatietatem 21
deduci poſſent, hoc unum ſufficit, quod adducatur res deciſa per Sac. Congregationem Concilii, ubi ſupra, cujus oracula habeat vim legis ad effectum, ut ulterius non ſit revaganda hæc opinio, cum notum ſit hujuſmodi declarationes, & reſponſa ab aliis Tribunalibus, & ſignanter Sacræ Rotæ ſemper venerari, & ſequi, prout millies proteſtetur Rota ſignanter *in dec. 321. n. 3. p. 10. dec. 335. n. 12. p. 19. rec. & dec. 711. n. 8. coram Cerr. & dec. 60. n. 4. coram Celſ. & dec. 223. n. 7. coram Ubald. & in Bononien. Exemptionis 6. Junii 1708. §. His, coram Eminentiſſ. D. Card. Falconerio.*

His omnibus accedit aliud Judicatum ejuſdem Sacr. Congregationis in his terminis ædium in Cluſina, ſeu Montis Amiati S. Salvatoris Juriſdictionis inter Abbatem S. Salvatoris, & Epiſcopum Cluſinum, ubi Abbas pro Territorio ſeparato adducebat Privilegia Innocent. IV. Urbani IV. & V. aliorumque Summorum Pontiff. cum una cum obſervantia ſubſecuta ſeſe fundando in 22
quadragenaria cum titulo colorato, & adducendo

Deciſionem hujus cauſæ editam, coram clar. memor. Cardinali Tremoville. & tamen Sac. Congregatio ſub die 21. Aprilis 1703. Me ſcribente pro Abbate contra Epiſcopum reſpondit: *Conſtare de bono Jure Epiſcopi quoad excluſionem Territorii ſeparati prætenſi ab Abbate, & ſuper quibus Actibus competat eidem Abbati Juriſdictio particulari videatur*, quæ reſolutio fuit confirmata ſub die 5. Aprilis 1704. & canonizata per Signaturam Gratiæ cum clauſula *Nihil*, unde ſenſus Sacræ Congregationis fuit, quod præſcriptio quadragenaria ſolum apta foret præſcribere Actus particulares Juriſdictionis Epiſcopalis, non autem Territorium ſeparatum juxta allegatas Deciſiones S. Rotæ *in Conſtantien. & Beneventana juriſdict. dec. 324 par. 1. & dec. 440. pa 1. 13. rec.*

Hactenus relatæ auctoritates Doctorum, Deciſiones Rotales, rationes decidendi, & demum Judicata Sac. Congregationis Concilii, cum ad exuberantiam convincant iſtam præſcriptionem quadragenariam non eſſe modum aptum ſcindendi Epiſcopatus, & novos Prælatos creandi, non eſſe ulterius quærendum, an in hac materia unus, vel alter Doctor contrarium opinatus fuerit, cum opiniones Doctorum cedere debeant Judicatis Tribunalium, & maxime Sacræ Congregationis Concilii hujus materiæ Legislatricis Supremæ, verum non omitto etiam ſefellere aliquos Doctores in contrarium.

Et quidem non ſubſiſtit, quod Abbas *in cap. ſuper eo de Paroch.* contrarium ſenſerit, ibi enim ſtat potius
23 pro hac parte dicendo, quod poteſt præſcribi Juriſdictio Epiſcopalis, ſed ſub Epiſcopo, nempe firmo manente ejus Territorio, ibi: *Et per hoc dico, quod remanentibus limitibus poteſt præſcribi*, & pariter idem Abbas in hac opinione permanſit ſuper *cap. Audiris n. 7. de præſcript.* quia licet ibi aſſerat, quod Prælatus inferior poteſt præſcribere certam partem Diœceſis cum Territorio excludendo, prorſus Epiſcopum in illo loco ab exercitio Juris Epiſcopalis contra opinionem Hoſtienſis, attamen in finalibus verbis ſe refert ad ſcripta per ipſum *in cap. Cum contingat*, ibi: *Et vide in hoc, quod plene dixi in dicto cap. Cum contingat*, in hac autem Decretali, ſeu Capitulo ipſe ſequitur opinionem Butrii, quod Abbas poſſit præſcribere ſub Epiſcopo remanente apud iſtum Juriſdictione in habitu, ibi: *Si inferior vult quærere Territorium, ut ſeparatum ab Epiſcopo, itaut faciat caput in eadem Civitate, ſeu Diœceſi non eſt poſſibile, ſi autem vult quærere quaſi ſub Epiſcopo, ut Epiſcopus habeat univerſalem Juriſdictionem ſaltem habitu, & iſte Prælatus inferior habeat quaſi ſub eo, & hoc eſt poſſibile, ſicut contingit in exemptis, & hoc mihi placet*, ut legere eſt apud Abbatem *in dict. cap. Cum contingat num. 18. & 19.* & hanc opinionem Butrii, & Abbatis recepit Rota *in dicta Conſtantienſi, & Beneventana Juriſdictionis ubi ſupra.*

Fagnan. *in cap. Nullus num. 22. de Paroch.* loquitur
24 de præſcriptione immemorabili, ut ex lectura, Barboſ. *de Epiſcop. alleg. 127. num. 3.* dicens præſcribi poſſe Territorium, ut poſtea ſub num. 19. ſe declarat, ibi: *Advertere oportet quod præſcribi non poteſt Juriſdictio privative ab Epiſcopo quin ſaltem penes ipſum remaneat habitus*, & in his terminis loquitur Bellet. *diſquiſit. Cleric. tit. de Juriſdict. Abbat. §. unica num. 18.* retroſequitur autem Card. de Luc. *de Juriſdict. diſc. 12.* dum ſcribendo contra deciſa *in Beneventana Juriſdictionis*, quæ firmavit non ſufficere quadragenariam cum titulo, poſtea *in annot. ad diſc. 12.* in ſenſu veritatis approbavit reſolutionem Rotalem, ibi: *Iſta autem reſolutiones potius approbanda videntur*, & in hac opinione permanſit in tot aliis diſcurſibus, ſcilicet *in Miſcellan. Eccleſiaſt. diſcurſ. 1. ſub numer. 92. & in annot. ad Concil. diſc. 33. num. 40. & de Juriſd. diſc. 9. num. 5.*

Lotter. *de re benef.* ſe fundat totus in Doctrina Ab-
25 batis *in cap. Auditis de reſcript.* non advertendo ad ejus finalia verba, in quibus contrarium firmavit ſe remittendo ad lecturam *in cap. cum contingat de foro competen.* & corruente Lotterio corruit etiam Tondut, qui loquendo per tranſennam ſe remittit ad ſcripta per Lotterium, & pariter ſpernendus eſt Franchis, qui breviter loquendo ad eundem Lotterium videndum ſeſe refert, *ut in tract. de Eccl. Cath. c. 30. num. 213.*

Cum nulla ratio haberi poſſit de his Doctoribus, mi- 26
nus fundamentum fieri poteſt in Deciſionibus, quæ cum æquivoco allegari poſſent, quoniam *deciſ. 40.* poſt Tambutin. *de Jur. Abbat.* fuit explicata, & limitata *in dicta Conſtantien. Juriſdictionis deciſ. 324. num. 12. part. prima recent. approbata in Beneventana dec. 400. part. 13.* ut nempe poſſit præſcribi Juriſdictio Epiſcopalis, ſed tamen ſub Epiſcopo, ea remanente in habitu penes ipſum; Rota *dec. 448. coram Coccin.* mirabiliter retorquetur quia fuit revocata *in ſequenti dec. 959. coram Eodem*, ex motivo quod Concilium ſuſtulerat quadragenariam cum titulo, *dec. 988. & 1001. coram Dunozet. Junior.* loquuntur de Abbate Sancti Benedicti, qui habet privilegia clara allegando quadragenariam pro eorum obſervantia, *ut in prima dec. num. 3.* Rota *inſuper in Toletana deciſ. 391. num. 14. & ſeqq. part. 13.* accepit quadragenariam pro præſcribendis actibus particularibus, ut reſtatur Card. de Luc. in ea cauſa ſcribens *de Juriſdict. diſc. 1. nu. 24. & diſc. 2. n. 24.* & demum nulla ratio haberi poteſt de eo, quod legitur in Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis 7. Julii 1700. §. *Quinimmo, coram bon. mem. Muto*, dum in caſu hujus Deciſionis ultra privilegia Apoſtolica concurrebat Immemorabilis, & per ampliationem Extenſoris ad exuberantiam ibi dictum fuit, quod concurrentibus Privilegiis Apoſtolicis, neceſſaria non eſſet centenaria, ſed ſufficeret probare exercitium actuum Epiſcopalium per 40. annos abſque eo quod tamen dixerit Privilegia eſſe accipienda pro titulo colorato, imo ſupra firmaverat ea conceſſiſſe Abbatibus juriſdictionem cum Territorio, & ſic tempus 40. annor. in linea obſervantiæ non autem præſcriptionis intellexiſſe cenſetur.

Ex quibus patet non adeſſe firmam auctoritatem, aut deciſionem in contrarium, ſed omnes in ſumma concordare, quod poſſunt præſcribendo acquiri actus particulares juriſdictionis Epiſcopalis, remanente habitu penes Epiſcopum, & iſte eſt caſus, de quo loquitur *Text. in cap. Auditis de præſcript.* Nullam applicationem habente altero *Text. in cap. cum Perſonæ de privileg. in 6.* litteraliter loquente de exemptione paſſiva, unde concludo, quod Celſiſſimus Abbas ſolum inſtare debeat ad probandam præſcriptionem actuum particularium, non autem Territorii, præſertim reflectendo quod iſta fuit ſemper ejus prætenſio, ut liquet ex ultima Concordia anni 1662. poſtea reſciſſa per Sacram Rotam ad in-
ſtantiam Celſiſſimi Epiſcopi, dum in illa ſolum 27
accepit inveſtituram juriſdictionis Epiſcopalis in exercitio, & actu, remanente habitu penes Epiſcopum, reaſſumibile ex pacto ibi convento in caſu tranſitus Abbatiæ ad manus Acatholicorum, quod præciſe concordat cum Doctrina Abbat. *in dicto cap. cum contingat de for. competent. numer. 19. & in dicta Conſtantien. & Beneventana deciſion. 324. num. 12. part. prima, & dec. 440. n. 6. & 7. par. 13. recent.*

Verum hæc opinio, quod nunquam poſſibile ſit 28
poſſe per quadragenariam cum titulo putativo creari novum Prælatum in concreto caſus, remanet juxta principium dubitandi, ſi animadvertatur, quod hujuſmodi præſcriptio non deſumitur in tempore ante publicationem Sacri Concilii Tridentini, ſed ab anno 1602. circa, tempore quo Concilium Tridentinum fuerat in toto Orbe publicatum, quando igitur ſupervenit Concilium negari non poteſt, quod invenerit Abbatem denudatum titulo ſufficienti, & ſine Territorio quo caſo contra Abbatem in eo ſtatu tunc temporis locum habuerunt ejus decreta, & quidem locum habuit decretum contra Exemptos circa Jus viſitandi attributum Epiſcopo, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus etiam Immemorabilibus, *ut in cap. 4. ſeſſ. 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. de reformat.* locum habuit alterum decretum circa Jus cognoſcendi cauſas Matrimoniales, Criminales, &

Ci-

Digitized by Google

Civiles, derogans quadragenariæ cum titulo colorato *in ſeſſ.24. cap.20. de reform.* locum habuit alterum decretum circa Jus inſtitutionis auctorizzabilis, ſeu concurſus ad Parochiales prælectionis ad curam Animarum in *Seſſ.24.cap.19.de reform.* locum habuit alterum Decretum circa Jus approbandi Confeſſarios *Seſſ.23.cap.15.de reform.* locum denique habuit circa licentiam Juris concionandi in *Seſſ.24.cap.5. de reformat.* Præter Jus concedendi dimiſſorias *in Seſſ. 23. cap.10. de reformatione*, de quibus plene Rota *in Theatina Juriſdictionis* 14. *Decembris* 1708. §. *Pari difficultate, coram Eminentiſſimo Cardinal. Scotto.*

Si ergo Concilium Tridentinum quoad omnes hujuſmodi actus derogavit Immemorabili, & quadragenariæ cum titulo, & tunc temporis locum habuit contra Celſiſſimum Abbatem, qui nondum inceperat ſuam quadragenariam præſcriptionem, quomodo poſſibile erit, ut tunc exclamabam, quod poſt derogationes Conciliares potuerit Abbas inchoare, aut perficere ſuam præſcriptionem, quando poſt Concilium habens decretum irritans ad Conſuetudines præteritas, non potuit dari amplius Præſcriptio in futurum, cum decre-
29 tum irritans præteritam conſuetudinem improbet, ſed multo magis inficiat, & irritet futuram, ut firmat Pignatell. *conſult. Canon. tom.1. conſult.*134. *num.*16. ibi: *Qualibet obſervantia, ſeu conſuetudo cum ſit contra Jus, & diſpoſitionem Conciliarem non relevat; nam Concilium habet decretum irritans, quod operatur, ut non poſſit induci contrarius uſus, facitque ut conſuetudo ſtatim nata cenſeatur extincta*, & in puncto Territorii ſeparati Card. de Luc. *de Juriſdict. diſcurſ.*97. *n.*10. *verſ. Et de conſequenti*, Rot. *dec.*192. *n.*10. *part.*18. & firmavit Rot. *in Novarien. Parochialis* 27. *Januarii* 1710. *coram clar. memor. Cardin. Priolo.*

Firmato hoc articulo non eſſet opus deſcendere ad examinandum, an concurrat titulus coloratus, & ſimul probata remaneat præſcriptio 40. annorum, verum dicebam etiam in hoc inſiſtendo, quod deficiat in facto tam titulus, quam tempus aptum ad præſcribendum.

Quoad titulum, ſi iſte reponitur in Privilegiis Apoſtolicis, etiam multiplicatis, evidenter convincitur defectus tituli, dum iſta privilegia per quamcunque interpretationem retorqueantur, ſemper reſtricta apparet ad meram exemptionem paſſivam, ergo re-
30 pugnat titulo colorato pro exemptione activa, quidquid datum fuit pro paſſiva, cum actio, & paſſio ſint tituli inter ſe repugnantes, & contradictorii, juxta punctualem *dec.*207. *n.*2. *part.*2. *diverſ.* & in hac præciſa quæſtione S. Rotæ Tribunal ſemper cenſuit inſervire non poſſe pro titulo colorato Privilegia exemptionis paſſiva, *ut in d.Conſtantien. dec.*324. *n.*8. *part.*1. *rec.* & *in d.Toletana dec.*221. *n.*10. & *dec.*334. *n.*19. & 26. *part.*13. *recent.*

Minuſque dici poteſt, quod per præſcriptionem quadragenariam potuerint hæc privilegia interpretari in ſenſu activæ exemptionis, hoc enim eſt poſſibile ex duplici capite, tum quia illa non habent verba,
31 quæ trahi poſſint interpretative in hunc ſenſum, & conſequenter eſſet ampliare, non interpretari, tum quia reſpectu præſcriptionis non intrat ratio interpretandi titulum, cum aliud ſit interpretativa, & aliud obſervantia præſcriptiva, ut apud Buratt. *deciſ.* 390. *numer.*2. & *deciſ.*679. *num.*9. & *coram Cerro deciſ.* 753. *num.*9. & *in recentior. deciſ.*316. *numer.*15. & *ſeqq. part.*9. Card. de Luc. *de præeminent. diſcurſ.*22. *num.*4. & *de benefic. diſcurſ.*27. *num.*17.

Reflectebam ulterius, quod privilegia eſſent de annis 750. 770. 999. 1040. & 1045. præſcriptio autem quadragenaria deſumebatur tota ab anno 1602. citra, unde cum inter Titulum, & Præſcriptionem intermedient ſeptem, vel novem ſæcula, utique hujuſmodi præſcriptio in nullo caſu ſive interpretando, ſive præſcribendo juvari poteſt titulo adeo remoto, eo quia tempore intermedio tot ſæculorum, tota obſervantia ſtetit ſemper pro Epiſcopo, & privilegia receperunt intelligentiam ſuam in ſuo vero ſenſu exemptionis paſſivæ, & per conſequens poſt ſeptem, & plura ſæ- 32
cula non potuit amplius cadere obſervantia, ſed ſolum præſcriptio, ea firmatis per Rot. *coram Royas dec.*279. *n.*11. & *ſeqq. coram Ottbobon. dec.*26. *n.*14. & 15. & *in recent. dec.*266. *n.*22. *part.*15. & *in Leodien. Canonicatus prima Julii* 1707. §. *Levioris, coram Eminentiſſ. Scotto.*

In figura autem præſcriptionis annecti nec etiam poſſunt privilegia pro titulo colorato, ſi enim iſte eſſe debet talis, ut cauſare poſſit bonam fidem præſcribentis, juxta Canoniſtas *in cap. Cum Perſona de privil. in* 6. nunquam poſſibile eſt, quod ullam ſcintillam bonæ fidei dare potuerint Abbatibus, qui juxta obſervantiam magis proximam privilegiis, ipſimet paſſim fuerunt Epiſcopos continuare ſuam Juriſdictionem in Ditione Fulden. per tot actus in facto relatos, imo ipſimet in ſæculo decimo quinto per iteratas confeſſiones vocarunt Epiſcopum proprium Ordinarium Fulden. illumque invitarunt ad exercendam ibi Juriſdictionem, ut ibi antiquo uſu obtinet, qui actus adeo reiterati, ſicut induxerunt in Abbatibus cognitionem rei alienæ, & ſenſum privilegio 33
tam reſtrictum receperunt ad exemptionem paſſivam, quam ſolam concedebant, ita non potuerunt poſtea hæc eadem privilegia infundere in capite Abbatum pro tempore aliam credulitatem, & alium ſenſum diverſum ultimo tempore, capiendo pro titulo colorato, quidquid tanto tempore anteriori captum fuerat pro titulo diſcolorato, & inſufficienti, ne alias dicamus, quod ſit titulus coloratus ille, qui accipitur modo albus, & modo niger ad cujuſcunque arbitrium erroneum, ſeu errorem craſſum, & ſupinum ad firmata per Rot. *dec.*119. *n.*9. *p.*15. & *dec.*95. *n.*1. *p.*12. & *coram Coccin. dec.* 1794. *n.*6. *coram Ottbob. dec.*137. *n.*23. & *coram Buratt. dec.*685. *n.*4.

Si vero Titulus coloratus expiſcari velit per enunciativas emiſſas in quibuſdam Brevibus Apoſtolicis, & magis clarum redditur æquivocum, dum Brevia Clementis VIII. & Pauli V. inhærendo reſolutioni Sacræ Congregationis Concilii ſolum excitarunt Juriſdictionem Abbati competentem adjectis clauſulis, ibi: *Sine tamen alicujus præjudicio, atque exceptis tam his, quæ ſunt ordinis, & conſecrationem requirunt, quam aliis quibuſcunque, quæ inferioribus quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem habentibus adempta ſunt Concilii Tridentini Decretis.*

Naſcuntur ex hoc duo fortiſſima motiva contra titulum coloratum primum nempe, quod proceſſum fuit per viam meri præſuppoſiti Juriſdictionis excitando illam talem qualem Abbati competentem cum clauſula: *ſine alicujus præjudicio*, quam clauſulam 34
excludere titulum coloratum in terminis individualibus firmarunt Butr. *in cap. dudum de decim. n.*13. & 14. Panormit. *n.*12. & 23. Jo: Andr. *n.*8. Zabarell. *n.*5. *verſ. Mihi placet*, *idem* Panormit. *n.*13. ibi: *Non præſtabat titulum coloratum, & forte propter hoc Papa in fine dixit quod nullum præjudicium per illam confirmationem irrogabatur Juri Epiſcopali.*

Alterum motivum inſuperabile eſt, quod tam Sacra Congregatio, quam Brevia Apoſtolica exceperunt omnia ea, quæ inferioribus quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem habentibus adempta ſunt Concilii Tridentini Decretis, præter ea, quæ ſunt Ordinis, hic ſane interrogare liceat, quæ ſint iſta adempta inferioribus per Decreta Concilii? utique ſi ſupponatur hunc titulum habitum in Brevibus ſupponere Territorium ſeparatum, erit contradictio manifeſta, dum quando agitur de Abbate regulari cum Territorio ſeparato, exceptis iis, quæ ſunt Ordinis, Concilium Tridentinum nihil prorſus eis ademit, cum omnia ejus Decreta locum non habeant in inferioribus, qui habent Territorium ſeparatum, Rot. *in Theatina Juriſdictionis* 14. *Maii* 1708. §. *Ponderabant, cor. Eminentiſſimo Scotto:* ergo cum excepta fuerint tam ea, quæ ſunt Ordinis, quam alia adempta per Concilium, ſignum evidens, quod Sacra Congregatio intellexit de Juriſdictione illa, quæ datur ſine Territorio ſeparato, quo caſu habent locum derogationes Conciliares ſupra relatæ numer. 28. &

Digitized by Google

ſic titulus iſte retorquetur, etetiam reflectitur in *deciſ. hujus Cauſæ 2. Julii* 1710. §.33. *coram bon. mem. Anſaldo*.

Deficit tamen etiam præſcriptio 40. annorum, dum hoc ten pore adſunt actus contrarii interruptionis propter Concordias annorum 1613. & 1614. ubi reſervantur Epiſcopo jura ſua; *in Principis Fulden. Territoriſitis Parochiis*: anno 1608. 1614. & 1618. Epiſcopus cognovit cauſas matrimoniales, anno 1621. adſunt conquæſtiones extrajudiciales Epiſcopi, anno 1626. contuliſt Præpoſituram in Zell. Ditionis Fulden. anno 1656. per Epiſtolas Epiſcopus reclamavit contra Abbatem, & denique ſacta eſt Concordia anni 1662. una cum impedimento belli Svevici, ut omnia reſultant ex facto, ex quibus impoſſibile videtur, quod induci potuerit præſcriptio 40. annorum, cum neque concurrat decennium pacificum, ut late in *Deciſione hujus Cauſæ prime Junii* 1708. §. 119. *cum ſeqq.* & 2. *Junii* 1710. §. 40. *cum ſeqq. coram bon. memor. Anſaldo*.

His omnibus Scribentes pro Celſiſſimo Abbate opponebant, quod hæc Præſcriptio quadragenaria eſſet fundata ſuper titulo Apoſtolico ad demonſtrandum Sedem Apoſtolicam feciſſe conceſſionem eo modo quo præſcriptum eſt, itaut Titulus ſit fundamentum Juriſdictionis; præſcriptio autem tanquam elata probatio demonſtrat illius relevantiam, & ſufficientiam pro conceſſa, & acquiſita juriſdictione, ſuperaddendo, quod ſcilicet Privilegia Apoſtolica, quæ præſtant titulum habentem aliquid dubietatis, explicentur, ſeu declarentur ex præſidio quadragenariæ, quo caſu fundamentum acquiſitionis Juriſdictionis non ſit poſſeſſio, ſed titulus, & conceſſio Summi Pontificis habilis ad comprehendendam univerſalem Juriſdictionem, ſublata dubietate tituli per quadragenarium.

Ego autem ad tollendum hoc æquivocum diſtinguebam tres Caſus ſeu tres Titulos. Primus eſt Titu-
37 lus validus, clarus Sedis Apoſtolicæ, & hic nulla indiget interpretatione. Secundus eſt Titulus validus ſed dubius, & hic indiget obſervantia ad ſui explicationem. Tertius eſt Titulus nullus ſed coloratus, & hic nihil operatur ex ſe ipſo ſed ſolum præſtat bonam fidem, ad effectum ſuſcipiendi, & perficiendi præſcriptionem quadragenariam, & propterea oportet diſtinguere ſecundum Caſum a Tertio, ſcilicet quando agitur de obſervantia interpretativa, & quando per contrarium agitur de præſcriptiva; nam ubi agitur de interpreta-
38 tiva bene procedit contrarium aſſumptum, tunc enim, quia præcedit Titulus, ſeu privilegium validum, & ſufficiens ad conceſſionem Territorii ſeparati, idcirco concurrente obſervantia, quæ veniat magis declarando privilegium, fundamentum acquiſitæ Juriſdictionis dicitur conſiſtere in titulo Apoſtolico, itaut Juriſdictio non deſumatur ab ipſa poſſeſſione, ſed ab ipſo privilegio explicato, & declarato per obſervantiam interpretativam, juxta *Text. in leg. Si de interpretatione, digeſtis de legibus*, & in his terminis obſervantiæ interpretativæ loquitur Cardin. de Luc. *de Juriſdict. diſc.*12. *num.*17. Rot. *coram Dunozett. Junior. dec.*988. *num.* 3.

Sed recte advertebam hunc non eſſe Caſum, de quo agebatur, neque enim in hoc articulo diſputatur de privilegiis cum obſervantia interpretativa, cum hoc reſpiciat ſecundum Caſum Privilegii, ſeu Tituli validi, licet dubii, qui nullo modo eſt confundendus cum præſcriptiva, quoniam articulus præſens non reſpicit obſervantiam interpretativam, quæ ſupponit titulum bonum, validum, & ſufficientem, & contentatur
39 qualicunque obſervantia etiam deducta per unicum actum, & ſine neceſſitate præſcriptionis, ut advertunt Cardinal. de Luc. *de preeminent. diſc.* 22. *numer.* 4. Buratt. *deciſion.* 300. *num.* 3. & *cor. Cerr. deciſ.* 753. *num.* 9. & *in rec. dec.* 316. *num.* 15. & *ſeqq. part.*9.

Sed reſpicit totum contrarium, ſcilicet præſcriptionem 40. annorum cum titulo colorato, ubi abſurdum eſt dicere, quod præſcriptio veniat declarando titulum coloratum, & veniat interpretando conceſſionem Apoſtolicam cum ſimilibus æquivocis confondentibus unum caſum cum alio, quia quando ſupponitur præſcriptio, perneceſſe ſupponitur totum fundamentum ſtare ſuper præſcriptione, titulum vero eſſe nullum, &
invalidum; nam alias, ſi eſſet validum, non poſſet 40
dari præſcriptio, quia nemo præſcribit quidquid eſt ſuum, mediante Privilegio, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii in Theatina Juriſdictionis de qua ſupra n.19. & 20. *Quia titulus quadragenaria ex neceſſitate debet eſſe invalidus, non ſi validus, non eſſet opus præſcriptione, Gloſſ. in cap. auditis in verbis præſcripſiſſe de reſcript.* ubi reddit rationem, quia præſcriptio, & privilegia *ſunt Jura contraria, quia ſi tutus erat Jure privilegii, non poteſt præſcribere, quia quod meum eſt ex una cauſa, ex alia meum fieri non poteſt, & in cap. ſi diligenti eod. tit. in verbo ipſius titulus* ibi: *Imo videtur, quod iſta contraria ſint; ſi enim aliquis habet juſtum titulum, puta ſi privilegium, vel conceſſionem jam ſecurus eſt, unde poſtea non eſt ei neceſſaria præſcriptio*.

Idque conſtituitur per Doctores pro primo principio, quod nempe Titulus iſte coloratus nequaquam
dicatur titulus validus, aut capax interpretationis ex 41
poſſeſſione, vel obſervantia, ſed dicatur titulus imaginarius nullus, erroneus, & ſubreptitius, qui tamen inſervire poſſit ad præſtandam bonam fidem præſcribenti per ſuam opinionem imaginariam, & putativam, ſicut intelligitur *Textus in cap. cum Perſonæ, §. Tales de privileg. in 6.* ubi dicunt Canoniſtæ, quod Papa intellexit de privilegio ſubreptitio, quod tamen dederat Succeſſori ejus, qui illud impetravit, bonam fidem præſcribendi tanquam ignoranti ſubreptionem privilegii, ut ait Jo. Andr. ibi n.4. Card. Monaldi. n.11. & 12. ibi: *Privilegium, &c. erat ſubreptitium, & ſic non valebat, iſtud tamen privilegium Succeſſori Impetrantis dedit cauſam præſcribendi*, & plene dictum eſt ſupra n. 20. cum ſeqq.

Unde grave cadit æquivocum in ſuppoſito, quod in hac præſcriptione quadragenaria fundamentum conſiſtat in titulo colorato tanquam explicato ab obſervantia, quando titulus iſte per neceſſarium præſuppoſitum figurari debet nullus, & inutilis, licet ex igno-
rantia, & juſta credulitate præſcribentis præſtet illi bo- 42
nam fidem, ut poſſit præſcribere, ut ait *Gloſſ. in d. cap. ſi diligenti in verbo bona fides*, & *in verbo juſto titulus* ibi: *Bona fides intelligitur licet erres in facto*, & inferius ibi: *Dat cauſam præſcribendi licet in veritate non ſit juſtus, &c. minus juſtus titulus dat cauſam præſcribendi, ſi adſit bona fides, ut ille credat talem titulum ſufficere*, Peregrin. *de fideicomm. art.*48. *num.*6. Larrea *alleg. Fiſcal.*68. *n.*3.

Firmato igitur, quod præſcriptio ſit illa, quæ operatur de per ſe, non autem titulus tanquam nullus, & nullam aliam figuram faciens, quod præſtandi bonam fidem, quod eſt requiſitum ordinarium cujuslibet præſcriptionis, quæ nunquam datur cum mala fide, ut videmus, quod apud Doctores aſſignatur pro titulo colorato in incorpora-
libus ipſa etiam ſcientia, & patientia intereſſe ha- 43
bentis, quæ habetur loco hujus tituli putativi, Fagnan. *in cap. cum Eccleſia Sutrina n.*33. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Covarr. *variar. reſolut. libr.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. cum aliis apud Rot. *coram Emerix Junior. deciſ* 764. *num.* 13. exinde corruit aſſumptum, quod iſta præſcriptio quadragenaria dare poſſit Prælato inferiori Cathedram Epiſcopalem cum poteſtate Sacramentorum, necnon Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, quando hoc ſoli Papæ eſt reſervatum, nec ipſemet Epiſcopus poteſt alienare, ſeu transferre Territorium ſuum in Prælatum inferiorem, cum reſiſtat perpetua Juris incapacitas hinc inde, ſcilicet tam *reſpectu* Prælati inferioris præſcribentis, quam reſpectu Epiſcopi, contra quem præſcribitur, dum Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, & poteſtas Sacramentorum, necnon diſmembratio, & diminutio Cathedræ ad efformandum novum Caput, ad inſtar novi Epiſcopi reſidet tantum in auctoritate Summi Pontificis, non autem in privata auctoritate præſcribentis, aut

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi, ita & taliter, quod vanus ſit omnis alius ti-
tulus, præterquam reſultans ex Privilegio Apoſtolico
expreſſo, vel præſumpto ex immemorabili, ex ſupra
relatis n. 4.

Neque ſuffragatur cumulus auctoritatum in contra-
rium; nam diſpoſitio *Textus in cap. cum perſona de
privil. in 6.* nihil ad rem pertinet, dum loquitur de
præſcriptione exemptionis paſſivæ ibi: *Cum perſona Ec-*
44 *cleſiaſtica, tam Religioſa, quam Sæculares plura præ-
ſumunt prætextu exemptionis, vel libertatis, quam aſ-
ſerunt ſe habere Ordinariorum correctiones, & Ordi-
nationes ſubterfugientes, ac eorum forum ſive Judicium
declinantes.*

Doctrina Abbatis mirabiliter retorquetur *in cap. 1.
num. 10. ut lite penden.* in illis verbis ibi: *item video,
quod totum Jus Epiſcopale in Juriſdictione conſiſtens po-
teſt præſcribi per Inferiorem ſi habet titulum, vel
per tantum tempus, de cujus initio non eſt memo-
ria.*

Quidquid autem dicit *in capit. auditis de præſcript.*
pariter retorquetur, quia immediate poſt verba in con-
45 trarium relata, ſe refert ad aliam opinionem, ſeu di-
ſtinctionem traditam ab ipſo *in cap. cum contingat de
foro competen.* ubi tenet cum Doctrina Hoſtien. & Bu-
trii, quod præſcribi poſſint actus particulares ſub Epi-
ſcopo, non autem uſque ad ſeparationem Territorii,
ut ſupra demonſtravi.

Aliæ vero auctoritates partim loquuntur de actibus
particularibus, partim vero loquuntur quando con-
currit privilegium Apoſtolicum validum, & ſufficiens,
46 prout in Capuana ſeu Montis Caſinen. & aliis, partim
vero ſunt innapplicabiles, aut fundatæ in Doctrina
Abbatis non bene perlecta, ſeu conſiderata per eam
Allegantes.

Theorica Hoſtien. *in capit. cum contingat*, eſt veriſ-
ſima, & tantum abeſt, quod Sacra Rota eam rejecerit,
ut ſemper cum illa ſe conformaverit, ut in Conſtantien.
& Beneventana Juriſdictionis aliiſque Deciſionibus, de
quibus ſupra n. 3. & ſeqq. nihil ſuffragante, quod Ter-
ritorium ſit de genere præſcriptibilium, quando ſu-
mus in Perſona Eccleſiaſtica; Eſt enim principium in-
ſubſiſtens, quia nulla Perſona Eccleſiaſtica poteſt au-
ctoritate privata arrogare ſibi jus publicum diſmem-
brando Territorium, & Cathedram Epiſcopi, ſed hoc
ſoli Papæ eſt reſervatum, ut quod Prælatus inferior ſit
incapax Inſtitutionis auctorizzabilis, approbationis
47 Confeſſariorum, & ſimilium actuum oſſibus Epiſco-
palibus inhærentium, niſi hoc faciat Vicario nomine
Epiſcopi, & ſic Jure illius, non autem proprio, fir-
mant Canoniſtæ *in c. de Monachis de præbend.* ſignan-
ter Joan. Andr. *ſub n. 11. verſ. verum*, Ancharan. *n. 7.
verſ. 2. caſu*, Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 12. n. 13.*
Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 72. num. 185. & 186.*
cum aliis apud Me *diſcept. Eccleſ. 20. num. 11.* Rot.
*in Burgen. Juriſdictionis ſuper Commiſſione Curæ 11.
Junii 1706. §. Cæterum, coram bon. memor. Anſal-
do.*

Minuſque allegari poteſt, quod excluſa Quadrage-
naria cum Titulo, excluſa remaneret etiam Centena-
ria, hoc enim non procedit quando Centenaria alle-
gatur pro titulo, ſeu privilegio Apoſtolico, quidquid
48 ſecus in vim præſcriptionis, ut oſtendit Card. de Luc.
*de juriſdict. diſc. 97. n. 9. & ſeqq. & in Caputaq. Juriſ-
dictionis ſuper bono Jure 28. Febr. 1710. §. Præmiſſa,
cor. Eminent. Card. Falconerio, ut bene obſervat De-
ciſio hujus Cauſæ 1. Junii 1708. §. 142. & 143. coram
bon. mem. Anſaldo.*

Nec ſuffragatur ea generalis Concluſio, quod in ma-
teria præſcriptibili, Quadragenaria cum titulo æqui-
paretur Immemorabili; Etenim auctoritates ſuper hoc
loquentes, ſunt generales, nec loquuntur de diſmem-
bratione Territorii, & Cathedræ Epiſcopalis cum ef-
formatione novi Capitis, & unico verbo, non loquun-
tur in reſervatis Sedi Apoſtolicæ tantum; In his enim
terminis non valet argumentum quidquid poteſt Im-
memorabilis, poteſt præſcriptio quadragenaria cum
49 titulo putativo, & nullo; neque *Text. in cap. 1. juncta
Gloſſ. de præſcript. in 6.* facit iſtam æquiparationem, ut
bene obſervavit Sac. Congregat. Concilii in dict. Thea-
tina Juriſdictionis, cujus verba habentur ſupra n. 19.

ubi ad ſatietatem fuit oſtenſum non reperiri in Ju-
re ſcriptam hujuſmodi generalem æquiparationem Im-
memorabilis, & Quadragenariæ cum titulo nullo,
& addo Trobat. *de effect. immem. quæſt. 14. n. 17.* ibi:
*Sed non in omnibus æquiparatur hæc præſcriptio qua-
draginta annorum titulata cum immemorabili*, qui al-
legat plures rationes differentiæ, quarum una eſt,
quod Immemorabilis continet titulum validum, &
meliorem de Mundo, non ſic Quadragenaria con-
tinens titulum mere putativum, & imaginarium,
qui in ſe realiter eſt nullus, ut etiam conſideravit
Sacra Congregatio ubi ſupra.

Vanum quoque erat velle reſpondere *ad deciſion.
524. p. 1. diverſ. & ad Conſtantien Juriſdictionis dec.
324. part. 1. rec.* dicendo, quod in illis Cauſis conſta-
bat locum eſſe in Diœceſi Epiſcopi. Etenim Præla-
tus inferior intendens præſcripſiſſe Territorium Epi-
ſcopi in certo loco, negare non poteſt, quod ille
locus exiſtat in Territorio Epiſcopi, quando primis 50
regulis Juris noſtri edocemur, quod qui præſcribit
aut præſcriptionem allegat, præſupponit, fatetur, &
pernecеſſe declarat, quod locus, cujus Territorium
præſcribitur, ſitus reperiatur intra Territorium Epi-
ſcopi, *ut in dec. 471. n. 8. part. 19. tom. 2. recentior.
& in aliis ſupra allegatis.*

Male autem prætendebatur reprobari ſuperius allega-
ta Doctrina Hoſtienſ. toties approbata, tam per Cano-
niſtas, quam per Rot. in dicta Conſtantien, & Bene-
ventana Juriſdictionis, non obſtante ratiocinio, quod
Hoſtien. admittendo ſolum privilegium, excluderet e-
tiam Immemorabilem, quia eſt mala argumentatio,
dum allegans Immemorabilem dicitur allegare privile-
gium Apoſtolicum præſumens meliorem titulum de
Mundo, cui non æquiparatur ſimplex Quadragenaria
habens titulum putativum, & ſic imaginarium, & nul- 51
lum, quando Immemorabilis habet titulum meliorem
de Mundo, & retorquetur Rot. *cor. Coccin. dec. 448.
dum fuit revocata in dec. 919. n. 6. coram eodem dicens*
ibi: *Neque relevat quod ſi Archipreſbyter non probat
Immemorabilem, ſufficit, quod probet Quadragenariam
cum titulo, nam fuit reſponſum, quod ex diſpoſitione
Concilii contrarium cenſuit Congregat. Illuſtriſſimorum
Interpretum articulo etiam ex profeſſo diſcuſſa in una
Cauſa Theatina, &c. & ait Rota in alia Cauſa Ba-
ren. Juriſdictionis S. Nicolai 20. Maii 1613. cor. bon.
mem. Veroſpio.*

Extra Caſum erat deciſio Me ſcribente edita in Nul-
lius, ſeu Clarevallen. Viſitationis, quæ non loquitur
de Territorio ſeparato, & fruſtra opponebatur, quod
requirantur duæ partes Sacræ Rotæ ex tribus, juxta
reformationem Pauli Quinti *Conſtit. 71. §. 18. tom. 3.*
ad effectum firmandi, quod Quadragenaria cum ti-
tulo non æquiparatur Immemorabili propter obſtacu-
lum tot deciſionum, quia nulla deciſio reperitur,
quæ hactenus dixerit, utramque præſcriptionem uni- 52
verſaliter, & in omnibus æquiparari etiam in ma-
teriis Papæ reſervatis, ut eſt diſmembratio Cathe-
dræ, & novi Prælati creatio, imo Reformatio Pau-
li Quinti, potius ad hunc effectum retorquebatur,
dum in caſu, quo requiritur Immemorabilis, dice-
bam fuiſſe in ſpecie rejectam Quadragenariam cum
titulo, tam per Sacram Congregationem Concilii,
quam per Rot. *coram Coccin. deciſ. 872. 912. & 919.
num. 6.* prout etiam in materia Territorii ſeparati
idem fuit reſolutum in Conſtantien. & Beneventa-
na Juriſdictionis ubi ſupra, junctis aliis exemplis,
in quibus non ſufficit hujuſmodi Quadragenaria,
ut in præſcriptione contra Eccleſiam Romanam, &
contra Imperium, & in materia Juris decimandi,
cujus laicus eſt incapax abſque Privilegio Apoſto-
lico, ut in *Placentina Decimarum 16. Maii 1710.
§. Quodque, & §. Aliud vero, coram bon. memor. An-
ſaldo.*

Opponebatur contra reſolutionem Sac. Congrega-
tionis in Theatina ubi ſupra, quod in ejus caſu con-
currebat Privilegium habitum ab Epiſcopo, & non Pa-
pa, ſed inutilis erat oppoſitio, quia Sacra Rota in
prima Deciſione, quæ eſt *coram Coccin. deciſ. 706.* cen-
ſuit quoad Jus cognoſcendi Cauſas matrimoniales, &
criminales hoc inſervita pro titulo colorato, & ſufficere, 53

Quadragenariam, poſtea vero fuit ſimpliciter diſputatum, an ſufficeret quadragenaria cum titulo, & Sac,
53 Congregat. negative reſpondit, ex quo neceſſaria erat Immemorabilis, non autem, ex quo titulus erat habitus ab Epiſcopo, quia jam debemus ſupponere pro primo principio, quod titulus eſſe debet nullus, & tantum inſervire pro bona fide propter Imaginationem Præſcribentis licet erroneam, quod ſit validus, prout ad effectum cognoſcendi Cauſas matrimoniales, & criminales cenſuit Rota illum eſſe titulum coloratum, & noviſſime reaſſumpta Cauſa in Rota fuit approbatus idem titulus pro colorato, quia etiam Epiſcopus accedente confirmatione Pontificis, poteſt concedere Juriſdictionem Epiſcopalem, præſertim quia Privilegium non dabat, ſed enunciabat conceſſionem præcedentem ex quodam Inſtrumento, ut in *d. Theatina Juriſdictionis 14. Maii 1708. § Ulterius cum ſeqq. & 14. Decembris 1708. §. Præſertim, coram Eminentiſs. Scoto*, & de poteſtate Epiſcopi ante Concil. Lateran. anni 1179. diſponendi in hac materia, tradit Rot. *in Burgen. Juriſdictionis S. Joannis ſuper Territorio ſeparato 2. Decembris 1722. §. Nec dubitari, cor. R. P. D. Gamaches, ubi allegat deciſ. in Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Nec obſtat, coram Bourlemont,*

Hinc movebat faſtidium toties recalcata æquiparatio de Centenaria, & Immemorabili ad Quadragenariam cum titulo putativo, quia Centenaria, & Immemorabilis habent meliorem titulum de Mundo, & ſic Privilegium validum, & ſufficiens, totum vero oppoſitum habet Quadragenaria ex punctualibus doctrinis, & reſolutione Sac. Congr. Concilii ſuperius allegatis, circa vero Card. de Luc. *diſc. 12. de Juriſdict.* reſpondebam, eum ſcripſiſſe in Cauſa *Beneventana Juriſdictionis*, adducendo ſimpliciter motiva, quæ ipſe deducebat in Cauſa more Advocati, ſed poſtea refrigerato ſanguine videndo opinionem Sac. Rotæ, ſtetiſſe contra Quadragenariam cum titulo *in annotat. ad dict. diſc. 12.* ingenue confeſſus fuit juſtitiam reſolutionum Rotalium dicendo, ibi: *Iſtæ autem reſolutiones potius*
54 *laudandæ videntur, quoniam ut pluries inſinuatur etiam illa loca, quæ extra omnem controverſiam propter Apoſtolicum Indultum clarum, vel ob Immemorabilem bene probatam reperiuntur in hoc ſtatu, deberent ſupprimi, atque Epiſcopis ſubiici, vel ſaltem declarari, quod Concilii Trid. ſenſus fuerit de iſtis etiam locis diſponere circa delegatam Juriſdictionem*, & ſic iſte Auctor habens contra ſe judicatum Rotæ, & ſe retractans, potius retorquebatur,

Concordia autem anni 1662. licet reſciſſa per Sac, Rotam, ſemper tamen oſtendebat excluſionem Territorii ſeparati, dum ibi Celſiſſimus Abbas recepit a Celſiſſimo Epiſcopo Inveſtituram Juriſdictionis, quæ ex pacto fuit reſervata in habitu eidem Epiſcopo, quæ Concordia licet annullata ex capite læſionis Eccleſiæ Epiſcopalis, probat tamen contra Abbatem, quod ipſe non haberet Territorium ſeparatum, cum etiam ex
55 actu nullo, & ineffectuato reſultet declaratio Gratian. *diſcept. 521. n. 26.* Rot. *deciſ. 713. n. 8. part. 1. diverſ. cum aliis in Romana Prælationis, & Pecuniaria 22, Aprilis 1709. §. Hancque veritatem, coram bon. mem. Molines.*

Cum autem his non obſtantibus deciſum fuiſſet ſententiam eſſe confirmandam quoad præſcriptivam cum titulo colorato, commiſſa iterum fuit Cauſa Sacr. Rotæ per Signaturam Gratiæ, prævio tamen Voto Sacr, Congregat. Concilii ſuper dubio in abſtrato, an Quadragenaria cum titulo colorato ſufficeret ad præſcribendum Territorium ſeparatum, & Cauſa in hoc ſtatu remanſit; Verum nonnulli Epiſcopi in Italia, & plures alii extra Italiam viſis deciſionibus hujus Cauſæ, cum exemplo gravem exiſtimaſſent hanc propoſitionem, quod per ſimplicem Quadragenariam præſcriptionem cum Titulo colorato præſcribi poſſit Territorium ſeparatum, directis pluribus Epiſtolis ſan. me. Clementi XI. Summo Pontifici expoſuerunt prædictam propoſitionem eſſe præjudicialem ipſis Epiſcopis, ac etiam S. Sedis auctoritati, unde Summus Pontifex deputavit Congregationem particularem plurium Sac. R. E. Cardinalium, necnon inſignium Romanæ Curiæ Prælatorum ad effectum examinandi Articulum, &
Congregatio ſub die 3. Januarii 1721. habito maturo, 56
& diligentiſſimo examine, unanimiter reſpondit, non poſſe Prælatum inferiorem acquirere Territorium ſeparatum per Quadragenariam præſcriptionem una cum titulo colorato, ſed omnino requiri Privilegium Apoſtolicum, aut Conſuetudinem immemorabilem, & hanc Reſolutionem ſub die 14. Januarii 1721. Summus Pontifex approbavit ad Relationem R. P. D. mei
Lambertini ejuſdem Congregationis Secretarii, qui 57
præventive deſuper doctiſſimum, ac magiſtrale edidit Votum, in quo nihil intactum reliquit, deducendo omnia, quæ poterant hinc inde exactiſſime deduci, cujus Inſignis, & litteratiſſimi Viri nunquam ſatis laudata Virtus, & eloquentiæ raritas non ſemel a Me impulſu veritatis commendata fuit, *ut de Controv. Patr. alleg. 5. ſub n. 2. & diſcept. Eccleſ. 54. n. 13.* Reſolutio autem Congr. Particularis eſt illa, quæ ſequitur,

D E C R E T U M

S. Congregationis Particularis,

IN Congregatione Particulari a SS. D.N. die 3. Auguſti 1718. ſpecialiter deputata, EE. DD. Judice, Vallemani, Paracciani Præfecti Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regularium, Corradini Præfecti Sacr. Congr. Concil. Trid. Interpretis, Scoti Præfecti Signaturæ Juſtitiæ, necnon RR. PP. DD. Petræ prædictæ Sacræ Congr. Epiſcoporum, & Regularium Secretarii, Lancettæ S. Rotæ R. Decani, Cerri ejuſdem Rotæ Auditoris, Anſidei Aſſeſſoris SS. Inquiſitionis, & mei infraſcripti Secretarii memoratæ Congregat. Concilii Trid. Interpretis, & hujus quoque Particularis Congregat. Secretarii, ut in ea videlicet examinaretur, an attentis Sacrorum Canonum, Sacrique præſertim Concil. Trid. poſſit Inferior Prælatus Territorium ſeparatum, & Juriſdictionem Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in Clerum, & Populum, cum ipſius Epiſcopi excluſione, in aliquo ſpeciali loco acquirere per Quadragenariam præſcriptionem una cum titulo colorato, prædicti Eminentiſſimi Domini, & RR PP. particularem Congregationem conſtituentes, inſimul congregati in Ædibus Eminentiſſimi Judice die 3. Januarii hujus anni 1721. poſt maturum, & diligentiſſimum materiæ examen, unanimiter reſponderunt non poſſe, ſed pro acquiſitione Territorii ſeparati, prædictæque Juriſdictionis, omnino requiri, aut clarum, & undequaque ſubſiſtens Apoſtolicum Privilegium, aut Conſuetudinem immemorabilem cum ſuis omnibus requiſitis rite probatam, per quam Apoſtolicum Privilegium de Jure præſumi valeat. An autem admiſſo vero Apoſtolico Privilegio, de ſui natura apto ad ſeparationem Territorii, & conceſſionem juriſdictionis Ordinariæ quaſi Epiſcopalis in Clerum, & Populum cum excluſione Epiſcopi in aliquo determinato loco, ſed aliquam rationabilem dubietatem, aut diſputationem admittente, ſubſequens uniformis quadragenaria, aut per aliud legitimum tempus continuata obſervantia favens Prælato Inferiori in qualibet actuum ſpecie Ordinariæ & quaſi Epiſcopalis juriſdictionis, deſervire valeat pro dicti Apoſtolici Privilegii interpretatione, prædicti Eminent. Domini, & RR. PP. dixerunt id dependere a ſingulis caſuum, & factorum circumſtantiis, & ſic dandum eſſe reſponſum a ſuis Judicibus ſuper hac re in caſibus particularibus. Factaque per me prædictorum omnium SS. D. N. relatione, die 14. Januarii hoc anno 1721. Sanctitas Sua approbare dignata eſt, & præſens Decretum publicari mandavit.

Proſper de Lambertinis Sac. Congreg.
Particularis Secretarius,

TOLENTINA JURIS VENANDI, Et Piſcandi.

ARGUMENTUM.

Regulares, ſeu Eccleſiaſtici in Terris ſuarum Abbatiarum non habent jus prohibendi, & impediendi Territorialibus jus venandi, & piſcandi, & quid ſtante conſuetudine. Probatio Territorii ſeparati ex quibus excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Jus Venandi, & Piſcandi a nemine prohiberi poteſt.*
2 *Etiam in Fundo alieno.*
3 *In Fluminibus publicis Piſcatio prohiberi non poteſt.*
4 *Text. in leg. Divus, ff. de ſervit. Ruſticor. prædior, explicatur, ubi procedat.*
5 *In locis non clauſis muro, vallo, aut ſepe prohiberi non poteſt Venatio, & reprobantur contrarii Doctores.*
6 *Ratio naturalis prævalet in conflictu Doctorum.*
7 *Quibus temporibus Anni poſſit prohiberi ingreſſus Venatoribus in fundum alienum.*
8 *Domino fundi competit actio pro damnis illatis contra Venatores.*
9 *Bannimenta prohibitiva non probant conſuetudinem, ſi fuerint ineffectuata, n. 12.*
10 *Eo minus ſi fuerint reclamata, & revocata, & num. 15.*
11 *Præſides Provinciarum an prohibere poſſint Ius Venandi, & Piſcandi.*
13 *Ex quibus probetur conſuetudo præexiſtens.*
14 *Probationes ſemel in Iudicio rejectæ non attenduntur.*
16 *Conſuetudo prohibitiva a quo incipiat.*
17 *Attenditur factum ad deſtruendam conſuetudinem.*
18 *Ex quibus probetur conſuetudo permiſſiva ad excluſionem probativa.*
19 *In Venando, & Piſcando attenditur conſuetudo loci.*
20 *In Statu Eccleſiaſtico nemo prætendere poteſt Feudum alterius Supremi Principis.*
21 *Princeps infeudando non intelligitur transferre ſuperioritatem independentem.*
22 *Barones ſubordinati non habent Ius prohibendi Venationem, & Piſcationem, & quando, ſecus n. 23.*
24 *Situatio præſumit exiſtentiam in Territorio temporali, & Spirituali, n. 25.*
26 *Recurrens ad Iudicem oſtendit ſe non habere Iuriſdictionem.*
27 *Ex quibus probetur Ius Territoriale.*
28 *Solutio Datii eſt ſignum ſubjectionis.*
29 *Item receptio ſub protectione rerum, & Perſonarum.*
30 *Territorium ultra Iuriſdictionem comprehendit etiam Ius Venandi, & Piſcandi.*

DISCEPTATIO CXIII.

CUM Venerab. Collegium Romanum de Urbe omnium Scientiarum Pater, ex cujus diſciplina tot Inſignes Viri prodieruot, poſſideret in Territorio Tolentino Terras Abbatiæ Claravallis Flaſtræ eidem unitæ per ſan. memor. Gregorium Decimumtertium ipſius Collegii Fundatorem, prætenſionem excitavit adverſus Tolentinates, quod ipſis non liceret Piſcari, & Venari in Fluminibus, & Terris Abbatiæ, & Cauſa introducta in Sac. Conſulta ad relationem olim R. P. D. Ghezzi, reſolutionem ſibi contrariam reportavit ſub die 14. Decembris 1706. Me ſcribente pro Communitate Tolentini.

Dicebam itaque ſcribens contra Patres Collegii Societatis Jeſu, quod ipſi ex duplici Capite prætendebant non licere Tolentinatoribus piſcari, & venari in Fluminibus, & reſpective Campis, ſeu Terris Abbatiæ Claravallis Flaſtræ ad eos ſpectantis. Primo ſcilicet ratione dominii privati, juxta quod Domino Fundi conceſſum eſt prohibere, ne quis venandi cauſa Fundum alienum ingrediamur, juxta *Text. in leg. Divus, ff. de ſervit. ruſtic. Præd.* Et ſecundo ratione dominii publici, quia nempe ſupponebant Abbatiam habere Juriſdictionem, & Territorium totaliter diviſum, & independens ab ipſo Territorio Civitatis Tolentini, ſed neutrum ſubſiſtere ut infra ſubſtinebam.

Quo enim ad primum clara eſt regula, ſeu propoſitio apud omnes communiter recepta, quod Jus venandi, & piſcandi a nemine prohiberi poteſt, tanquam
unicuique Homini competens de jure naturali Gen- 1
tium, imo etiam divino, ut in Geneſi *cap.* 1. dedit enim Deus libertatem cunctis Hominibus capiendi Piſces in aquis, Volucres, & Feras in Terris, ut probat *Text. in leg.* 1. *& ſeqq. digeſtis de acquir. rer. domin.* Gonzal. *in capit.* 1. *num.* 4. *de Cleric. Venator.* Purputat. *conſ.* 534. *ſub num.* 2. Cyriac. *controv.* 624. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 4. Pignatell. *conſult.* 59. *num.* 13. *tom.* 3. *& conſultat.* 15. *num.* 1. *tom.* 10. Zaul. *ad Statut. Faventin. libr.* 4. *rubric.* 40. *numer.* 1. *& ſeqq. tom.* 1.

Nec propterea hujuſmodi libertas, quam Deus, & natura dedit, impediri valet per Dominos particulares
Fundorum ratione dominii privati, juxta Textum ex- 2
preſſum *in leg. Injuriarum* 13. §. *final. digeſtis de injur.* ibi: *Sepiſſime reſcriptum eſt non poſſe quem piſcari prohiberi, ſed nec aucupari*: cui nequaquam obſtare valet contraria diſpoſitio *Textus in dicta leg. Divus proxime adducti*, cum ea non loquatur de Fluminibus publicis, ubi nemo habet dominium privatum quoad uſum, licet per alienos Agros eadem Flumina excur-
rant, & per conſequens ibi piſcatio prohiberi non po- 3
teſt, *ad Text. in §. Flumina inſtit. de rer. diviſ.* & explicat Panimoll. *deciſ.* 25. *annotat. prima n.* 34. dicens ibi: *quia Flumina, Portus, & Ripæ licet eſſent in dominio aliorum, tamen propter certos uſus, qui ſolis hominibus competunt, publica dicuntur, cujus reſpectu de jure naturali Gentium, & civili omnibus, & ſingulis licitum eſt piſcari etiam ante Ædes, & Oſtium alterius, adeout prohibens aliquem piſcari in Flumine publico, teneatur actione injuriarum, concordat Text. in leg. injuriarum, §. Si quis me, & §. finali, ff. de injur.* Oinot. *in §. Flumina n.* 7. *inſtit. de rer. diviſ.* Cæpoll. *de ſervit. Urban. Præd. cap.* 124. Pignatell. *conſult.* 15. *n.* 4. *tom.* 10.

Proinde, cum Flumina, quæ excurrunt per Agros Abbatiæ ſint publica, & perennia nempe *Cluentum, Elaſtra, & Entaggie*, Jus piſcandi de jure naturali, & divino in eis prohiberi non poteſt, neque Textus de quo ſupra, loquitur de piſcatione in Fluminibus publicis; Itaut quoad Jus piſcandi Patres Collegii foveant rem vanam, & deſperatam, laborando contra Jus naturale, & Divinum, quibus merito applicari poteſt illud Ovidii Metamorphoſeon lib. 6. dicentis ibi.

> *Quid prohibetis aquas? Uſus communis aquarum eſt.*
> *Nec Solem proprium, Natura, nec Aera fecit.*

Ita & taliter, quod ſicut prohibere non valent *Solem, & Aerem* in eorum Terris Abbatialibus tamquam natura communem omnibus Animantibus Terræ, ita nec uſum Fluminum publicorum, quorum aquas provida Naturæ vena produxit ad communem hominum utilitatem, & uſum.

Pari reſponſione ceſſabat diſpoſitio *Textus in allegata leg. Divus* quoad Jus venandi, quia procedit in illis Agris privatis, quos particulares Domini *Vallo,*
Sepe, aut Muro circumdederunt, ſeu circumdare ſo- 4
lent, prout ſunt *Vineæ, Horti, Viridaria, & ſimilia*, ſecus vero quoad Campos, Colles, Montes, & Loca tas apertas. In his enim non eſt licitum Dominis privatis prohibere ingreſſum ad effectum venandi,

Digitized by Google

nandi, juxta originale in doctrinam Jacobi Rebuffi *in leg. unica Cod. de venat. ferar. lib. 11. ſub num. 3.* & punctualiter firmat Giamat. *diſc. 67. numer. 9. & 10.* ibi: *Quo vero ad venationem cum fuerit de Jure gentium introducta non competit prohibitio, & licet Venatio ipſa prohibita ſit in fundo alieno, leg. Divus ff. de ſervit. ruſtic. Prædior. procedit, &c. quia per hujuſmodi ingreſſus invito Domino plerumque oriebatur rixa, injuria, & violationes Pacis, tum etiam quia deferebantur Arma prohibita, &c. Imperator ideo ſtatuit non licere ingredi fundum alienum, &c. Verum in Foreſtis incluſis licita eſt prohibitio, ſecus in aliis, prout firmat* Jacob. Rebuffi.

Ita communiter dicunt Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 13. §. 7. ſub quæſt. 2. in addit.* ibi: *In Foreſtis incluſis licitum eſt prohibere, in aliis non:* Card. Tuſc. *prædicar. concl. tom. 8. litt. V. concluſ 41. n. 7.* ibi; *Reſtringe, quando Dominus recluſiſſet intra Murum, vel Clauſum:* Bertran. *conſ. 255. n. 8.* ibi: *Non etiam videtur poſſe prohiberi per Proclama generale quominus venentur tam in dictis Nemoribus, quam aliis prætenſis poſſeſſionibus, &c. & hoc niſi Nemora, vel loca hujuſmodi eſſent Parietibus, Sepibus, aut Palis, ſeu aliis materiis circumdata, & clauſa:* Panimoll. *dec. 25. annotat. 1. n. 29.* ibi: *Nec intereſt Feras, Beſtias, & Volucres etiam in fundo ſuo quiſquam capiat an in alieno, itaut non liceat Domino volentem ingredi Fundum ſuum cauſa venandi, vel aucupandi prohibere.*

Concordat Florian. antiquiſſimus Commentator ſuper eamdem *leg. Divus, in fine.* Joan. de Anania *in c. 2. de Cleric. Venator. n. 4.* ibi: *Non poſſum prohibere, ſi quis vult venari in Agro meo:* Bertacchin. *in repertor. litt. V. in verbo Venator. n. 1.* ibi: *Venator in Fundo alieno venari poteſt etiam invito Domino:* Cæpoll. *de Servit. Ruſtic. Prædior. cap. 21. n. 1.* ibi: *Aucupari autem, vel venari in Fundo alieno licitum eſt, ſi tamen Dominus volens ingredi fundum ſuum cauſa venandi, vel aucupandi prohibeat, non erit ei licitum:* Franc. Marc. *dec. 529. n. 14. & dec. 533. n. 3.* ibi: *Licet quis poſſit venari in Fundo alieno etiam contra prohibitionem Domini:* Iſernia *ſuper Feudis in tit. de pace tenenda, §. Nemo Retia, n. 1.* ibi: *Aut in Fundo alieno, & idem erit etiam ſi prohibeatur a Domino Fundi:* Amaya *in leg. unica n. 51. & ſeqq. Cod. de venat.* Ferar. *lib.* 11. ubi fundatur in præallegata diſtinctione loci clauſi, vel aperti ibi: *Sub diſtinctione ſolvitur, quod ſi ſaltus eſt ſeptus Parietibus Muro, vel Vallo, aut Septo, &c. aut non eſt clauſus, ſed locus apertus:* a S. Spirit. Sanct. *in Direct. Confeſſ. tract. 10. de modo acquir. domin. diſput. 4. ſect. 7. n. 103.* ibi: *Debet tamen hoc intelligi de prædio, ſeu loco circumſepto:* Fagundez *de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 10. num. 14.* Rendella *de Paſcuis part. 4. cap. 1, verſ. hæc ſane intellige.*

Neglecta aliqua authoritate, quæ forſan in oppoſitum allegari poſſet, ſignanter Theſauri, & Tonduti, quia nullam iſti merentur animadverſionem in concurſu communis opinionis in contrarium, ut ſu-
5 pra probatæ per Doctores claſſicos; Ac inſuper eorum ſententiæ reſiſtit *ratio naturalis*, quæ ſola ſufficeret in præſenti. Si enim vera foret opinio, quod unicuique Agrorum ſuorum Domino licitum eſſet arcere Venatores ab ingreſſu Fundorum cauſa venandi, actum eſſet de venatione, & jam eſſet tollere Commercium humanum, & impedire libertatem a Deo, & Natura datam venandi Volucres Cœli, Feras, & Beſtias Terræ, dum hodie poſtquam repertum eſt, *meum, & tuum*, non reperitur in Orbe Terrarum *Palmus Terræ*, qui careat Domino proprio, ſeu particulari, exceptis Stratis, ſeu Viis publicis, in quibus etiam Princeps jus habet prohibendi, & ſic quocumque vadant homines, non poſſent unquam venari, niſi facultative, & ad diſcretionem Dominorum, quatenus ſcilicet ipſis placeret, adeout libertas illa, quam Deus *in Geneſi* dedit cunctis hominibus circa capiendum ad uſum ſuum Volucres Cœli, Beſtias, & Feras Terræ, hodie eſſet præſcripta in univerſo Mundo, quod ſane dicere nedum abſonum, ſed execrandum eſſet, dicente Domino in *Geneſi dicto capit. 1.* ibi: Faciamus *hominem, &c. & præſit Piſcibus Maris, & Volatilibus Cœli, & Beſtiis univerſis, omnique Reptili, quod movetur in Terra, & in cap. 9.* ibi: *Benedixit, dicens, creſcite, & multiplicate, & replete Terram, terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta Animalia Terræ, & ſuper omnes Volucres Cœli, cum Univerſis, quæ moventur ſuper Terram, omnes Piſces Maris manui veſtræ traditi ſunt, & omne, quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum, quaſi Olera virentia tradidi vobis omnia, & in Pſalm.* ibi: *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, Oves, & Boves inſuper, & univerſa Pecora Campi, Volucres, Cœli, & Piſces Maris qui perambulant ſemitas Maris.*

Hinc cum ipſa ratio naturalis habens fomentum Juris divini oſtendat *impracticabilem, & impiam* eſſe diſpoſitionem *allegati Text. in leg. Divus*, quatenus indiſtincte, & generaliter intelligatur prohibere venationem in Fundis alienis ob contradictionem Dominorum, perneceſſe pati debet congruam reſtrictionem, de qua ſupra, ut ſcilicet procedat in Viridariis, aliiſque Fundis, qui Sepe, aut Muro circumvallantur, non autem in Campis, & locis apertis, ut minus, quam fieri poteſt, corrigatur Jus divinum, ſeu libertas naturæ adimatur, & quod ratio naturalis in conflictu Doctorum, & ipſius etiam legis ſpectanda ſemper veniat, inquit Card. de Luca *de Emphyt. diſcurs. 3. n. 8.* 6
Cyriac. *controv. 50. num. 3.* Rot. *dec. 163. num. 7. parte 7. &* Adden. *ad deciſ. 460. n. 18. & ſeqq. part. 4. tom. 2. Rec.*

Vel ad omne pejus illa diſpoſitio *leg. Divus*, debet intelligi ſano modo, quatenus alicui placeret eam accipere etiam in locis apertis, quod nempe liceat Domino particulari *ſolum ex cauſa* in Certis tantum anni temporibus prohibere ingreſſum Venatoribus ad occurrendum damno, & præjudicio rei alienæ, tempore ſcilicet, quo frumenta coaleſcunt, puta *de menſe Maii ad menſem Julii*, prout eſt conſuetudo in caſu 7
præſenti, ubi Gubernator Provinciæ Marchiæ hujuſmodi anni temporibus publicare ſolet edicta prohibentia cunctis ingreſſum, & peragrationem, ſeu excurſum per Campos frumentarios, ut ſine probatione notorium eſt, & in ſpecie, quod non liceat hæc indiſtincta prohibitio Venandi, ſed ſolum ad certum tempus, & ex legitima cauſa, tradit Pignatell. *conſult. 15. n. 7. tom. 10.* ibi: *Nec de jure etiam communi fieri poſſunt hujuſmodi Proclamata, &c. maxime verumbi generaliter, ac indiſtincte fit prohibitio, non autem ad certum tempus, & ex legitima cauſa:* Natt. *conſ. 375. n. 8.* Covar. *in Reg. peccatum p. 2. §. 8. num. 2.* Card. de Luca *de Regal. diſc. 2. n. 7.* Rendell. *de paſcuis part. 4. cap. 1. verſ. dum Ager eſt vacans.*

Quibus non obſtabat ratio evitandi damna, quæ inferri prætenduntur a Venatoribus, & Piſcatoribus in Terris Abbatiæ, quia clara eſt reſponſio, quod lex hujuſmodi damnis ſatis providit per ſuam actionem *de damno dato*, ut in Jure, & praxi ſervari videmus, ſed non inde ſequitur, quod ſit auferenda naturalis 8
libertas venandi, & piſcandi generaliter, & indiſtincte, & in puncto, quod pro damnis illatis per Venatores, & Piſcatores competat actio Domino Fundi, docet Angel. *in l. Divus Pius in fine ff. de ſervit. Ruſtic. Prædior.* Covar. *in regul. peccatum part. 2. §. 8. n. 11. verſ. præterea*, Cæpoll. *de ſervit. Ruſtic. Prædior. cap. 21. n. 3. in fine*, Gratian. *diſceptat. 139. n. 18.* Natt. *conſ. 375. n. 6.* Roland. *conſil. 9. num. 23. & 25.*

Firmata aſſiſtentia Juris, juxta quam jus venandi, & piſcandi indiſtincte prohibere non poteſt in Terris Abbatiæ ratione Dominii privati, obſtare non va- 9
let aſſerta Conſuetudo centenaria, & ultra, quæ in contrarium allegatur ex Banimentis, & proclamationibus publicatis ab anno 1582. uſque ad hodierna tempora. Quoniam cum iſta remanſerint ineffectuata ob contradictionem Tolentinatum, tantum abeſt, quod probetur Conſuetudo prohibitiva, quin potius excludatur, & per contrarium conſuetudo permiſſiva mirabiliter juſtificata, & concluſa remaneat juxta doctrinam Fagnan. *in capitul. cum Eccleſ. Sutrina num. 36. verſ. neque his obſtat de cauſa poſſeſſionis, et proprietatis*, Rot. *deciſ. 127. numer. 14. coram Seraphin. et in recentior. deciſ. 214. numer. 3. part. 4. et*

dec.

Digitized by Google

dec. 253. num. 3. part. 13. & dec. 734. num. 17. part. 18. recentior.

Etenim probatur, quod Tolentinates adverſus Proclamata Prætorum Marchiæ obtenta ad inſtantiam Patrum Collegii ſemper reclamarunt appellando ad Sacram Conſultam, de cujus mandato iidem Prætores, ſeu Gubernatores revocarunt eorum Bannimenta mandando: *Nihil innovari:* in præjudicium Tolentina-
10 tium circa antiquam conſuetudinem, & uſum piſcandi, & venandi in locis Abbatiæ, ut ex litera Sacræ Conſultæ anni 1641. & revocationibus Bannimentorum de annis 1741. 1659. 1662. 1663. & 1676. quo ſtante indubitati juris eſt, hujuſmodi Bannimenta contradicta, appellata, & revocata ad evidentiam comprobare *antiquam conſuetudinem* Tolentinatum circa piſcandum, & venandum in Agris controverſis, ut in individuo probat originalis doctrina Jacob. de Sanct. Georg. *de feud. in verb. & cum Venation.* quam communiter ſequuntur Roland. *conſil. 9. num. 6. lib. 2.* Purpurat. *conſ. 534. num. 6. verſ. & multo magis* ibi: *& multo magis eſt ſublata virtus aſſerti præceptis ex eo, quod illi contradixerunt ſicut, & alias contradixiſſe leguntur ſupplicando Principi, & literas reportando prohibitivas ne moleſtarentur in quaſi poſſeſſione venandi, & ſub n. 8.* ibi: *In caſu noſtro non adeſt talis conſuetudo, nec poſſeſſio, immo eſt in contrarium in favorem hominum, qui ſemper ſe oppoſuerunt prohibitionibus, & proclamatibus.*

Ex ratione, quod nec Dominus privatus, nec Prætor Provinciæ facere poſſunt hanc probationem generalem, maxime in tot Terris, & Fundis univerſæ Abbatiæ habentibus ingentem circumferentiam quindecim milliarium, & ultra, eum auferat, & abſolute tollat Jus naturale, & divinum, ac privatum
11 reddat quidquid Deus, & natura omnibus Hominibus commune fecit, ſcilicet Piſces in Aquis, Volucres, & Beſtias in Terris, ut probat Purpurat. ubi proxime *n. 6. in fine*, ibi: *Non poſſunt prohibere in Terris ſuis, ne quis habeat piſcari in rivis labentibus per Terras ſuas, ſicut nec poſſent Præſides Provinciarum, & quæ dicta ſunt de piſcatione, procedunt in venatione*: Adeout ſolum hujuſmodi proclamata convaleſcant, & licita fiant, quoties concurrat acceptatio Populorum, ut ait Roland. *conſ. 9. n. 12. lib. 2.* Pignatell. *conſult. 15. n. 7. tom. 10.*

Deficiente igitur hac acceptatione, ſtante diſſenſu Tolentinatum ab anno 1641. uſque in præſens, proclamata prohibitoria potius retorquentur, Eoque magis, quia per Teſtes examinatos uſque de anno 1641. conſtat per tempus ante ſemper Tolentinates continuaſſe in venatione, & piſcatione conſueta per
12 Terras Abbatiæ, quo caſu omnia Proclamata quovis tempore edita dicuntur ineffectuata, & remanet illeſa libertas naturalis venandi, & piſcandi, ut in puncto Gratian. *diſcept. forenſ. 139. n. 16. & 17.* Panimoll. *dec. 25. annot. 1. n. 31.*

Concurrentibus inſuper præceptis judicialibus Prætorum Marchiæ, quod *nihil innovaretur circa uſum, & conſuetudinem venandi, & piſcandi*, in cujus poſſeſſione reperiebantur Tolentinates, quæ verba oſtendunt Conſuetudinem præexiſtentem, ideſt ante annum 1641. pacifice vigentem, ex firmatis per *Text.*
13 *in cap.* Abbate Sancti Silviani *de verbor. ſignificat. verſ. ſi vero,* Rot. *in Dertuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §. Hæc autem, coram bo. me. Pio, & in Salisburgen. Juris Metropolitici 13. Februarii 1698. §. Deveniendo, coram clar. me. Card. Priolo, & in Majoricen. Beneficii 11. Maii 1705. §. Prout non revelat, coram bo. me. Muto.*

Spretis Teſtibus in contrarium examinatis de annis 1596. 1696. & 1705. quia primi loquuntur contra Communitatem Montis Ulmi, ſecundi autem, & tertii pariter loquuntur contra alios, quam Tolentinates; ultra quod nec etiam contra Communitatem Montis Ulmi preallegatis Teſtes juvare potuerunt, dum in Sacra Congregatione Boni Regiminis his non obſtantibus judicatum fuit contrarium ſcilicet: *Tenutam Sorrecciani eſſe in Territorio Montis*
14 *Ulmi:* ut ex decreto anni 1683. itaut ſuper probationibus, ſeu Teſtibus ſemel in Judicio rejectis nullam amplius fieri valeat fundamentum, Roman. *conſ. 41. numer. 3.* Rot. *coram Coccin. deciſion. 660. numer. 28. & coram Priol. deciſion. 269. n. 7. & in Romana Locationis 21. Julii 1688. §. Quoniam, & in §. fin. cor. clar. mem. Card. Caccia.*

Ex quibus patet Patres Collegii nil aliud habere pro ſe, quam ſolla Bannimenta, quando in contrarium Tolentinates habent eorum revocationem factam authoritate Sacræ Conſultæ, & pariter habent poſſeſſionem continuatam ab immemorabili, quo caſu Bannimenta ſola nihil probant, cum probari debeat eorum effectuatio per acceptationem, & acquie- 15
ſcentiam intereſſe habentium juxta notabile dictum Baldi *in rubric. de majorit. & obedien. n. 1.* & Innocent. *in cap. olim il 3. n. 1. de reſtit. ſpoliat.* Afflict. *dec. 295. n. 9. & dec. 301. n. 5.* & penes Paſth. *de manut. dec. 667. n. 6. & ſeqq.* Alias non probata affectuatione, immo probata ineffectuatione per Decreto revocatoria, & per poſſeſſionem, ut prius continuatam ut ſupra, exinde concluſa remanet Conſuetudo libertatis pro Tolentinatibus, & excluſa Conſuetudo prohibitiva, ut docet Eminentiſs. Sacripant. *in tract. defenſ. Eccleſ. cap. 6. n. 15.* & *c. 11. n. 3.* Fagnan. *in c. cum Eccleſ.* Sutrin. *verſ. neque his obſtat de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis,* Rot. *in Majoricen. Beneficii 28. Novembris 1704. § Stantibus, coram bon. mem. Muto,* & in ſpecie Jaſon. *conſ. 119. circa finem verſ. non obſtat lib. 4.*

Nec Decreta Sacræ Conſultæ, & revocationes Bannimentorum factæ per Gubernatores Marchiæ evitantur cum reſponſione, quod emanaverint inauditis, & non citatis PP. Collegii, Quippe cum vis Conſuetudinis prohibitivæ conſiſtat in eo, quod Pro-
hibiti acquieverint eiſdem Bannimentis, & ab hac 16
tantum acquieſcentia illa Radices ſumat juxta *Gloſſ. in l. qui luminibus ff. de ſervit. ruſtic. Prædior.* & in puncto Panimoll. *dec. 25. annot. 1. num. 31.* Pignatell. *ſolt. Canonic. tom. 10. conſult. 15. n. 7.* Rolan. *conſ. 22. n. 33. tom 2.* utique ad effectum excludendi hujuſmodi Conſuetudinem, & acquieſcentiam ſatis eſt reclamatio, etiam extrajudicialis, fortius ergo ſufficere debet reclamatio judicialis una cum Decretis Superioris; Nihil attento, an PP. Collegii fuerint, vel non fuerint auditi, vel citati, cum ad iſtum effectum at-
tendatur factum materiale, ac ipſa contradictio, & 17
retentio poſſeſſionis contraria prohibitionibus, & Bannimentis, Panimoll. *d. dec. 25. annot. 1. n. 31.* ibi: *Secus vero ſi ſubditi verbis, vel facto contradixerint eundo Venatum, vel habita notitia de ipſis proclamationibus ſe oppoſuerint:* Roland. *conſ 9. nu. 15. & 16.* ibi: *Homines ipſi non verbis, ſed & facto contradixerunt Proclamatibus eundo Venatum*: Purpurat. *d. conſ. 534. n. 6 & ſub n. 8.* Gratian. *diſcept. 139. n. 16. & 17.* Cancer. *var. reſol. lib. 2. cap. 2. n. 86.* Tondut. *q. Civil. p. 2. cap. 105. n. 7. in fine,* Card. Tuſc. *pract. tom. 8. lit. V. concluſ. 41. n. 8.*

Ultra quod probatur in facto, quod PP. Collegii fuerint judicialiter vocati, ideoque cum revocationes Bannimentorum, & Decreta prædicta appareant facta cum ſcientia, & conſenſu Patrum Collegii,
exinde non Conſuetudo prohibitiva, ſeu Conſuetu- 18
do permiſſiva Juris venandi, & piſcandi pro Tolentinatibus probata remanet, in qua conſequenter ſunt manutenendi, ut in terminis Decius *conſ. 197. n. 3. verſ. pro hoc pondero,* Jaſon. *conſ. 119. n. 1. verſ. ſecundo facit lib. 4.* Purpurat. *conſ. 392. num. 2. in fine verſ. & maxime tom. 1. & conſ. 534. n. 6. verſ. & multo magis tom. 2.*

Adeout ſi Tolentinates ab Immemorabili reperiuntur in quaſi poſſeſſione, & conſuetudine Venandi, & Piſcandi in Terris, & Fluminibus Abbatiæ; comprobata etiam authoritate Sacræ Conſultæ, & Prætorum Marchiæ, hoc ſolum ſufficit ad effectum, ut
eis liceat gaudere hac libertate naturali a Deo Ho- 19
minibus data, cum in hac materia facilius obtinere debeat, qui habet pro ſe conſuetudinem, ut inquit Dec. *conſ. 197. n. 3. tom. 1.* ibi: *In Piſcationibus conſideranda eſt conſuetudo loci, ergo idem in Venationibus.*

Conſtito ex his, quod nec ratione dominii privati, nec ratione Conſuetudinis PP. Collegii habeant jus prohiben-

hiben-

hibendi, minus id conſequi valent ratione dominii
publici, ſeu Juris Territorialis, quaſi quod Patres ra-
tione Abbatiæ effecti ſint *Comites Villæ Mannæ*, ſeu
ſucceſſores Ducum Spoleti, & Feudatarii Imperato
ris Romani. Etenim in toto Statu Eccleſiaſtico nemo
20 eſt, qui prætendere poſſit Juriſdictionem, & Feu-
dum Imperiale cum mero, & mixto Imperio haben-
do Jus Territorii more Principis *juxta notum Edi-
ctum in Urbe editum ſub Pontificatu ſa. me. Innocen-
tii XII.* Ultra quod ſi Imperator, & Res concedendo
Inferioribus Caſtrum nunquam intelligitur transferre
21 Superioritatem independentem, juxta *conſ.* Rolan. 4. *n.*
39. *cum ſeqq. lib.* 3. *& dixi* Ego *diſcept. Eccleſiaſt.* 20.
num. 30. *verſic. & pari fundamento*. Qui prætendun-
tur eſſe ſimplices Barones ſubordinati majori Domino,
22 & poteſtati, certum eſt, quod non habent jus prohi-
bendi in eorum Terris, & reſpective Fluminibus jus
venandi, & piſcandi, cum ad hoc requiratur Aucto-
ritas Principis Supremi, ut probat Jaſon. *conſ.* 115.
ſub num. 1. *verſ. quinto facit, lib.* 4. Natt. *conſ.* 375. *n.*
1. Menoch. *conſ.* 943. *num.* 44. Onded. *conſ.* 100. *num.*
13. Sebaſtian. *Medic. in tract. de Venat. quæſt.* 5.
numer. 5. Roſſental. *de Feud. cap.* 5. *concluſ.* 24. *num.*
1. Pignatell. *conſult.* 15. *numer.* 1. & 2. *tom.* 10. Qui
omnes ita concludunt licet Baro habeat merum, &
mixtum Imperium.

Et ſolum hujuſmodi Baronibus licitum eſt acquirere
hoc Jus prohibitivum in ſuis locis, & Terris, quando
a die prohibitionis concurreret pacifica Conſuetudo
per tempus legitimum præſcripta, cum requiſito ac-
23 quieſcentiæ, & acceptationis ſubditorum, Rolan. *conſ.*
9. *num.* 15. & *conſ.* 24. *num.* 23. & 28. *to.* 2. Tuſc. *pra-
cticar. concluſion. tom.* 8. *litter. V. concl.* 41. *num.* 6. ubi
quod requiritur, quod Dominus prohibens ab Imme-
morabili ſit in pacifica poſſeſſione prohibendi Panimoll.
dec. 25. *annot.* 1. *num.* 31. Pignatell. *d. conſult.* 15. *num.*
7. *in fine*, Covar. *in regul. peccatum, par.* 2. §. 8. *n.* 1.
circa finem, Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 84. & *ſeqq.*
Franc. Marc. *dec.* 530. *num.* 14. & alii paſſim.

Verum non ſubſiſtit prædictum jus Territorii fun-
dati ob ſituationem Abbatiæ in *centro Territorii* Ci-
vitatis Tolentini, dum iſta circumvallatur ex confini-
bus Territorii ejuſdem Civitatis ex omni parte, ex par-
te ſcilicet *Colmurani*, *Lauri in Tenuta Canalecchi*,
Petrioli pariter in dicta Tenuta, & *Montis Ulmi*,
ac Montis Milonis, quo caſu Abbatia Clarævallis
præſumitur de Territorio ipſius Tolentini, dum nul-
24 la alia comparet Civitas, aut Terra contigua, quæ
Territorium, & ſubjectionem prætendat juxta Theori-
cam Felin. *in cap. cum non liceat*, *n.* 9 *in fine de præ-
ſcription.* Bald. *conſ.* 355. *per tot. lib.* 3. Tuſc. *practicar.
concluſ. litt. C. concluſ.* 117. *n.* 6.

Quæ ſituatio innocens hanc præſumptionem Ter-
25 ritorii procedit etiam in Territorio temporali, non au-
tem duntaxat in ſpirituali juxta Doctrinam Hoſtien.
in cap. ſi diligenti de præſcript. ibi: *Domini Terrarum
habent intentionem fundatam quoad res ſitas intra fi-
nes ſua Terra, niſi aliud in contrarium doceatur*, Ro-
lan. *conſ.* 46. *num.* 35. dicens hanc eſſe regulam trivia-
lem ibi: *pro iſta parte facit regula trivialis, quod quid-
quid eſt intra fines alicujus Caſtri Comitatus, ſeu Prin-
cipatus dicitur eſſe illius:* & probatur per *Textum in
leg. Æde Sacra* §. 1. *ff. de contrahen. emption.* & *leg. In-
ſula Italia, ff. de Judic.* ubi Bald. hæc ait: *nota quod
quidquid eſt intra finem Comitatus præſumitur eſſe
de Comitatu, & nullus locus præſumitur exemptus, &
debet facere factiones Communis:* Soccin. *Jun. conſil.*
65. *num.* 68. *lib.* 1. ibi: *quidquid eſt intra fines alicu-
jus Caſtri, vel Comitatus, ſeu Principatus dicitur eſſe
illius, &c.* & *ideo dicebat* Hoſtien. *quod Domini Tem-
porales habent fundatam intentionem, quod res ſita
intra fines ſua Terra ſint eorum, nam quidquid eſt in-
tra fines, cenſetur eſſe de pertinentiis principalis rei,
niſi aliud in contrarium probetur:* Brun. *conſil. feudal.*
34. *num.* 5. ibi: *quidquid eſt intra fines alicujus loci
præſumitur jure Domini pertinere illi loco, ſeu Com-
muni, ac hominibus dicti loci.*

Ex quibus Doctrinis ceſſat concluſio, quod non ſuf-
ficiat ſituatio intra fines, ſed requiratur probatio ſub-
jectionis, cum ex ipſa ſituatione etiam ſubjectio
præſumatur, donec, & quouſque contrarium pro-
betur, & ceſſat etiam altera concluſio, quod hæc
præſumptio procedat in Territorio ſpirituali, non
autem temporali.

Ulterius quia PP. Collegii, quando voluerunt pro-
hibere Jus piſcandi, & venandi non fecerunt de per
ſe, & authoritate propria Edicta, ſeu Bannimenta
prohibitoria, ſed recurſum habuerunt ad Prætores
Marchiæ, a quibus eorum Inſtantiæ adhærentibus illa
obtinuerunt, ſignum evidentiſſimum, quo deſtituti
erant hac prætenſa Juriſdictione, & Dominio Barona-
li, nam alias habuiſſent Juriſdictionem promulgandi
Edicta de per ſe, ergo recurrendo ad Prætores Mar-
chiæ confeſſi ſunt ipſos nullam habere Juriſdictionem
Baronalem, ut firmat Rot. *deciſ.* 303. *n.* 17. *part.* 16.
recen. ibi: *Si enim iſte ex proprio munere facultatem
habuiſſet ſine Judice procedendi, illius Tribunal utique
non adiviſſet, & adeundo declaravit non habere:* &
notat Gall. *conſ.* 47. *n.* 11.

Præterea concurrunt deſcriptiones factæ in Cata-
ſtro antiquiſſimo anni 1462. & in alio moderno Ci-
vitatis, ubi deſcribuntur omnia Bona Abbatiæ in gene-
re, & in ſpecie, accedunt enunciativæ in antiquis Bul-
lis Adriani Sexti, & Pauli Tertii, necnon Epiſtolis Car-
dinalium Legatorum, & Commendatariorum Abba-
tiæ; probatur exercitium Juriſdictionis criminalis ha-
bitæ per Priores, & Officiales Tolentini in ſubditos Ab-
batiæ, juxta Statutum Civitatis, Viſitatio Confinium
Civitatis, & Abbatiæ geſta ab iiſdem Officialibus cum
ſtrepitu Tubarum, Sententia pronunciata a Locumte-
nente Gubernatoris Provinciæ, in qua Abbatia ſita
dignoſcitur in Territorio Tolentini, junctis octo In-
ſtrumentis factis ab Abbatibus Commendatariis, &
Patribus Ciſtercienſibus reſpective ejuſdem Abbatiæ, in
quibus enunciatur eamdem Abbatiam pariter ſitam in
Territorio Tolentini, & Urbiſaliæ, necnon infinitis
actibus univoce conſpirantibus in probationem Ter-
ritorii favore Publici Tolentinatis. Quæ omnia ſimul
juncta non plenam, ſed perfectiſſimam conſtituunt 27
probationem Juris Territorialis in favorem Univerſita-
tis, ut probant Brun. *dicto conſ. feud.* 34. *n.* 1. *cum plu-
ribus ſeqq.* Rot. *coram Seraph. deciſ.* 1025. *num.* 14. &
in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis 28. *Junii* 1700.
§. *Et hæc omnia* §. *Tot autem*, & §. *Libero ſemper co-
ram cl. mem. Card. Tremeille.*

Quod maxime ſtringit, eſt Inſtrumentum anni 1225.
ubi Communitas Tolentini, ſeu ejus Syndicus poſt-
quam Fortis, & Jacobus Poſſeſſores Villæ Mannæ ſe
obligarunt ſolvere Datium eidem Communitati, ad
faciendam eis rem gratam, promiſit illos juvare, & ma-
nutenere, & una cum eorum Poſſeſſionibus defendere
in Pace, & in Guerra dicendo ibi: *Hac idcirco promit-
to vobis, quia tu Jacobus, & tu Fortis confirmaſti Da-
tium, quæ feciſti tu D. Fortis, & quod fecit Matthæus
Pater tui Jacobi Communantia Tolentini de Caſtro Vil-
la Mannæ, & de hominibus, qui ad dictum Caſtrum
pertinent, & mihi Syndico recipienti pro Communan-
tia Caſtri Tolentini dictam dationem, & confirmatio-
nem confirmaſtis, & dediſtis, & pro aliis datiis, quæ
mihi prodicta Communantia dediſtis.* Si enim Poſſeſſo-
res Villæ Mannæ ſolvebant Datia Communitati Tolen-
tini pro eadem Villa, ejuſque Hominibus, ecce clara
probatio, quod Villa Manna erat ſubjecta Commu-
nantiæ Tolentini, quia ſolutio Datii eſt apertiſſimum
ſignum ſubjectionis, cum idem ſit Datium, ac Gabel-
la, Bald. *conſ.* 472. *in princip. lib.* 1. ibi: *Datium, ſive
Gabella*, & *conſil.* 280. *n.* 1. ibi: *Cives faciant ſtatu-
tum, quod omnia prædia ſint tributaria pro Datiis, &
Collectis: lib.* 2. Card. de Luc. *de feud. diſc.* 43. *n.* 13.
Rolan. *conſ.* 60. *num.* 13. *tom.* 2.

Fortius vero, quia Communitas ſe obligavit ſub ſua
protectione recipere Homines, & poſſeſſiones ejuſdem
Villæ tanquam Princeps, qui defendere tenetur bo-
na, & perſonas Vaſſallorum ſuorum; non poteſt enim
aſſignari major ſubjectio, quam probare ex una parte
Homines tributarios, & ex altera Eum, cui ſolvun-
tur tributa, defenſorem rerum, & perſonarum, hæc
enim eſt propria ſubſtantia juriſdictionis, & ſuperio- 29
ritatis, dum Superior defendit, inferior autem tri-
butat, & ſolvit ut probat [illegible] *conſil. feudal.*

34. *n.*

34. *n.* 15. *lib.* 1. & io termiois *conſil.* 127. §. *Et earatione* ibi: *quia conſtituuntur Pedagia, &c. propter onus cuſtodia Territorii, quod principaliter incumbit Dominis, & Superioribus, &c. qui percipiunt fructus, & habent Regalia, Demania, Vectigalia, Tributa, & alia, debent vigilare pro cuſtodia Territorii, & Maleſactores punire, & qui tenentur reſtituere Subditis, quod per Latrones ſurripitur*, & ſimiliter *conſ.* 176. §. *Et poſſet* ibi: *Quia Dominus tenetur Homini ſuo ab aliis oppreſſo auxilium praſtare, ut per Gloſſ. in cap* 1, §. *finali. ubi Doctores in titulo hic finitur lex, volentes, quod Dominus teneatur hominem, & Vaſſallum ſuum habentes Guerram juſtam quoad eos, vel ſi opprimatur ab aliqua juvare, &c. cum Domini ad pares vices reddendas Vaſſallis ſuis teneantur, &c. & in hoc procedat conclusio pradicta, quod Dominus ei teneantur reddere pares vices ſub pœna amiſſionis omagii: Gloſſ. in cap.* 1. §. *finali tit. hic finitur lex in uſibus Feudorum in verbo fratrum.*

Ex quibus excluſo Territorio ſeparato, incontrovertibile remanet, quod Bona Abbatiæ pernecesse exiſtant in Territorio Tolentini, & ideo certa emergit conſequentia, quod Tolentinates habeant jus clerum venandi, & piſcandi in omnibus Bonis, Terris, & Fluminibus reſpective proprii Territorii, cum hæc
30 ſit propria conſequentia Territorii, quod comprehendit ultra juriſdictionem, etiam jus venandi, & piſcendi, ut probat Decian. *conſ.* 123. *n.* 50. *lib.* 3. ubi quod ſub nomine Territorii veniunt Piſcationes, & Aucupia, & Clientelæ, & omnes aliæ pertinentiæ, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1190. *n.* 34. ibi: *conceſſum erat quid univerſale, videlicet Territorium, quod comprehendit, & Valles, & Aquas, & Lacus, & Loca deſerta, & inculta, & Piſcationes, & Aucupationes, & Venationes, & Juriſdictionem, & omnia, que Jure Territorii competebant.* Ex quibus S. Conſulta reſolvit non competere PP. Collegii Jus prohibendi in Terris Abbatiæ jus venandi, & piſcandi ſub die 14. Decembris 1704. ad relationem R. P. Ghezzii.

ÆSINA, SEU ROMANA
Tranſlationis Penſionis.

ARGUMENTUM.

De Indulto Familiarium Papæ quoad facultatem transferendi Penſiones in Clericos, ſeu Clericali charactere inſigniri volentes, & an tranſlatio ejus vigore facta in Laicum Clericali charactere inſigniri volentem ſubſtineatur, ſi Tranſlatarius non fuerit effectus Clericus ante obitum Transferentis.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur Facti ſeries.*
2 *An validitas ſit tranſlatio in Laicum ex defectu Clericatus ante obitum Transferentis; Oſtenditur diverſitas opinionum, ut num.* 3. 4. 5. *& ſeqq.*
8 *Communior opinia pro nullitate tranſlationis in hoc caſu, & de ratione, ibidem.*
9 *Quaſtio dependet ex qualitate Indulti, an reddat tranſlationem conditionalem quoad ſubſtantiam, vel quoad executionem.*
10 *Diſtinguuntur tres caſus, ut numer.* 11. *uſque ad num.* 17.
18 *Tranſlatio eſt valida, quando Indultum eſt conditionale quoad executionem, non autem quoad ſubſtantiam.*
19 *Idque propter authoritatem Papa ſcienter concedentis tranſlationem favore Laici.*
20 *Explicatur doctrina* Abbatis, *quod in collatione facta Laico per Papam requiritur Clericatus tempore collationis.*
21 *Executio gratia pro Laico Clericali charactere inſigniri volente non poteſt habere executionem, niſi pracedat Clericatus.*
22 *Expreſſio, quod aliquis Clericali charactere inſigniri velit non facit gratiam conditionalem quoad ſubſtantiam, ſed quoad executionem.*
23 *Data contraria intelligentia Indultum remaneret inutile, & otioſum.*
24 *Quando Papa intelligit dare Indultum transferendi conditionaliter in caſu Clericatus ſuſcipiendi hoc ſpecialiter exprimere ſolet, ut in Indulto pro Conclaviſtis.*
25 *Que expreſſio non continetur in Indulto Familiarum Papa.*
26 *In tranſlationibus, qua fiunt articulo mortis Indultum transferendi raro, aut nunquam poſſet effectuari, ſi Clericatus ante obitum Transferentis requireretur.*
27 *Reſpondetur ad authoritatem* Corradi.
28 *Clericatus quoad Beneficia requiritur de Jure, ſecus quoad Penſiones, ut n.* 29.
30 *De differentia inter tranſlationem puram, & conditionatam ſub conditione Clericatus.*
31 *Reſpondetur ad authoritatem* Gabriel. *circa abſurdum, ſi Clericatus poſt obitum Transferentis ſatis eſſet, & n.* 32. *&* 33.
34 *Tranſlatio penſionis facta pure quoad ſubſtantiam, pure operatur.*
35 *Indultum transferendi in Clericali charactere inſigniri volentes non habet ſubauditum, intellectum, ſi & poſtquam Clericali charactere inſignitus fuerit, & n.* 36. *&* 37.

DISCEPTATIO CXIV.

ÆTernæ recordationis Gabriel Philippuccius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis renunciatus, poſtquam delatam ſibi Purpuram recuſavit, ad mortis extrema redactus, penſionem, quam habebat 1 ſuper fructibus Prioratus Cathedralis Æſinæ tranſtulit pro rata ſcutorum 40. ad favorem Caroli Mariæ de Aloyſiis tunc temporis Laici, declarantis ſe velle clericari, & tranſlatio iſta legitur facta vigore Indulti familiaribus Papæ dari ſoliti concedentis nempe facultatem transferendi penſiones ibi: *Uni, vel pluribus Perſonis Clericis, ſeu Clericali charactere inſigniri volentibus.*

Cum autem poſt duos menſes ab exceſſu Cardinalis transferentis, Carolus Maria Clericalem characterem aſſecutus fuerit, prætendit Titularis penſionem remanſiſſe extinctam ex fundamento, quod Indultum transferendi etiam Perſonis non Clericis, ſed tamen Clericandis, intelligi deberet quando Clericatus fuiſſet aſſumptus ante obitum Transferentis; nam alias eo defuncto tranſlatio penſionis effectum ſortiri non poſſit.

Interrogatus Ego quid ſentiam, materia diligenter revoluta per examen Doctorum, & rationum in ſenſu veritatis, cenſui prout infra reſpondendum.

Magnam ſane confuſionem invenio apud Scribentes ſuper hoc puncto; Etenim pro validitate tranſlationis penſionis non obſtante ſuſceptione Clericatus poſt obitum Transferentis fuit prima opinio Sacræ Rotæ, quam refert Gabriel. *conſ.* 186. *numer.* 3. *lib.* 1. ibi: *Concluſum dicitur tranſlationem penſionis* 2 *factam ab habente facultatem transferendi nullo tempore limitatam, & ejus caſſationem in favorem Titii, ut ei ſimilis penſio reſervaretur, & reſervationem ſubſecutam, poſtea quam Clericus eſſet factus, ſortiri effectum; quamvis Titius, mortuo Transferente Clericus fiat:* ibique præcitatus Auctor adducit omnia fundamenta, & rationes hujus opinionis Rotalis, ut ex *n.* 4. *uſque ad n.* 13.

Sed hanc opinionem poſtea Gabriel late reprobat 3 fortiſſimis, & nervoſis rationibus, oſtendendo veriorem eſſe contrariam ſententiam *a num.* 13. *uſque ad n.* 29. ante cujus finem ita concludit: *ex his arbitrari aliquis poteſt a deciſionibus pradictis ſine reprehenſione recedi poſſe.*

Quia vero Gabriel reprobat opinionem Rotæ tam in caſu tranſlationis, quam etiam reſignationis factæ non Clerico cum clauſula; *quamprimum Clericali charactere fuerit inſignitus:* Ex quo utroque caſu Rota firmaverat valere tranſlationem, & reſignatio-

nem,

Digitized by Google

nem, quamvis mortuo Transferente, & reſpective Reſignante aſſumptus fuerit Clericatus, ut legere eſt apud Gabriel *d. conſ.* 186. *num.* 3. *lib.* 1.

Idcirco ſupervenit auctoritas Pariſii *de Reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 2. *numer.* 71. *& ſeqq.* ubi reaſſumpto exa-
4 mine utriuſque opinionis tam Rotæ, quam Gabrielis reſolutive amplectitur opinionem Rotæ rejecta illa Gabrielis, ut legere eſt *dicto lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 77. *cum tribus ſeqq.*

Hinc Doctores, qui poſtea ſcripſerunt, in varias abierunt ſententias, modo ſequendo Rotam, & modo Gabrielem; Etenim pro nullitate translationis penſionis approbando Gabrielem, reſponderunt Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 40. *numer.* 133. Barboſ. *lib.* 3. *vot. deciſion.* 91. *numer.* 31. Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 197. qui tamen non faciunt mentionem de Pariſio.

Cum his concordare videtur etiam Garz. *de benef.*
5 *part.* 2. *cap.* 1. *numer.* 137. *&* 163. ubi diſtinguendo ait, quod vel agitur de tranſlatione penſionis, & vera eſt opinio Gabrielis, aut vero agitur de reſignatione, & veram putat opinionem Rotæ, necnon Pariſiis ejus ſectatoris.

Verum cum hæc quæſtio deinde acciderit in S. Ro-
6 tæ *cor. Dunoz. jun. deciſ.* 208. *numer.* 74. *& ſeqq.* repetita *in rec. dec.* 38. *num. eodem par.* 6. concluſum fuit, quod valida foret etiam ipſa Tranſlatio penſionis, approbando auctoritatem Pariſii, necnon Rotæ relatam apud Gabriel. *dicta conſ.* 186. *n.* 3. *lib.* 1. idemque firmavit Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 3. *capit.* 8. *num.* 38. & noviſſime *bo. me.* Fantiocellus *de tranſlat. penſ. cap.* 2. *n.* 5. *& ſeqq.*

Adhuc tamen reperio, quod Corrad. *in prax. benef.*
7 *lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 197. *verſ. eſt tamen*. contradicit, in dubium revocando ſupradictam *deciſion.* 38. *part.* 6. *recent.* & dicendo; quod adverſus illam plurimum urgere videntur tradita per Gabriel Garz. & Lotter, & licet iſti loquantur, ubi Tranſlatio facta eſt cum clauſula: *ſi, & poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*: attamen indiſtincte etiam ſine tali clauſula ſupponit nullam eſſe Tranſlationem penſionis factam non Clerico, non obſtante auctoritate Papæ, & alium Doctorem præter citatos in hoc articulo non inveni.

Ex quibus videtur communiorem opinionem ſtare
8 pro nullitate Tranſlationis penſionis propter majorem numerum Doctorum, ac etiam propter majorem aſſiſtentiam rationis; Etenim quando Clericatus ſuſcipitur poſt obitum Transferentis, tranſlatio remanet nulla propter defectum extremorum, deficit quippe terminus *a quo*, dum tempore Clericatus, in quod confertur tranſlatio, Transferens jam deceſſit, ſed qui mortuus eſt non poteſt amplius penſionem transferre, & ſic res devenit ad caſum, *a quo* incipere non poteſt, ergo tranſlatio eſt nulla, ut inquit Gabriel *d. conſ.* 186. *num.* 14. *verſic. ergo ſi conditio lib.* 2. deficit etiam terminus *ad quem*, quia conditio Clericatus ſuſcipiendi poſtquam ſequuta eſt, retrotrahi non poteſt ad tempus Tranſlationis, quo vivebat Transferens; eo enim tempore Tranſlatarius erat laicus, & ſic inhabilis, ut argumentatur Gabriel ubi ſupra *num.* 15. *& ſeqq.* & optime Rota *dec.* 539. *n.* 15. *&* 16. *par.* 15. *tom.* 2. *recent.* Barboſ. *clauſul.* 61. *n.* 16.

Nihil obſtante auctoritate Papæ, ſuper qua ſeſe fundant Pariſius, & Rot. *in contrarium adducti*, quoniam cum actus ſit collatus in tempus Clericatus, etiam Papæ mens, & auctoritas refertur ad dictio illius, non autem ante, ut reſervatio penſionis ſolum dicatur facta de tempore Clericatus ſuſcepti, ut bene reſpondet Gabriel *d. conſ.* 186. *n.* 18. 19. *&* 20. Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 23. *verſ. & hujuſmodi* Barb. *d. clauſ.* 61. *n.* 16. neque propterea intrat motivum poteſtatis Papæ, quæ in his materiis ampliſſima eſt, & poteſt Beneficia, & penſiones reſervare ſub conditione, ad tempus, & prout ei placuerit; nam difficultas conſiſtit in voluntate Papæ, de qua nullatenus conſtat, ſubſtinendi ſcilicet tranſlationem per viam retrotractionis Clericatus.

Hæc igitur opinio applicata ad caſum, de quo
9 agitur, oſtendit nullitatem tranſlationis, ſolumque inquirendum reſtat, an procedat applicatio propter circumſtantiam diverſam, ex quo Tranſlatio non fuit conditionalis, nec Indultum conditionale, juxta terminos, in quibus loquitur Gabriel, quando ſcilicet Tranſlatio, & reſervatio facta fuit cum clauſula: *ſi, & poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*: quæ reddit illam conditionalem, & relatam ad tempus Clericatus, ſed Tranſlatio facta fuit pure in vim Indulti concedentis facultatem transferendi, *uni vel pluribus Perſonis Clerici, ſeu Clericali charactere Inſigniri volentibus*; Sed hujuſmodi objectum pariter tolli videtur reflectendo, quod Indultum recipit interpretationem a ſtylo Curiæ, & Cancellariæ, & ſic in eo intelligitur clauſula: *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*: Nam quando propter incapacitatem Perſonæ, cui fit acquiſitio, actus non poteſt inchoari de tempore quo fit, ſemper recipit intelligentiam, ut collatus cenſeatur in tempus habile, ut advertit in terminis Card. Pariſ. *conſ.* 125. *lib.* 4. *num.* 5. ibi: *Cancellaria Apoſtolica ſtylus habet hoc caſu, ut ſubintelligatur, ſeu ſuppleatur clauſula, quod cupit Militia Clericali adſcribi, & in litteris ſubdatur: poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus.*

Ego tamen non obſtantibus prædictis, firmiter puto Tranſlationem penſionis ſubſtineri, & effectum 10
ſortiri, quamvis Clericatus fuerit ſuſceptus poſt obitum Cardinalis, Transferentis, ad quod perſuadendum, materiam hanc dilucidandam exiſtimo, infraſcriptos caſus diſtinguendo.

Primus eſt quando Tranſlatio eſt conditionalis, &
conditio reſpicit ipſam ſubſtantiam, ſeu actum Tranſ- 11
lationis, ut contingit quando clauſula: *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus* adjecta eſt Tranſlationi, & reſervationi, non autem exactioni, & in his terminis vera eſt opinio Gabrielis, ejuſque ſequacium tenentium pro nullitate actus ex defectu extremorum, quia gratia collata eſt in tempus Clericatus, a quo ſumit exordium, ita, & taliter, quod ante Clericatum non adeſt conſenſus Transferentis, nec voluntas Papæ, ut eſt ſenſus Gabriel. *d. conſ.* 186. *numer.* 19. ibi: *gratia fuit expreſſe collata in tempus Clericatus: &* *n.* 23. ibi: *Cum conſenſus Reſignantis, & transferentis ſit collatus in tempus, quo is, cui acquirebatur, fieret Clericus, non poteſt dici antea præſtitus:* & ſic etiam intelligitur Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *q.* 4. *ſub n.* 23. Barboſ. *clauſ.* 61. *n.* 16.

Secundus eſt, quando Tranſlatio eſt conditionalis, 12
ſed conditio non reſpicit ſubſtantiam Tranſlationis, ſed ejus effectum, & executionem dumtaxat, ut exemplificari poteſt quando clauſula: *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*: adjecta eſt reſpectu exactionis penſionis, & ſic reſpectu effectus tranſlationis, & reſervationis, ut advertit Rot. *in Barbaſtren. penſionum* 14. *Januarii* 1602. *coram Lancellotto* apud Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 480. & in caſu iſto cum gratia ſit pura, nihil refert, quod conditio Clericatus superveniat ante, vel poſt obitum Transferentis, quia non incipit Tranſlatio, ſeu reſervatio de tempore Clericatus, quæ pura eſt ab initio, ſed tantum ejus effectus eſt ſuſpenſus donec ſuſcipiatur Clericatus, quæ quidem Tranſlatio, ſeu reſervatio pura cum ſuſpenſione effectus ſine dubio valida eſt auctoritate Papæ, quæ in his habet ſupremas habenas, & diſpoticam poteſtatem, & in his terminis vera eſt opinio antiquæ Rotæ, quam refert Gabriel *dicta conſ.* 186. *n.* 3. *& ſeqq. lib.* 1. & in hoc ſenſu loquitur Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 74. ibi: *reſervatio eſt admiſſa eo vivente, & effectus ſuſpenſus uſque ad Clericatum Reſignatarii auctoritate Papa, qui habet in his omnimodam diſpoſitionem, & poteſtatem* Rot. *d. deciſ.* 38. *num.* 74. *& ſeqq. part.* 16. *recent.* ibi: *hoc procedit quando Tranſlatio fit modo prædicto auctoritate Summi Pontificis, tunc enim Tranſlatio cenſetur admiſſa vivente Transferente, ſed ſuſpenſa auctoritate ejuſdem Summi Pontificis, donec Tranſlatarius Clericali charactere fuerit inſignitus: Pontifex enim in his habet omnimodam poteſtatem.*

Cum eadem diſtinctione procedit ipſe Gabriel, 13
qui conſiderat gratiam ab initio puram, ex quo tempore actus acquiritur Jus ad rem, necnon gratiam condi-

Digitized by Google

conditionalem, quæ non tribuit Jus ad rem, ut legere, eſt *n.* 25. *&* 26. idemque conſiderat Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 161. *& ſeqq.* ubi diſtinguit an ſupradicta conditio Clericatus appoſita ſit exactioni, vel reſervationi ad effectum, ut Clericatu ſuſcepto poſt obitum Transferentis valida ſit Translatio, & reſervatio penſionis, & cenſuit Card. de Luc. *de penſion. diſc.* 10. *n.* 15.

Et ratio eſt, quia cum Translatio, & reſervatio hu-
14 juſmodi ſit pura, & facta vivente Transferente, non poteſt ſuſpendi per Conditionem Clericatus, quæ reſpicit effectum, ſeu executionem, ad differentiam alterius caſus, quando Translatio eſt conditionalis, quæ fieri dicitur de tempore purificatæ conditionis Clericatus, ut bene diſcuſſo articulo probat Card. de Luc. *de penſion. diſc.* 1. *ex n.* 14. *& ſeqq. & ex n.* 22. *ad ſeqq.* cujus opinio prævaluit in foro, rejecta contraria opinione bon. mem. Advocati Severoli in voto impreſſo apud Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. poſt. lib.* 3. *cap.* 14. ut refert idem Card. de Luc. & patet ex Rot. *deciſ.* 512. *num.* 14. *part.* 13. *recent.* in cujus caſu ſcripſerunt de Luca, & Severolus.

Exemplo donationis, quæ vivo donante expletur,
15 ſed eo pacto effectum habitura eſt ſolum poſt ejus mortem, quæ adhuc dicitur pura, & perfecta inter vivos, licet incipiant poſt mortem effectum ſortiri, ut exemplificat Card. de Luc. *de penſion. d. diſc.* 1. *n.* 22. *& in tract. de penſion. impreſſ. poſt tract. de Statut. ſucceſſ. cap.* 7. *n.* 17. *verſ. diſcordia, & de penſion. diſc.* 64. *num.* 6.

Abſque eo quod tali caſu urgere poſſit fundamentum Gabrielis ſuper incapacitate laici, cui ſit acquiſitum de tempore actus Translationis, quoniam ubi concurrit auctoritas Papæ penſio poteſt valide reſervari etiam Laico effectum habitura, poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus, quia reſpectu Pa-
16 pæ ſcientia non cadit inhabilitas perſonarum in iis, quæ ſunt Juris poſitivi; ut in ſpecie firmant Filliuc. *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 42. *de penſion. c.* 3. *n.* 1. *&* 6. Paril. *de reſignation. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 46. *& ſeqq.* Craſſ. *de effect. Cleric. effect.* 15. *n.* 52. *& ſeqq.* & hoc eſt illud, quod operatur auctoritas Papæ, quam conſiderat Rot. *d. deciſ.* 38. *n.* 74. *&* 75. *par.* 6. *rec.* & alii proxime allegati *n.* 12. *& ſequen.*

Tertius denique caſus eſt, quando Translatio, &
17 reſervatio penſionis facta fuit pura in Laicum *Clericali charactere inſigniri volentem* vigore ſpecialis Indulti concedentis facultatem transferendi: *aut Clericis, aut Clericali charactere inſigniri volentibus*: & in hoc caſu nullam invenio difficultatem, quin valida ſit Translatio licet poſt obitum Transferentis, Translatarius Clericatum ſuſceperit, ea ratione evidenti, quod nec Indultum, nec Translatio loquuntur de Translatione conditionali, ſed iſta eſt pura, & libera in vita Transferentis, itaut quoad hunc caſum extraneæ ſint omnes auctoritates ſuperius examinatæ, & inapplicabilis nullitas ex defectu extremorum, quæ remota conditionalitate dicitur eſſe de ſubjecto non ſupponente.

In hoc themate, in quo verſamur, ceſſat motivum, quod tempore Translationis Penſionarius tanquam laicus ſit incapax, & quod reſpectu Translationis adhuc ſubintelligatur clauſula: *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*: quoniam ex pluribus objectum hoc reputo inſubſiſtens.

Et primo, quia quando Papa reſervat Beneficium,
18 ſeu Penſionem Laico ſcienter cum expreſſione illa: *Clericali charactere inſigniri volenti*, valida eſt reſervatio, nec habet conditionem Clericatus reſpectu conceſſionis, ſed ſolum reſpectu executionis, dum non poteſt exigere, nec admitti ante ſuſceptum Clericatum, ut eſt opinio graviorum Canoniſtarum *in cap. cum adeo* 17. *de reſcript.* ſignanter Compoſtellani *ante n.* 1. ibi: *Sed quod Papa dixit in littera facias recipi, qui adſcribi deſiderat Militia Clericali, reſpondet, quod tunc non poteſt ſibi objici, quod non erat Clericus quando impetravit reſcriptum, quoniam hoc ipſum per hæc verba: quia adſcribi deſideras, &c. Papa expreſſit, &c. tamen qui dicit ſe velle adſcribi Militia Clericali, antequam recipiatur, debet fieri Clericus ſaltem per Primam Tonſuram.*

Hæc opinio communiter recepta eſt per omnes alios Canoniſtas, nempe Jo: Andr. *ibidem num.* 11. ibi: 19
Sed ſi dicatur in litteris facias recipi B. qui deſiderat adſcribi Militia Clericali, valent litteræ, cum tamen illi non tenebuntur recipere, niſi prius fiat Clericus ibique *Adden. litt. B.* ibi: *Laicus poteſt impetrare Beneficium, dum tamen ſit in propoſito Clericandi*: Butrius *n.* 9. *in fin.* ibi: *niſi dicatur in litteris facies recipi talem, qui cupit Militia adſcribi Clericali, quo caſu tenet hic* Compoſtellanus, *quod non teneatur ipſum recipere, niſi ſaltem quando receperit primam Tonſuram, &c. iſte enim caſu valent litteræ, ex quo Papa ſic ex certa ſcientia ſcribit pro non Clerico*: Zabarell. *n.* 12. *verſ. quarto quæro*, Bellarmer. *num.* 4. *verſ. ſed ſi dicatur*, Joannes de Anania *in cap. ex litteris de tranſact. n.* 4. *verſ. & hoc procedit, ibique* Hoſtien. *n.* 5. Barboſ. *in cap.* 2. *de Inſtit. num.* 3. *verſ. pro quorum in fine Speculator in tit. de action. ſeu petition. lib.* 2. *§. Super petitionibus n.* 26. *verſ. ſecus tamen ſecundum eum* Card. Paril. *conſ.* 125. *n.* 6. *lib.* 4. ibi: *Tertius caſus eſt de puro laico, qui impetravit beneficium Eccleſiaſticum ſibi conferri per executorem ob id, quod adſcribi deſiderabat Militia Clericali, & hoc caſu Doctores admittunt impetrationem valere, quia Papa fuit certificatus, quod tunc non erat Clericus, ſed Clericandus poſt, & ita firmat diſputando* Calderinus, & probat Filliuc. *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 42. *cap.* 3. *de penſion. n.* 6.

Bene verum eſt, quod Abbas *in cap. ex litteris n.*
3. de tranſact. Craſſ. *de effect. Cleric. effect.* 15. *num.* 40. 20
Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 7. *num.* 14. contradicere videntur, dicendo, quod tali caſu non poſſet ſic Impetranti beneficium conferri, niſi poſtquam fuerit factus Clericus, & per conſequens collatio videtur incipere a Clericatu, Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. nu.* 225. Rot. *coram Pamia deciſ.* 4. *num.* 11. ſed facilis eſt reſponſio, quod iſti loquuntur in terminis mandati de conferendo, quod dirigitur Executori, & cujus executio conſiſtit in Collatione ab eodem Executore facienda, & conſequenter diſtinguendum ſemper eſt inter executionem, & inter gratiam, iſta enim pura eſt, & perfecta ab initio, & ſolum eſt conditionata, ſeu ſuſpenſa quoad executionem, quæ non poteſt dari, niſi ſuſcipiatur Clericatus, ex quo etiam ſequitur, ut ſi Papa interim mortuus eſſet, antequam Clericatus ſuſceptus foret, non exinde gratia eſſet reſoluta, & extincta, in quibus terminis intelligo Rotam
apud Gabriel. *dicto conſ.* 186. *num.* 8. *lib.* 2. Pariſ. *de re* 21
ſignat. lib. 4. *quæſt.* 2. *numer.* 80. Immo dicunt Aliqui, quod etiam poteſt gratia habere executionem antequam Clericatus ſuſcipiatur, ut teſtatur Card. Zabarell. *in cap.* 2. *de Inſtit. n.* 7. ibi: *Septimo quæro ſi Scholaris impetravit, aſſerens quod eſt Laicus, ſed cupiens adſcribi Militia Clericali, an poterit recipi in Canonicum antequam fiat Clericus? fuit diſputando determinatum quod ſic per l. ultim. de Milit. Teſtam.* Felin. *in cap. cum adeo num.* 4. *de reſcript.* ea ſcilicet ratione, quod proxime accingendus habetur pro accincto, Filliuc. *d. tract.* 42. *cap.* 3. *ſub num.* 5. *verſ. dico ſecundo, & n.* 6. *in fine*, licet hæc opinio non ſit vera, quia quamvis in ſtatu inhabili gratia ſit valida quoad proxime accingendum propter auctoritatem Papæ, non poteſt tamen habere executionem, niſi accedat Clericatus, in cujus tempus videtur Papa differre executionem, & interim fructus non ſpectant ad Proviſum, ut in terminis noſtris, Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 55. *lib.* 6. *q.* 4. *n.* 23. *verſ. & ſi quis*, Filliuc. *ubi ſupra n.* 6. *& cap.* 8. *n.* 11.

Ex quibus punctualibus doctrinis docemur, vali-
dam eſſe ab initio etiam impetrationem Beneficii, 22
multo magis Translationem penſionis factam auctoritate Papæ, non Clerico, ſed Clericali volenti, & ſolum pro executione Clericatum requiri: ergo propter auctoritatem Papæ datur Translatio penſionis in Laicum, quæ ſit pura, & non conditionalis cum ſola expreſſione voluntatis ſuſcipiendi Clericatum, & per conſequens conditio illius ſuſcipiendi de Jure non ſubintelligitur reſpectu Translationis, quæ valida, & pura eſt ab initio, ſed ſolum pro ejus executione, & effectu juxta Canoniſtas ſuperius laudatos, & propterea Indultum de transferendo in Clericali chara-

ctere

Digitized by Google

ctere inſigniri volentes, Ego cenſeo, quod de jure non intelligitur ſub conditione Clericatus ſuſpenſiva quoad ſubſtantiam, & actum Tranſlationis, & reſervationis, ſed ſolum quoad executionem, ſeu exactionem penſionis, quæ ante ſuſceptum Clericatum fieri non poteſt, ut explicat Filliuc. *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 42. *de penſion. d. cap.* 3. *n.* 6. ibi: *An Laico poſſit valide Clericalis penſio conferri? Respondeo poſſe, dummodo Clericalem vitam ſuſcipiat, nec prius fructibus gaudeat, quam Clericus efficiatur, ſi enim huic valide beneficium confertur, quanto magis penſio? Certum enim eſt vitam, & ſtatum laicalem eſſe omnino repugnantem penſioni Clericali, & tamen ea non obſtante, valide hæc confertur, ſi qui eam obtinet Clericatum vult ſuſcipere, & poſtea ſuſcepit.*

Adverto inſuper, quod niſi Indultum transferendi Perſonis etiam Laicis Clericali tamen charactere inſi-
23 gniri volentibus intelligeretur dare facultatem valide, & pure tunc transferendi non expectato Clericatu, remaneret inutile, & otioſum, ſeu nihil concederet in hac parte, dum etiam vigore ſimplicis Indulti transferendi Clericis, poteſt Indultarius transferre in Laicos cum clauſula *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*, ut firmant Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 40. *n.* 131. Barboſ. *clauſ.* 61. *n.* 15. Filliuc. *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 42. *cap.* 8. *num.* 11. Card. de Luc. *tract. de penſion. cap.* 10. *n.* 4. Ut ergo Indultum non remaneat inutile circa conceſſionem transferendi in non Clericos Clericali charactere inſigniri volentes, perneceſſe ſupponendum eſt, quod concedit validam Translationem ab initio erga Clericum habitualem, prout eſt ille, qui Clericali charactere vult inſigniri, & qui ex deſtinatione animi videtur Perſona Eccleſiaſtica, Gloſſ. *in cap.* 2. *de inſtit. in verb. talis* ibi: *Cum jam deſtinatione animi ſit Clericus, jam Eccleſiaſtica Perſona cenſetur, unde tale jus cadit in eum*, Felin. *in cap. cum adeo n.* 1. *& ſeqq. de reſcript.* Barboſ. *in c.* 2. *de inſtit. n.* 3. *verſ. licet enim in illo tempore.*

Ulterius, quia quando Papa in Indultis intelligit
24 dare facultatem transferendi in Laicos conditionalis *poſtquam Clericali charactere fuerint inſigniti*: ſolet hoc ſpecialiter exprimere, ut videre eſt in Indultis Conclaviſtarum, quorum tenor habetur apud Card. de Luc. *in tractatu de penſionibus* impreſſo poſt tractatum *de Statut. ſucceſſ. tit. Indulta varia Indult.* 5. *&* 6. juxta impreſſionem Venetam *fol.* 44. *&* 45. Cum ergo
25 in Indultis familiarium Papæ hoc non fuerit expreſſum, nec exprimi ſoleat, ſed indiſtincte concedatur facultas transferendi in Clericos, tam actuales, quam habituales, ſeu clericari volentes, ut apud Cardin. de Luc. *ubi ſupra Indult.* 5. hæc diſcretiva denotat diverſitatem Indultorum, & quod plus ſpecialitatis habet unum Indultum quam aliud, ut bene Pariſ. *d. conſ.* 125. *n.* 16. *lib.* 4. cui non obſtant ab eo ſuperius dicta *n.* 5. cum ſolum dicat ſtylo Cancellariæ ſuppleri in litteris *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*, non autem, quod ſubaudiatur hæc clauſula quando fuit omiſſa in uno Indulto, & ſolet exprimi in aliis; nam talis diſcretiva contrarium præſtat argumentum, ut ipſe concludit in proximis terminis *d. n.* 16. Card. de Luc. *in d. tractat. de penſion. cap.* 15. *ſub n.* 24. *verſ. altera vero.*

Et denium obſervo, quod talis facultas transferendi conceditur etiam in articulo mortis, & regulariter Tranſlationes penſionum non practicantur niſi hoc
26 tempore, unde eo minus in Indulto intelligi poteſt clauſula *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*: relata ad ipſam Tranſlationem, & ipſius ſuſpenſionem uſque ad Clericatum, dum tertium hoc intellectu, raro, aut nunquam poſſet Indultum effectuari, quia in ultimo mortis articulo impracticabilis eſt ſuſceptio Clericatus ante mortem Transferentis facienda per Laicum Tranſlatarium, & conſequenter dicendum eſt, quod Indultum non ſuſpendat Tranſlationem ad tempus Clericatus, ſed perneceſſe ſupponat, quod iſte valeat obtineri quandocunque poſt obitum Transferentis pro ſimplici executione Tranſlationis, ut obſervat Torr. *de poſt futur. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 37. ibi: *poſt mortem ejuſdem Transferentis charactere Clericali inſigniri poteſt Tranſlatarius, ut obtineat penſionem, & jure quidem merito, nam plerumque Tranſlationes hujuſmodi fiunt in articulo mortis. bo. me.* Fattinellus *de Tranſlatione penſion. cap.* 2. *n.* 10.

Neque hic obſtare puto auctoritatem Corradi *in praxi benef. lib.* 1. *cap.* 5. *ſub n.* 107. ubi amplificando 27
concluſionem Gabrielis ſuperius adductam, dicit Tranſlationem eſſe nullam quando Clericatus ſupervenisset expoſt, licet in gratia Tranſlationis facta non ſit mentio, quod Tranſlatarius erat Laicus, neque in dicta gratia eſſet adjecta clauſula: *ſi & poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*: Etenim quando ſupponimus non fuiſſe expreſſam Papæ, quod Tranſlatarius erat Laicus, tunc gratia eſt ſubreptitia, ſecus quando ut in præſenti expreſſum fuit, quod Tranſlatarius erat Laicus, *ſed Clericali charactere inſigniri volebat*, & fuit facta Tranſlatio ad formam Indulti Pontificii permittentis hanc Tranſlationem in Laicum proxime Clericandum, juxta doctrinam Pariſ. *dicto conſ.* 125. *n.* 10. *& ſeqq. lib.* 4. & Canoniſtas ſupracitatos *n.* 18. *cum ſeqq.* qui loquuntur in fortioribus terminis collationis beneficii pro Laico exprimente ſe Clericali charactere inſigniri velle, & ſic multo magis applicantur in terminis Tranſlationis penſionis pro Laico ad Clericatum promovendo, quia Clericatus 28
quoad Beneficia, ſeu eorum collationem requiritur de Jure Sacrorum Canonum *in cap. cum adeo de reſcriptis, & cap.* 2. *de inſtit.* ſed quoad penſiones ille 29
requiritur ex obſervantia, & ſtylo Curiæ Juri conſono, & ſic facilius derogabili arbitrio Papæ, ut obſervat Card. de Luc. *de penſion. diſc.* 82. *numer.* 25. *& diſc.* 10. *n.* 6. *& diſc.* 80. *n.* 12. Barboſ. *de Jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 63. Ventrigl. *in praxi par.* 2. *annot.* 31. §. 1. *num.* 12.

Ratio vero, quam adducit Corrad. ſcilicet habilitatem, ſeu Clericatum extare debere tempore actus Tranſlationis, nec ſufficere, ſi accedat expoſt, eſt omnino extranea a terminis noſtræ quæſtionis, dum probares eſſe nullam Tranſlationem, quamvis vivo Transferente ſuſceptus foret Clericatus, quando tamen difficultas conſiſtit non quidem in eo, an Tranſlatio ſit nulla ob Clericatum ſuperventum expoſt, ut male intellexit Corradus, ſed ob illum ſupervenientem 30
mortuo Transferente tanquam redacta re ad caſum, a quo incipere non poteſt juxta ſenſum Gabrielis, *ejuſque Sequacium*, quæ difficultas ceſſat quando, ut in themate noſtro, Tranſlatio non fuit conditionalis, ſeu collata in tempus Clericatus, ſed pura ab initio, & ſic valida ex auctoritate Papæ, ſeu vigore ejus Indulti, ſolumque Clericatus accedere debet pro habenda executione ipſius Tranſlationis, & reſervationis, quæ executio conſiſtit in exactione fructuum Penſionis ex ſuperius explicatis *num.* 12. *cum ſeqq. & n.* 17. *cum ſeqq.* & de differentia inter reſervationem puram, & conditionalem ſub conditione Clericatus legere eſt apud Card. de Luc. *in d. tractato de penſion. cap.* 4. *n.* 12. *& cap.* 10. *n.* 5.

Prout nihil apud Me ſtringit abſurdum conſidera- 30
tum per Gabriel. *dicto conſ.* 189. *n.* 28. quod nempe ſi concederemus poſſe Clericatum ſuſcipi poſt obitum Transferentis, ſequeretur, ut quis poſſet in Conſanguineum transferre penſionem, & ille nunquam acceptare, vel Clericatum nunquam ſuſcipere vivo Transferente ad effectum, quod ſi ille premoreretur, penſio maneret apud Transferentem, ac ita pariter ſibi previderet de quodam tacito regreſſu, ſin moreretur iſte, tunc poſſet Conſanguineus acceptando, & Clericatum ſuſcipiendo procurare, ne beneficium penſione liberaretur.

Quoniam cum in præſenti Tranſlatio penſionis fa- 31
cta ſit in articulo mortis, prout tali tempore fieri communiter, & regulariter ſolet, non intrat abſurdum proxime adductum, ac etiam quia ſupponendo etiam Tranſlationem fieri per Transferentem extra mortis articulum, adhuc nullum abſurdum, aut fraus conſiderari valet, ſi Tranſlatarius non ſuſcipiat Clericatum vivo Transferente, non quidem ex parte ipſius Tranſlatarii, qui ſibi tantum præjudicat, perdendo fructus penſionis ante Clericatum ſibi nondum competentes, nec minus ex parte Transferentis, qui ſicut potuiſſet expectare, & differre Tranſlationem uſque ad articulum

lum

Digitized by Google

lum mortis; & interim gaudere, donec viveret, penſione, ita nihil repugnat, quod præventive transferendo, adhuc remaneat in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem ex culpa Translatarii, eo vivente, non ſuſcipientis Clericatum.

Quod vero poſt obitum Transferentis abſurdum
33 ſit procurare, quod Beneficium penſione non liberetur, procedit quando Translatio eſt conditionalis, & collata in tempus Clericatus ſuſcipiendi juxta terminos, in quibus loquitur Gabriel, ſecus vero, quando eſt pura, & valida ab initio, & voluntate Papæ, ſolumque Clericatus ſupervenire debet pro effectu, & executione Translationis, ut ſuperius probavi.

Ex his concludo Translationem controverſæ penſionis ſubſtineri non obſtante ſuſceptione Clericatus poſt obitum Transferentis, quia tota difficultas in eo reſtringitur, an facultas transferendi in Laicos Clericali charactere inſigniri volentes juxta Indultum ſit pura, vel conditionata cum clauſula: *ſi & poſt-*
34 *quam Clericali charactere fuerint inſigniti:* dum ergo non conditionata, ſed pura, utique Indultum, quod nullam habet conditionem, pure, & ſimpliciter intelligi debet, & Translatio pure facta pure operatur, nec poteſt dici collata in tempus Clericatus ex regula *Text. in l. 1. §. Si quis ſimpliciter, ff. de verb. obligation. & in leg. hoc legatum in fin. ff. de legat. 3.* Ruin. *conſ. 56. in fin. libr. 2.* cum aliis apud Barboſ. *axiom. 222. n. 29.*

Exceptio autem, quod in Indultu adhuc ſubintelligi debeat clauſula illa conditionalis: *ſi & poſtquam,*
35 *&c.* ſuperius rejecta fuit per ſolidas reſponſiones, quippe, vel hic ſubanditus intellectus deſumitur a ſtylo Cancellariæ, & hic retorquentur, dum quando Papa in Indultis intendit apponere hanc clauſulam, & conditionem, exprimit illam ſpecialiter quoad Conclaviſtas: ergo in indultis Familiarium, quibus non expreſſit, non cenſetur apponere voluiſſe, maxime quando agitur de Indultis, quæ ſicut de differentibus Perſonis per differentem verborum formulam concedi ſolent, ita differentem gratiam, & voluntatem Papæ demonſtrant, pro certis nempe perſonis ſtrictiorem, pro aliis vero ampliorem, ut in terminis probat Rot. *dec. 559. n. 8. verſ. quam etiam ex diverſitate Indultorum p. 18. tom. 2. rec. & coram Dunoz. Jun. dec. 632. n. 10. verſ. quando enim, cum ſuperius adductis n. 24.*

Aut idem ſubauditus intellectus deſumi prætenditur
36 a Jure propter illa verba Indulti: *Clericali charactere inſigniri volentibus,* & talis expreſſio ſolum importat, quod talis gratia non debeat habere executionem antequam ſuſcipiatur Clericatus, non autem quod ſit conditionata per ſuſpenſivam conditionem Clericatus, ut ſupra ad ſatietatem demonſtravi *n. 12. cum ſeqq. & n. 18. cum ſeqq.* Figuremus enim caſum, quod Papa in ſuis literis reſervaſſet penſionem Laico Clericali charactere inſigniri volenti ſine alia expreſſione, ſicut in his terminis dici non poſſet gratiam eſſe collatam in tempus Clericatus, ita nec in præſenti, ubi vigore Indulti Papalis eodem modo penſio fuit translata, & reſervata: Card. de Luc. *de benefic. diſc. 1. n. 37. diſc. 2 n. 10. diſc. 31. n. 3. & diſc. 101. n. 5. & in Miſcell. Eccleſ. diſc. 16. n. 15.* Rot. *dec. 585. p. 5. rec.*

At demum prætenditur deſumi ex Natura rei, quia
37 nempe ubi actus propter incapacitatem Perſonæ, cui ſit acquiſitio, non poteſt inchoari a tempore quo ſit, cenſeatur collatus in tempus habile, ſcilicet Clericatus, & falſum eſt argumentum, quia auctoritas Papæ operatur, ut de proximo clericandus ſit capax penſionis de tempore, quo ſit Translatio, eo ipſo, quod dat facultatem transferendi Perſonis Clericis, *ſeu Clericali charactere inſigniri volentibus;* cum per hoc cenſeatur diſpenſative concedere, ut pro valida acquiſitione penſionis ſufficiat eam transferri in Clericos, ſi non actuales, ſaltem habituales, nec proinde Indultum ullo modo retorqueri poſſet in eum ſenſum, ut permittat Translationem in Laicos conditionatam in tempore Clericatus, dum quando actus incipere deberet a die Clericatus amplius non verificaretur, quod Translatio fuiſſet conceſſa in Clericos etiam habituales, ſeu ſolum in actuales.

FIRMANA DISTRIBUTIONUM.

A U G U S T A N A

Vacantia trium menſium conceſſa Canonicis per Sacr. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* locum non habet in Eccleſiis, ubi ex Statuto, vel Conſuetudine minoris temporis vacantia permiſſa reperitur, & an requiratur ad hoc licentia Epiſcopi, & Capituli; Diſtributiones non debentur Canonicis abſentibus tempore hujus vacantiæ.

S U M M A R I U M.

1 *Concil. Trid. permiſit Canonicis vacantiam trium menſium in anno.*
2 *Præſervavit Statuta, & Conſuetudines Eccleſiarum ſuper vacantia minoris temporis, amplia ut numer. 3.*
4 *Concilium ubi ſupra voluit augere; non diminuere ſervitium Eccleſiarum.*
5 *Canonicus abſens ultra Menſem Vacantiæ ex Statuta Eccleſia datum ſubiacet pænis Concilii Trid. contra abſentem ultra tres menſes.*
6 *Conſuetudo ex quibus probetur.*
7 *Conſuetudo 40. annor. ſufficit contra Jus.*
8 *Dicitur hæc conſuetudo antiqua.*
9 *Concilium quare approbaverit conſuetudinem longioris ſervitii Eccleſiæ.*
10 *Qualis dicatur Conſuetudo præter Jus.*
11 *Licentia Ordinarii, & Capituli requiritur pro abſentia ultra tempus vacantiæ.*
12 *Quando requiratur licentia etiam Capituli, & num. 40.*
13 *Requiritur in Eccleſiis Hiſpaniæ, & Germaniæ.*
14 *Jus conferendi apud Capitulum ex quibus probetur.*
15 *Pro abſentia etiam tempore vacantiæ requiritur licentia Epiſcopi, & Capituli, & de ratione, ibid. & n. 17.*
16 *Hæc licentia ad quem effectum non requiritur.*
18 *Statutum Capituli quando valeat ſine conſenſu Epiſcopi.*
19 *In quibus poſſit Capitulum ſtatuere abſque Epiſcopo.*
20 *Conſenſus Epiſcopi in Statuto Capituli poteſt ſupervenire.*
21 *Et ſufficit Conſenſus tacitus.*
22 *Et præſumitur ex Obſervantia.*
23 *Centenaria præſumit Confirmationem Statuti in forma ſpecifica.*
24 *Beneplacitum præſumitur ex obſervantia 30. annorum.*
25 *Statutum obſervatum per Centenariam non poteſt de nullitate redargui.*
26 *Obſervantia Statuti Capitularis ex quibus probetur, n. 27. & 28.*
28 *Libri Capitolares probant contra ipſos Eccleſiæ Reſidentes.*
29 *Supplicans pro gratia adverſus pœnam Statuti incurſum, fatetur ejus obſervantiam.*
30 *Abſens tempore vacantiæ amittit diſtributiones, & eo magis ultra tempus vacantiæ, & n. 31.*
32 *Non obſtante Indulto S. Congreg.*
33 *Non obſtante quod aliquando inſervierit in anno, amittit diſtributiones totius anni juxta Statutum.*
34 *Statutum hoc pœnale eſt validum, & rationabile, & quare, n. 35. & 36.*
37 *Reſolutio S. Congreg. in hac Cauſa.*
38 *Epiſcopus debet per decretum diſtribuere Canonicis tempora vacationis, & quomodo.*
39 *Facto hoc decreto Canonici non indigent licentia Epiſcopi pro abeſſendo tempore vacantiæ limita, ut ibi.*

DISCEPTATIO CXV.

Diſputabantur S. Congregatione Concilii duo dubia, quorum primum duas habebat partes, alteram nempe: *An Præbendatis Eccleſiæ Metropolitanæ Firmi liceat abeſſe per tres menſes quolibet anno à Concilio conceſſos*, & alteram: *An liceat abeſſe abſque licentia Capituli*. Aggrediendo igitur examen prioris partis Ego ſcribens pro Capitulo Metropolitanæ, negative omnino reſolvendum eſſe dicebam; nam quamvis diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 14. c. 12. de reform.* ex cauſa recreationis, & ad indulgendum humanæ fragilitati permiſerit Canonicos, alioſque Eccleſiæ Præbendatos abeſſe poſſe ab ejus ſervitio per tres menſes in Anno, ut apud
1 Garz. *de Beneſ. p. 3. c. 2. n. 311.* Ceccopet. *lucubrat. Canonic. lib. 2. n. 176.* Barboſ. *de Canonicis c. 20. n. 1.* R. P. D. Anſald. *dec. 82. n. 4.*

Hoc tamen permiſis ad corrigendas conſuetudines, & Statuta Eccleſiarum, quæ majoris temporis vacationem indulgebant dicendo, ibi: *non liceat vigore cujuſvis Statuti, aut conſuetudinis ultra tres menſes ab iiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe*. Ideoque præſervavit Statuta, & conſuetudines, quæ minoris tem-
2 poris vacationem, & longioris ſervitii ſpatium inducebant, diſponendo, ut abſentia non poſſet exempli gratia unius, vel duorum menſium intervallum tranſcendere, quemadmodum manifeſtant verba Concilii, ibi: *Salvis nihilominus earum Eccleſiarum Conſtitutionibus, quæ longius ſervitii tempus requirunt*, ſub quo vocabulo *Conſtitutionibus* ex identita rationis Concilium intellexit etiam de conſuetudinibus Eccleſiarum longius ſervitii tempus requirentibus, & quæ Statutis æquiparantur, prout in terminis firmatunt Monacell. *in Formular. for. Eccleſ. p. 1. tit. 4. formul. 7. n. 5.* Gavant. *in Manual. in verbo Canonicorum reſidentia n. 6.* Garz. *de Beneſ. p. 3. cap. 2. n. 310.* Monet. *de diſtribut. p. 2. q. 13. n. 14.* Fagnan. *in cap. ad audientiam n. 14. de Clericis non reſident.* ubi quod Concilium tacite approbavit conſuetudinem requirentem longius ſervitii tempus, quam novem menſium velut, obſervantiam juris communis, juxta quod nullum certum vacationis tempus præfinitum reperitur.

Immo in fortioribus etiamſi ageretur de conſuetudine introducta poſt Concilium, & contra aliquod Statutum Eccleſiæ concedentes annuam trium men-
3 ſium vacationem, adhuc quod conſuetudo tanquam favorabilis ſervitio Eccleſiæ magis attendenda veniat, quam Statutum, reſolvit Sacra Congregatio Concilii, ut ex reſolutione, cujus verba reportat Garz. *de Beneſ. p. 3. c. 1. n. 310.* ibi: *Licet per Statutum Eccleſiæ concedatur Canonicis per tres menſes abeſſe, ſi illud per conſuetudinem non fuit obſervatum, attendenda eſt magis conſuetudo contraria, quam Statutum:* Gavant. *in manual. in verbo Canonicorum reſidentia n. 6.* ibi: *Conſuetudo contraria abſentiæ trium menſium eſt magis attendenda*, ea ratione, quod Concilium voluit augere, non autem diminuere ſer-
4 vitium Eccleſiarum, nec ideo abrogavit hujuſmodi laudabilem conſuetudinem, ut in puncto Fagnan. *in d. cap. ad audientiam n. 9. de Cleric. non reſiden.*

Unde reſultat Sacri Concilii decretum non ſolum non reſiſtere, ſed clare, & literaliter potius aſſiſtere hujuſmodi conſuetudini tanquam tendenti ad majus Eccleſiæ ſervitium, & majorem Cultum Divinum, dum eam expreſſe præſervavit in allegato *cap. 12. ſeſſ. 24.* & propterea receptum eſt, quod ſicut Abſens ultra tres menſes in Concilio permiſſos, ſubjacet pœnis ibidem Statutis contra non reſidentes, ita iiſdem
5 pœnis ſubjacet Abſens minori ſpatio trium menſium per Statutum, vel Conſuetudinem Eccleſiæ præfinitum, ut ex reſolutione S. Congregationis concludunt Garz. *de beneſ. p. 3. cap. 2. n. 144.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 53. n. 146. in fin. & ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. n. 69. verſ. & in his pœnis*, Gavant. *in manual. in verb. Canonicorum reſidentia in addit. num. 5.*

Cùm autem ex conſuetudine hactenus ſervata in Eccleſia tempus vacantiæ ſit reſtrictum ad unum menſem duntaxat, idcirco non licuit, neque licet Præbendatis abeſſe per tres menſes, ſed ſervanda, & attendenda venit laudabilis conſuetudo, quæ tempus vacantiæ reſtrinxit. Hæc autem conſuetudo probatur ab anno 1646. citra, non ſolum ex regeſtis Capitularibus, ſed etiam ex Teſtibus formiter examinatis, & confeſſione Contradictoria, & ſic dubitari non valet ab exiſtentia hujus conſuetudinis veluti per triplex genus probationis deductæ, ſcilicet per 6
publica documenta, per Teſtes formiter examinatos, & per confeſſionem Patris, ut apud Rot. *in Leodien. Canonicatus 1. Julii 1708. §. Comprobata, & in Monaſterien. Canonicatus 20. Januarii 1708. §. Abſque eo quod coram Eminentiſſimo Scotto*, ubi de probatione per libros Capitulares, *& in Hiſpalen. Juris votandi 29. Martii 1700. §. Ratio reſolutionis, coram clar. mem. Card. Caprara*, ubi de probatione Teſtes, *& in Giennen. juris votandi cum cauſa, vel ſine 11. Februarii 1704. §. Et de facto, coram bon. mem. Lancetta*, ubi de confeſſione Patris.

Quæ conſuetudo cum excedat terminum 60. annorum caveat ad hunc effectum, dum etiam in iis, quibus adverſatur diſpoſitio juris, ſufficit lapſus 7
40. annorum ad Text. *in cap. cum Eccleſia Sutrina*, *ubi* Fagnan. *n. 33. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Spada *conſ. 159. n. 2. & 3. lib. 1.* Rota *dec. 120. n. 7. p. 3. rec. & coram Emerix jun. dec. 731. n. 10. & 11. & deciſ.*
764. n. 8. & 9. rigoroſa enim conſuetudo de jure Ca- 8
nonico in materiis Eccleſiaſticis intelligitur de quadragenaria, ut Ego ſcripſi *diſcept. Eccleſ. 50. nu. 11.* Ceccopet. *lucubrat. Canonic. lib. 4. n. 145.* Rota *coram Emerix jun. dec. 764. n. 11. & 12.* ubi quod iſta dicitur antiqua conſuetudo, *& in Hiſpalen Juris ſedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Ex hoc tamen, coram bon. mem. Molo.*

Eo magis autem quando Conſuetudo requirens longius ſervitii tempus, quam novem menſium nedum non adverſatur, ſed immo eſt Juri communi 9
conformis, propter quod concilium eam tantum approbavit, & canonizavit, ut bene advertit Fagnan. *in d. cap. ad audientiam. n. 14. de Cleric. non reſiden.* ibi: *Cum de Jure communi Canonici teneantur quotidie horis Canonicis intereſſe, itaut nullum habeant certum vacationis tempus a Sacris Canonibus præfinitum, &c. Conſuetudo requirens longius ſervitii tempus, quam novem menſium, cum eſſet Juri communi conformis nihil aliud erat, quam obſervantia Juris communis, ut notant* Hoſtien. *&c. & propterea opus non fuit, ut Concilium illam expreſſe præſervaret; nam ex ſeipſo habebat Juris fomentum, & tanquam favorabilis Eccleſiæ, & Cultui Divino non egebat adjumentum, aut præſervatione Concilii, immo Concilium renovando Juris communis diſpoſitionem quoad obligationem ſervitii in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis videtur etiam tacite innovaſſe, atque approbaſſe ejuſdem Juris obſervantiam:* Ergo valet conſuetudo Juris conformis, vel ſaltem præter jus, quæ talis dicitur, ubi jus neque aſſiſtit, neque reſiſtit, po- 10
tuitque legitime induci etiam ſpatio decem annorum, ut apud Me *diſcept. Eccleſ. 16. ſub n. 18. verſic. quartus caſus* Rota *dec. 615. p. 1. diverſ.* Pignatell. *conſult. 96. n. 11. & conſult. 128. num. 20. tom. 4.* Panimol. *dec. 1. annot. 1. n. 20. bon. mem.* Anſald. *in annot. ad deciſ. 25. n. 10.* Rot. *coram Dunoz. jun. dec. 845. n. 6. & in rec. deciſ. 99. n. 12. p. 19. & in Pampilonen. Præeminentiarum 11. Decembris. 1702. Et hæc autem, coram bon. mem. Lancetta*, & in puncto conſuetudinis inductæ per Capitulum Ceccopet. *lucubr. Canon. libr. 4. n. 145. verſ. Capitulum, & Canonic.*

Firmato quod Præbendatis non liceat abeſſe a ſervitio Eccleſiæ per tres menſes quolibet anno, ſed per unum tantum juxta Conſuetudinem Eccleſiæ, dicebam, intrare de plano etiam negativam reſolutionem alterius partis primi dubii, in quo quæritur: *An liceat abeſſe per tres menſes abſque licentia Capituli?* cum enim abſentia, & vacatio ſit reſtricta ad unum menſem, itaque ſi Præbendati volunt abeſſe longiori tempore, quam unius menſis, nempe per trimeſtre, requiritur 11
pernéceſſe licentiam Ordinarii, ſeu Capituli, ac juſta, ſeu legitima cauſa, ut tradunt Fagnan. *in cap. relatum numer. 10. & ſeqq. de Cleric. non reſiden.* Ventrigl. *in*

prax.

Digitized by Google

prax. p. 1. annot. 19. §. 2. *n.* 19. Garz. *de benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 75. Barboſ. *de Canon. cap.* 24. *n.* 55. *&* Rot. *in Varmien. fructuum Canonicatus prima Decembris* 1702. §. *Et quamvis*, *coram bon. mem. Molines.*

Neque novum eſt, quod requiratur etiam licentia Capituli ad effectum abeſſendi ab Eccleſia, quando ita cautum reperitur ex Conſtitutionibus Eccleſiæ, &
12 præſertim quando Capitulum eſt Ordinarius Collator Præbendatum, & Beneficiorum Eccleſiæ, quod quidem de jure non repugnat, juxta Text. *in c. cum Eccleſia Vulterana de elect. verſ. maxime*, ubi loquitur de conſuetudine Thuſciæ, juxta quam Capitulum irrequiſito Epiſcopo eligendi Canonicos habet facultatem, & paſſim videmus in Eccleſiis Hiſpaniæ, & Germaniæ, ubi licentia abeſſendi nedum Epiſcopo,
13 ſed etiam Capitulo eſt reſervata, & reſolvit S. Congreg. *in Caditen. & Abulen.* regiſtratis apud Garz. *de Benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 315. Cecceoper. *lucubr. Canon. libr.* 2. *n.* 176. Rot. *coram Ubald. dec.* 292. *n.* 4.

Quodque Capitulum Eccleſiæ Firmanæ habeat plenum jus conferendi, necnon inſtituendi, & deſtitu-
14 endi Præbendatos, ſatis, probatur per antiquos Proceſſus, & res judicatas Rotales *cor. Lancellotte, ſeu* Pamphil. & noviſſime *in dec.* 14. *Junii* 1688. *coram bon. mem. Rondinino impreſſ. apud* Bertacchin. *Voto deciſ.* 88. *n.* 9. Unde prorſus rationabile, & congruum eſt, quod iſti Præbendati antequam ab Eccleſiæ ſervitio abeſſe valeant, obtineant, ſeu perant licentiam Reverendiſſimi Capituli, veluti Ordinarii Collatoris, a quo jus ſuum recognoſcunt, & cui propterea in reſpicientibus ſervitium Præbendæ ſubjacere tenentur.

Non obſtat, quod ubi agitur de abſentia in tempore vacationis permiſſæ per Concilium, non ſit neceſſaria licentia Epiſcopi, vel alterius Superioris. Etenim cum Sac. Concilium præſervaverit, ſeu approbaverit conſuetudinem Eccleſiæ, quæ longius ſervitium, quam novem menſium requirit, conſequenter dici non poteſt in caſu iſto, quod tempus trimeſtris ſit permiſſum per Concilium, ſed tantum unius menſis, ex ſupra demonſtratis, ideoque ad effectum abeſſendi longiori tempore, quam unius menſis, neceſſaria eſt licentia Superioris, & ſimul juſta cauſa *ex auctoritatibus jam allegatis.*

Verum diſcuttendo in abſtracto etiam quod ageretur de abſentia tempore vacationis permiſſa uſque ad tres menſes, adhuc non eſt bona conſequentia dicere, hoc eſt tempus vacationis: ergo Præbendati poſſunt abeſſe ſine licentia Superioris; Etenim in hoc
15 caſu ſequeretur abſurdum, quod omnes Canonici, & Præbendati ſimul, eodem tempore diſcedere poſſent ab Eccleſia, illamque relinquere deſertam, & omnino deſtitutam debito ſervitio, & officio, & pariter diſceſſus unius, vel alterius Canonici, aut Præbendati ſequi poſſet in ſolemnitatibus ſolemnioribus, in quibus illi nequeunt ſibi aſſumere tempus vacationis; Ad evitandum igitur hoc abſurdum, hodie receptum eſt, quod antequam Præbendati Eccleſiæ diſcedant, debeant licentiam petere ab Epiſcopo, & Capitulo, quorum arbitrio relictum eſt permittere quota pars Canonicorum, ſeu Præbendatorum poſſit abeſſe, & quota debeat remanere pro ſervitio præſtando Eccleſiæ, & prohibere, ne tempore ſolemniorum Feſtivitatum aliqui diſcedant, & quod Epiſcopo ſit permiſſum ſtatuere, ne ſine ejus licentia Canonici tempore vacationis Concilii diſcedant ab Eccleſia, reſolvit S. Congreg. *in una Terracinen.* 11. *Februarii* 1628. *& Monopolitana* 11. *Decembris ejuſdem anni apud* Barboſ. *de Canon. cap.* 20. *n.* 3. 4. *&* 5. Gavant. *in Manual. in verbo Canonicorum reſidentia in addic. n.* 1. Monacell. *in Formul. For. Eccleſ. p.* 1. *tit.* 4. *form.* 7. *n* 5. *&* 6.

Et ſic nihil contradicunt authoritates in oppoſitum allegabiles, quæ dicunt non eſſe neceſſariam licentiam, juxta Fagnan. *in c. Relatum n.* 15. *&* 16. *de Cleric. non reſid.* Garz. *de benef. p.* 2. *n.* 312. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 24. *c.* 12. *n.* 65. *de reform.* & S. Congreg. *in Adrien.* 8. *Maii* 1649. *ſuper quarto dubio* ibi: *An idem Epiſcopus prohibere poſſit abſentiam de Jure permiſſam abſque ejus licentia in ſcriptis:* ibi: *non poſſe prohibere:* ſunt enim intelligendæ, quod ea neceſ-
ſaria nequaquam ſit ad effectum obtinendi vacantiam, 16
quam Præbendati habent a Concilio, non autem circa modum diſcedendi, dum nequeunt Canonici omnes, vel pro majori parte diſcedere, ſed ſolum pro tertia parte, & omnino diſcedere eſt prohibitum diebus Dominicis, & feſtis totius anni, diebus Adventus, Quadrageſimæ, Octavarum Nativitatis, & Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, & propter hanc rationem Superioris licentia requiritur, quemadmodum in puncto explicat Monacell. *in formul. p.* 1. *ubi ſupra n.* 6. *& p.* 2. *tit.* 13. *form.* 2. *n.* 65. *in fin. fol. mihi* 61. ibi: *Abeſſe autem ab Eccleſia & vacationibus uti non poſſunt diebus Dominicis, & feſtis totius anni, nec diebus Adventus, Quadrageſimæ, &c. & nunquam a ſervitio eodem tempore ultra tertiam partem abeſſe debent, & ideo poteſt Epiſcopus edicere, ne ſine ejus licentia abeſſe valeant:* Barb. *de Canon. cap.* 20. *n.* 5.

Quemadmodum igitur neceſſaria eſt licentia Epiſcopi ex rationibus mox adductis, itaut poſſit hoc ſtatuere, ita poterit Capitulum deſuper condere Statu-
tum, ſeu Conſtitutionem, in qua licentia ipſius Ca- 17
pituli, ſeu ejus Præpoſiti annualis fuerit volita, & requiſita, antequam Præbendati, & Canonici tempore vacationis diſcedere poſſint; nam agitur de materia, quæ non ſoli Epiſcopo, ſed etiam ejus Capitulo eſt reſervata tanquam reſpiciens ſervitium Eccleſiæ, cui Capitulum principaliter, & magis ſtricte invigilare ſolet, ac tenetur, ut reſolvit S. Congreg. in prædictis Gadicen. & Abulen. apud Garz. *ubi ſupra n.* 315. ibi: *Non tamen omnes Canonicos poſſe abeſſe eodem tempore, ne Eccleſia defraudetur ſuo debito ſervitio, ſed tantum eam quotam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Epiſcopi, vel Capituli;* Cecceoper. *lib.* 2. *lucubr. Canon. n.* 76. ibi: *Et advertendum non licere memorato trium menſium ſpatio omnes Canonicus eodem tempore abeſſe a Choro, ſed tantum quartæ parti arbitrio Epiſcopi, & Capituli:* *Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p.* 3. *cap.* 2. *n* 21. ibi: *Sed tantum ea quota pars, quæ videbitur arbitrio Epiſcopi, & Capituli;* eoque magis in caſu iſto, ubi Capitulum eſt Ordinarius Collator Præbendatum, itaut Præbendati quoad licentiam abeſſendi ab eo dependere, illique ſubjacere debeant, vel ſaltem potuit illa determinari per Statutum.

Etenim concurrunt antiquæ Conſtitutiones editæ per Capitulum de anno 1535. ubi diſpoſitum reperitur, non eſſe licitum Præbendatis: *Partirſi per andare fuori della Città, da dimorarvi ſenza eſpreſſa*
licenza del Capitolo: Quod ſane antiquiſſimum Statu- 18
tum oſtenditur legale, & in forma probanti, & idem ſervandum venit, quamvis in eo deficeret Epiſcopi aſſenſus, ſeu authoritas, quoniam in concernentibus ſervitium Eccleſiæ, & ſignanter reſidentiam, habet Capitulum plenam facultatem ſtatuendi etiam ſine Epiſcopo, quoties Statutum non eſt diminutivum Cultus divini, & muneris Eccleſiaſtici, ſed immo in ejus, & Juris communis favorem, ut ex Text. *in c. Cum dilectus de Cleric. non reſid.* & reſpondendo contrariis bene probat Berous *in c. Cum omnes de conſt. n.* 38. *&* 39. ibi: *Licet ſoli Canonici ſuper reſidentia contra Jus commune ſtatuere non poſſint permittendo fructus in abſentia recipi, & ſic minuere Cultum divinum quem decet potius augeri, quam minui, tamen quando ſoli Canonici ſuper reſidentia valeant ſtatuere ad Juris communis favorem, ut quod Clerici reſidere tenerentur alioquin redditibus uti non poſſint, tunc tale Statutum eſſet validum abſque Epiſcopo. &c. & iſtud Statutum non diceretur contra utilitatem Eccleſiæ, nec etiam contra Cultum divinum, immo per illud augeretur Cultus, & utilitas, ergo valere debet:* & concordat Rot. *cor. Celſ. dec.* 12. *n.* 15. *in fin. & in Ilerden. Statuti cor. Corduba apud* Marcheſan. *de Commiſſ. p.* 1. *dec.* 3. *n.* 1. *verſ. Neque obſtat fol.* 274.

Datur nanque in hoc puncto regula, ut exceptis negotiis arduis, & gravibus, in quibus nequit Capitulum ſtatuere abſque Epiſcopo, in cæteris, quæ ſunt
leviora, & reſpiciunt rectum Eccleſiæ ſervitium, ac 19
regimen, Capitulum poteſt tanquam in re ſua ſtatue-

te irrequiſito Epiſcopo, juxta theoricam *gloſſ. in cap. 2. in verbo Statutum de verbor. ſignific. in ſexto*, Barboſ. *de Canon. cap. 42. num. 15.* Lotter. *de re benefic. libr. 2. quæſt. 14. n. 88.* Ceccoper. *lucubr. canon. lib. 4. num. 133. & 147.* ubi de Statuto, quod Canonici infirmi extra locum reſidentiæ nequeant participare de diſtributionibus, Fragoſ. *de regim. reip. lib. 1. diſp. 23. §. 2. numer. 16.* Caſtropal. *Oper. moral. tom. 2. tit. de horis Canon. diſput. 3. punct. 9. §. 13. num. 20.* Rot. *in Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2. Julii 1700. §. Minuſque cor. bon. mem. dell'Olmo, & in Monaſterien. Canonicatus 18. Martii 1707. §. Nec relevare, coram Eminentiſſimo Scotto.*

Sed credebam inutile, ac ſuperfluum inquirere, an prædictum Statutum ſubſiſtat abſque conſenſu Epiſcopi; Cum enim hujus authoritas non ſit neceſſaria in ipſo actu conditi Statuti, ſed poſſit ſupervenire ex 20 poſt facto quandocunque, ut ait Ceccoper. *lucubr. Canon. lib. 4. n. 134. 135. & 136.* ibi: *Advertendum, Capitulum, & Canonicos non poſſe circa ardua, & graviora, quæ non concernunt debitum ſuæ Eccleſiæ ſervitium, nova Statuta edere, niſi accedente conſenſu Epiſcopi, &c. Iſte Epiſcopi conſenſus, qui dicitur eſſentialis, non exigitur neceſſario in ipſo actu, &c. in Statutis vero, quæ fiunt a Canonicis, ſatis eſt poſtea conſenſum præſtari, atque Epiſcopo ratificante convaleſcunt Statuta de rebus gravibus peracta, quæ ante nullius erant roboris;* Iſte propterea conſenſus Epiſcopi ſuperveniſſe præſumitur ex Obſervantia ſubſecuta fere biſcentum annorum, & tam ante, quam poſt publicationem 21 Sac. Concilii Tridentini introducta, & continuata, cum pro validitate Statuti ſufficiat conſenſus tacitus Epiſcopi, ut tradit Adden. ad Burat. *dec. 758. num. 10.* ibi: *Et ſufficit conſenſus tacitus Epiſcopi, quia ſcivit, & paſſus fuit Statuta per Capitulum facta:* Ceccoper. *d. lib. 4. n. 136. verſ. immo*, Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 32. n. 15. in fin.* Rot. *dec. 604. n. 2. p. 4. tom. 2. rec.*

Et quod conſenſus Epiſcopi præſumatur ex obſer- 22 vantia maxime in negotiis propriæ Eccleſiæ Cathedralis, & ſui Capituli, cum quo aſſidue verſatur, & unicum corpus efformat, tradunt Maſcard. *de probat. concluſ. 1316. numer. 15.* Lambertin. *de Jurepatron. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 8. nu. 1. &* Rot. *in Majoricen. Jurispatronatus 16. Maii 1704. §. Reſponſione, coram bon. mem. Muto*, immo cum agatur de Obſervantia centenaria, non ſolum præſumitur Statutum fuiſſe ab omnibus pro tempore Epiſcopis ratificatum, & approbatum, ſed etiam inducitur præſumptio beneplaciti Apoſtolici, cum Centenaria præſumat meliorem titulum de Mun- 23 do, & per conſequens confirmationem Statuti factam in forma ſpecifica per Sedem Apoſtolicam, ut ſæpe firmavit Rot. *dec. 551. n. 7. & dec. 533. n. 17. part. 9. rec. & in Theatina Juriſdictionis 14. Maii 1708. §. Et licet, coram Eminentiſſimo Scotto.*

Quamvis de cætero ad effectum præſumendi interventum Beneplaciti Apoſtolici non exigatur Cente- 24 nariam, ſed ſufficiat ſolus lapſus 30. vel 40. annorum cum obſervantia, Gratian. *diſcept. 867. n. 50.* Duran. *deciſ. 459. n. 5.* Merlin. *dec. 638. n. 4. & in rec. dec. 107. n. 24. p. 7. & dec. 26. n. 29. p. 10. & dec. 15. n. 23. p. 11.* Unde ſtante Centenaria, poteſt allegari præſumptio cujuſcunque alterius tituli melioris, veluti acceptationis Statuti factæ per Præbendatos per viam Concordiæ, & pacti, cum approbatione, & conſenſu Epiſcopi, & confirmatione Sedis Apoſtolicæ in forma ſpecifica, itaut vanitas videatur poſt duo fere Sæcula controvertere va- 25 liditatem Conſtitutionum Capitularium, per ea, quæ de vitibus Centenariæ obſervantiæ annotarunt Roſa *conſult. 12. n. 21. & ſeq.* Theſaur. jun. *quæſt. foreſ. libr. 2. quæſt. 17. n. 15. & 17.* Fontanell. *dec. 217. n. 19. lib. 1.* Ronca *diſp. jur. c. 59. n. 5. & ſeq. & c. 70. n. 12. bon. memor.* Anſald *in annot. ad dec. 36. n. 40. & dec. 38. n. 16.*

Hæc autem obſervantia Conſtitutionis Capitularis primo deſumitur, ex quo ea perpetuo affixa reperitur in 26 parietibus Sacriſtiæ, quo caſu præſumitur fuiſſe ſemper in viridi obſervantia, ut in terminis punctualibus dixit Rot. *in Albaracien. Canonicatus coram bon. mem. Molines impreſſa apud Me diſceptat. Eccleſiaſt. 4. num. 134. & in Leodien. Canonicatus prima Julii 1707. §. Ad demum, coram Eminentiſſimo Scotto.*

Secundo, & Obſervantia hæc poſitive reſultat ex Teſtibus formiter examinatis in Proceſſu ad Sacram Congregationem tranſmiſſo, qui deponunt de caſibus licentiarum, quas petierunt Præbendati pro tempore a Reverendiſſimo Capitulo, ad effectum ſe abſentandi ab Eccleſia, & Civitate, quibus accedit graviſſimum teſtimonium, tum ipſius Illuſtriſſimæ Communitatis 27 Firmi, tum etiam quindecim Civium de Primariis Familiis ejuſdem Civitatis, ex quo cumulo probationum manifeſta redditur obſervantia Statuti Capitularis, prout deciſum fuit *in Derthuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §. Tum etiam ex pluribus, coram bon. mem. Pio.*

Tertio demum reſultat ex actibus geſtis per Capitulum contra illos, qui ſe abſentarunt abſque petitione licentiæ quia nempe fuerunt mulctati ad formam Statuti, ut ex actibus incipientibus ab anno 1598. & 28 continuantibus uſque ad annum 1707. & qui probati remanent ex Libris Decretorum, & reſolutionum Capitularium, qui plenam faciunt probationem contra ipſos Eccleſiæ Reſidentes, ut apud Rot. *dec. 598. num. 16. coram Burat. & in Leodien. Canonicatus 1. Julii 1707. §. Comprobata, & in Monaſterien. Canonicatus 18. Martii ejuſdem anni §. Inſubſiſtens, & 20. Januarii 1708. §. Abſque eo quod, coram Eminentiſſimo Scotto.*

Non relevante, quod ex relatis actibus conſtet quidem de mulcta ad formam Statuti, ſed quod ea poſtmodum fuerit per Capitulum remiſſa, & condonata. Cum enim id ſucceſſerit ad ſupplicationem Præbendatorum, qui paſſi fuerunt mulctam, hinc fortior evadit obſervantia, cum prædicti Præbendati re- 29 currendo ſupplices ad Capitulum pro condonatione pœnæ, dicantur agnoviſſe, & approbaſſe Juriſdictionem Capituli, & per conſequens obſervantiam Statuti, quod eos ligabat, ut in his terminis præciſis dixit Rot. *in Urgellen. ſervitutum 15. Martii 1697. §. Tertio quoque, cor. bon. mem. Urſino, & in d.* Derthuſen. *Juriſdictionis 6. Febr. 1696. §. Tum etiam cor. bon. mem. Pio.*

Tranſeundo ad ſecundum Dubium, dicebam eſſe omnino reſolvendum Alexandro Fabritio *Præbendato nullas deberi diſtributiones*, & quidem eas nec deberi toto tempore, quo ab Eccleſiæ ſervitio abſens fuit, nec etiam ſpatio trium annorum; Et ſane cum tempus abſentiæ conſiſtat in anno, & ultra, nulla eſt difficultas, quominus hoc tempore amiſerit diſtributiones, etiam computatis Menſibus vacantiæ; Etenim firma eſt concluſio, quod etiam in Menſibus, quibus Canonici, & alii Eccleſiæ Præbendati gaudent vacationibus infra annum, licet non amittant fructus Præben- 30 dæ, amittunt tamen ipſas diſtributiones, quia Concilium Tridentinum nunquam dedit hoc Privilegium, ut indulgendo tempus vacantiæ, voluerit etiam indulgere diſtributiones, ut in puncto, quod tempore vacationis Concilii, Canonici amittant diſtributiones, ſæpe reſolvit Sacra Congregatio Concilii apud Pariſ. *de Reſignat. lib. 1. quæſt. 10. num. 65.* Pignattell. *conſult. 129. n. 1. & 2. cum ſeqq. tom. 1.* Panimoll. *dec. 20. annot. 3. num. 23.* & late Eminentiſſimus Petra *ad Conſtitut. Apoſt. tom. 3. ad Conſtit. 9. Bonifacii VIII. n. 23. & 26.* ubi refert recentiores reſolutiones Sacræ Congregationis *in Piſauren. 14. Junii 1670. & in Sueſſana 18. Auguſti 1708. in reſponſione ad tertium*, & Ego ſcripſi *diſcept. Eccleſ. 1. n. 2.*

Si diſtributiones amittuntur tempore vacationis de Jure Sacri Concilii permiſſæ, fortius tempore ulteriori extra illud vacationis, ubi abſentes nunquam lucrari valent diſtributiones, niſi concurrat juſta cauſa 31 neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, & ſimul licentia Superioris, juxta Text. *in cap. unico de Cleric. non reſiden. in 6.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 53. numer. 171.* Garz. *de Benefic. part. 3. capit. 2. numer. 362.* Panimoll. *dec. 20. annot. 3. num. 31. & 48. & 82.* Rot. *dec. 608. n. 1. p. 1. rec.*

Neque adverſatur, quod Fabritius reportaverit in Sacra Congregatione Concilii Indultum abeſſendi ultra tempus vacationis, quoniam hoc operatur quidem, ut Indultarius non amittat fructus Præbendæ, non autem, ut lucretur diſtributiones quotidianas, quæ nunquam cenſentur conceſſæ, niſi in Indulto ſpeciali-

cialiter exprimantur Covarr. *var. reſ. lib. 3. cap.* 13. *n.* 2. Monet. *de diſtribut. p.* 2. *q.* 14. *n.* 21. Caſſador. *dec.* 1. *n.* 2. *& ſeq. de Cleric. non reſid.* Panimoll. *dec.* 20. *annot.* 3. *n.* 29. & apud Me *diſcept. Eccleſ.* 1. *n.* 5. *in fine verſ. & in ſpecie*; Indultum nanque operatur, ut quis licite abeſſe poſſit tempore de Jure non permiſſo; Unde non poteſt plus operari, quam ipſa vacantia permiſſa ex Concilio, in qua diſtributiones non debentur.

Sed non ſolum tempore abſentiæ unius anni, & ultra, quo Fabritius Eccleſiæ ſervitio deſuit, diſtributiones non debentur, ſed nec minus ſpatio trium annorum, eo quia quolibet anno ſe abſentavit ab
33 Eccleſia abſque licentia Capituli, neque obtenta, neque petita, quo caſu juxta ſuperius enarratum Statutum Capitulare incidit in pœnam amiſſionis diſtributionum totius anni, etiam pro tempore, quo ſervitium præſtitit, ut in ſpecie, quando ſolum non fuit petita licentia Capituli, quæ de cætero fuiſſet ab eo denegsnda, dixit Rot. *coram Ubald. dec.* 202. *n.* 3. *&* 4. *& dec.* 288. *n.* 9.

Nequaquam obſtante, quod hæc pœna non po-
34 tuerit valide apponi in eodem Statuto tanquam exorbitans, & exceſſiva, juxta firmata per Rot. *in Ilerden. Statuti* 16. *Martii* 1705. §. *In nihilo, cor. bon. memor. Muto*; Etenim Concluſio hæc procederet, quando Statutum eſſet ſimpliciter Capitulare, abſque approbatione Epiſcopi, vel Sedis Apoſtolicæ, in quibus terminis loquitur Rot. *in d. Ilerden. ubi ſupra*, ſecus tamen eſt, quoties illud fuit per Sedem Apoſtolicam confirmatum, & confirmatio deſumitur ex Obſervantia pluſquam centenaria, in his enim terminis, cum Centenaria præſumat meliorem titulum de Mundo, per conſequens præſumendo confirmationem Apoſtolicam in forma ſpecifica, non autem communi tanquam titulum meliorem, reddit Statutum validum etiam quoad pœnas a jure exorbitantes, ſecundum firmata apud Jov. *de ſolemn. in contract. min. gloſ.* 8. §. 6. *n.* 1. Rot. *dec.* 267. *n.* 17. *&* 18. *p.* 16. *& dec.* 127. *n.* 28. *p.* 17. *rec. & in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonic.* 7. *Martii* 1701. § *Quo vero cum ſeqq. cor. Eminent. Scotto.*

Verum nec etiam pœna amiſſionis diſtributionum totius anni dici valet exceſſiva, reflectendo, quod de jure eſt, ut abſens in vacantia per Concilium permiſſa, & tempore, quo Eccleſiæ ſervitium non præſtitit, amittat diſtributiones, ex doctrinis ſupra
35 adductis. Unde ſi Statutum adjeciſſet ſolum illam pœnam amiſſionis diſtributionum pro tempore duntaxat abſentiæ, fuiſſet ſuperfluum, & nihil operaretur in pœnam Contumacium, & in favorem Cultus divini; juſtum ergo fuit, & omnino congruum, ut apponeretur pœna præter illam de jure ſubintellectum, ut nempe non obtenta, neque petita licentia Capituli, Abſens faceret jacturam diſtributionum totius anni, & ſic metu pœnæ arcerentur Eccleſiæ Præbendati, ſeu abſtinerentur ab abſentia, & defectu ſervitii Eccleſiaſtici, Rot. *cor. Priolo dec.* 69. *nu.* 14. *& ſeqq. & cor. bon. mem. Anſald. dec.* 12. *n.* 61. *& cor. Emerix Jun. dec.* 993. *n.* 10. *& cor. Cavaler. deciſ.* 143. *n.* 5. *& in rec. dec.* 85. *n.* 9. *p.* 10.

Neque hæc pœna dici valet exorbitans, attenta circumſtantia, quod diſtributiones hujus Eccleſiæ ſunt modicæ quantitatis, & propterea juſta ratione Statuentes adjecerunt pœnam amiſſionis diſtributionum totius anni, nec alias Canonici, aliique Eccleſiæ
36 Reſidentes ob levitatem jacturæ diſtributionum allicerentur ad negligendum Eccleſiæ ſervitium, magis exiſtimando indulgere vacationi, & recreationi, quam miſeriæ modici lucri, juxta ea, quæ concurrente aliqua cauſa circa augendam pœnam docent *Text. in l. Quid ergo*, §. *Pœna gravior*, *ff. de iis qui notantur infamia*, *& l. Hodie*, *ff. de pœnis*, Joſeph. Ludovic. *dec. Lucen.* 15. *n.* 58. *& ſeqq.* Tiraquell. *de pœnis tempor. in præf. n.* 16. *& ſeqq.* Farinacc. *de delict. & pœnis quaſt.* 17. *numer.* 7.

Sacra Congregatio Concilii præadductis duobus dubiis ſub die 18. Novembris 1712. ſibi propoſitis reſpondit ad primum: *licere abeſſe per menſem ſine li-*
37 *centia Capituli*, & ad Secundum: *Negative, & recedat Fabritius.* Ego autem circa reſolutionem primi dubii advertendum cenſeo, an S. Congreg. excludendo licentiam Capituli videatur excluſiſſe licentiam Epiſcopi, in cujus arbitrio reponitur quot Canonici debeant remanere in Eccleſia, & quot poſſint diſcedere in vacantia per Concilium conceſſa 10; hoc
puncto ſeſe offert traditio Criſpin. *in Tract. de Viſit.* 38
Paſtoral. p. 2. §. 19. *n.* 10. *&* 11. ubi quod ſpectat ad Epiſcopum diſtribuere Canonicis tempore vacationis mediante declaratione, ſeu Decreto deſignante quot Canonici, uno eodemque tempore abeſſe poſſint, quodque hæc abſentia contingere non debeat tempore Quadrageſimæ, & Adventus, neque in principalioribus anni feſtivitatibus, ut reſolvit S. Congreg. Concilii in Auximana 11. Junii 1631. *tom.* 14. *Decretor. pag.* 468 & quod facta per Epiſcopum hac decla-
ratione, ſeu Decreto non teneantur Canonici petere 39
licentiam Epiſcopi, quando abeſſe volunt temporibus permiſſis, ſed adhuc eam petere teneantur quando volunt abeſſe extra Diœceſim, quo caſu Epiſcopus hujuſmodi licentiam ſibi petitam denegare non poſſit ſine rationabili cauſa, juxta aliam reſolutionem Sacræ Congregationis 9. Maii 1612. hæc Ego vera
puto, ſed ubi vigeret Statutum, aut Conſuetudo, 40
quod requiratur etiam licentia Capituli, hæc etiam neceſſaria foret, nec ſatis eſſet illa ſolius Epiſcopi, immo, ſi Epiſcopus non feciſſet decretum, ſeu declarationem, ut ſupra, ſicut arbitrium relinquitur Epiſcopum, & Capitulo circa quotam Canonicorum, qui remanere debent, & abeſſe valent ex allegatis ſupra n. 17. ſic utriuſque licentia expetenda foret, niſi Conſuetudo, aut Statutum diſponerent in contrarium.

NUSCANA JURIS PRÆCEDENDI.

ARGUMENTUM.

Inter duas Collegiatas præcedentia debetur Antiquiori, prout etiam Inſigni, non obſtante quod qualitas Collegialitatis non per Bullam Erectionis, ſed per enunciativas, ſigna, & conjecturas deducatur; & qualia ſint iſta ſigna, & enunciative, quæ Collegialitatem concludant.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Præcedentia debetur Collegiata antiquiori.*
3 *Item inſigni, & n.* 50.
4 *Collegialitas probatur per ſigna, & conjecturas; amplia, ut n.* 5.
6 *Probatur ex enunciativis Epiſcoporum, & aſſertivis, & n.* 11.
7 *Verbum*, eſt, *quid ſignificet.*
8 *Appellatione Presbyterorum, & Clericorum olim intelligebantur Canonici.*
9 *Hac expreſſio non excludit Collegialitatem.*
10 *Nec etiam qualitas Eccleſiæ non numerata, & receptitia.*
12 *Eccleſia poteſt eſſe ſimul Collegiata, & Parochialis.*
13 *Quando actus non dicatur ſuſpectus.*
14 *Collegialitas probatur per expreſſionem Collegiata cum Dignitatibus, & Clericis, num.* 16. *&* 19.
15 *Necnon exiſtentia Primicerii.*
17 *Item ab aliis expreſſionibus.*
18 *Actus ſequentes declarantur ab antecedentibus; & numer.* 23.
20 *Ex quibus aliis probetur Collegialitas, num.* 21. 24. *&* 25. *&* 26.
22 *Vacatio in Beneficiis præſumitur ſingulis* 15. *anni.*
26 *Appellatione conſuetudinis antiqua continetur etiam Centenaria.*
27 *Collegialitas probatur per rem judicatam.*
28 *Res judicata tollit omnem ambiguitatem.*
29 *Declaratio ſubſequens detegit quidquid erat ante;*

30 *Collegiata olim poterant erigi auctoritate Ordinaria, & hæc facultas uſquequo duraverit.*
31 *Erectio Collegiata auctoritate Apoſtolica præſumitur ex obſervantia centenaria.*
32 *Confirmatio ſtatum præteritum deſignat, & retrotrahitur.*
33 *Confeſſio Procuratoris non officio Principali, ſi eſt erronea revocata per Principalem, & improbata per Judicem.*
34 *Proviſiones per Datariam facta tanquam de prima Dignitate probant veteram Collegiatam.*
35 *Qualitas inſignis Eccleſiæ ex quibus deſumatur.*
36 *Habitus cum Mozzetta coloris violacei, quo utuntur Canonici, eſt ſignum Collegiatæ Inſignis.*
37 *Inſignitas Eccleſiæ probatur ex relationibus Epiſcoporum.*
38 *Continuatio in poſſidendo rem judicialiter impugnatam monſtrat impugnationem fuiſſe rejectam.*
39 *Inſignitas Eccleſia probatur ab exiſtentia ibidem Palatii Epiſcopalis.*
40 *Inſignitas Collegiata reſultat ex proviſionibus Apoſtolicis de prima Dignitate cum onere aſſumendi gradum Magiſterii, vel Doctoratus in Jure Canonico, & n.41. amplia, ut n.42.*
43 *Concurſus an practicetur in principali Dignitate Collegiata, cui imminet Cura Animarum.*
44 *Stantibus ſubſequentibus præſumuntur antecedentes proviſiones contrario non probato.*
45 *Inſignitas prætendi non poteſt quando reſiſtit titulus.*
46 *Inferiores naturaliter æmulare ſtudent cum Superioribus.*
47 *Mozzetta geſtari non poteſt per Canonicos, niſi habeant ſpeciale privilegium Apoſtolicum.*
48 *Parochia filialis ſi erigatur in Collegiata præcedit ſuam Matricem.*
49 *Sed ſi Matrix poſtea erigatur in Collegiatam, præcedit illam filialem prius erectam in Collegiatam, & de ratione.*
41 *Cardinalis junior Ordine major præcedit Antiquiori in Cardinalatu Conſtituto in Ordine inferiori, ſecus ſi iſte poſtea aſſequatur eundem Ordinem majorem.*
52 *An hoc procedat quoad Canonicos.*
53 *Reprobatur* Card. de Luc. de præemin. diſcurſ. 9. *n.5. & 6.*

DISCEPTATIO CXVI.

CONtendebant inter ſe ſuper præcedentia Capitula duarum Eccleſiarum Collegiatarum, alterum nempe Collegiatæ Terræ Balneoli, & alterum Collegiatæ Terræ Montellæ Nuſcanæ Diœceſis, cumque de anno 1704. in Judicio poſſeſſorio Ordina-
1 rius pronunciaſſet manutenendum eſſe Capitulum Montellæ in quaſi poſſeſſione præcedendi per Sententiam, deinde confirmatam in gradu appellationis, coram tunc A. C. Vincentino, delata Cauſa ad S. Rotæ Auditorium in prima diſputatione habita ſub die 20. Jan. 1712. coram Eminentiſſimo Scotto, reſponſum fuit, quod videretur de bono Jure etiam ad effectum manutentionis quo diſcuſſo nulla capta fuit reſolutio ob ſuffragiorum diſcordiam, & ignoro, quid poſtea ſecutum fuerit.

Scribens Ego per Capitulo Balneoli ſubſtinebam ex duplici capite deberi præcedentiam eidem Capitulo reſpective ad Capitulum Montellæ, primo ſcilicet, quia Collegiata Balneoli erat longe antiquior comparative ad illam Montellæ, & ſecundo quia erat Collegiata inſignis, quando illa Montellæ vix
2 mereri poterat nomen Collegiatæ, unde ſive ex uno, ſive ex altero capite, ſemper conſtabat de bono jure Capituli Balneoli ad effectum præcedentiæ, ut in terminis primæ propoſitionis, quod Collegiata antiquior præcedat minus antiquæ tradunt Fagnan. *in cap. cum certum ſub n.30. de major. & obed.* Rot. *coram Pamphil. dec. 92.* ibique Adden. *n.13.* & apud Me *diſcept. Eccleſ. 9. nu. 8.* & Rota *in Andrien. Præeminentiarum ſuper bono jure 12. Febr. 1600. §. Compertum, coram Reverend. Aldrovando Decano, & in Lucana Præeminentiarum 28. Junii 1700. §. Quibus, & 12. Martii 1703. §. Inconcuſſa, coram bon. memor. Molinee,* quæ ſunt impreſſæ apud Palm. Nep. *deciſ. 319. n.3. & 320. n.1. tom.4.*

Et in terminis ſecundæ ſæpe reſolutum fuit in S. Congregat. Rituum ſignanter in Firmana 24. Maii 1612. apud Barboſ. *in ſumm. Apoſtolic. deciſ. in verb. Collegiata Eccleſia n 5.* ubi quod Collegiata inſignis licet recentior, & moderna præcedit aliis Collegia- 3
tis non inſignibus licet antiquioribus, & prius erectis, quod repetit *in tract. de Canon. cap. 2. num. 19.* Ceccoper. *lucubr. Canonic. lib. 1. n. 73.* ac etiam reſolutum fuit per eandem S. Cong. in Caſtellana Præcedentiæ 13. Febr. & in Novarien. 8. Maii 1700. apud Monacell. *in formul. for. Eccleſ. p. 1. tit. 2. formul. 4. n. 22.* Tondut. *q. beneſ. p. 2. cap. 2. §. 2. n. 13.* & in alia reſolutione 14. Auguſti 1666. ibi: *Præcedentiam in Synodo, aliiſque Eccleſiaſticis Functionibus deberi Collegiata inſigni Seminara, non autem Collegiata ſimplici Terræ Pizzi, non obſtante, quod dicta Collegiata ſimplex ſit antiquioris erectionis, & in Nolana Præcedentia 24. Junii 1699. ad reſolutionem clar. mem. Card. Coloredi, & noviſſime eadem S. Congreg. in Januen. Præcedentia 19. Julii 1710. in reſponſione ad tertium ad relationem Eminentiſſimi Dom. Card. Barberini.*

Aggrediendo igitur primum fundamentum ſuper antiquioritate hujus Collegiatæ Balneoli, præmittebam receptiſſimam in jure propoſitionem, quod Col- 4
legialitas per duplicem modum probari valet, vel ſcilicet per Bullam erectionis, vel ea deficiente per ſigna, argumenta, conjecturas, & præſumptiones eandem Collegialitatem inferentes, & concludentes, juxta theoricam Hoſtien. *in c. nobis n. 1. de Jurepatr.* Lottet. *de re beneſ. libr. 1. q. 14. n. 54.* Barboſ. *de Jure Eccleſ. lib. 2. cap. 6. n. 5.* Mant. *dec. 215. n. 1.* Rota *dec. 234. n. 2. & ſeqq. p. 16. & dec. 469. n. 16. p. 19.* Royas *dec. 340. n. 2.* Merlin. *dec. 87. la 2. n. 6. & 7.* & poſt Ucceol. *de tranſact. dec. 85. n. 11. & in Reatina Archipresbyteratus 1670. §. Conjectura, cor. Bevilacqua, & in Maceraten. Archipresbyteratus 27. Junii 1707. §. Collegialitas, cor. bon. mem. Kaunitz, & in Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntina 26. Jan. 1711. §. Illudque confirmans, cor. Eminent. Falconerio Eminent. Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom. 3. ad Conſtitut. 7. Innoc. IV. ſect. 2. n. 16. ſol. 70. & plene ego ſcripſi diſcept. Eccleſ. 7. n. 9.*

Quæ propoſitio indiſtincte procedit ad omnes, & quoſcunque effectus, & conſequenter etiam ad effectum præcedendi, ut late deciſum fuit in d. Lucana 5
Præeminentiarum, cor. Molines apud Palm. Nep. *dec. 319. & 320. nu. 1. & ſeqq.* ac etiamſi agatur contra Collegiatam, quæ docet de ſua Collegialitate per Bullam erectionis, adhuc enim ſi per ſigna, & conjecturas oſtendatur ante erectionem unius Collegiatæ alteram præextitiſſe in ſtatu, & poſſeſſione Collegialitatis, præcedentia debetur antiquiori, quæ abſque Bulla erectionis probavit Collegialitatem ſuam per æquipollens, per ſigna ſcilicet, præſumptiones, & conjecturas contra aliam Collegiatam, quæ Bullam exhibet ſuæ erectionis, ut articulo funditus examinato reſolvit S. Cong. Rituum in Januen. Præcedentiæ 19. Julii 1710. ad relationem Eminent. Barberini, ubi erat caſus, quod Collegiata de Carignano docebat de ſua erectione per Bullam Gregorii XIII. altera autem Collegiata S. Mariæ Vinearum Collegialitatem probabat per ſigna, & conjecturas ante tempus Greg. XIII. & fuit reſolutum in primo dubio, conſtare de Collegialitate S. Mariæ Vinearum, & in ſecundo dubio, illi tanquam antiquiori deberi præcedentiam ſupra Eccleſiam de Carignano, ea ratione, quod nihil refert aliquid probari expreſſe, vel per æquipollens.

Ex pluribus autem ſimul junctis pro certo habebatur Eccleſiam Balneoli fuiſſe Collegiatam longe prius erectam, quam Collegiata Montellæ, quæ ſuam erectionem deſumit ab anno 1515. & quidem primo loco hanc præexiſtentem Collegialitatem univoce concludebam Bullam Unionis quorumdam Beneficiorum factæ

eidem

eidem Eccleſiæ, uſque de anno 1492. ab Epiſcopo
Nuſcano, qui in eadem Bulla Unionis non enun-
ciative, ſed aſſertive declaravit uſque tunc Eccleſiam,
cui beneficia uniebat, fuiſſe Collegiatam, ibi: *Eſt-*
que dicta Eccleſia S. Mariæ Collegiata: repetendo
hanc Collegialitatem per quinque alias vices per to-
tam Bullam Unionis, ſi enim in hac materia tam
S. Congreg. quam S. Rotæ Auditorium ad probandam
Collegialitatem judicarunt ſufficere enunciativas E-
piſcoporum, quibus tanquam informatis de ſtatu ut
Eccleſiarum propriæ Diœceſis plene diſerendum ve-
nit, in individuo inquit Fagnan. *in c. poſtulaſti n.* 14.
& 15. *de Jurepatr.* ubi allegat rationem præjudicii E-
6 piſcoporum in his enunciativis, ibi: *Præſertim cum*
in tribus ex prædictis Inſtrumentis ſint enunciativa ipſius
Epiſcopi Marſicen. vel ejus Vicarii, qui prædictam Ec-
cleſiam non appellaſſent Collegiatam niſi talis fuiſſet,
ex quo de eorum præjudicio in electione ad Collegium
ſpectante agebatur: ſequitur Card. de Luc. *de Praem.*
diſc. 51. *n.* 6. Eminentiſs. Petra *ad Conſtit. Apoſtolic.*
tom. 3. *ad Conſtit.* 7. *Innocentii IV. ſect.* 2. *n.* 34. Rota
dec. 469. *n.* 18. *p.* 19. *rec.* cum aliis relatis *in Comen.*
Canonicatus 6. *Febr.* 1704. §. *Viſa fuit cor. Eminent.*
Scotto, & in Materanen. Archipresbyteratus 27. *Ju-*
nii 1707. §. *Collegialitas, cor. bon. mem. Kaunitz, &*
in dicta Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguuti-
næ §. *Aſſumptum, cor Eminentiſs. Falconerio.*

Quid ſane dicendum erat in caſu iſto, ubi in al-
legata Bulla Unionis anni 1492. Epiſcopus non ap
pellavit Eccleſiam Collegiatam per enunciativas, ſed
per claram, & litteralem aſſertivam dicendo ibi: *Eſt-*
que dicta Eccleſia S. Maria Collegiata: quod ſane
verbum notabile, EST, proprietatem, & eſſentiam
Collegialitatis denotant, canoniazat, & declarat,
juxta firmata apud Barboſ. *diction.* 108. *n.* 1. Seſſe *de*
7 *inhibit. c.* 9. §. 1. *n.* 41. Rebuff. *in l. recte dicimus* 25. *ff.*
de verb. ſignif. ubi quod tale verbum denotat verita-
tem, & excludit ſimilitudinem, & quamcunque in-
terpretationem, ut in §. *Secundo*, ibi: *Verbo, EST,*
utitur quod veritatem denotat non vero ſimilitudinem,
nec interpretationem, Bald. *in l. qua fortuitis nu.* 28.
C. de pignorat. action. ibi: *Quia ſum, es, eſt, denotat*
veritatem, eo quod demonſtrat ſubſtantiam.

Corruente reſponſione in oppoſitum adducta, quod
in eadem Bulla Unionis Epiſcopus exprimendo Col-
legiatam ſubjecerit: *in qua ſerviunt Presbyteri:* qua-
ſi ab expreſſione Presbyterorum ſervientium dubita-
ri poſſit Eccleſiam non fuiſſe veram Collegiatam,
ſed potius receptitiam Presbyterorum; Etenim refle-
ctebam, quod appellatione Presbyterorum antiquis
temporibus intelligebantur Canonici, ſicut etiam ta-
ler intelligebantur appellatione Clericorum, *ut in Ca-*
non. Epiſcopus Nullius 15. *q.* 7. *& in cap. irrefragabili*
§ *Exceſſus de offic. Ordin.* Rota *cor. Puteo dec.* 92. *n.*
1. *lib.* 3. Burſatt. *conſ.* 287. *n.* 6. *lib.* 3. & S. Rotæ Tri-
bunal canonizzavit Collegialitatem in his præciſis
8 terminis Collegii Sacerdotum, & Clericorum abſque
vocabulo Canonicorum, *ut in dicta* Lucana *Prae-*
minentiam 28. *Junii* 1700. §. *Et ſane cor. Molines*,
Palm. Nep. *dec.* 319. *ſub n.* 1. *tom.* 4. *& in dicta Augu-*
ſtana Canonicatus Provinciæ Moguntina 26 *Januarii*
1711. §. *Cum enim, coram Eminentiſſimo Falconerio*,
ubi quod ſufficit Eccleſiam fuiſſe pro pluribus Cle-
9 ricis fundatam, quod appellatione Presbyterorum ve-
niant nedum Canonici, ſed etiam Epiſcopi, tradit
Albaric. *in diction. in verbo Presbyter, & Sacerdos*
per Text. expreſſum in Canon. olim diſt. 95. ibi: *Olim*
idem erat Presbyter qui, & Epiſcopus, &c. communi
Presbyterorum conſilio Eccleſia gubernabantur.

Minuſque obſtabat, quod Epiſcopus expreſſiſſet Ec-
cleſiam Collegiatam: *in qua tot, tantique Presbyte-*
ri inſerviebant; nam etiam Canonici inſerviunt Ec-
10 cleſiæ, numeroſitas autem Cleri quamvis inferre poſ-
ſet ante annum 1492. Eccleſiam non fuiſſe numera-
tam in numero certo, & fixo Canonicorum, hoc
tamen nunquam excludebat Collegialitatem, quia an-
tiquioribus temporibus ex ſui origine omnes Eccle-
ſiæ tam Cathedrales, quam Collegiatæ erant rece-
ptitiæ tot Canonicorum, quot poterant ſubſtentari
ex redditibus Eccleſiæ, neque habebant numerum
fixum, & ſtabilem, donec poſtea factæ fuerunt nu-
meratæ ex conſuetudine, vel Statuto, cum idem ſit
Eccleſia receptitia, ac Eccleſia non numerata, ut be-
ne explicat Pas Jurdan. *lib.* 10. *tit.* 19. *n.* 58. ubi refert
eſſe receptitiam Eccleſiam Cathedralem Traguriem.
cujus ipſe erat Epiſcopus, & omnes alias Eccleſias
Dalmatiæ, ubi præter Canonicos admittuntur, &
recipiuntur ad ſervitium alii Presbyteri, & Clerici,
& dicit idem eſſe Eccleſiam receptitiam, ac non nu-
meratam, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 13. ubi
quod Eccleſiæ Collegiatæ aliæ ſunt numeratæ, &
aliæ non numeratæ, quodque olim omnes Colle-
giatæ erant non numeratæ, & late Ego ſcripſi *di-*
ſcept. Eccleſ. 17. *n.* 2. *& n.* 11. unde abundantia Preſ-
byterorum expreſſa in Bull. Unionis anni 1492. non
excludit Eccleſiam tunc fuiſſe Collegiatam, ſed ſo-
lum concludit eam fuiſſe non numeratam, cum in
Orbe Catholico dentur Cathedrales receptitiæ, &
Collegiatæ receptitiæ tot Canonicorum, quot ſub-
ſtentari poſſunt ex redditibus Eccleſiæ modo plus,
modo minus, prout redditus creſcunt, & decre-
ſcunt, bene Fermoſin. *in cap. cum* M. Ferrarienſis *de*
Conſtit. q. 1. *n.* 33. ubi quod Eccleſia non numerata
dicitur Receptitia, & apud Me *diſcept. Eccleſ.* 17. *n.*
6. *verſ. addunt nonnulli.*

Ergo neque ex enunciativa Presbyterorum, ne-
que ab expreſſione magni eorum numeri, poteſt ar-
gumentari contra Collegialitatem Eccleſiæ, dicendo,
quod eſſet receptitia, dum qualitas hæc receptitia
non repugnat Collegialitati, cum dentur Cathedra-
les receptitiæ, & Collegiatæ receptitiæ, cum una qua-
litas ſit compatibilis cum altera, & maxime quan-
du Epiſcopus literis apertiſſimis declaravit veram,
ac propriam Collegialitatem aſſerendo ibi: *Eſtque di-* 11
cta Eccleſia S. Mariæ Collegiata: quod importat Col-
legiatam veram, non autem impropriam, & abuſi-
vam, neque Epiſcopus, aſſertive, & poſitive decla-
raſſe Collegiatam, ſi vere, & proprie talis non fuiſ-
ſet propter ejus præjudicium in Jure conferendi,
quod non eſſet liberum in Collegiatis, ſed ad ele-
ctionem, & præſentationem Capituli, ut bene ad-
vertit Fagnan. *in d. c. Poſtulaſti n.* 15. *de jurepatr.* &
tradunt Barboſ. *de Canon. c.* 14. *n.* 15. Lotter. *de re be-*
nef. lib. 2. *q.* 21. *n.* 135. Rota *dec* 71. *n.* 2. *& dec.* 133.
n. 3. *& ſeqq & dec.* 226. *n.* 1. *& a. p.* 7. *rec.*

Secundo, hanc veritatem dilucidat altera Bulla,
ſeu Inſtrumentum anni 1506. ubi Capitulum, & Ca-
nonici Eccleſiæ Collegiatæ narrando, quod nonnul-
la Beneficia fuerant eidem Eccleſiæ unita per Sedem
Apoſtolicam, ſupplicarunt Epiſcopo, ut eandem U-
nionem acceptare dignaretur, prout Epiſcopus ad-
miſit, & acceptavit Unionem, & quatenus opus
foret eam poteſtate Ordinaria iterum fecit, & in hac
Bulla clare, & ad evidentiam probatur Collegiali-
tas; nam ibi Epiſcopus non ſolum enunciavit, *ſed*
poſitive declaravit Eccleſiam eſſe ſimul Collegiatam,
& Parochialem, ibi: *dicta Eccleſia S. Maria, QUÆ*
COLLEGIATA EXISTIT: & melius infra repe-
tit, ibi: *QUÆ COLLEGIATA, ET PARO-*
CHIALIS EXISTIT: cum aliis repetitionibus hu-
jus Collegialitatis, ex quo actu diſſipata remanet
ratio dubitandi, an Eccleſia eſſet ſolum Parochialis
receptitia eo ipſo, quod Epiſcopus declaravit illam
eſſe ſimul Parochialem, & Collegiatam, itaut dici
non poſſit fuiſſe Parochialem ſimplicem, quando e-
rat etiam Collegiata, & ſicut expreſſio Parochialis
importat veram Eccleſiam Parochialem, ita etiam 12
expreſſio Collegiatæ importare debet veram, ac pro-
priam Collegiatam, neque alias Epiſcopus, ſi illa
fuiſſet ſolum Parochialis, expreſſiſſet, quod etiam
eſſet Collegiata, ut quod iſtæ duæ ſint qualitates
compatibiles, & paſſim dentur, ut dicunt Cerceper.
Lucubr. *Canonic. lib.* 1. *n.* 71. Rota *cor. Bich. dec.* 211.
n. 4. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 93. Gonzal. *ad*
Regul. 8. *gloſſ* 6. *n.* 71. Rota *coram Celſ dec.* 835. *n.* 10.
& coram Seraphin. dec. 839. *n.* 4. *& apud Me diſcep.*
Eccleſ. 45. *per tot.*

Neque hæc Bulla dici poteſt ſuſpecta tanquam im-
proprie Epiſcopus confirmaverit Unionem factam
per Sedem Apoſtolicam, quia eam ſimpliciter de-

claravit validam, & firmam, quod poterat facere
tanquam Ordinarius, & merito, quia dubitari po-
terat, an Unio eſſet ineffectuata, & caderet *ſub Re-
gula* 13. *Cancellariæ* revocatoria Unionum ineffe-
ctuatarum vivente Pontifice, qui eas conceſſit, &
propter hoc Epiſcopus quatenus opus foret Unionem
auctoritate Ordinaria de novo fecit, & ſic actus
fuit neceſſarius, & utilis, non autem ſuſpectus, ex
traditis per Rotam *cor. Duran. dec.* 337. *n.* 12. *& de-
ciſ.* 264. *n.* 15. *& dec.* 340. *n.* 8. *p.* 15. *& dec.* 348. *num.*
11. *part.* 16. *rec.*

Haud relevante, quod ibi mentio facta non fue-
rit de Canonicis, quia iſti fuerunt expreſſi nomine
proprio, quo utuntur Sacri Canones, ſcilicet nomi-
ne Clericorum non ſimpliciter, ſed Clericorum de
Collegio ſimul cum prima Dignitate, & alia infe-
riori ibi: *Primicerius Collegiatæ, & Parochialis,
Archipresbyter CUM MULTIS ALIIS CLERI-
CIS DE COLLEGIO DICTÆ ECCLESIÆ:*
expreſſio enim Parochialis, & Collegiatæ facta cum
14 Dignitatibus, Primicerio, & Archipresbytero ſimul
cum multis Clericis de Collegio, nil aliud impor-
tat, niſi Canonicos. Nam Canonici idem ſunt,
ac Clerici de Collegio, maxime in Eccleſia appella-
ta Parochiali, & Collegiata, ut in puncto, quod
Canonici comprehendantur appellatione Clericorum,
docet Text. *in cap. cum tibi de verb. ſignif.* ibi: *Ap-
pellatio Clericorum, &c. Canonicos comprehendit*;
ubi *Gloſſ.* hæc ait: *nota, quod appellatione Clerico-
rum Canonici comprehenduntur*: ubi Barboſ. *n.* 2. ibi:
*Collige ex Textu Clericorum appellatione Canonicos
venire*: *ibique* Abbas, *n.* 1. dicens: *verbum Clerico-
rum etiam Canonicos comprehendit*: Burſat. *conſ.* 287.
n. 6. *lib.* 3. Rota *coram Puteo dec.* 92. *n.* 2. *lib.* 3. ibi:
Appellatione Clericorum veniebant Canonici.

Maxime quando nomen Clericorum non fuit ex-
preſſum ſimpliciter, ſed cum illo adjecto, & con-
notato, ibi: *Clericis de Collegio*: poſt factam men-
tionem Eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ, illa nan-
que dictio, *De*, importat Clericos Collegiales, &
exiſtentes de Collegio, ſeu Capitulo, quales ſunt
Canonici, juncta exiſtentia non ſolum Archipresby-
15 teri, ſed etiam Primicerii, cum exiſtentia Primice-
rii in Eccleſia denotat eam eſſe Cathedralem, vel
Collegiatam, cum fuerit ſubrogatus in locum Ar-
chidiaconi, & ad regendum Chorum Canonicorum,
Barboſ. *de Canon. cap.* 9. *n.* 1. *& ſeqq.* Lotter. *de re be-
nefic. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 79. *& ſeqq.* & eſt *Text. in Canon.
perlectis §. Ad Primicerium, diſt.* 25.

Tertio, hoc ipſum comprobat conſenſus Epiſco-
pi datus de anno 1507. ſuper permutatione Bono-
rum hujus Eccleſiæ cum expreſſione, quod ſuppli-
caſſent Archipresbyter, & Primicerius, & alii de
Collegio, & Capitulo Eccleſiæ, ibi: *Et aliorum de
Collegio, & Capitulo dictæ Eccleſiæ*, ex quo actu
dubitari non poteſt de vera Collegialitate, cum fa-
cta fuerit expreſſio duarum Dignitatum cum aliis de
Collegio, & Capitulo, ut deſignat ea dictio: *Et
aliorum*, quæ importat Archipresbyterum, & Primi-
16 cerium fuiſſe de Collegio, & Capitulo ſimul cum
aliis, ideſt Canonicis, & ſic adeſt expreſſio Digni-
tatum, Canonicorum, Collegii, & Capituli, quæ
ſunt omnia connotantia veram Collegiatam, Adden.
ad Buratt. *dec.* 455. *ſub n.* 5. Mantic. *dec.* 175. *num.* 1.
Rota *in Auguſtana Canonicatus Provinciæ Mogunti-
na* 26. *Januarii* 1711. §. *Confert, coram Eminentiſ-
ſimo Falconerio.*

Quarto, melius id comprobatur ex actu Capitu-
lari occaſione permutationis facto, ubi dicitur, quod
Archipresbyter, & Primicerius convenerunt ad ſo-
num Campanellæ in Eccleſia ſimul cum aliis expreſ-
ſe nominatis cum expreſſione, quod eſſent de Cor-
pore Capituli, & Canonici, ibi: *Qui ſunt ex cor-
pore, & parte Capituli*, & paulo infra, ibi: *Ex
parte Canonicorum nomine dictæ Eccleſiæ*, pariter,
ibi: *Per eos, & Capitulum*, & denique infra ibi,
Ipſorum Canonicorum, & Capituli Eccleſiæ prædictæ,
& ibi: *coram nobis, & interventu multorum Cano-
17 nicorum*: Hic ergo magis clare ſignificari non pot-
eſt vera, ac propria Collegiata, dum exprimuntur
Dignitates, exprimuntur Canonici, & exprimitur Ca-
pitulum per iteratas vices in actu proportionato de-
veniendi ad actum permutationis Bonorum Eccle-
ſiæ, quod eſt proprium Indicium veræ Collegialita-
tis ſecundum ea, quæ in ſubjecta materia tradide-
runt Eminentiſſimus Petra *ad Conſtitut. Apoſt. tom.*
3. *ad Conſtit.* 7. *Innocentii IV. ſect.* 2. *n.* 34. Rot. *coram
Gregor. dec.* 462. *n.* 3. *& in rec. dec.* 234. *nu.* 15. *p.* 16.
& coram Penia dec. 1163. *n.* 10. *& in dicta Augu-
ſtana Canonicatus Provinciæ Moguntina* 26. *Januarii*
1711. §. *Communis tractatus, coram Eminentiſſimo
Falconerio.*

Quinto mirabiliter Collegialitatem hanc antiquio-
rem probat Indultum reductionis Miſſarum conceſ-
ſum vivæ vocis Oraculo per ſan. mem. Leonem X.
de anno 1518. ubi non ſolum concurrit reſcriptum
directum, ibi: *Archipresbytero, ac univerſis Cano-
nicis, & Cappellanis Collegiatæ Eccleſiæ*, quod oſten-
dit tunc Eccleſiam habuiſſe Archipresbyterum Caput
Capituli, & ſimul Canonicos, ut etiam ordinem
Beneficiatorum, qui alias vocantur Cappellani, &
Manſionarii, Portionarii, & ſimiles, de quo tem-
pore licet erecta fuiſſet Collegiata Montellæ per tres
annos ante ſcilicet 1515. non tamen dici poteſt,
quod his tribus annis nata fuerit Collegialitas Bal- 18
neoli cum Archipresbytero Canonicis, & Beneficia-
tis attentis actibus anterioribus, de quibus ſupra,
Collegialitatem inferentibus in ſtatu antiquiori, Rot.
coram Dunozett. ſen. dec. 211. *n.* 10. *verſ. Et quamvis*,
& in rec. dec. 245. *n.* 17. *p.* 9. *& dec.* 290. *nu.* 8. *p.* 18.
& in Majoricen. Beneficii 11. *Maii* 1705. §. *Etenim
in fine, coram bon. mem. Muto.*

Fortius quando in eodem Indulto anni 1518. ex-
ponitur, quod ab immemorabili factum fuerat le-
gatum Bonorum pro quinquaginta Miſſis ad Alta-
ria Eccleſiæ qualibet hebdomada celebrandis *Per
Archipresbyterum, & univerſos Presbyteros, in ea-
dem Eccleſia pro tempore exiſtentes*; Si enim lega-
tum Bonorum pro Miſſis factum fuerat Archipres-
bytero, & Presbyteris Eccleſiæ, ibi: *Retroactis tem-
poribus, & a tanto tempore citra, de cujus initio
memoria hominum non exiſtit*: ergo Archipresbyter, 19
& Canonici, qui continentur ſub nomine Presby-
terorum ex allegatis, uſque de prædicto anno 1518.
exiſtebant ab immemorabili per tempus certo, &
Archipresbyter erat caput, Presbyteri autem, ſeu Ca-
nonici membra hujus Collegiatæ, ut bene annota-
tunt Fagnan. *in dicto cap. Poſtulati n.* 17 *de Jurepat.*
Capon. *diſcept. ut.* 288. *n.* 12. Paſquelig. *de Sacrific. nov.
l. q.* 884. *n.* 3. *in fine*, Rot. *cor. Ottbob. dec.* 240. *n.* 12.

Sexto magis concludit proviſio Canonicatus fa-
cta per Ordinarium Nuſcanum de anno 1525. licet
per decem annos poſt erectionem Collegiatæ Mon-
tellæ, ubi dicitur, quod vacaverat Canonicatus in
Eccleſia: *Propter mortem quondam Venerabilis D.
Joannis Meloris Canonici præfatæ Eccleſiæ*, & pa- 20
riter aſſeritur, quod jus eligendi novum Canonicum
eum ſpectabat ad Capitulum Eccleſiæ, & jus con-
firmandi ad Epiſcopum, & idcirco Ordinarius con-
tulit Canonicatum Joanni Caprio per dictum Capi-
tulum electo his verbis: *Et cum electio, & provi-
ſio dictorum Canonicorum ſpectet ad Ven. Capitulum,
&c. confirmatio vero ad Rev. D. Epiſcopum Nuſcanum,
quia tu per eundem Capitulum electus ſis a majori,
& ſaniori parte ipſius Capituli ad ſonum Campanel-
li, &c. nos autem attendentes dictam electionem fo-
re, & eſſe canonicam, &c. te de præfato Canonica-
tu inveſtimus, &c. teque in ſtallo, ſeu ſedali præfa-
torum Canonicorum collocando cum voce activa, &
Paſſiva in eodem Capitulo, prout alii Canonici te-
nent cum omnibus emolumentis, &c.* Qui ſane actus
prout in clavis veram Eccleſiæ Collegialitatem, tum
quia fit expreſſio Canonici defuncti, Canonicorum,
& Canonicatus vacantis, tum quia aſſeritur, quod
jus eligendi ad Canonicatus ſpectabat ad Capitu-
lum, & confirmatio ad Epiſcopum, quod eſt pro-
prium Eccleſiæ Collegiatæ, ubi Epiſcopus inſtituit
ad electionem Capituli, Garz. *de Benefic. p.* 5. *cap.* 4.
n. 72. Spad. *conſ.* 14. *n.* 7. *tom.* 2. Card. de Luc. *de Be-
nefic. diſc.* 12. *n.* 13. *& diſc.* 17. *n.* 5. Rot. *dec.* 71. *n.* 2.

& dec.

Digitized by Google

& deciſ. 133. n. 3. & 4. p. 7. rec. & in Bononien. juris
conferendi 22. Aprilis 1697. coram bon. mem. Urſino,
tum quia Ordinarius inſtituit Electum : *a majori*,
& ſaniori parte ipſius Capituli ad ſonum Campanel-
21 *li*, ut notat Otthobon. *dec.* 240. *n.* 17. tum demum
quia aſſignavit ſtallum in Choro cum voce acti-
va, & paſſiva in Capitulo, prout alii Canonici te-
nebant, quod eſſe infallibile, & univocum argu-
mentum Eccleſiæ Collegiatæ, affirmant Barboſ. *de*
jure Eccleſ. lib. 2. *cap.* 6. *n.* 7. Capon. *diſcept.* 288. *ſub*
n. 6. Rot. *coram Pœnia dec.* 960. *n.* 6. *& dec.* 1163.
verſ. Tertium ſignum, & in rec. deciſ. 405. *n.* 2. *p.* 4.
tom. 2. *& dec.* 221. *n.* 5. *p.* 6.

Qui actus licet emanatus per decem annos poſt
Bullam erectionis Eccleſiæ Montellæ, habet tamen
oculos retro ſcilicet ante hujuſmodi erectionem,
dum continet proviſionem Canonicatus per obitum
Canonici Meloris, qui præſumitur per quindecim
annos retro fuiſſe proviſus de Canonicatu, cum va-
22 catio Beneficii ſingulis quindecim annis præſumatur
juxta ratione quindenniorum, de qua Card. de Lu-
ca *de beneſic. diſc.* 89. *ſub n.* 3. ac etiam quia cum
exhibeantur tot actus retro percutientes tempus an-
te annum 1515. iſte actus ſubſequens, qui eſt cer-
23 tus, & clarus pro Collegialitate declarat præceden-
tes, & omnem aufert rationem dubitandi, an illi
anteriores concludant ſtatum Collegiatæ, ex tradi-
tis per Rot. *dec.* 2251. *n.* 9. *coram Coccin. & dec.* 426.
n. 4. *& dec.* 710. *n.* 15. *p.* 18. *rec. & in Firmana juriſ-*
patronatus 21. *Aprilis* 1704. §. *Præſertim, coram bon.*
mem. Muto.

Septimo accedit notabilis proviſio alterius Cano-
nicatus facta per Cardinalem Pariſium celeberrimum
Juriſconſultum, & Auctorem quatuor voluminum
Conſiliorum, qui de anno 1539. ſub aſſertiva,
quod vacaverat Canonicatus, & Præbenda Colle-
giatæ per obitum Auguſtini Seratii, quodque Mar-
24 cus de Rullis fuiſſet electus per Capitulum, ibi :
Tibi aſſerenti te ad Canonicatum, & Præbendam
prædictos per dilectos noſtros Capitulum dictæ Ec-
cleſiæ electum, & præſentatum fuiſſe, contulit illi
Canonicatum, his verbis : *Canonicatum, & Præ-*
bendam prædictos, &c. cum plenitudine juris Ca-
nonici Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, &c.
facientes te ad Præbendam hujuſmodi in dicta Ec-
cleſia in Canonicum recipi, & in fratrem ſtallo
tibi in Choro, & loco in Capitulo ipſius Eccleſiæ
cum dictis juris plenitudine aſſignatis, qui pariter
actus ſicut alter proxime relatus ad concludendam
Eccleſiæ Collegialitatem eſt univocus, & certus,
hoc ſolum addito, quod emanavit ex facto Epiſco-
pi celebris Doctoris, & Canoniſtæ, ut erat Pari-
ſius, qui niſi comperiiſſet Eccleſiam vere Colle-
giatam nunquam ita providiſſet ad electionem Ca-
pituli propter præjudicium Ordinariæ juriſdictionis
tam in jure eligendi ſpectante ad Capitulum, quam
propter ſubintrantem reſervationem regulæ quartæ
Cancellariæ quoad Archipresbyteratum primam Di-
gnitatem, ut bene advertit Rot. *in Celſonen. Præ-*
poſitura 2. *Decembris* 1693. §. *Tanto magis, &* 14.
Junii 1694. §. *Neque refragatur, coram bon. memor.*
Molines.

Octavo ad idem aſſumptum conſpirant aliæ col-
lationes illa ſcilicet anni 1550. facta per Epiſco-
pum Nuſcanum de Canonicatu, & Præbenda fa-
vore Marci Acciani, & alia facta per Sedem Apo-
ſtolicam tanquam de reſervato de anno 1561. in
perſonam Canonici Caroli Cavaniglæ, aliæque
25 quamplures ſimiles collationes, quæ ſunt ſolum re-
feribiles ad veram Eccleſiam Collegiatam, dum
alias, ſi hæc talis non fuiſſet, ſed ſolum Parochia-
lis receptitia, neque Epiſcopus tanquam de vacan-
ti, neque Sedes Apoſtolica tanquam de reſervato
providiſſet maxime cum aſſignatione ſtalli in Cho-
ro, & loci in Capitulo, quæ non dantur in bene-
ficiis Eccleſiæ Parochialis receptitiæ, Barboſ. *de Ca-*
non. cap. 3. *numer.* 8. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 9. §. 3.
numer. 10. *& ſeqq.* Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.*
37. *numer.* 159. Lotter. *de re beneſic. lib.* 1. *quæſtion.* 14.
numer. 25. *& ſeqq.* Rota *deciſion.* 499. *numer.* 8. *part.*
4. *tom.* 2. *recentior.* & apud Me *Diſceptat. Eccleſ.* 17.
numer. 52.

Nono adſtipulatur altera proviſio Canonicatus
facta de anno 1562. de Canonicatu vacato per re-
ſignationem ſupradicti Caroli Cavaniglæ Proviſi
Apoſtolici, ubi pariter ad electionem Capituli fuit 26
conceſſa inſtitutio Nicolao Jacobo cum ſtallo in
Choro, & voce in Capitulo, facta expreſſione per
Epiſcopum, ibi : *Cum electio ad majorem, & ſa-*
niorem partem Capituli, & Canonicorum ſpectet,
& pertineat ex antiqua, & approbata conſuetudi-
ne, & ſic iſte actus canonizzat, & declarat Col-
legialitatem veram, & propriam longe ante annum
1515. dum enunciat ibi conſuetudinem antiquam
Capituli, & Canonicorum circa jus eligendi ad
Canonicatus, & noti juris eſt, quod appellatio-
ne Conſuetudinis antiquæ continetur etiam Cen-
tenaria, & immemorabilis, ut ait Rota *deciſion.*
539. *numer.* 13. *part.* 19. *tom. ſecundo recentiorum,*
& in Dertuſen. juriſdictionis 6. *Februarii* 1696.
§. *Hæc autem immemorabilis, coram bonæ memoriæ*
Pio.

Decimo accedit res judicata, cum enim anno
1567. Epiſcopus Nuſcanus privaſſet Canonicos ſta-
ro, & qualitate Canonicali ſub prætextu quod Col-
legiata non probaretur erecta auctoritate Apoſtoli-
ca, & obligaſſet Canonicos per Concordiam ad im-
petrandum aſſenſum Papalem, illis deinde impu-
gnantibus Concordiam, & obtenta Commiſſione
Cauſæ Ordinario Salernitano, iſte pronunciavit Ca-
nonicos, non eſſe moleſtandos quoad caput præten-
ſæ falſæ denominationis Canonicorum inhærendo
Bullæ Unionis anni 1592. & Brevi Apoſtolico Leo-
nis Decimi de anno 1518. ut ex ſententia lata de
anno 1576. unde Eccleſiæ Collegialitas non poteſt 27
amplius in dubium revocari tanquam canonizata in
Contradictorio judicio per Delegatum Apoſtolicum,
neque propterea ſunt amplius audiendæ exceptiones
per rem judicatam ſopitæ, & extinctæ, ut dixit
Rot. *dec.* 416. *n.* 6. *coram Priol. dec.* 370. *n.* 10. *coram*
Bich. & deciſ. 15. *n.* 7. *coram Buratt. & in Bovinen.*
Archidiaconatus 2. *Junii* 1710. §. *Neque, coram Emi-*
nentiſſimo Scotto.

Cum enim omnis ſententia declaretur ab Actis,
& Delegatus Apoſtolicus ſententiaverit non eſſe mo-
leſtandos Canonicos ſuper ſtatu Collegiatæ inhæ-
rendo productionibus factis in actis documentorum
1492. & 1518. proinde non poteſt amplius dici,
quod Bulla anni 1492. non probet veram Collegia- 28
tam, minuſque Bulla anni 1518. in quibus aſſer-
tive canonizatur Eccleſia Collegiata, cum ſufficiat
prædictos actus fuiſſe canonizzatos per Judicem, &
æſtimatos concludentes ad probandam Collegiali-
tatem, itaut admitti non debeant exceptiones,
quod ſint æquivoci, ſint referibiles ad Eccleſiam
receptitiam, & minus concludentes non obſtante ex-
ceptione rei judicatæ, quæ facit de albo nigrum,
& pro veritate habetur ad *Text. in leg. finali, Cod.*
de fid. inſtrum. in fine, & cap. Cum inter de ſen-
tent. & re judic. & in leg. Res judicata, digeſtis
de regul. jur. Rot. *in Hiſpalen. Viſitationis* 30.
Aprilis 1700. §. *Præbuit, coram Molines, & in*
Savonen. juriſdictionis 16. *Junii* 1704. §. *Quapro-*
pter, coram Eminentiſſimo Scotto, & in Pennen-
ſis Beneficii ſuper pertinentia decimaſeptima Mar-
tii 1710. §. *Ultra quod, coram Reverendiſſimo Al-*
drovando.

Et propterea ſi hæc ſententia canonizavit Colle-
gialitatem ex actibus 1429. & 1518. hinc canoni-
zavit antiquitatem Collegiatæ ante annum 1492.
dum ipſa ſententia veluti declaratoria ſtatus Colle-
giatæ præexiſtentis, detegit, & declarat ſtatum præ- 29
teritum, nec operatur de præſenti, ad tradita per
Lotter. *de re beneſic. lib. ſecundo quæſtion.* 51. *nu-*
mer. 41. *& ſequentibus*, Rot. *coram Bich. deciſion.*
189. *numer.* 9. *& ſeqq. & in Barchinonen. Beneficii*
2. *Decembri.* 1701. §. *fin. coram clar. memor. Card.*
Caprara.

Nec

Digitized by Google

Nec ſolum hæc res judicata, ſed ipſa etiam Concordia exorta contra Canonicos de anno 1567. antiquum ſtatum Collegiatæ demonſtrat, ex quo ibi Epiſcopus non negavit, ſed præſuppoſuit pro indubitato, quod Eccleſia eſſet Collegiata, & haberet veros Canonicos, ſed ſolum dubitavit, quod erectio Collegiatæ, & Canonicorum non eſſet valida, ex quo deficeret, ſeu non oſtenderetur auctoritas Apoſtolica, cum ergo hoc fundamentum eſſet falſiſſimum, & erroneum ex duplici capite,
30 tum quia erectio Collegiatarum poterat fieri auctoritate Epiſcoporum de eo tempore quo nondum ſupervenerant contraria decreta Sacræ Congregationis Concilii, quæ ſupervenerunt de anno tantum 1613. ut reprobatis contrariis firmavit Sacræ Rotæ Auditorium, *coram Emerix Junior. deciſion.* 1084. *numer.* 2. *cum trib. ſeqq.* quæ opinio tenetur in praxi, tum etiam quia, dum ſtatus Collegiatæ non erat recens, ſed antiquus, non erat neceſſarium
31 oſtendere aſſenſum Apoſtolicum, qui aderat præſumptus ob Obſervantia centenaria, ut ſcribit Lotter. *de re beneſic. libro primo quæſtion.* 14. *numer.* 52. *verſ. unde*, Rot. *in dict. Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntina* 26. *Junii* 1709. §. *Conſtito*, *coram Molines*, & prout bene, & juridice declaravit ſententia Ordinarii Salernitani Delegati Apoſtolici de anno 1576. inde ſequitur, quod ſecundum ipſam Concordiam fuerit habitus pro vero, & reali ſtatus Eccleſiæ Collegiatæ, & verum Capitulum Canonicorum talis Eccleſiæ.

Maxime dum in Concordia Epiſcopus quantum ad ſe ſpectabat, confirmavit illos in Canonicos cum omnibus honoribus, & oneribus prout de præterito habuerunt, quæ confirmatio nihil addit de novo,
32 ſed ſtatum præteritum, & præexiſtentem declarat Rota 493. *numer.* 9. *part.* 10. *& deciſion.* 395. *numer.* 3. *part.* 15. & confirmatio retrotrahitur ad ſuum principium etiam in præjudicium tertii, Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 47. *numer.* 33. Rota poſt Vivian. *de Jurepatronat. deciſion.* 140. *numer.* 4. *& in recentior. deciſion.* 46. *numer.* 67. *&* 68. *part.* 9. *& deciſion.* 80. *num.* 4. *part.* 17. unde ipſa etiam Concordia quatenus obligat ad impetrandum aſſenſum Apoſtolicum mirabiliter probavit ſtatum veræ Collegiatæ; nam alias ſi Eccleſia talis non fuiſſet, ſed Collegium fuiſſet improprium, & Canonicatus improprii, & abuſivi, nulla opus fuiſſet confirmatione Epiſcopi, & multo minus Sedis Apoſtolicæ: ſi ergo ipſa Concordia ſtatum Collegiatæ demonſtrat obligando ad petendum aſſenſum Apoſtolicum, eo magis quando Ordinarius Salernitanus Delegatus Apoſtolicus viſis documentis annorum 1492. & 1518. ſententiavit non eſſe moleſtandos Canonicos ex capite falſæ denominationis Canonicorum, & ex capite Concordiæ obligantis ad impetrandum aſſenſum Apoſtolicum.

Spreta narrativa tunc emiſſa per Procuratorem Capituli, quod Collegiata eſſet erecta per 50. annos ante, dum Capitulum eam judicialiter revocavit ex capite erroris, cum certum ſit, quod confeſſio Procuratoris non officiat Principali, abſque
33 ſpeciali mandato, ut docet *Text. in leg. Certum*, §. *Sed an*, *& ipſas*, *& digeſtis de confeſſ.* Conciol. *allegat.* 63. *numer.* 17. Gregor. *deciſion.* 407. *numer.* 3. Coccin. *deciſion.* 84. *numer.* 7. *& in Tarraconen. Inſignium* 11. *Decembris* 1702. §. *Minus coram bon. memor. Muto*, quodque revocari poſſit per Principalem, maxime producendo ſcripturas redarguentes æquivocum Procuratoris, Gratian. *diſceptat.* 468. *numer.* 82. *& ſeqq.* de Angel. *de confeſſ. libr.* 3. *quæſtion. prima numer.* 5. Merlin. *deciſion.* 659. *numer.* 5. Duran. *deciſion.* 35. *numer.* 6. *&* 7. Cavaler. *deciſion.* 79. *numer.* 3. Gregor. *deciſion.* 270. *numer.* 9. ibique Adden. *numer.* 12. Buratt. *deciſion.* 136. *numer.* 15. *&* 16. potiſſime quando factum, ſeu aſſertiva Procuratoris fuit per ſucceſſivam Judicis ſententiam improbata, ut late tradit Gabriel. *de regul. jur. concluſ.* 1. *numer.* 52. *in* 8. *limit.* Rot. *deciſion.* 232. *numer.* 2. *verſic. unde non applicatur part.* 3. *recentior.*

Poſt hanc rem judicatam anni 1576. omnes actus, & ſtatus ab inde citra erant univoci, & pacifici pro vera Collegiata, & vero Capitulo Canonicorum, quia præter arcam, ſigillum, & alia concurrebant proviſiones Canonicatuum tam factæ ab Epiſcopis in menſe Ordinario, quam per Sedem Apoſtolicam in menſe reſervato, & quod magis eſt ipſa Sedes Apoſtolica in vim ſeg. 4. providerat Archipresbyteratum primam Dignitatem ex proviſioni- 34
bus annorum 1638. 1661. 1698. & 1705. quæ proviſiones nullam admittunt difficultatem, quo minus concludant veram, ac propriam Collegiatam, ut tradunt Cardin. de Luca *de Præeminent. diſcurſ.* 8. *numer.* 11. Eminentiſſimus Petra *ad Conſtitut. Apoſtol. tom.* 3. *ad Conſtitut.* 7. *Innocent. IV. ſect.* 1. *numer.* 8. *&* 34. Rota *coram Ottobon. deciſion.* 240. *numer.* 20. *& in recentior. deciſion.* 221. *numer.* 20. *part.* 8. *& deciſion.* 147 *numer.* 18. *part.* 10. *& deciſion.* 192. *numer.* 16. *part.* 14. *& deciſion.* 234. *numer.* 2. *part.* 16. *& in Celſonen. Præpoſitura* 2. *Decembris* 1693. §. *Juſtificatio*, *coram Molines*, *& in Matheranen. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1707. §. *Collegialitas*, *coram Kaunitz.*

Hactenus Ergo probaveram primum caput præcedentiæ propter antiquioritatem Collegiatæ, deinde autem aggrediebar alterum caput inſignitatis, cujus requiſita licet in jure noſtro non ſint determinata in aliquibus certis ſignis; attamen ea de- 35
ſcripſit, & enumeravit Sacra Congregatio Rituum in Firmana 24. Martii 1622. apud Barboſ. *de Canonic. cap.* 2. *numer.* 19. per hæc verba: *Sit matrix*, *nobilis ex celebritate ſitus*, *antiqua*, *ſi ſupra alios precedentiam obtineat*, *ſi inſignem ſtructuram habeat*, *ſi referta ſit magno numero Miniſtrorum deſervientium*, in quibus circumſtantiis, & requiſitis concordant omnes Scribentes, nempe Corrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *capit.* 1. *numer.* 18. Cerceper. *lucubrat. Canon. lib.* 2. *numer.* 75. *&* 76. Lotter. *de re beneſic. libr. primo quæſt.* 15. *numer.* 8. Mantic. *deciſion.* 175. *numer.* 2. & alii apud Me relati *diſceptat.* 49. *numer.* 2.

Sit Matrix hoc requiſitum concurrit, quia Eccleſia eſt Collegiata, Parochialis, & Matrix tanquam unica Eccleſia totius Populi, ut pro Matrice canonizatur in proviſione Canonicatus anni 1525. & pro Eccleſia majori declarata fuit de anno 1506. & 1507.

Nobilis ex celebritate ſitus hoc etiam requiſitum concurrit; nam Oppidum Balneoli, ſive ejus locus eſt valde nobilis, & celebris, unde Poeta Aniſius numer. 2. ſui Poematis cecinit;

Balneoli aurei receſſus.
Balneoli Domus Deorum.

Habet inſignitatem ex monte Laceno, qui in maxima veneratione habetur per Cives, & Exteros illuc confluentes, ex quo anno 1127. Salvator Deus noſter ibi in veſte candida apparuit Sancto Viro Guilhelmo Vercellenſi in primordio ſuæ Congregationis Benedictinæ modo nuncupato Congregatio Montis Virginis, prout notarunt Epiſcopus Jordanus Abbas Congregationis in Vita S. Guilielmi *cap.* 12. *fol.* 120. Abbas Amatus Maſtrullo *in libro cui titulus eſt*, Mons Virgo ſacer *argum.* 6. *fol.* 192. & Thomas Coſto pariter in Vita ipſius Sancti Guilielmi; Eſt locus undequaque muris circundatus, numeroſo Populo, Viris nobilibus, ac ſcientificis repletus, necnon conſpicuus tribus Monaſteriis, altero Monialium, & duobus Regularium Montis Virginis, & Dominicanorum una cum Studio publico apud eoſdem Dominicanos exiſtente, habet Palatium Epiſcopale, ubi multo tempore habitarunt Epiſcopi Nuſcani, habet denique inſignia ædificia ad inſtar Palatiorum, itaut Capitulum, & Canonici S. Angeli Lombardorum, necnon Clerus, & Univerſitas Oppidi Torellæ teſtari non dubitaverint Oppidum Balneoli non ſolum eſſe magis inſigne ruſticana Terra Oppida Montellæ, ſed ipſa etiam Civitate Nuſcana Cathedra Epiſcopi,

An

Antiqua, hæc antiquitas Eccleſiæ reſultat, non ſolum ob Collegialitatem probatam, ſeu vigentem uſque de anno 1492. ſed etiam quia in Breve Leonis edito de anno 1518. aſſeritur uſque ab immemorabili fuiſſe relictum legatum Miſſarum Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ, quæ enunciativa percutit retro centum, & ultra annos.

Si ſupra alios præcedentiam obtineat, hæc præcedentia eſt illa, quæ probata fuit quoad alias Eccleſias, quod ſufficit, licet Eccleſia Montellæ quoad ſe illam controvertat.

Si inſignem ſtructuram habeat; Eccleſia in tres Naves diſtincta reperitur una cum Choro affabre elaborato, Altaribus, & Iconibus, ac ſubtecto eleganter, & venuſte depictis, inſculptis, & deauratis, Sacrario, ac pluribus inſignibus Reliquiis, & ſignanter integro Corpore S. Honorii Martyris.

Sit referta magno numero Miniſtrorum deſervientium; concurrit hæc circumſtantia, ex quo exiſtunt in Collegiata duæ Dignitates, Archipresbyter, & Primicerius, decem Canonici, viginti Sacerdotes, totidem Clerici, tam in ſacris, quam minoribus Ordinibus conſtituti, ex quibus omnibus requiſitis ſequitur Collegiatam Balneoli eſſe inſignem.

Verum addebam hic non ſiſtere qualitates inſignitatis, ſed alias concurrere circumſtantias ad eam demonſtrandam; nam concurſus multitudo, & frequentia Chriſtifidelium ad Eccleſiam confluentium pro Divinis audiendis, ut ponderat Rot. *dec. 29. nu. 29. ſub n. 5. p. 5. diverſ.* concurrebat abundantia redditunm, dum habet Eccleſia annuos ducatos mille circiter, ex quibus Capitulum commode ſubſtentatur, accedebat habitus Canonicorum nempe ſuperpelliceum cum mozzetta coloris violacei, quo habitu in Immemorabili uſi fuerunt Canonici, qui ſane eſt habitus concedi non ſolitus, niſi Canonicis 36. Collegiatæ inſignis, teſte Barboſ. *in ſumm. Apoſt. de ciſ. collect.* 518. *n.* 5. Ceccoper. *lucubr. canon. libr. 1. nu.* 94. Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap.* 14. *n.* 4.

Dicebam inſuper, quod etiam hæc qualitas inſignitatis olim poſita fuit in controverſia de anno 1647. ex quo prætendebatur non licere Canonicis geſtare Mozzettam violacei coloris ex defectu Inſignitatis Eccleſiæ; & tamen delata Cauſa ad Sacram Congregationem Rituum, hæc reſcripſit pro informatione ad Epiſcopum Agnellum, qui paratis Teſtibus, & opportunis documentis, tranſmiſit relationem ſuam Sacræ Congregationi, aſſerendo Eccleſiam fuiſſe, & eſſe Collegiatam inſignem propter omnia requiſita inſignitatis, qua relatione perlecta per Sacram Congregationem, ſiluerunt Oppoſitores, & Æmuli, & Sacram Congregationem nihil innovaſſe conſtat, & ſubſecuta obſervantia abinde citra demonſtrat, Canonicos continuaſſe ſemper in delatione ejuſdem habitus, quo ſane ſpoliati fuiſſent Canonici, ſi Eccleſia non fuiſſet inſignis, Rot. *deciſ.* 260. *n.* 14. *p.* 16. *& dec.* 39. *n.* 1. *p.* 9. *rec.* Surd. *conſ.* 272. *n.* 26. *bon. mem. Anſald. dec.* 80. *n.* 37.

Rurſus accedebant aliæ duæ relationes Epiſcopi Pichetti, qui fuit Epiſcopus de anno 1662. in quibus declarat inſignitatem Eccleſiæ, junctis viſitationibus ejuſdem Epiſcopi, ubi teſtatur, quod Canonici hujus Collegiatæ Mozzettam coloris violacei 37. ab immemorabili tempore detulerunt, ac deferunt, quæ relationes, & viſitationes Epiſcopales factæ ab Epiſcopo Pichetto Juris peritiſſimo, qui fuit olim Procurator in Urbe, probat ab Immemorabili tam Collegialitatem, quam inſignitatem Eccleſiæ, ut tradunt Fagnan. *in cap. poſtulaſti n.* 14. *de jurepatr.* Card. de Luca *de præemin. diſc.* 51. *n.* 6. Rot. *coram Gregor. dec.* 482. *n.* 3. *& coram Merlin. dec.* 817. *la* 2. *n.* 13. & poſt Urceol. *de tranſact. dec.* 85. *n.* 13. *& in rec. dec.* 469. *n.* 18. *p.* 19. *& in Comen. Canonicatus* 6. *Februarii* 1704. *§. Viſa fuit, coram Eminentiſſimo Scotto, & in Matheran. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1707. *§. Collegialitas, coram bon. mem. Kaunitz.*

Sufficiebant hujuſmodi relationes Epiſcoporum ad effectum amplius non dubitandi de inſignitate Collegiatæ, cum illi non de proprio Judicio relationes fecerint, ſed cauſa cognita, & præviis legitimis documentis, ut eſt relatio Epiſcopi Agnelli, quæ non ſolum attendenda venit ob legitima documenta, quibus fuit munita, ſed etiam quia Sacra Congregatio Rituum illi acquievit, non prohibendo Canonicis tunc anno 1647. delationem Mozzettæ, quæ fuit ſemper continuata, quæ continuatio arguit oppoſitionem fuiſſe rejectam, Rot. *dec.* 32. *n.* 18. *p.* 17. 38 *& in Majoricen. beneficii* 28. *Novembris* 1704. *§. Stantibus, coram bon. mem. Muto, & in Mediolanen. Cappellania* 23. *Martii* 1703. *§. Nec turbat, coram Molines, & in Troiana Delationis Crucis* 10. *Decembris* 1708. *§. Quo vero, coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano.*

Magis notorium inſignitatis documentum præſtabat notabilis circumſtantia, quod olim Epiſcopi Nuſcani reſidentiam faciebant, & fecerunt in Palatio exiſtente apud Collegiatam Balneoli, itaut retroactis ſæculis hujuſmodi Eccleſia fuerit Cathedra Epiſcopalis, ut reſultabat ex ſententia Epiſcopi Nuſcani lata in Palatio Epiſcopali exiſtente Balneoli, & con- 39 vincitur ex Ughell. *in Ital. Sacr. tom.* 7. *fol.* 758. ubi refert Epiſcopum Franciſcum Arcudium fuiſſe ſepultum in Collegiata Balneoli juxta ejus Teſtamentum conditum de Menſe Octobris 1641. in eodem Oppido Balneoli, ubi ſuam faciebat reſidentiam, & probatur Epiſcopum Roccium pariter feciſſe reſidentiam in Oppido Balneoli, ibique mortuum, & tumulatum fuiſſe in hac Collegiata, quæ circumſtantia ſufficiebat ad oſtendendam inſignitatem Collegiatæ, dum fuit Cathedra Epiſcopalis uſque ad moderna tempora Epiſcoporum Picchetti, & Sangerani, quorum primus fuit Epiſcopus de anno 1664. alter vero de anno 1680. ut in fortioribus de loco, ubi adeſt Palatium Principis ſæcularis pro inſignitate Eccleſiæ cenſuit Ceccoper. *lucubrat. Canon. lib.* 1. *n.* 76. & in terminis reſidentiæ Epiſcopalis in loco Eccleſiæ reſpondit Card. de Luca *de præeminent. diſc.* 7. *n.* 14. *verſ. fortius.*

Accedebat denique alia notabiliſſima circumſtantia, quod collationes Archipresbyteratus Collegiatæ, cui eſt annexa Cura Animarum, ſemper factæ fuerunt per Sedem Apoſtolicam tanquam de prima Dignitate cum præciſo onere aſſumendi gradum Magiſterii in Theologia, vel Doctoratus in Jure Ca- 40 nonico intra annum, ut ex collationibus annorum 1638. 1698. & Proviſo gradum Magiſterii, vel Doctoratus ſuſceperant intra annum, hoc autem erat ſignum certum, & univocum Collegiatæ inſignis, dum iſte gradus non requiritur, niſi in prima Dignitate Cathedralis, vel Collegiatæ inſignis, juxta diſpoſitionem Sac. Concilii Triden. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* & punctualiſſime, quod hoc demonſtret inſignitatem Collegiatæ, firmarunt Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 9. Rota *dec.* 29. *n.* 9. *p.* 2. *diverſ.*

Fortius autem, quia proviſiones Apoſtolicæ gradum hunc Magiſterii, & Doctoratus requiſiverunt ſub illa conditione: *quatenus dicta Eccleſia inſignis* 41 *exiſtat*, & fuit ſuſceptus gradus Magiſterii, & Doctoratus per Proviſos propter inſignitatem, obtenta etiam prorogatione termini ad illum ſuſcipiendum conceſſa per Sacram Congregationem Concilii propter inſignitatem Eccleſiæ, nec enim magis deſiderari poterat ad probandam inſignitatem, quando hæc fuit per Sedem Apoſtolicam canonizzata in ſuis proviſionibus, & per Sacram Congregationem Concilii approbata ex firmatis per Rot. *in Celſonen. Præpoſitura* 2. *Decemb.* 1693. *§. Tanto magis, &* 14. *Junii* 1694. *§. Neque refragatur, coram Molines* impreſſa ad ornatum Card. de Luca *de benefic. deciſ.* 1. *ſub numer.* 6.

Nec obſtare dicebam, quod ultima proviſio Archipresbyteratus facta fuiſſet per Sedem Apoſtolicam prævio Concurſu, quia ſufficit eam fuiſſe factam 42 tanquam de prima Dignitate in Eccleſia Collegiata: *Dudum ſiquidem omnes Dignitates in Collegiatis Eccleſiis Principales, & collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus*, ad effectum concludendi ſtatum Collegiatæ, & inſignis, ut reſpondit Rota *in dicta Celſonen. Præpoſituræ ad ornatum* Cardin. de Luca *de benef. dec.* 1. *n.* 5. Concurſus autem licet non ſit neceſſa-

Digitized by Google

ceſſarius in principali Dignitate Eccleſiæ Collegia-
43 tæ, cui annexa eſt Cura Animarum, ut apud Bar-
boſ. *ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. n. 15.* Gon-
zal. *ad reg. 8. gloſſ. 6. n. 162.* attamen in his Dignita-
tibus practicatur Concurſus ſaltem pro inſtructione
animi Summi Pontificis, ut ſub Pontificatu ſan. mem.
Innocentii XII. illum fieri debere demandatum ſuis,
ut patet ex Rota *in Montis Regalis Prioratus* 2.
Maii 1701. §. *Prout minus, cor. bon. mem. Anſaldo.*

Nec relevare quod non exhiberentur omnes aliæ
antiquiores proviſiones Archipresbyterarus factæ per
Sedem Apoſtolicam, dum ad intentum ſatis erat al-
legare quatuor proviſiones Apoſtolicas de reſervato
de annis 1638. 1661. 1698. & 1705. cum impleant
curſum 75. annorum, & ſic aliæ præcedentes ante
annum 1638. omnino præſumuntur, niſi contrarium
oſtendatur, ut de proviſionibus Apoſtolicis 66. an-
norum dixit Rot. *in d. Celſonen. Præpoſitura 2. Decem-*
44 *bris* 1693. §. *Juſtificatio*, & 14. *Junii* 1694. §. *Ete-*
nim, coram bon. mem. Molines.

Probata inſignitate, hinc inferebam competere
præcedentiam Collegiatæ Balneoli licet illa Montel-
læ forſan ſe prætenderet antiquiorem; nam Inſignis
præcedit non inſigni etiam antiquiori, ex allegatis
n. 3. neque Collegiata Montellæ allegare poteſt qua-
litatem Inſignis, dum produxit titulum ſuæ erectio-
nis de anno 1515. ubi qualitas nullo modo conceſ-
ſa fuit, & conſequenter ei reſiſtit titulus ſuæ nati-
45 vitatis ex traditis per Rot. *coram Cavaler. dec.* 613.
n. 2. Garz. *de benef. p. 12. cap. 2. n.* 194. & *ſeqq.* Adden.
ad Buratt. *dec.* 120. *n.* 41. Turricell. *de reb. Eccleſ. non*
alien. cap. 14. n 23. & 26.

Sed multo minus id prætendi poterat, dum illa
ſita reperitur in Oppido Montellæ muris non cir-
cumdato, ſed quod more Villarum habet domos,
ſeu Caſalia ſparſim huc illuc ſita, & diſſita per al-
peſtres ſaltus, & nemora, & campos, ubi figurari
non poteſt Inſignitas; habet redditus curtos, & mi-
ſerabiles, non habet antiquitatem conſiderabilem tan-
quam ab anno 1515. citra, & quod magis eſt, ſup-
ponebatur, quod Canonicatus hujus Eccleſiæ nun-
quam fuiſſet proviſi per Sedem Apoſtolicam, nume-
rus autem Cleri erat miſerabilis, cum non haberet,
niſi duodecim perſonas, comprehenſis Canonicis, &
Dignitatibus, prout etiam prima Dignitas nunquam
collata fuit cum onere aſſumendi gradum Magiſte-
rii in Theologia, vel Doctoratus in Jure Canoni-
co, itaut talis Eccleſia remaneret denudata omni
qualitate inſigni, de qua apud Barboſ. *de Canon. cap.*
2. *n.* 18. Ceccoper *lucubrat. Canon. lib. 1. n. 76.* & apud
Me *diſceptat. Eccleſ.* 49. *n.* 2.

Nihil obſtante, quod recenter Canonici Montel-
læ ſibi arrogaſſent uſum Mozzettæ, hoc enim erat
attentatum illorum, qui propriam auctoritate ſibi
hunc habitum uſurparunt, ut æmularent cum Col-
legiata Balneoli juxta naturalem inclinationem Infe-
riorem, qui majoribus ſe æquiparare ſtudens, ut di-
46 cebat Tacit. *lib. 4. hyſtor.* ibi: *Quia minoribus major*
æmulandi cura, neque propterea iſte habitus in con-
ſideratione haberi debet tanquam uſurpativus, neque
geſtari licitus, niſi concurrat ſpeciale privilegium A-
47 poſtolicum, præſertim reſiſtente titulo erectionis Ec-
cleſiæ, quæ non conceſſit talem habitum proprium
Collegiatæ inſignis, ut in *Gerunden. Almutiarum* 13.
Januarii 1690. §. *Prima pars, coram Hervault*, &
in Januen. Inſignium 4. *Februarii* 1705. *Quod autem*
cum ſeqq. coram Muto ex quibus mihi viſum eſt de-
beri præcedentiam Collegiatæ Balneoli.

Ad materiam addo, quod inter duas Parochiales,
quarum una eſt Matrix, & altera filialis, ſi iſta eri-
gatur in Collegiatam præcedit Matrici juxta *dec.* 1445.
48 Seraphini, ſi autem poſtea etiam Matrix erigatur in
Collegiatam, hæc præcedit alteri Eccleſiæ olim fi-
liali, licet, erectæ potius in Collegiatam, ex quo
inter duas Collegiatas licet præcedat antiquior, id
49 tamen locum habet, quando utraque habet unum
gradum, nempe Collegialitatis, ſecus quando una
ex illis habet duplicem gradum, nempe alterum Col-
legialitatis, & alterum Matricitatis, ut eſt *Text. in*
l. 1. *C. de conſulib. lib.* 12. quia tali caſu habens du-
plicem gradum præfertur habenti unum cum præro-
gativa temporis, ob duplicem vinculum, quod ma-
gis obſtringit, ut tradunt Canoniſtæ *in cap. Clerici*
de Judic. ſignantes ibi Panormit. *ſub n. 3. verſ. ſi ve-*
ro, prælatio enim ratione antiquioritatis intelligen-
da eſt cæteris paribus in eadem Dignitate, non au-
tem in præjudicium habentis alium gradum majori-
tatis, Cortius *in addit. ad Alexandrum in leg. cum*
quid lic. E. ff. ſi certum petat. Hieronym. Gigas *ad Dec.*
in cap. Clerici in verb. conſequitur lit. C. de Judic. pro
quo facit Regul. Cancellar. Apoſtolic. 17. de concurr. in
data, ubi magis graduatus præfertur minus gradua-
to Mandoſ. *ad Regul. 16. q. 15. n. 5.* & 6. *ubi allegat*
Canoniſtas in cap. Clerici de Judic. Roman. *conſ.* 333.
n. 7. & Me ſcribente firmavit Rot. *in Tranen. præe-*
min. ſuper reſervatis, quod Collegata ſimul, & Ma-
trix præferatur in præeminentialibus ſimplici Colle-
giatæ, ut in *dec. 3. Junii* 1715. §. *Tum, & magis*,
coram Eminent. Scotto, allegando Reſolutionem S.
Congreg. Rituum in una Siracuſana, & Ego ſcripſi
ſupra *diſcept. Eccleſ.* 106. *n.* 18.

Exemplo duarum Collegiatarum quarum una ſit
antiquior altera, ſed recentior ſit Inſignis; hæc enim
licet per poſterius erecta ſemper præcedit antiquiori 50
ob qualitatem, ſeu gradum Inſignitatis, ut ex Re-
ſolutione S Congreg. Rituum apud Barboſ. *de Cano-*
nic. cap. 2. n. 19. & *in Summ. Apoſtol. dec. collect.* 181.
n. 5. Pax. Jordan. *lucubrat. tom. 2. lib. 7. tit. 5. n.* 15. &
ſupra ſcripſi n. 3. Exemplo etiam S. Rot. Eccl. Cardi-
nalium, ubi licet Cardinalis Junior, ſi ſit Presby-
ter, & ſic ordine major, præcedat Cardinali Dia- 51
cono licet antiquiori in Cardinalatu; attamen, ſi
iſte antiquior poſtea fiat Presbyter, præcedit Cardi-
nali Juniori licet antiquiori in Ordine Presbytera-
tus, cum ſit Presbyter ſicut alius, ſed præcellat an-
tianitate Cardinalatus, cujus præcedentiam recuperat
coæquatus alteri in Ordine Presbyteratus juxta *Con-*
ſtitut. 48. Clement. VIII. & *juxta Text. in allegata l.* 52
1. *C. de Conſulib. lib.* 12. quicquid ſit quoad Canoni-
cos, reſpectu quorum vide ea, quæ Ego ſcripſi de
Controv. Patron. allegat. 30. *n.* 129. *cum plurib. ſeqq.* ibi-
que Eminent. Falconerius *in ſuo Voto n.* 147.

Ex quo convincitur inſubſiſtens opinio Card. de
Luc. *de præemin. diſc. 9. n. 5.* & 6. quod Eccleſia Ma-
trix erecta per poſterius in Collegiatam non poſſit 53
præcedere Eccleſiæ filiali erectæ per prius in Colle-
giatam, allegando exemplum Epiſcopi antiquioris,
& Junioris, ubi ſi Junior prius efficiatur Archiepi-
ſcopus, non debet cedere Epiſcopo antiquiori poſtea
facto Archiepiſcopo, cum hujuſmodi exemplum ſit
extraneum, dum in hoc exemplo Jura primi ſtatus
pereunt per aſſumptionem novi, dum factus Archie-
piſcopus definit eſſe Epiſcopus, & ſic hujuſmodi ſta-
tus Inferioris Jura extinguuntur, ſecus in Eccleſia
Matrice reſpective ad ſuam filialem, dum Matrici-
tas non amittitur per novum ſtatum Collegiatæ,
quæ ſimul eſſe poteſt Eccleſia Parochialis Matrix,
& Collegiata, Rot. *cor. Rich decif.* 211. *n.* 4. & *ſupra*
n. 12. unde ſemper Eccleſia hæc habet duplicem gra-
dum, nempe Collegialitatis, & Matricitatis, ob
quam præfertur habenti unum cum prærogativa tem-
poris, eoque magis, quia Eccleſia filialis licet ante-
rior in Statu Collegiatæ, in quo facta eſt major
ſua Matrice, attamen, ubi Matrix in eodem ſtatu
coæquata fuit, ſemper juſtum eſt quod in memoriam
priſtinæ ſubjectionis illi cedere teneatur omnem præ-
eminentiam Eccleſia filialis, ut ſupra *Diſcept. Eccle-*
ſiaſt. 9. n. 9. & Me relato Rot. *in d. Tranen præmi-*
nentiarum, ubi ſupra, cor. Eminentiſs. Scotto.

IMO.

Digitized by Google

IMOLEN. PRÆTENSÆ EXEMPTIONIS.

ARGUMENTUM.

An bona aſſignata pro prima erectione alicujus Commendæ Sacræ Religionis S. Stephani ſint exempta, ſeu potius ſubjecta oneribus Collectarum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Equites S. Stephani non ſunt vere Religioſi, neque Eccleſiaſtici.*
3 *Nulla gaudent exemptione a Collectis pro eorum bonis Patrimonialibus.*
4 *Nec etiam quoad bona Commendarum, quæ ſunt erecta ad privatum commodum, & decorem familiæ per Fundatores particulares, & de ratione.*
5 *Commendæ Equitum S. Stephani abſque Simonia poſſunt alienare mediante pretio.*
6 *Commendæ hujuſmodi ſi Eccleſiaſtica non ſunt, non habent privilegium bonorum primæ erectionis Eccleſiæ.*
7 *Bona Cappellaniæ Laicalis addicta oneri Miſſarum tenentur ad Collectas.*
8 *Conſtitutio 60. S. Pii P. concedit exemptionem Commendis Sac. Religionis Equitum S. Stephani.*
9 *De quibus Commendis loquatur hæc Conſtitutio.*
10 *Exemptio non extenditur de uno genere bonorum ad aliud.*
11 *Commendæ hujuſmodi habentur ad inſtar bonorum patrimonialium, & n. 13.*
12 *Bona hujuſmodi Commendarum non ſunt exempta ab oneribus Cameralibus.*
14 *Ceſſante ratione Conſtitutionis, ceſſat Conſtitutio.*
15 *Bona ſubjecta Collectis, & aſſignata in Commendas tranſeunt cum onere ſuo.*
16 *Centenaria obſervantia exuberat in linea interpretationis ad intelligendum ſenſum Conſtitutionis.*
17 *Centenaria omnia poſſibilia præſumit.*
18 *Exemptio præſcribitur per non uſum, ſeu contrarium uſum ſpatio 30. vel 40. annorum.*
19 *Et per Centenariam præſumitur titulum derogatorius exemptionis.*
20 *Centenaria afficit omnes etiam Jure proprio venientes, & in quo caſu.*
21 *Reſolutio S. Congregationis.*

DISCEPTATIO CXVII.

POſſidebat ab antiquo nobilis Familia de Pantaleonibus plura Bona ſtabilia in Territorio Imolenſi, quæ ſemper ſubjecta fuerunt annuæ Collectæ pro oneribus Communitatis imponi ſolitæ, & quam-
1 vis de anno 1580. olim Joannes Maria unus de eadem nobili Familia magnam partem hujuſmodi bonorum aſſignaverit pro fundatione Commendæ S. Religionis S. Stephani erectæ ad inſtar fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ ad privatum commodum ipſius Fundatoris, & poſt ejus obitum ſuorum filiorum, & deſcendentium maſculorum, & deinde aliarum linearum ejuſdem Familiæ, ſubſtituto in earum defectum Sereniſſimo Magno Magiſtro.

Nihilominus hæc bona in Commendam aſſignata ſemper remanſerunt obnoxia oneribus ſolitæ Collectæ, quæ fuerunt ſolita tam vivente, & ea ſolvente ipſomet Fundatore, quam omnibus aliis ſucceſſive vocatis ad Commendam, & quidem per immenſum ſpatium 140. annorum a die erectionis Commendæ, ut conſtabat ex libris Cataſtri, necnon Campiono Communitatis Imolæ, ubi uſque de anno 1637. bona titulo Commendæ deſcripta reperiuntur, & illa ab anno 1560. cum ſemper ſubjecta legabantur oneribus collectæ.

Poſt hanc obſervantiam Centenariam & ultra Demetrius de Pantaleonibus modernus Commendæ Poſſeſſor non obſtante, quod etiam exemplo Majorum ſuorum feciſſet ſolutionem Collectæ, noviſſime cœpit exemptionem ab illa prætendere in vim *Conſtit. 60. ſan. mem. Pii IV.* unde opus fuit Communitati recurſum habere ad S. Congr. Immunitatis, ubi Ego pro Communitate ſcribens, dicebam, eſſe declarandam quod bona Commendæ eſſent ſubjecta Collectis.

Ad quod aſſequendum allegabam, in Tribunalibus hodie receptam eſſe communiter ſententiam illam, quod Equites S. Stephani licet viventes ſub Regula per Sedem Apoſtolicam approbata, non tamen ſunt
vere Religioſi, neque Eccleſiaſtici, ut ex celebri vo- 2
to trium S. R. A. poſtea S. R. E. Card. Seraphini, Pamphilii, & Arigonii, impreſſo in *dec. 228. p. 3. rec.* & late diſcuſſo articulo formiter deciſum fuit apud Rot. *in Bononien. exemptionis 6. Junii 1708. §. Pari inſubſiſtentia cum ſeqq. cor. Eminent. Falconerio*, & propterea reputantur pro Laicis quoad Bona patrimonialia ab eis poſſeſſa, quæ reponuntur in Cataſtro Laicorum, & nulla gaudent exemptione a Collectis, ut
tradunt Bertacchin. *ver. dec. 92. per tot.* Conſtantien. 3
ad Statut. Urb. annot. 60. art. 4. n. 378. & 379. Ricc. *in Synopſ. decretor. S. Congr. in verbo Equites S. Stephani n. 4.* ubi refert reſolutiones S. Congr. Immunitatis, & referendo minutarim omnia tam hujus, quam alterius Boni Regiminis decreta, & ſimul ea conciliando judicavit Rot. *in d. Bononien. exemptionis 6. Junii 1708. §. In Sacra cum ſeqq. cor. Eminentiſſ. Falconerio.*

Sicut autem ratione qualitatis Perſonarum Equites nulla gaudent exemptione quoad eorum Bona patrimonialia, ita nec etiam quoad Bona illarum Commendarum, quæ ad privatum commodum, & de-
corem Familiæ fuerunt erectæ, & tranſeunt de uno 4
in alium ipſius familiæ Deſcendentem, ſeu Agnatum Jure ſanguinis, & ex providentia Fundatoris, cum hujuſmodi Commendæ non ſint Beneficia Eccleſiaſtica, neque cum illorum terminis regulentur, ſed cum ſolis terminis Primogenituræ, ſeu Majoratus, & feudi, cum nihil habeant ſpirituale, aut ſpirituali annexum, ut late oſtendit Mendo *de Ordin. militar. diſquiſ. 1. q. 14. n. 242. & diſquiſ. 10. q. 2. ſub n. 14. & q. 7. ſub n. 54* Spirit. Sanct. *in Director. tit. de Juſt. & Jur. tract. 3. ſect. 14. num. 23.* Caſtropal. *oper. moral. tom. 3. tract. 17. de ſimon. diſp. 3. punct. 13. n. 13.* Card. de Luca *de Jurepatr. diſc. 20. n. 14. & 15. & de Juriſdict. diſc. 92. ſub n. 22. & de fideicomm. diſc. 7. nu. 1. & 15. & in Miſcell. Eccleſ. diſc. 54. n. 22.* Rota *in d. Bononien. exemptionis ubi ſup. §. Eo minus cum ſeqq. cor. Eminent. Falconerio.*

Ex qua ratione, quod Commendæ ſint temporales, communiter aſſerunt Scribentes, eas poſſe pretio mediante alienari citra incurſum ſimoniæ, quæ
in eis non conſideratur, nec intrare poteſt, ut fir- 5
mant Dian. *Coord. tom. 5. tract. 7. de ſimon. reſ. 34. n. 5. in fine, & reſ. 35. n. 1. & ſeqq.* Fagundez. *de contract. lib. 5. c. 20. n. 9.* Machadus *de perfect. confeſſ. tom. 2. lib. 5. p. 4. tract. 2. docum. 1. n. 4.* Lezzan. *tom. 1. p. 2. c. 5. n. 26.* Bonaccin. *oper. moral. tom. 1. de ſimon. diſp. 1. q. 4. n. 15.* a Spirit. Sanct. *ubi ſupra n. 285.*

Et proinde bona hujuſmodi Commendarum familiarium perinde habentur ac ſi eſſent patrimonialia, non enim exemptio eis naſcitur ratione Perſonæ,
quæ poſſidet tanquam nec Religioſæ, nec Eccleſia- 6
ſticæ, minuſque ratione dotationis Commendæ, quæ, ſi Beneficium Eccleſiaſticum non eſt, ſed habetur pro temporali: ergo non habet privilegium Bonorum primæ erectionis Eccleſiarum, & beneficiorum, de quo *Text. in cap. 1. de conſib.* & bene oſtendit Rot. *in d. Bononien. exemptionis 6. Junii 1708. §. Eo minus, cor. Eminentiſſ. Falconerio*, & in terminis bonorum
Cappellaniæ, quæ Eccleſiaſtica non ſit, ſed laicalis 7
licet addicta oneri ſpirituali Miſſarum non habere exemptionem a Collectis judicavit Rot. *in Firmana Cappellaniarum 2. Julii 1717. §. fin. cor. bon. mem. Lancetta* impreſſa apud Me *de controv. Patron. allegat. 87. numer. 30.*

Neque obſtabat unicum objectum, fundatum ſuper *Conſtit. 60. Pii IV.* ubi data fuit exemptio S. Religioni quoad Bona Commendarum, & in ejus ſe-

ſeque-

ſequelam emanarunt frequentiſſimæ Reſolutiones Sacr. Congreg. quæ dixerunt Equites S. Stephani gaudere e-
8 xemptione quoad bona Commendarum tantum, non autem quoad Patrimonialia, ut ex illarum tenore relato apud Rot. *in d. Bononien. exemptionis ubi ſup. §. Nihilominus, cor. Eminent. Falconer.* Ergo cum hic ageretur de bonis Commendæ; intraret Privilegium exemptionis conceſſum per Conſtitutionem Pii IV. juxta eaſdem reſolutiones.

Etenim advertebam cadere poſſe æquivocum ſuper intelligentia Commendarum, quarum bonis allegata Conſtitutio exemptionem conceſſit, hæc enim loqui videtur de ſolis Commendis Religioni incorporatis, & ſic libere ſpectantibus ad ipſam Religionem, ut ſonant verba Conſtitutionis, ibi: *Quodque Religionis, & Militiæ hujuſmodi bona, &c. quæcunque tam per magnum Magiſtrum Commendis, aliiſque beneficiis, & officiis dictæ Militiæ in illorum inſtitutione, quam deinceps illis, dictoque Conventui, & ejus Perſonis quomodolibet aſſignanda, concedenda, & applicanda ſub quibuſvis decimis, ſubſidiis, aliiſque ordinariis, & extraordinariis oneribus, &c. nullatenus comprehendantur, ſed ab*
9 *illis exempta ſint, & eſſe cenſeantur, niſi ea, quæ hactenus oneribus hujuſmodi fuerunt, & ſunt de præſenti obnoxia*, quæ verba reſtringuntur ad bona per Magnum Magiſtrum aſſignanda Commendis, aliiſque officiis Religionis; *Tam in illorum inſtitutione, quam deinceps illis, dictoque Conventui, & ejus Perſonis*; ergo loquitur de Commendis libere ſpectantibus ad Religionem, ſeu fundatis de ejus bonis propriis, quales ſunt illæ, quibus Magnus Magiſter, vel in Inſtitutione, vel deinceps aſſignaverit Bona Religionis, & Militiæ, ibi; *Religionis, & Militiæ hujuſmodi bona, &c. aſſignanda*, & in ſpecie quod hujuſmodi Conſtitutio loquatur de Commendis ſpectantibus ad Religionem probat Conſtantin. *ad Statut. Urb. d. annot. 60. art. 4. n. 378. & ſeqq.* ibi: *Habentur pro Laicis extra bona Commendarum ſpectantium ad Religionem; S. Congreg. in Regien. 26. Septembris 1693.* apud Ricc. *in Synop. Decretor. in verbo Equites S. Stephani n. 2.* ibi; *Bona Commendarum ſpectantium ad Religionem Equitum S. Stephani tanquam Bona Eccleſiaſtica tuenda ſunt.*

Cum igitur in caſu iſto non ageretur de Commenda fundata de bonis propriis Religionis, ſeu illi incorporata, & ſpectante ad ejus liberam diſpoſitionem, inde inferebam, quod nunquam applicari poſſet privilegium exemptionis, quod Summus Pontifex conceſſit Bonis propriis *Religionis, & Militiæ* applicatis in Commendas, & alia ejus officia, dum exemptio tanquam odioſa, & alteri præjudicialis nunquam extenditur de uno
10 genere bonorum ad aliud *Text. in cap. Porro de privileg. ubi gloſſ. in verbo tenorem*, Rot. *decſ. 291. n. 9. par. 5. & dec. 183. num. 12. part. 12. recent. & coram Bich dec. 528. nu. 9.* nam Commendæ, quæ eriguntur pro commodo, & honore privato familiarum, & ſanguinis, non proveniunt ex aſſignatione bonorum Religionis, & Militiæ, ſed bonorum patrimonialium cujuſlibet privatæ Familiæ laicalis, & donec jure ſanguinis de uno
11 in alium ſucceſſorem tranſeundo poſſidentur per illos de Familia adinſtar fideicommiſſi ex providentia Fundatoris, non poſſunt ullam conſequi exemptionem, nec ratione Poſſeſſorum, qui Eccleſiaſtici, & Religioſi non ſunt, neque etiam ratione bonorum primæ erectionis, quorum exemptio a Jure datur pro erigendis Eccleſiis, & Beneficiis, non autem hujuſmodi Commendis, quæ Eccleſiaſticæ, & Beneficia non ſunt, juxta auctoritates ſupra relatas, & ſignanter Rot. in dict. Bononien. exemptionis, coram Eminentiſſimo Falconerio, & in præciſis terminis explicando bona Religionis, & bona aliunde provenientia firmavit Rot. *coram Seraphin. dec. 687. numer. 1. cum ſeqq.*

Nec ſuffragari dicebam, quod licet agatur de Commenda familiari extra liberam diſpoſitionem Magni Magiſtri, attamen ſufficiat eam fuiſſe erectam auctoritate Magni Magiſtri, ut bona pro dote aſſignata aſſumant naturam, & qualitatem Eccleſiaſticam, exemplo Juriſpatronatus paſſive reſervati in Beneficiis, quæ per Fundatores Laicos eriguntur; erat enim æquivocum in ſuppoſito, quod Commendæ hujus Militiæ ſint Beneficia propter auctoritatem Magni Magiſtri, quando communis opinio eſt illa non eſſe, nec cenſeri poſſe Beneficia, ex allegatis numer. 4. & conſequenter neque bona dotalia aſſumunt qualitatem Eccleſiaſticam, quæ datur in Beneficiis, neque Conſtitutio Pii IV. reſtricta ad exemptionem pro bonis Militiæ, & Religionis aſſignatis in Commendas, illam conceſſiſſe videtur propter qualitatem Eccleſiaſticam, ſed quia voluit per Privilegium ſpeciale bona Militiæ, & Religionis eximere, ut denotat illa limitatio quoad bona oneribus jam ſubjecta ibi; *niſi ea, quæ hactenus oneribus hujuſmodi fuerint, & de præſenti ſint obnoxia*, ac etiam probant reſolutiones S. 12
Congreg. declarantes etiam hæc bona Commendarum propria Religionis non eſſe exempta ab oneribus Cameralibus, ut bene obſervat Rota *in dicta Bononien. exemptionis, ut ſupra §. Verum, coram Eminentiſſimo Falconerio.*

Prout etiam non obſtabat, quod juxta Inſtrumentum fundationis Commendæ in defectum linearum de familia ſubſtitutus fuerit Magnus Magiſter; nam dicebam dato hoc caſu tunc intrare Conſtitutionem Pii IV. circa exemptionem, quia tunc verificabatur, agi de bonis, & Commenda propria Religionis tanquam illi pleno Jure incorporata, ſed donec, & quouſque bona non ſunt incorporata Religioni, *ſeu ejus* Theſauro, ſed re- 13
manent Jure ſanguinis apud Deſcendentes Familiæ laicalis adinſtar feudi, ſeu fideicommiſſi ex pacto, & providentia Fundatoris, juxta Franciſc. Anſald. *conſil. 12. cum duob. ſeqq.* Rot. Floren. apud Manſ. *conſult. 100. n. 77.* bon. mem. Anſald. *in annot. ad deciſ. 56. n. 15.* tali caſu bona reputantur patrimonialia, & laicalia, & nullam obtinent exemptionem, nec de jure, nec ex Conſtitutione Piana, quæ ad bona hujuſmodi privatorum Commendarum familiarium non reſpexit, cum iſtæ non ſint Commendæ Religionis, quæ diſtribuuntur per Magnum Magiſtrum erga Equites benemeritos, & Antianos, quo intuitu, & ratione Summus Pontifex videtur illis indulgere voluiſſe Privilegium exemptionis de jure non competens, quæ ratio, & intuitus non militat in privatis Commendis Familiarum particularium, neque 14
his proinde Conſtitutio exemptiva applicari videbatur, *Cap. ſane de privileg.* Rot. *dec. 109. n. 15. p. 14. & dec. 17. n. 4. & 5. p. 15. & dec. 426. n. 8. p. 18. & dec. 620. n. 12. part. 19. rec.*

Addebam quoque alterum fundamentum excluſivum exemptionis reflectendo, quod Conſtitutio Pii IV. denegavit exemptionem bonis propriis Religioni aſſignatis in Commendas, quando eſſent antea ſubjecta oneribus ibi; *niſi ea quæ hactenus oneribus hujuſmodi fuerunt,* 15
& de præſenti ſunt obnoxia: dum itaque bona hujus Commendæ antea erant ſubjecta Collectæ, idcirco non potuerunt fieri exempta propter ſubſecutam erectionem in Commendam, ſed tranſierunt cum onere ſuo S. Congreg. apud Ricc. *in Synopſ. decretor. in verb. onus num. 3.* & firmavit Rot. *coram Penia dec. 179. n. 16. & coram Merlin. dec. 972. n. 15. & ſeqq.*

Verum deinde conſiderabam, quod ſi hæc erat quæſtio interpretativa ad Conſtitutionem Pianam, non indigebat ratiociniis, & argumentis; Etenim non eſt opus argumentis, neque interpretationibus, quotieſcunque habetur melior interpretatio de Mundo data a magno Interprete, qualis eſt obſervantia Centenaria, & ultra, dum ſpatio 140. Annorum computato a die erectionis Commendæ, ſemper ejus bona fuerunt ſubjecta Collectæ, tam ex facto ipſius Fundatoris, quam omnium aliorum de Familia, qui pro tempore poſſiderunt bona 16
Commendæ, hæc enim centenaria in linea interpretationis prævalet contra quemcunque alium intellectum etiam de Jure meliorem, & veriorem, cum vanum ſit dubitare, an recte ſucceſſerit quidquid per centenariam pacifice obſervatum fuit *per Text. in l. hoc Jure, §. Ductus aqua, ff. de aqua quotid. & æſtiv. & cap. ſuper quibuſdam, §. Præterea de verb. ſignif.* Rot. *cor. Emerix Jun. dec. 1139. n. 1. & in Friſingen. Juris deputandi Curatos 24. Martii 1713. § Quinimmo, cor. bon. mem. Anſaldo, & in Saliſburgen. Vicaria 31. Jan. 1714. §. Si inſuper, & §. Neque, & in Lucana Unionis 11. Decembr. 1719. per tot. cor. Eminentiſſ. Falconerio.*

Fortius quia etiam in alia conſimili Commenda Nobilis Familiæ de Pignattis Ravennaten. hoc ipſum apparebat ſervatum ab immemorabili, unde nimis exorbitans

vide-

videbatur prætenſio opponendi pectus contra centenariam, quæ præſumitur habere ſcientiam, & conſenſum ipſius etiam Religionis, cum Centenaria o-
17 mnia poſſibilia præſumat Trobat. *de effect. immemor. quæſt.* 15. *art.* 4. *n.* 12. Molin. *de Primogen. Hiſpan. lib.* 2. *capit.* 6. *n.* 65. *&* 73. Roſa *conſult.* 12. *n.* 44. Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 106. Rota *in Auguſtana Summa Cuſtodia ſuper ſecundis literis* 21. *Junii*, §. *Altera*, *& in Lucana Unionis* 11. *Decembris* 1719. §. *Tum demum*, *cor. Eminentiſſimo Falconerio*, & in terminis requiſitis ſcientiæ Trobat. *de effect. immem. quæſt.* 11. *n.* 23. Caſtill. *de tertiis lib.* 7. *cap.* 28. *n.* 7. *circa med.* Peregr. *de Jur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 65. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 17. *n.* 62. *& ſeqq.*

Immo ſi Centenariam accipimus etiam in ſenſu contrario Conſtitutioni, æqualis ſemper erit virtutis, & potentiæ; nam exemptio, quæ odioſa eſt, ſi
18 per non uſum, ſeu contrarium uſum præſcribitur ſpatio 30. vel 40. annorum *ad Text. in capit. ſi de Terra*, *& cap. Accedentibus de privileg.* Tondut. *qu. benef. cap.* 61. *n.* 13. *& ſeqq.* Rot. *coram Ottobon. decis.* 229. *num.* 4. *& in Giennen. Adjunctorum* 13. *Februarii* 1702. §. *Et quod cauſa*, *coram bon. mem. Molines*, *& in Brixinen. juriſdictionis* 27. *Junii* 1710. §. *Hujuſque*, *cor. bon. mem. Kaunitz*.

Certe per ſpatium Centenariæ circumſcripta, & ineffectuata in bonis hujus Commendæ eo magis inallegabilis remanet, & prorſus inutilis convincitur, ſi verum eſt, prout docet communis Schola
19 Doctorum, Centenariam operari præſumptum titulum, & quidem meliorem de Mundo, & conſequenter quoad Bona hujus Commendæ ad effectum, ut remanſerint ſubjecta Collectæ, allegari poteſt Privilegium Apoſtolicum, pactum, & Concordia inita cum Fondatore, & ipſa etiam Religione, & Militia: Rocc. *diſp. Jur. cap.* 70. *n.* 12. *&* 13. Rot. *coram Emerix Jun. deciſ.* 1139. *n.* 2. *& in rec. dec.* 671. *num.* 16. *part.* 18. *& in Saliſburgen. Vicariæ* 16. *Januarii* 1719. §. *Hic vero*, *cor. Eminentiſſ. Falconerio*.

Neque locus eſſe poterat reſponſioni, quod in hac Commenda unuſquiſque veniat jure proprio independenter ex facto Antecessorum, qui fecerunt ſolutionem Collectarum, ſi enim per ſpatium 140. annorum a die erectionis Commendæ, tam ipſe Fundator, quam Succeſſores ſolverunt Collectas, modernus Commendæ Poſſeſſor impugnare non poteſt quidquid ipſe Fundator fecit, & recognovit, & quidquid conſequenter ejus exemplo alii Succeſſores continuarunt per centenariam, quæ de cætero in linea tituli melioris de Mundo, aut in linea interpretationis afficit omnia etiam Jure proprio venien-
20 tes, Decian. *conſ.* 24. *n.* 108. *& ſeqq. lib.* 1. Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 10. Trobat. *de effect. immemor. qu.* 14. *art.* 5. *n.* 9. *& ſeqq.*

Sacr. Congregat. Immunitatis, in qua propoſita fuit Cauſa ſub die 25. Januarii 1724. reſolvit bona
21 hujus Commendæ teneri ad Collectas, ex motivo adeo conſiderabilis obſervantiæ per centenariam, & ultra, quia de cætero Ego dubitabam in hac Cauſa, propter Inſtrumentum fundationis, in quo Eques Fundator expreſſe dixerat ſe donare bona Sacræ Religioni S. Stephani per verba illa: *Titulo, & Cauſa pura, mera, ſimplicis, & irrevocabilis donationis, quæ dicitur inter vivos, &c. dedit, & donavit Sacræ, & Illuſtriſſ. Religioni Divi Stephani, &c. infraſcripta bona ſua in Territorio Imolæ, ſub lege tamen, & pacto pertinentiæ Juriſpatronatus ad Fundatorem, ejuſque filios, & deſcendentes maſculos in perpetuum*. Unde intrare videbatur relata Conſtitutio S. Pii V. ex quo bona hujus Commendæ vigore donationis erant propria Sac. Religionis, itaut applicabilis videretur exemptio conceſſa per Conſtitutionem bonis ipſius Militiæ, & Religionis, unde præcipuum fundamentum merito ſtetit in Obſervantia centenaria, maxime inducta etiam ex facto Fundatoris, conſideratis etiam verbis Conſtitutionis ſupra regiſtratis ſub n. 14.

NOVARIEN. BENEFICII.

ARGUMENTUM.

De duplici ſpecie impetrationum, altera objectiva, & altera civili: Epiſcopus habenti duo ſimplicia, ſed inſufficientia, an poſſit tertium conferre Beneficium ſimplex.

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti ſeries.*
2 *Sacri Canones damnant odibiles piſcationes beneficiorum per viam Impetrationis.*
3 *Hæc ſpecies verificatur quando Impetratio fundatur in modo objectivo, & criminali.*
4 *Secus in altera ſpecie civili, & qualis iſta ſit, & n.* 5.
6 *Decreta Sacræ Congregationis Concilii habent vim legis, nec admittunt diſcurſus in contrarium.*
7 *Juxta hæc Epiſcopus conferre non poteſt tertium beneficium ſimplex habenti alia duo ſimplicia, licet inſufficientia.*
8 *Si Epiſcopus conferat tertium adepta hujus poſſeſſione, an vacet unum ex primis, vel duo priora, & n.* 9.
10 *Hæc vacatio intelligitur adepta poſſeſſione Tertii cum perceptione fructuum, vel ſaltem eorum majoris partis.*
11 *Sacra Rota ſequitur Oracula Sac. Congregationis.*
12 *De Jure pluralitas beneficiorum ſimplicium non cauſat incompatibilitatem, ſi omnia adæquent ſufficientem ſuſtentationem. & de ſupervenienti diſpoſitione S. Concil. Trid. n.* 13.
14 *Collatio beneficii facta ab Ordinario habenti alia duo, an ſit valida, vel nulla.*
15 *Opinio Auctoris, quod Epiſcopus habenti duo ſimplicia poſſit vigore Concilii conferre tertium ad ſufficientiam.*
16 *Ante Concilium, an eſſet permiſſa pluralitas beneficiorum ultra, vel intra congruam in una, eademque Perſona.*
17 *Reprobatur Card. de Luca circa intelligentiam Concilii ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat. & quomodo hoc intelligatur.*
18 *Pro collatione valida, vel nulla Ordinarii circa Tertium, attenditur an hoc ſit ſufficiens de per ſe, vel inſufficiens.*
19 *Si Ordinarius conferat Tertium, an vacet primum, vel ambo, vel detur optio Poſſeſſori dimittendi unum.*
20 *Qui obtinet Tertium ſimplex ab Ordinario non privatur uno, vel primis duobus jam obtentis.*
21 *Sed collatio Tertii erit nulla.*
22 *Concilium non inducit incompatibilitatem Tertii cum primis duobus.*
23 *Proviſio Apoſtolica Tertii quare requiratur.*
24 *Diſpenſatio non inducitur per expreſſionem primi incompatibilis factam in Impetratione ſecundi ſecus in pluralitate beneficiorum.*

DISCEPTATIO CXVIII.

POſtquam Herculanus Carminatus obtinuit Auctoritate Apoſtolica beneficium ſimplex in Parochiali Sancti Martini annui redditus ducatorum
decem auri de Camera, & deinde Canonicatum in 1
Cathedrali Eccleſia Lauden. ultimo loco, ſcilicet de anno 1713. obtinuit Auctoritate Ordinaria aliud beneficium ſimplex in Parochiali Sancti Pauli annui redditus quindecim ducatorum auri de Camera, adepta ejus poſſeſſione, contra quem Canonicus Zoppis; impetravit in Dataria Apoſtolica primum beneficium ſimplex, ut ſupra poſſeſſum ab eodem

Her-

Herculano tanquam vacatum ob aſſecutionem, &
pacificam poſſeſſionem tertii beneficii juxta decreta
Sac. Congregationis Concilii, de quibus infra.

Hinc memoratus de Zoppis Impetratoe meum vo-
tum requiſivit ſuper duobus in ſenſu veritatis. Pri-
mo ſcilicet, an hæc Beneficii impetratio ſit de illo
genere odibilium Piſcationum, quas veluti illauda-
biles, & inhumanas damnant Sacri Canones, Te-
2 ſte Sarnen. ad *regul. de Annal. quæſt. 1. n. 1. n. 5. verſic.*
hac enim, & Lotter. *de re benef. lib. 2. qu 44. n. 17.*
& ſecundo, an impetratio exitum favorabilem ſpe-
ctare poſſit in Judicio.

Ego circa primum reſpondi, quod in praxi da-
tur duplex Impetrationum ſpecies, altera objectiva,
& criminalis, altera vero civilis, & nullam irro-
gans infamiam. Prima ſpecies eſt illa, per quam
expiſcatur beneficium contra poſſeſſorem ex capite
3 ſimoniæ, homicidii, hæreſis, illegitimitatis, intru-
ſionis in beneficium ex cenſura *Text. in cap. avari-*
tiæ de præbend. & de hac ſpecie loquuntur Docto-
ctores, qui has damnant Impetrationes, & vocant
gratias piſcatorias, & inhumanas accuſationes, dum
ſuper delicto, & crimine Poſſeſſoris ſuum ſabricans
intereſſe, & ita propter cupiditatem habendi, ſamam
alterius denigrant, *ut in Canon. ſi quis Epiſcopus 2.*
quæſt. 7. & in canon. ſi omnia 6. quæſt. 1. Sarnen. *in*
regul. de annal. quæſt. 1. num. 5. Lotter. *dict. quæſt. 44.*
n. 15. & 17. & melius quæſt. 20. num. 92.

Altera ſpecies civilis eſt, quando quis impetrat
4 citra crimen, & infamiam Alterius, contra quem
ſit Impetratio, ut eſt caſus Impetrationis factæ ob
novam vacationem, quæ naſcitur ex facto Poſſeſſo-
ris: Lotter. *dict. quæſt. 44. numer. 20. verſ. tertius eſt*,
prout contingit in eo, qui dat cauſam vacationi
per aſſecutionem incompatibilis, per quam vacans
priora beneficia ex diſpoſitione Legis, prout in caſu
vacationis juxta decretum videre eſt apud Lotter. *d.*
lib. 2. quæſt. 20. num. 95. ubi hunc Impetrantem dicit
non eſſe calumnioſum, Rot. *in Monaſterien. Cano-*
nicatus 4. Maii 1716. §. Nec obſtat, cor. Eminent.
Falconerio, ubi de impetratione ex capite vacationis
per aſſecutionem incompatibilis,

Hujuſmodi ſiquidem Impetrantes nedum odio le-
gali ſunt deſtituti, ſed immo Lege approbante ac-
cedunt ad impetrandum, quia ſi permiſſa eſt bene-
5 ficii, quandocunque vacat Impetratio, utique nihil
amari continet, ſi quis utatur Jure ſuo in caſu va-
cationis, ſive hæc oriatur per obitum Beneficiati,
ſive per contractum matrimonii, ſive per aſſecutio-
nem incompatibilis, ſive per alium modum vacan-
di civilem, & nemini injurioſum, quidquid ſecus
in modo criminali vacationis per ſimoniam, homi-
cidium, hæreſim, & ſimiles exceſſus infamatorios;
Hinc in praxi etiam Equites, & Barones, faciunt
Impetrationes ex vacatione propter aſſecutionem in-
compatibilis, ut omnis aliis caſibus Me ſcribente fuit
ille habitus in *Auguſtana Canonicatus 26. Junii 1713.*
coram Eminentiſſimo Falconerio, & 27. Junii 1714.
coram Reverendiſſimo Criſpo, & 1. Julii 1715. coram
Eminentiſſ. Scotto.

Circa ſecundum articulum dicebam, quod quic-
quid Ego ſentirem in puncto Juris, opus non erat
aperire, quia quando concurrit res decīſa per decre-
6 ta Sacræ Congregationis Concilii, hæc cum habeant
vim legis, ſuam merentu executionem apud Judi-
ces, nec juvant in oppoſitum ratiocinia, aut Do-
ctorum opiniones, per ea, quæ tradit Fagnan. *in*
cap. quoniam n. 6. & ſeqq. de conſtit. Pignatell. *conſult.*
Canon. tom. 1. conſult. 86. num. 19. Ridolph. *in prax.*
part. 1. cap. 7. n. 83.

Jam vero Sacra Congregatio cenſuit non poſſe
7 Epiſcopum conſerre tertium ſimplex Habenti alia
duo ſimplicia, ſed inſufficientia, ut apud Monacell.
in formul. for. Eccleſ. part. 1. tit. 2. formul. 20. num. 2.
Fagnan. *in cap. literas n. 3. de conceſſ. præbend. & in*
8 *cap. cum jam dudum n. 71. de præbend.* Card. de Luc.
de benef. diſc. 119. n. 2. ubi autem Epiſcopus confe-
rat tertium, eadem Sacra Congregatio declaravit
adepta poſſeſſione hujus tertii vacare unum ex prio-
ribus in una reſolutione 5. Octobris 1587. in alia
vero reſolutione cenſuit vacare duo priora, ſi ter-
tium ſit ſufficiens, ſin minus teneri Proviſum dimit-
tere alterum ex illis, ut apud Garz. *de benef. part.*
11. cap. 5. n. 310.

Ultimo loco reaſſumpta diſputatione hujus arti-
culi, an tali caſu vacaret primum, vel eorum ul-
timum, ſemel, bis, & ter propoſita cauſa, tandem
cenſuit vacare primum ſub die 13. Novembris 1627.
ut teſtatur Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 62. num. 6.* 9
verſ. verum, quæ reſolutio auſert dubium, quod Im-
petratio primi eſſet diſputabilis, ex quo Proviſus ha-
beret optionem dimittendi unum ex primis duobus
juxta antiquiorem reſolutionem Sac. Congreg.

Sed quia reſolutio procedit adepta pacifica poſſeſ-
ſione Tertii, poſſeſſio hæc intelligitur cum perce- 10
ptione fructuum, vel eorum majoris partis juxta
Text. in cap. ſi tibi conceſſo, ibique gloſſ. in verb. va-
care de præbend. in 6. ubi Joan. Andr. *n. 5. & 6.* Paſſe-
rin. *num. 3. 13. & 16.* Garz. *de benef. part. 11. capit. 9.*
n. 131. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. n. 21.*
Rot. *deciſ. 285. n. 2. part. 19. rec. & in Fiſingen. Cano-*
nicatus 16. Maii 1707. §. Parum relevante, cor. bon.
mem. Anſaldo.

Probandum idcirco erit, quod tempore Impetra-
tionis factæ per Canonicum de Zoppis Herculanus
jam percepiſſet fructus tertii beneficii, quo probato
intrabit vacatio ad formam reſolutionis Sac. Con-
gregationis 13. Novembris 1627. ut ſupra, quam Ju-
dex præterire non poterit, cum S. Rotæ Tribunal
amplectatur, & ſoleat ſequi Oracula S. Congrega- 11
tionis, ut teſtatur Fagnan. *in d. cap. quoniam n. 71.*
& 72. de conſtitut. Buratt. *deciſ. 579. n. 3.* Celſ. *deciſ.*
60. n. 4. Merlio. *deciſ. 823. n. 8. & in Derthuſen. Juriſ-*
dict. 28. Januarii 1697. §. fin. coram bon. mem. Pio, &
in Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2. Julii 1700.
§. Atque id, cor. bo. me. Omanna.

ANNOTATIO.

De Jure excepto caſu magnæ coacervationis be-
neficiorum ſimplicium, pluralitas illorum non cau- 12
ſat incompatibilitatem, ſi omnia adæquent ſufficien-
tem ſubſtentationem, ut probant Canoniſtæ in *cap.*
cum jamdudum de Præben. Novarr. *conſ. 10. & conſil.*
19. n. 2. de præben. Garz *de benefic. part. 11. cap. 5. n.*
309. Pariſ. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 5. n. 141.* cum aliis
apud Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 2. numer. 4.*
Paſſerin. *in cap. conſuetudinem quæſt. 2. numer. 429. &*
ſeqq. de conſuetud.

Supervenit diſpoſitio Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 17.*
de reformat. ubi ad tollendum abuſum pluralitatis 13
beneficiorum in una eademque Perſona ultra ſuffi-
cientiam, ſtatuit, ut unum beneficium ſingulis con-
feratur: *quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confer-*
tur honeſte ſubſtentandam non ſufficiat liceat nihilo-
minus aliud ſimplex ſufficiens, &c. eidem conferre:
quæritur hic de duobus. Primo, an Habenti pri-
mum, & ſecundum ſimplex, ſed utrumque inſuffi-
ciens, poſſit Epiſcopus conſerre tertium, quod uni-
tum cum primis duobus faciat ſufficientiam, etiam
ad effectum retentionis. Et ſecundo, quando non
liceat Epiſcopo conſerre tertium, ſi conferat, &
Collatarius omnium trium beneficiorum retineat
poſſeſſionem cum perceptione fructuum vacet pri-
mum ex illis, vel omnia vel ultimum, vel potius
ſit locus cogendi ad dimiſſionem ex illis optione,
& arbitrio Poſſeſſoris.

Quoad primum invenio contradictionem in Aucto-
ritatibus; Etenim Sacra Congregatio Concilii primo
dixit, Epiſcopum non poſſe conſerre tertium abſque
diſpenſatione Apoſtolica Habenti duo, quæ non ſuf-
ficiant, neque poſſe plura ſimplicia in ſumma con-
ſerre uſque ad congruam ſubſtentationem abſque
Apoſtolica diſpenſatione. Secundo cenſuit collatio-
nem tertii beneficii eſſe validam, ut apud Garz. *de* 14
benef. part. 11. cap. 5. n. 310. Barb. *ad Concil. d. ſeſſ. 24.*
cap. 17. n. 10. per contrarium vero collationem tertii
eſſe nullam, ſubſtinet ex *Text. in cap. Ordinarii, §.*
In conferendis de officio ordin. in 5. plene Fagn. *in cap.*
cum jam dudum n. 69. & 70. de præben. & in c. literas
num. 5.

nu. 5. *de conceſſ. prabend.* Panimoll. *dec.* 31. *ann.* 1.
nu. 38.

15 Hæc autem eſt contradictio, quod Collatio ſit
valida, & ſit nulla, & proinde Ego conſiderando
mentem, & verba Concilii, in puncto Juris credi-
dem, Epiſcopum poſſe etiam vigore Sac. Conc. Trid.
conferre tertium, quod producat ſimul cum aliis
ſufficientiam, juxta regulam: *multa pauca faciunt
unum ſatis*: Si enim in caſu inſufficientiæ primi per-
mittit collationem ſecundi, quod tamen ſit ſufficiens
ibi: *aliud ſimplex ſufficiens*: ſi ſecundum non ſit ſuf-
ficiens, Epiſcopus poteſt ex mente Concilii conferre
tertium, quartum, & ſic deinceps uſque ad ſuffi-
cientiam: omnia enim modica donec non perveniant
ad ſufficientiam, nunquam dicuntur *aliud ſufficiens*,
& per contrarium dicentur per modum unius poſt-
quam tertium, vel aliud beneficium adæquabit men-
ſuram ſufficientis ſubſtentationis, ubi concludunt
Navarr. Ricc. Pariſ. & alii Doctores relati apud An-
tonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 4. Carol. Anton.
de Luc. ad Ventrigl. *in prax. p.* 1. *ann.* 17. §. 2. *n.* 1. Pa-
nimoll. *dec.* 31. *num.* 18. Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 5.
n. 308. & 309. Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. alleg.* 62.
num. 10.

Ratio apud Me eſt, quod Concilium induxit Jus
novum ſtatuendo incompatibilitatem, quæ dubium
erat, an adeſſet ſeu de Jure, ſeu de conſuetudine
circa pluralitatem beneficiorum excedentium con-
gruam ſubſtentationem, ut refert Garz. *de benef. d. p.*
16 11. *c.* 5. *n.* 264. & *ſeqq. n.* 272. Si autem certum erat,
quod nulla de Iure communi exiſtebat incompatibi-
litas quoad pluralitatem beneficiorum, quæ ſimul
juncta non excedebant menſuram congruæ ſubſten-
tationis, ut ex Garz. ubi proxime n. 306. Et aliis pro-
xime relatis ſub n. 15. ergo Concilium hoc Jus com-
mune non intelligitur mutaſſe, aut correxiſſe, ſed
potius ſe cum eo conformaſſe requirendo ſufficien-
tiam, ut ponderat, Navarr. *conſ.* 10. & 19. *de praben.*
& ſolum corrigere voluit conſuetudinem conferen-
di uni multitudinem beneficiorum ultra ſufficien-
tem ſeu congruam ſubſtentationem.

Hoc fundamentum agnoſcit Card. de Luc. *de beneſi
diſc.* 119. *n.* 2. *verſ. Et licet*, ſed reſpondet obſtare
verba clara Concilii, & declaratione S. Congregatio-
nis; Verum mihi videtur, quod in hac parte non
17 bene loquatur ſub hoc præſuppoſito, quod Concilium
limitet in verbis poteſtatem Ordinarii ad collatio-
nem ſecundi, quando hoc ſit inſufficiens, quia di-
ait: *aliud ſufficiens*: ergo poteſtas Ordinarii per Con-
cilium conſiderata non ſtat *numerice* in collatione
ſecundi, ſed *ſubſtancialiter* in collatione ſecundi *ſuf-
ficientis*, quod non verificatur in collatione, quæ
fiat de ſecundo *inſufficienti*, ex quo infertur, quod
aut tertium de per ſe eſt ſufficiens, & Collatio Or-
dinarii eſt nulla, itaut ad effectum retinendi requi-
ratur diſpenſatio Apoſtolica, aut tertium eſt de per
ſe inſufficiens, quod unitum cum aliis facit ſufficien-
18 tem ſubſtentationem, & tali caſu valida eſt Collatio
Epiſcopi, & ad effectum retinendi non requiritur
diſpenſatio Apoſtolica, quidquid dixerit Ventrigl. *in
prax. p.* 1. *ann.* 17. §. 2. *n.* 20.

Quoad ſecundum quamvis opinio ſit Sac. Con-
gregationis vacare primum per aſſecutionem tertii,
eſt etiam ejus opinio vacare unum ex prioribus, &
etiam alia opinio eſt, quod Proviſus tenetur dimit-
tere alterum ex illis, ut apud Garz. ubi ſupra nu.
310. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 62. *n.* 6. in his
opinionibus recipienda eſt, quæ magis Reo, ac Poſ-
ſeſſori favorabilior eſt, ut poſſit ejus arbitrio alte-
rum ex illis dimittere, itaut illi detur optio, & li-
cet Barboſ. ut ſupra aſſerat, quod ſi Proviſus con-
tinuet poſſeſſionem amborum vacet utrumque; at-
tamen loquitur de caſu, quo per aſſecutionem ſe-
cundi, vacat primum, juxta reſolutionem relatam
per Garz. ubi ſupra n. 310. *verſ. Secundo an in caſu:*
nam de cætero quando agitur de tribus, quæ ſimul
conſtant ſufficientiam, non intrat vacatio omnium,
ſi non dimittantur, ſed retineatur eorum poſſeſſio
infra duos menſes cum perceptione fructuum hæc
19 enim intrat in incompatibilitate duorum reſiden-
tialium, ſed in hoc genere pluralitatis Beneficiorum
juxta Concilium, iſte terminus nullibi legitur præ-
fixus, quia non adeſt incompatibilitas, quando be-
neficia non excedunt ſufficientiam, ſed adeſt tantum
defectus poteſtatis Ordinarii, ut ſupponunt Docto-
res, per Concilium reſtrictæ ad Collationem ſecun-
di, & ſic potius id reſpicit nullitatem actus colla-
tionis tertii beneficii, non autem aliorum vacatio-
nem legitime obtentorum: ſurſus qui alias ſequeretur
abſurdum, quod Habens primum pinguius, ſecun-
dum exempli gratia trium, tertium duorum ſcuto-
rum annui redditus, perdere deberet primum, &
ſtare cum minimis.

Ego autem ex his ut ſupra conſideratis, libere
dico, quod ſuperius relata opinio, quod, aut va-
care debeat primum, aut omnia, aut ſit locus di-
miſſioni unius ex illis, ſemper apud Me viſa fuit
pari difficultate; Aut enim Epiſcopus poteſt confer-
re tertium ad effectum retentionis, & nihil præ-
dictorum intrat. Aut non poteſt, ſed requiritur
diſpenſatio Apoſtolica, & Poſſeſſor carebit Titulo
quoad tertium nulliter obtentum, ſed non priva-
bitur uno, vel primis duobus legitime obtentis; 20
dum cenſura Concilii Tridentini directa Collatori
non conferendo niſi ſecundum, inducere ſolum po-
teſt nullitatem collationis Tertii, juxta opinionem
Fagnan. ubi ſupra numer. 14. quæ Mihi verior 21
videtur, tamquam fundata in diſpoſitione *Textus
in c. Ordinarii*, §. *In conferendis de Offic. ordin.
in* 6. ubi decernitur nullam eſſe Collationem factam
ab Ordinario alicui plura beneficia obtinenti, niſi
præceſſerit diſpenſatio, ideoque non intelligo qua
ratione Collatio facta ab Ordinario contra Decre-
tum Concilii poſſit eſſe valida ad effectum dandi
vacationem uni ex primis, vel primo ex illis;
Nunquam enim poteſt eſſe validum, quod fit Ju-
re prohibente, & ex defectu poteſtatis; quod ſi
dicatur ratione incompatibilitatis vacare priora,
vel unum ex illis, reſpondeo hanc incompatibilita-
tem non reperiri ſcriptam in Jure reſpectu plurium
ſimplicium, quæ ſimul juncta non excedunt con-
gruam ſubſtentationem, minuſque incompatibitas
deduci valet ex cenſura Concilii ubi ſupra, quod
ſolum diſponit reſpectu Collatoris; ut non poſſit
Habenti unum, conferre niſi aliud ſufficiens, quæ 22
diſpoſitio tollit defectum poteſtatis conferendi Or-
dinario, non autem inducit incompatibilitatem,
quæ de Jure non adeſt; & ſic quando Concilium
intelligatur prohibere Collationem Tertii facientis
ſufficientiam cum primis, contra ea, quæ dixi,
ſemper verum eſt, hoc inferre nullitatem collatio-
nis Tertii, pro cujus validitate neceſſaria eſt pro- 23
viſio Apoſtolica, quæ vere, & proprie non vide-
tur eſſe diſpenſatio, ſi Tertium ſit inſufficiens, &
faciat ſufficientiam cum primis duobus, quidquid
ſecus ſi eſſet ſolum, ac de per ſe ſufficiens, ea
ratione, quod hujuſmodi proviſio Apoſtolica vide-
tur neceſſaria ad tollendum dubium ſuper ſufficien-
tia, vel exceſſivitate Tertii reſpectu congruæ ſub-
ſtentationis, & ne alias contingat plura, quam
duo beneficia abſque permiſſu Sedis Apoſtolicæ uni
Perſonæ conferri ab Ordinariis ſub prætextu, quod
alia Beneficia præter duo ſint neceſſaria ad hone-
ſtam illius Perſonæ ſubſtentationem, quam ratio-
nem adducit Concilium Provincial. Mediolanenſ.
apud Garz. *de Beneſic. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 313.
Data autem nullitate collationis Tertii, non per-
cipio quomodo vacare poſſint duo priora, aut in-
tret obligatio dimittendi unum ex primis, quia
quod nullum eſt, nullum producere poteſt effectum,
itaut tertium beneficium habeatur pro non habi-
to firma remanente acquiſitione, & poſſeſſione
priorum: quæ omnia dixi non ad contrariandum
reſolutionibus Sacræ Congregationis, aut ſtylo, &
praxi, ſed ad excitandas tantum difficultates, quæ
meo judicio occurrere viſæ ſunt in auctoritatibus de
hac materia loquentibus; Prædictis addo diſtin-
ctionem, quod diſpenſatio pro duobus reſidentia- 24
libus incompatibilibus retinendis non inducitur,
ſi quis in Litteris Apoſtolicis pro ſecundo in-

compatibili fecerit expreſſionem, quod obtinet primum incompatibile, per hoc enim non cenſetur diſpenſatus ad retinendum utrumque, ut eſt *Text. in cap. Non poteſt*, *§. final. de præben. in 6.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 19. num.* 27. Rot. *in Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ* 12. *Junii* 1717. *§. Nullius*, *coram Eminentiſſimo Falconerio*, ſecus autem ſi agatur de pluralitate beneficiorum ſimplicium; hoc enim caſu ſufficit, ut in ſupplicatione pro alio beneficio obtinendo exprimatur, quod ſupplicans duo beneficia poſſideat, abſque eo quod neceſſarium ſit, ut petatur aliqua diſpenſatio ſuper his, ut in praxi teſtatur Roſ. *de Execut. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 306. Rot. *in Nullius*, *ſeu Piſcien. benef.* 5. *Maii* 1719. *§. Nec ſubſiſtit*, *cor. R. P. D. Gamaches*.

MONASTERIEN. CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Facta reſignatione Beneficii in Partibus coram Notario, & Teſtibus, ſi ejus Inſtrumentum exhibeatur in Cancellaria Apoſtolica, & ejus vigore præſtetur conſenſus pro admittenda reſignatione ab aliquo, qui non habeat mandatum ſpeciale ad reſignandum, an tali caſu reſignatio ſit nulla juxta *regul.* 45. *Cancellariæ*.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quid diſponat regul.* 45. *Cancellar.*
3 *Conſenſus formalis in reſignatione qualis dicatur.*
4 *In mandato ad reſignandum quid continendum ſit.*
5 *Conſenſus præſtitus reſignationi ſine mandato Procuræ eam reddit nullam.*
6 *Non dicitur factum, quod nulliter factum fuit.*
7 *Reſignatio facta coram Notario, & Teſtibus reſolvitur in conſenſum futuræ reſignationis, & quando vide num.* 8. 9. 10. *&* 11.
8 *Verba præſentis temporis quando trahantur ad futurum.*
9 *Verba impropriantur ad ſubjectam materiam.*
10 *Præſentatio quam faciunt Patroni extra præſentiam ſuperioris quando intelligatur talis.*
12 *Reſignatarius impugnare non poteſt narrativam factam Summo Pontifici.*
13 *Conſenſus ex regula* 45. *requiſitus non ſufficit ut præſtetur in Partibus, ſed quod præſtetur in Cancellaria per Procuratorem ſpecialem.*
14 *Conſentiens qui non habet mandatum juxta ſtylum ſe obligat ad producendum mandatum intra certum terminum.*
15 *Actus conditionalis non dicitur purus.*
16 *Actus qui non valet abſque auctoritate Superioris non valet quoad partes, & eſt locus pœnitentiæ ante ſuperventam hujuſmodi auctoritatem.*
17 *Conſenſus in reſignationem reſpicit ejus ſubſtantiam.*
18 *Forma legis ſervanda eſt etiamſi finis, ob quem emanavit, non militet.*
19 *Quando in actu militet præſumptio ſiniſtra?*
20 *Mandatum ſpeciale eſt probandum.*
21 *Ex quo actu non præſumatur.*
22 *In reſignatione non ſufficit conſenſus tacitus.*
23 *Clauſula*, ſive præmiſſo, &c. *in reſignatione quid operetur, & ad quem finem appoſita cenſeatur*, *num.* 24. *&* 25.
26 *Exitus Cauſæ.*

DISCEPTATIO CXIX.

HEnricus Roding Canonicus Collegiatæ Sanctæ
Felicitatis utriuſque ſexus Oppidi Uredenæ ſub
die prima Januarii 1713. dum erat graviter infirmus,
coram Notario, & Teſtibus declaravit ſe animo de-
liberato reſolviſſe Canonicatum ad Summi Pontifi-
cis manus favore Matthiæ Bernardi ex Sorore Ne- 1
potis ſub annua penſione ſcutorum centum reſigna-
re, prout tunc actualiter reſignavit, & tranſmiſſo
ad Urbem hujus actus Inſtrumento, quidam Brixius
exhibuit illud in Cancellaria, & abſque ullo ſpecia-
li mandato præſtitit in actis ejus Notarii conſen-
ſum pro gratia Reſignationis, & quia deficiebat
mandatum, ſe obligavit de producendo infra ſex
menſes proximos Mandati Procuræ Inſtrumentum
in ſui Perſonam factum, ac ratificatorium omnium,
& ſingulorum in præſenti negotio geſtorum.

Poſt hæc deceſſit Henricus Reſignans de menſe Fe-
bruarii ſequentis, & Abbatiſſa ſupradictæ Eccleſiæ
Ordinaria Collatrix Canonicatum ab Henrico poſ-
ſeſſum tanquam vacatum per ejus obitum contulit
cuidam Hunning, cui etiam tradita fuit Poſſeſſio.

Inſurrexit Matthias Bernardus Reſignatarius, co-
ram Vicario Generali Monaſterien. exhibendo Lit-
teras Apoſtolicas Reſignationis, & obtinuit illarum
executionem contra Proviſum ab Ordinario; Com-
miſſa autem Cauſa Sacræ Rotæ ſub dubio: *An in-
traret arbitrium pro retardatione litterarum*: ne-
gativa prodiit reſolutio prævii duabus Deciſioni-
bus 5. Junii, & Decembris 1716. coram Rever.
Patre Dom. Gamaches; Iterumque commiſſa Cau-
ſa eidem Rotæ ſub dubio: *An eſſet procedendum
ad legitimam*. Ego ſcribens pro Honning proviſo
ab Ordinario, ſeu Abbatiſſa, dicebam non eſſe pro-
cedendum ad legitimam attenta nullitate Reſigna-
tionis, propter quam Canonicatus vacaverat per o-
bitum Reſignantis.

Nullitas autem Reſignatio Mihi clara videbatur
tamquam expleta per Abſentem, & abſque ejus
conſenſu præſtito per Procuratorem ſpecialiter con-
ſtitutum, juxta formam præſcriptam *in regula* 45.
Cancellariæ, *in qua cavetur: quod ſuper reſigna* 2
tione cujuſcumque Beneficii Eccleſiaſtici, *&c. quam
in manibus ſuis*, *vel in Cancellaria Apoſtolica fie-
ri contigerit*, *Apoſtolicæ litteræ nullatenus expedian-
tur*, *niſi Reſignans*, *vel Cedens*, *ſi præſens in Ro-
mana Curia fuerit*, *perſonaliter*, *alioquin per Procu-
ratorem ſuum*, *ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum
expeditioni hujuſmodi in eadem Cancellaria expreſ-
ſe conſenſerit*, *& juraverit*, *ut moris eſt*: ad cujus
regulæ præſcriptum, ut Reſignatio valeret, neceſ-
ſe erat, quod Reſignans dediſſet ſpecialiſſimum
Mandatum Procuræ ad reſignandum in manibus Pa-
pæ, quodque iſte conſenſum præſtitiſſet, qui dici- 3
tur formalis, una cum juramento, quod in Reſi-
gnatione non interveniſſet aliqua fraus, dolus, ſi-
monia, aut alia illicita pactio, & tradunt Patiſ. *de
Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 21. *&* 22. *& lib.* 9. *qu.*
6. *num.* 12. *& ſeqq. & quæſt.* 7. *num.* 43. ubi quod in
mandato ad reſignandum debet contineri clauſula, 4
quod nulla concurrit vis, neque dolus, fraus, aut
pactio ſimoniaca, Rebuff. *in prax. Benefic. titul. de
Procurator. ad reſignan. num.* 1. Lotter. *de re benefic.
libr.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 7. *&* 35. Rot. *coram Manza-
ned. deciſ.* 450. *num.* 10. *& in Salisburgen. Canonica-
tus* 8. *Februarii* 1694. *§. Præcipit*, *coram clar. mem.
Card. Priolo*.

Et tamen neque in minimo ſervata fuit forma
hujus Regulæ, quandoquidem Henricus reſignavit
in Partibus, coram Notario, & Teſtibus, dicendo
ibi ſe reſignare in manibus Papæ, abſque eo quod de-
derit alicui mandatum ſpeciale ad præſtandum con-
ſenſum Reſignationis, & jurandum, quod in Reſigna-
tione nulla intervenerat illicita pactio, fraus, aut do-
lus, ſed quidam Briſius abſque mandato Procuræ con-
ſenſit Reſignationi, exhibendo in Cancellaria ſimplex
Inſtrumentum hujus Reſignationis factæ in Partibus,

coram

coram Notario, & Teſtibus, unde nullitas Reſi-
gnationis eſſe non poterat evidentior tamquam factæ
abſque conſenſu præſtito per Procuratorem ſpeciali-
5 ter conſtitutum, & contra formam Regulæ haben-
tis decretum *Irritans*, juxta punctuales deciſiones
*in Leodien. Parochialis, cor. Manzan. dec. 550. n. 7.
cum tribus ſeqq. & in d. Salisburg. Canonicatus 8. Febru.
1694. cor. cla. me. Card. Priolo d. §. Præcipit, & ſeqq.*

Neque ſubſiſtebat aſſumptum deciſionum hujus
Cauſæ; Non quidem ſuſtineri poterat primum, ju-
xta quam ſuppoſitum fuit *regulam 45. de conſenſibus*
veluti loquentem de Reſignationibus faciendis: lo-
cum ſibi non vindicare in hac Reſignatione prius fa-
cta extra Curiam, coram Notario, & Teſtibus,
Quia reſpondebam, eſſe novum in Jure noſtro Reſi-
gnationem beneficii Eccleſiaſtici dici poſſe factam
per actum privatum inter Partes geſtum, coram No-
tario, & Teſtibus, quia Reſignatio in favorem, cum
alibi fieri non poſſit, quam coram Papa, non autem
Ordinario, utique Reſignatio hæc facta, coram No-
tario, & Teſtibus neque, coram Papa, neque, co-
6 ram Ordinario, nihil aliud erat, niſi actus in radi-
ce nullus, & reprobus, ſi accipiatur in figura facti,
& non faciendi, quia factum non dicitur quidquid
nulliter factum extitit, juxta *Text. in c. Admonet de
renunc.* Navarr. *conſ. 2. n. 7. de renunciat.* Pariſ. *de Re-
ſignat. lib. 7. q. 1. n. 9. & ſequentibus*, & in individuo
proſequitur Rot. *in dicta Salisburg. Canonicatus 8. Fe-
bruarii 1694. §. Verum Domini crediderunt, coram
clar. mem. Card. Priolo.*

Et propterea arguebam, quod hujuſmodi Reſigna-
tio facta, coram Notario, & Teſtibus, cum non va-
leret extra præſentiam, & manus Summi Pontificis,
inflectebatur in actum futurum, & conſequenter
in meram promiſſionem de reſignando poſtea per-
ficiendam, & conſequenter in Reſignationem fa-
7 ciendam, coram Papa, in qua ſervanda erat for-
ma *Regulæ 45. Cancellariæ*, ut pariter proſequi-
tur Rota *in dicta Salisburgen. Canonicatus 8. Fe-
bruarii 1694. dicto §. Verum Domini crediderunt,
coram Cardin. Priolo*, ibi: *Domini crediderunt ta-
lem actum non poſſe unquam haberi pro vera, & vali-
da reſignatione tamquam non facta, coram legitima
Perſona, &c. præſertim dum agitur de reſignatione
in favorem certæ Perſonæ, quæ ſicuti dicitur condi-
tionalis, ita nequit aliter fieri quam in manibus San-
ctiſſimi &c. ideoque cum talis actus dici poſſit potius
quædam promiſſio de reſignando poſtea perficienda,
quia non fuit confectus cum neceſſariis ſolemnitatibus,
haberi debet ac ſi factus non fuiſſet.*

Et ſane, quod Reſignatio facta in Partibus ſit po-
tius conſenſus in futuram reſignationem explendam,
coram Papa, manifeſtum reddebant ejus verba, ibi:
*reſolverit præfatum Canonicatum, &c. ad Sanctiſſimi
Domini Noſtri manus in favorem, &c. Bernardi, &c.
8 & non aliter reſignare, prout reſignavit realiter, &
actu, modo, & conditione prædictis:* quæ verba non
præſeferunt actum purum, & abſolutum de præſenti,
ut nempe tunc privata auctoritate Reſignatio facta
fuiſſet, ſed important conſenſum ad futuram Reſi-
gnationem in manibus Papæ faciendam, dum ſonant
in declarationem, & reſolutionem reſignandi in
manibus Papæ ibi: *reſolverit ad Sanctiſſimi manus,
&c. reſignare*, non obſtante adjectione aliorum ver-
borum immediate ſequentium: *prout reſignavit rea-
liter, & actu:* hæc enim recipiunt explicationem,
& intelligentiam ſuam ex immediate annexis, &
ſubſequentibus verbis, *reſignavit, &c. modo, &
conditione prædictis:* quæ cum repetant modum ſu-
perius expreſſum, ſcilicet reſignandi in manibus Pa-
pæ, ducunt actum Reſignationis ad tempus admiſ-
ſionis faciendæ per Papam, itaut ſine dubio, verba
hæc tempus præſens conferant ad futurum, & re-
ſolvantur in ſimplicem conſenſum ſuper Reſignatio-
ne futura, & admittenda per Papam, optime Gra-
tian. *diſcept. 497. n. 18.* ibi: *cum ratione adjuncti,
verba præſentis temporis mutent naturam, & traban-
tur ad futurum*, Rota *dec. 103. n. 42. & 43. p. 15.
rec.* ibi: *inſpici debet illud tempus futurum, nempe ut
qualitas præſens adſit illo tempore futuro, in quo dict.*

*diſpoſitio confertur, ſeu ratione adjuncti verba præ-
ſentis temporis mutent naturam, & trahantur ad fu-
turum*, & in puncto aliam conſimilem Reſignatio-
nem factam in Partibus cum verbo, *reſignavit*, in
hoc ſenſu explicavit, & intellexit Rot. *in dict. Salis-
burg. Canonicatus 8. Februarii 1694. d. §. Verum Do-
mini crediderunt in fine, cor. clar. me. Card. Priolo*
ibi: *cum talis actus dici poſſit potius quædam promiſſio
de reſignando, poſtea facienda.*

Cum ſit abſoluta regula, quod verba, etiam qua-
tenus oporteat, impropria nda veniunt ad limites
ſubjectæ materiæ, & poteſtatem facientis actum;
Cum igitur non potuerit fieri reſignatio Canonica-
tus pure, & libere in Partibus extra auctoritatem
Papæ, idcirco verbum, *reſignavit:* relative ad expreſ-
ſionem, & voluntatem reſignandi in manibus Pa- 9
pæ impropriatur, & inflectitur in ſimplicem conſen-
ſum ſuper Reſignatione deinde actualiter facienda in
manibus Papæ, & per ipſum admittenda, *Text. in
l. 3. §. Conditio, digeſtis de adimen. legat.* Peregrin.
de fideic. art. 7. n. 19. & art. 18. 19. & ſeqq. late Man-
tic. *de tacit. lib. 2. tit. 7. n. 10. & 16. cum ſeqq.* Rot.
*dec. 514. n. 6. cor. Dunoz. Jun. & in rec. dec. 132. n.
31. p. 16.*

Hinc propterea, ſi Reſignans in Inſtrumento geſto
in Partibus, dixit: *animo ſatis deliberato reſolverit
præfatum Canonicatum, &c. ad Sanctiſſimi Patris no-
ſtri, &c. manus in favorem, &c. & non aliter reſigna-
re, prout reſignavit realiter, & actu, modo, & con-
ditione prædictis:* clare ſignificavit, quod reſignabat
relative ad manus Papæ, qui actus, ut in manibus
Papæ abſentis a loco, dicatur geſtus, interpretari
oportet, quod geri voluerit tunc, cum præſentata
fuiſſet Papæ Supplicatio, & per eum admiſſa Reſigna-
tio, & exemplo præſentationis, quam faciunt Patro-
ni per Inſtrumentum publicum extra præſentiam Su- 10
perioris, quæ non aliter intelligitur facta, niſi, ſi,
& poſtquam exhibita fuerit eidem Superiori Eccleſia-
ſtico, Rota *coram Penia dec. 4. nu. 1. & 2. & dec.
12. n. 4. & 5.* Rota *dec. 3. de Jurepatron. in nov. &
in Milevitana Beneficiorum 10. Junii 1712. §. His
Jure, coram Reverend. Aldrovando Decano, & in
Auguſtana Canonicatus 20. Martii 1716. §. Quid-
quam, coram Reverend. Criſpo*, in quibus deciſioni-
bus habetur, quod licet Patroni utantur verbo *præ-
ſentavit* in eorum Inſtrumentis: attamen hujuſmodi
præſentationes reſolvuntur in meram deſtinationem
præſentandi, donec, & quoſque exhibitæ fuerint
Ordinario, cum verba inflectantur juxta naturam
actus, nec in ſenſu materiali accipiantur, itaut nil
repugnet, quod verbum: *reſignavit*, veluti infor-
matum ex præcedenti expreſſione reſignandi in ma-
nibus Papæ inflectatur in conſenſum pro futura Re-
ſignatione explenda in manibus Papæ, & verbum
præſentis temporis referatur ad futurum, ut bene
probat Farinell. *reſponſ. 44. n. 7. ubi adducit illud Ec-
cleſiaſtici c. 1.* ibi. *quid eſt quod fuit? ipſum quod futu-
rum eſt; quid eſt, quod factum eſt? ipſum quod facien-
dum eſt.*

Quod magis clareſcit examinando contradictio- 11
nem, quæ alias daretur in ipſo actu geſto in par-
tibus: Si enim illo legitur, juxta verba ſuperius re-
giſtrata, quod Reſignans erat deliberatus, & reſo-
lutus reſignare in manibus Sanctiſſimi abſolute re-
pugnat, quod incontinenti in illis verbis *prout reſi-
gnavit*, intellexerit tunc reſignare extra præſentiam,
& manus Sanctiſſimi, cum ſint contradictoria inter
ſe iſta duo, velle reſignare in manibus Papæ, quod
reſpicit futuram Reſignationem explendam in mani-
bus Papæ, & eodem contextu tunc reſignare pure,
& perfecte extra præſentiam, & manus Papæ, co-
ram Notario, & Teſtibus; Ad evitandam igitur hu-
juſmodi inſtantaneam correctionem, & contradi-
ctionem, neceſſario fatendum eſt, quod verbum, *re-
ſignavit*, reſolvatur in conſenſum ſuper futura Reſi-
gnatione facienda in manibus Papæ ad tradita per
Rot. *dec. 400. n. 32. p. 18. & dec. 492. n. 22. & dec. 518.
n. 14. p. 19. tom. 2. rec. & cor. Duran. dec. 324. n. 9. &
dec. 42. n. 10. cor. Benincaſ.*

Quibus omnibus accedit ipſum factum ſubſecutum

G 2 dum

Non ſolum hæc res judicata, ſed ipſa etiam Concordia exorta contra Canonicos de anno 1567. antiquum ſtatum Collegiatæ demonſtrat, ex quo ibi Epiſcopus non negavit, ſed præſuppoſuit pro indubitato, quod Eccleſia eſſet Collegiata, & haberet veros Canonicos, ſed ſolum dubitavit, quod erectio Collegiatæ, & Canonicorum non eſſet valida, ex quo deficeret, ſeu non oſtenderetur auctoritas Apoſtolica, cum ergo hoc fundamentum eſſet falſiſſimum, & erroneum ex duplici capite,
30 tum quia erectio Collegiatarum poterat fieri auctoritate Epiſcoporum de eo tempore quo nondum ſupervenerant contraria decreta Sacræ Congregationis Concilii, quæ ſupervenerunt de anno tantum 1613. ut reprobatis contrariis firmavit Sacræ Rotæ Auditorium, *coram Emerix Junior. deciſion.* 1084, *numer.* 2. *cum trib. ſeqq.* quæ opinio tenetur in praxi, tum etiam quia, dum ſtatus Collegiatæ non erat recens, ſed antiquus, non erat neceſſarium
31 oſtendere aſſenſum Apoſtolicum, qui aderat præſumptus ab Obſervantia centenaria, ut ſcribit Lotter. *de re benefic. libro primo quæſtion.* 14. *numer.* 52, *verſ. unde*, Rot. *in dict. Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntina* 26. *Junii* 1709. §. *Conſtito*, *coram Molines*, & prout bene, & juridice declaravit ſententia Ordinarii Salernitani Delegati Apoſtolici de anno 1576. inde ſequitur, quod ſecundum ipſam Concordiam fuerit habitus pro vero, & reali ſtatus Eccleſiæ Collegiatæ, & verum Capitulum Canonicorum talis Eccleſiæ.

Maxime dum in Concordia Epiſcopus quantum ad ſe ſpectabat, confirmavit illos in Canonicos cum omnibus honoribus, & oneribus prout de præterito habuerunt, quæ confirmatio nihil addit de novo,
32 ſed ſtatum præteritum, & præexiſtentem declarat Rota 293. *numer.* 9. *part.* 12. *& deciſion.* 395. *numer.* 3, *part.* 15. & confirmatio retrotrahitur ad ſuum principium etiam in præjudicium tertii, Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 47. *numer.* 33. Rota poſt Vivian. *de Jurepatronat. deciſion.* 140. *numer.* 4. *& in recentior. deciſion.* 46. *numer.* 67. *&* 68. *part.* 9. *& deciſion.* 80. *num.* 4. *part.* 17. unde ipſa etiam Concordia quatenus obligat ad impetrandum aſſenſum Apoſtolicum mirabiliter probavit ſtatum veræ Collegiatæ; nam alias ſi Eccleſia talis non fuiſſet, ſed Collegium fuiſſet improprium, & Canonicatus improprii, & abuſivi, nulla opus fuiſſet confirmatione Epiſcopi, & multo minus Sedis Apoſtolicæ: ſi ergo ipſa Concordia ſtatum Collegiatæ demonſtrat obligando ad petendum aſſenſum Apoſtolicum, eo magis quando Ordinarius Salernitanus Delegatus Apoſtolicus viſis documentis annorum 1492. & 1518. ſententiavit non eſſe moleſtandos Canonicos ex capite falſæ denominationis Canonicorum, & ex capite Concordiæ obligantis ad impetrandum aſſenſum Apoſtolicum.

Spreta narrativa tunc emiſſa per Procuratorem Capituli, quod Collegiata eſſet erecta per 50. annos ante, dum Capitulum eam judicialiter revocavit ex capite erroris, cum certum ſit, quod confeſſio Procuratoris non officiat Principali, abſque
33 ſpeciali mandato, ut docet *Text. in leg. Certum*, §. *Sed an*, *& ipſas*, *& digeſtis de confeſſ.* Conciol. *allegat.* 63. *numer.* 17. Gregor. *deciſion.* 407. *numer.* 3, Coccin. *deciſion.* 84. *numer.* 7. *& in Tarraconen. Inſignium* 11. *Decembris* 1702. §. *Minus coram bon. memor. Muto*, quodque revocari poſſit per Principalem, maxime producendo ſcripturas redarguentes æquivocum Procuratoris, Gratian. *diſceptat.* 468. *numer.* 82. *& ſeqq.* de Angel. *de confeſſ. libr.* 3. *quæſtion. prima numer.* 5. Merlin *deciſion.* 659. *numer.* 5. Duran. *deciſion.* 35. *numer.* 6. *&* 7. Cavaler. *deciſion.* 79. *numer.* 3. Gregor. *deciſion.* 270. *numer.* 9. ibique Adden. *numer.* 12. Buratt. *deciſion.* 136. *numer.* 15. *&* 16. potiſſime quando factum, ſeu aſſertiva Procuratoris fuit per ſucceſſivam Judicis ſententiam improbata, ut late tradit Gabriel. *de regul. jur. concluſ.* 1. *numer.* 52. *in* 8. *limit.* Rot. *deciſion.* 132. *numer.* 2. *verſic. unde non applicatur part.* 3. *recentior.*

Poſt hanc rem judicatam anni 1576. omnes actus, & ſtatus ab inde citra erant univoci, & pacifici pro vera Collegiata, & vero Capitulo Canonicorum, quia præter arcam, ſigillum, & alia concurrebant proviſiones Canonicatuum tam factæ ab Epiſcopis in menſe Ordinario, quam per Sedem Apoſtolicam in menſe reſervato, & quod magis eſt ipſa Sedes Apoſtolica in vim reg. 4. providerat Archipresbyteratum primam Dignitatem ex proviſioni- 34
bus annorum 1638. 1661. 1698. & 1705. quæ proviſiones nullam admittunt difficultatem, quo minus concludant veram, ac propriam Collegiatam, ut tradunt Cardin. de Luca *de Præeminent. diſcurſ.* 8. *numer.* 11. Eminentiſſimus Petra *ad Conſtitut. Apoſtol. tom.* 3. *ad Conſtitut.* 7. *Innocent. IV. ſect.* 1. *numer.* 8. *&* 34. Rota *coram Otthobon. deciſion.* 240. *numer.* 20. *& in recentior. deciſion.* 221. *numer.* 20. *part.* 8. *& deciſion.* 147 *numer.* 18. *part.* 10. *& deciſion.* 192. *numer.* 16. *part.* 14. *& deciſion.* 234. *numer.* 2. *part.* 16. *& in Celſonen. Præpoſituræ* 2. *Decembris* 1693. §. *Juſtificatio*, *coram Molines*, *& in Matheranen. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1707. §. *Collegialitas*, *coram Kaunitz*.

Hactenus Ergo probaveram primum caput præcedentiæ propter antiquioritatem Collegiatæ, deinde autem aggrediebar alterum caput inſignitatis, cujus requiſita licet in jure noſtro non ſint determinata in aliquibus certis ſignis; attamen ea de- 35
ſcripſit, & enumeravit Sacra Congregatio Rituum in Firmana 24. Martii 1622. apud Barboſ. *de Canonic. cap.* 2. *numer.* 29. per hæc verba: *Sit matrix*, *nobilis ex celebritate ſitus*, *antiqua*, *ſi ſupra alios præcedentiam obtineat*, *ſi inſignem ſtructuram habeat*, *ſi referta ſit magno numero Miniſtrorum deſervientium*, in quibus circumſtantiis, & requiſitis concordant omnes Scribentes, nempe Corrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *capit.* 1. *numer.* 18. Cecopet. *lucubrat. Canon. lib.* 1. *numer.* 75. *&* 76. Lotter. *de re benefic. libr. primo quæſt.* 15. *numer.* 8. Mattic. *deciſion.* 175. *numer.* 2. & alii apud Marcelati *diſceptat.* 49. *numer.* 2.

Sit Matrix hoc requiſitum concurrit, quia Eccleſia eſt Collegiata, Parochialis, & Matrix tanquam unica Eccleſia totius Populi, ut pro Matrice canonizzatur in proviſione Canonicatus anni 1525. & pro Eccleſia majori declarata fuit de anno 1506. & 1507.

Nobilis ex celebritate ſitus hoc etiam requiſitum concurrit; nam Oppidum Balneoli, ſive ejus locus eſt valde nobilis, & celebris, unde Poeta Aniſius numer. 2. ſui Poematis cecinit;

Balneoli aurei receſſus.
Balneoli Domus Deorum.

Habet inſignitatem ex monte Laceno, qui in maxima veneratione habetur per Cives, & Exteros illuc confluentes, ex quo anno 1127. Salvator Deus noſter ibi in veſte candida apparuit Sancto Viro Guilhelmo Vercellenſi in primordio ſuæ Congregationis Benedictinæ modo nuncupato Congregatio Montis Virginis, prout notarunt Epiſcopus Jordanus Abbas Congregationis in Vita S. Guilielmi *cap.* 12. *fol.* 120. Abbas Amatus Maſtrullo *in libro cui titulus eſt*, Mons Virgo ſacer *argum.* 6, *fol.* 192. & Thomas Coſto pariter in Vita ipſius Sancti Guilhelmi; Eſt locus undequaque muris circundatus, numeroſo Populo, Viris nobilibus, ac ſeremificiis repletus, necnon conſpicuus tribus Monaſteriis, altero Monialium, & duobus Regularium Montis Virginis, & Dominicanorum una cum Studio publico apud eoſdem Dominicanos exiſtente, habet Palatium Epiſcopale, ubi multo tempore habitarunt Epiſcopi Nuſcani, habet denique inſignia ædificia ad inſtar Palatiorum, itaut Capitulum, & Canonici S. Angeli Lombardorum, necnon Clerus, & Univerſitas Oppidi Torellæ teſtati non dubitaverint Oppidum Balneoli non ſolum eſſe magis inſigne ruſticana Terra Oppida Montellæ, ſed ipſa etiam Civitate Nuſcana Cathedra Epiſcopi,

An

Antiqua, hæc antiquitas Eccleſiæ reſultat, non ſolum ob Collegialitatem probatam, ſeu vigentem uſque de anno 1492. ſed etiam quia in Breve Leonis edito de anno 1518. aſſeritur uſque ab Immemorabili fuiſſe relictum legatum Miſſarum Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ, quæ enunciativa retentis certo centum, & ultra annos.

Si ſupra alios præcedentiam obtineat, hæc præcedentia eſt illa, quæ probata fuit quoad alias Eccleſias, quod ſufficit, licet Eccleſia Montellæ quoad ſe illam controvertat.

Si inſignem ſtructuram habeat; Eccleſia in tres Naves diſtincta reperitur una cum Choro affabre elaborato, Altaribus, & Iconibus, ac ſubtecto eleganter, & venuſte depicto, inſculptis, & deauratis, Sacrario, ac pluribus inſignibus Reliquiis, & ſignanter integro Corpore S. Honorii Martyris.

Si referta magno numero Miniſtrorum deſervientium; concurrit hæc circumſtantia, ex quo exiſtunt in Collegiata duæ Dignitates, Archipresbyter, & Primicerius, decem Canonici, viginti Sacerdotes, totidem Clerici, tam in ſacris, quam minoribus Ordinibus conſtituti, ex quibus omnibus requiſitis ſequitur Collegiatam Balneoli eſſe inſignem.

Verum addebam hic non ſiſtere qualitates inſignitatis, ſed alias concurrere circumſtantias ad eam demonſtrandam; nam concurrit multitudo, & frequentia Chriſtifidelium ad Eccleſiam confluentium pro Divinis audiendis, ut ponderat Rot. *dec.* 29. *nu.* 29. *ſub n.* 5. *p.* 5. *diverſ.* concurrebat abundantia redditum, dum habet Eccleſia annuos ducatos mille circiter, ex quibus Capitulum commode ſubſtentatur, accedebat habitus Canonicorum nempe ſuperpelliceum cum mozzetta coloris violacei, quo habitu ab Immemorabili uſi fuerunt Canonici, qui ſane eſt habitus concedi non ſolitus, niſi Canonicis
36 Collegiatæ inſignis, teſte Barboſ. *in ſumm. Apoſt. deciſ. collect.* 518. *n.* 5. Ceccoper. *lucubr. canon. libr.* 1. *nu.* 94. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 4.

Dicebam inſuper, quod etiam hæc qualitas inſignitatis olim poſita fuit in controverſia de anno 1647. ea quo prætendebatur non licere Canonicis geſtare Mozzettam violacei coloris ex defectu Inſignitatis Eccleſiæ; & tamen delata Cauſa ad Sacram Congregationem Rituum, hæc reſcripſit pro informatione ad Epiſcopum Agnellum, qui paratis Teſtibus, & opportunis documentis, tranſmiſit relationem ſuam Sacræ Congregationi, aſſerendo Eccleſiam fuiſſe, & eſſe Collegiatam inſignem propter omnia requiſita inſignitatis, qua relatione perlecta per Sacram Congregationem, ſiluerunt Oppoſitores, & Æmuli, & Sacram Congregationem nihil innovaſſe conſtat, & ſubſecuta obſervantia abinde citra demonſtrat, Canonicos continuaſſe ſemper in delatione ejuſdem habitus, quo ſane ſpoliati fuiſſent Canonici, ſi Eccleſia non fuiſſet inſignis, Rot. *deciſ.* 260. *n.* 14. *p.* 16. *& dec.* 39. *n.* 1. *p.* 9. *rec.* Surd. *conſ.* 272. *n.* 26. *bon. mem. Anſald. dec.* 80. *n.* 37.

Ruſus accedebant aliæ duæ relationes Epiſcopi Pichetti, qui fuit Epiſcopus de anno 1662. in quibus declarat inſignitatem Eccleſiæ, junctis viſitationibus ejuſdem Epiſcopi, ubi teſtatur, quod Canonici hujus Collegiatæ Mozzettam coloris violacei
37 ab immemorabili tempore detulerunt, ac deferunt, quæ relationes, & viſitationes Epiſcopales factæ ab Epiſcopo Pichetto Juris peritiſſimo, qui fuit olim Procurator in Urbe, probat ab Immemorabili tam Collegialitatem, quam inſignitatem Eccleſiæ, ut tradunt Fagnan. *in cap. poſtulaſti n.* 14. *de jurepatr.* Card. de Luca *de præemin. diſc.* 31. *n.* 6. Rot. *coram Gregor. dec.* 482. *n.* 3. *& coram Merlin. dec.* 87. *la* 2. *n.* 13. & poſt Urceol. *de tranſact. dec.* 85. *n.* 13. *& in rec. dec.* 469. *n.* 18. *p.* 19. *& in Comen. Canonicatus* 6. *Februarii* 1704. §. *Viſa fuit*, *coram Eminentiſſimo Scotto*, *& in Matheran. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1707. §. *Collegialitas*, *coram bon. mem. Kaunitz.*

Sufficiebant hujuſmodi relationes Epiſcoporum ad effectum amplius non dubitandi de inſignitate Collegiatæ, cum illi non de proprio Judicio relationes fecerint, ſed cauſa cognita, & prævis legitimis documentis, ut eſt relatio Epiſcopi Agnelli, quæ non ſolum attendenda venit ob legitima documenta, quibus fuit munita, ſed etiam quia Sacra Congregatio Rituum illi acquievit, non prohibendo Canonicis tunc anno 1647. delationem Mozzettæ, quæ fuit ſemper continuata, quæ continuatio arguit oppoſitionem fuiſſe rejectam, Rot. *dec.* 32. *n.* 18. *p.* 17. 38
& in Majoricen. beneficii 28. *Novembris.* 1704. §. *Stantibus*, *coram bon. mem. Muto*, *& in Mediolanen. Cappellaniæ* 23. *Martii* 1703. §. *Nec turbat*, *coram Molines*, *& in Troiana Delationis Crucis* 10. *Decembris* 1708. §. *Quo vero*, *coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano.*

Magis notorium inſignitatis documentum præſtabat notabilis circumſtantia, quod olim Epiſcopi Nuſcani reſidentiam faciebant, & fecerunt in Palatio exiſtente apud Collegiatam Balneoli, itant retroactis ſæculis hujuſmodi Eccleſia fuerit Cathedra Epiſcopalis, ut reſultabat ea ſententia Epiſcopi Nuſcani lata in Palatio Epiſcopali exiſtente Balneoli, & con- 39
vincitur ex Ughell. *in Ital. Sacr. tom.* 7. *fol.* 758. ubi refert Epiſcopum Franciſcum Arcudium fuiſſe ſepultum in Collegiata Balneoli juxta ejus Teſtamentum conditum de Menſe Octobris 1641. in eodem Oppido Balneoli, ubi ſuam faciebat reſidentiam, & probatur Epiſcopum Roccium pariter feciſſe reſidentiam in Oppido Balneoli, ibique mortuum, & tumulatum fuiſſe in hac Collegiata, quæ circumſtantia ſufficiebat ad oſtendendam inſignitatem Collegiatæ, dum fuit Cathedra Epiſcopalis uſque ad moderna tempora Epiſcoporum Picchetti, & Sangerani, quorum primus fuit Epiſcopus de anno 1664. alter vero de anno 1680. ut in fortioribus de loco, ubi adeſt Palatium Principis ſæcularis pro inſignitate Eccleſiæ cenſuit Ceccoper. *lucubrat. Canon. lib.* 1. *n.* 76. & in terminis reſidentiæ Epiſcopalis in loco Eccleſiæ reſpondit Card. de Luca *de præeminent. diſc.* 7. *n.* 14. *verſ. fortius.*

Accedebat denique alia notabiliſſima circumſtantia, quod collationes Archipresbyteratus Collegiatæ, cui eſt annexa Cura Animarum, ſemper factæ fuerunt per Sedem Apoſtolicam tanquam de prima Dignitate cum præciſo onere aſſumendi gradum Magiſterii in Theologia, vel Doctoratus in Jure Ca- 40
nonico intra annum, ut ex collationibus annorum 1638. 1698. & Proviſo gradum Magiſterii, vel Doctoratus ſuſceperant intra annum, hoc autem erat ſignum certum, & univocum Collegiatæ inſignis, dum iſte gradus non requiritur, niſi in prima Dignitate Cathedralis, vel Collegiatæ inſignis, juxta diſpoſitionem Sac. Concilii Triden. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* & punctualiſſime, quod hoc demonſtret inſignitatem Collegiatæ, firmarunt Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 9. Rota *dec.* 29. *n.* 9. *p.* 2. *diverſ.*

Fortius autem, quia proviſiones Apoſtolicæ gradum hunc Magiſterii, & Doctoratus requiſiverunt ſub illa conditione: *quatenus dicta Eccleſia inſignis* 41
exiſtat, & fuit ſuſceptus gradus Magiſterii, & Doctoratus per Proviſos propter inſignitatem, obtenta etiam prorogatione termini ad illum ſuſcipiendum conceſſa per Sacram Congregationem Concilii propter inſignitatem Eccleſiæ, nec enim magis deſiderari poterat ad probandam inſignitatem, quando hæc fuit per Sedem Apoſtolicam canonizzata in ſuis proviſionibus, & per Sacram Congregationem Concilii approbata ex firmatis per Rot. *in Celſonen. Præpoſituræ* 2. *Decemb.* 1693. §. *Tanto magis*, *&* 14. *Junii* 1694. §. *Neque refragatur*, *coram Molines* impreſſa ad ornatum Card. de Luca *de benefic. deciſ.* 1. *ſub numer.* 6.

Nec obſtare dicebam, quod ultima proviſio Archipresbyteratus facta fuiſſet per Sedem Apoſtolicam prævio Concurſu, quia ſufficit eam fuiſſe factam 42
tanquam de prima Dignitate in Eccleſia Collegiata: *Dudum ſiquidem omnes Dignitates in Collegiatis Eccleſiis Principales*, *&c. collationi*, *& diſpoſitioni noſtræ reſervavimus*, ad effectum concludendi ſtatum Collegiatæ, & inſignis, ut reſpondit Rota *in dicta Celſonen. Præpoſituræ ad ornatum* Cardin. de Luca *de benef. dec.* 1. *n.* 5. Concurſus autem licet non ſit ne-

ceſſa-

Digitized by Google

ceſsarius in principali Dignitate Eccleſiæ Collegia-
43 tæ, cui annexa eſt Cura Animarum, ut apud Bar
boſ. *ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. n. 15.* Gon
zal. *ad reg. 8. gloſſ. 6. n. 162.* attamen in his Dignita-
tibus practicatur Concurſus ſaltem pro inſtructione
animi Summi Pontificis, ut ſub Pontificatu ſan. mem.
Innocentii XII. illum fieri debere demandatum fuit,
ut patet ex Rota *in Montis Regalis Prioratus 2.
Maii* 1701. *§. Prout minus, cor. bon. mem. Anſaldo.*

Nec relevare quod non exhiberentur omnes aliæ
antiquiores proviſiones Archipresbyteratus factæ per
Sedem Apoſtolicam, dum ad intentum ſatis erat al-
legare quatuor proviſiones Apoſtolicas de reſervato
de annis 1638. 1661. 1698. & 1705. cum impleant
curſum 75. annorum, & ſic aliæ præcedentes ante
annum 1638. omnino præſumuntur, niſi contrarium
oſtendatur, ut de proviſionibus Apoſtolicis 66. an-
norum dixit Rot. *in d. Celſonen. Præpoſitura 2. Decem-*
44 *bris 1693. §. Juſtificatio, & 14. Junii 1694. §. Ete-
nim, coram bon. mem. Molines.*

Probata inſignitate, hinc inferebam competere
præcedentiam Collegiatæ Balucoli licet illa Montel-
læ forſan ſe prætenderet antiquiorem; nam Inſignis
præcedit non inſigni etiam antiquiori, ex allegatis
n. 3. neque Collegiata Montellæ allegare poteſt qua-
litatem Inſignis, dum produxit titulum ſuæ erectio-
nis de anno 1515. ubi qualitas nullo modo conceſ-
ſa fuit, & conſequenter ei reſiſtit titulus ſuæ nati-
45 vitatis ex traditis per Rot. *coram Cavaler. dec. 613.
n. 2.* Garz. *de benef. p. 12. cap. 2. n. 194. & ſeqq.* Adden.
ad Buratt. *dec. 120. n. 41.* Turricell. *de reb. Eccleſ. non
alien. cap. 14. n. 23. & 26.*

Sed multo minus id prætendi poterat, dum illa
ſita reperitur in Oppido Montellæ muris non cir-
cumdato, ſed quod more Villarum habet domos,
ſeu Caſalia ſparſim huc illuc ſita, & diſſita per al-
peſtres ſaltus, & nemora, & campos, ubi figurari
non poteſt Inſignitas; habet redditus curtos, & mi-
ſerabiles, non habet antiquitatem conſiderabilem tan-
quam ab anno 1515. citta, & quod magis eſt, ſup-
ponebatur, quod Canonicatus hujus Eccleſiæ nun-
quam fuiſſet proviſi per Sedem Apoſtolicam, nume-
rus autem Cleri erat miſerabilis, cum non haberet,
niſi duodecim perſonas, comprehenſis Canonicis, &
Dignitatibus, prout etiam prima Dignitas nunquam
collata fuit cum onere aſſumendi gradum Magiſte-
rii in Theologia, vel Doctoratus in Jure Canoni-
co, itaut talis Eccleſia remaneret denudata omni
qualitate inſigni, de qua apud Barboſ. *de Canon. cap.
2. n. 18.* Ceccoper *lucubrat. Canon. lib. 1. n. 76.* & apud
Me *diſceptat. Eccleſ. 49. n. 2.*

Nihil obſtante, quod recenter Canonici Montel-
læ ſibi arrogaſſent uſum Mozzettæ, hoc enim erat
attentatum illorum, qui propriam auctoritate ſibi
hunc habitum uſurparunt, ut æmularent cum Col-
legiata Balucoli juxta naturalem inclinationem Infe-
riorem, qui majoribus ſe æquiparare ſtudent, ut di-
46 cebat Tacit. *lib. 4. hyſtor.* ibi: *Quia minoribus major
æmulandi cura*, neque propterea iſte habitus in con-
ſideratione haberi debet tanquam uſurpativus, neque
geſtari licitus, niſi concurrat ſpeciale privilegium A-
47 poſtolicum, præſertim reſiſtente titulo erectionis Ec-
cleſiæ, quæ non conceſſit talem habitum proprium
Collegiatæ inſignia, ut in *Gernaden. Almutiarum 13.
Januarii 1690. §. Prima pars, coram Hervault, &
in Jannen. Inſignium 4. Februarii 1705. Quod autem
cum ſeqq. coram Muto* ex quibus mihi viſum eſt de-
beri præcedentiam Collegiatæ Balucoli.

Ad materiam addo, quod inter duas Parochiales,
quarum una eſt Matrix, & altera filialis, ſi iſta eri-
gatur in Collegiatam præcedit Matrici juxta *dec.* 1445.
48 Seraphini, ſi autem poſtea etiam Matrix erigatur in
Collegiatam, hæc præcedit alteri Eccleſiæ olim fi-
liali, licet, erectæ potius in Collegiatam, ex quo
inter duas Collegiatas licet præcedat antiquior, id
49 tamen locum habet, quando utraque habet unum
gradum, nempe Collegialitatis, ſecus quando una
ex illis habet duplicem gradum, nempe alterum Col-
legialitatis, & alterum Matricitatis, ut eſt *Text. in
l. 1. C. de conſulib. lib. 12.* quia tali caſu habens du-
plicem gradum præfertur habenti unum cum præro-
gativa temporis, ob duplicem vinculum, quod ma-
gis obſtringit, ut tradunt Canoniſtæ *in cap. Clerici
de Judic.* ſignanter ibi Panormit. *ſub n. 3. verſ. ſi ve-
ro*, prælatio enim ratione antiquioritatis intelligen-
da eſt cæteris paribus in eadem Dignitate, non au-
tem in præjudicium habentis alium gradum majori-
tatis, Cortius *in addit. ad Alexandrum in leg. cum
quid lit. E. ff. ſi certum petat.* Hieronym. Gigas *ad Dec.
in cap. Clerici in verb. conſequitur lit. C. de Judic. pro
quo facit Regul. Cancellar. Apoſtolic. 17. de concurr. in
data*, ubi magis graduatus præfertur minus gradua-
to Mandoſ. *ad Regul. 16. q. 15. n. 5. & 6. ubi allegat
Canoniſtas in cap. Clerici de Judic.* Roman. *conſ.* 333.
n. 7. & Me ſcribente firmavit Rot. *in Tranen. præe-
min. ſuper reſervatis*, quod Collegata ſimul, & Ma-
trix præferatur in præeminentialibus ſimplici Colle-
giatæ, ut in *dec. 3. Junii 1715. §. Tum, & magis,
coram Eminent. Scotto*, allegando Reſolutionem S.
Congreg. Rituum in una *Siracuſana*, & Ego ſcripſi
ſupra *diſcept. Eccleſ. 106. n. 18.*

Exemplo duarum Collegiatarum quarum una ſic
antiquior altera, ſed recentior ſit Inſignis; hæc enim
licet per poſterius erecta ſemper præcedit antiquiori 50
ob qualitatem, ſeu gradum Inſignitatis, ut ex Re-
ſolutione S. Congreg. Rituum apud Barboſ. *de Cano-
nic. cap. 2. n. 19. & in Summ. Apoſtol. dec. collect.* 181.
n. 5. Pax. Jordan. *lucubrat. tom. 2. lib. 7. tit. 5. n. 15.* &
ſupra ſcripſi n. 3. Exemplo etiam S. Rot. Eccl. Cardi-
nalium, ubi licet Cardinalis Junior, ſi ſit Presby-
ter, & ſic ordine major, præcedat Cardinali Dia- 51
cono licet antiquiori in Cardinalatu; attamen, ſi
iſte antiquior poſtea fiat Presbyter, præcedit Cardi-
nali Juniori licet antiquiori in Ordine Presbytera-
tus, cum ſit Presbyter ſicut alius, ſed præcellat an-
tianitate Cardinalatus, cujus præcedentiam occuperat
coæquatus alteri in Ordine Presbyteratus juxta *Con-
ſtitut. 48. Clement. VIII. & juxta Text. in allegata l.* 52
1. C. de Conſulib. lib. 12. quicquid ſit quoad Canoni-
cos, reſpectu quorum vide ea, quæ Ego ſcripſi de
Controv. Patron. allegat. 30. n. 129. cum plurib. ſeqq. ibi-
que Eminent. Falconerius *in ſuo Voto n.* 147.

Ex quo convincitur inſubſiſtens opinio Card. de
Luc. *de præmin. diſc. 9. n. 5. & 6.* quod Eccleſia Ma-
trix erecta per poſterius in Collegiatam non poſſit 53
præcedere Eccleſiæ filiali erectæ per prius in Colle-
giatam, allegando exemplum Epiſcopi antiquioris,
& Junioris, ubi ſi Junior prius efficiatur Archiepi-
ſcopus, non debet cedere Epiſcopo antiquiori poſtea
facto Archiepiſcopo, cum hujuſmodi exemplum ſit
extraneum; dum in hoc exemplo Jura primi ſtatus
pereunt per aſſumptionem novi, dum factus Archie-
piſcopus deſinit eſſe Epiſcopus, & ſic hujuſmodi ſta-
tus Inferioris Jura extinguuntur, ſecus in Eccleſia
Matrice reſpective ad ſuam filialem, dum Matrici-
tas non amittitur per novum ſtatum Collegiatæ,
quæ ſimul eſſe poteſt Eccleſia Parochialis Matrix,
& Collegiata, Rot. *cor. Rich deciſ. 211. n. 4. & ſupra
n. 12.* unde ſemper Eccleſia hæc habet duplicem gra-
dum, nempe Collegialitatis, & Matricitatis, ob
quam præfertur habenti unum cum prærogativa tem-
poris, eoque magis, quia Eccleſia filialis licet ante-
rior in Statu Collegiatæ, in quo facta eſt major
ſua Matrice, attamen, ubi Matrix in eodem ſtatu
coæquata fuit, ſemper juſtum eſt quod in memoriam
priſtinæ ſubjectionis illi cedere teneatur omnem præ-
eminentiam Eccleſia filialis, ut ſupra *Diſcept. Eccle-
ſiaſt. 9. n. 9.* & Me relato Rot. *in d. Tranen. præemi-
nentiarum, ubi ſupra, cor. Eminentiſs. Scotto.*

IMO.

Digitized by Google

IMOLEN. PRÆTENSÆ EXEMPTIONIS.

ARGUMENTUM.

An bona aſſignata pro prima erectione alicujus Commendæ Sacræ Religionis S. Stephani ſint exempta, ſeu potius ſubjecta oneribus Collectarum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Equites S. Stephani non ſunt vere Religioſi, neque Eccleſiaſtici.*
3 *Nulla gaudent exemptione a Collectis pro eorum bonis Patrimonialibus.*
4 *Nec etiam quoad bona Commendarum, quæ ſunt erecta ad privatum commodum, & decorem familiæ per Fundatores particulares, & de ratione.*
5 *Commendæ Equitum S. Stephani abſque Simonia poſſunt alienare mediante pretio.*
6 *Commenda hujuſmodi ſi Eccleſiaſtica non ſunt, non habent privilegium bonorum primæ erectionis Eccleſiæ.*
7 *Bona Cappellaniæ Laicalis addicta oneri Miſſarum tenentur ad Collectas.*
8 *Conſtitutio 60. S. Pii V. concedit exemptionem Commendis Sac. Religionis Equitum S. Stephani.*
9 *De quibus Commendis loquatur hæc Conſtitutio.*
10 *Exemptio non extenditur de uno genere bonorum ad aliud.*
11 *Commendæ hujuſmodi habentur ad inſtar bonorum patrimonialium, & n. 13.*
12 *Bona hujuſmodi Commendarum non ſunt exempta ab oneribus Cameralibus.*
14 *Ceſſante ratione Conſtitutionis, ceſſat Conſtitutio.*
15 *Bona ſubjecta Collectis, & aſſignata in Commendas tranſeunt cum onere ſuo.*
16 *Centenaria obſervantia exuberat in linea interpretationis ad intelligendum ſenſum Conſtitutionis.*
17 *Centenaria omnia poſſibilia præſumit.*
18 *Exemptio præſcribitur per non uſum, ſeu contrarium uſum ſpatio 30. vel 40. annorum.*
19 *Et per Centenariam præſumitur titulum derogatorius exemptionis.*
20 *Centenaria afficit omnes etiam Jure proprio venientes, & in quo caſu.*
21 *Reſolutio S. Congregationis.*

DISCEPTATIO CXVII.

POſſidebat ab antiquo nobilis Familia de Pantaleonibus plura Bona ſtabilia in Territorio Imolenſi, quæ ſemper ſubjecta fuerunt annuæ Collectæ pro oneribus Communitativis imponi ſolitæ, & quam-
2 vis de anno 1580. olim Joannes Maria unus de eadem nobili Familia magnam partem hujuſmodi bonorum aſſignaverit pro fundatione Commendæ S. Religionis S. Stephani erectæ ad inſtar fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ ad privatum commodum ipſius Fundatoris, & poſt ejus obitum ſuorum filiorum, & deſcendentium maſculorum, & deinde aliarum linearum ejuſdem Familiæ, ſubſtituto in earum defectum Sereniſſimo Magno Magiſtro.

Nihilominus hæc bona in Commendam aſſignata ſemper remanſerunt obnoxia oneribus ſolitæ Collectæ, quæ fuerunt ſoluta jam vivente, & ea ſolvente ipſomet Fundatore, quam omnibus aliis ſucceſſive vocatis ad Commendam, & quidem per immenſum ſpatium 140. annorum a die erectionis Commendæ, ut conſtabat ex libris Cataſtri, necnon Campiono Communitatis Imolæ, ubi uſque de anno 1637. bona titulo Commendæ deſcripta reperiuntur, & illa ab anno 1560. cum ſemper ſubjecta legabantur oneribus collectæ.

Poſt hanc obſervantiam Centenariam & ultra Demetrius de Pantaleonibus modernus Commendæ Poſſeſſor non obſtante, quod etiam exemplo Majorum ſuorum feciſſet ſolutionem Collectæ, noviſſime cœpit exemptionem ab illa prætendere in vim *Conſtit.* 60. *ſan. mem. Pii IV.* unde opus fuit Communitati recurſum habere ad S. Congr. Immunitatis, ubi Ego pro Communitate ſcribens, dicebam, eſſe declarandam quod bona Commendæ eſſent ſubjecta Collectis.

Ad quod aſſequendum allegabam, in Tribunalibus hodie receptam eſſe communiter ſententiam illam, quod Equites S. Stephani licet viventes ſub Regula per Sedem Apoſtolicam approbata, non tamen ſunt vere Religioſi, neque Eccleſiaſtici, ut ex celebri vo- 2
to trium S. R. A. poſtea S. R. E. Card. Seraphini, Pamphilii, & Arigonii, impreſſo in *dec.* 228. *p.* 3. *rec.* & late diſcuſſo articolo formiter deciſum fuit apud Rot. *in Bononien. exemptionis* 6. *Junii* 1708. §. *Pari inſubſiſtentia cum ſeqq. cor. Eminent. Falconerio*, & propterea reputantur pro Laicis quoad Bona patrimonialia ab eis poſſeſſa, quæ reponuntur in Cataſtro Laicorum, & nulla gaudent exemptione a Collectis, ut
tradunt Bertacchin. *ver. dec.* 92. *per tot.* Conſtantien. 3
ad Statut. Urb. annot. 60. *art.* 4. *n.* 378. & 379. Ricc. *in Synopſ. decretor. S. Congr. in verbo Equites S. Stephani n.* 4. ubi refert reſolutiones S. Congr. Immunitatis, & referendo minutim omnia tam hujus, quam alterius Boni Regiminis decreta, & ſimul ea conciliando judicavit Rot. *in d. Bononien. exemptionis* 6. *Junii* 1708. §. *In Sacra cum ſeqq. cor. Eminentiſſ. Falconerio*.

Sicut autem ratione qualitatis Perſonarum Equites nulla gaudent exemptione quoad eorum Bona patrimonialia, ita nec etiam quoad Bona illarum Commendarum, quæ ad privatum commodum, & decorem Familiæ fuerunt erectæ, & tranſeunt de uno
in alium ipſius familiæ Deſcendentem, ſeu Agnatum 4
Jure ſanguinis, & ex providentia Fundatoris, cum hujuſmodi Commendæ non ſint Beneficia Eccleſiaſtica, neque cum illorum terminis regulentur, ſed cum ſolis terminis Primogenituræ, ſeu Majoratus, & feudi, cum nihil habeant ſpirituale, aut ſpirituali annexum, ut late oſtendit Mendo *de Ordin. militar. diſquiſ.* 1. *q.* 14. *n.* 242. & *diſquiſ.* 10. *q.* 2. *ſub n.* 14. & *q.* 7. *ſub n.* 54 Spirit. Sanct. *in Director. tit. de Juſt. & Jur. tract.* 3. *ſect.* 14. *num.* 23. Caſtropal. *oper. moral. tom.* 3. *tract.* 17. *de ſimon. diſp.* 3. *punct.* 13. *n.* 13. Card. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 20. *n.* 14. & 15. & *de Juriſdict. diſc.* 92. *ſub n.* 22. & *de fideicomm. diſc.* 7. *nu.* 1. & 15. & *in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 54. *n.* 22. Rota in *d. Bononien. exemptionis ubi ſup.* §. *Eo minus cum ſeqq. cor. Eminent. Falconerio*.

Ea qua ratione, quod Commendæ ſint temporales, communiter aſſerunt Scribentes, eas poſſe pretio mediante alienari citra incurſum ſimoniæ, quæ
in eis non conſideratur, nec intrare poteſt, ut fir- 5
mant Dian. *Coord. tom.* 5. *tract.* 7. *de ſimon. reſ.* 34. *n.* 5. *in fine*, & *reſ.* 35. *n.* 1. & *ſeqq.* Fagundez. *de contract. lib.* 5. *c.* 20. *n.* 9. Machadus *de perfect. confeſſ. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 4. *tract.* 2. *docum.* 1. *n.* 4. Lezzan. *tom.* 1. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 26. Bonaccin. *oper. moral. tom.* 1. *de ſimon. diſp.* 1. *q.* 4. *n.* 15. a Spirit. Sanct. *ubi ſupra n.* 285.

Et proinde bona hujuſmodi Commendarum familiarium perinde habentur ac ſi eſſent patrimonialia, non enim exemptio eis naſcitur ratione Perſonæ,
quæ poſſidet tanquam nec Religioſæ, nec Eccleſia- 6
ſticæ, minuſque ratione dotationis Commendæ, quæ, ſi Beneficium Eccleſiaſticum non eſt, ſed habetur pro temporali: ergo non habet privilegium Bonorum primæ erectionis Eccleſiarum, & beneficiorum, de quo *Text. in cap.* 1. *de cenſib.* & bene oſtendit Rot. *in d. Bononien. exemptionis* 6. *Junii* 1708. §. *Eo minus, cor. Eminentiſſ. Falconerio*, & in terminis bonorum
Cappellaniæ, quæ Eccleſiaſtica non ſit, ſed laicalis 7
licet addicta oneri ſpirituali Miſſarum non habere exemptionem a Collectis judicavit Rot. *in Firmana Cappellaniarum* 2. *Julii* 1717. §. *fin. cor. bon. mem. Lancetta* impreſſa apud Ma *de controv. Patron. allegat.* 87. *numer.* 30.

Neque obſtabat unicum objectum, fundatum ſuper *Conſtit.* 60. *Pii IV.* ubi data fuit exemptio S. Religioni quoad Bona Commendarum, & in ejus ſo-

ſeque-

Digitized by Google

ſiquidem emanarunt frequentiſſime Reſolutiones Sacr. Congreg. quæ dixerunt Equites S. Stephani gaudere e-
8 xemptione quoad bona Commendarum tantum, non autem quoad Patrimonialia, ut ex illarum tenore relato apud Rot. *in d. Bononien. exemptionis ubi ſup. §. Non minus, cor. Eminent. Falconer.* Ergo cum hic ageretur de bonis Commendæ; intrabat Privilegium exemptionis conceſſum per Conſtitutionem Pii IV. juxta eaſdem reſolutiones.

Etenim advertebam cadere poſſe æquivocum ſuper intelligentia Commendarum, quarum bonis allegata Conſtitutio exemptionem conceſſit, hæc enim loqui videtur de ſolis Commendis Religioni incorporatis, & ſic liberè ſpectantibus ad ipſam Religionem, ut ſonant verba Conſtitutionis, ibi: *Quodque Religionis, & Militiæ hujuſmodi bona, &c. quæcunque tam per magnum Magiſtrum Commendis, aliiſque beneficiis, & officiis dictæ Militiæ in illorum inſtitutione, quam deinceps illis, dictoque Conventui, & ejus Perſonis quomodolibet aſſignanda, concedenda, & applicanda ſub quibuſvis decimis, ſubſidiis, aliiſque ordinariis, & extraordina-*
9 *riis oneribus, &c. nullatenus comprehendantur, ſed ab illis exempta ſint, & eſſe cenſeantur, niſi ea, quæ hactenus oneribus hujuſmodi fuerunt, & ſunt de præſenti obnoxia*, quæ verba reſtringuntur ad bona per Magnum Magiſtrum aſſignanda Commendis, aliiſque officiis Religionis: *Tam in illorum inſtitutione, quam deinceps illis, dictoque Conventui, & ejus Perſonis*; ergo loquitur de Commendis liberè ſpectantibus ad Religionem, ſeu fundatis de ejus bonis propriis, quales ſunt illæ, quibus Magnus Magiſter, vel in Inſtitutione, vel deinceps aſſignaverit Bona Religionis, & Militiæ, ibi: *Religionis, & Militiæ hujuſmodi bona, &c. aſſignanda*, & in ſpecie quod hujuſmodi Conſtitutio loquatur de Commendis ſpectantibus ad Religionem probat Conſtantin. *ad Statut. Urb. d. annot. 60. art. 4. n. 378. & ſeqq.* ibi: *Habentur pro Laicis extra bona Commendarum ſpectantium ad Religionem: S. Congreg. in Regien. 26. Septembris* 1693. apud Ricc. *in Synop. Decretor. in verbo Equites S. Stephani n. 2.* ibi: *Bona Commendarum ſpectantium ad Religionem Equitum S. Stephani tanquam Bona Eccleſiaſtica tuenda ſunt.*

Cum igitur in caſu iſto non ageretur de Commenda fundata de bonis propriis Religionis, ſeu illi incorporata, & ſpectante ad ejus liberam diſpoſitionem, inde inferebam, quod nunquam applicari poſſet privilegium exemptionis, quod Summus Pontifex conceſſit Bonis propriis *Religionis, & Militiæ* applicatis in Commendas, & alia ejus officia, dum exemptio tanquam odioſa, & alteri præjudicialis nunquam extenditur de uno
10 genere bonorum ad aliud *Text. in cap. Porro de privileg. ubi gloſſ. in verbo tenorem*, Rot. *deciſ. 291. n. 9. par. 5. & dec. 183. num. 12. part. 12. recent. & coram Bich. dec. 528. nu. 9.* nam Commendæ, quæ eriguntur pro commodo, & honore privato familiarum, & ſanguinis, non proveniunt ex aſſignatione bonorum Religionis, & Militiæ, ſed bonorum patrimonialium cujuslibet privatæ Familiæ laicalis, & donec jure ſanguinis de uno
11 in alium ſucceſſorem tranſeundo poſſidentur per illos de Familia adinſtar fideicommiſſi ex providentia Fundatoris, non poſſunt ullam conſequi exemptionem, nec ratione Poſſeſſorum, qui Eccleſiaſtici, & Religioſi non ſunt, neque etiam ratione bonorum primæ erectionis, quorum exemptio à Jure datur pro erigendis Eccleſiis, & Beneficiis, non autem hujuſmodi Commendis, quæ Eccleſiaſticæ, & Beneficia non ſunt, juxta auctoritates ſupra relatas, & ſignanter Rot. in dict. Bononien. exemptionis, coram Eminentiſſimo Falconerio, & in præciſis terminis explicando bona Religionis, & bona aliunde provenientia firmavit Rot. *coram Seraphin. dec. 687. numer. 1. cum ſeqq.*

Nec ſuffragari dicebam, quod licet agatur de Commenda familiari extra liberam diſpoſitionem Magni Magiſtri; attamen ſufficiat eam fuiſſe erectam auctoritate Magni Magiſtri, ut bona pro dote aſſignata aſſumant naturam, & qualitatem Eccleſiaſticam, exemplo Juriſpatronatus paſſive reſervati in Beneficiis, quæ per Fundatores Laicos eriguntur: erat enim æquivocum in ſuppoſito, quod Commendæ hujus Militiæ ſint Beneficia propter auctoritatem Magni Magiſtri, quando communis opinio eſt illa non eſſe, nec cenſeri poſſe Beneficia, ex allegatis numer. 4. & conſequenter neque bona dotalia aſſumunt qualitatem Eccleſiaſticam, quæ datur in Beneficiis, neque Conſtitutio Pii IV. reſtricta ad exemptionem pro bonis Militiæ, & Religionis aſſignatis in Commendas, illam conceſſiſſe videtur propter qualitatem Eccleſiaſticam, ſed quia voluit per Privilegium ſpeciale bona Militiæ, & Religionis eximere, ut denotat illa limitatio quoad bona oneribus jam ſubjecta ibi: *niſi ea, quæ hactenus oneribus hujuſmodi fuerint, & de præſenti ſint obnoxia*, ac etiam probant reſolutiones S. 12
Congreg. declarantes etiam hæc bona Commendarum propria Religionis non eſſe exempta ab oneribus Cameralibus, ut bene obſervat Rota *in dicta Bononien. exemptionis, ut ſupra §. Verum, coram Eminentiſſimo Falconerio.*

Prout etiam non obſtabat, quod juxta Inſtrumentum fundationis Commendæ in defectum linearum de familia ſubſtitutus fuerit Magnus Magiſter; nam dicebam dato hoc caſu tunc intrare Conſtitutionem Pii IV. circa exemptionem, quia tunc verificabatur, agi de bonis, & Commenda propria Religionis tanquam illi pleno Jure incorporata, ſed donec, & quouſque bona non ſunt incorporata Religioni, ſeu ejus Theſauro, ſed re- 13
manent Jure ſanguinis apud Deſcendentes Familiæ laicalis adinſtar feudi, ſeu fideicommiſſi ex pacto, & providentia Fundatoris, juxta Franciſc. Anſald. *conſil. 12. cum duob. ſeqq.* Rot. Floren. apud Mauſ. *conſult. 100. n. 77.* bon. mem. Anſald. *in annot. ad deciſ. 56. n. 15.* tali caſu bona reputantur patrimonialia, & laicalia, & nullam obtinent exemptionem, nec de jure, nec ex Conſtitutione Piana, quæ ad bona hujuſmodi privatorum Commendarum familiarium non reſpexit, cum iſtæ non ſint Commendæ Religionis, quæ diſtribuuntur per Magnum Magiſtrum erga Equites benemeritos, & Antianos, quo intuitu, & ratione Summus Pontifex videtur illis indulgere voluiſſe Privilegium exemptionis de jure non competens, quæ ratio, & intuitus non militat in privatis Commendis Familiarum particularium, neque 14
his proinde Conſtitutio exemptiva applicari videbatur, *Cap. ſane de privileg.* Rot. *dec. 109. n. 15. p. 14. & dec. 17. n. 4. & 5. p. 15. & dec. 426. n. 8. p. 18. & dec. 620. n. 12. part. 19. rec.*

Addebam quoque alterum fundamentum excluſivum exemptionis reflectendo, quod Conſtitutio Pii IV. denegavit exemptionem bonis propriis Religioni aſſignatis in Commendas, quando eſſent antea ſubjecta oneribus ibi: *niſi ea quæ hactenus oneribus hujuſmodi fuerunt,* 15
& de præſenti ſunt obnoxia: dum itaque bona hujus Commendæ antea erant ſubjecta Collectæ, idcirco non potuerunt fieri exempta propter ſubſecutam erectionem in Commendam, ſed tranſierunt cum onere ſuo S. Congreg. apud Ricc. *in Synopſ. decretor. in verb. onus num. 3.* & firmavit Rot. *coram Ponia dec. 179. n. 16. & coram Merlin. dec. 972. n. 15. & ſeqq.*

Verum deinde conſiderabam, quod ſi hæc erat quæſtio interpretativa ad Conſtitutionem Pianam, non indigebat ratiociniis, & argumentis; Etenim non eſt opus argumentis, neque interpretationibus, quotieſcunque habetur melior interpretatio de Mundo data a magno Interprete, qualis eſt obſervantia Centenaria, & ultra, dum ſpatio 140. Annorum computato a die erectionis Commendæ, ſemper ejus bona fuerunt ſubjecta Collectæ, tam ex facto ipſius Fundatoris, quam omnium aliorum de Familia, qui pro tempore poſſiderunt bona 16
Commendæ, hæc enim centenaria in linea interpretationis prævalet contra quemcunque alium intellectum etiam de Jure meliorem, & veriorem, cum vanum ſit dubitare, an recte ſucceſſerit quidquid per centenariam pacifice obſervatum fuit per *Text. in l. hoc Jure, §. Ductus aqua, ff. de aqua quotid. & æſtiv. & cap. ſuper quibuſdam, §. Præterea de verb. ſignif.* Rot. *cor. Emerix Jun. dec. 1139. n. 1. & in Friſingen. Juris deputandi Curatos 24. Martii 1713. § Quinimmo, cor. bon. mem. Anſaldo, & in Salisburgen. Vicariæ 31. Jan. 1714. §. Si inſuper, & §. Neque, & in Lucana Unionis 11. Decembr. 1719. per tot. cor. Eminentiſſ. Falconerio.*

Fortius quia etiam in alia conſimili Commenda Nobilis Familiæ de Pignattis Ravennaten. hoc ipſum apparebat ſervatum ab immemorabili, unde nimis exorbitans vide-

Digitized by Google

videbatur prætenſio opponendi pectus contra cente-
nariam, quæ præſumitur habere ſcientiam, & con-
ſenſum ipſius etiam Religionis, cum Centenaria o-
17 mnia poſſibilia præſumat Trobat. *de effect. immemor.
quæſt.* 15. *art.* 4. *n.* 12. Molin. *de Primogen. Hiſpan. lib.*
2. *capit.* 6. *n.* 65. *&* 73. Roſa *conſult.* 12. *n.* 44. Cancer.
var. reſol. lib. 3. *cap.* 3. *n.* 106. Rota *in Auguſtana Sum-
ma Cuſtodia ſuper ſecundis literis* 21. *Junii*, §. *Alte-
ra*, *& in Lucana Unionis* 11. *Decembris* 1719. §. *Tum
demum*, *cor. Eminentiſſimo Falconerio*, & in termi-
nis requiſitis ſcientiæ Trobat. *de effect. immem. quæſt.*
11. *n.* 23. Caſtil. *de tertiis lib.* 7. *cap.* 28. *n.* 7. *circa
med.* Peregr. *de Jur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 65. Fontanell.
de pact. nupt. clauſ. 4. *gloſſ.* 17. *n.* 62. *& ſeqq.*

Immo ſi Centenariam accipimus etiam in ſenſu
contrario Conſtitutioni, æqualis ſemper erit virtu-
tis, & potentiæ; nam exemptio, quæ odioſa eſt, ſi
18 per non uſum, ſeu contrarium uſum præſcribitur
ſpatio 30. vel 40. annorum *ad Text. in capit. ſi de
Terra*, *& cap. Accedentibus de privileg.* Tondut. *qu.
benef. cap.* 61. *n.* 13. *& ſeqq.* Rot. *coram Ottobon. deciſ.*
229. *num.* 4. *& in Giennen. Adjunctorum* 13. *Februarii*
1702. §. *Et quod cauſa*, *coram bon. mem. Molines*,
& in Brixinen. juriſdictionis 27. *Junii* 1710. §. *Hujuſ-
que*, *cor. bon. mem. Kaunitz*.

Certe per ſpatium Centenariæ circumſcripta, &
ineffectuata in bonis hujus Commendæ eo magis
inallegabilis remanet, & prorſus inutilis convinci-
tur, ſi verum eſt, prout docet communis Schola
19 Doctorum, Centenariam operari præſumptum titu-
lum, & quidem meliorem de Mundo, & conſe-
quenter quoad Bona hujus Commendæ ad effectum,
ut remanſerint ſubjecta Collectæ, allegari poteſt Pri-
vilegium Apoſtolicum, pactum, & Concordia inita
cum Fundatore, & ipſa etiam Religione, & Militia:
Rocc. *diſp. Jur. cap.* 70. *n.* 12. *&* 13. Rot. *coram Eme-
rix Jun. deciſ.* 1139. *n.* 2. *& in rec. dec.* 671. *num.* 16.
part. 18. *& in Saliſburgen. Vicariæ* 16. *Januarii* 1719.
§. *Hic vero*, *cor. Eminentiſſ. Falconerio*.

Neque locus eſſe poterat reſponſioni, quod in
hac Commenda unuſquiſque veniat jure proprio in-
dependenter ex facto Anteceſſorum, qui fecerunt ſo-
lutionem Collectarum, ſi enim per ſpatium 140. an-
norum a die erectionis Commendæ, tam ipſe Fun-
dator, quam Succeſſores ſolverunt Collectas, mo-
dernus Commendæ Poſſeſſor impugnare non poteſt
quidquid ipſe Fundator fecit, & recognovit, &
quidquid conſequenter ejus exemplo alii Succeſſores
continuarunt per centenariam, quæ de cætero in li-
nea tituli melioris de Mundo, aut in linea inter-
pretationis afficit omnes etiam Jure proprio venien-
20 tes, Decian. *conſ.* 24. *n.* 108. *& ſeqq. lib.* 1. Molin. *de
primog. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 10. Trobat. *de effect.
immemor. qu.* 14. *art.* 5. *n.* 9. *& ſeqq.*

Sacr. Congregat. Immunitatis, in qua propoſita
fuit Cauſa ſub die 25. Januarii 1724. reſolvit bona
21 hujus Commendæ teneri ad Collectas, ex motivo
adeo conſiderabilis obſervantiæ per centenariam, &
ultra, quia de cætero Ego dubitabam in hac Cauſa,
propter Inſtrumentum fundationis, in quo Eques
Fundator expreſſe dixerat ſe donare bona Sacræ Re-
ligioni S. Stephani per verba illa: *Titulo*, *& Cauſa
pura*, *mera*, *ſimplicis*, *& irrevocabilis donationis*,
quæ dicitur inter vivos, *&c. dedit*, *& donavit Sa-
cræ*, *& Illuſtriſs. Religioni Divi Stephani*, *&c. infra-
ſcripta bona ſua in Territorio Imolæ*, *ſub lege ta-
men*, *& pacto pertinentiæ Jurispatronatus ad Funda-
torem*, *ejuſque filios*, *& deſcendentes maſculos in per-
petuum*. Unde intrare videbatur relata Conſtitutio
S. Pii V. ex qua bona hujus Commendæ vigore do-
nationis erant propria Sac. Religionis, itaut appli-
cabilis videretur exemptio conceſſa per Conſtitutio-
nem bonis ipſius Militiæ, & Religionis, unde præ-
cipuum fundamentum merito ſtetit in Obſervantia
centenaria, maxime inducta etiam ex facto Funda-
toris, conſideratis etiam verbis Conſtitutionis ſupra
regiſtratis ſub n. 14.

NOVARIEN. BENEFICII.

ARGUMENTUM.

De duplici ſpecie impetrationum, altera objecti-
va, & altera civili; Epiſcopus habenti duo
ſimplicia, ſed inſufficientia, an poſſit tertium
conferre Beneficium ſimplex.

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti ſeries.*
2 *Sacri Canones damnant odibiles piſcationes be-
neficiorum per viam Impetrationis.*
3 *Hæc ſpecies verificatur quando Impetratio fun-
datur in modo objectivo, & criminali.*
4 *Secus in altera ſpecie civili, & qualis iſta ſit,
& n. 5.*
6 *Decreta Sacræ Congregationis Concilii habent
vim legis, nec admittunt diſcurſus in con-
trarium.*
7 *Juxta hæc Epiſcopus conferre non poteſt tertium
beneficium ſimplex habenti alia duo ſimpli-
cia, licet inſufficientia.*
8 *Si Epiſcopus conferat tertium adepta hujus poſ-
ſeſſione, an vacet unum ex primis, vel duo
priora, & n. 9.*
10 *Hæc vacatio intelligitur adepta poſſeſſione Ter-
tii cum perceptione fructuum, vel ſaltem eo-
rum majoris partis.*
11 *Sacra Rota ſequitur Oracula Sac. Congregatio-
nis.*
12 *De Jure pluralitas beneficiorum ſimplicium non
cauſat incompatibilitatem, ſi omnia adæquent
ſufficientem ſubſtentationem. & de ſupervent a
diſpoſitione S. Concil. Trid. n.* 13.
14 *Collatio beneficii facta ab Ordinario habenti
alia duo, an ſit valida, vel nulla.*
15 *Opinio Auctoris, quod Epiſcopus habenti duo
ſimplicia poſſit vigore Concilii conferre ter-
tium ad ſufficientiam.*
16 *Ante Concilium, an eſſet permiſſa pluralitas be-
neficiorum ultra, vel intra congruam in una,
eademque Perſona.*
17 *Reprobatur Card. de Luca circa intelligentiam
Concilii ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat. & quo-
modo hoc intelligatur.*
18 *Pro collatione valida, vel nulla Ordinarii cir-
ca Tertium, attenditur an hoc ſit ſufficiens
de per ſe, vel inſufficiens.*
19 *Si Ordinarius conferat Tertium, an vacet pri-
mum, vel ambo, vel detur optio Poſſeſſori
dimittendi unum.*
20 *Qui obtinet Tertium ſimplex ab Ordinario non
privatur uno, vel primis duobus jam obten-
tis.*
21 *Sed collatio Tertii erit nulla.*
22 *Concilium non inducit incompatibilitatem Ter-
tii cum primis duobus.*
23 *Proviſio Apoſtolica Tertii quare requiratur.*
24 *Diſpenſatio non inducitur per expreſſionem pri-
mi incompatibilis factam in Impetratione ſe-
cundi ſecus in pluralitate beneficiorum.*

DISCEPTATIO CXVIII.

POſtquam Herculanus Carminatus obtinuit Au-
ctoritate Apoſtolica beneficium ſimplex in Pa-
rochiali Sancti Martini annui redditus ducatorum
decem auri de Camera, & deinde Canonicatum in 1
Cathedrali Eccleſia Lauden. ultimo loco, ſcilicet de
anno 1713. obtinuit Auctoritate Ordinaria aliud be-
neficium ſimplex in Parochiali Sancti Pauli annui
redditus quindecim ducatorum auri de Camera,
adepta ejus poſſeſſione, contra quem Canonicus
Zoppis; impetravit in Dataria Apoſtolica primum
beneficium ſimplex, ut ſupra poſſeſſum ab eodem

Her-

Herculano tanquam vacatum ob aſſecutionem , &
pacificam poſſeſſionem tertii beneficii juxta decreta
Sac. Congregationis Concilii, de quibus infra.

Hinc memoratus de Zoppis Impetrator meum vo-
tum requiſivit ſuper duobus in ſenſu veritatis. Pri-
mo ſcilicet, an hæc Beneficii impetratio ſit de illo
genere odibilium Piſcationum, quas veluti illauda-
biles, & inhumanas damnant Sacri Canones, Te-
2 ſte Sarnen. ad *regul. de Annal. quæſt.* 1. *n.* 1. *n.* 3. *verſic.*
hac enim, & Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu* 44. *n.* 17.
& ſecundo, an impetratio exitum favorabilem ſpe-
rare poſſit in Judicio.

Ego circa primum reſpondi, quod in praxi da-
tur duplex Impetrationum ſpecies, altera objectiva,
& criminalis, altera vero civilis, & nullam irro-
gans infamiam. Prima ſpecies eſt illa, per quam
expiſcatur beneficium contra poſſeſſorem ex capite
3 ſimoniæ, homicidii, hæreſis, illegitimitatis, intru-
ſionis in beneficium ex cenſura *Text. in cap. avari-
tiæ de præbend.* & de hac ſpecie loquuntur Docto-
ctores, qui has damnant Impetrationes, & vocant
gratias piſcatorias, & inhumanas accuſationes, dum
ſuper delicto, & crimine Poſſeſſoris ſuum fabricans
intereſſe, & ita propter cupiditatem habendi, famam
alterius denigrant, *ut in Canon. ſi quis Epiſcopus* 2.
quæſt. 7. *& in canon. ſi omnia* 6. *quæſt.* 1. Sarnen. *in
regul. de annal. quæſt.* 1. *num.* 5. Lotter. *dict. quæſt.* 44.
n. 15. *&* 17. *& melius quæſt.* 20. *num.* 92.

Altera ſpecies civilis eſt, quando quis impetrat
4 citra crimen, & infamiam Alterius, contra quem
fit Impetratio, ut eſt caſus Impetrationis factæ ob
novam vacationem, quæ naſcitur ex facto Poſſeſſo-
ris: Lotter. *dict. quæſt.* 44. *numer.* 20. *verſ. tertius eſt*,
prout contingit in eo, qui dat cauſam vacationi
per aſſecutionem incompatibilis, per quam vacant
priora beneficia ex diſpoſitione legis, prout in caſu
vacationis juxta decretum videre eſt apud Lotter. *d.
lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 95. ubi hunc Impetrantem dicit
non eſſe calumnioſum, Rot. *in Monaſterien. Cano-
nicatus* 4. *Maii* 1716. §. *Nec obſtat*, *cor. Eminent.
Falconerio*, ubi de impetratione ex capite vacationis
per aſſecutionem incompatibilis.

Hujuſmodi ſiquidem Impetrantes nedum odio le-
gali ſunt deſtituti, ſed immo Lege approbante ac-
cedunt ad impetrandum, quia ſi permiſſa eſt bene-
5 ficii, quandocunque vacat Impetratio, utique nihil
amari continet, ſi quis utatur Jure ſuo in caſu va-
cationis, ſive hæc oriatur per obitum Beneficiati,
ſive per contractum matrimonii, ſive per aſſecutio-
nem incompatibilis, ſive per alium modum vacan-
di civilem, & nemini injurioſum, quidquid ſecus
in modo criminali vacationis per ſimoniam, homi-
cidium, hæreſim, & ſimiles exceſſus infamatorios.
Hinc in praxi etiam Equites, & Barones faciunt
Impetrationes ex vacatione propter aſſecutionem in-
compatibilis, ut omnibus aliis caſibus Me ſcribente fuit
ille habitus in *Auguſtana Canonicatus* 26. *Junii* 1713.
coram Eminentiſſimo Falconerio, *&* 27. *Junii* 1714.
coram Reverendiſſimo Criſpo, *&* 1. *Julii* 1715. *coram
Eminentiſs. Scotto*.

Circa ſecundum articulum dicebam, quod quic-
quid Ego ſentirem in puncto Juris, opus non erat
aperire, quia quando concurrit res deciſa per decre-
6 ta Sacræ Congregationis Concilii, hæc cum habeant
vim legis, ſuam merentur executionem apud Judi-
ces, nec juvant in oppoſitum ratiocinia, aut Do-
ctorum opiniones, per ea, quæ tradit Fagnan. *in
cap. quoniam n.* 6. *& ſeqq. de conſtit.* Pignatell. *conſult.
Canon. tom.* 1. *conſult.* 86. *num.* 19. Ridolph. *in prax.
part.* 2. *cap.* 7. *n.* 83.

Jam vero Sacra Congregatio cenſuit non poſſe
7 Epiſcopum conferre tertium ſimplex Habenti alia
duo ſimplicia, ſed inſufficientia, ut apud Monacell.
in formul. for. Eccleſ. part. 2. *tit.* 2. *formul.* 20. *num.* 2.
Fagnan. *in cap. literas n.* 3. *de conceſſ. præbend. & in*
8 *cap. cum jam dudum n.* 71. *de præbend.* Card. de Luc.
de benef. diſc. 119. *n.* 2. ubi autem Epiſcopus confe-
rat tertium, eadem Sacra Congregatio declaravit
adepta poſſeſſione hujus tertii vacare unum ex prio-
ribus in una reſolutione 3. Octobris 1587. in alia
vero reſolutione cenſuit vacare duo priora, ſi ter-
tium ſit ſufficiens, ſin minus teneri Proviſum dimit-
tere alterum ex illis, ut apud Gatz. *de benef. part.*
11. *cap.* 5. *n.* 310.

Ultimo loco reaſſumpta diſputatione hujus arti-
culi, an tali caſu vacaret primum, vel eorum ul-
timum, ſemel, bis, & ter propoſita cauſa, tandem
cenſuit vacare primum ſub die 13. Novembris 1627.
ut teſtatur Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 62. *num.* 6. 9
verſ. verum, quæ reſolutio auſert dubium, quod Im-
petratio primi eſſet diſputabilis, ex quo Proviſus ha-
beret optionem dimittendi unum ex primis duobus
juxta antiquiorem reſolutionem Sac. Congreg.

Sed quia reſolutio procedit adepta pacifica poſſeſ-
ſione Tertii, poſſeſſio hæc intelligitur cum perce- 10
ptione fructuum, vel eorum majoris partis juxta
Text. in cap. ſi tibi conceſſo, *ibique gloſſ. in verb. va-
care de præbend. in* 6. ubi Joan. Andr. *n.* 5. *&* 6. Paſſe-
rin. *num.* 3. 13. *&* 16. Gatz. *de benef. part.* 11. *capit.* 9.
n. 131. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 21.
Rot. *deciſ.* 285. *n.* 2. *part.* 19. *rec. & in Fiſingen. Cano-
nicatus* 16. *Maii* 1707. §. *Param relevante*, *cor. bon.
mem. Anſaldo*.

Probandum idcirco erit, quod tempore Impetra-
tionis factæ per Canonicum de Zoppis Herculanus
jam percepiſſet fructus tertii beneficii, quo probato
intrabit vacatio ad formam reſolutionis Sac. Con-
gregationis 13. Novembris 1627. ut ſupra, quam Ju-
dex præterire non poterit, cum S. Rotæ Tribunal
amplectatur, & ſoleat ſequi Oracula S. Congrega- 11
tionis, ut teſtatur Fagnan. *in d. cap. quoniam n.* 71.
& 72. *de conſtitut.* Buratt. *deciſ.* 579. *n.* 3. Celſ. *deciſ.*
60. *n.* 4. Merlin. *deciſ.* 823. *n.* 8. *& in Derthuſen. Juriſ-
dict.* 28. *Januarii* 1697. §. *fin. coram bon. mem. Pio*, *&
in Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo* 2. *Julii* 1700.
§. *Atque id*, *cor. bo. me. Omanna*.

ANNOTATIO:

De Jure excepto caſu magnæ coacervationis be-
neficiorum ſimplicium, pluralitas illorum non cau- 12
ſat incompatibilitatem, ſi omnia adæquent ſufficien-
tem ſuſtentationem, ut probant Canoniſtæ in *cap.
cum jamdudum de Præben.* Novarr. *conſ.* 10. *& conſil.*
29. *n.* 2. *de præben.* Gatz *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *n.*
309. Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 5. *n.* 141. cum aliis
apud Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 4.
Paſſerin. *in cap. conſuetudinem quæſt.* 2. *numer.* 429. *&
ſeqq. de conſuetud.*

Supervenit diſpoſitio Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17.
de reformat. ubi ad tollendum abuſum pluralitatis 13
beneficiorum in una eademque Perſona ultra ſuffi-
cientiam, ſtatuit, ut unum beneficium ſingulis con-
feratur: *quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confer-
tur honeſte ſuſtentandam non ſufficiat liceat nihilo-
minus aliud ſimplex ſufficiens, &c. eidem conferre:*
quæritur hic de duobus. Primo, an Habenti pri-
mum, & ſecundum ſimplex, ſed utrumque inſuffi-
ciens, poſſit Epiſcopus conferre tertium, quod uni-
tum cum primis duobus faciat ſufficientiam, etiam
ad effectum retentionis. Et ſecundo, quando non
liceat Epiſcopo conferre tertium, ſi conferat, &
Collatarius omnium trium beneficiorum retineat
poſſeſſionem cum perceptione fructuum vacet pri-
mum ex illis, vel omnia vel ultimum, vel potius
ſit locus cogendi ad dimiſſionem ex illis optione,
& arbitrio Poſſeſſoris.

Quoad primum invenio contradictionem in Aucto-
ritatibus; Etenim Sacra Congregatio Concilii primo
dixit, Epiſcopum non poſſe conferre tertium abſque
diſpenſatione Apoſtolica Habenti duo, quæ non ſuf-
ficiant, neque poſſe plura ſimplicia in ſumma con-
ferre uſque ad congruam ſuſtentationem abſque
Apoſtolica diſpenſatione. Secundo cenſuit collatio-
nem tertii beneficii eſſe validam, ut apud Gatz. *de* 14
benef. part. 11. *cap.* 5. *n.* 310. Barb. *ad Concil. d. ſeſſ.* 24.
cap. 17. *n.* 10. per contrarium vero collationem tertii
eſſe nullam, ſuſtinet ex *Text. in cap. Ordinarii*, §.
In conferendis de officio ordin. in 5. plene Fagn. *in cap.
cum jam dudum n.* 69. *&* 70. *de præben. & in c. literas*
num. 5.

nu. 5. *de conceſſ. prabend.* Panimoll. *dec.* 31. *ann.* 1.
nu. 38.

15 Hæc autem eſt contradictio, quod Collatio ſit
valida, & ſit nulla, & proinde Ego conſiderando
mentem, & verba Concilii, in puncto Juris crede-
rem, Epiſcopum poſſe etiam vigore Sac. Conc. Trid.
conferre tertium, quod producat ſimul cum aliis
ſufficientiam, juxta regulam: *multa pauca faciunt
unum ſatis*: Si enim in caſu inſufficientiæ primi per-
mittit collationem ſecundi, quod tamen ſit ſufficiens
ibi: *aliud ſimplex ſufficiens*: ſi ſecundum non ſit ſuf-
ficiens, Epiſcopus poteſt ex mente Concilii conferre
tertium, quartum, & ſic deinceps uſque ad ſuffi-
cientiam: omnia enim modica donec non perveniant
ad ſufficientiam, nunquam dicuntur *aliud ſufficiens*,
& per contrarium dicentur per modum unius poſt-
quam tertium, vel aliud beneficium adæquabit men-
ſuram ſufficientis ſubſtentationis, ubi concludunt
Navarr. Ricc. Pariſ. & alii Doctores relati apud An-
tonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 4. Carol. Anton.
de Luc. ad Ventrigl. *in prax. p.* 1. *ann.* 17. §. 2. *n.* 1. Pa-
nimoll. *dec.* 31. *num.* 18. Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 5.
n. 308. & 309. Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. alleg.* 62.
num. 10.

Ratio apud Me eſt, quod Concilium induxit Jus
novum ſtatuendo incompatibilitatem, quæ dubium
erat, an adeſſet ſeu de Jure, ſeu de conſuetudine
circa pluralitatem beneficiorum excedentium con-
gruam ſubſtentationem, ut refert Garz. *de benef. d. p.*
16 11. *c.* 5. *n.* 264. & *ſeqq. n.* 272. Si autem certum erat,
quod nulla de Jure communi exiſtebat incompatibi-
litas quoad pluralitatem beneficiorum, quæ ſimul
juncta non excedebant menſuram congruæ ſubſten-
tationis, ut ex Garz. ubi proxime n. 306. Et aliis pro-
xime relatis ſub n. 15. ergo Concilium hoc Jus com-
mune non intelligitur mutaſſe, aut correxiſſe, ſed
potius ſe cum eo conformaſſe requirendo ſufficien-
tiam, ut ponderat, Navarr. *conſ.* 10. & 19. *de praben.*
& ſolum corrigere voluit conſuetudinem conferen-
di uni multitudinem beneficiorum ultra ſufficien-
tem ſeu congruam ſubſtentationem.

Hoc fundamentum agnoſcit Card. de Luc. *de benef.
diſc.* 119. *n.* 2. *verſ. Et licet*, ſed reſpondet obſtare
verba clara Concilii, & declaratione S. Congregatio-
nis; Verum mihi videtur, quod in hac parte non
17 bene loquatur ſub hoc præſuppoſito, quod Concilium
limitet in verbis poteſtatem Ordinarii ad collatio-
nem ſecundi, quando hoc ſit inſufficiens, quia di-
cit: *aliud ſufficiens*: ergo poteſtas Ordinarii per Con-
cilium conſiderata non ſtat *numerice* in collatione
ſecundi, ſed *ſubſtantialiter* in collatione ſecundi *ſuf-
ficientis*, quod non verificatur in collatione, quæ
fiat de ſecundo *inſufficienti*, ex quo infertur, quod
aut tertium de per ſe eſt ſufficiens, & Collatio Or-
dinarii eſt nulla, itaut ad effectum retinendi requi-
ratur diſpenſatio Apoſtolica, aut tertium eſt de per
ſe inſufficiens, quod unitum cum aliis facit ſufficien-
18 tem ſubſtentationem, & tali caſu valida eſt Collatio
Epiſcopi, & ad effectum retinendi non requiritur
diſpenſatio Apoſtolica, quidquid dixerit Ventrigl. *in
prax. p.* 1. *ann.* 17. §. 2. *n.* 20.

Quoad ſecundum quamvis opinio ſit Sac. Con-
gregationis vacare primum per aſſecutionem tertii,
eſt etiam ejus opinio vacare unum ex prioribus, &
etiam alia opinio eſt, quod Proviſus teneatur dimit-
tere alterum ex illis, ut apud Garz. ubi ſupra nu.
310. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 62. *n.* 6. in his
opinionibus recipienda eſt, quæ magis Reo, ac Poſ-
ſeſſori favorabilior eſt, ut poſſit ejus arbitrio alte-
rum ex illis dimittere, itaut illi detur optio, & li-
cet Barboſ. ut ſupra aſſerat, quod ſi Proviſus con-
tinuet poſſeſſionem amborum vacet utrumque; at-
tamen loquitur de caſu, quo per aſſecutionem ſe-
cundi, vacat primum, juxta reſolutionem relatam
per Garz. ubi ſupra n. 311. *verſ. Secundo an in caſu*:
nam de cætero quando agitur de tribus, quæ ſimul
conſtant ſufficientiam, non incurrit vacatio omnium,
ſi non dimittantur, ſed retineatur eorum poſſeſſio
infra duos menſes cum perceptione fructuum hæc
19 enim intrat in incompatibilitate duorum reſiden-

rialium, ſed in hoc genere pluralitatis Beneficiorum
juxta Concilium, iſte terminus nullibi legitur præ-
fixus, quia non adeſt incompatibilitas, quando be-
neficia non excedunt ſufficientiam, ſed adeſt tantum
defectus poteſtatis Ordinarii, ut ſupponunt Docto-
res, per Concilium reſtrictæ ad Collationem ſecun-
di, & ſic potius id reſpicit nullitatem actus colla-
tionis tertii beneficii, non autem aliorum vacatio-
nem legitime obtentorum: rurſus quia alias ſequeretur
abſurdum, quod Habens primum pinguius, ſecun-
dum exempli gratia trium, tertium duorum ſcuto-
rum annui redditus, perdere deberet primum, &
ſtare cum minimis.

Ego autem ex his ut ſupra conſideratis, libere
dico, quod ſuperius relata opinio, quod, aut va-
care debeat primum, aut omnia, aut ſit locus di-
miſſioni unius ex illis, ſemper apud Me viſa fuit
pari difficultate; Aut enim Epiſcopus poteſt confer-
re tertium ad effectum retentionis, & nihil præ-
dictorum intrat. Aut non poteſt, ſed requiritur
diſpenſatio Apoſtolica, & Poſſeſſor carebit Titulo
quoad tertium nulliter obtentum, ſed non priva-
bitur uno, vel primis duobus legitime obtentis; 20
dum cenſura Concilii Tridentini directa Collatori
non conferendo niſi ſecundum, inducere ſolum po-
teſt nullitatem collationis Tertii, juxta opinionem
Fagnan. ubi ſupra num. 14. quæ Mihi verior 21
videtur, tamquam fundata in diſpoſitione *Textus
in c. Ordinarii*, §. *In conferendis de Offic. ordin.
in* 6. ubi decernitur nullam eſſe Collationem factam
ab Ordinario alicui plura beneficia obtinenti, niſi
præceſſerit diſpenſatio, ideoque non intelligo qua
ratione Collatio facta ab Ordinario contra Decre-
tum Concilii poſſit eſſe valida ad effectum dandi
vacationem uni ex primis, vel primo ex illis;
Numquam enim poteſt eſſe validum, quod ſit Ju-
re prohibente, & ex defectu poteſtatis; quod ſi
dicatur ratione incompatibilitatis vacare priora,
vel unum ex illis, reſpondeo hanc incompatibilita-
tem non reperiri ſcriptam in Jure reſpectu plurium
ſimplicium, quæ ſimul juncta non excedunt con-
gruam ſubſtentationem, minuſque incompatibitas
deduci valet ex cenſura Concilii ubi ſupra, quod
ſolum diſponit reſpectu Collatoris; ut non poſſit
Habenti unum, conferre niſi aliud ſufficiens, quæ 22
diſpoſitio tollit defectum poteſtatis conferendi Or-
dinario, non autem inducit incompatibilitatem,
quæ de Jure non adeſt; & ſic quando Concilium
intelligatur prohibere Collationem Tertii facientis
ſufficientiam cum primis, contra ea, quæ dixi,
ſemper verum eſt, hoc inferre nullitatem collatio-
nis Tertii, pro cujus validitate neceſſaria eſt pro- 23
viſio Apoſtolica, quæ vere, & proprie non vide-
tur eſſe diſpenſatio, ſi Tertium ſit inſufficiens, &
faciat ſufficientiam cum primis duobus, quidquid
ſecus ſi eſſet ſolum, ac de per ſe ſufficiens, ea
ratione, quod hujuſmodi proviſio Apoſtolica vide-
tur neceſſaria ad tollendum dubium ſuper ſufficien-
tia, vel exceſſivitate Tertii reſpectu congruæ ſub-
ſtentationis, & ne alias contingat plura, quam
duo beneficia abſque permiſſu Sedis Apoſtolicæ uni
Perſonæ conferri ab Ordinariis ſub prætextu, quod
alia Beneficia præter duo ſint neceſſaria ad hone-
ſtam illius Perſonæ ſubſtentationem, quam ratio-
nem adducit Concilium Provincial. Mediolanenſ.
apud Garz. *de Beneſic. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 313.
Data autem nullitate collationis Tertii, non per-
cipio quomodo vacare poſſint duo priora, aut in-
tret obligatio dimittendi unum ex primis, quia
quod nullum eſt, nullum producere poteſt effectum,
itaut tertium beneficium habeatur pro non habi-
to firma remanente acquiſitione, & poſſeſſione
priorum: quæ omnia dixi non ad contrariandum
reſolutionibus Sacræ Congregationis, aut ſtylo, &
praxi, ſed ad excitandas tantum difficultates, quæ
meo judicio occurrere viſæ ſunt in auctoritatibus de
hac materia loquentibus; Prædictis addo diſtin-
ctionem, quod diſpenſatio pro duobus reſidentia- 24
libus incompatibilibus retinendis non inducitur,
ſi quis in Litteris Apoſtolicis pro ſecundo in-

compatibili fecerit expreſſionem, quod obtinet primum incompatibile, per hoc enim non cenſetur diſpenſatus ad retinendum utrumque; ut eſt *Text. in cap. Non poteſt, § final. de praben. in 6.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 15. num. 27.* Rot. *in Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 12. Junii 1717. §. Nullius, coram Eminentiſſimo Falconerio*, ſecus autem ſi agatur de pluralitate beneficiorum ſimplicium; hoc enim caſu ſufficit, ut in ſupplicatione pro alio beneficio obtinendo exprimatur, quod ſupplicans duo beneficia poſſideat, abſque eo quod neceſſarium ſit, ut petatur aliqua diſpenſatio ſuper his, ut in praxi teſtatur Roſ. *de Execut. part. 1. cap. 6. num. 306.* Rot. *in Nullius; ſeu Piſcien. benef. 5. Maii 1719. §. Nec ſubſiſtit; cor. R. P. D. Gamaches.*

MONASTERIEN. CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Facta reſignatione Beneficii in Partibus coram Notario, & Teſtibus, ſi ejus Inſtrumentum exhibeatur in Cancellaria Apoſtolica, & ejus vigore præſtetur conſenſus pro admittenda reſignatione ab aliquo, qui non habeat mandatum ſpeciale ad reſignandum, an tali caſu reſignatio ſit nulla juxta *regul. 45. Cancellariæ.*

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quid diſponat regul. 45. Cancellar.*
3 *Conſenſus formalis in reſignatione qualis dicatur.*
4 *In mandato ad reſignandum quid continendum ſit.*
5 *Conſenſus præſtitus reſignationi ſine mandato Procura eam reddet nullam.*
6 *Non dicitur factum, quod nulliter factum fuit.*
7 *Reſignatio facta coram Notario, & Teſtibus reſolvitur in conſenſum futuræ reſignationis, & quando vide num. 8. 9. 10. & 11.*
8 *Verba præſentis temporis quando trahantur ad futurum.*
9 *Verba improprientur ad ſubjectam materiam.*
10 *Præſentatio quam faciunt Patroni extra præſentiam ſuperioris quando intelligatur talis.*
12 *Reſignatarius impugnare non poteſt narrativam factam Summo Pontifici.*
13 *Conſenſus ex regula 45. requiſitus non ſufficit ut præſtetur in Partibus, ſed quod præſtetur in Cancellaria per Procuratorem ſpecialem.*
14 *Conſentiens qui non habet mandatum juxta ſtylum ſe obligat ad producendum mandatum intra certum terminum.*
15 *Actus conditionalis non dicitur purus.*
16 *Actus qui non valet abſque auctoritate Superioris non valet quoad partes, & eſt locus pœnitentiæ ante ſuperventam hujuſmodi auctoritatem.*
17 *Conſenſus in reſignationem reſpicit ejus ſubſtantiam.*
18 *Forma legis ſervanda eſt etiam ſi finis, ob quem emanavit, non militet.*
19 *Quando in actu militet præſumptio ſiniſtra?*
20 *Mandatum ſpeciale eſt probandum.*
21 *Ex quo actu non præſumatur.*
22 *In reſignatione non ſufficit conſenſus tacitus.*
23 *Clauſula, ſive præmiſſo, &c. in reſignatione quid operetur, & ad quem finem appoſita cenſeatur, num. 24. & 25.*
26 *Exitus Cauſæ.*

DISCEPTATIO CXIX.

Henricus Roding Canonicus Collegiatæ Sanctæ Felicitatis utriuſque ſexus Oppidi Uredenæ ſub die prima Januarii 1713. dum erat graviter infirmus, coram Notario, & Teſtibus declaravit ſe animo deliberato reſolviſſe Canonicatum ad Summi Pontificis manus favore Matthiæ Bernardi ex Sorore Ne- 1
potis ſub annua penſione ſcutorum centum reſignare, prout tunc actualiter reſignavit, & tranſmiſſo ad Urbem hujus actus Inſtrumento, quidam Brixius exhibuit illud in Cancellaria, & abſque ullo ſpeciali mandato præſtitit in actis ejus Notarii conſenſum pro gratia Reſignationis; & quia deficiebat mandatum, ſe obligavit de producendo infra ſex menſes proximos Mandati Procuræ Inſtrumentum in ſui Perſonam factum, ac ratificatorium omnium, & ſingulorum in præſenti negotio geſtorum.

Poſt hæc deceſſit Henricus Reſignans de menſe Februarii ſequentis, & Abbatiſſa ſupradictæ Eccleſiæ Ordinaria Collatrix Canonicatum ab Henrico poſſeſſum tanquam vacatum per ejus obitum contulit cuidam Hunning, cui etiam tradita fuit Poſſeſſio.

Inſurrexit Matthias Bernardus Reſignatarius, coram Vicario Generali Monaſterien. exhibendo Literas Apoſtolicas Reſignationis, & obtinuit illarum executionem contra Proviſum ab Ordinario; Commiſſa autem Cauſa Sacræ Rotæ ſub dubio: *An intraret arbitrium pro retardatione litterarum*: negativa prodiit reſolutio prævüs duabus Deciſionibus 5. Junii, & Decembris 1716. coram Rever. Patre Dom. Gamaches; iterumque commiſſa Cauſa eidem Rotæ ſub dubio: *An eſſet procedendum ad legitimam*. Ego ſcribens pro Honning proviſo ab Ordinario, ſeu Abbatiſſa, dicebam non eſſe procedendum ad legitimam attenta nullitate Reſignationis, propter quam Canonicatus vacaverat per obitum Reſignantis.

Nullitas autem Reſignatio Mihi clara videbatur tamquam expleta per Abſentem, & abſque ejus conſenſu præſtito per Procuratorem ſpecialiter conſtitutum, juxta formam præſcriptam *in regula 45. Cancellariæ*, *in qua cavetur: quod ſuper reſigna-* 2
tione cujuſcumque Beneficii Eccleſiaſtici, &c. quam in manibus ſuis, vel in Cancellaria Apoſtolica fieri contigerit, Apoſtolicæ litteræ nullatenus expediantur, niſi Reſignans, vel Cedens, ſi præſens in Romana Curia fuerit, perſonaliter, alioquin per Procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum expeditioni hujuſmodi in eadem Cancellaria expreſſe conſenſerit, & juraverit, ut moris eſt: ad cujus regulæ præſcriptum, ut Reſignatio valeret, neceſſe erat, quod Reſignans dediſſet ſpecialiſſimum Mandatum Procuræ ad reſignandum in manibus Papæ, quodque iſte conſenſum præſtitiſſet, qui dici- 3
tur formalis, una cum juramento, quod in Reſignatione non interveniſſet aliqua fraus, dolus, ſimonia, aut alia illicita pactio, & tradunt Pariſ. *de Reſignat. lib. 8. quæſt. 8. num. 21. & 22. & lib. 9. qu. 6. num. 12. & ſeqq. & quæſt. 7. num. 43.* ubi quod in mandato ad reſignandum debet contineri clauſula, 4
quod nulla concurrit vis, neque dolus, fraus, aut pactio ſimoniaca, Rebuff. *in prax. Benefic. titul. de Procurator. ad reſignan. num. 2.* Lotter. *de re benefic. libr. 3. quæſt. 16. num. 7. & 35.* Rot. *coram Manzaned. deciſ. 450. num. 10. & in Salisburgen. Canonicatus 8. Februarii 1694. §. Præcipit, coram clar. mem. Card. Priolo.*

Et tamen neque in minimo ſervata fuit forma hujus Regulæ, quandoquidem Henricus reſignavit in Partibus, coram Notario, & Teſtibus, dicendo ibi ſe reſignare in manibus Papæ, abſque eo quod dederit alicui mandatum ſpeciale ad præſtandum conſenſum Reſignationis, & jurandum, quod in Reſignatione nulla intervenerat illicita pactio, fraus, aut dolus, ſed quidam Brixius abſque mandato Procuræ conſenſit Reſignationi, exhibendo in Cancellaria ſimplex Inſtrumentum hujus Reſignationis factæ in Partibus,

coram

Digitized by Google

coram Notario, & Teſtibus, unde nullitas Reſignationis eſſe non poterat evidentior tamquam factæ abſque conſenſu præſtito per Procuratorem ſpeciali-
5 ter conſtitutum, & contra formam Regulæ habentis decretum *Irritans*, juxta punctuales deciſiones *in Leodien. Parochialis, cor. Manzan. dec. 550. n. 7. cum tribus ſeqq. & in d. Saliſburg. Canonicatus 8. Febru. 1694. cor. cla. me. Card. Priolo d. §. Præcipit, & ſeqq.*

Neque ſubſiſtebat aſſumptum deciſionum hujus Cauſæ; Non quidem ſubſtineri poterat primum, juxta quam ſuppoſitum fuit *regulam 45. de conſenſibus* veluti loquentem de Reſignationibus faciendis: locum ſibi non vindicare in hac Reſignatione prius facta extra Curiam, coram Notario, & Teſtibus, Quia reſpondebam, eſſe novum in Jure noſtro Reſignationem beneficii Eccleſiaſtici dici poſſe factam per actum privatum inter Partes geſtum, coram Notario, & Teſtibus, quia Reſignatio in favorem, cum alibi fieri non poſſit, quam coram Papa, non autem Ordinario, utique Reſignatio hæc facta, coram Notario, & Teſtibus neque, coram Papa, neque, co-
6 ram Ordinario, nihil aliud erat, niſi actus in radice nullus, & reprobus, ſi accipiatur in figura facti, & non faciendi, quia factum non dicitur quidquid nulliter factum extitit, juxta *Text. in c. Admonet de renunc.* Navarr. *conſ. 2. n. 7. de renunciat.* Pariſ. *de Reſignat. lib. 7. q. 1. n. 9. & ſequentibus*, & in individuo proſequitur Rot. *in dicta Saliſburg. Canonicatus 8. Februarii 1694. §. Verum Domini crediderunt, coram clar. mem. Card. Priolo.*

Et propterea arguebam, quod hujuſmodi Reſignatio facta, coram Notario, & Teſtibus, cum non valeret extra præſentiam, & manus Summi Pontificis, inflectebatur in actum futurum, & conſequenter in meram promiſſionem de reſignando poſtea perficiendam, & conſequenter in Reſignationem fa-
7 ciendam, coram Papa, in qua ſervanda erat forma *Regulæ 45. Cancellariæ*, ut pariter proſequitur Rota *in dicta Saliſburgen. Canonicatus 8. Februarii 1694. dicto §. Verum Domini crediderunt, coram Cardin. Priolo*, ibi: *Domini crediderunt talem actum non poſſe unquam haberi pro vera, & valida reſignatione tamquam non facta, coram legitima Perſona, &c. præſertim dum agitur de reſignatione in favorem certæ Perſonæ, quæ ſicuti dicitur conditionalis, ita nequit aliter fieri quam in manibus Sanctiſſimi &c. ideoque cum talis actus dici poſſit potius quadam promiſſio de reſignando poſtea perficienda, quia non fuit confectus cum neceſſariis ſolemnitatibus, haberi debet ac ſi factus non fuiſſet.*

Et ſane, quod Reſignatio facta in Partibus ſit potius conſenſus in futuram reſignationem explendam, coram Papa, manifeſtum reddebant ejus verba, ibi: *reſolveris præfatum Canonicatum, &c. ad Sanctiſſimi Domini Noſtri manus in favorem, &c. Bernardi, &c.*
8 *& non aliter reſignare, prout reſignavit realiter, & actu, modo, & conditione prædictis:* quæ verba non præſeferunt actum purum, & abſolutum de præſenti, ut nempe tunc privata auctoritate Reſignatio facta fuiſſet, ſed important conſenſum ad futuram Reſignationem in manibus Papæ faciendam, dum ſonant in declarationem, & reſolutionem reſignandi in manibus Papæ ibi: *reſolveris ad Sanctiſſimi manus, &c. reſignare*, non obſtante adjectione aliorum verborum immediate ſequentium: *prout reſignavit realiter, & actu*; hoc enim recipiunt explicationem, & intelligentiam ſuam ex immediate annexis, & ſubſequentibus verbis, *reſignavit, &c. modo, & conditione prædictis*: quæ cum repetant modum ſuperius expreſſum, ſcilicet reſignandi in manibus Papæ, ducunt actum Reſignationis ad tempus admiſſionis faciendæ per Papam, itaut ſine dubio, verba hæc tempus præſens conferant ad futurum, & reſolvantur in ſimplicem conſenſum ſuper Reſignatione futura, & admittenda per Papam, optime Gratian. *diſcept. 497. n. 18.* ibi: *cum ratione adjuncti, verba præſentis temporis mutent naturam, & trahantur ad futurum*, Rota *dec. 103. n. 42. & 43. p. 15. rec.* ibi: *inſpici debet illud tempus futurum, nempe ut qualitas præſens adſit illo tempore futuro, in quo dicta*

diſpoſitio conferatur, cum ratione adjuncti verba præſentis temporis mutent naturam, & trahantur ad futurum, & in puncto aliam conſimilem Reſignationem factam in Partibus cum verbo, *reſignavit*, in hoc ſenſu explicavit, & intellexit Rot. *in dict. Saliſburg. Canonicatus 8. Februarii 1694. d. §. Verum Domini crediderunt in fine, cor. clar. me. Card. Priolo* ibi: *cum talis actus dici poſſit potius quadam promiſſio de reſignando, poſtea facienda.*

Cum ſit abſoluta regula, quod verba, etiam quatenus oporteat, impropriánda veniunt ad limites ſubjectæ materiæ, & poteſtatem facientis actum; Cum igitur non potuerit fieri reſignatio Canonicatus pure, & libere in Partibus extra auctoritatem Papæ, idcirco verbum, *reſignavit*: relative ad expreſ-
ſionem, & voluntatem reſignandi in manibus Papæ impropriatur, & inflectitur in ſimplicem conſenſum ſuper Reſignatione deinde actualiter facienda in manibus Papæ, & per ipſum admittenda, *Text. in l. 3. §. Conditio, digeſtis de adimen. legat.* Peregrin. *de fideic. art. 7. n. 19. & art. 18. 19. & ſeqq.* late Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 7. n. 10. & 16. cum ſeqq.* Rot. *dec. 514. n. 6. cor. Dunoz. Jun. & in rec. dec. 132. n. 21. p. 16.* 9

Hinc propterea, ſi Reſignans in Inſtrumento geſto in Partibus, dixit: *animo ſatis deliberato reſolveris præfatum Canonicatum, &c. ad Sanctiſſimi Patris noſtri, &c. manus in favorem, &c. & non aliter reſignare, prout reſignavit realiter, & actu, modo, & conditione prædictis:* clare ſignificavit, quod reſignabat relative ad manus Papæ, qui actus, ut in manibus Papæ abſentis a loco, dicatur geſtus, interpretari oportet, quod geri voluerit tunc, cum præſentata fuiſſet Papæ Supplicatio, & per eum admiſſa Reſignatio, & exemplo præſentationis, quam faciunt Patroni per Inſtrumentum publicum actia præſentiam Su- 10
perioris, quæ non aliter intelligitur facta, niſi, ſi, & poſtquam exhibita fuerit eidem Superiori Eccleſiaſtico, Rota *coram Penia dec. 4. nu. 1. & 2. & dec. 12. n. 4. & 5.* Rota *dec. 3. de Jurepatron. in nov. & in Mantuana Beneficiorum 10. Junii 1712. §. His Jure, coram Reverend. Aldrovando Decano, & in Auguſtana Canonicatus 20. Martii 1716. §. Quodquam, coram Reverend. Criſpo*, in quibus deciſionibus habetur, quod licet Patroni utantur verbo *præſentavit* in eorum Inſtrumentis: attamen hujuſmodi præſentationes reſolvuntur in meram deſtinationem præſentandi, donec, & quouſque exhibitæ fuerint Ordinario, cum verba inflectantur juxta naturam actus, nec in ſenſu materiali accipiantur, itaut nil repugnet, quod verbum: *reſignavit*, veluti informatum ex præcedenti expreſſione reſignandi in manibus Papæ inflectatur in conſenſum pro futura Reſignatione explenda in manibus Papæ, & verbum præſentis temporis referatur ad futurum, ut bene probat Fattinell. *reſponſ. 44. n. 7. ubi adducit illud Eccleſiaſtici c. 1.* ibi. *quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt; quid eſt, quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt.*

Quod magis clareſcit examinando contradictio- 11
nem, quæ alias daretur in ipſo actu geſto in partibus; Si enim illo legitur, juxta verba ſuperius regiſtrata, quod Reſignans erat deliberatus, & reſolutus reſignare in manibus Sanctiſſimi abſolute repugnat, quod incontinenti in illis verbis *prout reſignavit*, intellexerit tunc reſignare extra præſentiam, & manus Sanctiſſimi, cum ſint contradictoria inter ſe iſta duo, velle reſignare in manibus Papæ, quod reſpicit futuram Reſignationem explendam in manibus Papæ, & eodem contextu tunc reſignare pure, & perfecte extra præſentiam, & manus Papæ, coram Notario, & Teſtibus; Ad evitandam igitur hujuſmodi inſtantaneam correctionem, & contradictionem, neceſſario fatendum eſt, quod verbum, *reſignavit*, reſolvatur in conſenſum ſuper futura Reſignatione facienda in manibus Papæ ad tradita per Rot. *dec. 400. n. 32. p. 18. & dec. 492. n. 22. & dec. 518. n. 14. p. 19. tom. 2. rec. & cor. Duran. dec. 324. n. 9. & dec. 42. n. 10. cor. Benincaſ.*

Quibus omnibus accedit ipſum factum ſubſecutum

Digitized by Google

dum poſtea nomine Reſignantis Summo Pontifici porrecta fuit ſupplicatio pro Reſignatione tunc facienda in ejus manibus, non autem pro approbatione alicujus reſignationis jam factæ in partibus ibi: *Reſignare proponat, prout ex nunc reſignat, ſupplicat igitur, &c.* Et inſuper poſt præſtationem conſenſus cauſalis dictæ reſignationis, qui dicitur præſtari per ſolam præſentationem ſupplicationis per verba ſuperius expoſita, ut dial *diſceptat. Eccleſ.* § *num.* 24. Subdatarios mandavit præſtari conſenſum formalem in Cancellaria per Procuratorem ſpecialiter conſtitutum, per hæc verba; *Extendatur conſenſus:* regiſtrata in calce ſupplicationis præſentatæ, & juxta praxim notoriam apponi ſolita in quibuſcumque Reſignationibus, quæ fiunt in manibus Papæ, unde non videtur amplius dubitandum ſuper interpretatione actus geſti in Partibus, quod nempe tunc pure facta non fuerit Reſignatio, ſed tantum datus conſenſus ſuper Reſignatione in manibus Papæ facienda, dum ita fuit expoſitum ex parte Reſignantis in ſua ſupplicatione, & ita fuit ſuppoſitum, & intellectum ex parte Summi Pontificis concedentis, quam narrativam impugnare
12 non poteſt Reſignatarius, qui eam expoſuit ſimul cum Reſignante ad *Text. in l. cum precum, Cod. de lib. cauſ.* Rot. *deciſ.* 1176. *n.* 4. *cor. Emerix Jun. & in Romana Coppellaniæ* 25. *Novembris* 1707. §. *Nec majoris, &* 3. *Februarii* 1708. § *Nequaquam, cor. Emin. Scoto.*

Probato autem, quod Inſtrumentum geſtum in Partibus non præſeferat Reſignationem jam pure factam, ut ſuppoſuerunt contrariæ deciſiones, ſed tantum conſenſum ſuper futura Reſignatione validanda, & non aliter, niſi in manibus Papæ, clara remanet nullitas Reſignationis, quia Reſignans non conſtituit Procuratorem ſpecialem ad exhibendum hunc conſenſum jam datum, ejuſque vigore conſentiendum una cum facultate jurandi, quod in Reſignatione non intervenerat aliqua fraus, dolus, aut ſimoniaca pactio, cum, quando Reſignans eſt ab-
13 ſens, non ſufficiat, quod præſtet conſenſum in Partibus, ſed oporteat, quod conſentiat per Procuratorem ſpecialem cum facultate, ut ſupra jurandi, juxta punctualiter firmata in *d. dec.* 550. *nu.* 7. *& ſeqq. coram Manzaned. & in dicta Salisburger. Canonicatus* 8. *Februarii* 1694. §. *Nec Summi Pontifices. cor. cla. me. Card. Priolo* impreſſ. ad ornat Card. de Luc. *diſc.* 16. *de Benef.*

Accedit etiam ſtylus Cancellariæ, quæ eſt organum Papæ; nam quando ipſi exhibentur hujuſmodi
14 Inſtrumenta Reſignationum factarum in Partibus abſque conſtitutione Procuratoris ſpecialis, eas admittere non ſolet, niſi cum obligatione ejus, qui Reſignationem exhibet, producendi mandatum intra certum terminum cum ratificatione omnium jam geſtorum, prout ita factum fuit in præſenti caſu, & de hujuſmodi ſtylo teſtatur Rot. *cor. Peutinger. dec.* 96. *n.* 2. *& cor. Ottobon. dec.* 11. *n.* 6. *& in Corduben. Beneficii* 23. *Junii* 1693. §. *Denique, coram Muto,* qui ſtylus, & praxis Cancellariæ ſatis convincit non ſufficere Inſtrumentum Reſignationis factæ in Partibus, niſi accedat mandatum ſpeciale ad reſignandum, & jurandum Rot. *in Farolivien. Parochialium* 23. *Aprilis* 1706. §. *Præmaxime, cor. Omanna, & in Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1712. §. *Cum itaque, coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano.*

Hinc aperte remanet inſubſiſtens illa diſtinctio data in *deciſione* 7. *Decembris* 1716. §. *Etenim, coram Rev. Patre D Gamaches,* quod nempe Reſignatio facta in Partibus dici poſſit in fieri quoad admiſſionem a Papa faciendam, ſed non excludat, quod non poſſit eſſe pura, & abſoluta reſpectu Reſignantis, quando ille pure, & abſolute reſignavit, cum enim oſtenſum fuerit verba Reſignationis non eſſe pura, ſed relativa ad manus Papæ, in quibus deliberate Reſignans dixit reſignare velle, utique non percipitur quomodo dici poſſit Reſignatio pura, ad differentiam alterius caſus, quando citra relationem ad manus Papæ, Reſignans pure, & ſimpliciter reſignaſſet? Relatio enim actus ad auctoritatem Superioris illum confert ad tempus futurum, quo Superior auctoritatem ſuam interponit, & nihil operatur de præſenti, ut quod verbum *reſignavit:* fuerit relatum ad auctoritatem Papæ mediantibus verbis: *modo, & conditione prædi-* 15
ctis: evidenter ſupra demonſtratum fuit, & in conditionalibus actum nunquam eſſe purum tradunt relati apud Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *c.* 4. *n.* 55. *& ſeqq.* Card. Pariſ. *conſ.* 82. *n.* 17. *lib.* 4. Caſſad. *dec.* 3. *n.* 17. *de præbend.* Lott. *de re benef. lib.* 1. *q.* 38. *n.* 1. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 410. *n.* 3. *p.* 18. *rec.* Anſaldus *dec.* 98. *n.* 8. & in terminis noſtris Pariſ. *de reſign. lib.* 7. *q.* 1. *n.* 61. *& ſeqq.*

Ultra quod dicebam nil etiam concludere, quod pure, & ſimpliciter Reſignatio facta extitiſſet in Partibus; dum eſſet actus in radice nullus, & non entis nullæ ſunt qualitates, itaut ſemper pro facienda Reſignatione valida neceſſarius eſſet Procurator ſpecialis ad conſentiendum in Camera, ſeu Cancellaria, cum facultate jurandi, ut ſupra, neque vera eſt diſtinctio inter actum Reſignationis, qui dicatur tali caſu perfectus, quo ad Partes, & imperfectus, quoad Superiorem, cum hæc 16
ſit reprobata in materia beneficiali, ut apud Card. de Luc. *Benef. diſc.* 41. *n.* 5. *&* 6. & patet ratione, quia donec ſuperveniat auctoritas Papæ eſt locus pœnitentiæ Reſignantis, cui profecto locus non foret, ſi actus eſſet perfectus quoad ipſum, ut bene probat Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 76. *n.* 1. Rota *dec.* 477. *n.* 2. *p.* 1. *rec. & in Auximana Iurispatron.* 27. *Junii* 1718. §. *Et quibus, cor. Rev. P. D Gamaches.*

Quemadmodum non ſubſiſtit, perfectionem Reſignationis naſci ex ſola Signatura, & conſenſum non reſpicere ſubſtantiam Reſignationis, ſed actum expe- 17
ditionis litterarum, quia quod conſenſus in Reſignationem reſpiciat ejus ſubſtantiam ſubſtantialiſſimam, receptum eſt apud Omnes, & firmavit Rota *in dicta Gerunden. Canonicatus* 20. *Junii* 1714. §. *finali, coram bon. mem. Lancetta,* ex quo proinde ſequitur, quod Reſignans ante exceſſum conſenſum poteſt ſemper actum revocare, ſignum evidens, quod conſenſus totum perficit, ut tradunt Lotter. *de re Benefic. lib.* 3 *quæſt.* 16. *numer.* 33. *& ſeqq.* Cocchier. *ad regul.* 44. *Cancellar. numer.* 24. *& ſeqq.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 12. *numer.* 39. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 471. *numer.* 1. *&* 11. *part.* 1. *& deciſ.* 425. *numer.* 4. *& ſeqq. part.* 3. *lib.* 3. *diverſ. & coram Coccin. deciſ.* 578. *num.* 6. *& dec.* 1418. *num.* 1. *& in Colonien. Canonicatus, & Foroli* 3. *Junii* 1712. §. *Hic prænotatis, coram Emin. Falconerio.*

Minus obſtare poterat, quod regula Cancellariæ de conſenſibus ſit introducta ad obviandum fraudibus, ne quis abſens, & inſcius privetur benefi- 18
cio, ideoque ſufficiat exhibitio Reſignationis factæ in Partibus, quæ ſuppleat in exhibente mandatum procuræ, quia nihil id concludebant in Legibus certam formam præſcribentibus, quæ ſervanda ſemper eſt, alias actus remanet nullus, non curato an illa forma reſpiciat certum finem, cui non fuerit contraventum, prout habemus in Lege, quæ dedit formam Teſtamentis, ideoque ſi regula dedit certam formam, licet emanaverit ad certum finem, non tamen ejus forma præteriri poteſt, licet finis ille militare non videatur, quia forma legis eſt ſemper ſervanda ſub pœna nullitatis actus, quia alias aperta eſſet via eludendi totam regulam, probando conſenſum præſtitum in Partibus per publicum Inſtrumentum, ut in individuo ad objectum reſpondit, Rot. *in dict. Salisburgen. Canonicatus* 8. *Februarii* 1693. §. *Nec juvat, coram clar. mem. Card. Priolo;* ultra quod dici non poterat in caſu iſto abeſſe fraudem, & deceptionem, dum agebatur de Avunculo infirmo, qui paulo poſt deceſſit, *l. lata, C. de don. quæ ſub modo,* ac etiam quia præſumptio ſiniſtra mi- 19
litat contra illum, qui facit actum contra formam Legis, *l.* v. *de ſolemn. in contr. minor. gloſſ.* 16. §. 7. *n.* 2. Rot. *cor. Ang'ell. dec.* 18. *n.* 23.

Pro-

Proinde exhibitio facta in Cancellaria Inſtrumen-
ti geſti in Partibus, non potuit unquam ſupplere
in exhibente mandatum Procuræ ſpecialiter requiſi-
tum *de forma Regulæ*, quia mandatum ſpeciale eſt
20 probandum ſpecialiter tamquam quid facti, non au-
tem præſumendum, Pariſ. *de reſign. lib. 9. qu. 7.
num. 9. cum ſeqq.* & in puncto Rot. *in d. Saliſ-
burgen. Canonicatus 8. Februarii 1694. d. §. Nec
Summi Pontifices, coram cla. mem. Card. Priolo*;
eoque magis, quia mandatum debet continere fa-
cultatem jurandi, quod in Reſignatione nulla in-
tercesserit fraus, aut dolus, aut illicita pactio, Pa-
riſ. *de reſignat. lib. 9. quæſt. 7. numer.* 43. Lotter.
de re benef. lib. 3. quæſt. 16. num. 9. Rot. *in dict.
Salisburgen. Canonicatus 8. Februarii 1694. §. Eo-
que magis, coram cla. mem. Card. Priolo*, & con-
ſequenter requirit ſcripturam, aut aliud æquipol-
lens, ex quo hujuſmodi facultas conceſſa dignoſca-
tur, nec poteſt applicari conclusio generalis, quod
mandatum poſſit probari per conjecturas, quia in
caſu iſto nulla adduci valet conjectura, niſi illa
21 exhibitionis, quæ nihil concludit, quia potuit fieri
de mandato Reſignatarii, & non Reſignantis, Ad-
den. ad Gregor. *deciſ.* 331. *ſub num. 10. verſ. pri-
ma opinio* Card. de Luc. *de regul. diſc. 47. nu.* 5.
Rot. *deciſ.* 303. *num. 7. coram Dunoz. Senior. &
deciſ.* 352. *num. 19. & 20. coram Bonincaſ.* ultra
quod cum in Inſtrumento exhibito in Cancellaria
non contineatur facultas jurandi, ut ſupra, hoc
ſufficit, ut conſenſus, & Reſignatio remaneat nul-
la ad formam Regulæ, *ut in dicta Salisburg. Cano-
nicatus d. §. Eoque magis, coram cla. mem. Card.
Priolo*.

Ulterius quia non ſufficit mandatum tacitum in
hac materia quomodolibet conjecturatum etiam ex
perſeverantia Reſignantis uſque ad obitum; Etenim
ad hunc effectum Regula requiſivit conſenſum ex-
preſſum Reſignantis, ubi non ſufficit tacitus, &
22 hoc etiam requirit ſtylus Cancellariæ, juxta quem
reportavit in Brixio obligationem exhibendi infra
certum tempus mandatum Procuræ cum expreſſa
ratificatione omnium geſtorum, & propterea ad
nihil inſervit taciturnitas Reſignantis, uſque ad obi-
tum, aut aliud præſeferens conſenſum tacitum in
hac materia, ubi regula, & ſtylus requiſivit con-
ſenſum, & ratificationem expreſſam, ut in individuo
reſpondit Rot. *coram Ottobon. deciſ. 18. num. 9. & 22.*
ibi: *Quia, ut jam oſtenſum fuit, requiritur conſenſus
expreſſus, tam vigore Regulæ 45. quam ex preſcripto
Cancellariæ, unde ratificatio tacita non ſuffragatur,
quando requiritur expreſſa, & dec. 92. num. 14. & 15.
cor. Peutinger.*

Denique ſtante nullitate Reſignationis ex defectu
conſenſus præſtiti per procuratorem ſpecialem, fru-
ſtra deciſiones ex alio capite deſumpſerunt validita-
tem Reſignationis, ſcilicet ex clauſula generali: *ſive
præmiſſo, ſive alio quovis modo, ſeu per ſimilem,
vel aliam liberam reſignationem dicti Henrici, vel
cujuſvis alterius de illis in Romana Curia, vel extra
eam etiam, coram Notario publico, & Teſtibus ſpon-
te factam, & non tamen per obitum vacent, &c.* Ete-
nim nulla eſt Reſignatio, quæ non habeat in ventre
23 hujuſmodi clauſulam generalem, quæ de ſtylo in o-
mnibus his expeditionibus apponi ſolet, ut videre eſt
apud Corrad. *in prax. Benef. lib. 5. c. 1. ſub n. 1.* unde, ſi
iſta clauſula juvaret, actum eſſet de regula Cancella-
riæ ſuper conſenſibus, dum inventus eſſet modus
præſtandi conſenſum, & faciendi Reſignationes in
Partibus per Abſentes, & nunquam haberet locum
Regula, in individuo reſpondendo ad hanc clauſu-
lam firmavit, Rot. *in d. Salisburgen. Canonicatus §. fin.
cor. cla. mem. Card. Priolo*.

Sed multo minus juvare poteſt clauſula hæc ge-
neralis, quia recepta eſt opinio, quod nunquam clau-
ſula hæc aliquid operetur, ubi gratia principalis,
quæ illam in ventre habet, convincitur nulla, ut
in caſu iſto, ob non ſervatam formam Regulæ, ut
in ſpecie de his clauſulis apponi ſolitis in Reſignatio-
nibus advertit Corrad. *in prax. Benef. lib. 5. d. c. 1. an-
te n. 1.* ubi regiſtrat formulam Reſignationum cum iſta
clauſula, & alius dicendo ibi, quod iſtæ clauſulæ nihil
operentur, ubi gratia principalis eſt nulla ibi: *Quod
quidem intelligendum eſt quatenus gratia principalis,* 24
*quæ continet ſupradictas clauſulas, valida, & firma
remaneat, nam alias ea annullata, annullantur con-
ſequenter omnes clauſulæ in ea contentæ*, & in terminis
hujus clauſulæ: *Sive præmiſſo, &c.* paſſim firmavit
Rot. *coram Priol. dec. 154. n. 5. & 7. in rec. dec. 167. n.
29. p. 4. tom. 2. & dec. 223. n. 4. & 7. p. 15.* ubi loquitur
de Reſignatione, *& dec. 195. n. 2. p. 17. & coram Be-
nincaſ. dec. 195. n. 9. & in Toletana Præſtimonii ſuper
Negotio principalis 30. Aprilis 1703. §. Nec in jure re-
levat, coram bon. mem. Muto.*

Diffugium namque hujus clauſulæ ſolum eſt ope-
rativum, & ad hunc finem apponitur, quando ſci-
licet Reſignans prius reſignaſſet Beneficium auctorita-
te privata, coram Notario, & Teſtibus, deinde vero
deveniſſet ad novum actum reſignandi in manibus
Papæ, conſtituendo deſuper Procuratorem ſpecialem,
hoc enim caſu verificaretur ſaltem de facto gratia 25
principalis operaretur clauſula: *Sive præmiſſo*: ad
effectum evitandi, quod alter impetraret Beneficium
tamquam prius vacatum per Reſignationem nulliter
factam, quia Reſignans nulliter Beneficium aucto-
ritate privata, coram Notario, & Teſtibus, privatur
in pœnam Beneficio, ut oſtendit *de reſign. lib. 7. q. 1.
n. 12. & ſeqq.* Et ideo cum vacet Beneficium alio mo-
do, ſcilicet per privationem ex cauſa Reſignationis
peccaminoſæ, propter quod reſignari amplius non
poteſt, quod eſt deperditum, Papa idcirco vult ad-
mittere Reſignationem ex integro benefactam in ejus
manibus, volendo, quod hæc gratia valeat tam-
quam per Reſignationem tunc in ejus manibus factam,
etiamſi de cætero vacaret Beneficium alio modo, ſci-
licet per privationem, & deperditionem juris ob male
factam Reſignationem in Partibus, coram Notario,
& Teſtibus, ad reddendum tutum Reſignatarium vi-
gore vacationis expreſſæ ex hoc alio modo, ut dicit
Corrad. *d. lib. 5. c. 1. ſub n. 53. verſ. Unde*, dum alias
ſine hac clauſula poſſet impetrari Beneficium contra
Reſignatarium tamquam prius vacatum per Reſigna-
tionem nulliter factam; Et iſti ſunt termini, in qui-
bus loquitur Mohedan. *dec. 25 de regu.* ideoque ſemper
hæc clauſula dependet ex gratia principali, qua nul-
la exiſtente nihil operatur, *ut in d. dec. 223. nu. 4. cum
trib. ſeqq p. 13. rec.*

Hæc cauſa Me ſcribente pluries propoſita, habuit
magnam Votorum ſciſſuram in Sacræ Rotæ Auditorio,
dum occaſione concedendi novam Audientiam adver-
ſus Deciſionem quarta Aprilis 1718. coram bonæ
memoriæ Fuſcaro, Rota reſcripſit: *Ad mentem*:
quæ fuit, ut audiretur ſenſus Datariæ Apoſtoli-
cæ in hoc articulo, Dataria autem ſe remittente ad
judicium Rotæ, repropoſita Cauſa ſub die 3. Fe-
bruarii 1719. reſponſum fuit: *Iterum proponatur*: & ſub die 23. Junii ſequentis dictum fuit: *Iterum
proponatur, & videant Quintus, & Sextus*: & po-
ſtea ſub die 6. Decembris ejuſdem anni reſcriptum
fuit: *Iterum proponatur, & videant omnes*: ac-
quievit Reſignatarius per ſeptem annos, cujus Re-
ſignationem etiam in ſenſu veritatis cenſui, & ad-
huc cenſeo nullam. Poſt extenſam hanc diſcepta-
tionem Reſignatarius ab inſpectato reſurrexit poſt
tot annos, & repropoſito Dubio ſub die 3. Mar-
tii 1727. coram Rev. Patre Dom. Cornelio, tan-
dem videnti omnibus Sacræ Rotæ Votantibus re-
ſolutum fuit: *Eſſe recedendum a deciſis, cor. bo. me.
Fuſcaro.*

Digitized by Google

NULLIUS PROVINCIÆ BAREN.
Archipresbyteratus.

ARGUMENTUM.

Regula de Triennali, an locum habeat favore Poſſeſſoris, qui proviſus fuit auctoritate Apoſtolica de Dignitate Collegiatæ Inſignis cum Decreto vacationis eo ipſo, ſi intra annum non ſuſceperit gradum Magiſterii in Theologia, vel Doctoratus in Univerſitate approbata; Et an eadem Regula defendat Poſſeſſorem incompatibilium, cum aliis in corpore ſubalternatis.

SUMMARIUM.

1 *Series facti exponitur.*
2 *Regula de Triennali requirit titulum coloratum,*
3 *Non ſuffragatur non Promoto infra annum ad Ordines Sacros, vel gradum Magiſterii, ſeu Doctoratum.*
4 *Nec contra Decreta Concilii Tridentini, & regulas Cancellariæ.*
5 *Negativa quomodo probatur per Teſtes.*
6 *An regula tueatur Poſſidentem incompatibilia, & non Promotum, fuit gravis quæſtio in Rota coram Gomeſio.*
4 *Quomodo probetur negativa non promotionis intra annum.*
8 *Triennium in regula præſumit titulum ſicut decennium in jure.*
9 *Regula non defendit Poſſidentem incompatibilia, & non Promotum, n. 10. & 11.*
12 *Præſumpta diſpenſatio inducitur per decennium, etiam contra Decreta Concilii Tridentini.*
13 *Regula de Triennali, an locum habeat contra reſervationes ex regulis Cancellariæ.*
14 *Et quid reſpectu aliarum diſpoſitionum, quæ continentur in regulis.*

DISCEPTATIO CXX.

JOannes Angelus Pantaleo proviſus fuit per Sanctam Sedem de Archipresbyteratu Inſignis Collegiatæ S.
1 Michaelis Archangeli Terræ Terlitii Nullius Diœceſis cum Decreto, quod intra annum proximum ſuſcipere teneretur gradum Magiſterii in Theologia, vel Doctoratus in aliqua approbata Univerſitate, alioquin Archipresbyteratus vacaret eo ipſo.

Ex quo nunquam Pantaleo ſuſcepit gradum Magiſterii, vel Doctoratus, ut ſupra Thomas Petruzzius impetravit Archipresbyteratum uti vacantem juxta Decretum, & expeditis literis Apoſtolicis, antequam lis contextaretur, deceſſit Pantaleo, unde Petruzzius ad evitandam diſpendioſam litem, ſi alteri collatus fuiſſet Archipresbyteratus uti vacans per obitum, petiit in Dataria ſibi de illo provideri, etiam tanquam vacanti per obitum.

Et quia ſolum obſtaculum conſiſtebat in eo, quod ipſe impetraverat contra Triennalem Poſſeſſorem, quærebatur, an in caſu iſto intrare poſſet exceptio regulæ de Triennali? & Ego ſcribens in Dataria favore Petruzzi, dicebam eſſe negative reſpondendum.

Regula enim de Triennali ſecundum omnes Docto-
2 res requirit titulum coloratum, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 89. Bich. *dec.* 198. *n.* 20. & 34. Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 91. *n.* 13. & *coram Celſ. dec.* 130. *n.* 10. & *in rec. dec.* 128. *n.* 8. *p.* 12. qui ſane titulus coloratus deficit manifeſte eo ipſo, quod literæ Apoſtolicæ habent decretum vacationis, quando Proviſus non ſuſcepiſſet infra annum lauream doctoratus, aut gradum Magiſterii in Theologia, quia probato, quod Pantaleo nunquam ſuſceperit gradum, & do-
3 ctoratum, titulus redactus fuit ad non titulum ipſo jure, nec juvare potuit regula de Triennali, ut in terminis non promoti infra annum ad Ordines Sacros firmavit Gomeſ. *in Regul. de Triennal. quæſt.* 18. *nu.* 6. referens ita deciſum in Rota in Romana Parochialis Sancti Pauli 28. Januarii 1538. coram R. P. D. Raynado Petrutio ibi: *Breviter non eſt recedendum a prima opinione, quæ eſt verior per dicta, & rationes ſuperius factas, ſecundum quam ita judicavit* Rot. *in Romana Parochialis S. Pauli, coram Rev. D. Raynaldo, in qua poſt Triennalem poſſeſſionem fuit probatum Poſſeſſorem non fuiſſe promotum infra annum ad Sacros Ordines, per quam quidem probationem titulus coloratus Poſſeſſoris fuit redactus ad non Titulum, ideo concluſerunt Domini regulam illi non ſuffragari, quam ſententiam propoſito prius dubio inter Dominos, Rev. Dom. Joannes Archidiaconus die quinta Julii 1538. confirmavit.*

Et ratio eſt evidens, quia tali caſu Regula de triennali non poteſt præſumere non fuiſſe appoſitam in proviſione Apoſtolica illam conditionem, ſeu formam ſuſcipiendi Doctoratum, maxime quia Papa in hac parte ſe conformat cum diſpoſitione Sacri Concilii Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. requirentis 4
gradum, & Doctoratum, ut ſupra, in Dignitatibus Collegiatarum Inſignium: ergo quoties oſtenditur non fuiſſe adimpletam formam literarum Apoſtolicarum, nunquam ſuffragari valet regula de Triennali juxta doctrinam Gomeſ. ſeu potius Sac. Rotæ ubi ſupra, & in terminis præciſis concordat etiam auctoritas Card. de Luc. *de benef. diſc.* 91. *n.* 18. qui inter alias limitationes, quas patitur regula de Triennali adducit in ſpecie caſum iſtum ibi: *Sive ex eodem titulo Apoſtolico reſultaret infectio, quia nempe literæ continerent in ventre aliquod implementum, vel requiſitum eodem decreto Irritanti, ſeu annullativo*, & ſic nulla ſupereſt ratio dubitandi, dum aſſiſtunt auctoritates in puncto.

Imo ex quo Doctoratus exigitur ex decretis Sac. Concilii Trident. ubi ſupra, cum quibus adhæſive ſe conformat Summus Pontifex in providendo, educitur altera regula, quod contra diſpoſitionem S. Concilii Tridentini expreſſam in proviſione Apoſtolica non poteſt allegari regula de Triennali, propter decretum Irritans in eodem Concilio adjectum, ut apud Rotam *dec.* 310. *n.* 3. *p.* 2. *rec.* ibi: *Quia adverſus decreta Concilii non intrat regula de Triennali*: prout etiam allegari non valet contra regulas Cancellariæ habentes idem decretum, Card. de Luca *de benef. d. diſc.* 91. *n.* 17. *in fin.* eoque magis quando Summus Pontifex appoſuit decretum vacationis *eo ipſo* quoties non fuiſſet infra annum ſuſceptus gradus Magiſterii in Theologia, vel Doctoratus, Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 95. Rota *cor. Bich. dec.* 187. *n.* 38.

Et ſane meo Judicio videtur inapplicabilis ad rem iſtam regula de Triennali, quæ ſolum juvat contra nullitatem commiſſam in impetratione Tituli habiti ab Ordinario, vel Papa; In præſenti autem non agitur de hac nullitate Tituli, quia Pantaleo fuit bene proviſus per Papam, ſed agitur de adimplemento conditionis expreſſæ in titulo valido ſub pœna privationis, ſeu vacationis eo ipſo: nam quoties oſtenditur non fuiſſe adimpletam conditionem, utique ad impediendum hoc decretum vacationis nihil juvare poteſt regula de Triennali, quia præſumi non poteſt factum, quod vere factum non fuit, & quod factum non fuiſſe probatur.

Quod autem Pantaleo non ſuſceperit gradum Magiſterii in Theologia, vel Doctoratus, probatur per negativam coarctatam, ex quo ille ante proviſionem Apoſtolicam habitabat in Terra Cirignolæ, obtenta autem proviſione, ſtatim ſe contulit ad Terram Terlitii locum Collegiatæ, ibique defunctus eſt, abſque eo quod unquam abinde diſceſſerit, neque per momentum temporis. Cum enim ut poſſit obtineri Doctoratus, oporteat, ut quis perſonaliter ſe conferat ad aliquam Univerſitatem, ibique ſubeat examen, utique eo ipſo, quod Pantaleo nunquam diſceſſit a Terra Terlitii, coarctatur negativa, quod non potuerit accedere ad aliquam Civitatem ad effectum obtinendi lauream Doctoralem in Theologia, vel
jure Civili, ſeu Canonico in aliqua Univerſitate extra 5
locum Terlitii, ut de hac negativa per Teſtes tradunt

Pariſ.

Paiſ. *de reſignat. lib.* 11. *p.* 14. *n.* 60. *& ſeqq.* Ricc. *in prax. p.* 5. *tit. de prabend. negativ. public. reſolut.* 6. *n.* 9. *& ſeqq.* & Rota *coram Cerro deciſ.* 400. *n.* 7. *& in Pampilonen. Beneficii* 5. *Junii* 1705. *Idemque, coram Eminentiſſimo Scoto*, junctis aliis Teſtibus ſuper negativa quoad Univerſitatem Neapolis, & Romæ, in quibus
5 Civitatibus poterat, ac debebat veriſimiliter, & magis commode obtineri Doctoratus.

Recurrendo ſuperius deducta circa regulam de Triennali, quod nempe hæc ſuffragari non poſſit Poſſeſſori non promoto infra annum ad Ordines Sacros,
6 adverto, quod Gomeſſus hanc propoſitionem firmans in *Regul. de Trienn. q.* 18. *n.* 6. videtur ſibi contrarius, propter ea, quæ præcedenter ſcripſit in eandem *regul. q.* 10. ubi refert caſum diſputatum in Rota in una Regien. Plebaniæ ſuper duobus dubiis, an poſſidens duo beneficia curata, & ſic incompatibilia per triennium contra Extravag. execrabilis de Præben. aut non promotus infra annum ad Ordines Sacros juxta *Tex. in c. licet, & c. commiſſa de elect. in* 6. defendatur ex regula de Triennali, ibique longam poſuit diſputationem adducendo rationes pro utraque parte, & referendo fuiſſe magnam contentionem in Rota cum ſciſſura votorum in partes æquales, propter quod dictum fuit, quod votum ſuum proferret ipſe etiam Gomeſius Cauſæ Ponens, & demum teſtatur, quod Doctores concluſerunt ſine dubitatione locum eſſe regulæ in ſuffragium Poſſeſſoris triennalis tam Poſſidentis duo incompatibilia, quam non Promoti ad Ordines ſacros, ut legere eſt *n.* 23. ſed poſtea ſeſe involvit dicendo quod poſt lapſum triennii onus probandi non promotionem, vel incompatibilitatem pertinet ad Actorem, quia triennalis poſſeſſio inducit præſumptionem Juris pro poſſeſſore, ut transferat in alium onus probandi, deinde firmat, quod ſi Poſſeſſor triennalis produxiſſet Inſtrumentum Ordinis Subdiaconatus
7 ſuſcepti poſt lapſum anni, tali caſu clarum eſſet, quod ante annum Ordo non fuiſſet ſuſceptus, quia nemo bis ordinatur, & in claris ceſſaret præſumptio tituli habilis, qui præſumitur mediante regula de triennali, ſecus dicendo in Poſſeſſore decennali, juxta allegationem Lapi, pro quo præſumitur titulus diſpenſationis etiamſi inutilis titulus producatur, ut legere eſt in *d. q.* 10. *n.* 24. & ſequitur Ferret. *conſ.* 338. *n.* 10.

Ratio inclinandi in opinionem, quod regula defendat Poſſeſſorem triennalem, in eo conſiſtit, quod ſicut ex poſſeſſione decennali inducitur de Iure tituli præſumptus diſpenſationis, ita etiam ex poſſeſſione triennali, juxta regulam, quæ tribuit Triennali quidquid de jure allegari poteſt per Poſſeſſorem decennalem, ut ex Anch. *conſ.* 177. & aliis probat Gomeſ. *ad*
8 *regul. de triennal. d. q.* 10. *n.* 12. *&* 18. & cum Regula excipiat duos caſus, in quibus diſcolorat titulum; ergo in aliis caſibus non exceptis illa indiſtincte procedit, ut legere eſt ibidem *n.* 11. & propterea ſicut ex decennali, ita etiam ex triennali poſſeſſione allegari poteſt diſpenſatio præſumpta abſque onere eam probandi ad favorem Poſſidentis duo incompatibilia, prout etiam favore Poſſidentis, & non Promoti infra annum, qui etiam allegare poteſt gratiam prorogatoriam temporis ad ſe promovendum præfixi, & quidem iterata ex cauſa legitimi impedimenti abſque neceſſitate id probandi.

9 Per contrarium vero, quod regula non defendat Poſſeſſorem triennalem tam ratione incompatibilitatis, quam non ſecutæ promotionis infra annum ad Ordines Sacros, urget principium, ſine quo Regula ſuffragium ſuum non præſtat nempe titulus coloratus deficiens, quando enim probatur Beneficiatum retinuiſſe cum effectu duo incompatibilia, ſtatim inducta fuit privatio Tituli, & ſtatim inductus remanſit defectu tituli colorati, prout etiam quando probatur illum non fuiſſe promotum ad Sacros Ordines intra annum, ipſo Jure incurſa fuit privatio, juxta *Text. in c. licet, & commiſſa de elect. in* 6. ut dicebant Auditores Rotæ pro hac parte ſtantes apud Gomeſ. *d. q.* 10. *n.* 3. *& ſeqq.* non obſtante reſponſione data per contrarium ſentientes *n.* 15. *& ſeqq.* quod nempe in caſu regulæ titulus coloratus dicatur ille habitus ab habente facultatem conferendi, licet titulus ſit invalidus, vel aliqua de cauſa remaneat nullus, ex quo adhuc præſtat colorem poſſidendi, hoc enim procedere poteſt in nullitate tituli habiti ab Ordinario, vel alio habente poteſtatem conferendi, ſecus autem in titulo, qui poſtea redactus fuit ad non titulum ipſo jure; In his enim terminis deficit ex toto omnis titulus habitus ab Ordinario, & omnis ejus color neceſſario deficit, perinde ac ſi nullus Titulus habitus fuiſſet ab habente poteſtatem conferendi.

Et Ego hanc opinionem puto veram, quam tenuit Rota in Romana Parochialium Sancti Pauli apud Go- 10
meſ. *ad regul. de trienn. q.* 18. *ſub n.* 6. qui ab illa non diſcordat in antecedenti *q.* 10. *n.* 24. ubi diſtinguit inter triennalem, & decennalem Poſſeſſorem, dicendo in primo caſu regulam non ſuffragari probato, quod Poſſeſſor non fuerit promotus infra annum ad Ordines ſacros, ſed abſque difficultate id procedit in Proviſione Apoſtolica, ubi appoſitum legatur decretum vacationis eo ipſo in caſu non ſecutæ promotionis ad Ordines ſacros, aut non ſuſcepti gradus Magiſterii, aut lauræ Doctoralis intra annum, cum hoc decretum in ventre tituli ejus annullativum prorſus abſorbeat omnem colorem tituli redacti ad non titulum, & concordat Tondut. *qu. benef. c* 85. *n.* 52. 53. *ſeqq.* reſpectu vero poſſidenti duo incompatibilia ceſſat omnis quæſtio, propter diſpoſitionem Sacri Conc. Trid. *ſeſſ.* 7. *c.* 4. *& ſeſſ.* 24. *c.* 17. *de reform.* quæ non aderat tempore Gomeſii, & Rotæ antiquæ, cu- 11
jus ipſe erat Auditor, contra quam diſpoſitionem Conciliarem non habet locum præſumpta diſpenſatio, ut ex reſolutionibus Sacræ Congregationis apud Garz. *de benef p.* 11. *c.* 5. *n* 379. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 62. *n.* 29. Rota *coram Rich. deciſ.* 187. *n.* 34. *&* 35. *& deciſ.* 198. *num.* 19. *& deciſ.* 228. *nu.* 12. *& in Hipporegien. benef.* 11. *Februarii* 1704. §. *Concilium, coram bon. mem. Mute, & in Auguſtana Canonicatus* 27. *Junii* 1714. §. *fin. coram Reverendiſſimo* 12
Criſpo, bene verum eſt, quod poſſeſſio decennalis inducit præſumptam diſpenſationem etiam contra decreta Concilii Tridentini, ut quicquid aſſerat Tondut. ubi ſupra nu. 56. communiter firmant Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 62. *num.* 30. Rot. *deciſ.* 341. *n.* 6. *p.* 15. *recent. & in Monaſterien. Canonicatus* 13 *Maii* 1717. §. *Alterum, cor. Eminentiſſ. Falconerio, & in dicta Hipporegien. ubi ſupra, coram bon. memor. Mute.*

An autem Regula de triennali locum habeat adver- 13
ſus reſervationes ex regulis Cancellariæ monitis clauſula *ſublata*, & decreto *Irritanti*, negative reſpondet Card. de Luc. *de benef. diſc.* 91. *n.* 17. Cokier. *in regul. Cancell. gloſſ.* 11. *n.* 8. Rota *coram Card. Caprara dec.* 64 *num.* 15. ſed contrariam opinionem firmat Rota *deciſ.* 171. *n.* 2. *&* 5. *coram Penia, & deciſ.* 345. *nu.* 12. *part.* 17. *cum aliis relatis in d. Hipporegien. benefic.* 11. *Februarii* 1704. §. *Minus obſtat, coram bo. me Mato*, ea ratione, quod Regula de triennali ſolum excepit reſervationem clauſam in corpore juris: ergo in aliis reſervationibus non exceptis locum habet, quod Ego verum puto quoad reſervationes in Regulis Cancellariæ contentas, ſed reſpectu aliarum diſpoſitionum, quæ continentur in Regulis, dici poteſt regulam de Trienali non ſuffragari ob decretum *Irritans* in regulis adjectum, quod inficit, & diſcolorat titulum, & poſſeſſionem, Tondut. *d. q.* 85. *n.* 53. Rota *cor. Card. Caprara d. dec.* 64. *n.* 15.

FLORENTINA LIVELLI, ET AFFICTUS.

ARGUMENTUM.

Pactum quod in providenda Eccleſia de Rectore habeatur intuitus ad recomendationem certæ Perſonæ quomodo intelligatur; Locatio ad triennium de bonis Eccleſiæ, & non facta diſdicta cum pacto continuandi de triennio in triennium, an ſubſtineatur abſque Beneplacito Apoſtolico; Nullitas contractus, an poſſit allegari ab alio, quam Eccleſia.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Qui tenetur procedere cum Conſilio Alterius nulliter procedit eo non expectato.*

3 *Amplia in eo, qui tenetur procedere ad ſupplicationem Alterius.*

4 *Pactum, quod in providendo habeatur intuitus ad recomendationem Alterius quid importet.*

5 *Petitio, quam habet Populus quoad Perſonam ſibi gratam, an coarctet Superiorem, num. 6.*

7 *Pactum debet interpretari contra eum, qui potuit ſibi legem apertius dicere.*

8 *Pactum factum ab Eccleſia non ſubſtinetur abſque beneplacito, aut præter formam beneplaciti.*

9 *Pactum habendi intuitum ad recommendationes non importat coactionem Superioris pro Recomendato.*

10 *Obligatio antidoralis eſt ſimoniaca ſi deducatur in pactum.*

11 *Jus petendi Perſonam ſibi gratam quando ſit arctativum.*

12 *Locatio ad Triennium cum pacto continuandi non facta diſdicta reſpectu Eccleſia, quando non ſubſtineatur.*

13 *Libere poſſe non dicitur, quidquid commode non poteſt.*

14 *Impeditus ab aliqua conditione oneroſa non dicitur habere libertatem.*

15 *Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in Prædiis modici valoris.*

16 *Quale dicatur Prædium modici valoris.*

17 *In ejus alienatione requiritur ſemper aſſenſus Epiſcopi.*

18 *Pactum eſt ſervandum ab Eccleſia circa refectionem melioramentorum.*

19 *Jus vindicandi rem Eccleſiæ non pertinet ad Vicarium, ſed ad Abbatem, & quando.*

20 *Quando Contractus ſit utilis Eccleſiæ quoad meliorамenta.*

21 *Nullitas Contractus eſt inducta favore Eccleſiæ, quæ ſola habet Jus eam allegandi.*

22 *Contractus volente Eccleſia ſubſtinetur, & numer. 26.*

23 *Poteſt Conceſſionarius Eccleſiæ agere contra illam ad declarandum an velit ſtare Contractui abſque ſolemnitate geſto, & alias prout ibi.*

24 *Eccleſia tenetur reficere melioramenta volens a contractu reſilire ob nullitatem.*

25 *An melioramenta ſint compenſanda, vel non per conductorem cum fructibus perceptis.*

27 *Fructus melioramentorum ſpectant ad Meliorantem.*

28 *Obſervantia declarat adimplementum Contractus.*

DISCEPTATIO CXXI.

Abbas, & Monachi Eccleſiæ Abbatialis Sanctæ Mariæ Civitatis Florentiæ Congregationis Caſſinenſis prævio Beneplacito Apoſtolico conceſſerunt ad Livellum ad tertiam Generationem Zenobio, 1
& aliis Fratribus de Inventis quædam bona ruſtica ſituata in Diſtrictu Parochiæ Sancti Martini a Menſola pleno jure ſpectantia ad eoſdem Monachos, ut ex Conceſſione facta ſub die 21. Octobris 1697. in qua tamen appoſuerunt pactum, in Beneplacito Apoſtolico non expreſſum, quod nempe in caſu vacationis Eccleſiæ Parochialis, ſeu Vicariæ Sancti Martini, titulo gratitudinis Abbas, & Monachi in Electione Rectoris, ſeu Cappellani deberent habere intuitum ad recommendationem prædictorum Conductorum his verbis: *Settimo, convennero, e convengono dette Parti, ſiccome detto Reverendiſſimo Abbate, e Monaci Locatori confidando, che detti Signori Conduttori ſiano per bonificare tanto li ſopradetti Beni conceſſi a Livello, che quelli della Chieſa di San Martino a Menſola, e così li medeſimi renderſi Benefattori, e grati a detti Reverendi Locatori in piè ſottoſcritti, per titolo di mera gratitudine in ogni caſo di vacanza della predetta Chieſa di San Martino di Menſola li ſudetti Reverendiſſimo Abbate, e Monaci pro tempore di detta Abbazia averanno riguardo alle raccomandationi di detti Signori Conduttori nel promovere, & eleggere il Rettore, o Cappellano di detta Chieſa ſupponendo eſſere a medeſimi grato eleggere perſone idonee, e ſufficienti al ſervitio di Dio, e Cura dell' Anime, e così per patto, &c.*

Quia vero remanſerat Abbati, & Monachis quoddam Prædiolum muratum, nempe: *Un Chiuſo di circa uno ſtajolo, e mezzo in circa di terra lavorativa vitato, e fruttato*: Quod Monaci aſſignaverant Vicario, ſeu Cappellano amovibili Eccleſiæ Sancti Martini ad uſufructuandum in parte Congruæ, Idcirco ſub eadem die 21. Oct. hoc Prædiolum conceſſerunt in Affictum, ſeu Locationem eiſdem Fratribus de Joventis ad Triennium cum pacto continuandi in poſterum, quando non fieret diſdicta, & cum alio pacto, quod non poſſent removere Vicarium Curatum ab ejus Domo Parochiali, niſi in caſu, quo fabricarent illi aliam commodam habitationem, attributa etiam facultate eiſdem Conductoribus reficiendi muros Prædioli, ibique fabricandi Domos, Manſiones, & alia Ædificia ad eorum arbitrium ſub ea lege, quod ubi diſdicta fieret ab ipſius Conductoribus, non poſſent prætendere melioramenta, ſed hæc cederent commodo Abbatiæ, per contrarium vero ſi diſdicta fieret per Abbatem, & Monachos, in hoc caſu tantum, & non alias reficienda eſſent Conductoribus melioramenta, & hæc continuatio Locationis de Triennio in Triennium ſine diſdicta, conventum fuit, quod ceſſare deberet, ceſſante, & terminata altera Conceſſione bonorum ad tertiam generationem.

Poſt hæc Conductores Domum Parochialem ad optimum ſtatum reduxerunt cum additamento novarum Manſionum ad effectum illa utendi ad proprium commodum, & fabricarunt ex integro aliam Domum Eccleſiæ unitam pro habitatione Vicarii Curati, qui in eadem Domo donec vixit habitavit.

Defuncto Vicario, Abbas, & Monachi non expectatis precibus Conductorum, juxta pactum conceſſionis Livellariæ, ſtatim proceſſerunt ad deputationem novi Capellani, ſeu Vicarii, qui cæpit prætendere, quod Conductores addere deberent Domui Parochiali aliam Manſionem propriis expenſis, quod impugnant Conductores ſupponendo adimpleviſſe pactum fabricandi novam habitationem pro Capellano.

Ex hoc facto mihi pro veritate conſulto proponuntur diſceptanda infraſcripta Dubia.

Primo ſcilicet, an Abbas, & Monachi, teneantur in caſu vacationis Eccleſiæ Parochialis expectare recommendationem Conductorum pro Electione novi Vicarii, itaut teneantur eligere Sacerdotem ab ipſis Conductoribus propoſitum, ſeu recommendatum.

Secundo. An Locatio, ſeu Affictus Prædioli ad Trien-

Digitized by Google

Triennium, & ſic ſucceſſive non facta diſdicta, ſubſtineatur non obſtante defectu Beneplaciti Apoſtolici.

Tertio. Quando ſubſtineatur, an Monachi poſſint facere diſdictam abſque eo quod teneantur reficere melioramenta etiam facta pro Ædificiis magnis, ſcilicet Palatiorum.

Quarto. Quando contractus locationis non ſubſtineatur, quis poſſit allegare ejus nullitatem, & ſignanter an eam allegare poſſit novus Vicarius Curatus.

Quinto. Caſu quo ſive ad Inſtantiam Curati, ſive Monachorum, contractus locationis declaretur nullus, an Monachi teneantur reficere expenſas, & melioramenta.

Et ſexto demum, an ſubſiſtat prætenſio novi Curati, quod Conductores ampliare teneantur Domum Parochialem noviter factam.

Diſtincta igitur procedendo, quantum ad primum Articulum videtur Abbatem, & Monachos eſſe obligatos ad expectandam recommendationem faciendam per Conductores pro Sacerdote ab Ipſis proponendo ad Eccleſiam, ſeu Vicariam, quia pactum litterale eſt, quod Abbas, & Monachi pro tempore: *Haveranno riguardo alle raccomandazioni di detti Signori Conduttori nel promovere, & eleggere il Rettore, o Cappellano di detta Chieſa*: Unde cum talis propoſitio, ſeu recommendatio Perſonæ eligendæ non fuerit expectata, nulla remanet proviſio facta per Monachos, etiamſi dici poſſit illos non teneri ad eligendum Sacerdotem ſibi recommendatum per Conductores, ut in exemplo ejus, qui tenetur facere a-
2 ctum cum conſilio alterius, qui nulliter procedit non requiſito, nec expectato conſilio, licet illud ſequi non teneatur, ut late Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 46. *n.* 6. *& ſeqq. & gloſſ.* 49. *n.* 10. ubi de collatione fa-
3 cienda ad ſupplicationem alterius, quod iſta ſit expectanda, quodque propter collatio non dicatur libera, *Gloſſ. in cap. cum in veteri in verb. expectatum de elect.* Rot. *in Giennen. Adjunctorum* 15. *Junii* 1703. §. *Neque diverſum in fine, coram bon. mem. Molines*.

Nec obſtare valet, quod iſta recommendatio reſolvatur in quodam Jus nominandi, ſeu juſpatronatus, in quibus terminis pactum eſt ſimoniacum, & nullum abſque Beneplacito Apoſtolico; Etenim verba pacti non ſunt præciſa, ſeu talia, ut præſeferant juſpatronatus, ſed duntaxat quamdam honorantiam conceſſam ratione gratitudinis, ut in caſu vacatio-
4 nis Eccleſiæ Conductores obtinere poſſent Paſtorem ſibi benevolum, & gratum, propter quamdam æquitatem, ſeu congruentiam, ex quo ipſi Conductores poſſident omnia bona Eccleſiæ Parochialis, itaut conveniens videatur, quod quaſi in Domo propria habeant Perſonam ſibi gratam, ut in exemplo Populi, & Parochianorum, qui habent honorantiam petendi ab Epiſcopo, illique proponendi Perſonam ſibi ipſis gratam, quod nullo modo appellatur juſpatronatus, juxta doctrinam Archidiac. *in Can. hortamur diſt.* 71. *nu.* 2. *verſic. juxta via*, Ferret. *conſ.* 33. *n.* 3. *& ſeqq. & conſ.* 212. *n.* 4. *lib.* 1. Lambertin. *de jure patron. par.* 1. *qu.* 10. *art.* 8. *num.* 4. Card. de Luc. *de jurepatr. diſc.* 8. *n.* 10. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 18. *n.* 90. Rot. *coram Buratto dec.* 551. *n.* 6. *& in recent. dec.* 197. *n.* 11. *part.* 19. *tom.* 1. *& dec.* 321. *n.* 20. *part.* 9. *tom.* 2. *& dec.* 331. *n.* 4. *par.* 15. *& ſcripſi de Controverſ. Patronor. allegat.* 100. *n.* 84. quod jus petendi, & suppli-
5 candi Epiſcopo pro aliqua Perſona ſibi grata, & beneviſa non eſt coactivum reſpectu Epiſcopi, qui poteſt omittere perſonam, pro qua facta fuit petitio per Populum, Lambert. ubi ſupra num. 4. Card.
6 de Luc. *de Jurepatr. in ſumma n.* 48. excepto tamen caſu, quo Populus habens jus petitionis hujuſmodi, hoc haberet ex Conſuetudine immemorabili, in qua præſumitur Titulus, ſeu Privilegium; Hoc enim caſu non poſſet Epiſcopus recuſare Perſonam petitam ſine cauſa, ut proſequitur Lambert. *ubi ſupra par.* 1. *lib.* 1. *q.* 10. *art.* 8. *num.* 4. *verſic. Tamen conſidera fol. mihi* 238. nam petitio ſemper admiſſa ab Epiſcopo per Immemorabilem, vel Centenariam dat jus coactivum tamquam titulum meliorem, Rot. *in Saliſburgen. Vicariæ* 31. *Januarii* 1714. §. *Neque, coram Eminentiſſimo Falconerio, &* 4. *Februarii* 1715. §. *Nec hujus, coram Reverendiſſimo Criſpo*.

Quibus non obſtantibus, cenſeo etiam non expectatis recommendationibus Conductorum validam fuiſſe deputationem Cappellani, licet enim ſupradictum pactum: *Haveranno riguardo alle raccomandationi*: Videatur per neceſſarium antecedens præſupponere, quod Conductores habeant tempus faciendi recommendationes pro Sacerdote eligendo, vel ſint requirendi ad hunc effectum per Monachos, quia tamen hoc expreſſum non legitur in verbis pacti, ſatis eſt, quod hoc intelligi poſſit quando Conductores ſint ſolliciti in præoccupando, & præveniendo cum recommendationibus novi Rectoris, non autem quod Eccleſia teneatur interpellata, requirere, & expectare Conductores, quod videtur incongruum reſpectu ejus, qui nullum jus habet, niſi ſimpliciter aliquem Sacerdotem recommendandi, ſibi enim imputare debet ſi non prævenit, unde poteſt Eccleſia dicere per ſe non ſtetiſſe quo minus deferret precibus Conductorum, ſi ipſi fuiſſent ſolliciti in præ- 7
veniendo, & regula juris eſt, quod pactum debeat interpretari contra illum, qui potuit ſibi legem apertius dicere, ad notum *Text. in l. veteribus, Cod. de pactis*, Pacion. *de locat. cap.* 49. *n.* 15. Rot. *cor. Gregor. dec.* 728. *n.* 8. *& cor. Mantic. dec.* 4. *n.* 3. *& in Cremon. Feudi* 4. *Februarii* 1697. *ſuper portu duplici*, §. *Nam querela in fine, cor. clar. mem. Card. Priolo*.

Alias iſta eſſet ſervitus Eccleſiæ, & Monacis præjudicialis, ſi antequam fieret proviſio novi Rectoris, exquirenda foret propoſitio ſeu recommendatio Perſonæ facienda per Conductores, qui poſſent petere tempus habile ad hoc peragendum, & ita attribui videretur Conductoribus quædam ſpecies juriſpatronatus, neque propterea in his terminis iſta conventiò valeret, maxime facta abſque Beneplacito Apoſtolico, Quarant. *in Summ. Bullar. in verb. alienatio* 8
n. 25. cum aliis apud Monacell. *in formul. for. Eccleſ. par.* 1. *tit.* 5. *formul.* 15. *n.* 20. & inſuper tamquam facta præter formam Beneplaciti Apoſtolici, quod non continet tale pactum, & ideo hoc apponi non potuit excedendo limites Beneplaciti Apoſtolici, quod non ſuffragatur, neque extenditur ad alia pacta præter expreſſa, Torricell. *de reb. Eccl. non alienan. c.* 10. *n.* 2. *& ſeqq. & n.* 10. Rot. *cor. Merlino dec.* 887. *n.* 18. *& ſeqq. & cor. Duran. dec.* 238. *n.* 3. *& in Neapolitana, ſeu Nucerina manutentionis* 3. *Junii* 1711. §. *E converſo, cor. Eminentiſſimo Scotto*.

Ad ſecundam partem ejuſdem prioris dubii reſpondeo pactum non obligare Monachos eligendum Perſonam ſibi recommendatam per Conductores, dum illa verba: *haveranno riguardo alle raccomandationi*: 9
non ſunt obligatoria, ſed mere commendatitia, quæ in contractibus obligationem, & neceſſitatem non imponunt juxta firmata apud Card. de Luc. *de Jure patronat. diſc.* 30. *n.* 8. & in fortioribus terminis fondationis, & Beneficii de Jurepatronatus Me ſcribente firmavit Rot. *in Camerinen. Beneficiatus* 2. *Julii* 1708. §. *Secundo quia, cor. bon. mem. Molines* impreſſa apud Me *de contr. Patron. allig.* 30. *n.* 36.

Et ita etiam importat neceſſitas interpretationis ad evitandum abſurdum, dum alias data neceſſitate Monachorum eligendi Sacerdotem per Conductores recommendatum, pactum remaneret aperte ſimoniacum, quia tale Jus datum fuit correſpective ad melioramenta facienda per Conductores in bonis livellariis, unde pro temporali fuiſſet promiſſum Spirituale, ſeu Collatio Beneficii, ac Vicariæ, quod manifeſtam reddit labem Simoniæ nequaquam attento colore verborum ibi: *per titolo di mera gratitudine*: quoniam obligatio antidoralis non poteſt deduci in pactum abſque vitio ſimoniacæ pravitatis, quidquid ſit ubi deficeret pactum, ſeu conventio 10
ſpecialis, ut diſtinguunt Bonacin. *oper. moral. tit. de Simonia diſputat.* 1. *quæſt.* 6. *puncto* 1. *numer.* 6. Filiucc. *tract.* 45. *de ſimon. cap.* 10. *num.* 23. Reginald. *in prax. fori pœnitential. lib.* 23. *cap.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 123. *verſ. quia remuneratio*; Quando præſertim eſſet illicitum, veluti ſimoniacum correſpective ad temporalitatem, itaut ſalvari non poſſit, niſi juxta tenorem verbo-

rum

tum intelligendo pactum pro ſimplici convenientia
benigne recipiendi recommendationes Conductorum,
abſque neceſſitate expectandi, & ſequendi illas, ut
uno reſpectu evitetur vitium ſimoniacum, & altero
ſervitus Eccleſiæ, quæ imponi non potuit propria
auctoritate per Monachos excedendo limites bene-
placiti, ut dictum eſt.

Neque ad hos terminos applicatur exemplum Po-
puli, habentis jus petendi, ut inſtituatur perſona ſi-
bi grata, Epiſcopo propoſita, ſeu nominata ab eo-
dem Populo, & quidem coactive, ſi tale jus com-
petat ex Immemorabili, *juxta opinionem* Lambertin.
ubi ſupra, & ſic etiam ubi competat ex pacto, ut
in præſenti, appoſito per Contractum; Aliud enim
eſt pactum, nil aliud concedens, niſi ſimplicem re-
commendationem nullo modo arctativam, ſed de-
pendentem ab arbitrio libero eam recipientis, cum
verbum *riguardar* non ſit obligatorium, & neceſſi-
11 tativum; Aliud vero eſt, quod ex Immemorabili
habeat quis jus petendi, & nominandi Perſonam ſi-
bi gratam cum proviſionibus ſemper factis de illa
Perſona, & probat Lambertin. *ubi ſupra*, *& libr.* 1.
par. 1. *q.* 11. *art.* 2. *n.* 11. *fol. mihi* 241. ubi quod pro-
pter rationem habendi Perſonam ſibi gratam, ſeu
Epiſcopum non odioſum in ſuo Regno Summus
Pontifex conceſſit nominationem Regi Neapolis in
40. Cathedralibus, & ut plurimum Maritimis pro
tuitione Status. Unde licet ex cauſa habendi Perſo-
nam non ſuſpectam, ſed ſibi gratam, poſſit obtine-
ri privilegium nominandi, non tamen habere ex pa-
cto ſimplicem facultatem recommendandi, eſt habe-
re jus nominandi obligatorium ad providendum.

Circa ſecundum dubium valida videtur locatio
ad triennium ſub pacto continuandi in caſum non
factæ Diſdictæ ex rationibus late deductis apud Pa-
12 cion. *de locat. cap.* 14. § 2. *num.* 4. *& ſeqq.* Card. de
Luc. *de locat. diſc.* 22. *per tot.* Rot. *in Neapolitana,*
ſeu Bojanen. Affictus 18. *Maii* 1663. *coram bon. me.*
Albergato, quam referunt Pacion. & Card. de Luc.
ubi ſupra; Verum contrariam Sententiam in caſu
iſto veriorem puto, nam quando appareat Partes ab
initio habuiſſe animum prorogandi locationem ultra
triennium, & ſic faciendi fraudem *Extravaganti*
ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan. locatio ad trien-
nium ſub pacto faciendi diſdictam, nullatenus ſub-
ſtinetur, ut ex auctoritate Rot. *in dicta Neapolita-*
na, ſeu Bojanen. Affictus, concludunt Pacion. *d. cap.*
14. §. 2. *num.* 17. Card. de Luc. *de locat. dict. diſc.*
23. *num.* 3.

In præſenti video, quod Contrahentes appoſue-
runt pactum, quod ubi diſdicta fieret per Condu-
ctores, iſti amitterent melioramenta, licet conſiſten-
tia in magnis expenſis, & fabricis, ſi vero diſdicta
fieret per Monacos, iſti eadem melioramenta reſi-
cere tenerentur, etiam ſi conſiſterent in fabricis Pa-
latiorum, & Domorum, adjecto demum pacto,
quod terminata alia conceſſione livellaria ad tertiam
generationem, terminare deberet iſta locatio, ex
quo inſurgit animus prorogandi hanc locationem,
uſquequo duraret conceſſio livellaria ad tertiam ge-
nerationem, quodque diſdicta per Contrahentes pa-
ctionata fuit color quæſitus, ea ratione, quia ille,
qui diſdictam facere vellet, incurrebat in pœnam,
ſcilicet amiſſionis melioramentorum ex parte Con-
ductorum, & gravis oneris ea reficiendi ex parte
locatorum, ita & taliter, quod propter pœnam hinc
inde, ſeu grave onus diſdictam fieri non potuit
13 tamquam impedita ex metu magnæ jacturæ, & gra-
vis pœnæ, quia libere poſſe non dicitur quidquid
commode fieri non poteſt, ut apud Barboſ. *axiom.*
184. *num.* 7. & docet *Text. in cap.* 1. *verſ. & ſi com-*
14 *mode de Cenſib. in* 6. nec quis dicitur habere liberta-
tem faciendi diſdictam, quando habet impedimen-
tum alicujus conditionis oneroſæ, ut late apud Gon-
zal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 53. *num.* 10. *& ſeqq.* Barboſ. *d.* 190.
num. 3. *&* 4. Rot. *dec.* 669. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*

Neque allegari poteſt diſpoſitio Text. *in Can. Ter-*
15 *rulas* quaſi agatur de prædiolo modici valoris, pro
cujus alienatione non requiritur beneplacitum Apo-
ſtolicum, ut apud Quarant. *in ſumm. Bull. in verb.*
natio ſub num. 18. *verſ. ſecundo declaratur* Monacell.
in formul. part. 1. *tit.* 5. *formul.* 15. *num.* 1. quia cum
locatio facta fuerit pro annuis ſcut. 8. monetæ Flo-
rentinæ; Non poteſt dici res modici valoris, quia
ad rationem fructus Prædium importat Capitale ſcut. 16
biſcentum monetæ Florentinæ, & tamen res modi-
ci valoris dicitur, quæ non excedit viginti quinque
ducatos auri de Camera, ſeu ſcuta 37. monetæ Ro-
manæ, ut tradit Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 3. *num.* 2.
Ventrigl. *in prax. par.* 1. *annot.* 1. §. 2. *num.* 8. *in fine*,
ultra quod etiam in terminis alienationis rerum mo- 17
dici valoris, ſi non requiritur beneplacitum Apoſto-
licum, eſt tamen neceſſarius aſſenſus Epiſcopi, nec
unquam alteratio fieri poteſt poteſt propria auctori-
tate privata, Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 3. *n.* 9. Ven-
trigl. *ubi ſupra num.* 5. Monacell. *in formul. for. Eccleſ.*
par. 1. *tit.* 5. *formul.* 15. *num.* 28.

Si locatio eſt nulla ſuperfluum eſt diſcurrere ſuper
tertio dubio, an Monachi faciendo diſdictam te-
neantur reficere etiam melioramenta facta pro Ædi-
ficiis magnis. Cæterum ſuppoſita validitate Contra-
ctus, ſi ex parte Monachorum fieret diſdicta dubi-
tari non poteſt, quo minus obligati forent ad reſi- 18
cienda melioramenta pro Ædificiis magnis, dum pa-
ctum in hac parte non habet difficultatem, & eſt
proinde ſervandum ad notum *Text. in leg. Juris gen-*
tium §. *Prætor ait*, *ff. de pactis*.

Quartum dubium, in quo quæritur in caſu nulli-
tatis Contractus, an eam allegare poſſit novus Vica-
rius Curatus, negative reſolvo; Cum enim mihi ſup-
ponatur prædiolum illud, de quo facta fuit locatio,
ſpectare ad Abbatiam, quodque Vicarius licet olim
uſufructuaret prædiolum in partem Congruæ, non ta-
men fuerat ei irrevocabiliter aſſignatum, ſeu diſmem-
bratum ab Abbatia, inde ſequitur, ut actio dicendi 19
de nullitate pertineat ad ſolum Abbatem, ſeu Eccle-
ſiam Abbatialem, non autem ad Vicarium; iſta enim
non eſt Sponſus Eccleſiæ tanquam Miniſter Servito-
rius, & amovibilis habens exercitium, & nomine alie-
no Curam exercens Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 17.
nu. 4. & Ego ſcripſi *diſcept.* 27. *n.* 33. Rot. *in To-*
letana Decimarum de Capilla ſuper Congrua 12. *Mar-*
tii 1703. §. *Admittebant coram Eminentiſſimo Sco-*
tto, ideoque non habet Jus vindicandi rem Eccleſiæ,
ſed hoc pertinet ad Abbatem Rectorem principalem,
ut firmat Card. Zabarell. *in Clemet.* 1. *de Offic. Vicar.*
n. 10. ubi diſtinguit, quod ubi omnes fructus Ec-
cleſiæ ſpectant ad Vicarium, & ſolum certa portio
aſſignatur Prælato, tunc rei vindicatio ſpectat ad Vi-
carium, ſecus vero ſi omnes fructus ſpectant Præla-
to ſeu Monaſterio, & ſola Congrua datur Vicario ibi:
Quandoque primitiæ, decimæ, & oblationes, quæ dan-
tur ratione Curæ competunt Vicario, & certa tantum
portio aſſignatur Prælato, vel ei cujus eſt Vicarius, ut
Monachis, & tunc Cura, & rei vendicatio ſpectat
ad Vicarium, aliquando receptio proventuum ſpectat ad
Principalem certa portione relicta Vicario, & tunc
Curam Animarum, & rei vindicatio, & fructuum
ſpectat ad Principalem maxime in Foro contentioſo,
& ideo dicuntur Cappellæ Monachorum non Vicario-
rum: Guilelmus *de Monte Landuno in d. Clement.* 1.
numer. 7. *inter Repetitiones Canonic. diverſ. tom.* 6.
fol. 142. ibi: *Monachi tantum habet Juſpatronatus,*
vel certas portiones in Eccleſiis, cæteris fructibus ce-
dentibus in uſum Vicariorum, tunc Cura Animarum,
& rei vindicatio ſpectat ad ipſos Vicarios, ſi autem
perceptio proventuum ipſarum Eccleſiarum ſpectat ad
Monachos certa portione relicta Vicariis, tunc cre-
do, quod de Jure communi Cura Animarum, & rei
vindicatio ſpectat ad Monachos, maxime in foro
contentioſo.

Quod non ſolum oſtendit obſervantia, ex quo
Abbas, & Monachi fecerunt conceſſionem tamquam
Domini bonorum, ſed etiam quia Vicarius tunc tem-
poris non reclamavit, ſed acceptavit Contractum lo-
cationis ſe transferendo ad habitandum in nova Do-
mo Parochiali ædificata per Conductores, & reci-
piendo affictum annuorum ſcutorum octo, & ſic
acquieſcendo per ſpatium 17. annorum, ideoque
novus Vicarius ſucceſſor tanto minus habet Jus rei
vindi-

Digitized by Google

vindicationis, quod ſpectat ad Eccleſiam Abbatia-
lem, quæ non reclamavit, neque hodie reclamat,
ut probat Jovv. *de ſolemn. in contract. min. gloſſ.* 22. §.
22. *n.* 40. Rot. *dec.* 177. *n.* 9. *apud* Poſth. *de ſubhaſt. in
addit.* maxime cum agatur de Contractu valde utili
Eccleſiæ, ex quo omnia melioramenta ad ejus fa-
20 vorem cedunt non facta diſdicta ex Parte ipſius con-
tra naturam locationis, de qua *Text. in l. Colonus,
ff. locati*. Rot. *cor. Seraphin. dec.* 546. *n.* 2. & advertit
Jovvius *de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 22. §. 22. *n.*
37. Ventrigl. *in prax par.* 1. *annot.* 1. §. 4. *n.* 7. Ricc. *in
prax. par.* 1. *reſolut.* 7. *ſub n.* 4. *& reſol.* 9. *n.* 1.

Nam recepti Juris eſt, nullitatem eſſe inductam
favore tantum Eccleſiæ alienantis, & conſequenter
21 cum Eccleſia Abbatialis, ad quam ſpectat Jus dicen-
di de nullitate non reclamaverit, neque reclamet,
non poteſt Vicarius tamquam tertius nullitatem pro-
movere, Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 7. *num.* 37. Jovv.
de ſolemnit. in contract. minor. gloſs. 22. §. 22. *num.* 36.
Speroll. *dec.* 10. *num.* 15. Merlin. *dec.* 219. *num.* 5. Rot.
deciſ. 82. *num.* 10. *par.* 6. *& dec.* 256. *num.* 7. *par.* 9. *&
dec.* 185. *num.* 32. *part.* 13. *rec.*

Ad quintum dubium reſpondeo, quod ubi Mo-
nachi deducant in Judicium nullitatem Contractus
locationis, tenentur reficere omnia melioramenta,
prout ſe obligarunt in caſu, quo diſdicerent loca-
tionem; Etenim Contractus hic, & nunc antequam
22 Eccleſia reclamet dicitur habere implicitum ſtatum
validitatis, Pacion. *d. cap.* 14. §. 7. *num.* 39. & volen-
te Eccleſia ſuſtinetur, ut proſequitur Pacion. *ubi
ſupra num.* 38. ideoque ſi velint Monachi hodie in
Judicium deducere nullitatem, ipſi darent cauſam
reſolutionis Contractus, & ex culpa propria vellent
lucrari melioramenta cum jactura Conductorum,
quod nedum Jura abhorrent, ſed etiam qualitas
Eccleſiæ, quæ eſt Cultrix æquitatis, & juſtitiæ,
quod adeo verum eſt, ut poſſint Conductores præ-
23 ventive agere contra Eccleſiam ad declarandum, an
velit ſtare Contractui, immo poſſet compelli ad ite-
rum ſolemniter contrahendum, aut impetrandum
beneplacitum Apoſtolicum, & interim ad præſtan-
dam cautionem de non moleſtando, ut de omnibus
ſupradictis propoſitionibus videre eſt apud Jovv. *de
ſolemnit. in contr. minor. gloſs.* 22. §. 22. *num.* 35. Pa-
cion. *de locat. d. cap.* 14. §. 7. *n.* 55. *&* 60. Ventrigl. *in
prax. par.* 1. *annot.* 1. §. 3. *num.* 14. Adden. ad Gregor.
deciſ. 467. *num.* 16.

In præciſis autem terminis, quod Eccleſia volens
a contractu reſilire ex Capite nullitatis teneatur re-
ficere melioramenta, & maxime ea, quæ non ad
24 libitum voluntatis, ſed ita volente, & conveniente
Eccleſia facta fuerunt, late probat Turricell. *de reb.
Eccleſ. non alienan. cap.* 30. *num.* 6. *& ſeqq.* Rot. *cor.
Seraphin. deciſ.* 536. *num.* 7. Monacell. *in formul. part.*
1. *titul.* 5. *formul.* 15. *numer.* 15. *&* 16. Ricc. *in prax.
part.* 1. *reſolut.* 99. *num.* 5. *&* 6. neque hoc caſu poſ-
ſet opponi compenſatio Meliotamentorum cum fru-
ctibus, qui forte percepti fuerint ex melioramentis
ſupra annuum affictum ſcutorum 8. quia cum Ec-
25 cleſia tacuerit per longum ſpatium 17. annorum
recipiendo affictum tanti temporis ſpatio, durum eſt
quod poſſit de nullitate dicere, vel quatenus poſſit,
exinde aſſurgit circumſtantia, quod ſaltem Condu-
ctores ſteterunt in bona fide, nec propterea tenen-
tur ad reſtitutionem Cenc. *de Cenſib. quæſt.* 24. *num.*
16. Rot. *poſt ipſum deciſ.* 39. *num.* 5. *& deciſ.* 88. *nu.*
16. Speroll. *deciſ.* 155. *num.* 67. Gonzal. *ad regul.* 8.
gloſs. 56. *num.* 98. *& ſeq.* Merlin. *deciſ.* 267. *num.* 1.
& ſeqq. Sabell. *in ſumma diverſ. tract.* §. *Fructus n.*
9. *verſ. ſi tamen Contractus*.

Quidquid in hac Materia contrarium firmaverit
Turricell. ubi ſupra *num.* 11. & alii relati apud Bo-
naccin. *tom.* 1. *tit. de alienat. bonor. Eccleſ. diſput.* 1.
quæſt. unic. punct. 4. *num.* 15. hoc enim intelligendum
eſt, ubi Eccleſia non approbaverit Contractum,
ſecus quando illum per tot annos approbavit exi-
gendo affictum, & ſic declaraſſe videtur animum
ſuum volendi ſtare Contractui, in qua circumſtan-
tia ſe fundat Cenc. *d. quæſt.* 24. *num.* 13. & probat
26 idem Turricell. *cap.* 22. *num.* 9. nam volente Eccleſia
contractus eſt validus, non obſtante defectu bene-
placiti, quando Contractus fuit eidem Eccleſiæ uti-
lis: Eminentiſſimus Petra *ad Conſtit. Apoſtol. tom.* 1.
ad Conſtit. 1. Leonis Magni *ſect.* 3. *num.* 77. *circa fi-
nem*, Turricell. ubi ſupra *cap.* 22. *num.* 4. Rot. *dec.* 94.
num. 64. *verſ. neque par.* 7. *& deciſ.* 179. *num.* 5. *&* 6.
part. 5. Mantic. *deciſ.* 201. *ſub num.* 2. Ricc. *in prax.
part.* 1. *reſolut.* 7. *num.* 4. *verſ. declara ſecundo*, Pigna-
tell. *conſult.* 41. *num.* 26. *tom.* 1. Bonaccin. *oper. Moral.*
ubi ſupra *punct.* 4. *num.* 14. *verſ. exiſtimo*, *& in Rom.
Palatii S. Mariæ Majoris* 15. *Martii* 1604. *cor. Pam-
phil. apud* Marcheſan. *de Commiſs. par.* 1. *fol.* 302. *n.* 3.

Cum igitur toto hoc tempore, quo Eccleſia ob-
ſervavit Contractum, iſte habuerit implicitum ſta-
tum validitatis, & bonæ fidei reſpectu Conducto-
rum, qui ex hac obſervantia juſte crediderunt Ec-
cleſiam ſatis declaraſſe ſe velle ſtare Contractui,
profecto uſque ad hoc tempus licite perceperunt
fructus ex bonis melioratis, quia fructus meliora- 27
mentorum ſpectant ad Meliorantem, *l. final. ubi gloſ.
in verb. ſi qua Mulierem, ff. de fund. dotal.* Rot. *deciſ.*
32. *num.* 9. *&* 12. *part.* 12. *& deciſ.* 250. *num.* 2. *part.*
15. *recent. & deciſ.* 564. *num.* 12. *part.* 18. alias eſſet
manifeſta iniquitas, quod Eccleſia taceret, obſer-
vando Contractum, & expectaret per tantum tem-
pus, donec videret Conductores feciſſe magnas ex-
penſas in fabricis, & melioramentis, & poſtea vel-
let Re plena intentare nullitatem Contractus ad
effectum, ut Conductores cogerentur minutim in
fructibus pretium, & ſimul rem, a qua expelli
deberent.

Breviter reſpondeo ad ultimum dubium, quod
ejus reſolutio pendet facto, ſi enim Conductores
adimpleverunt pactum ædificandi pro Vicario, ſeu
Cappellano: *altra habitatione decente, e commoda
per il medeſimo*, ultra non tenentur novam addere
menſionem, ſecus ſi habitatio noviter ædificata non
ſit decens, & commoda, non omitto tamen refle-
ctere, quod eam fuiſſe decentem, & commodam
probat obſervantia Curati anteceſſoris, qui donec
vixit, habitavit in domo noviter ædificata, neque 28
nnquam reclamavit, aut petiit ampliationem ipſius
novæ habitationis, *l. ſed & Julianus* §. *Proinde*, *ff.
ad Maredon.* Rot. *dec.* 74. *num.* 2. *part.* 10. *& dec.* 353.
num. 6. *part.* 17. *rec.*

TRIDENTINA ELECTIONIS.

ARGUMENTUM.

Nationalitas requiſita ad Canonicatum Eccleſiæ ex verbis deſignantibus actualem ſubjectionem Perſonæ Judicibus, & Magiſtratibus certæ Regionis non verificatur in Originariis, ſed in Nationalibus Domiciliatis cum habitatione, & ſubjectione perſonali.

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Civitas habet intereſſe defendendi privilegia ſuæ Nationi conceſſa.*
3 *Nepos quando ſequatur originem Avi, & forum ejus originis.*
4 *Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatuto ligari.*
5 *Ad conſervandam Civilitatem ſatis eſt retinere Domum apertam cum ſuis Miniſtris ibi habitantibus.*
6 *Vicinus non dicitur origine, ſed domicilio.*
7 *Filius ſequitur civilitatem Paternam.*
8 *Poteſt quis habere Domicilium duobus in locis.*
9 *Civilitas non amittitur per diſceſſum a loco ex cauſa Officiorum temporalium.*
10 *Civilitas originaria ſufficit, ut quis dicatur eſſe ſubjectus.*
11 *In omni materia attendenda eſt qualitas privilegii.*
12 *Electio nulla eſt facta de Perſona non qualificata ad formam ſtatuti.*

13 *Quis*

Digitized by Google

13 *Quiſ dicatur proprie ſubditus.*
14 *Et quis dicatur Provincialis.*
15 *Spoletanus ſi domicilium Romæ transtulerit non dicitur ampliùs Spoletanus.*
16 *Subjectio perſonalis non eſt verificabilis in Perſonis in alia dominia domiciliaris.*
17 *Soli habitantes in loco dicuntur ſubjecti ejus Judicibus.*
18 *Ex conſuetudine Germaniæ ſe transferens ad habitandum in alio Regno deſinit eſſe Civis primi Regni.*
19 *Interpretatio non fit contra intentionem Concedentis.*
20 *Cauſa publica eſt illa, quæ præcipuè ſpectanda eſt.*
21 *Indultum eſt accipiendum in ſuo ſenſu magis proprio.*
22 *Obſervantia illud explicat.*
23 *Deſinit eſſe ſubditus, qui alibi ſe domiciliavit.*
24 *Per translationem domicilii nunquam retineri poteſt antiqua ſubjectio.*
25 *Reus conveniri poteſt in loco Originis ſi ibi reperiatur, num. 26.*
27 *Per retentionem Domus apertæ in loco cum bonis non fit Civis ſubjectus quoad Perſonam.*
28 *Quando per translationem habitationis, & cauſa Officii amittatur deſertio antiqui domicilii.*
29 *Etiam exteri ſunt ſubjecti oneribus pro bonis, quæ poſſident in alio loco, ſed perſona non eſt ſubjecta.*
30 *Aggregatio alicujus inter Vicinos quid operetur.*
31 *Subditus quis dicitur etiam ratione bonorum.*
32 *Ubi clarum eſt Indultum bona fides non ſuffragatur.*

DISCEPTATIO CXXII.

OCcaſione ſeditionum, adverſitatum, & turbationum, quæ exortæ fuerant, & quotidie exoriri formidabantur in Civitate Tridentina, ad inſtantiam Federici Imperatoris, & Sigiſmundi Auſtriæ Ducis, ne Civitas prædicta, quæ veluti Porta ad Auſtriæ Dominia actu dignoſcitur, in aliorum poteſtatem devenire poſſet, ſan. mem. Sixtus IV. ordinavit, quod Nullus impoſterum non oriundus ex Imperatorum Romanorum Dominiis in Alemania, aut ex Dominiis Ducum Auſtriæ, ſive de eorum, aut Tridentini Epiſcopi familia non exiſtens, recipi, aut admitti poſſent in Canonicum Eccleſiæ Tridentinæ, niſi *ad minus duæ partes Canonicorum Capitularium ejuſdem Eccleſiæ ex prædictis dominiis, vel familiæ exſiterunt.*

1 Hoc indultum ſubinde confirmavit ſan. mem. Clemens VII. qui pariter pro ſecuritate, & quiete Domus Auſtriacæ, necnon Tridentinæ Eccleſiæ tranquillo ſtatu, & felici ſucceſſu, de cætero perpetuis futuris temporibus decrevit, quod ex *Canonis* Eccleſiæ hujuſmodi ſemper duæ tertiæ partes ex utroque Parente Germanis genitis, & linguam Germanicam ſufficienter loquentes eſſe deberent, reliqui vero Itali, aut aliarum Nationum eſſe poſſent, dum tamen ex ſubditis, vel familiaribus domus Auſtriæ, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Tridentini exiſterent.

Et denique ad inſtantiam Ferdinandi Romanorum Regis, ac Bernardi Cardinalis Epiſcopi Tridentini aſſerentium, quod in Eccleſia Tridentina decem, & octo extarent Canonicatus præter Decanatum, quodque illa Germanos, ac Italos ſubditos haberet, *& conveniens cenſeatur, quod etiam ipſius Eccleſiæ ſubjecti etiam non Germani, &c. Canonicatus, & Præbendas Eccleſiæ hujuſmodi obtinere poſſint*, ſan. mem. Paulus Tertius de anno 1537. memorata Indulta Pontificum prædictorum approbavit, ampliavit, reduxit, innovavit, ac de novo conceſſit his verbis.

Ut duæ tertiæ partes Canonicorum ipſius Eccleſiæ, videlicet, duodecim ex eis de Nobili genere ex utroque Parente procreati, &c. ac Germani ex utroque Parente linguam Germanicam ſufficienter loquentes Juriſdictioni Menſæ Epiſcopalis Tridentinæ, aut ditioni temporali Archiducis Auſtriæ pro tempore exiſtentes immediate ſubditi, ſeu ex familiaribus Epiſcopi Tridentini, vel Archiducis Auſtriæ, &c.

Reliqua vero tertia pars Canonicorum Eccleſiæ hujuſmodi, quæ numeri ſenaris exiſtit, ITALI SEU NATIONIS ITALÆ, non tamen extera, ſed ex his Italis, quæ Juriſdictioni temporali Eccleſiæ Tridentinæ immediate ſubeſſe dignoſcitur, ac Judicibus, & Officialibus in temporalibus ejuſdem Eccleſiæ, necnon Epiſcopi Tridentini pro tempore exiſtentis PARENT, ET OBEDIUNT, &c. omnino eſſe debeant, &c. tenore præſentium extendimus, & ampliamus, ac reducimus, & moderamus.

Stantibus hujuſmodi Indultis, eorumque obſervantia uſque in præſens continuata, vacavit nuper in menſa Capitulari unus ex illis ſex Canonicatibus addictis Nationi Italicæ, ad quem aſpirantibus pluribus Nationalibus Tridentinis omnino qualificatis ad formam noviſſimi Indulti Pauli III. placuit Reverendiſſimo Capitulo iis poſtpoſitis, eligere Baronem Franciſcum Philippum Sigiſmundum de Baldaxaris natum in Civitate Brixien. ſita in partibus Germaniæ, ac ſimul progenitum ex Matre Germana, & Patre etiam Germano, & in eadem Civitate Brixien. orto, ex Genitoribus tamen, qui originem ſuam trahebant ex oppido Vallis Flemmarum ſubjecto in ſpiritualibus, & temporalibus Domino Epiſcopo, & Principi Tridentino, in quo etiam hodie Domini de Baldaxaris poſſident bona cum antiqua eorum domo.

Supponitur enim in facto, quod Avus memorati Baronis ab hoc Oppido Tridentino transtulit domicilium in Partes Germanicas ex cauſa ſeſe applicandi in ſervitiis Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ, & quod ipſe, ejuſque Progenies de Baldaxaris domiciliati fuerunt, primo in Civitate Brixien. & deinde in Territorio Tyrolenſi, ubi inſignia bona compararunt, necnon habitationes conſtruxerunt, & emerunt, & noviſſime Pater, & Frater Baronis reperiuntur Miniſtri Domus Auſtriacæ, qui Frater nupſit etiam cum Illuſtri Germana Muliere, ipſe autem Baro ad Ordines Sacros, & ad Collegiatam Inſleenſem promotus fuit ab Epiſcopo Brixienſi.

Nec autem dubitari contingit, an Electio memorati Baronis ſuſtineatur, vel potius ſit nulla tanquam peracta in Perſonam non Italam, nec immediate ſubjectam Juriſdictioni Eccleſiæ Tridentinæ, & per conſequens contra formam Indulti Paulini, ejuſque Decretum irritans, ſuper quo articulo meum conſilium pro veritate exquiritur ab Illuſtriſſimo Magiſtratu Civico Civitati Tridentini prudenter, & merito defendente obſervantiam ſuorum privilegiorum, & Jurium competentium Italæ Nationi 2
ſuper intereſſe, quod principaliter habet juxta *Text. in leg. Lucius Titius 7. ff. de Aur. & argent. legat. & in leg. Civitatibus ff. de legat. 1. ubi* Bartol. *num. 1.* & quidem cum illa intentione, & zelo, qui prudentes Magiſtratus exercere ſolent, & practicatum habetur in conſimili controverſia agitata in S. Romanæ Rotæ Auditorio in *Perusiana, ſeu Fulginaten. Abbatiæ* 10. *Junii* 1701. *coram Eminentiſſimo Scotto, & in Caſtellana Aperitionis Oris* 19. *Junii* 1703. §. *Nec demum, coram bon. mem. Molines.*

Ego igitur pro meliori dilucidatione veritatis præmittendum cenſeo eas rationes, & Jura, quæ deduci poſſunt ad ſuſtinendam electionem Domini Baronis, & quidem obſervo circumſtantiam, quod ejus Avus erat Nativus Oppidi Flemmarum Juriſdictionis Tridentinæ habendo ibi Domum, & bona patrimonialia, cumque propterea Baro ortus fuerit in Civitate Brixien. vivente eodem Avo, dici debeat Italus, & Tridentinus, qualis erat Avus, cujus originem Nepos ſequitur, quando eo vivente concipitur & natus extit, ut 3
reprobata opinione *gloſſæ* tradunt Bartol. *in leg. aſſumptio, §. finalis num. 1. verſ. aut Nepos naſcitur vivo Avo, ff. ad Municipal.* Amaya *in leg. Cives n. 24. Cod. de Incolis lib. 10.* Barboſ. *de Judic. in leg. hæres abſens*

abſens §. proinde in artic. de foro originis num. 27. &
28. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 2.
num. 51. Amoſtazz. de cauſis piis lib. 4. cap. 7. num. 9.
Rot. deciſ. 327. num. 7. par. 1. diverſ.

Qui omnea firmant Nepotem ſequi Forum ori-
ginis Avitæ, ex quo etiam deducitur eum eſſe ſub-
jectum Statuto loci ejoſdem originia, ex recepta
4 regula, quod paria ſunt forum ſortiri, & Statuto
ligari, ut apud Amaya in l. Cives num. 75. Cod. de
Incolis lib. 10. Barboſ. de Judic. ubi ſupra num. 35. Surd.
conſ. 313. num. 66. verſ. & ratio eſt, Menoch. conſ.
692. num. 3. & ſeqq. Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 12.
ſub num. 12. verſ. ideoque. & in Miſcell. Eccleſ. diſc.
2. num. 29. & diſc. 8. num. 4.

Fortius autem, quando illi de Baldaxaris ſem
per retinuerunt in eodem Oppido Tridentino Do-
mum apertam, & inhabitatam per ſuos Miniſtros,
ſeu Factores una cum antiquo Patrimonio bono-
5 rum, quod pro conſervatione Civilitatia, & ſubje-
ctionis conſiderat Barboſ. de Judic. ubi ſupra num. 114.
Card. de Luc. de Regal. diſc. 83. num. 11. & de præe-
minen diſc. 37. num. 4. Laurent. deciſ. Avenion. 140.
numer. 5. Rota in Burgen. Beneficii, ſeu portionis de
Gredilla 17. Februarii 1702. §. Quod autem, coram
bon. mem. Muto.

Sed ulterius reflecto, quod non ſolum in præfa-
to Oppido domicilium, originem, & civilitatem
retinuit Avus Baronia, ſed ejus Pater intra Vici-
6 nos ejuſdem Oppidis aſſumptus fuit; Cum autem
Vicinus non dicatur origine, ſed domicilio, & ha-
bitatione, ut inquit Amaya in l. Cives num. 15. verſ.
quia originarius C. de Incolis lib. 10. hic aſſequimur
fuiſſe declaratum Civem, & habitatorem oppidi
7 Tridentini, & intrat propoſitio in Jure certiſſima,
quod filius ſequitur Civilitatem paternam, juxta
Text. in leg. filios 3. Cod. de Municip. lib. 10. Cœphal.
conſ. 526. numer. 45. Bald. conſ. 334. num. 1. libr. 4.
Carleval. de Iudic. ubi ſupra diſputat. 2. quæſt. 2. num.
86. & 105. Rot. deciſ. 414. num. 1. part. 1. diverſ. &
deciſ. 436. num. 17. part. 5. recent. & coram Gregor.
deciſ. 279. num. 18. & 19.

Non obſtante domicilio alibi conſtituto, quia
primum derelictum non videtur, quando ſemper
retenta fuit antiqua domus cum Avito patrimonio
in Oppido Vallis Flemmarum, ac etiam quia non
repugnat in Jure, ut quis duobus in locis, & di-
8 verſo ſub Principatu domicilium retineat l. aſſumptio
§. filius. & l. Ejus, §. Celſus, ff. ad Municipal. Carle-
val. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 2. num. 85.
Card. de Luc. de præminen. diſc. 37. num. 5. & de Re-
gal. diſc. 83. ante num. 11. Laurent. deciſ. Avenionen.
140. num. 3. in fine.

Obſervo inſuper, quod diſceſſus prædicti Avi ab
Oppido Vallis Flemmarum, & tranſmigratio ad
Civitatem Brixlen. proceſſerunt occaſione ſervitio-
rum, & officiorum aſſumptorum in Auguſtiſſima
9 Domo Auſtriaca, ex quo non mutari, nec amitti
Civilitatem Jure probant Felin. in cap. Rodulphus
num. 13. de reſcript. Cyriac. controv. 292. n. 35. Card.
de Luc. de Regal. diſc. 23. num. 12. & diſc. 97. num. 11.
& diſc. 118. num. 9. Rot. cor. Ottbobon. deciſ. 89. nu. 9.
& rec. deciſ. 436. num. 16. par. 5.

Quod in facto confirmatur ex ſpecifica conven-
tione inita de anno 1662. inter Auguſtiſſimam Do-
mum Auſtriacam, & Epiſcopatum Tridentinum,
quod ſcilicet originarii Tridentini licet aſſumpti ad
Dignitates, & Officia Auſtriaca, adhuc pro nobis
ſitis in Principatu Tridentino, ibidem reſpondere
teneantur, & proinde cum Indultum Pauli III. re-
quirat, quod eligendus in Canonicum ſit ſubditus
Eccleſiaſticæ Juriſdictioni, ejuſque Officialibus pa-
reat, & obediat, hoc requiſitum videtur concurrere
in Barone, qui licet domicilium habeat in Civita-
te Germana, illud tamen adhuc retinet in Oppido
Vallis Flemmarum, vel ſaltem eſt adhuc Civis e-
juſdem Oppidi ex origine paterna, vel Avita, quæ
Civilitas originaria ſufficit, ut Quis dicatur eſſe
ſubjectus, & parere Judicibus Eccleſiæ Tridentinæ,
ut docet Text. in leg. Incola 29. ff. ad Municipal. in
ibi: Incola, & iis Magiſtratibus parere debet, apud
quos Incola eſt, & illis, apud quos Civis eſt: ubi gloſſ. in
verb. Civis ſic ait: Civis eſt origine, & in l. 1. C. de Mu-
nicip. & origin. lib. 10. ibique gloſ. in verb. muneribus.

Hæc omnia apud Me difficultatem aliquam in-
gerere videbantur, ut pro validitate Electionis eſſet
concludendum; Verum iis non obſtantibus articulo
diligentius maturato, pro nullitate Electionis om-
nino inclinandum cenſeo, tanquam factæ in Per-
ſonam Baronis, in quo credo manifeſte deficere
qualitatem requiſitam ab Indulto Paulino.

Ad quem effectum dico, quod quidquid ſit in
abſtracto, an ſufficiat civilitas originaria, ſeu de-
ducta ex origine Paterna, vel Avitia ad effectum aſ-
ſequendi Beneficia, & honores Civitatis, juxta theo-
rica Doctorum, qui in hujuſmodi articulo multum
varie, & confuſe loquuntur, hoc unum infallibile
eſt, quod omiſſis generalibus regulis, ſolum, &
præciſe inſpiciendus venit tenor Indultorum Ponti-
ficiorum, quæ ubi non contentantur civilitate origi-
naria, ſed requirunt domicilium, & incolatum, ta-
li caſu ſervanda eſt lex Indultorum abſque neceſſi-
tate divagandi ſuper opinionibus Doctorum, quia
in omni materia qualitas privilegii attendi, & ſer- 11
vari debet, ut generaliter Text. in cap. Porro, & cap.
Recepimus de privileg. & in terminis noſtris Carle-
val. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 2. num. 106. &
128. Roland. conſ. 79. num. 45. & ſeqq. lib. 3. Surd. conſ.
313. ſub num. 65. verſ. Ad tertia quæſtionis, & ubi Per-
ſona electa caret qualitatibus per Statutum, ſeu pri-
vilegium requiſitis, electio nulla remanet, ut in for- 12
tioribus terminis collationis factæ per Summum
Pontificem reſpondit Rot. in Collonien. Canonicatus
primæ Gratiæ 4. Februarii 1699. §. Subreptio in fine,
cor. Eminentiſſimo Scotto.

Pro certo autem exiſtimo Indultum Pauli III. re-
quirere non qualitates Juris, ut eſt Civilitas, & na-
tionalitas originaria, & ſimilia, ſed qualitates ma-
teriales verificabiles ſolum de facto, ſcilicet imme-
diatam ſubjectionem Perſonæ eligendæ juriſdictioni
Epiſcopi Tridentini, ejuſque Judicibus, & Officiali-
bus, ut ex pluribus verba ipſa Indulti præſeferunt,
& primo ex illis verbis ibi: Itali, ſeu nationis Ita-
licæ, non tamen extera, ſed ex his Italis, qui juriſdi-
ctioni temporali Eccleſiæ Tridentinæ immediate ſubeſ-
ſe dignoſcuntur: Cum enim Summus Pontifex non
tantum dixerit Itali, ubi intrare poterat dubium ſu-
per qualitatibus originariis, ſed ulterius ſuperaddere
voluerit per viam declarationis ibi: Sed ex his Ita-
lis, qui juriſdictioni temporali Eccleſiæ Tridentinæ
immediate ſubeſſe dignoſcuntur: Explicatio iſta inci-
piens per eam dictionem: ſed ſicut importat ſubje-
ctionem perſonalem juriſdictionis Eccleſiæ Triden-
tinæ, ita perneceſſe requirit domicilium habitationis,
& præſentiam corporalem in Loco, in quo Princeps, 13
ejuſque Magiſtratus juriſdictionem exercet juxta Gloſ.
marginalem in Clem. in verbo Subditos in fine de foro
compet. ibi: Subditus proprie dicitur, qui ratione domi-
cilii eſt ſubditus: Ancharan. conſ. 437. n. 2. ibi: Verba
Statutorum, quæ loquuntur de Januenſibus ſimpliciter,
debent intelligi in propria ſignificatione ut illi dicantur
proprie Januenſes, qui ſunt Januenſes domicilio. Tira-
quell. de retract. lignag. §. 9. gloſſ. 2. n. 22. Soccin. conſ.
79. a n. 15. lib. 4. Cœphal. conſ. 13. n. 15. & 19. Gratian.
diſcept. 435. n. 12. Gaill. pract. obſerv. lib. 2. obſerv. 35.
n. 2. Antonell. de loco legal. lib. 1. cap. 6. n. 59. Rot. cor.
Gregor. dec. 259. num. 5.

Alias quippe Indultum haberet verba otioſa, im-
mo inepta, & ineptiſſima, ſi non intellexiſſet expli-
care illos, Italos, qui eſſent nati, & perſonaliter
domiciliati in Territorio Tridentino, quia jam ſu-
pra dixerat ſufficienter Itali, ſeu nationis Italicæ, non
tamen extera: & ſic ſatis ſe explicaverat ad inclu-
dendos Italos ad excluſionem Exterorum, dum igi-
tur viam explicationis adjungere voluit, quod Itali
eſſe deberent ex his Italis, qui ſubeſſent immediate
juriſdictioni Epiſcopi Tridentini, non poteſt dari in-
terpretatio, quod per hæc verba nihil plus impor-
tare voluerit ultra verbum Itali ſuperius expreſſum,
niſi dicamus explicaſſe idem per idem, quaſi dixiſſet
Itali, videlicet Itali; ſed neceſſario fatendum eſt,
quod

quod excludere voluerit qualitatem originariam Ita-
lorum, qui Patrem, vel Avum Italum habuiſſent,
& per contrarium includere eos Italos, qui nati eſ-
ſent, & ſimul domiciliati, ſeu perſonaliter habitan-
tes in Territorio Tridentino, & quod hæc inter-
pretatio non ſit exorbitans, ſed innixa diſpoſitioni
Juris docet *Text. in l. Provincialis ff. de verb. ſignific.*
14 ubi decernitur, quod appellatione *Provincialis* veniat
ille, qui eſt domiciliatus in Provincia non qui ha-
bet originem ex illa ibi: *Provinciales eos accipere de-
bemus, qui in Provincia domicilium habent, non eos
qui ex Provintia oriundi ſunt:* ibique Rebuff. *verſic.* 3.
ibi: *Non dicitur quis Tholoſanus quamvis Pater, vel
alii ſui Majoris illinc originem traxerint, dum ipſe
alibi domicilium habeat, vel alibi fuerit ortus &c. di-
citur quis oriundus ubi ſui Majores orti ſunt, & pro-
pter Majores non dicendus eſt Provincialis, vel Pari-
ſienſis, quod decepit hic jurium Interpretes;* late Amaya
in l. Cives C. de Incol. lib. 10. *num.* 32. *cum plur. ſeqq.*
optime Navarr. *conſ.* 4. *num.* 6. *de Conſtit.*

Ergo verba Indulti eſſe non poſſunt clariora ad
excludendam oriunditatem, & originalitatem, vo-
lendo, quod illi tantum Itali eſſent eligendi ad Ca-
nonicatus, qui eſſent nati, & domiciliati in Terri-
torio Tridentino, ejuſque juriſdictioni temporali im-
mediate ſubjecti, cum ſit impoſſibile verificari poſ-
ſe ſubjectionem Perſonæ alicujus Principis juriſdi-
ctioni, niſi illa ibi permaneat, & domicilium reti-
neat, alias qui alibi natus, & domiciliatus eſt, non
ſubjacet juriſdictioni Principis ejus Loci, in quo
Pater, vel Avus olim permanebant, aut nati erant,
ut in fortioribus terminis Spoletani, ſeu nati in Ci-
vitate Spoleti, quod ſi domicilium Romæ transtu-
15 lerint, non dicatur amplius Spoletanus, quoad hoc
ut ſubjaceat juriſdictioni Spoletanæ quicquid ſit ad
alios effectus eſt magiſtraliſſimum *conſil.* Navarr. 4.
de Conſtit. n. 7. 11. & 12. ibi: *Concedimus Spoletanum
origine licet habeat alibi domicilium dici quidem Spo-
letanum quoad aliquos effectus particulares, ſed non
communiter; præſertim quoad hoc ut ſubjaceat juriſdi-
ctioni Spoletanæ, &c. origo facit quidem Cives quoad
aliquos effectus, ſed non quoad hoc, ut ſint ſubjecti ju-
riſdictioni Civitatis ubi nati ſunt, ſi habent domici-
lium habitationis in aliis Regnis, vel alia Civitate.*

Secundo quia Indultum requirit ſubjectionem
immediatam Juriſdictioni temporali Eccleſiæ Tri-
16 dentinæ ibi: *immediate ſubjecti dignoſcantur*, quæ
immediata ſubjectio non eſt verificabilis, niſi in Per-
ſonis perſonaliter habitantibus in Territorio Triden-
tino: nam alias Juriſdictio originis ceſſat in Perſo-
nis in alio dominio, vel Regno domiciliatis, ut eſt
communis opinio, de qua Surd. *conſ.* 313. *n.* 66. Cœ-
phal. *conſ.* 161. *n.* 9. plene Amaya *in d. l. Cives n.* 31. &
ſeqq. lib. 10. Honded. *conſ. n* 34. & *ſeqq. lib.* 1. Conciol.
alleg. 38. *n.* 18. Jovius *de ſolemnit. in tract. min. gloſſ.* 9.
§ 3. *n.* 98. & *ſeqq.* Carleval. *de Iudic. ubi ſupra nu.* 104.
Barbol. *ubi ſupra n.* 88. Rot. *cor. Seraph. dec.* 843. *n.* 1.

Tertio in hujuſmodi Sententia me valde confir-
mant ſubſequentia verba memorati Indulti, quod
non contentum expreſſiſſe Italos, neque contentum
expreſſiſſe eos Italos, qui immediate ſubſunt Juriſ-
dictioni temporali Eccleſiæ Tridentinæ, adherere ul-
terius voluit ibi: *ac Judicibus, & Officialibus in tem-
poralibus ejuſdem Eccleſiæ, necnon Epiſcopi Tridenti-
ni pro tempore exiſtentis, parent, & obediunt:* quæ
verba cum præſeferant obedientiam Perſonalem ſub-
diti, hæc utique obedientia nunquam referri poteſt
ad illos Italos, qui alibi habitant extra Territorium,
ſed præciſe reſtringitur ad ſolos habitantes in loco,
& qui ſoli dicuntur ſubjecti ad obediendum ratione
Perſonæ ibi permanentis cum ſuo domicilio, juxta
17 aureum & punctualem *Text. in Can. ubicumque* 13.
q. 2. ibi: *Item ſi quis de Provincia ad Provinciam tran-
ſierit, & ibi domicilium ſibi collocaret, liber factus a
ditione prioris Judicis, Juriſdictionis illius Judicio ſub-
jiceretur, in cujus Provincia Sedem ſibi eligeret:* A-
maya *in l. Cives n.* 76. *C. de Incol. lib.* 10. Florez de
Neva *var. reſol. lib.* 2. *q.* 25. *n.* 54. & *ſeqq.* Sord. *conſ.* 312.
n. 65. *in fine*, Gaill. *obſer. lib.* 2. *obſer.* 35. *n.* 4.

Quarto quia ex conſuetudine Germaniæ habemus
receptum, quod transferens ſe cum ſuo domicilio ad
aliud dominium, ſeu Regnum, deſinit eſſe Civis pri-
mi Regni, tam quoad privilegia Civilitatis, quam 18
quoad Juriſdictionem, ut teſtantur Gaill. *pract. obſer.
lib.* 2. *obſerv.* 36. *n.* 6. & 7. Colet. *de proceſſ. execut. par.*
2. *cap.* 1. *n.* 2. Carleval. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2.
q. 2. *n.* 121. ergo multo magis Indultum intelligi de-
bet de Italis habentibus domicilium, & habitan-
tibus in Territorio Tridentino, dum alias origo ibi
ducta ſine domicilio, etiam attenta conſuetudine
non redderet eum ſubjectum quoad Juriſdictionem.

Quinto animadverto Indultum emanaſſe ad ſer-
vandam Juſtitiam diſtributivam inter Germanos, &
Italos, qui erant ſubjecti Eccleſiæ Tridentinæ ibi:
*Germanos, & Italos Subditos habeat, & conveniens
cenſeatur, quod etiam ipſius Eccleſiæ ſubjecti etiam non
Germani, &c. Canonicatus, &c. obtinere poſſit:* ideo-
que ſi admitteremus, quod Canonicatus deſtinati pro
Italis ſubjectis Juriſdictioni Eccleſiæ Tridentinæ
dari poſſent illis, qui ſunt Germani ex utroque Pa-
rente, & domiciliati in Germania ex ſolo reſpectu,
quod eorum origo proveniat ex Territorio Triden-
tino, eſſet violare Juſtitiam diſtributivam in Indultis
contemplatam, dum hoc modo admitti poſſent om-
nes Germani pariter nativi ibique domiciliati, &
pariter originarii ex Patre, vel Avo ad excluſionem
totalem Tridentinorum, ſeu Italorum Epiſcopo Tri-
dentino ſubjectorum; Repugnat autem in Jure, ut
fiat interpretatio, per quam contrarietur fini, &
intentioni principaliter habitæ per Pontificem conce- 19
dentem, ex traditis per Rotam *in Caſtellana aperi-
tionis Oris* 19. *Nov.* 1703. § *Minuſque, cor. bo. me. Mo-
lines, & in Colonien. Canonicatus prima gratia* 13. *Dec.*
1713. § *Neque Dominis, cor. bo. me. Lanceta.*

Sexto apud Me valde urget cauſa motiva talium
Indultorum conſiſtens in evitandis confuſionibus, ac
perturbationibus, ex quibus Status Eccleſiæ, & Ci-
vitatis Tridentinæ, non minus, quam Status vici-
næ Auſtriæ periclitari poterat, quod nullo alio mo-
do immaginabile eſt, quam mediante præponderan-
tia Nationum, ultra terminos præfinos in Capitulo,
ad quod ſpectat Electio Epiſcopi, & Principis, i-
deoque neceſſaria fuit dicta diſtinctio, & diſtributio
fixa Canonicatuum inter hujuſmodi Nationes, &
Subditos; Iſta autem facile removetur, & deſtruitur
admittendo, quod ille, qui per ejus Anteceſſores ab
aliqua Natione deſcendit, licet habitet in diverſa
Regione, poſſit retinere, & repræſentare Nationem
originariam ſuorum Anteceſſorum, quo medio in-
duci poterit confuſio earumdem Nationum, & in
utraque ex eis induci præponderantia ultra numerum
adeo anxie deſideratum, & deſtinatum pro dicta cau-
ſa publica, & neceſſaria, & quæ præcipuam animad-
verſionem, & executionem meretur, ut in his ter-
minis reſpondit Rota *in dicta Colonien. Canonicatus
prima gratia* 15. *Junii* 1699. § *Et vero in fine, coram
Eminentiſſimo Scotto.*

Septimo aſſumptum hoc confirmatur animadver-
tendo, quod in duobus prioribus Indultis Sixti IV. &
Clementi. VII. qualitates Canonicorum Italorum non
ita claræ, & expreſſæ ſtabilitæ fuerunt, prout ſtabilitæ,
& declaratæ apparent in ultimo Indulto Pauli III.
quod declaravit ampliare, reducere, innovare, ac
de novo concedere omnia contenta in prioribus In-
dultis, quorum diverſitas ab ultimo colligitur ex con-
frontatione verborum ſuperius relatorum; Inde enim
manifeſte edocemur, quod hoc ultimum Indultum
præcipue deſideratum, & deſtinatum fuerit ad effe-
ctum melius diſtinguendi, & explicandi qualitates
præciſas Canonicorum Italorum mediante expreſſio-
ne illa, quod eſſe deberent Subditi Juriſdictioni tem-
poralis Epiſcopi Tridentini, ejuſque Judicibus, &
Officialibus parerent, & obedirent, quod nullatenus
explicatum fuerat in præcedentibus. Repugnat autem
in jure, quod tales novæ additiones, ſeu explicatio-
nes remanere debeant otioſæ, & vanæ, prout remane-
rent, ſi admitteretur larga, & impropria interpretatio
ſuper admittendis Canonicis, qui ſolam derivatio-
nem haberent ab Italis, ſed ratio Juris poſtulat, ut
Indultum in ſuo litterali, & magis proprio ſenſu

ſit ac-

21 de accipiendum, de veris, ac propriis Italis natis,
& domiciliatis in Ditione Tridentina ex firmatis per
Rot. *in d. Colonien. Canonicatus prima gratia* 4. *Febr.*
1699. §. *Accedit*, *cor. Eminentiſſimo Scotto*.

Octavo, demum accedit obſervantia ſubſecuta,
juxta quam in hujuſmodi Electionibus ſemper habi-
ta fuit ratio de domiciliatis in Diœceſi Tridentina,
non autem de originariis, ut ſupponitur, quæ pro-
22 inde ſi concurrat omnem apta eſt tollere difficulta-
tem circa ſenſum Indulti hactenus explicatum, ut
bene in terminis Rot. *in Colonien. Canonicatus prima
gratia* 13. *Decembris* 1709. §. *Et hæc omnia*, *cor. bo.
mem. Lancetta*.

Omnia hactenus conſiderata, ſi evidentiſſime a-
pud Me probarent, quod Baro non eſſet qualifica-
tus ad formam Indulti Paulini, etiam in caſu, quod
ejus Pater fuiſſet natus, & domiciliatus in Territo-
rio Tridentino, dummodo ipſe hoc Territorium de-
ſeruiſſet, habendo domicilium, & bona in partibus
Germaniæ, fortius excludendus erit, quando ejus
Avus deſeruit Diœceſim Tridentinam, & tranſtulit
23 domicilium in Germaniam, & quando ejus Pater
ſimiliter ortus, & domiciliatus ſemper remanſit in
Germania, & demum quando ipſe Baro ſimul cum
aliis Fratribus natus in Germania, ibi educatus, &
ibi promotus extitit ad Ordines Sacros una cum ac-
quiſitione plurium facultatum, & bonorum facta
pariter in Germania ab Avo, vel Patre, in quibus
circumſtantiis, ſicut dubitari non poteſt Avum Ba-
ronis eſſe verum Germanum, & omnino exterum
ab Italis, & Tridentinæ Juriſdictionis, Bart. *in l.* 3.
n. 14. *ff. ad Municipal.* Giurba *obſerv.* 75. *&* 76. *utrobi-
que n.* 4. Rot. *cor. Merlin. dec.* 331. *n.* 4. cum aliis *in
Paden. Canonicatus* 10 *Junii* 1704. §. *Nec ſubſiſtit*, *cor.
bon. mem. Molines*, ita eſſet extravagantia interpreta-
tionis dicere, quod verba Indulti requirentia ſubje-
ctionem Perſonalem Juriſdictionis temporali Epiſco-
pi Tridentini, verificari poſſent in Barone ex utro-
que Parente Germano, immo etiam ex parte Avi
Germani, ſi vera eſt regula, prout veriſſima eſt,
quod per translationem domicilii; ex. gr. ab Hiſpa-
nia in Galliam, quis efficitur Gallus quoad ſubje-
ctionem, nec remanet amplius Hiſpanus, ut probat
Amaya *in l. Cives C. de Incol. n.* 32. *ſeqq. uſque ad n.* 42.
Navarr. *d. conſ.* 4. *n.* 6. *de conſtit.* Gaill. *practicar. obſer.
lib.* 2. *obſer.* 35. *n.* 3. *verſic. ubi dicit*, Alciat. *in l. Pro-
vincial. n.* 2. *ff. de verb. ſignific.*

Quo ſtante credo Baronem eſſe tantum qualifica-
tum pro Canonicatibus addictis Nationi Germani-
cæ, dum Indultum vocat eos, qui ſunt Germani ex
utroque Parente, & ſubjecti exiſtunt Ditioni Auſtria-
cæ, vel Tridentinæ, quæ, qualitas eſt verificabilis
in illo tanquam habente domicilium in Germania,
& Germano ex utroque Parente, & conſequenter
abſurdum eſt prætendere, quod facta diſtributione
Canonicatuum inter Germanos, & Italos ſubjectos
Juriſdictionis Tridentinæ, ille, qui reperitur quali-
ficatus pro Canonicatibus Germanicis poſſit æquali-
ter ſe prætendere qualificatum pro Canonicatibus
Italis, quod eſſet confuſio manifeſta Nationum, &
contra intentionem Indulti, quod voluit diſtingue-
re Italos ſubjectos Eccleſiæ Tridentinæ ab ipſis Ger-
manis eidem Tridentinæ Eccleſiæ, vel Ditioni Au-
ſtriacæ ſubjectis, ut ex verbis ſupra relatis, & hic
neceſſario repetendis ibi: *Germanos*, *& Italos Sub-
ditos habeat*, *& conveniens cenſeatur*, *quod etiam ip-
ſius Eccleſiæ ſubjecti etiam non Germani Canonicatus
obtinere poſſint*.

Ex his nullatenus attendi valent animadverſiones,
& objecta ſuperius in contrarium deducta; proce-
dunt enim in terminis principiorum generalium lo-
quentium de Civilitate, origine, & ſimilibus qualita-
tibus tranſitoriis de Patre in filium, & Nepotem, ac
verificabilibus etiam ſine perſonali habitatione, & ſub-
jectione, ideoque applicari non valent ad caſum noſtrum
ubi Indultum Pontificium requirit ſubjectionem per-
ſonalem Juriſdictioni, ac Mandatis Epiſcopi, & Of-
ficialium Tridentinorum, & per conſequens veram,
& propriam habitationem Corporalem perſonarum
eligendarum ad Canonicatus *ex ſuperius deductis*.

Et ratio diſtinctionis eſt, quod per tranſlationem
antiqui domicilii Paterni vel Aviti, quidquid ſit an 24
retineri poſſint qualitates originariæ quantum ad ho-
nores, dignitates, & privilegia, certum ſemper eſt,
quod nunquam retineri poteſt antiqua ſubjectio prio-
ris domicilii, ſed hæc omnino mutatur, & acqui-
ritur ſubjectio Juriſdictioni novi Principis vel Judi-
cis, ut eſt *Text.* clarus *in d. Can. ubicumque* 13. *q.* 2.
juxta Magiſtrale *conſ.* 4. Navarr. *n.* 11. *&* 12. Natta
conſ. Conſ. 139. *n.* 14. Urſill. *ad Afflictum dec.* 384. *n.* 4.
Amaya *in d. l. Cives C. de Incol. lib.* 10. *n.* 72. *verſic. nam
originarius*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 42.
n. 5. *&* 6. cum aliis ſuperius relatis.

Verum reſpondendo etiam ad ſingula, non obſtat,
quod quis remaneat ſubjectus etiam Juriſdictioni 25
originis, juxta *Text. in l. Incola* 29. *ff. ad Municipal.
& in l. prima C. de municip. & originar. lib.* 10. Etenim
opinio iſta locum habet in caſu particulari, quod
ſcilicet Reus conveniri poſſit in loco originis, quan-
do ibi reperiatur præſens, non autem ſi abſit, juxta
Communem explicationem Doctorum, de qua Bar-
tol. *in l. aſſumptio* §. *Filius n.* 2. *in fine ff. ad Municipal.*
ubi etiam ſic intelligit alteram ex legibus præaddu-
ctis, ibique Alexander *in addition. lit. B.* teſtatur de
communi, Barboſ. in *l. in l.* 2. §. *Legatis n.* 7. *ff. de Ju-
diciis*, *& l. heres abſens* §. *Proinde in art. de foro origi-
nis n.* 37. Afflict. *dec.* 384. *n.* 6. Gaill. *practic. obſer. lib.*
2. *obſer.* 36. *n.* 11. cum aliis apud Carleval. *de Judic.
lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 2. *n.* 63.

De quo genere ſubjectionis particularis, & acci-
dentalis in uno caſu non intellexit Indultum Pau-
linum, quod requiſivit immediatam, & genera-
lem ſubjectionem in omnibus, immo perſonalem o-
bedientiam erga Judices, & Officiales Epiſcopatus
Tridentini, quod non poteſt verificari, niſi in ha- 26
bente domicilium in diſtrictu Tridentino, ultra quod
allegata opinio conveniendi Reum in loco originis,
ſi ibi reperiatur conſuetudine generali recepta non
videtur, quemadmodum teſtatus Barboſ. *de Judic. in
L. Heres abſens ubi ſupra in art. de foro origin. n.* 35. *&
in L.* 2. §. *Legatis n.* 7. *eodem tit.* Amaya in *d. Leg. Cives
n.* 75. *verſic. Affirmat C. de Incol. lib.* 10. Theſaur. *dec.*
90. *ſub n.* 6. *&* 7. Coler. *de Proceſſ. execut. par.* 2. *cap.* 1.
n. 21. præſertim quando domicilium transfertur de
Juriſdictione unius Principatus ad Juriſdictionem al-
terius ex rationibus adductis per Amaya *ubi proxi-
me num.* 38. *& ſeqq.*

Minoris relevantiæ eſt, quod in Oppido Vallis
Flemmarum DD. de Baldaxaris ſemper retineant Do-
mum apertam cum antiquo patrimonio bonorum,
quia talis poſſeſſio bonorum, & retentio Domus,
ſi ibi non habitatur perſonaliter licet conſervet Ci- 27
vilitatem ex *ſupra allegatis n.* 5. non tamen reddere
poteſt Civem ſubjectum quoad Perſonam, Antonell.
de loco legal. lib. 1. *cap.* 6. *n.* 60. ea ratione, quod ad
arguendam ſubjectionem Perſonæ non conſiderantur
bona, ſed domicilium cum habitatione perſonali
juxta *Text. in Leg. Domicilium*, *ff. ad Municipal. &
L. Si in Patria C. de Incol. lib.* 10.

Ex quo redditur inapplicabilis illatio, quod poſ-
ſit quis habere domicilium æqualiter in duobus lo-
cis, quia prædictus Baro nunquam habuit Domici-
lium in Oppido Vallis Flemmarum, nec ipſe nec
ejus Pater, nam Domus, quæ ibi tenetur aperta pro
Factoribus bonorum, non inducit domicilium perſo-
nale pro ſubjectione Perſonæ, ad quem effectum requi- 28
ritur habitatio per ſe ipſum cum familia, Grammatic.
dec. 87. *n.* 2. Coler. *de proceſſ. execut. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 40.
verſic. Tradit. Otter. *de Paſcuis cap.* 8. *n.* 18. æqualis e-
nim utroque loco eſſe debet perſonalis habitatio,
ut utrobique retineatur domicilium ait *Text. in L.
Aſſumptio* §. *Filius*, *ff. ad Municipal.*

Diſceſſus Avi propter ſervitia præſtanda in Augu-
ſtiſſima Domo Auſtriaca, quidquid ſit, an in du-
bio induxerit amiſſionem priſtini domicilii, hujus
amiſſio ex circumſtantiis redditur manifeſta non ſo- 29
lum, quia ille nunquam reverſus eſt ad Oppidum
Tridentinum, ſed etiam quia in partibus Germaniæ
collocavit domicilium una cum acquiſitione bono-
rum, idemque domicilium continuarunt filios, &
nepo-

Digitized by Google

nepotes, qui nupſerunt etiam cum Germanis, & ſemper in Germania habitarunt, ex quibus clara convincitur deſertio antiquiſſimi domicilii Aviti, maxime attenta conſuetudine Germaniæ ſuperius animadverſa, & in propoſito annotarunt Fagnan. in c. Significavit num. 54. de Paroch. Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. allegat. 4. num. 25. verſic. Atque ideo, & num. 30. Card. de Luc. de Præeminen. diſc. 37. num. 3. Rot. coram Merlin. deciſ. 331. num. 4. & in deciſ. Vaden. Canonicatus ubi ſupra.

Conventio inita de anno 1663. nihil aliud præſefert niſi ſubjectionem realem quoad bona exiſten-
30 tia in Principatu Tridentino, neque ideo aliquid commune habet cum ſubjectione perſonali, quia etiam Exteri tenentur ad onera ejus loci, ubi ſita ſunt eorum bona, ſed inde non ſequitur, quod ipſorum Perſona ſit ſubdita Juriſdictioni ejuſdem loci, ut bene diſtinguit Amaya in dict. Leg. Cives num. 76. & 77. Cod. de Incol. lib. 10.

Aſſumptio Patris Domini Baronis inter Vicinos Vallis Flemmarum aliud non tribuit niſi Jus fruendi bonis Communalibus Viciniæ, abſque eo quod oriatur ſubjectio Perſonæ circa Juriſdictionem Epiſcopi Tridentini, ut tibi ſupponitur, reflectendo, quod iſta aggregatio operatur tantum Civem fictum
31 illius loci, nunquam tamen verum, & proprium Subditum Juriſdictioni Principatus Tridentini, ejuſque Judicibus, & Officialibus obedientem, ſicut requirit Indultum, quod requiſitum nunquam concurrit ſine actuali habitatione, & domicilio.

Litteræ ſcriptæ ab Epiſcopis anteceſſoribus ad Patrem Domini Baronis, ubi eum approbant Subdi-
32 tum, nihil concludunt, quia ſignificare voluerunt ſubditum ratione bonorum, non Perſonæ, alias deficiente hac qualitate ſubjectionis Perſonalis, aſſertiones hominum non poſſunt facere, aut declarare ſubditum quoad Perſonam, qui vere Subditus non eſt ex Text. in l. Aſſumptio, ff. ad Municipal.

Neque objecta hactenus deducta ſaltem præſtare valent Canonicis Electoribus bonam fidem, ex qua potest dari, actum electionis ſuſtineri, quia procederet excuſatio, ubi verba Indulti, aut eſſent ambigua, aut adeſſent ſtatus obſervantiæ, quæ faveret intentioni DD. Capitularium, ſecus autem quando obſervantia eſt in contrarium, & tenor Indulti meo judicio eſt literalis, qui propterea ſubmovet omnem bonam fidem, & ſilere facit omnem excuſationem, ut bene ad propoſitum reſpondit Rot. in d. Coloinen. Canonicatus primæ Gratiæ 15. Junii 1699. §. penult. coram Eminentiſſimo Scotto.

MELEVITANA CONVOCATIONIS CAPITULI.

ARGUMENTUM.

Quando convocatio Capituli Sede plena fieri ſolet de licentia Epiſcopi, an Sede vacante ſit convocandum Capitulum de licentia Vicarii Capitularis; Jus illud convocandi in defectum Decani, an devolvatur ad ſucceſſivas Dignitates, & Canonicos excluſis eorum Coadjutoribus; An Præſes Capituli teneatur Vicarium Capitularem abſentem certiorare de reſolutionibus Capitularibus una cum aliis dubiis, quæ in corpore habentur.

S U M M A R I U M.

Exponitur facti ſeries.
...s convocandi Capitulum pertinet ad Decanum.
...re, & ſine licentia Epiſcopi, & de ratione ibi n. 4.
...teſt Epiſcopus prohibere quo minus Capi... ſe congregare poſſit ad libitum.
...io derogatoria Juris non extenditur de ... caſum, & de Perſona ad Perſonam, ...bid.

7 Quando dicatur fundata in conſuetudine ... verba ſtent ibi cauſative.
8 Sicut non extenditur conſuetudo, ita nec Statutum in ea fundatum de caſu ad caſum, & de Perſona ad Perſonam.
9 Capitulum quod Sede plena pro ſe congregando requirit licentiam Epiſcopi, non tenetur Sede Vacante eam requirere ab ejus Vicario Capitulari, & de ratione, ibidem num. 10. & ſeqq.
11 Capitulum non obſtante deputatione Vicarii Capitularis remanet Superior, & in pluribus actu, & habitu Juriſdictionem retinet, num. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.
18 Capitulum non tenetur petere licentiam a Vicario tamquam proprio Miniſtro, & Subdito.
19 Transfunditur in Vicarium Juriſdictio contra ſingulares de Capitulo, non contra Capitulum.
20 Jus Congregandi Capitulum reſpicit Capitulum uti Collegium, & ad quem ſpectet ejus convocatio.
21 Vicarius Capitularis ſuccedit in Juriſdictione neceſſaria, non aut voluntaria.
22 Præminentia debita Epiſcopo de Jure ſpeciali non tranſit in Vicarium Capitularem.
23 Licentia ſe congregandi, quam petit Capitulum ab Epiſcopo extinguitur in Capitulo Sede Vacante, & de ratione ibidem.
24 Inter Dantem, & Recipientem diſtinctio eſſe debet.
25 Vicarius Capitularis gerit vices Capituli, non autem Epiſcopi.
26 Obſervantia in materia præeminentiali primum locum obtinet.
27 Declarat omnem ambiguitatem.
28 Quando eſt quadragenaria facit Jus, & ſuſtum titulum præbet.
29 Ad effectum præſcribendi licentiam contra Epiſcopum, & Vicarium Capitularem.
30 Capitulum ſolum Sede Vacante dicitur Succeſſor Epiſcopi, num. 31.
32 Et propter hoc non tenetur petere licentiam ſe convocandi a Vicario, ſicut petebat ab Epiſcopo, & de ratione ibidem, n. 33. 34. & 35.
34 Quidquid in ſe Capitulum non habet non transfert in Vicarium.
35 Non cenſetur tranſtuliſſe in Vicarium Jus Superioritatis contra ipſum.
36 Vicarius Capitularis excommunicare non poteſt Capitulum.
37 Probata conſuetudine poſteriori præſumitur anterior eſſe conformis, niſi contrarium oſtendatur.
38 Teſtes de Univerſitate quando ſint idonei.
39 Teſtes formiter non examinati quando attendantur.
40 In defectum Decani Jus convocandi Capitulum ad quos devolvatur.
41 Ab hoc Jure ſunt excluſi Coadjutores.
42 Coadjutores cenſentur Canonici ficti.
43 Cedunt præcedentiam Canonicis veris, & de ratione, num. 44. & 45.
46 In quo ſenſu intelligatur Coadjutoria, quæ dat Coadjutori omnes prærogativas, & præminentias Coadjuti præſentis.
47 Non intelligitur in præjudicium aliorum Canonicorum Jure proprio Jus habentium.
48 In defectum primi Primicerii præcedentia debetur ſecundo excluſive ad Coadjutorem primi.
49 Major pars Capituli poteſt ſeipſum congregare.
50 Vicarius non habet poteſtatem excommunicandi Repræſentantes Capitulum.
51 Pœna forma non obſervata eſt nullitas actus.
52 Nullitas actus eſt pœna.
53 Non devenitur ad excommunicationem, niſi deficiente altero remedio Ordinario.

54 Qui

54 *Qui habet facultatem convocandi Capitulum, habet etiam adhibendi Perſonas ad explendum actum neceſſarios.*
55 *Non debet eſſe in facultate Miniſtrorum impedire neceſſaria ad Servitium Eccleſiæ, & Cultus Divini.*
56 *Capitulum Sede Vacante poteſt in ſubſidium alios Notarios, & Curſores adhibere præter Cancellarium, & Curſores Ordinarios.*
57 *Convocatio Capituli fieri poteſt per Nuntium, aut Epiſtolam, aut ſonum Campanæ.*
58 *Licentia, & diſſenſus cum cauſa, vel ſine quando procedat.*
59 *Nunquam cenſetur data Juriſdictio contra ſeipſum.*
60 *Dominus non tenetur reddere rationem ſui Miniſtro.*
61 *Non præſumitur omiſſum quidquid erat de Jure ſciendum.*
62 *In Eccleſia Gerunden. Sede vacante Succeſſor Epiſcopi eſt Archidiaconus, non autem Capitulum.*
63 *Actus erroneus, & falſus eſt delendus, & abolendus.*
64 *Non creditur Epiſcopo in cauſa propria, aut ubi habet intereſſe.*
65 *Abolitio actus quando congrua ſit.*
66 *Inhibitio corruit ob evidentem injuſtitiam.*
67 *Edictum ſub pœna excommunicationis contra fundatum in conſuetudine remanet inſubſiſtens.*
68 *Pœna Excommunicationis majoris dicitur maxima omnium apud Eccleſiam.*
69 *Ex quibus cauſis, & quomodo hæc ſit relaxanda.*
70 *Non eſt relaxanda ubi ſuppetunt mitiores pœnæ, num. 71.*
72 *Tantum eſt exprimere Capitulum, quantum omnes Dignitates, & Canonicos.*
73 *Quomodo Capitulum congreget ſe ipſum.*
74 *Vicarius Capitularis non poteſt excommunicare Capitulum.*
75 *Nemo poteſt vel æqualem, vel Superiorem excommunicare.*
76 *Reſolutiones Sacræ Congregationis in hac Cauſa.*

DISCEPTATIO CXXIII.

IN Eccleſia Cathedrali Melevitana non ſolum de Jure, ſed etiam ex Conſuetudine Jus convocandi Capitulum ſpectat ad Decanum ejus principalem Di-
1 gnitatem, & hujuſmodi convocationem facere tenetur, vel ad nutum Epiſcopi, vel ad inſtantiam quatuor Canonicorum, vel demum quando urget utilitas Eccleſiæ, & debita neceſſitas, ut conſtat ex antiqua Viſitatione Epiſcopali de anno 1615. in qua enunciatur ita fuiſſe reſcriptum per Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium.

Prout etiam quamvis juxta Conſtitutionem Synodalem Epiſcopi Coccopalmeri editam de anno 1703. convocatio Capituli per Decanum fieri ſoleat de licentia Epiſcopi; attamen Sede Epiſcopali vacante, illa ſemper facta fuit libere per Decanum abſque licentia Vicarii Capitularis quo non obſtante vacata Sede anno 1721. Dominicus Xiberras Vicarius per Capitulum electus prætendere cœpit, quod Decanus abſque ejus licentia non haberet facultatem convocandi Capitulum & occaſione hujus prætenſionis inſurrexerunt aliæ ſubalternæ quæſtiones delatæ ad Sac. Congregat. Concilii, ſibi propoſita fuerunt octo dubia, quæ reſoluta fuerunt contra Vicarium Capitularem favore Decani, aliarumque Dignitatum, & Canonicorum, pro quibus Ego ſcribebam.

Primum ergo dubium, quod diſputabatur in hac Cauſa, erat illud: *An Decanus Cathedralis Eccleſiæ ad quem ſpectat convocare Capitulum, teneatur Sede Epiſcopali vacante, petere licentiam a Vicario Capitulari pro convocandis Capitularibus:* quod ego dicebam negative reſolvendum eſſe; cum enim ex clariſſima Juris aſſiſtentia pertineat ad Decanum tanquam caput,
2 & principalem Dignitatem Capituli jus illud convocandi juxta *Text. in cap. Cum inter. de elect.* & præter Canoniſtas *in cap. 1. de major. & obed.* tradunt Fagnan. *in cap. Ut Abbates n. 27. de ætat. & qualit.* Monacell. *in Formul. par. 1. tit. 2. formul. 4. n. 24.* & in terminis Decani Saravia *de Adjunct. quæſt. 33. num. 42. & quæſt.* 3
34. *n.* 21. Franceſc. *de Eccleſ. Cathed. cap. 22. n. 108.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 16. n. 76. & ſeqq.* Rot. *dec. 533. numer. 5. part. 2. recent.* hæc proinde facultas convocandi illi de jure competens, debet eſſe libera, abſoluta, & independens ab alterius cujuſcunque Superioris licentia, itaut neque ipſe Epiſcopus præterea ſe de Jure valeat, non poſſe Capitulum congregari ſine ejus licentia, ut reſolvit Sac. Congregatio Concilii in Curſulen. 9. Maii 1637. quam refert Criſpin *in Tract. de Viſitat. part. 2. §. 30. numer. 2.* ibi: *Congregatio Concilii cenſuit poſſe Canonicos convocare Capitulum abſque Epiſcopo, ſine illius licentia, niſi agatur de rebus Menſæ Epiſcopalis,* & concordat altera reſolutio Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in Brundulina 17. Januarii 1584. apud Pignatell. *conſultat. 154. numer. 7. tom. 4.* ibi: *La Sagra Congregatione ha reſoluto, che il Capitulo ſia libero di congregarſi quando vuole, purche non ſia in pregiudizio del Culto Divino, onde non ſi può obligare a domandar licenza.*

Ea ratione, quod Capitulum tanquam Collegium legitime erectum cum ſuo Capite, qui eſt Decanus, habet de jure facultatem ſe congregandi, quoties 4
ſibi placuerit abſque licentia ſuperioris, ut notat Monacell. *in Formul. par. 1. tit. 6. formul. 11. n. 18.* Barboſ. *de Canon. cap. 35. num. 1.* Rota *deciſ. 112. n. 9. part. 7. recent.* Pignatell. *dicta conſult. 154. nu. 5. tom. 4.* Rot. *coram Coccin. dec. 2174. num. 11. & 12. in Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2. Julii 1700. §. Minuſque urget, coram bon. me. dell' Olmo,* neque poteſt Epiſcopus impedire, aut prohibere, quominus pro libito Capitulum ſe congregare poſſit, Ceccoper. *Lucubr. Canon. lib. 4. n. 15.* Pignatell. *conſult. 154. n. 1.* Nicol. 5
in Floſcul. in verbo Canonicus n. 25. verſ. Secus, & propterea ſi de jure communi non requiritur licentia ipſius Epiſcopi ad effectum, ut Decanus convocare valeat Capitulum, eo minus requiritur licentia Vicarii Capitularis, qui eſt miniſter ipſius Capituli, & cujus juriſdictio ab ipſo Capitulo dependet, ut advertit Card. de Luc. *in annot. ad Concil. diſc. 31. n. 29.* Quarant. *in Summ. Bullar. in verb. Capitulum Sede vacante verſ. Quamobrem n. 15. in fine,* Pax Jordan. *lucubr. lib. 12. tit. 2. n. 41.*

Firmata hac aſſiſtentia juris pro libertate Capituli ſe congregandi abſque licentia Epiſcopi, Ego credebam non obſtare Conſtitutionem Synodalem anni 1703. innixam conſuetudini ibi: *ut moris eſt*: juxta quam Capitulum tenetur petere licentiam ab Epiſcopo ad effectum ſe convocandi, ideoque ſicut neceſſaria eſt licentia Epiſcopi, ſic etiam dicendum ſit neceſſariam eſſe licentiam Vicarii Capitularis, quia dicebam, quod Conſtitutio Synodalis in hac parte eſt odioſa tanquam correctoria Juris communis hujuſmodi licentiam non requirentis, ut ſuperius probatum eſt, & proinde intrat notiſſima propoſitio, quod in Conſtitutionibus, ſeu Statutis, quæ ſunt derogatoria Juris communis, nulla poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum, ſeu de perſona Epiſcopi ad perſonam Vicarii 6
Capitularis, cum hujuſmodi Statuta ſtrictiſſima interpretatione coerceantur ad illam dumtaxat Perſonam, de qua loquuntur, ut minus quam fieri poteſt, corrigant diſpoſitionem Juris, ut communiter tradunt Giovag. *conſ. 99. n. 5. lib. 1.* Rot. *cor. Celſ. dec. 141. n. 14. & 15. & in recent. dec. 171. n. 4. part. 15. & dec. 171. n. 5. & dec. 301. n. 1. par. 16. & dec. 169. n. 14. par. 17.* etiamſi nedum concurreret identitas, ſed immo majoritas rationis, adhuc enim extenſio fieri non poteſt de una perſona ad aliam Rot. *dec. 291. n. 5. & 9. part. 8. & dec. 171. n. 6. par. 16. & dec. 360. n. 23. & dec. 396. num. 7. part. 17. & dec. 68. n. 8. part. 19.* & ad ornat. Card. de Luc. *de fideicommiſſ. deciſ. 90. num. 14.*

Sed fortius quando Conſtitutio Synodalis non alia ratione emanaverat, niſi propter conſuetudinem, juxta quam Decanus Capituli ad effectum illud con-

gregandi ſemper petere conſueverat licentia ab Epiſ-
copo, ut oſtendebat reſolutio Sacræ Congregationis
Concilii ſuper confirmatione Conſtitutionum Syno-
dalium, quæ juxta Votum clar. me. Card. Acciajoli
reſcripſit ſub die 2. Julii 1707. Conſtitutionem Syno-
7 dalem; *ſubſtineri juxta conſuetudinem*: & ſatis pro-
babat tenor Conſtitutionis in verbis illis *de noſtra ta-
men licentia, ut moris eſt*; quæ verba ſtant cauſative
pro fundamento Conſtitutionis totaliter poſito ſuper
Conſuetudine *cap. Abbate* S. Sylvani 25. *verſ. Si vero
de ſignific.* Rot, *coram Coccin. deciſ.* 1734. *num.* 19. *&
in Saliſburgen. Juris Metropolitici* 13. *Februarii* 1692.
§. *Devvalenda*. *cor. clar. me. Card. Priolo*, *& in Der-
thuſen, Juriſdictionis* 13. *Januarii* 1697. §. *Abſque eo
quod*, *cor. bo. me. Pio*; Si autem in Statutis correctoriis
Juris non fit extenſio etiam ex identitate rationis, mul-
to minus admittenda eſt quoad hujuſmodi Conſtitutio-
nem, pro qua reſpectu Vicarii Capitularis militat di-
verſitas, immo defectus rationis, quæ eſt conſuetudo;
dum ſicut reſpectu licentiæ petendæ ab Epiſcopo fun-
damentum Conſtitutionis fuit ſola Conſuetudo, ita
reſpectu Vicarii Capitularis, pro quo nulla militat
8 Conſuetudo, nullam extenſionem, ſeu applicationem
habere poteſt hujuſmodi Conſtitutio, quæ ex ratione
ceſſante, non aſſiſtit, ſed potius reſiſtit Vicario *leg.
in omni ff. de adopt.* Surd. *conſ.* 375. *numer.* 24. Anto-
nin. *var. reſolut. libr.* 2. *reſol.* 32. *numer.* 8. Tiraquell.
in tract. ceſſan. cauſ. part. 1. *numer.* 11. Rot. *deciſ.* 440.
num. 8. *part.* 16. *& deciſ.* 205. *numer.* 6. *part.* 17. *recen*,
urgente etiam natura conſuetudinis, quæ non extendi-
tur de Perſona ad Perſonam, Card. de Luc. *de Be-
nefic. diſcur.* 30. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 421. *n.* 9. *part.* 9.
& dec. 217. *n.* 18. *part.* 17. *rec. & cor. bon. mem. An-
ſaldo deciſ.* 50. *n.* 48.

Verum addebam graviorem rationem, quæ reddebat
hujuſmodi Conſtitutionem Vicario Capitulari inappli-
cabilem, nempe Epiſcopus eſt Superior, & prima-
rium Caput Capituli, & ſic congrua eſt petitio li-
centiæ ab Ipſo, quando ita fert Conſuetudo juxta Con-
ſtitutionem; Defuncto autem Epiſcopo, cum Juriſ-
dictio Epiſcopalis transfundatur in Capitulum, quod
9 eſt Superior; hinc extincta remanet convenientia, ſeu
honorificentia circa petendum ab Epiſcopo licentiam,
dum ipſum Capitulum ſtat loco Epiſcopi, & licet
eligat Vicarium pro exercitio Juriſdictionis, iſte ta-
men Vicarius Capituli eſt ſemper Miniſter, ſeu Offi-
cialis ipſius Capituli Domini, & Superioris Omnium;
nec propterea elevare ſe poteſt in hanc ſuperioritatis
præeminentiam, ut prætendat Capitulum ejus Domi-
num ab eo petere debere licentiam ad effectum ſe con-
gregandi, cum repugnet omnibus principiis, quod
Vicarius dare debeat licentiam Domino, & Domi-
nus ab ejus Miniſtro petere licentiam teneatur, ut
10 quod Capitulum licet transferat in Vicarium Juriſdi-
ctionis exercitium, ipſum tamen remaneat Dominus,
& in figura Superioris, firmant Quarant. *in Summ.
Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante num.* 4. ibi:
*poſt Vicarii electionem Capitulum non abdicat a ſe
Juriſdictionem, ſed illius exercitium tantum, nam
qui per alium faciat per ſeipſum facere videtur*, Pax Jor-
dan. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *n.* 35. ibi: *certum eſt
apud Capitulum remanere ipſam Juriſdictionem, in Vi-
carium vero tranſire exercitium illius*: Card. de Luc.
ad Concil. diſcurſ. 31. *n.* 29. Ventrigl. *in prax. part.* 2.
annot. 15. §. 2. *num.* 20.

Quodque Capitulum eſt loco Epiſcopi, & rema-
neat Dominus, & in figura Superioris reſpective ad
11 Vicarium tanquam ſuum Miniſtrum redditur manife-
ſtum ex pluribus; Et primo, quia in Choro tanquam
inferior Capitulo prætendere non valet præcedentiam
ſupra Decanum primam Dignitatem tanquam repræ-
ſentativam ipſius Capituli, ut firmat Card. de Luc. *in
annot. ad Concil. diſc.* 31. *num.* 29. ibi: *in Vicario ta-
men Capituli ſecus videtur, ut ſcilicet ſupra primam
Dignitatem præcedere prætendere non valet ex ea ra-
tione, quod ipſe eſt Magiſter Capituli, quod in ipſa
prima Dignitate in actibus præeminentialibus repræ-
ſentari videtur*: Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. *in
prax. p.* 2. *annot.* 15. §. 1. *num.* 6. Quarant. *in Summ.
Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante num.* 8. Nicol.
in floſc. in verbo Vicarius Capitularis num. 67. Sbrozz.
de offic. Vicar. lib. 2. *quæſt.* 25. *num.* 20. Gavant. *in ma-
nual. in verbo Capitulum in addit. num.* Panimoll. *deciſ.*
1. *annot.* 1. *numer.* 62. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 1.
ſect. 4. *ſubſect.* 1. *num.* 34. *in fine*. Secundo non obſtan-
te Conſtitutione Vicarii, apud Capitulum remanet ne- 12
ceſſitas tuendi Eccleſiaſticam libertatem, tuendi, &
conſervandi Eccleſiaſticam Diſciplinam, Quarant. *in
Summ. Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante num.*
4. *verſ. Hic infertur*, Pax Jordan. *d. lib.* 12. *tit.* 2. *num.*
35. Tertio ſi Vicarius eſt infirmus non poteſt delega-
re alteri Cauſas pendentes, niſi de conſenſu Capi- 13
tuli, Quarant. *ubi proxime n.* 10. *verſ. Quod ego in-
telligo*, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 54. *num.* 177.
Dian. *coord. tom.* 3. *tractat.* 5. *de poteſt. Capituli re-
ſol.* 71. *num.* 2. Gavant. *in manual. in verbo Capitulum
Sede vacante n.* 10. Quarto ſi contingat Vicarium eſ-
ſe interdictum, vel excommunicatum poteſt ipſe ab- 14
ſolvi de mandato Capituli, *Cap. unico de major. & obed.
in* 6. Quarant. *ubi ſupra n.* 15. *in fine* ibi: *hinc eſt,
quod Vicario excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto,
cujus abſolutio, & relaxatio ſpectat ad Ordinarium po-
terit abſolvi de mandato Capituli*: Quinto ex quo Ca-
pitulum eſt Dominus, & Superior, & Juriſdictio Vi- 15
carii ab Ipſo Capitulo dependet, non habet Vicarius
poteſtatem totum Capitulum ſuſpendendi, vel inter-
dicendi, etiamſi ipſe fuiſſet ob negligentiam Capito-
li deputatus per Metropolitanum, aut Epiſcopum vi-
ciniorem Quarant. *ubi proxime n.* 15. *in fine* ibi; *Qua-
mobrem cum ejus poteſtas dependeat a Capitulo, cujus
vices gerit, non poterit totum Capitulum ſuſpendere,
& interdicere, & redundaret contra ſeipſum quia vis
Officii, & Juriſdictionis Vicarii ab ipſo Capitulo de-
pendet, & ſuſpenſo Capitulo, erit ſuſpenſus quoque Vi-
carius, quod procedit etiam quando Vicarii deputatio eſ-
ſet facta per Metropolitanum, vel viciniorem Epiſco-
pum ob negligentiam Capituli*: & totidem verbis proſe-
quuntur Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 12. *titul.* 2. *n.* 41. Bar-
boſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 54. *num.* 180. Garz. *de bene-
fic. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 32. Suarez. *de Cenſur. diſput.* 7.
ſect. 3. *num.* 13. Pellegrin. *in prax. Vicar. par.* 1. *ſect.* 4.
ſubſect. 6. *numer.* 6. Antonell. *de Regim. Eccleſ. libr.* 4.
cap. ultim. num. 75. Sexto ſi Vicarius recuſetur uti ſuſ-
pectus, recurritur ad Capitulum, quod per Arbitros 16
recognitis cauſis ſuſpicionum poteſt cauſas Vicario
auferre, & Alteri committere, Quarant. *ubi ſupra n.*
5. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 18. Ven-
trigl. *par.* 2. *annot.* 15. §. 2. *num.* 36. & ſeptimo demum,
qui Capitulum poteſt removere Vicarium licet cum 17
cauſa, Quarant. ubi ſupra num. 3. Pax Jordan. *lucu-
br. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 13. Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.*
3. *q.* 30. *n.* 7. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 54. *num.*
170. *&* 171. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 15. §.
2. *num.* 23. Novar. *in Summ. Bullar. part.* 1. *comment.*
38. *n.* 21. ex quibus evidentiſſime convincitur, Vica-
rium Capitularem eſſe Miniſtrum, & ſubditum Ca-
pituli, quod remanet Dominus, non obſtante ejus
deputatione, & propterea repugnat, quod iſte Vica- 18
rius ſeſe æquiparet Perſonæ Epiſcopi, & prætendat,
quod ubi Capitulum ſe congregare intendit, hoc te-
neatur petere ab ipſo, non ſecus ab Epiſcopo licen-
tiam, quando tamen Capitulum, & Decanus illud
repræſentans eſt Superior reſpective ad Vicarium Ca-
pitularem ipſius Capituli Miniſtrum. *Cap. cum inferior
de major. & obed.* Rot *in Gerunden. Juriſdictionis ſuper
manutentione* 27. *Martii* 1702. §. *Et quod vere, &
ſuper Jure privandi* 12. *Junii* 1702. §. *Capitulum enim*,
cor. clar. me. Card. Priolo.

Et hinc nihil faciebat ad rem illa concluſio, quod
Vicarius Capitularis ſuccedat in omnibus iis, quæ
ſunt ordinariæ Juriſdictionis Epiſcopi, quia prima re-
ſponſio eſt, quod etiam circa Juriſdictionem neceſſa-
riam, quæ ſola competit Vicario, non transfunditur
in illum poteſtas contra Capitulum ejus Dominum,
& Superiorem, quidquid ſecus contra ſingulas Perſo-
nas de Capitulo, contra quas ex commiſſione ipſius 19
Capituli procedit, juxta inſtitutionem, quam adducit
Quarant. *ubi ſupra in verbo Capitulum Sede vacante
num.* 15. *in fine*, Pax Jordan. *ubi ſupra lib.* 12. *titul.* 2.
n. 41. *&* 42. ubi autem Capitulum ſe congregare in-
ten-

Digitized by Google

tendit, Jus congregandi reſpicit Capitulum uti Col-
legium, non autem uti ſingulos, quia Decanus con-
vocat nomine Capituli, & uti ejus Caput, & in ejus
20 defectum ſequens Dignitas, & deinde Senior ex Ca-
nonicis, quibus renuentibus, ipſum Capitulum per
majorem partem repræſentatum congregat ſeipſum,
Ceccoper. *lucubr. Canonic. lib. 4. n. 12. & 13.* ibi: *Tali
eventu Capitulum dicitur ſeipſum congregare*: Paſſerin.
de elect. cap. 11. n. 9. & 11. Franciſc. Marc, *dec.* 1036,
n. 3. part. 1. quod clare demonſtrat Jus convocandi
eſſe Jus Capituli uti Collegii, in quod Vicarius
nullam habet poteſtatem tanquam in ejus Domi-
num, & Superiorem, neque ſuccedit in hac pote-
ſtate loco Epiſcopi.

Ulterius advertebam, quod Vicarius ſuccedit in
his tantum, quæ ſunt juriſdictionis neceſſariæ, &
contentioſæ, ſecus vero quoad ea, quæ reſpiciunt
21 gratiam, & juriſdictionem voluntariam, & acciden-
talem, necnon Jura præeminentialia, & honorifica,
juxta *Gloſſ. in cap. His qua in verbo pro bono de major.
& obed. &* in Clement. 1. *in verbo Capituli de hæretic.*
Fagnan. *in cap. Illa n. 13. ne Sede Vac.* Lotter. *de re
benef. lib. 1. quæſt. 9. n. 44. & lib. 2. quæſt. 2. n. 35. &
ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 132. *num.* 22. Pigna-
tell. *conſult. 24. num. 2. tom.* 5. Licentia autem, quam
Jure conſuetudinario, & Synodali petit Decanus ab
Epiſcopo pro facienda convocatione Capituli eſt a-
ctus juriſdictionis voluntariæ, & reſpicit præeminen-
22 tiam, & honorificentiam Epiſcopo debitam de con-
ſuetudine, ſeu jure ſpeciali, qui nullatenus tranſit in
Vicarium Capituli, ut probant Felin. *in cap. Cum o-
lim num. 5. de major. & obed.* ibi: *In his, quæ compe-
tunt Prælatis ratione conſuetudinis maxime contra Jus
inducta non ſuccedit Capitulum Sede Vacante, &c. &
idem in his, quæ competunt Epiſcopo de Jure ſpeciali*:
Panormitan. *in cap. Scriptum num. 12. de elect.* ibi: *In
his, quæ competunt Prælatis ratione conſuetudinis,
maxime contra Jus inducta non ſuccedit Capitulum Se-
de Vacante, &c. & idem dic de his, quæ competunt
Prælato alio Jure ſpeciali, nam nec in illis ſuccedit
Capitulum*: Geminian. *in cap. 1. ſub numer. 5. verſic.
undecimo de major. & obed. in 6. & in cap. Si ad Vo-
tum num. 3. de Regul. Jur. in 6.* Aleaand. *conſil.* 110.
numer. 3. & libr. 6. Sbrozz. *de Offic. Vicar. libr. 2.
quæſt. 29. numer. 6. & 7. & quæſt. 30. numer. 3. & ſeqq.*
Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 1. ſect. 4. ſubſect. 3. num.*
20. Ventrigl. *in prax. Vicar. part. 2. titul. 15. §. 1. num.
7. & 28. in fine.*

Et demum reſpondebam, quod licentia, quam De-
canus petit ab Epiſcopo pro convocatione Capituli ad
qualemcunque ſpeciem Juriſdictionis Epiſcopalis re-
feratur, defuncto Epiſcopo, perneceſſe extinguitur in
Capitulo, quod Succeſſor eſt Epiſcopi licentiam dare
23 debentis *Text. in cap. unic. §. final. ne Sed. Vacant. in*
6. quia Succeſſor, & Anteceſſor pro una Perſona repu-
tantur, ut in ſpecie Federic. *de Sen. conſ.* 30. *num.* 3.
Quarant. *ubi ſupra in verbo Capitulum Sede Vacante
verſ. Ulterius ſciendum*, Sbrozz. *de Offic. Vicar. lib.* 1.
q. 15. n. 5. & 6. cum alias dici non poſſit, quod uti
Succeſſor Epiſcopi Capitulum ipſum a ſe ipſo pete-
re, & ſibi ipſi licentiam dare teneatur, quia inter
24 dantem, & recipientem diſtinctio eſſe debet, ut ait
*Text. in cap. Cum ad noſtram de Inſtit. Gloſſ. in cap.
Per veſtras in verbo præſentare de Jurepatr.* ac etiam
quia actio, & paſſio in eodem ſubjecto manere non
poteſt, ad notum *Text. in l. Uranius, ff. de fidejuſſor.*
Si ergo hæc ſive juriſdictio, ſive præeminentia propter
incompatibilitatem tranſire non poteſt in Capitulum
Sede Vacante, neque etiam dici poteſt, quod ab ipſo
Capitulo transfuſa remanſerit in ejus Vicarium: dum
iſte exercitium Juriſdictionis recipit, & recognoſcit
ab ipſo tantum Capitulo, cujus vices gerit, non au-
tem Epiſcopi, & quantum Juriſdictionis tranſit in Ca-
pitulum, tantum, & non ultra tranſit in Vicarium,
ut punctualiter firmavit *Gloſſ. in Clement. 2. in verbo*
25 *Epiſcopi de reſcript.* ibique Zabarel. *numer.* 15. Felin. *in
cap. Eam de reſcript. num. 17. circa finem de reſcript.*
ibi: *Gloſſ. in dicta Clementina, &c. negat, quod Vica-
rius Capituli dicatur Vicarius Epiſcopi, ſed dicit quod
eſt Vicarius Juriſdictionis Epiſcopalis, & intellige de*

*illa Juriſdictione, quæ eſt in Capitulo, &c. non de omni
Juriſdictione Epiſcopali, quæ non tranſit in Capitulum,
quia majorem non poteſt habere Capitulum ipſum, non
dicas ergo licet Capitulum non poſſit, autem iſte poteſt,
cum ſit Vicarius Epiſcopi.. quia hoc eſt falſum, nam eſt
Vicarius Juriſdictionis Epiſcopalis, & ordinariæ, &
ſic illius, quam aſſumpſit a Capitulo*, Federic. *de Sen.
conſil. 30. num.* 6. Lambertin. *de Jurepatron. lib. 2. part.
3. quæſt. 1. art. 7. n.* 3. Pavin. *de poteſtat. Capitul. part.
2. q. 10. n. 2. & pleno* Sbrozz *de offic. Vicar. lib. 1. q. 16.
n. 6. cum plurib. ſeqq.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 1.
ſect. 4. ſubſect. 2. n.* 61.

His omnibus accedebat etiam obſervantia, & lon-
gæva conſuetudo non petendi ab eo hujuſmodi licen-
tiam, & quidem nedum quadragenaria, ſed etiam
ſeptuagenaria, ut deponunt ſeptem Canonici antiquio-
res Eccleſiæ Cathedralis. Hæc autem tanti temporis
Conſuetudo nedum tollit omnem dubitandi rationem 26
in hac materia præeminentiali, ubi primum locum
obtinet obſervantia *ad Text. in cap. Cum dilectus de
conſuetud.* Bald. *in cap. Cum olim numer. 1. eodem tit.*
Menoch. *conſ. 126. numer. 4. in fine*, Gratian. *diſcept.*
845. *numer.* 4. Rot. *coram Pœnin deciſ.* 817. *numer. 3.
& in rec. deciſ.* 781. *numer. 6. part.* 18. cum ſit apta
declarare omnem ambiguitatem, ſi quæ conſiderari
poſſet quoad aſſiſtentiam Juris favore Capituli, ejuſ- 27
que Decani excluſive ad ſervitutem, & ſubjectionem
petendi licentiam per notum *Text. in l. Si de inter-
pretatione, ff. de legib.* Rot. *deciſion. 582. num. 9. part.
19. recent. & coram Emerix Jun. deciſion.* 212. *num. 2.
& coram Priol. deciſion. 46. num. 29. coram Cerr. de-
ciſ.* 406. *num.* 18.

Sed etiam cum excedat metam 40. annorum facit
jus, & juſtum titulum tribuit ad effectum non peten- 28
di controverſam licentiam, etiamſi eſſemus in acti-
bus juriſdictionalibus jure ordinario eidem Vicario
competentibus, *ad Text. in cap. finali de conſuetud.*
Paſſerin. *de elect. cap. 10. numer.* 29. Lotter. *de re benef.
lib. 2. quæſt. 21. num. 47. & 48.* Spad. *conſ. 159. numer.
2. & 3. lib. 1.* Rot. *coram Pœnin deciſ. 993. num. 2. &
5. & in rec. dec. 120. num. 7. par. 3. & cor. Emerix
Jun. deciſ. 731. num 11. & dec. 764. num.* 9. cum ne-
mini perſuaderi poſſit, quod in tot Sedibus Vacanti-
bus, tot Vicarii Capitulares fuerit ita ſemper oſcitan-
tes, ut nemo ex illis extiterit, qui tatam prætenſio-
nem ſibi arrogaverit, libere permittendo Capitulo,
ejuſque Decano convocationes Capitulorum abſque li-
centia Vicarii, unde ſi ſpatio 70. annorum juſtifica-
tur talis Conſuetudo non petendi hanc licentiam, hæc
ſatis eſſet etiam ad excludendam licentiam Epiſcopi, 29
multo magis Vicarii Capitularis, juxta declarationem
Sac. Congregationis, apud Barboſ. *de Canon. cap. 35.
n. 4. & in Summ. Apoſt. deciſ. collect. 126. n.* 1. Pigna-
tell. *conſult. 154. n. 5. tom.* 4. Jo. Baptiſt. Piton *in conſtit.
& dec. pro Canon. n.* 117. Gavant. *in Manual. in verbo
Capitulum in addit. n.* 3.

Infeliciter autem ſuper hoc dubio contrariam opi-
nionem ſubſtinere conabantur Scribentes pro Vicario,
æquiparando ipſi Epiſcopo Vicarium Capitularem,
quem dicebant eſſe *ſucceſſorem Epiſcopi*, occurrebam
enim huic æquivoco, quia longa eſt differentia in-
ter Epiſcopum, & Vicarium Capitularem reſpectu
hujus licentiæ, de qua quærebatur, dum Epiſcopus
dat licentiam Capitulo tanquam ejus Caput, & Su-
perior, Vicarius autem Capitularis, cum ſit Mini-
ſter Capituli, illoque inferior, abſurdum eſt, quod
famulus præſtare debeat licentiam Domino, ad effe-
ctum ſe congregandi, ideoque non adducebatur Do-
ctor firmans Capitulum, pro ſe congregando, tene-
ri petere licentiam ab ejus Miniſtro, ſeu Vicario, qui
juriſdictionem recognoſcit ab ipſo Capitulo, a quo
illa dependet; Eſſet enim facere Vicarium Miniſtrum
Superiorem ſuo Domino, ſeu Capitulo; Neque pro-
pterea ea licentia, quæ petitur ab Epiſcopo, qui eſt
Dominus, & Superior, valet argumentum ad peten-
dam licentiam ab illo, qui eſt inferior, ut eſt Vica-
rius reſpectu Capituli, quod ſolum Sede vacante eſt 30
Dominus, & Superior, & ſolum eſt ſucceſſor Epiſco-
pi defuncti juxta *cap. cum inferior de major. & obed.*
Sbrozz. *de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 39. numer.* 2. Rot.

Digitized by Google

in Gerunden. Juriſdictionis ſuper Manutentione 27. Martii 1702. §. Et quod vere coram clar. mem. Card. Priolo, & ſuper Jure privandi 7. Junii 1702. Capitulum coram Eodem,

Et removebam ab oculis veluti falſum illud contrarium aſſumptum, quod Vicarius Capitularis ſit ſucceſſor Epiſcopi, ex quo exercet juriſdictionem Epiſcopalem, quia ſolum Capitulum dicitur ſucceſſor Epiſcopi, Vicarius autem eſt nudus Miniſter Capituli propter ſolum exercitium juriſdictionis, quod Capitulum concedit ipſi Vicario, & tanquam ſuo Vicario, & propter hoc vocatur Vicarius Capitularis, nempe Vicarius, & ſic Miniſter Capituli, ut probant Doctiſſ. ſuperius relatæ *num.* 24. & ſic etiam Pederic. *de Sen. in conſ.* 30. *num.* 1. *& ſeqq.* ibi: *Succeſſor, & Anteceſſor pro una Perſona reputantur, &c. ſed omnes clamant, quod Capitulum ſuccedit Epiſcopo Sede vacante*, & infra *num.* 2. ibi: *Capitulum cenſetur idem cum Epiſcopo, ut dictum eſt ſupra, &c. quia Capitulum non dicitur proprie Procurator, vel Vicarius, ſed*
31 *ſucceſſor, & habet ordinariam juriſdictionem a lege ſine miniſterio hominis.*

Et late Sbrozz. qui in oppoſitum adducebatur *de Offic. Vicar. lib.* 1. *quæſt.* 16. *per tot.* ubi probat ſolum Capitulum eſſe ſucceſſorem Epiſcopi, & Vicarium Capitularem; qui gerit vicem Capituli, a quo deputatur, nihil aliud eſſe, niſi Vicarium illius Juriſdictionis, quæ eſt in Capitulo, ut legere eſt *num.* 6. *& ſeqq.* ibi: *Iſte Vicarius eſt Epiſcopalis Juriſdictionis, non autem Epiſcopi, &c. & ab hac ſententia non puto recedendum, &c. quia Vicarius iſte gerit vicem Capituli, a quo deputatur, quia Capitulum habet Juriſdictionem Epiſcopalem Sede vacante, & eſt Epiſcopi ſucceſſor, &c. &* numer. 10. ibi: *Licet Gloſſa, &c. dicat hunc Vicarium a Capitulo deputatum eſſe Vicarium Epiſcopalis Juriſdictionis, tamen intelligitur, quod ſit Vicarius illius juriſdictionis, quæ eſt in Capitulo, in quantum repræſentat Epiſcopum, &c. & poteſt eſſe iſte Vicarius Epiſcopalis Juriſdictionis, cum gerat vicem Capituli ſucceſſoris Epiſcopi, non autem Vicarius Epiſcopi; quia vacante Sede Epiſcopali, remanet Epiſcopalis Juriſdictio ipſi Capitulo*, & pariter Pignatell. *conſultat.* 24. *num.* 2. *tom* 5. ibi: *Et ſi Capitulum Sede vacante gerat vices Epiſcopi, &c. & propterea dicatur ſucceſſor Epiſcopi, idemque cum illo eſſe*, & in eiſdem terminis loquebantur aliæ Auctoritates in oppoſitum cumulatæ, veluti aſſerentes non quidem Vicarium eſſe ſucceſſorem Epiſcopi, ſed Capitulum.

Si autem ipſum Capitulum eſt ſucceſſor Epiſcopi circa totam Juriſdictionem Epiſcopalem, non autem Vicarius Capitularis, qui exercitium hujus Juriſdictionis recipit de manibus Capituli, a quo deputatur, exinde duplex oritur motivum, quod nempe, aut
32 jus paſſivum Capituli petendi ab Epiſcopo licentiam, & jus activum Epiſcopi illam præſtandi pro convocatione Capituli Sede vacante non tranſit in Capitulum, & conſequenter nec etiam in Vicarium, aut ſi tranſit, nunquam poteſt dici conceſſum Vicario per Capitulum Dominum contra ſeipſum, ne alias Miniſter ſe gerat Superiorem ſui Domini.

Primum motivum, quod jus iſtud activum, & paſſivum non tranſeat in Capitulum, Sede vacante, credebam eſſe fortiſſimum; Cum enim hoc tempore deficiat Epiſcopus Superior Capituli, & ipſum Capitulum ſuccedat Epiſcopo, illumque repræſentet, hinc extinctum remanet jus petendi licentiam ab Epiſcopo, qui non adeſt, quia non entis nullæ ſunt qualitates, ut firmat Sbrozz *de Offic. Vicar. lib.* 1. *quæſt.* 16. *numer.* 10. *&* 11. *in fine*, & probat *Text. in cap. unico, §. final. ne Sed vacan. in* 6. non enim actio, & paſſio dari poteſt in eodem ſubjecto, quod nempe Capitulum ipſum
33 ſibi repræſentative ad duplicem perſonam active, & paſſive debeat petere, & præſtare hanc licentiam, nec propterea ſuccedere poteſt in jure activo dandi licentiam loco Epiſcopi reſpective ad ipſum uti Capitulum pro jure paſſivo eam petendi propter confuſionem utriuſque perſonæ, & actionum, exemplo debitoris, qui ſuccedit ſuo Creditori, *l. Stichum, §. Aditio, ff. de reſolut & in leg. Si debitori Cod. de pact.* A'Pont. *conſ.* 143. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Cardinal. de Luc. *de Credit. diſc.* 40. *num.* 11. & exemplo Subditi, qui fit Dominus, & libertatem acquirit; Et in terminis petendi conſilii ab Epiſcopo, quod Sede vacante illius neceſſitas ceſſet, & extinguatur, eſt *Text. in cap. unico §. finali ne Sed. vacan. in* 6. ibi: *Ubi vero de ſpeciali alicujus Eccleſiæ conſuetudine, &c. collatio ad aliquem cum conſilio Epiſcopi noſcitur pertinere, ſublato Epiſcopo de medio cum conſilium nequeat tunc peti ab eo, non erit propter hoc collatio Beneficii differenda*: ibique Ancharan. *num.* 4. *verſ. octavo*, ibi: *Iſte Textus loquitur cum conſilium alicujus requiritur ex Conſuetudine, vel Statuto, ut poſſit abſque tali conſilio actus geri, quanquam propter mortem, vel abſentiam conſilii requiſitio impeditur*; & in puncto Ancharan *ibidem nu.* 4. ubi quod Capitulum non ſuccedit in hoc jure dandi conſilium, ut legere eſt *n.* 4. ibi: *Fiat ergo non expectato Epiſcopo, nec requiſito Capitulo, quod in tali conſilio non ſuccedit*: Archidian. *num.* 5. *in fine*, ibi: *& ſic habes caſum, in quo Capitulum vacante Eccleſia non facit id, quod faceret Prælatus ipſius*: Geminian. *num.* 2. *&* 6. ibi: *An iſti debeant requirere conſilium Capituli; dic quod non per Textum hic, qui dicit, quod non eſt differenda, & ſic Capitulum non ſuccedit in præſtatione talis conſilii.*

Et propterea ſi non tranſit in Capitulum hoc jus activum præſtandi licentiam ſibi ipſi pro ſe convocando, non poteſt conſequenter tranſire in Vicarium ipſius
Capituli, cum hujus Juriſdictio limitetur ad terminos 34
illius juriſdictionis, quæ tranſit Capitulum, & non ultra, Felin. *in cap. Eam te num.* 17. *in fine de reſcript.* ibi: *Intellige de illa juriſdictione, quæ eſt in Capitulo, &c. non de omni Juriſdictione Epiſcopali, quæ non tranſit in Capitulum*, Sbrozz. *de Offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 11. ibi: *Intelligitur, quod ſit Vicarius illius juriſdictionis, quæ eſt in Capitulo in quantum repræſentat Epiſcopum, non autem totius Epiſcopalis Juriſdictionis, quæ non tranſit in Capitulum*, Cum quidquid Capitulum in ſe non habet, transferre non poſſit in Vicarium, Unde hæc licentia requiſita ab Epiſcopo, ſi per ejus mortem expirat, & Capitulum fit ſucceſſor Epiſcopi remanet conſequenter liberum ab illa licentia, quam petere deberet ab Epiſcopo,

Sed quando, ut ſuperaddebam, dici potuiſſet per manifeſtam incompatibilitatem, quod ſuccederet Capitulum in hoc jure paſſivo contra ſeipſum, ſemper verum erat, quod deputando Vicarium, & transfe-
rendo in ipſum juriſdictionis exercitium, nunquam di- 35
ci poterat tranſtuliſſe in ſuum Miniſtrum, & Vicarium jus hujuſmodi ſuperioritatis contra ipſum Dominum, quia nunquam in generali mandato cenſetur data juriſdictio contra ſeipſum veluti Superiorem, erga quem abſurdum eſt, poſſe Inferiorem, & Miniſtrum exercere ſuperioritatem, Bero. *conſil.* 62. *num.* 39. *verſ. Statutum lib.* 1. Burſatt. *conſ.* 391. *num.* 15. cum aliis apud Rot. *in Hiſpal. Juris præſidendi in Choro* 2. *Julii* 1700.
§. *Multoque minus coram bon. mem. dell' Olmo*; & pro- 36
bant auctoritates illæ, quæ firmant Vicarium non habere juriſdictionem in ipſum Capitulum, quod proinde excommunicare non poteſt, aut interdicere, Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 4. *cap. unic. n.* 85. Pas Jordan. *tom.* 2. Lucubr. *lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 41. Quarant. *in Summ. Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante numer.* 15. *in fine* cum aliis ſupra *num.* 14. ubi probatum eſt, quod non obſtante deputatione Vicarii, Capitulum ſemper remanet Dominus, & Superior ipſius Vicarii; quem poteſt removere cum cauſa, habet jus deputandi alium in locum ipſius ſuſpecti allegati, cum aliis juribus, & ſuperioritatibus ibidem relatis; ergo clarum remanet, quod Capitulum, non obſtante deputatione Vicarii, ſemper remanet Superior; Vicarius vero inferior tanquam ejus Miniſter recognoſcens ſuam Juriſdictionem ab ipſo Capitulo, contra quod propterea exercere non poteſt ſuperioritatem exercendi petitionem licentiæ, ut Capitulum ſe congregare poſſit, cum iſtam Juriſdictionem non habeat ſibi conceſſam contra ſuum Superiorem.

Quoad obſervantiam nunquam petitæ per Capitulum licentiæ ab ejus Vicario probatam ſpatio 70. annorum, eo ipſo, quod nullus in contrarium actus ad-
ducebatur, merito allegari poterat immemorabilis, 37
dum

dum probata conſuetudine 70. annorum probata etiam remanet anterior conſuetudo, quæ, ubi contrarium non probatur, præſumitur conformis, & non difformis, ut paſſim firmavit Rot. *dec.* 57. *n.* 9. *parc.* 6. & *deciſ.* 68. *n.* 19. & 20. *part.* 8. *deciſ.* 244. *num.* 19. *part.* 16. & *deciſ.* 560. *num.* 22. *parc.* 19. & *in Giennen. Adjunctorum* 1. *Maii* 1704. §. *Et tamen*, *coram bon. mem. Molines*, & *in Saliſburgen. Vicaria* 31. *Januarii* 1714. §. *Nec in aliquo*, *coram Eminentiſſimo Falzonerio*, & 14. *Februarii* 1715. §. *Abſque eo quod*, *cor. Reverendiſſ. Criſpo*.

Et male hæc Obſervantia ſpernebatur tanquam fundata in atteſtationibus Canonicorum, quia cum agatur de cauſa Univerſitatis, Teſtes de Capitulo ſunt omnino idonei, & in jure noſtro attenduntur Farinac.
38 *de Teſtib.* q. 60. *n.* 270. Maſin. *de Confiſc. Bonor.* q. 13.
n. 27. & 28. Rot. *coram Gregor. dec.* 40. *ibique* Adden.
n. 14. & *Rec. deciſ.* 271. *n.* 9. *part.* 19. ubi quod quando intereſſe eſt Capituli, & non ſingularum ſemper Rota approbavit Teſtes Univerſitatis, & in Tarrac. *Inſignium* 11. *Decemb.* 1702. §. *Maxime cum ſeqq. coram bon. mem. Muto*, non attento, quod non eſſent formiter examinati, quia depoſuerunt ſuper articulis productis in Tribunali S. Officii Melitæ, coram R. P. D. Ruffo Inquiſitore, necnon mediante examine
39 facto per Cancellarium Sancti Officii, conſiderato etiam, quod depoſuerunt in materia habente aſſiſtentiam Juris, quæ adminiculat Teſtes una cum circumſtantia, quod nec unus quidem actus in contrarium adducebatur, Rot. *coram Coccin. dec.* 140. *n.* 19. & 21. & *in Recen. deciſ.* 328. *num.* 14. *part.* 9. & *deciſ.* 320. *n.* 13. *part.* 11.

Succedebat alterum dubium, quod diſputabatur: *An ipſo Decano abſente, renuente, aut alias quomodolibet impedito, facultas convocandi Capitulum devolvatur ad ſucceſſivas Dignitates, & Canonicos gradatim, excluſis eorum Coadjutoribus*: ubi dicebam, quod affirmativa inſtaret reſolutio, reſpectu enim primæ partis aſſiſtit manifeſta diſpoſitio juris, juxta quam renuente, aut quomodolibet impedito Capite Capituli, ut eſt Decanus, jus convocandi Capitulum devol-
vitur gradatim ad ſecundam, alias Dignitates, & de-
40 inde Seniorem ex Canonicis, juxta *Text. apertum in cap. Cum inter de elect.* ibi: *Quod ad Decanum, & alios Canonicos veſtros Panormi manentes cum ex eorum parte fuiſſet vobis per litteras intimatum*: Panormitan. *in cap.* 1. *ſub n.* 4. *verſ. item vacante Eccleſia de majorit. & obed.* Sigiſmund. *a Bonon. de elect. part.* 1. *cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 11. Card. Tuſc. *practic. concluſ. litt. V. concluſ.* 256. *numer.* 5. Ceccoper. *Lucub. Canon. libr.* 4. *numer.* 11. & 12. Paſſerin. *de Elect. cap.* 11. *numer.* 4. & *ſeqq.*

Reſpectu vero ſecundæ partis, nempe *excluſis eorum Coadjutoribus*, pariter affirmative reſpondendum
41 mihi videbatur, cum enim Coadjutores Dignitatum, ſive Canonicorum nullum habeant titulum Dignitatis, & reſpective Canonicatus, cum ille reſideat apud Coadjutos, Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 30. Barboſ. *de Canon. cap.* 29. *num.* 3. Card. de Luc. *de Canon. diſc.* 6. *num.* 10. & propterea dicantur, & cenſeantur Dignitates, & Canonici ficti, Ventrigl. *in*
42 *prax. part.* 2. *annotat.* 13. §. *unico numer.* 32. Tondut. *quæſt. benefic. part.* 2. *cap.* 1. §. 13. *numer.* 6. Monacell. *in Formul. part.* 1. *tit.* 2. *formul.* 4. *num.* 29. Garz. *de Beneſ. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 76. & 90. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 170. *bon. mem.* Anfald. *in annotat. ad deciſ.* 20. *num* 17. inde ſequitur, ut præeminentia, & jus convocandi Capitulum gradatim devolvatur inter ſolas Dignitates, & Canonicos veros, jus, & titulum habentes in Eccleſia excluſive ad eorum Coadjutores propter indubitatam regulam, quod Coadjutores ſemper poſtponuntur, &
43 cedunt præcedentiam omnibus veris Dignitatibus, & Canonicis, tanquam ſedentes, & ſedere debentes in ultimo loco, ut communiter tradunt Barboſ. *de Canon. dict. cap.* 29. *numer.* 22. Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 101. & 109. *cum ſeqq.* Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 37. & 38. Gratian. *diſcept.* 106. *num.* 39. Monet. *de Option. cap.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 141. & *ſeqq.*

Cum ſit abſoluta, & generalis propoſitio, ut Coad-
jutores, qui aliena Dignitate præfulgent, nunquam 44
præferri poſſunt illis, qui propria Dignitate coruſcant, ut in ſpecie inquit Leo *in Theſaur. For. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 58. Garz. *de Beneſ. par.* 4. *cap.* 5. *numer.* 133. Satavia *de adjunct. quæſt.* 29. *num.* 43. Ac etiam
quia Coadjutores tanquam Dignitates, & Canonici 45
ficti nunquam veris præferri poſſunt, quia ſemper verum ficto præferri debet, ut proſequitur Leo *d. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 60. & 61. Rebuff. *in prax. Benefic. tit. de reſcripto*, *etiam*, & *perinde valere numer.* 30. Gemi-
nian. *conſ.* 138. *num.* 1. *in fine*, & *num.* 2. & 3. Non 46
obſtante principio generali, quod in litteris Coadjutoriæ exprimi ſoleat, quod Coadjutor habere debeat omnes, & ſingulas prærogativas, & præeminentias, quas Coadjutus habet, & ſi præſens eſſet, haberet, hoc enim intelligitur circa ea, in quibus, Coadjuto deficiente, minueretur ſervitium, & cultus Eccleſiæ, & quæ ſpectant de jure ad officium Coadjutoris ad ſupplendas nempe vices Coadjuti *in neceſſariis*; ſecus autem ubi aliæ Dignitates, & Canonici ſupplent, & ſupplere volunt vices in defectum eorum, qui obligantur; Hoc enim caſu ex duplici capite non applicatur facultas data in litteris Coadjutoriæ, tum quia deficit neceſſitas muneris Coadjutoris, tum etiam quia nunquam intelligitur in præjudicium Dignitatum,
& Canonicorum, quibus in defectum Coadjuti jure 47
proprio ſpectat, & devolvitur præeminentia, & poteſtas juris, ſeu functionis Capitularis, ut bene firmat Rot. *deciſ.* 259. *num.* 11. *part.* 9. *rec.* & *deciſ.* 46. *num.* 21. *poſt* Novar. *in ſumm. Bullar.* & *deciſ.* 4. *n.* 3. & *ſeqq. poſt* Remocamp. *de Coadjutor. repetita in deciſ.* 467. *coram Emerix Jun.* ibi: *Ex clauſulis ampliſſimis appoſi ſoleis in Coadjutoriis*, &c. *Coadjutor gaudet eiſdem prærogativis, honoribus, & præeminentiis, quibus Coadjutus quoties non agitur de præjudicio Coadjuti, vel alterius Canonici.*

Et reſolvit in terminis Sacra Congregatio Rituum 17. *Junii* 1632. ubi cum in Eccleſia Monopolitana extarent duo Primicerii primus, & ſecundus, orta controverſia inter ſecundum Primicerium, & Coadjutorem Primi, cui eorum abſente, vel impedito pri-
mo Primicerio Coadjuto deberetur primus locus, & 48
præcedentia, Sac. Congregatio reſolvit: *Abſente, vel impedito primo Primicerio Coadjuto, primum locum, & præcedentiam deberi ſecundo Primicerio, non autem Coadjutori primi Primicerii*: quam reſolutionem per extenſum reportat Barboſ. *de Canon. cap.* 29. *num.* 17. & *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 69. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 13. §. *unico numer.* 30. ubi teſtatur, ſe etiam in facto proprio ita ſervaſſe: dum in eadem Eccleſia erat Coadjutor primi Primicerii, dum itaque agitur de jure convocandi Capitulum, quæ eſt præeminentia, & præcedentia, & quæ gradatim devolvitur, de una Dignitate, ad aliam, & de Seniore in Seniorem inter Canonicos, indubitatum videtur, quod hæc præeminentia ita devolvi debeat excluſis Coadjutoribus, juxta rationes proxime deductas.

Tertium Dubium erat: *An Vicarius Capitularis poſſit procedere ad cenſuras contra Decanum, Dignitates, & Canonicos convocantes Capitulum ſine licentia*: in quo dicebam mihi videri ſuperfluam eſſe ejus diſputationem; Firmato enim, quod Decanus, Dignitates, & Canonici habeant jus convocandi Capitulum ſine licentia Vicarii Capitularis, corruebat dubium præſuppoſitivum neceſſitatis petendi licentiam, ſed nihilominus addebam, quod etiam in figuratione caſus, quod petenda foret licentia, adhuc ea non petita nunquam Vicarius procedere poſſet ad cenſuras, tum ex defectu juriſdictionis, quam non habet Vicarius contra Capitulum, quia Decanus, & cæteræ Dignitates, & Canonici convocationem iſtam explent nomine Capituli, cujus etiam major pars poteſt ſe ipſum congre-
gare, ut apud Ceccoper. *lucubr. Canon. libr.* 4. *nu-* 49
mer. 13. Paſſerin. *de elect. cap.* 11. *numer.* 9. & *ſeqq.* & quod careat Vicarius poteſtate excommunicandi Ca-
pitulum, & ſic etiam ipſum repræſentantes uti Colle- 50
gium, firmat Quarant. *in Summ. Bullar. in verbo Capi-*

tulum Sede vacan. num. 15. *in fin.* Pax Jordan. *tomo* 2. *lucubr. lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 41. Suarez *de cenſur. diſput.* 9. *ſect.* 3. *num.* 13. Pellegrin. *in prax. Vicar. par.* 1. *ſect.* 4. *ſub ſect.* 6. *num.* 4.

Tunc etiam, quia cum petitio licentiæ ab Epiſcopo quoad convocationem Capituli nihil aliud ſit, niſi ſolemnitas, aut forma convocationis Collegii, eainde inferri non poteſt, quod qui formam actus non ſer-
51 vat, poſſit excommunicari, cum jura noſtra ſatis imponant ſuam pœnam, quæ conſiſtit in nullitate actus, ſeu Capituli abſque debita forma celebrati, ad *Text. in l. Non dubium Cod. de legib.* Suarez *de legibus quæſt.* 69. *tractat.* 14. *diſput.* 15. *ſect.* 8. *numer.* 16. Fatinac. *in fragment. in verbo lex num.* 170. quia nullitas actus
52 dicitur pœna, per *Text. in cap. Si Religioſus de electi. in* 6. ibi: *in pœnam præſumptionis illius electio eadem ipſo facto viribus evacuatur*, Felin. *in cap.* 2. *n.* 1. *de teſtib.* Pannormitan. *in cap. Cognoſcentes numer.* 5. *de conſtit.* Vant. *de nullitat. in princip. titul. quid ſit nullitas num.* 15. Unde cum adſit ſua pœna, non poteſt alia ſuperaddi, & quidem extraordinaria, adeoque exorbitans, ut eſt illa excommunicationis, ad quam nunquam devenitur, niſi deficiente altero re-
53 medio ordinario, juxta *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de Regular. ibique* Barboſ. *n.* 19. & 20. Paulmoll. *dec.* 136. *num.* 11. Sperell. *deciſ.* 160. *num.* 1. & *ſeqq. bon. mem. Anſald. dec.* 82. *num.* 3. Rot. *poſt* 2. *volum. conſil.* Farinac. *dec.* 327. *num.* 5.

Deſcendebam ad examen quarti Dubii: *An Decanus, Dignitates, & Canonici convocantes Capitulum uti valeant quacunque Perſona pro intimandis Capitularibus, nec non quocunque Notario, caſu quo Curſores, & Cancellarius eorum Officium præſtare recuſent:* ubi ſuſtinebam eſſe locum affirmativæ reſolutioni, ſi enim Decanus, Dignitates, & Canonici habent facultatem convocandi Capitulum, pro facienda autem intimatione ſingulorum Capitularium neceſſaria eſt opera alicujus Perſonæ Nuncium agere debentis, & ſic etiam Notarii ad effectum ſcribendi, & rogandi reſolutiones Capitulares, hinc nulla ratione prohiberi valent, quominus requiſitis, & recuſantibus Curſoribus Curiæ Epiſcopalis, & Cancellario Capituli, in ſubſidium uti poſſint Miniſterio cujuſcunque Nuncii, & Notarii, quia ſi competit facultas convocandi, & faciendi Capitulum, competere etiam debet facultas
54 utendi mediis, ſeu Perſonis ad explendum actum neceſſariis, per *Text. in l.* 2. *ff. de juriſdict. omnium judic. cap. Præterea, & cap. Paſtoralis de offic. delegat.* Fagnan. *in cap. Cum ex injuncto num.* 3. *de nov. oper. nunciat.* Rot. *dec.* 66. *num.* 13. & 14. *coram Gregor.* & *in Hiſpalen. Viſitationis ſuper ſecundo Dubio* 30. *Aprilis* 1700. §. *Aggrediendo cum ſeqq. coram bon. mem. Molines.*

Et quidem ſi Curſoribus, & Cancellario prædictis forſan ad faciendam rem gratam Vicario Capitulari, eorum officium præſtare recuſantibus, non poſſent Decanus, & alii de Capitulo habentes jus convocandi recurrere ad operam alterius Perſonæ, & Notarii, abſurdiſſima daretur conſequentia, quod ſtaret in facultate Curſorum, & Cancellarii obſequio Vicarii ob-
55 ſecundantium impedire convocationes Capituli, ejuſque reſolutiones neceſſarias pro ſervitio Eccleſiæ, & Cultus Divini contra *Text. in l. Non debet, ff. de regul. jur. cap. Non debet de regul. jur. in* 6. & *cap. Si compromiſſarius*, § *Porro de elect. in* 6. Roman. *conſ.* 241. *num.* 5. *verſ. dicitur ulterius*, Honded. *conſ.* 103. *num.* 30. *lib.* 2. maxime reſpectu Capituli, quod Sede vacante, eſt Dominus, & Superior, ideoque nulla cadit difficultatis ratio, ad concludendum, quod in
56 caſu ſubſidii alios Curſores, ſeu Perſonas, & Notarium adhibere liceat, ut probat Gavant. *in prax. Epiſcop. in verbo Notarius num.* 48. quia præſertim actus convocationis non requirit certam formam, ſeu certam Perſonam, cum ſufficiat notificatio per quem-
57 cunque Nuncium, aut per Epiſtolam, aut ſonum Campanæ, Barboſ. *de Canon. cap.* 39. *numer.* 3. & 4.
58 Caſtellin. *de elect. cap.* 8. *n.* 7. Tambur. *de Jur. Abbat tom.* 1. *diſput.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 21. Paſſerin. *de elect. cap* 11. *numer.* 51. Rot. *coram Manzic. deciſ.* 288. *numer.* 2. in quo dubio inepta erat illa diſtinctio, an Curſores, & Cancellarius recuſarent præſtare eorum operam cum cauſa, vel ſine, quæ diſtinctio procedit in Judice, vel alia Perſona, ad quam recurritur pro habenda licentia, vel conſenſu auctoritativo, aut neceſſario ad aliquem actum, ut apud Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 47. *n.* 37. Lambertin. *de Jurepat. lib. primo par.* 2. *quæſt.* 20. *artic.* 10. Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *numer.* 12. & nullam connexionem, aut applicationem habet cum Mercenariis, & Operariis.

Occurrebat quintum Dubium: *An Dignitas, ſeu Canonicus Capitulum Præſidens teneatur certiorem reddere Vicarium Capitularem abſentem de reſolutionibus Capitularibus?* Et quatenus affirmative, *quibus remediis procedi poſſit contra recuſantem*, ubi negative dicebam eſſe reſpondendum, retento enim principio ſuperius relato, quod Vicarius eſt ſimplex Miniſter Capituli Domini, & Superioris, quodque in illud uti Capitulum, vel Collegium non habet poteſtatem juriſdictionis, quæ nunquam cenſetur data per Capitu- 59
lum contra ſeipſum, Quarant. *in Summ. Bullar. in verbum Capitulum Sede vacan. num.* 15. *in fin.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 54. *n.* 180. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 4. *cap. ultimo n.* 75. Pax Jordan. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 41. nullo jure Vicarius arrogare ſibi poterat hanc ſubjectionem contra Capitulum; ut hoc teneatur illum certiorare de reſolutionibus Capitularibus, quod non ſolum ullo jure non cavetur, ſed etiam repugnat, quod Capitulum Sede vacante, abſolutus Dominus, & Superior, & Succeſſor Epiſco- 60
pi teneatur reddere rationem ſuo Miniſtro mediante participatione ſuarum reſolutionum Capitularium, ad *Text. in Can. inferior diſt.* 21. & *in Canon. Si quis diſt.* 96. Jaſon. *in l. Omnes Populi num.* 11. *ff. de Juſt. & Jur.* Tiraquell. *de pœn. tempor. in præfat. n.* 26. Surd. *conſil.* 58. *num.* 6. *Barboſ. in cap. Cum inferior num.* 2. *de major. & obed.* Rot. *coram Coccin. deciſ.* 2194. *n.* 87.

Accedebat etiam Conſuetudo, & Obſervantia, juxta quam nunquam reſolutiones Capituli participatæ extiterant Vicario, quæ obſervantia in hac materia plurimum attenditur tanquam declaratoria defectus juriſdictionis Vicarii quoad controverſam participationem reſolutionum Capituli ejus Superioris, cum 61
regulariter non præſumatur omiſſum, quidquid eſſet de jure faciendum, Rot. *coram Royas dec.* 271. *n.* 6. & *coram Bich. dec.* 331. *num.* 15. & *in Recent. deciſ.* 56. *num.* 7. *par.* 6. & *deciſ.* 291. *num.* 11. *par.* 9. & *deciſ. deciſ.* 129. *n.* 7. *part.* 17. & *deciſ.* 496. *num.* 4. *part.* 18. nec applicabatur Rot. *in Gerunden. Juriſdictionis ſuper exhibitione reſolutionum Capitularium coram Card. Priolo*, quæ loquitur de Archidiacono Gerunden. qui juxta conſuetudinem Sede vacante eſt Succeſſor 62
Epiſcopi excluſive ad Capitulum, ut in *deciſ.* 731. & 764. *coram Emerix Jun.* & *in Gerunden. Juriſdictionis ſuper Jure convocandi Capitulum, & ſuper Jure præſidendi* 14. *Junii* 1712. *coram Card. Priolo*, in caſu iſto Succeſſor Epiſcopi non eſt Vicarius ſed Capitulum, qui eum deputat.

Et hinc opus non erat diſcurrere de altera parte Dubii, quibus nempe *remediis procedi poſſit contra recuſantem*, ubi enim deficit obligatio certiorandi Vicarium de reſolutionibus, deficit etiam culpa, & tranſgreſſio, ſine qua locus eſſe non poteſt alicui pœnæ, & coactioni ad notum *Text. in leg. Gracchus C. ad l. Juliam de adulter.* Covar. *variar. lib.* 2. *cap.* 8. *ſub num.* 1. Menoch. *conſ.* 636. *numer.* 16. Surd. *deciſ.* 277. *numer.* 19. cum aliis apud Barboſ. *axiom.* 181. *numer.* 1. & *apud* Ma *diſceptat. Eccleſ.* 34. *numer.* 8. Carleval. *de Judic. tit.* 3. *diſputat.* 8. *ſect.* 2. *numer.* 14.

Sextum Dubium cadebat ſuper abolitione certi actus, nempe: *An actus regiſtratus in Cancellaria Epiſcopali die* 30. *Auguſti* 1721. *de ordine Vicarii Capitularis, in quo ſupponitur Decanum petiiſſe ab eo licentiam convocandi Capitulum ſubſiſtat, vel potius ſit annullandus, & delendus:* ubi dicebam negative reſolvendum eſſe quoad primam ejus partem, & affirmative quoad ſecundam partem. Etenim conſtat in facto, quod nunquam Decanus petiit licentiam a Vicario pro facienda convocatione Capituli, prout in hujuſmodi actu 63
ſupponitur, ac figuratur, quoties autem conſtat verita-

tem

tem aliter ſe habere, quam in actu regiſtrato ſup-
ponitur, nonquam ille ſubſiſtere poteſt, & omnino
delendus, & annullandus venit, ad *Text. in l. Cum
falſa, Cod. de Jur. & fact. ignor.* Rot. *cor. Coccin. dec.*
673 *n.* 19. *& in rec. deciſ.* 520. *n* 77. *part.* 14. *& deciſ.*
41. *n.* 1. *part.* 15. *& dec.* 23. *n.* 6. *part.* 16. *& dec.* 121.
num. 1. *part.* 17.

Non relevante, quod regiſtratio hujus actus contra
rei veritatem ordinata fuerit per Vicarium, dum con-
tra ipſum in cauſa propria militet juſta ſuſpicio, &
64 ſiniſtra præſumptio, ut in fortioribus terminis Epi-
ſcopi eſt *Text. in Canon Non omnis* 2. *q.* 7. Rot. *in
Sagonen. Plebania* 11. *Junii* 1706. §. *Pluralitas, cor.
bon. mem. Kaunitz, &* 10. *Decembris ejuſdem anni* §.
Quin attendenda, cor. bon. mem. Omanna; Unde con-
cludebam, ut delendus foret iſte actus ex Actis Can-
cellariæ Epiſcopalis, ne de illo remaneat memoria
futuris temporibus, & quod falſum eſt pro vero,
tractu temporis haberi poſſet, ac etiam quia toleran-
dum non eſſet exemplum ſimilis actus conficti per
abuſum officii, & Juriſdictionis in eo, qui Juſtitiæ
leges cuſtodire debet, non autem actus confingere
65 ad confovendum ſuæ prætenſionis aſſumptum, & ſic
congruum videbatur, ut talis abuſus reprimeretur
per abolitionem actus, juxta *Text. in leg. Abolitio* 2,
Cod. de abolition.

Progrediebar ad diſputationem ſeptimi dubii, nem-
pe: *An ſubſtineatur inhibitio tranſmiſſa Decano, &
Canonicis die* 13. *Aprilis* 1722. *de mandato Vicarii
Capitularis ſub pœna excommunicationis majoris ipſo
facto incurrenda*: Et negative reſolvendum eſſe dice-
bam propter apertiſſimam nullitatem, & injuſtitiam
inhibitionis, priori enim loco cum inhibitio relaxata
fuiſſet ne Capitulum ſe congregaret, abſque licentia
66 Vicarii, eo ipſo quod talis licentia non requirebatur,
deſcendebat in conſequentiam inſubſiſtentia inhibitio-
nis ex capite evidentis injuſtitiæ, ut tradunt Saye.
de Cenſur. lib. 1. *cap.* 17. *n.* 4. *&* 7. Sperell. *deciſ.* 48. *n.*
26. Pignatell. *conſultat.* 11. *num.* 5. *tom.* 9. Bonaccin. *de
Cenſur. diſput.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 10. *num.* 4. Filliucc. *oper.
moral. tract.* 11. *cap.* 8. *numer.* 224. *& ſeqq.* Farinacc. *in
Fragment. part.* 1. *litt. E. num.* 38. eoque magis, quia
Capitulum erat in poſſeſſione non petendi licentiam
Vicarii per conſuetudinem 70. annorum, quo caſu
67 magis injuſta remanſit inhibitio ſub pœna excom-
municationis, Pignatell. *dicta conſult.* 11. *nu.* 5. *tom.*
9. Sperell. *dec.* 49. *num.* 23. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 11. *num.* 3.
par. 2. *recent. & deciſ.* 96. *num.* 3. ibique Adden. *num.*
7. *coram Gregor.*

Secundo inhibitio ferri non poterat ſub pœna ex-
68 communicationis majoris, ex quo iſta eſt pœna graviſ-
ſima, & omnium pœnarum apud Eccleſiam exiſten-
tium maxima *Can. Corripiantur* 24. Saye. *de Cenſur. lib.*
1. Sperell. *dec.* 60. *n.* 3. ideoque talis ferri non poteſt, ni-
69 ſi ex cauſis urgentiſſimis, & graviſſimis, Sperell. *de-
ciſ.* 190. *num.* 1. *&* 2. *tom.* 2. Panimoll *deciſ.* 96. *anno-
tat.* 1. *n.* 2. & probat Concil. Tridens. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de
reformat.* ubi quod gladius excommunicationis ſobrie,
magnaque circumſpectione, & in ſubſidium dumta-
xat adhibendus eſt, Rot. *coram bon. memor. Anſaldo
deciſ.* 82. *num.* 3. ibi: *Excommunicationis remedium
non eſt, niſi ſubſidiarium telum, quo Eccleſia tanquam
benigna Mater quodammodo alio medicamine deſpe-
rata ſerit inobedientes*: nam quando aliæ non defi-
70 ciunt mitiores pœnæ mulctarum, & ſimilium, vibra-
ri non poteſt hujuſmodi ſubſidiarium fulmen tan-
quam mors Animæ in extremis caſibus exercendum,
ut advertunt Monacell. *in Formul. For. Eccleſ. par.* 3.
in Prælud. numer. 7. *&* 59. Cardin. de Luca *ad Concil.
diſc.* 43. *num.* 1. Sperell. *deciſ.* 160. *numer.* 1. *cum ſeqq.*
Bellett. *diſquiſit. Cleric. par.* 1. *tit. de favore Cleric.* §.
5. *num.* 6. *& ſeqq.*

Unde corruebat inhibitio ſub pœna excommunica-
tionis majoris ipſo facto incurrendæ potius lata per
calorem Vicarii tunc prætenſionem ſuam ſubſtinere vo-
71 lentis, quando promptæ erant aliæ pœnæ magis con-
gruæ, & de facto habemus rem deciſam a Sacra Con-
gregatione Concilii in Melevitana Synodi ſub diebus
9. Aprilis 1707. & 3. Septembris, & 3. Decembris
ejuſdem anni. Ubi in Conſtitutionibus particularibus

approbata non fuit, ſed rejecta pœna excommuni-
cationis ipſo facto incurrendæ in eiſdem Conſtitu-
tionibus appoſita per Epiſcopum Cocco Palmerium
propter ejus gravitatem, & propter evidens pericu-
lum, quo Animæ illaqueantur.

Tertio nulla convincebatur inhibitio ſub pœna ex-
communicationis ex defectu juriſdictionis Vicarii, qui
proceſſit in Decanum, & alios Capitulares uti Col-
legium, & Capitulum, quia non ſolum inhibuit De-
cano, ſed etiam omnibus Dignitatibus, & Canoni-
cis, unde non petiit particulares perſonas de Capi- 72
tulo, ſed totum, & integrum Capitulum uti Cor-
pus Collegiale, quia tantum eſt dicere *Capitulum*,
ac exprimere: *Omnes Dignitates, & Canonici*, cum
importet collectivam perſonarum, & ſic Collegium,
ut in ſpecie Barboſ. *dict.* 241. *num* 22. *verſic. Quando*,
juxta doctrinam Bartol. *in Extravag. ſi ſint rebelles
in verb. Omnes*, Boer. *deciſ.* 158. *num.* 14. Card. Thuſc.
practic. concluſ. litt. D. concluſ. 397. *num.* 9. & præſer-
tim in materia reſpiciente jus Capitulare, ut eſt con-
vocatio Capituli, quod congregat ſeipſum mediante
prima Dignitate ejus Capite, & in ejus defectum
mediantibus aliis Dignitatibus, & Canonicis ſenio- 73
ribus, immo his renuentibus, ad quos ſpectat ma-
jor pars Capituli, congregat ſeipſum, ut tradunt
Franciſc. Marc. *deciſ.* 1030. *num.* 2. *par.* 1. Ceccoper. *lu-
cubrat. Canon. lib.* 4. *n.* 13. ibi: *Tali eventu Capitulum
dicitur ſe ipſum convocare*, Paſſerin. *de elect. cap.* 11. *n.*
9. *& ſeqq.* juxta doctrinam Panormit. *in cap. Cum no-
bis n.* 9. *verſic. Concluderem de Elect.*

Non poterat igitur Vicarius procedere contra Ca-
pitulum, inhibere, & excommunicare illud in ma-
teria Juris Capitularis reſpicientis univerſum Corpus,
quia Capitulum, Sede vacante, eſt Superior, & re-
præſentans Epiſcopum, juxta Federic. *conſil.* 30. *n.* 3. 74
Sbrozz. *de Offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 4. *& ſeqq.* Vica-
rius autem eſt ejus Miniſter habens ſolum exerci-
tium juriſdictionis, remanente illa in dominio, ſeu
habitu apud Capitulum, quam exercere poteſt in
multis caſibus ſupra relatis n. 10. & ſeqq. itaut ipſe
tanquam inferior Capitulo ſuo Domino careat po-
teſtate procedendi contra ipſum, & probat Diana
Coordin. tom. 3. *tract.* 5. *reſolut.* 73. *n.* 3. Panimoll. *dec.*
1. *annot.* 5. *n.* 62. & conſequenter nullitas inhibitionis,
& excommunicationis manifeſta remanet, cum ne-
mo poſſit vel æqualem, vel Superiorem excommu- 75
nicare, juxta doctrinam Divi Thomæ *in Supplem.
par.* 3. *q.* 22. *artic.* 4. *verſic. Sed contra*, Monacell. *in
Formul. For. Eccleſ par.* 3. *in Prælud. n.* 57. & in præ-
ciſis terminis, quod nequeat Vicarius excommuni-
care, aut ſuſpendere Capitulum, cujus vices gerit,
& a quo Juriſdictionem Vicariam obtinet, firmant
auctoritates ſupra relatæ n. 15.

Octavum, & poſtremum dubium reſpiciebat ſub-
ſiſtentiam alterius actus regiſtrati in Cancellaria E-
piſcopali de ordine Epiſcopi, in quo ſupponebatur
Decanum petiiſſe a Vicario Capituli licentiam ſub
conditione, ubi recurrebant deducta in ſexto dubio.

Et Sac. Congreg. Concilii accerrime diſputata Cau- 76
ſa ſub die 18. Septembris 1723. reſolutiones dedit,
ut infra.

Ad primum: *Negative.*

Ad ſecundum: *Affirmative quoad primam partem,
& quoad ſecundam habebitur ratio in caſibus particu-
laribus viſis Litteris Coadjutoriarum.*

Ad tertium: *Negative.*

Ad quartum: *Affirmative.*

Ad quintum: *Negative.*

Ad ſextum, & octavum: *Ad mentem, & mens
eſt, quod deleantur.*

Ad ſeptimum: *Negative.*

Digitized by Google

CALARITANA DEPUTATIONIS Arbitrorum.

ARGUMENTUM.

Vicarius Capitularis an recuſari poſſit, & competat Capitulo facultas deputandi Arbitros pro recognoſcendis Cauſis recuſationis, etiam quando Vicarius procedit cum Adjunctis; An iſte habeat Jus conferendi Sede vacante Beneficia de Jurepatronatus Jure devoluto.

SUMMARIUM.

1 *Omnes Judices Ordinarii, & Delegati poſſunt ſuſpecti allegari.*
2 *Vicarius Capitularis poteſt ſuſpectus allegari, & de ratione, ibid. num. 3.*
4 *Vicario Capitulari ſuſpecto allegato non eſt illi dandus Adjunctus, ſed recurrendum ad Capitulum.*
5 *Capitulum eligit Arbitros pro cognoſcendis Cauſis ſuſpicionum, & delegat Cauſam Alteri non ſuſpecto.*
6 *Juriſdictio Epiſcopalis per obitum Epiſcopi tranſit in Capitulum, non autem in Vicarium Capitularem.*
7 *Vicarius dicitur tam habere, & exercere uti Miniſter Capituli.*
8 *Non obſtante deputatione Vicarii, Capitulum plura retinet etiam in actu.*
9 *Et qualia ſint hæc, & numer.* 11. 12. 13. 14. *&* 15.
10 *Paria ſunt Vicarium eſſe ſuſpectum, ac eſſe impeditum.*
16 *Poteſt ſuſpectus allegari non ſolum Judex qui procedit ſolus, ſed etiam qui procedit unacum aliis Conjudicibus.*
17 *Vicarius Capitularis procedit ſolus in Capitulis non exemptis, ſed una cum Adjunctis in exemptis.*
18 *Sicut Unicus Judex poteſt ſuſpectus allegari, ita unus ex pluribus Conjudicibus.*
19 *Adjuncti ſunt Conjudices cum Epiſcopo, ſeu Vicario.*
20 *Duo Adjuncti repræſentant Capitulum, & Vicarius Epiſcopum.*
21 *Habent unum Votum, & non duo.*
22 *Adjuncti poſſunt ſuſpecti allegari.*
23 *Sic etiam Vicarius Capitularis.*
24 *Simultanea eſt Juriſdictio Adjunctorum, & Vicarii.*
25 *In quo caſu Vicarius Capitularis pro ſua parte poſſit nominare Arbitrum juxta Text. in cap. Cum ſpeciali de appellat.*
26 *Capitulo competit facultas recipiendi recuſationes ſui Vicarii Capitularis, & deputandi Arbitros.*
27 *Non datur appellatio Vicario Generali ad Epiſcopum, ſed eo ſuſpecto allegato ſuſpitionis Cauſa cognoſcitur ab Epiſcopo.*
28 *Ratiocinia, & argumenta non attenduntur, & quando.*
29 *Reſolutiones Sac. Congregationis in hac materia recuſandi Vicarium Capitularem, & deputandi Arbitros.*
30 *Capitulum Sede vacante an habeat Jus conferendi Beneficia libera Collationis devoluta ob negligentiam inferioris Collatoris, ubi de affirmativa.*
31 *Verior eſt ſententia negativa.*
32 *Præſertim propter diſpoſitionem Regulæ* 2. *Cancellariæ.*
33 *Sententia affirmativa procedit in Beneficiis de Jurepatronatus devolutis Sede vacante.*
34 *Collatio Jure devoluto ſpectat ad Inferiorem, qui habet Jus inſtituendi, non autem ad Epiſcopum.*
35 *Capitulum Sede vacante habet Jus inſtituendi ad præſentationem Patronorum, & ſic etiam conferendi Jure devoluto.*
36 *Neque hoc caſu Capitulum extendit ſuam Juriſdictionem, & de rationibus, ibid.*

DISCEPTATIO CXXIV.

IN Eccleſia Cathedrali Calaritana Sede Epiſcopali vacante exortis aliquibus controverſiis inter Capitulum, & Vicarium, & Vicarium Capitularem de communi conſenſu delata fuerunt Sac. Congreg. Concilii tria dubia, quæ ut infra reſoluta fuerunt Me ſcribente pro Capitulo.

Erat primum dubium: *An Vicarius Capitularis recuſari poſſit ex cauſa legitima;* ubi dicebam nihil pro-
poni, quod prohiberet Vicarium poſſe ſuſpectum alle- 1
gari, cum omnes Judices ſive Ordinarii, ſive Delegati recuſari poſſint, & ſuſpecti allegari ea quacunque legitima cauſa, quæ eos ſuſpectos reddat ab Officio judicandi, ut diſponunt apertiſſimæ ſanctiones Apoſtolici Juris *in Canon. Quod ſuſpecti* 3. *q.* 5. *cap. Cum ſpeciali, & cap. Secundo requiris de appellat.* & plene Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 4. *n.* 6. *& ſeqq.* Covarruv. *practic. quæſt. cap.* 26. *n.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 152. *nu.* 1. *& ſeqq.* Marcheſan. *de Commiſſ. tom.* 1. *tit. de Judic. ſuſpic. cap.* 8. §. 1. *n.* 1. *& ſeqq.* Card. de Luc. *de Judic. diſc.* 3. *n.* 63. *&* 64. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 111. Gratian. *diſcept.* 4. *per tot.* Ubert. *de Citat. cap.* 9. *n.* 145. Rot. *deciſ.* 2. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 2. *diverſ.* & in ſpecie, quod Vicarius Capi-
tularis poſſit ſuſpectus allegari, & recuſari commu- 2
niter firmarunt Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 12. *tit.* 2. *de Vicar. Capit. n.* 37. Quarant. *in Summ. Bullar. in verb. Capitulum Sede vacante n.* 5. Peregrin. *in prax. Vicar. part.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 4. *n.* 13. Marchett. *de Vicar. Capitul. part.* 3. *tit.* 34. *n.* 1. *& ſeqq.* Volpell. *in prax. cap.* 44. *n.* 29. Barboſ. *de Canonic. cap.* 42. *ſub num.* 54. ea ratione, quod eo modo, quo poteſt recuſari Epiſcopus, ejuſque Vicarius Generalis, ita etiam Vi-
carius Capitularis, in quem tranſit juriſdictio Epi- 3
ſcopalis ſibi tributa per Capitulum Sede vacante, & firmavit Sacra Congregatio apud Garz. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 7. *n.* 23 *verſ. Nono fuit dubitatum*, & propterea nulla cadebat ratio dubitandi pro affirmativa reſolutione hujus dubii.

Sed pariter affirmative reſolvendum eſſe mihi videbatur ſecundum dubium, ubi quærebatur: *An competat Capitulo facultas deputandi Arbitros, qui de cauſis recuſationis cognoſcat:* Etenim allegabam ita fuiſſe alias deciſum in Sac. Congregatione Concilii 31. Martii 1588. in declaratione ad *cap.* 16. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* relata apud Gallemart. ad Concilium ubi ſupra, ibi: *An Capitulum Sede vacante poſſit eligere Arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum contra Vicarium ab eo Sede vacante deputatum, &c. Congregatio cenſuit utique poſſe, eo modo quo Epiſcopus potuiſſet:* in qua declaratione deciſum quoque fuit, quod in caſu recuſationis Vicarii tanquam ſuſpecti non poſſint eligi Arbitri, ſed recurrendum ſit ad Capitulum tanquam Superius ibi: *Fuit dubitatum, an ſi iſte Vicarius allegaretur ſuſpectus, poſſent eligi Arbitri, &c. & dictum fuit, quod non, ſed recurrendum eſſe ad Capitulum tanquam Superius*, & inhærendo huic declarationi Sacræ Congregationis omnes communiter firmarunt, quod in ca-
ſu recuſationis Vicarii Capitularis nullo modo ſit illi 4
dandus Adjunctus, ſed ſit recurrendum ad Capitulum, quod eligat Arbitros pro cognoſcendis cauſis ſuſpicio-
num, quibus recognitis, & probatis ſpectat ad Capi- 5
tulum delegare cauſam alteri non ſuſpecto, ut firmant Ventrigl. *in prax. part.* 2. *tit. de Capitul. Sede vacante annot.* 15. §. 1. *n.* 36. Merol. *tom.* 3. *diſput.* 7. *cap.* 7. *dub.* 34. *n.* 33. Antonell. *de Regimin. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 18. Quarant. *in Summ. Bullar. in verb. Capitulum Sede vacante num.* 5. ibi: *Ad Capitulum eſſe recurrendum, ipſumque poſſe eligere Arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, &c. quod cauſa ſuſpicionis militaverunt, in eo caſu poſſe Capitulum illas cauſas a Vicario*

curia auferre, & alteri committere, Pax Jordan. *tom.*
2. *lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 37. Matthett. *de Vicar. Capitul. p.* 3.
c. 34. *n.* 2. *& ſeqq.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 54.
n. 150. *verſ Ubi vero*, Vulpell. *in prax. Eccleſ. cap.* 25.
n. 19. Peregrin. *de Vicar. Capitul. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 4.
n. 13. Ricc. *collect.* 1602. *per tot.*

Stante autem re deciſa per Sacram Congregationem
in declaratione generaliter facta ad interpretationem
Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reformat.*
ſuperfluum eſſe credebam reſpondere ad ratiocinia,
quæ in contrarium allegabantur, & nihilominus ni-
hil obſtare dicebam, quod facta electione Vicarii Ca-
6 pitularis tranſeat in ipſum juriſdictio Epiſcopalis, in
qua habeat totam, & liberam poteſtatem; Quia tale
principium ſic indiſtincte firmatum erat omnino inſub-
ſiſtens reflectendo, quod juriſdictio Epiſcopalis poſt
obitum Epiſcopi non tranſit, niſi in Capitulum, quod
poſtea dicitur eam exercere per Vicarium Capitularem
tanquam proprium Miniſtrum, itaut Vicarius nudum
7 exercitium juriſdictionis conſequatur, & quidem exer-
cendum nomine ipſius Capituli, ut probat Sbroz. *de*
Offic. Vicar lib. 1. *quæſt.* 16. *num.* 6. *& ſeqq.* ibi: *Quia*
Vicarius iſte gerit vicem Capituli, a quo deputatur,
quia Capitulum habet Juriſdictionem Epiſcopalem Se
de vacante, & eſt Epiſcopi Succeſſor, Pignatell. *con*
ſult. 159. *n.* 3. *tom.* 9. ibi: *Capitulum ſuccedit in jus*
univerſum Epiſcopi, poteſtque agere omnia, quæ ſunt
ordinariæ Juriſdictionis, &c. quam quidem Juriſdi-
ctionem dicitur exercere per Vicarium Capitulum,
cum in eum illa non tranſeat, ſed nudum exercitium
nomine ipſius Capituli, Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat.*
lib. 12. *tit.* 2. *n.* 34. ibi: *Certum eſt apud Capitulum*
remanere ipſam Juriſdictionem, in Vicarium vero
tranſire exercitium illius, Quarant. *in Sum. Bullar.*
in verb. Capitulum Sede vacante num. 4. Fagnan. *in*
cap. Nobis n. 48. *& ſeqq. de ſentent. excomm.* Garz.
de Benefic. part. 5. *cap.* 7. *n.* 28. *& 29.* Ricc. *in prax.*
part. 1. *reſolut.* 506. *n.* 1.

Dum ergo apud ſolum Capitulum remanet Juriſdi-
ctio Epiſcopalis, & Vicarius Capitularis eam conſe-
quitur in ſimplici exercitio tanquam Vicarius, & Mi-
niſter, & nomine ipſius Capituli, quod agnoſcit pro
Superiore, recte procedebat antiqua reſolutio Sacræ
Congregationis una cum univerſa Doctorum opinio-
ne, quod in caſu recuſationis Vicarii tanquam ſuſpecti
recurrendum ſit ad Capitulum tanquam ſuperius, ad
quod ſolum ſpectat eligere Arbitros, & ad quod ſolum
ſpectat juſtificata coram Arbitris Cauſa ſuſpicionis
Cauſam alteri non ſuſpecto delegare, abſurdum enim
eſſet, quod qui Vicariam gerit Poteſtatem, & Juriſdi-
ctionem arrogaret ſibi Poteſtatem Superioris, quando
8 ab ipſo dependere debet, quemadmodum plura in actu
etiam remanent apud Capitulum non obſtante electio-
ne Vicarii, ut ſignanter pertinet ad Capitulum alium
Vicarium ſubſtituere in caſu, vel impedimenti, vel
infirmitatis Vicarii electi, ut advertunt Quarant. *in*
verb. Capitulum Sede Vacante n. 10. Barboſ. *de Canon.*
c. 42. *n.* 56. Pignatell. *conſult.* 159. *n.* 5. *tom.* 9. Pax
Jordan. *tom.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *n.* 38. quia caſus fraterni-
zat cum illo, de quo quæritur, quia paria ſunt
9 Vicarium eſſe ſuſpectum, ac eſſe impeditum, ubi
facultas alium ſubſtituendi pertinet ad Capitulum
Superiorem, & Dominum, & firmat Dian. *coordi-*
nat. tom. 3. *tract.* 5. *reſol.* 71. *n.* 3.

Ex quo principio non obſtante electione Vicarii ſpe-
ctat ad Capitulum Jus tuendi Eccleſiaſticam liberta-
tem, & conſervandi pariter Eccleſiaſticam Diſcipli-
10 nam; Quarant. ubi ſupra num. 4. *verſ. Hic infertur*,
Pax Jordan. *dicto lib.* 12. *tit.* 2. *n.* 37. & ſimiliter apud
Capitulum remanet Poteſtas removendi Vicarium ex
juſta Cauſa, Pax Jordan. ubi ſupra num. 13. Sbroz. *de*
Offic. Vicar. lib. 3. *quæſt.* 30. *n.* 7. Barboſ. *de Poteſt. Epi*
ſcopi allegat. 54. *n.* 170. *&* 171. Quarant. *ubi ſupra*
n. 3. Novar. *in Summ. Bullar. par.* 1. *Comment.* 38.
n. 21. Ventrigl. ubi ſupra n. 23. ipſe Vicarius non habet
11 Poteſtatem ſuſpendendi, vel interdicendi ipſum Capi-
tulum tanquam Superiorem ſuum, Pax Jordan. ubi ſu-
pra n. 41. Quarant. ubi ſupra n. 15. in fine, Barboſ.
ubi ſupra n. 180. Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 7. *n.* 32.
Peregrin. *in prax. Vicar. p.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 6. *n.* 6.
Antonell. *de Regimin. Eccleſ. lib.* 4. *cap. ultimo num.* 75.
idem Vicarius in Choro cedit Præcedentiam Decano 12
tanquam primæ Dignitati repræſentanti ipſum Capi-
tulum, Card. de Luc. *ad Concilium diſc.* 31. *num.* 29.
Quarant. ubi ſupra n. 8. Nicol. *in floſcul. in verb. Vi-*
carius Capitularis n. 67. Sbroz. *de Offic. Vicar. libr.* 2.
q. 25. *n.* 20. Panimoll. *dec.* 1. *annot.* 1. *n.* 62. Si Vicarius
ſit interdictus, vel excommunicatus abſolvitur de Man- 13
dato Capituli, Quarant. ubi ſupra num. 15. in fine,
quando eſt Infirmus Cauſas coram ipſo introductas,
& pendentes, non poteſt alteri delegare abſque con-
ſenſu Capituli, Gavant. *in Manual. in verb. Capitulum*
Sede Vacante n. 20. Quarant. *ubi ſupra num.* 10. *verſ.*
Quod Ego intelligo, Barboſ. *de Poteſt Epiſcop. alleg.* 54. 14
n. 177. Si Capitulum Sede plena non habeat facul-
tatem ſe convocandi, niſi de licentia Epiſcopi, non
poteſt Vicarius prætendere Sede Vacante ad ipſum ſpe-
ctare Jus dandi licentiam ſe convocandi, ut noviſſi-
me Me ſcribente reſolvit Sacra Congregatio Conci-
lii *in Melevitana Convocationis Capituli* 18. *Se-*
ptembris 1712. *in Reſponſione ad primum diſcept.* 123.
num. 76.

Ex quibus patet hujuſmodi Vicarium eſſe Miniſtrum
ſubordinatum, & dependentem ab ipſo Capitulo, cui
Vicarium præſtat exercitium, & propterea quando ille 15
allegatur ſuſpectus ceſſat totum ejus exercitium, & tota
Poteſtas actu, & habitu remanet ad Capitulum in re-
cognoſcenda coram Arbitris Cauſa ſuſpicionis, eaque
probata delegandi Cauſam alteri non ſuſpecto juxta ſu-
perius allegatam declarationem Sac. Congreg. Anni
1588. confirmatam ex communi omnium Doctorum
Sententia.

Et demum ſuſtinebam affirmativæ etiam reſolutioni
locum eſſe quoad tertium Dubium, ubi quærebatur:
An competat Capitulo facultas deputandi Arbitros pro
Cauſa ſuſpicionis, quando Vicarius procedere debet cum
Adjunctis; Etenim Cauſa ſuſpicionis contra Judicem 16
ad effectum eum recuſandi ejus efficaciæ eſt, ut locum
habeat etiam contra Judicem, qui non procedit ſolus,
ſed una cum aliis Conjudicibus, ut eſt *Text. in cap.*
Cauſam quæ 17. *de Offic. Delegat.* ibique Panorm.
n. 1. ibi: *Nota primo, quod licite poteſt recuſari Ju-*
dex, ut ſuſpectus ex Cauſa probabili, non ſolum quan-
do ipſe ſolus eſt Judex, leg. Prætor, ff. de juriſdict. omn.
judic. &c. ſed etiam cum habeat alios Collegas, & facit
iſte Textus, &c. quod ſi in Univerſitate Judicem habeo
aliquem ſuſpectum poſſum petere illum removeri, non
obſtante, quod alii poſſint ferre Sententiam juſtam:
Pax Jordan. *tom.* 3. *lucubrat. lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 11. *&* 12.
ibi: *Subamplia tertio, ut Judex poſſit recuſari, ut ſuſ-*
pectus, etiamſi judicare habeat una cum aliis, &c. ex-
tende iſtam ſubampliationem, ut ſi in Collegio, vel
Univerſitate reperiatur aliquis mihi ſuſpectus petere
poſſim illum excludi a judicando una cum aliis,
non obſtante, quod alii poſſint ferre Sententiam ju-
ſtam: & concordat Felin. *in dicto cap. Cauſam quæ*
17. *de Offic. Delegat. n.* 1. *verſ. Ego teneo opinio-*
nem Abbatis.

Quo ſtante nulla differentia eſſe poteſt inter caſum,
quo Vicarius Capitularis procedit ſolus, ut contingit
in Capitulis non exemptis, & caſum iſtum, ubi pro- 17
pter Capituli exemptionem procedit una cum Adjun-
ctis juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *cap.* 6.
ſeſſ. 25. *de Reformat.* Sicut Epiſcopus procedit Sede
plena cum his Adjunctis, cum ſola differentia conſiſtat
in materialitate caſus, quod agatur de Tribunali ha-
bente unum Judicem, vel habente duos, vel tres Judi-
ces ſimul procedere debentes, ubi ſicut unicus Ju-
dex recuſari poteſt ex Cauſa ſuſpicionis, ita recuſari 18
poteſt unus ex pluribus judicare debentibus, cum
nunquam judicare poſſit, & ſuum Votum ferre
Judex ſuſpectus, ſive ſit ſolus, ſive procedat una cum
aliis ſuis Collegis, & Conjudicibus, cum Adjuncti
aliud non ſint, niſi Conjudices cum Epiſcopo, ſeu Vi- 19
cario, ut probat Sarav. *de Adjunct. quæſt.* 3. *n.* 9. Rota
dec. 57. *n.* 3. *in fine part.* 1. *recent.* Barboſ. *ad Concil.*
ſeſſ. 25. *cap.* 6. *num.* 6. nam duo Adjuncti repræſentant
Capitulum, & Vicarius Epiſcopum, Sarav. *de Ad-* 20
junct. quæſt. 4. *num.* 11. & propter hoc illi duo Adjuncti
non habent niſi unum Votum, ſicut habet Epiſcopus,

ſeu

Digitized by Google

21 ſeu Vicarius juxta Conc. Trid. *ſeſſ.25. cap 6.* ibi: *Unum autem tantum ſit utriuſque Votum:* ibique Barboſ. num. 36.

Dum itaque agitur de duobus, ſeu tribus Judicibus jam ex diſpoſitio *Textus in allegato cap. Cauſam quæ 17. de Offic. Delegat.* quod unus ex illis ex legitima Cauſa ſuſpicionis poſſit ſuſpectus allegari, ſicut habe-
22 tur, quod ipſi Adjuncti poſſunt ſuſpecti allegari, ut eſt communis opinio, de qua Sarav. *de Adjunct. quæſt. 9. num. 2.* Cæſar. de Graſſ. *dec. 4. num. 5. de Except.* Barboſ. *ad Concil. dicta ſeſſ. 25. cap. 6. num. 7. & de Canonic. cap. 28. num. 9.* Gratian. *diſceptat. 100. n. 49.* Unde eadem ratione qua Adjuncti poſſunt ſuſpecti allegari, qui ſunt
23 Conjudices cum Vicario, poteſt etiam ſuſpectus allegari, & recuſari ipſe Vicarius pariter Conjudex, abſ-
24 que eo quo ulla differentiæ ratio ſit aſſignabilis, cum Juriſdictio omnium dicatur ſimultanea, Sarav. *de Adjunct. q. 4. n. 8.*

Quibus omnibus dicebam non obſtare reſolutionem Sac. Congregationis in Turritana, in qua propoſito Dubio: *An poſſet Vicarius Capitularis procedere in Cauſis Canonicorum Eccleſiæ tam in communi, quam in particulari, non obſtante ejus ſuſpicione, ſeu recuſatione allegata per Canonicos, & Capitulum?* reſolutum fuit negative, poſtea vero ſub die 24. Martii 1725. reſponſum fuit: *Non poſſe Vicarium procedere in cauſa fidejuſſionis eorum de Rio, & quoad alias cauſas ſervandam eſſe diſpoſitionem Textus in cap. cum ſpeciali de Appellat.* ea qua reſolutione prætendebat Vicarius, quod ad cognoſcendas ſuſpicionis cauſas eſſent duo eligendi, alter ab ipſa Parte recuſante, & alter ab ipſo Vicario recuſato.

Etenim apertiſſimum cadebat æquivocum in applicatione hujus reſolutionis ad ſubjectum caſum, dum illa loquebatur in caſu, quo ipſum Capitulum Turritanum erat Colligitans, & Pars, quæ recuſationem Vicarii propoſuerat, & ideo nominaverat pro ſua parte Arbitrum, requirendo ut Vicarius alium Arbitrum pro alia ſua parte nominaret, ut de cauſis ſuſpicionis cognoſcerent, ut legitur infra num. 29. ubi propterea applicabatur diſpoſitio *Textus in cap. cum ſpeciali de Appellat.* in quo data reperitur forma ita eligendi Arbitros.

25 Caſus, de quo agebatur, erat omnino diverſus, quia Capitulum non ſe ferit Colligitantem ad recuſandum Vicarium, ſed unus tantum particularis Canonicus nomine ſuo proprio, non autem Capituli ſuſpicionem Vicarii allegavit, in quibus terminis Capitulum remanet Superior reſpectu ſui Vicarii, & in caſu ejus recuſationis ad ipſum tantum pertinet eligere Arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, quæ proponuntur eo modo, quo Epiſcopus cognoſcit de cauſis ſuſpicionum ſui Vicarii Generalis juxta reſolutionem Sacræ Congregationis, & communem opinionem omnium Doctorum, de quibus ſupra num. 4. & ſeqq. quod adeo verum eſt, ut hoc ipſum fuerit inſuper deciſum in eadem Cauſa Turritana ſuper ſecundo Dubio ſub die 17. Decembris 1724. ubi propoſito ſecundo Dubio,
26 *An competat Capitulo Metropolitano facultas recipiendi recuſationes Vicarii Capitularis per Diœceſanos Turritanos propoſitas, ſeu proponendas, & reſpective deputandi Arbitros pro admittendis, ſeu rejiciendis cauſis earundem recuſationum:* Sacra Congregatio reſpondit: *Affirmative:* ut habetur infra poſt n. 29. & ſic Sacra Congregatio approbavit antiquam reſolutionem Sac. Congreg. de anno 1588. & communem Sententiam Doctorum.

Hinc opus non erat reſpondere ad oppoſitionem illam, quod non ſicut datur appellatio a Vicario Capitulari ad Capitulum, ſic etiam non competeret Capitulo facultas recognoſcendi cauſas ſuſpicionis Vicarii Capitularis, & eligendi ad hunc effectum Arbitros, eſt enim argumentum in ſpecie reprobatum, cum aliud ſit caſus appellationis, & caſus recuſationis, dum non datur appellatio a Vicario Generali ad Epiſcopum, & tamen ſi recuſatur Vicarius cauſa recuſationis cogno-
27 ſcenda eſt ab Epiſcopo, ut *in cap. Si contra in fin de Offic. Delegat. in 6.* & in ſpecie reſpondendo ad hoc argumentum firmarunt Paz Jordan. *tom. 3. lucubrat. lib.*
28 *13. tit. 4. num. 31.* Ubert. *de Citat. cap. 9. num. 172. & 173.* & de cætero non eſt locus argumentis, & ratiociniis, ubi aſſiſtunt ſpeciales Deciſiones in terminis, ut inquit Cavalcan. *dec. 26. n. 50. & dec. 36. n. 98. part. 3.* Cyriac. *controverſ. 248. num. 21. & 22. tom. 2.*

Et juxta prædicta judicavit Sac. Congreg. Concilii, quæ ſuper tribus Dubiis ſuperius adductis ſub die 8. Junii 1726. reſpondit. 29

Ad Primum: *Affirmative.*

Ad ſecundum: *Affirmative in caſu de quo agitur.*

Ad Tertium: *Affirmative.*

Reſolutiones autem ejuſdem Sac. Congreg. editæ in Turritana ſunt inſtaſcriptæ.

D U B I U M II.

An competat Capitulo Metropolitano facultas recipiendi recuſationes Vicarii Capitularis per Diœceſanos Turritanos propoſitas, ſeu proponendas, & reſpective deputandi Arbitros pro admittendis, ſeu rejiciendis cauſis earundem recuſationum.

Sac. Congreg. Concilii ſub die 17. Decembris 1724. reſpondit: *Ad ſecundum affirmative.*

T U R R I T A N A.

Propoſito in hac Sac. Congregatione Dubio: *An Vicario Capitulari Turritano liceat procedere in cauſis Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ tam in communi, quam in particulari, non obſtante illius ſuſpicione, ſeu recuſatione per eoſdem Canonicos, ſeu Capitulum allegata?* reſponſum fuit *Negative*, & repropoſita cauſa reſponſum fuit *In Deciſis.*

In proxime præterita Congregatione Vicarius inſtetit pro nova Audientia ſub obtentu, quod ſi ſtante recuſatione jam facta non poterat ipſe procedere in cauſis Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ tam in communi, quam in particulari, actum dici poterat de ſua Juriſdictione univerſa; Sed cum animadverſum fuerit, quod Dubium in hac Sac. Congreg. reſolutum non fuerat generale, ſed qualificatum cum ſolita clauſula, *In caſu*, Negative reſponſum fuit quoad novam Audientiam, & dictum eſt, quod inſtaret pro declaratione Reſcripti.

Ad normam itaque hujuſce reſolutionis Vicarius inſtat pro Reſcripti declaratione, prout ex Libellis per manus EE. VV. circumferen. tam pro parte ipſius Vicarii, quam pro parte Capituli contradicentis, ſeque opponentis. Die 24. Martii 1725. Sacra Congregatio, &c. utraque parte informante cenſuit, non poſſe Vicarium procedere in cauſa fidejuſſionis eorum de Rio, & quoad alias cauſas ſervandam eſſe diſpoſitionem, *Text. in cap. cum ſpeciali de Appellation.*

C. Card. Origus Præfectus.

Occaſione agendi de Vicario Capitulari occurrit quæſtio, ſuper qua conſultus nuper fui, an ille habeat facultatem conferendi Jure devoluto Beneficia de Jurepatronatus, in qua quidem quæſtione, loquendo ta- 30
men de Beneficiis liberis, & devolutis ob negligentiam inferioris Collatoris, olim diſcordes fuerunt Canoniſtæ, & affirmativam opinionem tenuit Jo. Andr. in *c. Quanquam de elect. in 6.* firmando, quod Capitulum Sede Vacante ſuccedat in Collatione ſpectante ad Epiſcopum de Jure devoluto, & eum refert, & ſequitur Panormitan. *in cap. 2. de Sede Vacante*, ubi reddit rationem, quod Capitulum ideo non ſuccedit in collatione Beneficiorum, quia collatio computatur inter fructus, & videtur quidam fructus ratione honorificentiæ, & quia in ea exercetur Gratia, ſed hoc dici non poſſit in Beneficiis devolutis, nam devolutio non fit ad Epiſcopum ratione ſui, ſed favore Beneficii, ne patiatur diuturnam vacationem ob terminum Juris jam elapſum, idemque Panormit. *in cap. Joannes de Teſtament.* ubi dicit, quod in executione Teſtamenti ſpectante ad Epiſcopum Jure devoluto, Capitulum ſuccedit, quia hæc executio eſt Juriſdictionis Epiſcopalis, & potius oneris quam honoris, & hanc opinionem Joan-

Digitized by Google

Joannis Andreæ approbatuot plures Caooniſtæ *in allegato cap. Quanquam de Elect. in 6.* nempe Gemioian. & Franch. num.4. & alii relati apud Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 32. ſub num. 110.* Lambertin. *de Jurepatronat. part. 3. lib. 2. quæſt. 1. art. 7. n. 4.* Verum negativam Sententiam, poſtea ſubſtinuit Panormit. *in cap. cum*
31 *olim ſub num. 2. verſ. Sed circa de majorit. & obient.* ubi refert hanc opinionem tenniſſe Card. Monach. *in d. cap. Quanquam de elect. in 6.* & ſic tranſire Doctores *in eodem cap. cum olim de major. & obedient.* ibique Felin. num. 3. referendo utranque opinionem inclinavit in praxi pro negativa contra Joannem Andreæ, ea ratione, quod iſta collatio Jure devoluto eſt ſemper liberalitas, & gratia erga Perſonam arbitrio conferentis eligendam, non ſecus, ac illa, quam facit Epiſcopus Jure proprio, & non devoluto, non obſtante, quod actus devolutiooi principaliter provideat Beneficio vacationem paſſo ultra terminum Juris, quæ opinio in Beneficiis liberæ collationis devolutis mihi verior videtur ob rationem proxime relatam, propter quam Capitulum Sede Vacante non poteſt conferre Beneficia ad Epiſcopi collationem Ordinariam, ſeu Jure ſuo Ordinario ſpectantia juxta *Text. in cap. 2. ne Sede Vacante,* & hanc opinionem uti veriorem ſeqnuntur Rebuff. *in prax. benefic. tit. de devolut. num. 93.* & alii apud Garz. *de benef. part. 5. cap. 7. num. 53.* ubi contrarios refellit Pavin. *de Poteſtat. Capituli Sede Vacante part. 2. quæſt. 2. num. 10.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 33. num. 110. verſ. Verum contrarium,* Pellegrin. *in prax. Vicar. p. 1. ſect. 4. ſubſect. 3. num. 19.* Paſſerin. *de elect. cap. 31. n. 48.* & hodie hoc videtur indubitatum ob diſpoſitionem *Re-*
32 *gul. 2. Cancellariæ,* quæ reſervavit Sedi Apoſtolicæ omnia Beneficia quomodolibet pertinentia ad collationem, præſentationem, electionem, & quamcunque aliam diſpoſitionem Epiſcoporum, quæ vacant, & in futurum vacabunt Sede Epiſcopali Vacante, uſque ad proviſionem Succeſſorum, & adeptam ab eiſdem pacificam poſſeſſionem, ut ex Quarant. *in Summ. Bullar.* notavit Garz. ubi ſupra n. 53.

Verum ego examinando quæſtionem extra caſum, de quo loquuntur allegati Doctores veluti loquentes de
33 beneficiis liberis, & devolutis Sede plena, aut vacante ad Epiſcopum, ſeu Dignitatem Epiſcopalem, ubi procedit opinio Panormitani *in cap. cum olim de major. & obedient. & Regul. 2. Cancellariæ,* & loquendo in beneficiis de Jurepatronatus devolutis Sede Epiſcopali Vacante, quia durante, tunc adhuc termino Patroni non præſentarunt, coram Capitulo, ſeu Vicario Capitulari, qui habet Sede Vacante Jus recipiendi præſentationes, & inſtituendi Præſentatos, ut eſt *Text. in cap. 1. de inſtit. in 6.* Lambertin. *de Jurepatronat. par. 3. lib. 2. quæſt 1. art. 7. num. 1.* crederem in hoc caſu poteſtatem conferendi Jure devoluto hæc beneficia de Jurepatronatus ſpectare Capitulum, ſeu Vicarium Capitularem:
34 nam ſicut hoc tempore Capitulum habet Jus recipiendi præſentationes Patronum, & inſtituendi Præſentatos, ita ad ipſum devolvitur collatio jure devoluto, non autem ad Epiſcopum, ſeu Dignitatem Epiſcopalem, quia devolutio datur ad illum qui habet jus inſtituendi, non autem ad Epiſcopum, cui non competit Inſtitutio, juxta Gloſſ. communiter recepta *in Clem. unic. in verb. diſpoſitionem de ſupplen. neglig. Prælator.* ibique Zabarella, Imola, & Paootmitanus, & plene Rocchus de Curte *de Jurepatr. in verb honorificum n. 64.* Lambertin. *eodem tract. lib. 2. part. 3. quæſt. 7. artic. 11. & per tot.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. de devolut. n. 26.* Paſſerin. *de elect. cap. 31. n. 49.* dum ergo Capitulum tempore Sedis Vacantis eſt ille Ordinarius, cui ſpe-
35 ctat jus inſtituendi ad præſentationem Patronorum juxta diſpoſitionem juris in *cap. 1. de inſtit in 6.* in conſequentiam habet juriſdictionem conferendi jure devoluto ob negligentiam Patronorum in præſentando, non attenta ratione, quod in collatione conſideretur donatio, & gratia collatoris, ob quam rationem non ſuccedit Capitulum in jure conferendi beneficia ſpectantia ad Epiſcopum, quia tali caſu Capitulum non ſuccedit in collatione ſpectante ad Epiſcopum jure proprio, aut devoluto, ſed cum ſucceſſerit in jure inſtituendi, exercet omnia quæ dependent ad hoc jure inſtituendi tanquam in annexis, & connexis, ubi uno conceſſo dicitur conceſſum, & aliud, quod venit in conſequentiam, ut bene probat Rocch. de Curt. *de Jurepatron. in verb. honorificum n. 64.* ubi dicit non eſſe verum, quod iſto caſu fiat aliqua extenſio, quia Prælatus inferior, 36
ſive ut in caſu iſto, Capitulum conferendo jure devoluto, non conſequitur aliquod jus de novo, ſed ſolummodo jus, quod habebat non liberum, nempe inſtituendi, exercet factum liberum per viam liberę collationis jure devoluto, exemplo hominis ligati, qui ſi diſſolvatur, & diſſolutus ambulet, certe non ambulat per poteſtatem novam ſibi quæſitam, ſed per eandem quam prius habebat, addendo, quod ubi alicui competit poteſtas limitata, ſublata limitatione ſine facto ejus ipſe utitur eadem poteſtate libere juxta *Text. in cap. unic. §. Ubi vero ne Sede Vacan. in 6.* & denique addit, quod habens Jus inſtituendi non debet ſine culpa ſua illud amittere, abſurdum ergo videretur, quod propter negligentiam Patroni commiſſam in non præſentando, Prę-latus inferior, qui habet jus inſtituendi jus ſuum amitteret, & per rationes iſtas late concludit Card. Zabarell. *in Clement. unica ex n. 9. 10. & 11. de ſupplen. neglig. Prælat. ſignanter verſ. Ergo ſubtracto, verſ. Tertio, verſ. Sexto, & verſ. Per hoc infero,* Panormit. *in cap. 2. n. 14. verſ. nam præſentatio de conceſſ. preben.* Lambertin. *de Jurepatron. lib. 2. par. 3. q. 7. art. 11. n. 2. & ſeqq.*

BURGEN. DECIMARUM
De Belloardn.

ARGUMENTUM.

Exemptio ab onere decimarum quæſita per Immemorabilem præſcriptionem, quoad certa bona alicujus qualitatis non extenditur ad alia in futurum, quæ eandem qualitatem acquiſiverunt; Quis dicatur Decimator univerſalis, & quis particularis; An Epiſcopus habeat cauſam univerſalem decimandi in Diœceſi ubi Parochiæ ſunt diſtinctæ?

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Onus decimarum bonis infixum non tollitur ex mutatione poſſeſſionis.*
3 *Aſſiſtentia juris ſuper decimis ſtat pro Epiſcopo, non autem pro Vicariis amovibilibus privatis ad curam.*
4 *Qui allegat exemptionem fatetur contra ſe aſſiſtentiam juris.*
5 *Immemorabilis non extenditur de bonis præteritis ad futura.*
6 *Etiamſi fuerit introducta ratione certa qualitatis bonorum, quæ verificatur in futuris.*
7 *Privilegium exemptionis non extenditur de præteritis bonis ad futura.*
8 *Nemo ex facto alieno præjudicium pati debet.*
9 *Immemorabilis contra fundatum in jure ſemper operatur reſtrictive ad limites facti.*
10 *Qui dicatur Decimator univerſalis, aut particularis.*
11 *Decimator eſt univerſalis, licet non decimet in certis bonis exemptis, ſeu fructibus ratione conſuetudinis pariter exemptis.*
12 *Titulus univerſalis, vel particularis facit Decimatorem conſimilem.*
13 *Titulus præſcriptionis, ſeu conſuetudinis, & privilegii eſt particularis.*
14 *Præſcriptio decimarum in dubio non cenſetur realis contra fundatum in jure.*
15 *Titulus univerſalis eſt ille qui naſcitur ab aſſiſtentia Juris.*
16 *Non dicitur Decimator particularis qui decimat certam ſpeciem fructuum, aut certa quadam bona.*
17 *Directum Dominium bonorum dat Titulum univer-*

Digitized by Google

gregandi ſemper petere conſueverat licentia ab Epiſ-
copo, ut oſtendebat reſolutio Sacræ Congregationis
Concilii ſuper confirmatione Conſtitutionum Syno-
dalium, quæ juxta Votum clar. me. Card. Acciajoli
reſcripſit ſub die 2. Julii 1707. Conſtitutionem Syno-
7 dalem; *ſubſtineri juxta conſuetudinem*: & ſatis pro-
babat tenor Conſtitutionis in verbis illis *de noſtra ta-
men licentia, ut moris eſt*; quæ verba ſtant cauſative
pro fundamento Conſtitutionis totaliter poſito ſuper
Conſuetudine *cap. Abbate* S. Sylvani 25. *verſ. Si vero
de ſignific.* Rot. *coram Coccin. deciſ.* 1734. *num.* 19. &
in Salisburgen. Juris Metropolitici 13. *Februarii* 1692.
§. *Deveniendo. cor. clar. me Card. Priole*, & *in Der-
thoſen, Juriſdictionis* 13. *Januarii* 1697. §. *Abſque eo
quod; cor. bo. me. Pio*; Si autem in Statutis correctoriis
Juris non ſit extenſio etiam ex identitate rationis, mul-
to minus admittenda eſt quoad hujuſmodi Conſtitutio-
nem, pro qua reſpectu Vicarii Capitularis militat di-
verſitas, immo defectus rationis, quæ eſt conſuetudo;
dum ſicut reſpectu licentiæ petendæ ab Epiſcopo fun-
damentum Conſtitutionis fuit ſola Conſuetudo, ita
reſpectu Vicarii Capitularis, pro quo nulla militat
8 Conſuetudo, nullam extenſionem, ſeu applicationem
habere poteſt hujuſmodi Conſtitutio, quæ et ratione
ceſſante, non aſſiſtit, ſed potius reſiſtit Vicario *leg.
in omni ff. de adopt.* Surd. *conſ.* 375. *numer.* 24. Anto-
nin. *var. reſolut. libr.* 2. *reſol.* 32. *numer.* 8. Tiraquell.
in tract. ceſſan. cauſ. part. 1. *numer.* 11. Rot. *deciſ.* 440.
num. 8. *part.* 16. & *deciſ.* 205. *numer.* 6. *part.* 17. *recen.*
urgente etiam natura conſuetudinis, quæ non extendi-
tur de Perſona ad Perſonam, Card. de Luc. *de Be-
nefic. diſcur.* 30. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 411. *n.* 9. *part.* 9.
& *dec.* 217. *n.* 18. *part.* 17. *rec.* & *cor. bon. mem. An-
ſaldo deciſ.* 30. *n.* 48.

Verum addebam graviorem rationem, quæ reddebat
hujuſmodi Conſtitutionem Vicario Capitulari inappli-
cabilem, nempe Epiſcopus eſt Superior, & prima-
rium Caput Capituli, & ſic congrua eſt petitio li-
centiæ ab ipſo, quando ita fert Conſuetudo juxta Con-
ſtitutionem; Defuncto autem Epiſcopo, cum Juriſ-
dictio Epiſcopalis transfundatur in Capitulum, quod
9 eſt Superior; hinc extincta remanet convenientia, ſeu
honorificentia circa petendum ab Epiſcopo licentiam,
dum ipſum Capitulum ſtat loco Epiſcopi, & licet
eligat Vicarium pro exercitio Juriſdictionis, iſte ta-
men Vicarius Capituli eſt ſemper Miniſter, ſeu Offi-
cialis ipſius Capituli Domini, & Superioris Omnium;
nec propterea elevare ſe poteſt in hanc ſuperioritatis
præeminentiam, ut prætendat Capitulum ejus Domi-
num ab eo petere debere licentiam ad effectum ſe con-
gregandi, cum repugnet omnibus principiis, quod
Vicarius dare debeat licentiam Domino, & Domi-
nus ab ejus Miniſtro petere licentiam teneatur, ut
10 quod Capitulum licet transferat in Vicarium Juriſdi-
ctionis exercitium, ipſum tamen remaneat Dominus,
& in figura Superioris, firmant Quarant. *in Summ.
Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante num.* 4. ibi:
*poſt Vicarii electionem Capitulum non abdicat a ſe
Juriſdictionem, ſed illius exercitium tantum, nam
qui per alium faciat per ſeipſum facere videtur*, Pax Jor-
dan. *lucubr. tom.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *n.* 33. ibi: *certum eſt
apud Capitulum remanere ipſam Juriſdictionem, in Vi-
carium vero tranſire exercitium illius*; Card. de Luc.
ad Concil. diſcurſ. 31. *n.* 29. Ventrigl. *in prax. part.* 2.
annot. 15. §. 2. *num.* 20.

Quodque Capitulum eſt loco Epiſcopi, & rema-
neat Dominus, & in figura Superioris reſpective ad
Vicarium tanquam ſuum Miniſtrum redditur manife-
11 ſtum ex pluribus; Et primo, quia in Choro tanquam
inferior Capitulo prætendere non valet præcedentiam
ſupra Decanum primam Dignitatem tanquam repræ-
ſentativam ipſius Capituli, ut firmat Card. de Luc. *in
annot. ad Concil. diſc.* 31. *num.* 29. ibi; *in Vicario ta-
men Capituli ſecus videtur, ut ſcilicet ſupra primam
Dignitatem præcedere prætendere non valet ex ea ra-
tione, quod ipſe eſt Magiſter Capituli, quod in ipſa
prima Dignitate in actibus præeminentialibus repræ-
ſentari videtur*: Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. *in
prax. p.* 2. *annot.* 15. §. 1. *num.* 6. Quarant. *in Summ.
Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante num.* 8. Nicol.
in floſc. in verbo Vicarius Capitularis num. 67. Sbrozz.
de offic. Vicar. lib. 2. *quæſt.* 25. *num.* 20. Gavant. *in ma-
nual. in verbo Capitulum in addit. num.* Panimoll. *deciſ.*
1. *annot.* 1. *numer.* 62. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 1.
ſect. 4. *ſubſect.* 1. *num.* 34. *in fine*. Secundo non obſtan-
te Conſtitutione Vicarii, apud Capitulum remanet ne- 12
ceſſitas tuendi Eccleſiaſticam libertatem, tuendi, &
conſervandi Eccleſiaſticam Diſciplinam, Quarant. *in
Summ. Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante num.*
4. *verſ. Hic infertur*, Pax Jordan. *d. lib.* 12. *tit.* 2. *num.*
35. Tertio ſi Vicarius eſt infirmus non poteſt delega-
re alteri Cauſas pendentes, niſi de conſenſu Capi- 13
tuli, Quarant. *ubi proxime n.* 10. *verſ. Quod ita in-
tellige*, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 54. *num.* 177.
Dian. *coord. tom.* 3. *tractat.* 5. *de poteſt. Capituli re-
ſol.* 71. *num.* 2. Gavant. *in manual. in verbo Capitulum
Sede vacante n.* 20. Quarto ſi contingat Vicarium ef-
ſe interdictum, vel excommunicatum poteſt ipſe ab- 14
ſolvi de mandato Capituli, *Cap. unico de major. & obed.
in* 6. Quarant. *ubi ſupra n.* 15. *in fine* ibi: *hinc eſt,
quod Vicario excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto,
cujus abſolutio, & relaxatio ſpectat ad Ordinarium po-
terit abſolvi de mandato Capituli*: Quinto ex quo Ca-
pitulum eſt Dominus, & Superior, & Juriſdictio Vi- 15
carii ab ipſo Capitulo dependet, non habet Vicarius
poteſtatem totum Capitulum ſuſpendendi, vel inter-
dicendi, etiamſi ipſe fuiſſet ob negligentiam Capitu-
li deputatus per Metropolitanum, aut Epiſcopum vi-
ciniorem Quarant. *ubi proxime n.* 15. *in fine* ibi; *Qua-
mobrem cum ejus poteſtas dependeat a Capitulo, cujus
vices gerit, non poterit totum Capitulum ſuſpendere,
& interdicere, & redundaret contra ſeipſum quia vis
Officii, & Juriſdictionis Vicarii ab ipſo Capitulo de-
pendet, & ſuſpenſo Capitulo, erit ſuſpenſus quoque Vi-
carius, quod procedit etiam quando Vicarii deputatio eſ-
ſet facta per Metropolitanum, vel viciniorem Epiſco-
pum ob negligentiam Capituli*: & totidem verbis proſe-
quuntur Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 12. *titul.* 2. *n.* 41. Bar-
boſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 54. *num.* 180. Garz. *de bene-
fic. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 32. Suarez. *de Cenſur. diſput.* 7.
ſect. 3. *num.* 13. Pellegrin. *in prax. Vicar. par.* 1. *ſect.* 4.
ſubſect. 6. *numer.* 6. Antonell. *de Regim. Eccleſ. libr.* 4.
cap. ultim. num. 75. Sexto ſi Vicarius recuſetur uti ſuſ-
pectus, recurritur ad Capitulum, quod per Arbitros 16
recognitis cauſis ſuſpicionum poteſt cauſas Vicario
auferre, & Alteri committere, Quarant. *ubi ſupra n.*
5. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 18. Ven-
trigl. *par.* 2. *annot.* 15. §. 2. *num.* 36. & ſeptimo demum,
qui Capitulum poteſt removere Vicarium licet cum 17
cauſa, Quarant. ubi ſupra num. 3. Pax Jordan. *lucu-
br. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 23. Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.*
3. *q.* 30. *n.* 7. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 54. *num.*
170. & 171. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 15. §.
2. *num.* 23. Novar. *in Summ. Bullar. part.* 1. *comment.*
38. *n.* 21. ex quibus evidentiſſime convincitur, Vica-
rium Capitularem eſſe Miniſtrum, & ſubditum Ca-
pituli, quod remanet Dominus, non obſtante ejus
deputatione, & propterea repugnat, quod iſte Vica- 18
rius ſeſe æquiparet Perſonæ Epiſcopi, & prætendat,
quod ubi Capitulum ſe congregare intendit, hoc te-
neatur petere ab ipſo, non ſecus ab Epiſcopo licen-
tiam, quando tamen Capitulum, & Decanus illud
repræſentans eſt Superior reſpective ad Vicarium Ca-
pitularem ipſius Capituli Miniſtrum. *Cap. cum inferior
de major. & obed.* Rot *in Gerunden. Juriſdictionis ſuper
manutentione* 27. *Martii* 1702. §. *Et quod vere*, &
ſuper Jure privandi 12. *Junii* 1702. §. *Capitulum enim*,
cor. clar. me. Card. Priolo.

Et hinc nihil faciebat ad rem illa concluſio, quod
Vicarius Capitularis ſuccedat in omnibus iis, quæ
ſunt ordinariæ Juriſdictionis Epiſcopi, quia prima re-
ſponſio eſt, quod etiam circa Juriſdictionem neceſſa-
riam, quæ ſola competit Vicario, non transfunditur
in illum poteſtas contra Capitulum ejus Dominum,
& Superiorem, quidquid ſecus contra ſingulas Perſo-
nas de Capitulo, contra quas ex commiſſione ipſius 19
Capituli procedit, juxta inſtitutionem, quam adducit
Quarant. *ubi ſupra in verbo Capitulum Sede vacante
num.* 15. *in fine*, Pax Jordan. *ubi ſupra lib.* 12. *titul.* 2.
n. 41. & 42. ubi autem Capitulum ſe congregare in-
ten-

tendit, Jus congregandi reſpicit Capitulum uti Collegium, non autem uti ſingulos, quia Decanus convocat nomine Capituli, & uti ejus Caput, & in ejus
20 defectum ſequens Dignitas, & deinde Senior ex Canonicis, quibus tenentibus, ipſum Capitulum per majorem partem repræſentatum congregat ſeipſum, Ceccopet. *lucubr. Canonic. lib. 4. n. 12. & 13.* ibi: *Tali eventu Capitulum dicitur ſeipſum congregare*: Paſſerin. *de elect. cap. 11. n. 9. &* 11. Franciſc. Marc. *dec.* 1036. *n. 3. part.* 1. quod clare demonſtrat Jus convocandi eſſe Jus Capituli uti Collegii, in quod Vicarius nullam habet poteſtatem tanquam in ejus Dominum, & Superiorem, neque ſuccedit in hac poteſtate loco Epiſcopi.

Ulterius advertebam, quod Vicarius ſuccedit in his tantum, quæ ſunt juriſdictionis neceſſariæ, & contentioſæ, ſecus vero quoad ea, quæ reſpiciunt
21 gratiam, & juriſdictionem voluntariam, & accidentalem, necnon Jura præeminentialia, & honorifica, juxta *Gloſſ. in cap. His quæ in verbo pro bono de major. & obed. & in* Clement. 1. *in verbo Capituli de hæretic.* Fagnan. *in cap. Illa n. 13. ne Sede Vac.* Lotter. *de re beneſ. lib. 1. quæſt. 9. n. 44. & lib. 2. quæſt. 2. n. 35. & ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 135. num. 22.* Pignatell. *conſult. 24. num. 2. tom.* 5. Licentia autem, quam Jure conſuetudinario, & Synodali petit Decanus ab Epiſcopo pro facienda convocatione Capituli eſt actus juriſdictionis voluntariæ, & reſpicit præeminen-
22 tiam, & honorificentiam Epiſcopo debitam de conſuetudine, ſeu jure ſpeciali, qui nullatenus tranſit in Vicarium Capituli, ut probant Felin. *in cap. Cum olim num. 5. de major. & obed.* ibi: *In his, quæ competunt Prælatis ratione conſuetudinis maxime contra Jus inducta non ſuccedit Capitulum Sede Vacante, &c. & idem in his, quæ competunt Epiſcopo de Jure ſpeciali:* Panormitan. *in cap. Scriptum num. 12. de elect.* ibi: *In his, quæ competunt Prælatis ratione conſuetudinis, maxime contra Jus inducta non ſuccedit Capitulum Sede Vacante, &c. & idem dic de his, quæ competunt Prælato alio Jure ſpeciali, nam nec in illis ſuccedit Capitulum:* Geminian. *in cap. 1. ſub numer. 5. verſic. undecimo de major. & obed. in 6. & in cap. Si ad Vocum num. 3. de Regul. Jur. in* 6. Alexand. *conſil.* 110. *numer. 3. & libr.* 6. Sbrozz. *de Offic. Vicar. libr. 2. quæſt. 29. numer. 6. & 7. & quæſt. 30. numer. 3. & ſeqq.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 1. ſect. 4. ſubſect. 3. num.* 20. Ventrigl. *in prax. Vicar. part. 2. titul. 15. §. 1. num. 7. & 28. in fine.*

Et demum reſpondebam, quod licentia, quam Decanus petit ab Epiſcopo pro convocatione Capituli ad qualemcunque ſpeciem Juriſdictionis Epiſcopalis referatur, defuncto Epiſcopo, perneceſſe extinguitur in Capitulo, quod Succeſſor eſt Epiſcopi licentiam dare
23 debentis *Text. in cap. unic. §. final. ne Sed. Vacant. in* 6. quia Succeſſor, & Anteceſſor pro una Perſona reputantur, ut in ſpecie Federic. *de Sen. conſ. 30. num.* 3. Quarant. *ubi ſupra in verbo Capitulum Sede Vacante verſ. Ulterius ſciendum*, Sbrozz. *de Offic. Vicar. lib. 1. q. 15. n. 5. &* 6. cum alias dici non poſſit, quod uti Succeſſor Epiſcopi Capitulum ipſum a ſe ipſo petere, & ſibi ipſi licentiam dare teneatur, quia inter
24 dantem, & recipientem diſtinctio eſſe debet, ut ait *Text. in cap. Cum ad noſtram de Inſtit. Gloſſ. in cap. Per veſtras in verbo præſentara de Jurepatr.* ac etiam quia actio, & paſſio in eodem ſubjecto manere non poteſt, ad notum *Text. in l. Uranius, ff. de fidejuſſor.* Si ergo hæc ſive juriſdictio, ſive præeminentia propter incompatibilitatem tranſire non poteſt in Capitulum Sede Vacante, neque etiam dici poteſt, quod ab ipſo Capitulo transfuſa remanſerit in ejus Vicarium: dum iſte exercitium Juriſdictionis recipit, & recognoſcit ab ipſo tantum Capitulo, cujus vices gerit, non autem Epiſcopi, & quantum Juriſdictionis tranſit in Capitulum, tantum, & non ultra tranſit in Vicarium, ut punctualiter firmavit *Gloſſ. in Clement. 2. in verbo*
25 *Epiſcopi de reſcript.* ibique Zabarel. *numer.* 15. Felin. *in cap. Eam de reſcript. num. 17. circa finem de reſcript.* ibi: *Gloſſ. in dicta Clementina, &c. negat, quod Vicarius Capituli dicatur Vicarius Epiſcopi, ſed dicit quod eſt Vicarius Juriſdictionis Epiſcopalis, & intellige de* *illa Juriſdictione, quæ eſt in Capitulo, & non de omni Juriſdictione Epiſcopali, quæ non tranſit in Capitulum, quia majorem non poteſt habere Capitulum ipſum, non dicas ergo licet Capitulum non poſſit, autem iſte poteſt, cum ſit Vicarius Epiſcopi, quia hoc eſt falſum, nam eſt Vicarius Juriſdictionis Epiſcopalis, & ordinario, & ſic illius, quam aſſumpſit a Capitulo,* Federic. *de Sen. conſil. 30. num.* 6. Lambertin. *de Jurepatron. lib. 2. part. 3. quæſt. 1. art. 7. n.* 3. Pavin. *de poteſtat. Capitul. part. 2. q. 10. n. 2. & plene* Sbrozz. *de offic. Vicar. lib. 1. q. 16. n. 6. cum plurib. ſeqq.* Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 1. ſect. 4. ſubſect. 2. n.* 61.

His omnibus accedebat etiam obſervantia, & longæva conſuetudo non petendi ab eo hujuſmodi licentiam, & quidem nedum quadragenaria, ſed etiam ſeptuagenaria, ut deponunt ſeptem Canonici antiquiores Eccleſiæ Cathedralis. Hæc autem tanti temporis
Conſuetudo nedum tollit omnem dubitandi rationem 26
in hac materia præeminentiali, ubi primum locum obtinet obſervantia *ad Text. in cap. Cum dilectus de conſuetud.* Bald. *in cap. Cum olim numer. 1. eodem tit.* Menoch. *conſ. 126. numer. 4. in fine*, Gratian. *diſcept. 845. numer.* 4. Rot. *coram Pænia deciſ. 817. numer. 3. & in rec. deciſ. 781. numer. 6. part.* 18. cum ſit apta declarare omnem ambiguitatem, ſi quæ conſiderari
poſſet quoad aſſiſtentiam Juris favore Capituli, ejuſ- 27
que Decani excluſive ad ſervitutem, & ſubjectionem petendi licentiam per notum *Text. in l. Si de interpretatione, ff. de legib.* Rot. *deciſion. 582. num. 9. part. 19. recent. & coram Emerix Jun. deciſion. 212. num. 2. & coram Priol. deciſion. 46. num. 29. coram Cerr. deciſ. 406. num.* 18.

Sed etiam cum excedat metam 40. annorum facit
jus, & juſtum titulum tribuit ad effectum non peten- 28
di controverſam licentiam, etiamſi eſſemus in actibus juriſdictionalibus jure ordinario eidem Vicario competentibus, *ad Text. in cap. finali de conſuetud.* Paſſerin. *de elect. cap. 10. numer.* 29. Lotter. *de re beneſ. lib. 2. quæſt. 21. num. 47. &* 48. Spad. *conſ. 159. numer. 2. & 3. lib.* 1. Rot. *coram Pænia deciſ. 993. num. 2. & 5. & in rec. dec. 120. num. 7. par. 3. & cor. Emerix Jun. deciſ. 731. num. 11. & dec. 764. num.* 9. cum nemini perſuaderi poſſit, quod in tot Sedibus Vacantibus, tot Vicarii Capitulares fuerit ita ſemper oſcitantes, ut nemo ex illis extiterit, qui talem prætenſionem ſibi arrogaverit, libere permittendo Capitulo, ejuſque Decano convocationes Capitulorum abſque licentia Vicarii, unde ſi ſpatio 70. annorum juſtificatur talis Conſuetudo non petendi hanc licentiam, hæc
ſatis eſſet etiam ad excludendam licentiam Epiſcopi, 29
multo magis Vicarii Capitularis, juxta declarationem Sac. Congregationis, apud Barboſ. *de Canon. cap. 35. n. 4. & in Summ. Apoſt. deciſ. collect. 126. n.* 1. Pignatell. *conſult. 154. n. 5. tom.* 4. Jo. Baptiſt. Piton *in conſtit. & dec. pro Canon. n.* 117. Gavant. *in Manual. in verbo Capitulum in addit. n.* 3.

Infeliciter autem ſuper hoc dubio contrariam opinionem ſuſtinere conabantur Scribentes pro Vicario, æquiparando ipſi Epiſcopo Vicarium Capitularem, quem dicebant eſſe *ſucceſſorem Epiſcopi*, occurrebam enim huic æquivoco, quia longa eſt differentia inter Epiſcopum, & Vicarium Capitularem reſpectu hujus licentiæ, de qua quærebatur, dum Epiſcopus dat licentiam Capitulo tanquam ejus Caput, & Superior, Vicarius autem Capitularis, cum ſit Miniſter Capituli, illoque inferior, abſurdum eſt, quod famulus præſtare debeat licentiam Domino, ad effectum ſe congregandi, ideoque non adducebatur Doctor firmans Capitulum, pro ſe congregando, teneri petere licentiam ab ejus Miniſtro, ſeu Vicario, qui juriſdictionem recognoſcit ab ipſo Capitulo, a quo illa dependet; Eſſet enim facere Vicarium Miniſtrum Superiorem ſuo Domino, ſeu Capitulo; Neque propterea ex licentia, quæ petitur ab Epiſcopo, qui eſt Dominus, & Superior, valet argumentum ad petendam licentiam ab illo, qui eſt inferior, ut eſt Vica-
rius reſpectu Capituli, quod ſolum Sede vacante eſt 30
Dominus, & Superior, & ſolum eſt ſucceſſor Epiſcopi defuncti juxta *cap. cum inferior de major. & obed.* Sbrozz. *de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 39. numer.* 2. Rot.

in Gerunden. Juriſdictionis ſuper Manutentione 27. Martii 1702. §. Et quod vere coram clar. mem. Card. Prizla, & ſuper Jure privandi 7. Junii 1702. Capitulum coram Eadem,

Et removebam ab oculis veluti falſum illud contrarium aſſumptum, quod Vicarius Capitularis ſit ſucceſſor Epiſcopi, ex quo exercet juriſdictionem Epiſcopalem, quia ſolum Capitulum dicitur ſucceſſor Epiſcopi, Vicarius autem eſt nudus Miniſter Capituli propter ſolum exercitium juriſdictionis, quod Capitulum concedit ipſi Vicario, & tanquam ſuo Vicario, & propter hoc vocatur Vicarius Capitularis, nempe Vicarius, & ſic Miniſter Capituli, ut probant Doctrinæ ſuperius relatæ *num.* 24. & ſic etiam Pedetie. *de Sen. in conſ.* 30. *num* 1. *& ſeqq.* ibi: *Succeſſor, & Anteceſſor pro una Perſona reputantur, &c. ſed omnes clamant, quod Capitulum ſuccedit Epiſcopo Sede vacante*, & infra *num.* 2. ibi: *Capitulum cenſetur idem cum Epiſcopo, ut dictum eſt ſupra, &c. quia Capitulum non dicitur proprie Procurator, vel Vicarius, ſed* 31 *ſucceſſor, & habet ordinariam juriſdictionem a lege ſine miniſteria hominis.*

Et late Sbrozz. qui in oppoſitum adducebatur *de Offic. Vicar. lib. 1. quæſt. 16. per tot.* ubi probat ſolum Capitulum eſſe ſucceſſorem Epiſcopi, & Vicarium Capitularem; qui gerit vicem Capituli, a quo deputatur, nihil aliud eſſe, niſi Vicarium illius Juriſdictionis, quæ eſt in Capitulo, ut legere eſt *num. 6. & ſeqq.* ibi: *Iſte Vicarius eſt Epiſcopalis Juriſdictionis, non autem Epiſcopi, &c. & ab hac ſententia non puto recedendum, &c. quia Vicarius iſte gerit vicem Capituli, a quo deputatur, quia Capitulum habet Juriſdictionem Epiſcopalem Sede vacante, & eſt Epiſcopi ſucceſſor, &c. & numer. 10.* ibi: *Licet Gloſſa, &c. dicat hunc Vicarium a Capitulo deputatum eſſe Vicarium Epiſcopalis Juriſdictionis, tamen intelligitur, quod ſit Vicarius illius juriſdictionis, quæ eſt in Capitulo, in quantum repræſentat Epiſcopum, &c. & poteſt eſſe iſte Vicarius Epiſcopalis Juriſdictionis, cum gerat vicem Capituli ſucceſſoris Epiſcopi, non autem Vicarius Epiſcopi, quia vacante Sede Epiſcopali, remanet Epiſcopalis Juriſdictio ipſi Capitulo*, & pariter Pignatell. *conſult. ar. 24. num. 2. tum* 5. ibi: *Et ſi Capitulum Sede vacante gerat vices Epiſcopi, &c. & propterea dicatur ſucceſſor Epiſcopi, idemque cum illo eſſe*, & in eiſdem terminis loquebantur aliæ Auctoritates in oppoſitum cumulatæ, veluti aſſerentes non quidem Vicarium eſſe ſucceſſorem Epiſcopi, ſed Capitulum.

Si autem ipſum Capitulum eſt ſucceſſor Epiſcopi circa totam Juriſdictionem Epiſcopalem, non autem Vicarius Capitularis, qui exercitium hujus Juriſdictionis recipit de manibus Capituli, a quo deputatur, exinde duplex oritur motivum, quod nempe, aut 32 jus paſſivum Capituli petendi ab Epiſcopo licentiam, & jus activum Epiſcopi illam præſtandi pro convocatione Capituli Sede vacante non tranſit in Capitulum, & conſequenter nec etiam in Vicarium, aut ſi tranſit, nunquam poteſt dici conceſſum Vicario per Capitulum Dominum contra ſeipſum, ne alias Miniſter ſe gerat Superiorem ſui Domini.

Primum motivum, quod jus iſtud activum, & paſſivum non tranſeat in Capitulum, Sede vacante, credebam eſſe fortiſſimum; Cum enim hoc tempora deficiat Epiſcopus Superior Capituli, & ipſum Capitulum ſuccedat Epiſcopo, illumque repræſentet, hinc extinctum remanet jus petendi licentiam ab Epiſcopo, qui non adeſt, quia non entis nullæ ſunt qualitates, ut firmat Sbrozz *de Offic. Vicar. lib. 1. quæſt. 16. numer. 10. & 11. in fine*, & probat *Text. in cap. unico, §. final. ne Sed vacan. in 6.* non enim actio, & paſſio dari poteſt in eodem ſubjecto, quod nempe Capitulum ipſum 33 ſibi repræſentative ad duplicem perſonam active, & paſſive debeat petere, & præſtare hanc licentiam, nec propterea ſuccedere poteſt in jure activo dandi licentiam loco Epiſcopi reſpective ad ipſum met Capitulum pro jure paſſivo eam petendi propter confuſionem utriuſque perſonæ, & actionum, exemplo debitoris, qui ſuccedit ſuo Creditori, *l. Stichum, §. Aditio, ff. de reſolut & in leg. Si debitori Cod. de pact.* A'Pont. *conſ. 143. n. 1. & 2. lib. 2.* Cardinal. de Luc. *de Credit. diſc. 40. num. 11.* & exemplo Subditi, qui fit Dominus, & libertatem acquirit; Et in terminis petendi conſilii ab Epiſcopo, quod Sede vacante illius neceſſitas ceſſet, & extinguatur, eſt *Text. in cap. unico §. finali ne Sed. vacan. in 6.* ibi: *Ubi vero de ſpeciali alicujus Eccleſiæ conſuetudine, &c. collatio ad aliquem cum conſilio Epiſcopi noſcitur pertinere, ſublata Epiſcopo de medio cum conſilium nequeat tunc peti ab eo, non erit propter hoc collatio Beneficii differenda:* ibique Ancharan. *num. 4. verſ. octavo*, ibi: *Iſte Textus loquitur cum conſilium alicujus requiritur ex Conſuetudine, vel Statuto, ut poſſit abſque tali conſilio actus geri, quanquam propter mortem, vel abſentiam conſilii requiſitio impeditur;* & in puncto Ancharan. *ibidem num.* 4. ubi quod Capitulum non ſuccedit in hoc jure dandi conſilium, ut legere eſt *n.* 4. ibi: *Fiat ergo non expectato Epiſcopo, nec requiſita Capitulo, quod in tali conſilio non ſuccedit:* Archidian. *num. 5. in fine*, ibi: *& ſic habes caſum, in quo Capitulum vacante Eccleſia non facit id, quod faceret Prælatus ipſius:* Geminian. *num. 2. & 6.* ibi: *An iſti debeant requirere conſilium Capituli, dic quod non per Textum hic, qui dicit, quod non eſt differenda, & ſic Capitulum non ſuccedit in præſtatione talis conſilii.*

Et propterea ſi non tranſit in Capitulum hoc jus activum præſtandi licentiam ſibi ipſi pro ſe convocando, non poteſt conſequenter tranſire in Vicarium ipſius Capituli, cum hujus Juriſdictio limitetur ad terminos 34 illius juriſdictionis, quæ tranſit Capitulum, & non ultra, Felin. *in cap. Eam te num. 17. in fine de reſcript.* ibi: *Intellige de illa juriſdictione, quæ eſt in Capitulo, &c. non de omni Juriſdictione Epiſcopali, quæ non tranſit in Capitulum*, Sbrozz. *de Offic. Vicar. lib. 1. q. 16. num. 11.* ibi: *Intelligitur, quod ſit Vicarius illius juriſdictionis, quæ eſt in Capitulo in quantum repræſentat Epiſcopum, non autem totius Epiſcopalis Juriſdictionis, quæ non tranſit in Capitulum*, Cum quidquid Capitulum in ſe non habet, transferre non poſſit in Vicarium, Unde hæc licentia requiſita ab Epiſcopo, ſi per ejus mortem expirat, & Capitulum fit ſucceſſor Epiſcopi remanet conſequenter liberum ab illa licentia, quam petere deberet ab Epiſcopo,

Sed quando, ut ſuperaddebam, dici potuiſſet per manifeſtam incompatibilitatem; quod ſuccederet Capitulum in hoc jure paſſivo contra ſeipſum, ſemper verum erat, quod deputando Vicarium, & transferendo in ipſum juriſdictionis exercitium, nunquam di- 35 ci poterat tranſtuliſſe in ſuum Miniſtrum, & Vicarium jus hujuſmodi ſuperioritatis contra ipſum Dominum, quia nunquam in generali mandato cenſetur data juriſdictio contra ſeipſum veluti Superiorem, erga quem abſurdum eſt, poſſe Inferiorem; & Miniſtrum exercere ſuperioritatem, Bero. *conſil. 22. num. 39. verſ. Statutum lib. 1.* Burſati. *conſ. 391. num. 15.* cum aliis apud Rot. *in Hiſpal. Juris præſidendi in Choro 2. Julii 1700. §. Multoque minus coram bon. mem. dell' Olmo;* & pro- 36 bant auctoritates illæ, quæ firmant Vicarium non habere juriſdictionem in ipſum Capitulum, quod proinde excommunicare non poteſt, aut interdicere, Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 4. cap. unic. n. 85.* Paa Jordan. *tom. 2.* Lucubt. *lib. 12. tit. 2. num. 41.* Quarant. *in Summ. Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante numer. 15. in fine* cum aliis ſupra *num.* 14. ubi probatum eſt, quod non obſtante deputatione Vicarii, Capitulum ſemper remanet Dominus, & Superior ipſius Vicarii; quem poteſt removere cum cauſa, habet jus deputandi alium in locum ipſius ſuſpecti allegati, cum aliis juribus, & ſuperioritatibus ibidem relatis; ergo clarum remanet, quod Capitulum, non obſtante deputatione Vicarii, ſemper remanet Superior; Vicarius vero inferior tanquam ejus Miniſter recognoſcens ſuam Juriſdictionem ab ipſo Capitulo, contra quod propterea exercere non poteſt ſuperioritatem exercendi petitionem licentiæ, ut Capitulum ſe congregare poſſit, cum iſtam Juriſdictionem non habeat ſibi conceſſam contra ſuum Superiorem.

Quoad obſervantiam nunquam petitæ per Capitulum licentiæ ab ejus Vicario probatam ſpatio 70. annorum, eo ipſo, quod nullus in contrarium actus adducebatur, merito allegari poterat immemorabilis, 37

dum

Digitized by Google

dum probata conſuetudine 70. annorum probata etiam remanet anterior conſuetudo, quæ, ubi contrarium non probatur, præſumitur conformis, & non difformis, ut paſſim firmavit Rot. *dec.* 57. *n.* 9. *part.* 6. *& deciſ.* 68. *n.* 19. *&* 20. *part.* 8. *deciſ.* 244. *num.* 19. *part.* 16. *& deciſ.* 560. *num.* 22. *part.* 19. *& in Gienuen. Adjunctorum* 1. *Maii* 1704. §. *Et tamen, coram bon. mem. Molines, & in Saliſburgen. Vicaria* 31. *Januarii* 1714. §. *Nec in aliquo, coram Eminentiſſimo Falconerio, &* 14. *Februarii* 1715. §. *Abſque eo quod, cor. Reverendiſſ. Criſpo.*

Et male hæc Obſervantia ſpernebatur tanquam fundata in atteſtationibus Canonicorum, quia cum agatur de cauſa Univerſitatis, Teſtes de Capitulo ſunt omnino idonei, & in jure noſtro attenduntur Farinac.
38 *de Teſtib. q.* 60. *n.* 270. Maſin. *de Confiſc. Bonor. q.* 13. *n.* 27. *&* 28. Rot. *coram Gregor. dec.* 40. *ibique* Adden. *n.* 14. *& Rec. deciſ.* 271. *n.* 9. *part.* 19. ubi quod quando intereſſe eſt Capituli, & non ſingularum ſemper Rota approbavit Teſtes Univerſitatis, & in Tarcac. *Inſignium* 11. *Decemb.* 1702. §. *Maxime cum ſeqq. coram bon. mem. Muto*, non attento, quod non eſſent formiter examinati, quia depoſuerunt ſuper articulis productis in Tribunali S. Officii Melitæ, coram R. P. D. Ruffo Inquiſitore, necnon mediante examine
39 facto per Cancellarium Sancti Officii, conſiderato etiam, quod depoſuerunt in materia habente aſſiſtentiam Juris, quæ adminiculat Teſtes una cum circumſtantia, quod nec unus quidem actus in contrarium adducebatur, Rot. *coram Coccin. dec.* 140. *n.* 19. *&* 21. *& in Recen. deciſ.* 328. *num.* 14. *part.* 9. *& deciſ.* 320. *n.* 13. *part.* 11.

Succedebat alterum dubium, quod diſputabatur; *An ipſo Decano abſente, renuente, aut alias quomodolibet impedito, facultas convocandi Capitulum devolvatur ad ſucceſſivas Dignitates, & Canonicos gradatim, excluſis eorum Coadjutoribus*: ubi dicebam, quod affirmativa inſtaret reſolutio, reſpectu enim primæ partis aſſiſtit manifeſta diſpoſitio juris, juxta quam renuente, aut quomodolibet impedito Capite Capituli, ut eſt Decanus, jus convocandi Capitulum devol-
40 vitur gradatim ad ſecundam, alias Dignitates, & deinde Seniorem ex Canonicis, juxta *Text. apertum in cap. Cum inter de elect.* ibi: *Quod ad Decanum, & alios Canonicos veſtros Panormi manentes cum ex eorum parte fuiſſet vobis per litteras intimatum*: Panormitan. *in cap.* 1. *ſub n.* 4. *verſ. item vacante Eccleſia de majorit. & obed.* Sigiſmund. *a Bonon. de elect. part.* 1. *cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 11. Card. Tuſc. *practic. concluſ. litt. V. concluſ.* 256. *numer.* 5. Ceccoper. *Lucub. Canon. libr.* 4. *numer.* 11. *&* 12. Paſſerin. *de Elect. cap.* 11. *numer.* 4. *& ſeqq.*

Reſpectu vero ſecundæ partis, nempe *excluſis eorum Coadjutoribus*, pariter affirmative reſpondendum
41 mihi videbatur, cum enim Coadjutores Dignitatum, ſive Canonicorum nullum habeant titulum Dignitatis, & reſpective Canonicatus, cum ille reſideat apud Coadjutos, Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 30. Barboſ. *de Canon. cap.* 29. *num.* 3. Card. de Luc. *de Canon. diſc.* 6. *num.* 10. & propterea dicantur, & cenſe-
42 antur Dignitates, & Canonici ficti, Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 13. §. *unico numer.* 32. Tondutt. *quæſt. benefic. part.* 2. *cap.* 1. §. 13. *numer.* 6. Monacell. *in Formul. part.* 1. *tit.* 2. *formul.* 4. *num.* 29. Garz. *de Benef. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 76. *&* 90. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 170. *bon. mem.* Anſald. *in annotat. ad deciſ.* 20. *num* 17. inde ſequitur, ut præeminentia, & jus convocandi Capitulum gradatim devolvatur inter ſolas Dignitates, & Canonicos veros, jus, & titulum habentes in Eccleſia excluſive ad eorum Coadjutores propter indubitatam regulam, quod Coadjutores ſemper poſtponuntur, &
43 cedunt præcedentiam omnibus veris Dignitatibus, & Canonicis, tanquam ſedentes, & ſedere debentes in ultimo loco, ut communiter tradunt Barboſ. *de Canon. dict. cap.* 29. *numer.* 22. Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 101. *&* 109. *cum ſeqq.* Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 37. *&* 38. Gratian. *diſcept.* 106. *num.* 39. Monet. *de Option. cap.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 141. *& ſeqq.*

Cum ſit abſoluta, & generalis propoſitio, ut Coadjutores, qui aliena Dignitate præfulgent, nunquam 44
præferri poſſunt illis, qui propria Dignitate coruſcant, ut in ſpecie inquit Leo *in Theſaur. For. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 58. Garz. *de Benef. par.* 4. *cap.* 5. *numer.* 133. Saravia *de adjunct. quæſt.* 29. *num.* 43. Ac etiam quia Coadjutores tanquam Dignitates, & Canonici 45
ficti nunquam veris præferri poſſunt, quia ſemper verum ficto præferri debet, ut proſequitur Leo *d. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 60. *&* 61. Rebuff. *in prax. Benefic. tit. de reſcripto, etiam, & perinde valere numer.* 30. Geminian. *conſ.* 138. *num.* 1. *in fine, & num.* 2. *&* 3. Non 46
obſtante principio generali, quod in litteris Coadjutoriæ exprimi ſoleat, quod Coadjutor habere debeat omnes, & ſingulas prærogativas, & præeminentias, quas Coadjutus habet, & ſi præſens eſſet, haberet, hoc enim intelligitur circa ea, in quibus, Coadjuto deficiente, minueretur ſervitium, & cultus Eccleſiæ, & quæ ſpectant de jure ad officium Coadjutoris ad ſupplendas nempe vices Coadjuti *in neceſſariis*, ſecus autem ubi aliæ Dignitates, & Canonici ſupplent, & ſupplere volunt vices in defectum eorum, qui obligantur; Hoc enim caſu ex duplici capite non applicatur facultas data in litteris Coadjutoriæ, tum quia deficit neceſſitas muneris Coadjutoris, tum etiam quia nunquam intelligitur in præjudicium Dignitatum, & Canonicorum, quibus in defectum Coadjuti jure 47
proprio ſpectat, & devolvitur præeminentia, & poteſtas juris, ſeu functionis Capitularis, ut bene firmat Rot. *deciſ.* 259. *num.* 11. *part.* 9. *rec. & deciſ.* 46. *num.* 21. *poſt* Nuvar. *in Summ. Bullar. & deciſ.* 4. *n.* 3. *& ſeqq. poſt* Remocamp. *de Coadjutor. repetita in deciſ.* 467. *coram Emerix Jun.* ibi: *Ex clauſulis ampliſſimis apponi ſolitis in Coadjutoriis, &c. Coadjutor gaudet eiſdem prærogativis, honoribus, & præeminentiis, quibus Coadjutus quoties non agitur de præjudicio Coadjuti, vel alterius Canonici.*

Et reſolvit in terminis Sacra Congregatio Rituum 17. *Junii* 1632. ubi cum in Eccleſia Monopolitana extarent duo Primicerii primus, & ſecundus, orta controverſia inter ſecundum Primicerium, & Coadjutorem Primi, cui eorum abſente, vel impedito primo Primicerio Coadjuto deberetur primus locus, & 48
præcedentia, Sac. Congregatio reſolvit: *Abſente, vel impedito primo Primicerio Coadjuto, primum locum, & præcedentiam deberi ſecundo Primicerio, non autem Coadjutori primi Primicerii*: quam reſolutionem per extenſum reportat Barboſ. *de Canon. cap.* 29. *num.* 17. *& de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 69. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 13. §. *unico numer.* 30. ubi teſtatur, ſe etiam in facto proprio ita ſervaſſe: dum in eadem Eccleſia erat Coadjutor primi Primicerii, dum itaque agitur de jure convocandi Capitulum, quæ eſt præeminentia, & præcedentia, & quæ gradatim devolvitur, de una Dignitate, ad aliam, & de Seniore in Seniorem inter Canonicos, indubitatum videtur, quod hæc præeminentia ita devolvi debeat excluſis Coadjutoribus, juxta rationes proxime deductas.

Tertium Dubium erat: *An Vicarius Capitularis poſſit procedere ad cenſuras contra Decanum, Dignitates, & Canonicos convocantes Capitulum ſine licentia*: in quo dicebam mihi videri ſuperfluam eſſe ejus diſputationem; Firmato enim, quod Decanus, Dignitates, & Canonici habeant jus convocandi Capitulum ſine licentia Vicarii Capitularis, corruebat dubium præſuppoſitivum neceſſitatis petendi licentiam, ſed nihilominus addebam, quod etiam in figuratione caſus, quod petenda foret licentia, adhuc ea non petita nunquam Vicarius procedere poſſet ad cenſuras, tum ex defectu juriſdictionis, quam non habet Vicarius contra Capitulum, quia Decanus, & cæteræ Dignitates, & Canonici convocationem iſtam explent nomine Capituli, cujus etiam major pars poteſt ſe ipſum congregare, ut apud Ceccoper. *lucubr. Canon. libr.* 4. *nu* 49
mer. 13. Paſſerin. *de elect. cap.* 11. *numer.* 9. *& ſeqq.* & quod careat Vicarius poteſtate excommunicandi Capitulum, & ſic etiam ipſum repræſentantes uti Colle- 50
gium, firmat Quarant. *in Summ. Bullar. in verbo Capi-*

tulum Sede vacan. num. 15. *in fin.* Pax Jordan. *tomo* 2.
lucubr. lib. 12. *tit.* 2. *num.* 41. Suarez *de cenſur. diſput.*
9. *ſect.* 3. *num.* 13. Pellegrin. in *prax. Vicar. par.* 1. *ſect.*
4. *ſub ſect.* 6. *num.* 4.
Tunc etiam, quia cum petitio licentiæ ab Epiſcopo
quoad convocationem Capituli nihil aliud ſit, niſi ſo-
lemnitas, aut forma convocationis Collegii, exinde
inferri non poteſt, quod qui formam actus non ſer-
51 vat, poſſit excommunicari, cum jura noſtra ſatis im-
ponant ſuam pœnam, quæ conſiſtit in nullitate actus,
ſeu Capituli abſque debita forma celebrati, ad *Text.*
in l. Non dubium Cod. de legib. Suarez *de legibus quaſt.*
69. *tractat.* 14. *diſput.* 15. *ſect.* 8. *numer.* 16. Farinac. *in*
fragment. in verbo lex num. 170. quia nullitas actus
52 dicitur pœna, per *Text. in cap. Si Religioſus de e-*
lect. in 6. ibi: *in pœnam præſumptionis illius electio*
eadem ipſo facto viribus evacuatur, Felin. *in cap.* 2. *n.*
1. *de teſtib.* Panormitan. *in cap. Cognoſcentes numer.*
5. *de conſtit.* Vant. *de nullitat. in princip. titul. quid*
ſit nullitas num. 15. Unde cum adſit ſua pœna, non
poteſt alia ſuperaddi, & quidem extraordinaria, adeo-
que exorbitans, ut eſt illa excommunicationis, ad
quam nunquam devenitur, niſi deficiente altero re-
53 medio ordinario, juxta *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 3.
de Regular. ibique Barboſ. *n.* 19. *&* 20. Paulmoll. *dec.*
136. *num.* 11. Spereil. *deciſ.* 160. *num.* 1. *& ſeqq. bon.*
mem. Anſald. dec. 82. *num.* 3. Rot. *poſt* 2. *volum. conſil.*
Farinac. *dec.* 327. *num.* 5.

Deſcendebam ad examen quarti Dubii: *An Deca-*
nus, Dignitates, & Canonici convocantes Capitulum
uti valeant quacunque Perſona pro intimandis Capitu-
laribus, nec non quocunque Notario, caſu quo Curſo-
res, & Cancellarius eorum Officium præſtare recuſent:
ubi ſuſtinebam eſſe locum affirmativæ reſolutioni,
ſi enim Decanus, Dignitates, & Canonici habent
facultatem convocandi Capitulum, pro facienda autem
intimatione ſingulorum Capitularium neceſſaria eſt o-
pera alicujus Perſonæ Nuncium agere debentis, & ſic
etiam Notarii ad effectum ſcribendi, & rogandi re-
ſolutiones Capitulares, hinc nulla ratione prohiberi
valent, quominus requiſitis, & recuſantibus Curſo-
ribus Curiæ Epiſcopalis, & Cancellario Capituli, in
ſubſidium uti poſſint Miniſterio cujuſcunque Nuncii,
& Notarii, quia ſi competit facultas convocandi, &
faciendi Capitulum, competere etiam debet facultas
54 utendi mediis, ſeu Perſonis ad explendum actum ne-
ceſſariis, per *Text. in l.* 2. *ff. de juriſdict. omnium Ju-*
dic. cap. Præterea, & cap. Paſtoralis de offic. delegat.
Fagnan. *in cap. Cum ex injuncto num.* 3. *de nov. oper.*
nunciat. Rot. *dec.* 66. *num.* 13. *&* 14. *coram Gregor. &*
in Hiſpalen. Viſitationis ſuper ſecundo Dubio 30. *A-*
prilis 1700. §. *Aggrediendo cum ſeqq. coram bon. mem.*
Molines.

Et quidem ſi Curſoribus, & Cancellario prædictis
forſan ad faciendam rem gratam Vicario Capitulari,
eorum officium præſtare recuſantibus, non poſſent
Decanus, & alii de Capitulo habentes jus convocan-
di recurrere ad operam alterius Perſonæ, & Notarii,
abſurdiſſima daretur conſequentia; quod ſtaret in fa-
cultate Curſorum, & Cancellarii obſequio Vicarii ob-
55 ſecundantium impedire convocationes Capituli, ejuſ-
que reſolutiones neceſſarias pro ſervitio Eccleſiæ, &
Cultus Divini contra *Text. in l. Non debet. ff. de re-*
gul. jur. cap. Non debet de regul. jur. in 6. *& cap. Si com-*
promiſſarius. §. *Porro de elect. in* 6. Roman. *conſ.* 241.
num. 5. *verſ. dicitur ulterius*, Honded. *conſ.* 103. *num.*
30. *lib.* 2. maxime reſpectu Capituli, quod Sede va-
cante, eſt Dominus, & Superior, Ideoque nulla ca-
dit difficultatis ratio, ad concludendum, quod in
56 caſu ſubſidii alios Curſores, ſeu Perſonas, & Nota-
rium adhibere liceat, ut probat Gavant. *in prax. Epi-*
ſcop. in verbo Notarius num. 28. quia præſertim actus
convocationis non requirit certam formam, ſeu cer-
tam Perſonam, cum ſufficiat notificatio per quem-
57 cunque Nuncium, aut per Epiſtolam, aut ſonum
58 Campanæ, Barboſ. *de Canon. cap.* 39. *numer.* 3. *&* 4.
Caſtellin. *de elect. cap.* 8. *n.* 7. Tambur. *de jur. Abbat*
tom. 1. *diſput.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 21. Paſſerin. *de elect. cap*
11. *numer.* 51. Rot. *coram Manzan. deciſ.* 288. *numer.*
2. in quo dubio inepta erat illa diſtinctio, an Cur-
ſores, & Cancellarius recuſarent præſtare eorum ope-
ram cum cauſa, vel ſine, quæ diſtinctio procedit in
Judice, vel alia Perſona, ad quam recurritur pro ha-
benda licentia, vel conſenſu auctoritativo, aut neceſ-
ſario ad aliquem actum, ut apud Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.*
47. *n.* 37. Lambertin. *de Jurepat. lib. primo par.* 2. *quæſt.*
20. *artic.* 20. Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *numer.* 12. &
nullam connexionem, aut applicationem habet cum
Mercenariis, & Operariis.

Occurrebat quintum Dubium: *An Dignitas, ſeu*
Canonicus Capitulum Præſidens teneatur certiorem red-
dere Vicarium Capitularem abſentem de reſolutionibus
Capitularibus? Et quatenus affirmative, *quibus reme-*
diis procedi poſſit contra recuſantem, ubi negative di-
cebam eſſe reſpondendum, retento enim principio ſu-
perius relato, quod Vicarius eſt ſimplex Miniſter Ca-
pituli Domini, & Superioris, quodque in illud uti
Capitulum, vel Collegium non habet poteſtatem ju-
riſdictionis, quæ nunquam cenſetur data per Capitu- 59
lum contra ſeipſum, Quarant. in *Summ. Bullar. in*
verbum Capitulum Sede vacan. num. 15. *in fin.* Barboſ.
de poteſt. Epiſcop. allegat. 54. *n.* 180. Antonell. *de re-*
gim. Eccleſ. lib. 4. *cap. ultimo n.* 75. Pax Jordan. *lucu-*
br. tom. 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 41. nullo jure Vicarius
arrogare ſibi poterat hanc ſubjectionem contra Capitu-
lum; ut hoc teneatur illum certiorare de reſolutionibus
Capitularibus, quod non ſolum ullo jure non cavetur,
ſed etiam repugnat, quod Capitulum Sede vacante,
abſolutus Dominus, & Superior, & Succeſſor Epiſco- 60
pi teneatur reddere rationem ſuo Miniſtro mediante
participatione ſuarum reſolutionum Capitularium, ad
Text. in Can. inferior diſt. 21. *& in Canon. Si quis diſt.*
96. Jaſon. *in l. Omnes Populi num.* 11. *ff. de Juſt. & Jur.*
Tiraquell. *de pœn. tempor. in præfat. n.* 26. Surd. *conſil.*
58. *num.* 6. *Barboſ. in cap. Cum inferior num.* 2. *de ma-*
jor. & obed. Rot. *coram Coccin. deciſ.* 2194. *n.* 87.

Accedebat etiam Conſuetudo, & Obſervantia, jux-
ta quam nunquam reſolutiones Capituli participatæ
extiterant Vicario, quæ obſervantia in hac materia
plurimum attenditur tanquam declaratoria defectus
Juriſdictionis Vicarii quoad controverſam participa-
tionem reſolutionum Capituli ejus Superioris, cum 61
regulariter non præſumatur omiſſum, quidquid eſſet
de jure faciendum, Rot. *coram Royas dec.* 271. *n.* 6.
& coram Bich. dec. 331. *num.* 15. *& in Recent. deciſ.*
56. *num.* 7. *par.* 6. *& deciſ.* 291. *num.* 11. *par.* 9. *& deciſ.*
deciſ. 229. *n.* 7. *part.* 17. *& deciſ.* 496. *num.* 4. *part.* 18.
nec applicabatur Rot. *in Gerunden. Juriſdictionis ſu-*
per exhibitione reſolutionum Capitularium coram Card.
Priolo, quæ loquitur de Archidiacono Gerunden.
qui juxta conſuetudinem Sede vacante eſt Succeſſor 62
Epiſcopi excluſive ad Capitulum, ut in *deciſ.* 731.
& 764. *coram Emerix Jun. & in Gerunden. Juriſdi-*
ctionis ſuper Jure convocandi Capitulum, & ſuper Jure
præſidendi 24. *Junii* 1712. *coram Card. Priolo*, in ca-
ſu iſto Succeſſor Epiſcopi non eſt Vicarius ſed Ca-
pitulum, qui eum deputat.

Et hinc opus non erat diſcurrere de altera parte
Dubii, quibus nempe *remediis procedi poſſit contra*
recuſantem, ubi enim deficit obligatio certiorandi
Vicarium de reſolutionibus, deficit etiam culpa, &
tranſgreſſio, ſine qua locus eſſe non poteſt alicui
pœnæ, & coactioni ad notum *Text. in leg. Grac-*
chus C. ad l. Juliam de adulter. Covar. *variar. lib.* 2.
cap. 8. *ſub num.* 1. Menoch *conſ.* 686. *numer.* 16. Surd.
deciſ. 277. *numer.* 19. cum aliis apud Barboſ. *axiom.*
181. *numer.* 1. *& apud* Ma *diſceptat. Eccleſ.* 34. *nu-*
mer. 8. Carleval. *de Judic. tit.* 3. *diſputat.* 8. *ſect.*
2. *numer.* 14.

Sextum Dubium cadebat ſuper abolitione certi a-
ctus, nempe: *An actus regiſtratus in Cancellaria*
Epiſcopali die 30. *Auguſti* 1721. *de ordine Vicarii Ca-*
pitularis, in quo ſupponitur Decanum petiiſſe ab eo li-
centiam convocandi Capitulum ſubſiſtat, vel potius ſit
annullandus, & delendus: ubi dicebam negative reſol-
vendum eſſe quoad primam ejus partem, & affirmative
quoad ſecundam partem. Etenim conſtat in facto, quod
nunquam Decanus petiit licentiam a Vicario pro fa- 63
cienda convocatione Capituli, prout in hujuſmodi actu
ſupponitur, ac figuratur, quoties autem conſtat verita-
rem

ſem aliter ſe habeat, quam in actu regiſtrato ſup-
ponitur, nunquam ille ſubſiſtere poteſt, & omnino
delendus, & annullandus venit, ad *Text. in l. Cum
falſa, Cod. de Jur. & fact. ignor.* Rot. *cor. Coccin. dec.*
673 *n. 19. & in rec. deciſ.* 520. n 77. *part.* 14. *& deciſ.*
41. *n.* 1. *part.* 15. *& dec.* 23. *n.* 6. *part.* 16. *& dec.* 111.
num. 1. *part.* 17.

Non relevante, quod regiſtratio hujus actus contra
rei veritatem ordinata fuerit per Vicarium, dum con-
tra ipſum in cauſa propria militat juſta ſuſpicio, &
64 ſiniſtra præſumptio, ut in fortioribus terminis Epi-
ſcopi eſt *Text. in Canon. Non omnis* 2. *q.* 7. Rot. *in
Sagonen. Plebania* 11. *Junii* 1706. §. *Pluralitas, cor.
bon. mem. Kaunitz, &* 10. *Decembris ejuſdem anni* §.
Quin attendenda, cor. bon. mem. Omanna; Unde con-
cludebam, ut delendus foret iſte actus ex Actis Can-
cellariæ Epiſcopalis, ne de illo remaneat memoria
futuris temporibus, & quod falſum eſt pro vero,
tractu temporis haberi poſſet, ac etiam quia toleran-
dum non eſſet exemplum ſimilis actus conficti per
abuſum officii, & Juriſdictionis in eo, qui Juſtitiæ
leges cuſtodire debet, non autem actus confingere
65 ad confovendum ſuæ prætenſionis aſſumptum, & ſic
congruum videbatur, ut talis abuſus reprimeretur
per abolitionem actus, juxta *Text. in leg. Abolitia* 2.
Cod. de abolition.

Progrediebar ad diſputationem ſeptimi dubii, nem-
pe: *An ſubſiſtat inhibitio tranſmiſſa Decano, &
Canonicis die* 13. *Aprilis* 1722. *de mandato Vicarii
Capitularis ſub pœna excommunicationis majoris ipſo
facto incurrenda:* Et negative reſolvendum eſſe dice-
bam propter apertiſſimam nullitatem, & injuſtitiam
inhibitionis, priori enim loco cum inhibitio relaxata
fuiſſet ne Capitulum ſe congregaret, abſque licentia
66 Vicarii, eo ipſo quod talis licentia non requirebatur,
deſcendebat in conſequentiam inſubſiſtentia inhibitio-
nis ex capite evidentis injuſtitiæ, ut tradunt Sayr.
de Cenſur. lib. 1. *cap.* 17. *n.* 4. *&* 7. Sperell. *deciſ.* 48. *n.*
26. Pignatell. *conſultat.* 11. *num.* 5. *tom.* 9. Bonaccin. *de
Cenſur. diſput.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 10. *num.* 4. Filliucc. *oper.
moral. tract.* 11. *cap.* 8. *numer.* 224. *& ſeqq.* Farinacc. *in
Fragment. part.* 1. *litt. F. num.* 38. eoque magis, quia
Capitulum erat in poſſeſſione non petendi licentiam
Vicarii per conſuetudinem 70. annorum, quo caſu
67 magis injuſta remanſit inhibitio ſub pœna excom-
municationis, Pignatell. *dicta conſult.* 11. *nu.* 5. *tom.*
9. Sperell. *dec.* 49. *num.* 23. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 11. *num.* 3.
par. 2. *recent. & deciſ.* 96. *num.* 3. ibique Adden. *num.*
7. *coram Gregor.*

Secundo inhibitio ferri non poterat ſub pœna ex-
68 communicationis majoris, ex quo iſta eſt pœna graviſ-
ſima, & omnium pœnarum apud Eccleſiam exiſten-
tium maxima *Can. Corripiantur* 24. Sayr. *de Cenſur. lib.*
1. Sperell. *dec.* 60. n. 3. ideoque relaxari non poteſt, ni-
69 ſi ex cauſis urgentiſſimis, & graviſſimis, Sperell. *de-
ciſ.* 190. *num.* 1. *&* 2. *tom.* 2. Panimoll. *deciſ.* 96. *anno-
tat.* 1. *n.* 2. & probat Concil. Tridemt. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de
reformat.* ubi quod gladius excommunicationis ſobrie,
magnaque circumſpectione, & in ſubſidium dumta-
xat adhibendus eſt, Rot. *coram bon. memor. Anſaldo
deciſ.* 82. *num.* 3. ibi: *Excommunicationis remedium
non eſt, niſi ſubſidiarium telum, quo Eccleſia tanquam
benigna Mater quodammodo alio medicamine deſpe-
rato ferit inobedientes:* nam quando aliæ non defi-
70 ciunt minores pœnæ mulctarum, & ſimilium, vibra-
ri non poteſt hujuſmodi ſubſidiarium fulmen tan-
quam mors Animæ in extremis caſibus exercendum,
ut advertunt Monacell. in *Formul. For. Eccleſ. par.* 3.
in Prælud. numer. 7. *&* 59. Cardin. de Luca *ad Concil.
diſc.* 43. *num.* 1. Sperell. *deciſ.* 160. *numer.* 1. *cum ſeqq.*
Bellett. *diſquiſit. Cleric. par.* 1. *tit. de favore Cleric.* §.
5. *num.* 6. *& ſeqq.*

Unde corruebat inhibitio ſub pœna excommunica-
tionis majoris ipſo facto incurrendæ potius lata per
calorem Vicarii tunc prætenſionem ſuam ſubſtinere vo-
71 lentis, quando promptæ erant aliæ pœnæ magis con-
gruæ, & de facto habemus rem deciſam a Sacra Con-
gregatione Concilii in Melevitana Synodi ſub diebus
9. Aprilis 1707. & 3. Septembris, & 3. Decembris
ejuſdem anni. Ubi in Conſtitutionibus particularibus

approbata non fuit, ſed rejecta pœna excommuni-
cationis ipſo facto incurrendæ in eiſdem Conſtitu-
tionibus appoſita per Epiſcopum Cocco Palmerium
propter ejus gravitatem, & propter evidens pericu-
lum, quo Animæ illaqueantur.

Tertio nulla convincebatur inhibitio ſub pœna ex-
communicationis ex defectu juriſdictionis Vicarii, qui
proceſſit in Decanum, & alios Capitulares uti Col-
legium, & Capitulum, quia non ſolum inhibuit De-
cano, ſed etiam omnibus Dignitatibus, & Canoni-
cis, unde non petiit particulares perſonas de Capi- 72
tulo, ſed totum, & integrum Capitulum uti Cor-
pus Collegiale, quia tantum eſt dicere *Capitulum*,
ac exprimere: *Omnes Dignitates, & Canonici*, cum
importet collectivam perſonarum, & ſic Collegium,
ut in ſpecie Barboſ. *dict.* 241. *num* 22. *verſic. Quando*,
juxta doctrinam Bartol. *in Extrav. q. ſi ſint rebelles
in verb. Omnes*, Boer. *deciſ.* 158. *num.* 14. Card. Tuſc.
practic. concluſ. litt. D. concluſ. 397. *num.* 9. & præſer-
tim in materia reſpiciente jus Capitulare, ut eſt con-
vocatio Capituli, quod congregat ſeipſum mediante
prima Dignitate ejus Capite, & in ejus defectum
mediantibus aliis Dignitatibus, & Canonicis ſenio- 73
ribus, immo his renuentibus, ad quos ſpectat ma-
jor pars Capituli, congregat ſeipſum, ut tradunt
Franciſc. Marc. *deciſ.* 1030. *num.* 2. *par.* 1. Ceccoper. *lu-
cubrat. Canon. lib.* 4. *n.* 13. ibi: *Tali eventu Capitulum
dicitur ſe ipſum convocare*, Paſſerin. *de elect. cap.* 11. *n.*
9. *& ſeqq.* juxta doctrinam Panormit. *in cap. Cum no-
bis n.* 9. *verſic. Concluderem de Elect.*

Non poterat igitur Vicarius procedere contra Ca-
pitulum, inhibere, & excommunicare illud in ma-
teria Juris Capitularis reſpicientis univerſum Corpus,
quia Capitulum, Sede vacante, eſt Superior, & re-
præſentans Epiſcopum, juxta Federic. *conſil.* 30. *n.* 3. 74
Sbrozz. *de Offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 4. *& ſeqq.* Vica-
rius autem eſt ejus Miniſter habens ſolum exerci-
tium juriſdictionis, remanente illa in dominio, ſeu
habitu apud Capitulum, quam exercere poteſt in
multis caſibus ſupra relatis n. 10. & ſeqq. itaut ipſe
tanquam inferior Capitulo ſuo Domino careat po-
teſtate procedendi contra ipſum, & probat Diana
Coordin. tom. 3. *tract.* 5. *reſolut.* 73. *n.* 3. Panimoll. *dec.*
1. *annot.* 5. n. 62. & conſequenter nullitas inhibitionis,
& excommunicationis manifeſta remanet, cum ne-
mo poſſit vel æqualem, vel Superiorem excommu- 75
nicare, juxta doctrinam Divi Thomæ *in Supplem.
par.* 3. *q.* 22. *artic.* 4. *verſic. Sed contra*, Monacell. *in
Formul. For. Eccleſ par.* 3. *in Prælud. n.* 57. & in præ-
ciſis terminis, quod nequeat Vicarius excommuni-
care, aut ſuſpendere Capitulum, cujus vices gerit,
& a quo Juriſdictionem Vicariam obtinet, firmant
auctoritates ſupra relatæ n. 15.

Octavum, & poſtremum dubium reſpiciebat ſub-
ſiſtentiam alterius actus regiſtrati in Cancellaria E-
piſcopali de ordine Epiſcopi, in quo ſupponebatur
Decanum petiiſſe a Vicario Capituli licentiam ſub
conditione, ubi recurrebant deducta in ſexto dubio.

Et Sac. Congreg. Concilii accuratiſſime diſputata Cau- 76
ſa ſub die 18. Septembris 1723. reſolutiones dedit,
ut infra.

Ad primum: *Negative.*

Ad ſecundum: *Affirmative quoad primam partem,
& quoad ſecundam habebitur ratio in caſibus particu-
laribus viſis Litteris Coadjutoriarum.*

Ad tertium: *Negative.*

Ad quartum: *Affirmative.*

Ad quintum: *Negative.*

Ad ſextum, & octavum: *Ad mentem, & mens
eſt, quod deleantur.*

Ad ſeptimum: *Negative.*

CALARITANA DEPUTATIONIS
Arbitrorum.

ARGUMENTUM.

Vicarius Capitularis an recuſari poſſit, & competat Capitulo facultas deputandi Arbitros pro recognoſcendis Cauſis recuſationis, etiam quando Vicarius procedit cum Adjunctis; An iſte habeat Jus conferendi Sede vacante Beneficia de Jurepatronatus Jure devoluto.

SUMMARIUM.

1 *Omnes Judices Ordinarii, & Delegati poſſunt ſuſpecti allegari.*
2 *Vicarius Capitularis poteſt ſuſpectus allegari, & de ratione, ibid. num. 3.*
4 *Vicario Capitulari ſuſpecto allegato non eſt illi dandus Adjunctus, ſed recurrendum ad Capitulum.*
5 *Capitulum eligit Arbitros pro cognoſcendis Cauſis ſuſpicionum, & delegat Cauſam Alteri non ſuſpecto.*
6 *Juriſdictio Epiſcopalis per obitum Epiſcopi tranſit in Capitulum, non autem in Vicarium Capitularem.*
7 *Vicarius dicitur tam habere, & exercere uti Miniſter Capituli.*
8 *Non obſtante deputatione Vicarii, Capitulum plura retinet etiam in actu.*
9 *Et qualia ſint hæc, & numer. 11. 12. 13. 14. & 15.*
10 *Paria ſunt Vicarium eſſe ſuſpectum, ac eſſe impeditum.*
16 *Poteſt ſuſpectus allegari non ſolum Judex qui procedit ſolus, ſed etiam qui procedit una cum aliis Conjudicibus.*
17 *Vicarius Capitularis procedit ſolus in Capitulis non exemptis; ſed una cum Adjunctis in exemptis.*
18 *Sicut Unicus Judex poteſt ſuſpectus allegari, ita unus ex pluribus Conjudicibus.*
19 *Adjuncti ſunt Conjudices cum Epiſcopo, ſeu Vicario.*
20 *Duo Adjuncti repræſentant Capitulum, & Vicarius Epiſcopum.*
21 *Habent unum Votum, & non duo.*
22 *Adjuncti poſſunt ſuſpecti allegari.*
23 *Sic etiam Vicarius Capitularis.*
24 *Simultanea eſt Juriſdictio Adjunctorum, & Vicarii.*
25 *In quo caſu Vicarius Capitularis pro ſua parte poſſit nominare Arbitrum juxta Text. in cap. Cum ſpeciali de appellat.*
26 *Capitulo competit facultas recipiendi recuſationes ſui Vicarii Capitularis, & deputandi Arbitros.*
27 *Non datur appellatio Vicario Generali ad Epiſcopum, ſed eo ſuſpecto allegato ſuſpitionis Cauſa cognoſcitur ab Epiſcopo.*
28 *Ratiocinia, & argumenta non attenduntur, & quando.*
29 *Reſolutiones Sac. Congregationis in hac materia recuſandi Vicarium Capitularem, & deputandi Arbitros.*
30 *Capitulum Sede vacante an habeat Jus conferendi Beneficia libera Collationis devoluta ob negligentiam inferioris Collatoris; ubi de affirmativa.*
31 *Verior eſt ſententia negativa.*
32 *Præſertim propter diſpoſitionem Regulæ 2. Cancellariæ.*
33 *Sententia affirmativa procedit in Beneficiis de Jurepatronatus devolutis Sede vacante.*
34 *Collatio Jure devoluto ſpectat ad Inferiorem, qui habet Jus inſtituendi, non autem ad Epiſcopum.*
35 *Capitulum Sede vacante habet Jus inſtituendi ad præſentationem Patronorum, & ſic etiam conferendi Jure devoluto.*
36 *Neque hoc caſu Capitulum extendit ſuam Juriſdictionem, & de rationibus, ibid.*

DISCEPTATIO CXXIV.

IN Eccleſia Cathedrali Calaritana Sede Epiſcopali vacante exortis aliquibus controverſiis inter Capitulum, & Vicarium, & Vicarium Capitularem de communi conſenſu delata fuerunt Sac. Congreg. Concilii tria dubia, quæ ut infra reſoluta fuerunt Me ſcribente pro Capitulo.

Erat primum dubium: *An Vicarius Capitularis recuſari poſſit ex cauſa legitima;* ubi dicebam nihil proponi, quod prohiberet Vicarium poſſe ſuſpectum allegari, cum omnes Judices ſive Ordinarii, ſive Delegati recuſari poſſint, & ſuſpecti allegari ex quacunque legitima cauſa, quæ eos ſuſpectos reddat ab Officio judicandi, ut diſponunt apertiſſimæ ſanctiones Apoſtolici Juris *in Canon. Quod ſuſpecti* 3. q. 5. *cap. Cum ſpeciali, & cap. Secundo requiris de appellat.* & plene Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 4. *n.* 6. *& ſeqq.* Covarruv. *practic. quæſt. cap.* 26. *n.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 152. *nu.* 1. *& ſeqq.* Marcheſan. *de Commiſſ. tom.* 2. *tit. de Judic. ſuſpic. cap.* 8. §. 1. *n.* 1. *& ſeqq.* Card. de Luc. *de Judic. diſc.* 3. *n.* 63. *&* 64. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 121. Gratian. *diſcept.* 4. *per tot.* Ubert. *de Citat. cap.* 9. *n.* 145. Rot. *deciſ.* 2. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 2. *diverſ.* & in ſpecie, quod Vicarius Capitularis poſſit ſuſpectus allegari, & recuſari communiter firmarunt Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 12. *tit.* 2. *de Vicar. Capit. n.* 37. Quarant. *in Summ. Bullar. in verb. Capitulum Sede vacante n.* 5. Peregrin. *in prax. Vicar. part.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 4. *n.* 13. Marchett. *de Vicar. Capitul. part.* 3. *tit.* 34. *n.* 1. *& ſeqq.* Vulpell. *in prax. cap.* 44. *n.* 29. Barboſ. *de Canonic. cap.* 42. *ſub num.* 54. ea ratione, quod eo modo, quo poteſt recuſari Epiſcopus, ejuſque Vicarius Generalis, ita etiam Vicarius Capitularis, in quem tranſit juriſdictio Epiſcopalis ſibi tributa per Capitulum Sede vacante, & firmavit Sacra Congregatio apud Garz. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 7. *n.* 23. *verſ. Nono fuit dubitatum,* & propterea nulla cadebat ratio dubitandi pro affirmativa reſolutione hujus dubii. 1 2 3

Sed pariter affirmative reſolvendum eſſe mihi videbatur ſecundum dubium, ubi quærebatur: *An competat Capitulo facultas deputandi Arbitros, qui de cauſis recuſationis cognoſcat:* Etenim allegabam ita fuiſſe alias deciſum in Sac. Congregatione Concilii 31. Martii 1588. in declaratione ad *cap.* 16. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* relata apud Gallemart. ad Concilium ubi ſupra, ibi: *An Capitulum Sede vacante poſſit eligere Arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum contra Vicarium ab eo Sede vacante deputatum, &c. Congregatio cenſuit utique poſſe, eo modo quo Epiſcopus potuiſſet:* in qua declaratione deciſum quoque fuit, quod in caſu recuſationis Vicarii tanquam ſuſpecti non poſſint eligi Arbitri, ſed recurrendum ſit ad Capitulum tanquam Superius ibi: *Fuit dubitatum, an ſi iſte Vicarius allegaretur ſuſpectus, poſſent eligi Arbitri, &c. & dictum fuit, quod non, ſed recurrendum eſſe ad Capitulum tanquam Superius,* & inhærendo huic declarationi Sacræ Congregationis omnes communiter firmarunt, quod in caſu recuſationis Vicarii Capitularis nullo modo ſit illi dandus Adjunctus, ſed ſit recurrendum ad Capitulum, quod eligat Arbitros pro cognoſcendis cauſis ſuſpicionum, quibus recognitis, & probatis ſpectat ad Capitulum delegare cauſam alteri non ſuſpecto, ut firmant Ventrigl. *in prax. part.* 2. *tit. de Capitul. Sede vacante annot.* 15. §. 2. *n.* 36. Merull. *tom.* 3. *diſput.* 7. *cap.* 7. *dub.* 34. *n.* 33. Antonell. *de Regimin. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 18. Quarant. *in Summ. Bullar. in verb. Capitulum Sede vacante num.* 5. ibi: *Ad Capitulum eſſe recurrendum, ipſumque poſſe eligere Arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, &c. quod cauſæ ſuſpicionis militaverint, in eo caſu poſſe Capitulum illas cauſas a Vicario* 4 5

cario

Digitized by Google

caria auferre, & alteri committere, Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 37. Marchett. *de Vicar. Capitul. p.* 3. *c.* 34. *n.* 2. *& ſeqq.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 54. *n.* 150. *verſ. Ubi vero*, Vulpell. *in prax. Eccleſ. cap.* 25. *n.* 19. Peregrin. *de Vicar. Capitul. par.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 4. *n.* 13. Ricc. *collect.* 1602. *per tot.*

Stante autem re deciſa per Sacram Congregationem in declaratione generaliter facta ad interpretationem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reformat.* ſuperfluum eſſe credebam reſpondere ad ratiocinia, quæ in contrarium allegabantur, & nihilominus nihil obſtare dicebam, quod facta electione Vicarii Ca-
6 pitularis tranſeat in ipſum juriſdictio Epiſcopalis, in qua habeat totam, & liberam poteſtatem; Quia tale principium ſic indiſtincte firmatum erat omnino inſubſiſtens reflectendo, quod juriſdictio Epiſcopalis poſt obitum Epiſcopi non tranſit, niſi in Capitulum, quod poſtea dicitur eam exercere per Vicarium Capitularem tanquam proprium Miniſtrum, itaut Vicarius nudum
7 exercitium juriſdictionis conſequatur, & quidem exercendum nomine ipſius Capituli, ut probat Sbroz. *de Offic. Vicar lib.* 1. *quaſt.* 16. *num.* 6. *& ſeqq.* ibi: *Quia Vicarius iſte gerit vicem Capituli, a quo deputatur, quia Capitulum habet Juriſdictionem Epiſcopalem Sede vacante, & eſt Epiſcopi Succeſſor*, Pignatell. *conſult.* 159. *n.* 3. *tom.* 9. ibi: *Capitulum ſuccedit in jus univerſum Epiſcopi, poteſtque agere omnia, quæ ſunt ordinariæ Juriſdictionis, &c. quam quidem Juriſdictionem dicitur exercere per Vicarium Capitularem, cum in eum illa non tranſeat, ſed nudum exercitium nomine ipſius Capituli*, Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 12. *tit.* 2. *n.* 34. ibi: *Certum eſt apud Capitulum remanere ipſam Juriſdictionem, in Vicarium vero tranſire exercitium illius*, Quaran. *in Sum. Bullar. in verb. Capitulum Sede vacante num.* 4. Fagnan. *in cap. Nobis n.* 48. *& ſeqq. de ſentent. excomm.* Garz. *de Beneſic. part.* 5. *cap.* 7. *n.* 28. *&* 29. Ricc. *in prax. part.* 1. *reſolut.* 506. *n.* 2.

Dum ergo apud ſolum Capitulum remanet Juriſdictio Epiſcopalis, & Vicarius Capitularis eam conſequitur in ſimplici exercitio tanquam Vicarius, & Miniſter, & nomine ipſius Capituli, quod agnoſcit pro Superiore, recte procedebat antiqua reſolutio Sacræ Congregationis una cum univerſa Doctorum opinione, quod in caſu recuſationis Vicarii tanquam ſuſpecti recurrendum ſit ad Capitulum tanquam ſuperius, ad quod ſolum ſpectat eligere Arbitros, & ad quod ſolum ſpectat juſtificata coram Arbitris Cauſa ſuſpicionis Cauſam alteri non ſuſpecto delegare, abſurdum enim eſſet, quod qui Vicariam gerit Poteſtatem, & Juriſdictionem arrogaret ſibi Poteſtatem Superioris, quando
8 ab ipſo dependere debet, quemadmodum plura in actu etiam remanent apud Capitulum non obſtante electione Vicarii, ut ſignanter pertinet ad Capitulum alium Vicarium ſubſtituere in caſu, vel impedimenti, vel infirmitatis Vicarii electi, ut advertunt Quaran. *in verb. Capitulum Sede Vacante n.* 10. Barboſ. *de Canon. c.* 42. *n.* 56. Pignatell. *conſult.* 159. *n.* 5. *tom.* 9. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *n.* 38. quia caſus fraternizat cum illo, de quo quæritur, quia paria ſunt
9 Vicarium eſſe ſuſpectum, ac eſſe impeditum, ubi facultas alium ſubſtituendi pertinet ad Capitulum Superiorem, & Dominum, & firmat Dian. *coordinat. tom.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 71. *n.* 3.

Ex quo principio non obſtante electione Vicarii ſpectat ad Capitulum Jus tuendi Eccleſiaſticam libertatem, & conſervandi pariter Eccleſiaſticam Diſcipli-
10 nam, Quaran. ubi ſupra num. 4. *verſ. Hic infertur*, Pax Jordan. *dicta lib.* 12. *tit.* 2. *n.* 37. & ſimiliter apud Capitulum remanet Poteſtas removendi Vicarium ex juſta Cauſa, Pax Jordan. ubi ſupra num. 13. Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 3. *quaſt.* 30. *n.* 7. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcopi allegat.* 54. *n.* 170. *&* 171. Quarant. *ubi ſupra n.* 3. Nuvar. *in Summ. Bullar. par.* 1. *Comment.* 38. *n.* 21. Ventrigl. ubi ſupra n. 23. ipſe Vicarius non habet
11 Poteſtatem ſuſpendendi, vel interdicendi ipſum Capitulum tanquam Superiorem ſuum, Pax Jordan. ubi ſupra n. 41. Quarant. ubi ſupra n. 15. in fine, Barboſ. ubi ſupra n. 180. Garz. *de beneſic. part.* 5. *cap.* 7. *n.* 32. Peregrin. *in prax. Vicar. p.* 1. *ſect.* 4. *ſubſect.* 6. *n.* 6. Antonell. *de Regimin. Eccleſ. lib.* 4. *cap. ultima num.* 75. idem Vicarius in Choro cedit Præcedentiam Decano 12
tanquam primæ Dignitati repræſentanti ipſum Capitulum, Card. de Luc. *ad Concilium diſc.* 31. *num.* 29. Quarant. ubi ſupra n. 8. Nicol. *in floſcul. in verb. Vicarius Capitularis n.* 67. Sbroz. *de Offic. Vicar. libr.* 2. *q.* 25. *n.* 20. Panimoll. *dec.* 1. *annot.* 1. *n.* 62. Si Vicarius ſit interdictus, vel excommunicatus abſolvitur de Man- 13
dato Capituli, Quarant. ubi ſupra num. 15. in fine, quando eſt Infirmus Cauſas coram ipſo introductas, & pendentes, non poteſt alteri delegare abſque conſenſu Capituli, Gavant. *in Manual. in verb. Capitulum Sede Vacante n.* 20. Quarant. *ubi ſupra num.* 10. *verſ. Quod Ego intelligo*, Barboſ. *de Poteſt Epiſcop. alleg.* 54. 14
n. 177. Si Capitulum Sede plena non habeat facultatem ſe convocandi, niſi de licentia Epiſcopi, non poteſt Vicarius prætendere Sede Vacante ad ipſum ſpectare Jus dandi licentiam ſe convocandi, ut noviſſime Me ſcribente reſolvit Sacra Congregatio Concilii in *Melevitana Convocationis Capituli* 18. *Septembris* 1712. *in Reſponſione ad primum diſcept.* 123. *num.* 76.

Ex quibus patet hujuſmodi Vicarium eſſe Miniſtrum ſubordinatum, & dependentem ab ipſo Capitulo, cui Vicarium præſtat exercitium, & propterea quando ille 15
allegatus ſuſpectus ceſſat totum ejus exercitium, & tota Poteſtas actu, & habitu remanet ad Capitulum in recognoſcenda coram Arbitris Cauſa ſuſpicionis, eaque probata delegandi Cauſam alteri non ſuſpecto juxta ſuperius allegatam declarationem Sac. Congreg. Anni 1588. confirmatam ex communi omnium Doctorum Sententia.

Et demum ſuſtinebam affirmativæ etiam reſolutioni locum eſſe quoad tertium Dubium, ubi quærebatur: *An competat Capitulo facultas deputandi Arbitros pro Cauſa ſuſpicionis, quando Vicarius procedere debet cum Adjunctis*; Etenim Cauſa ſuſpicionis contra Judicem 16
ad effectum eum recuſandi ejus efficaciæ eſt, ut locum habeat etiam contra Judicem, qui non procedit ſolus, ſed una cum aliis Conjudicibus, ut eſt *Text. in cap. Cauſam quæ* 17. *de Offic. Delegat.* ibique Pannorm. n. 1. ibi: *Nota prima, quod licite poteſt recuſari Judex, ut ſuſpectus ex Cauſa probabili, non ſolum quando ipſe ſolus eſt Judex, leg. Prætor, ff. de juriſdict. omn. judic. &c. ſed etiam cum habeat alios Collegas, & facit iſte Textus, &c. quod ſi in Univerſitate Judicem habeo aliquem ſuſpectum poſſum petere illum removeri, non obſtante, quod alii poſſint ferre Sententiam juſtam*: Pax Jordan. *tom.* 3. *lucubrat. lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 11. *&* 12. ibi: *Subampliatur ſecundo, ut Judex poſſit recuſari, ut ſuſpectus, etiamſi judicare habeat una cum aliis, &c. extende iſtam ſubampliationem, ut ſi in Collegio, vel Univerſitate reperiatur aliquis mihi ſuſpectus petere poſſim illum excludi a judicando una cum aliis, non obſtante, quod alii poſſint ferre Sententiam juſtam*: & concordat Felin. *in dicto cap. Cauſam quæ* 17. *de Offic. Delegat. n.* 1. *verſ. Ego teneo opinionem Abbatis.*

Quo ſtante nulla differentia eſſe poteſt inter caſum, quo Vicarius Capitularis procedit ſolus, ut contingit in Capitulis non exemptis, & caſum iſtum, ubi pro- 17
pter Capituli exemptionem procedit una cum Adjunctis juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *de Reformat.* Sicut Epiſcopus procedit Sede plena cum his Adjunctis, cum ſola differentia conſiſtat in materialitate caſus, quod agatur de Tribunali habente unum Judicem, vel habente duos, vel tres Judices ſimul procedere debentes, ubi ſicut unicus Judex recuſari poteſt ex Cauſa ſuſpicionis, ita recuſari 18
poteſt unus ex pluribus judicare debentibus, cum nunquam judicare poſſit, & ſuum Votum ferre Judex ſuſpectus, ſive ſit ſolus, ſive procedat una cum aliis ſuis Collegis, & Conjudicibus, cum Adjuncti aliud non ſint, niſi Conjudices cum Epiſcopo, ſeu Vi- 19
cario, ut probat Sarav. *de Adjunct. quaſt.* 3. *n.* 9. Rota *dec.* 57. *n.* 3. *in fine part.* 1. *recent.* Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *num.* 6. nam duo Adjuncti repræſentant Capitulum, & Vicarius Epiſcopum, Sarav. *de Ad-* 20
junct. quaſt. 4. *num.* 11. & propter hoc illi duo Adjuncti non habent niſi unum Votum, ſicut habet Epiſcopus,

ſeu

Digitized by Google

21 ſeu Vicarius juxta Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap* 6. ibi: *Unum autem tantum ſit utriuſque Votum*: ibique Barboſ. num. 36.

Dum itaque agitur de duobus, ſeu tribus Judicibus intrat diſpoſitio *Textus in allegato cap. Cauſam quæ* 17. *de Offic. Delegat.* quod unus ex illis ex legitima Cauſa ſuſpicionis poſſit ſuſpectus allegari, ſicut habe-
22 tur, quod ipſi Adjuncti poſſunt ſuſpecti allegari, ut eſt communis opinio, de qua Sarav. *de Adjunct. quæſt.* 9. *num.* 2. Cæſar. de Graſſ. *dec.* 4. *num.* 5. *de Except.* Barboſ. *ad Concil. dicta ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *num.* 7. *& de Canonic. cap.* 28. *num.* 9. Gratian. *diſceptat.* 100. *n.* 49. Unde eadem ratione qua Adjuncti poſſunt ſuſpecti allegari, qui ſunt
23 Conjudices cum Vicario, poteſt etiam ſuſpectus allegari, & recuſari ipſe Vicarius pariter Conjudex, abſ-
24 que eo quo ulla differentiæ ratio ſit aſſignabilis, cum Juriſdictio omnium dicatur ſimultanea, Sarav. *de Adjunct. q.* 4. *n.* 8.

Quibus omnibus dicebam non obſtare reſolutionem Sac. Congregationis in Turritana, in qua propoſito Dubio: *An poſſet Vicarius Capitularis procedere in Cauſis Canonicorum Eccleſiæ tam in communi, quam in particulari, non obſtante ejus ſuſpicione, ſeu recuſatione allegata per Canonicos, & Capitulum?* reſolutum fuit negative, poſtea vero ſub die 24. Martii 1725. reſponſum fuit: *Non poſſe Vicarium procedere in cauſa fidejuſſionis eorum de Rio, & quoad alias cauſas ſervandam eſſe diſpoſitionem Textus in cap. cum ſpeciali de Appellat.* ex qua reſolutione prætendebat Vicarius, quod ad cognoſcendas ſuſpicionis cauſas eſſent duo eligendi, alter ab ipſa Parte recuſante, & alter ab ipſo Vicario recuſato.

Etenim apertiſſimum cadebat æquivocum in applicatione hujus reſolutionis ad ſubjectum caſum, dum illa loquebatur in eo caſu, quo ipſum Capitulum Turritanum erat Colligans, & Pars, quæ recuſationem Vicarii propoſuerat, & ideo nominaverat pro ſua parte Arbitrum, requirendo ut Vicarius alium Arbitrum pro alia ſua parte nominaret, ut de cauſis ſuſpicionis cognoſcerent, ut legitur infra num. 29. ubi propterea applicabatur diſpoſitio *Textus in cap. cum ſpeciali de Appellat.* in quo data reperitur forma ita eligendi Arbitros.

25 Caſus, de quo agebatur, erat omnino diverſus, quia Capitulum non ſe fecit Colligantem ad recuſandum Vicarium, ſed unus tantum particularis Canonicus nomine ſuo proprio, non autem Capituli ſuſpicionem Vicarii allegavit, in quibus terminis Capitulum remanet Superior reſpectu ſui Vicarii, & in caſu ejus recuſationis ad ipſum tantum pertinet eligere Arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, quæ proponuntur eo modo, quo Epiſcopus cognoſcit de cauſis ſuſpicionum ſui Vicarii Generalis juxta reſolutionem Sacræ Congregationis, & communem opinionem omnium Doctorum, de quibus ſupra num. 4. & ſeqq. quod adeo verum eſt, ut hoc ipſum fuerit inſuper deciſum in eadem Cauſa Turritana ſuper ſecundo Dubio ſub die 17. Decembris 1724. ubi propoſito ſecundo Dubio,
26 *An competat Capitulo Metropolitano facultas recipiendi recuſationes Vicarii Capitularis per Diœceſanos Turritanos propoſitas, ſeu proponendas, & reſpective deputandi Arbitros pro admittendis, ſeu rejiciendis cauſis earundem recuſationum*; Sacra Congregatio reſpondit: *Affirmative*: ut habetur infra poſt n. 29. & ſic Sacra Congregatio approbavit antiquam reſolutionem Sac. Congreg. de anno 1588. & communem Sententiam Doctorum.

Hinc opus non erat reſpondere ad oppoſitionem illam, quod non ſicut datur appellatio a Vicario Capitulari ad Capitulum, ſic etiam non competeret Capitulo facultas recognoſcendi cauſas ſuſpicionis Vicarii Capitularis, & eligendi ad hunc effectum Arbitros, eſt enim argumentum in ſpecie reprobatum, cum aliud ſit caſus appellationis, & caſus recuſationis, dum non datur appellatio a Vicario Generali ad Epiſcopum, & tamen ſi recuſatur Vicarius cauſa recuſationis cogno-
27 ſcenda eſt ab Epiſcopo, ut *in cap. Si contra in fin. de Offic. Delegat. in* 6. & in ſpecie reſpondendo ad hoc argumentum firmarunt Pax Jordan. *tom.* 3. *lucubrat. lib.*
28 33. *tit.* 4. *num.* 31. Ubert. *de Citat. cap.* 9. *num.* 172. & 173. & de cætero non eſt locus argumentis, & ratiociniis, ubi aſſiſtunt ſpeciales Deciſiones in terminis, ut inquit Cavalcan. *dec.* 26. *n.* 50. & *dec.* 36. *n.* 98. *part.* 3. Cyriac. *controverſ.* 248. *num.* 21. & 22. *tom.* 2.

Et juxta prædicta judicavit Sac. Congreg. Concilii, quæ ſuper tribus Dubiis ſuperius adductis ſub die 8. Ju- 29
nii 1726. reſpondit.

Ad Primum: *Affirmative.*

Ad ſecundum: *Affirmative in caſu de quo agitur.*

Ad Tertium: *Affirmative.*

Reſolutiones autem ejuſdem Sac. Congreg. editæ in Turritana ſunt infraſcriptæ.

D U B I U M II.

An competat Capitulo Metropolitano facultas recipiendi recuſationes Vicarii Capitularis per Diœceſanos Turritanos propoſitas, ſeu proponendas, & reſpective deputandi Arbitros pro admittendis, ſeu rejiciendis cauſis earundem recuſationum.

Sac. Congreg. Concilii ſub die 17. Decembris 1724. reſpondit: *Ad ſecundum affirmative.*

T U R R I T A N A.

Propoſito in hac Sac. Congregatione Dubio: *An Vicario Capitulari Turritano liceat procedere in cauſis Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ tam in communi, quam in particulari, non obſtante illius ſuſpicione, ſeu recuſatione per eoſdem Canonicos, ſeu Capitulum allegata?* reſponſum fuit *Negative*, & repropoſita cauſa reſponſum fuit *In Deciſis*.

In proxima præterita Congregatione Vicarius inſtetit pro nova Audientia ſub obtentu, quod ſi ſtante recuſatione jam facta non poterat ipſe procedere in cauſis Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ tam in communi, quam in particulari, actum dici poterat de ſua Juriſdictione univerſa; Sed cum animadverſum fuerit, quod Dubium in hac Sac. Congreg. reſolutum non fuerat generale, ſed qualificatum cum ſolita clauſula, *In caſu*, Negative reſponſum fuit quoad novam Audientiam, & dictum eſt, quod inſtaret pro declaratione Reſcripti.

Ad normam itaque hujuſce reſolutionis Vicarius inſtat pro Reſcripti declaratione, prout ex Libellis per manus EE. VV. circumfero, tam pro parte ipſius Vicarii, quam pro parte Capituli contradicentis, ſeque opponentis. Die 24. Martii 1725. Sacra Congregatio, &c. utraque parte informante cenſuit, non poſſe Vicarium procedere in cauſa fidejuſſionis eorum de Rio, & quoad alias cauſas ſervandam eſſe diſpoſitionem, *Text. in cap. cum ſpeciali de Appellation.*

C. Card. Origus Præfectus.

Occaſione agendi de Vicario Capitulari occurrit quæſtio, ſuper qua conſultus nuper fui, an ille habeat facultatem conferendi Jure devoluto Beneficia de Jurepatronatus, in qua quidem quæſtione, loquendo ta- 30
men de Beneficiis liberis, & devolutis ob negligentiam inferioris Collatoris, olim diſcordes fuerunt Canoniſtæ, & affirmativam opinionem tenuit Jo. Andr. *in* §. *Quanquam de elect. in* 6. firmando, quod Capitulum Sede Vacante ſuccedat in Collatione ſpectante ad Epiſcopum de Jure devoluto, & eum refert, & ſequitur Panormitan. *in cap.* 2. *de Sede Vacante*, ubi reddit rationem, quod Capitulum ideo non ſuccedit in collatione Beneficiorum, quia collatio computatur inter fructus, & videtur quidam fructuatio honorificentiæ, & quia in ea exercetur Gratia, ſed hoc dici non poſſit in Beneficiis devolutis, cum devolutio non ſit ad Epiſcopum ratione ſui, ſed favore Beneficii, ne patiatur diutinam vacationem ob terminum Juris jam elapſum, ideoque Panormit. *in cap. Joannes de Teſtament.* ubi dicit, quod in executione Teſtamenti ſpectante ad Epiſcopum Jure devoluto, Capitulum ſuccedit, quia hæc executio eſt Juriſdictionis Epiſcopalis, & potius oneris quam honoris, & hanc opinionem

Joan-

Digitized by Google

Joannis Andreæ approbarunt plures Canoniſtæ *in allegato cap. Quanquam de Elect. in 6.* nempe Geminian. & Franch. num.4. & alii relati apud Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap.32. ſub num.* 120. Lambertin. *de Jurepatronat. part.3. lib.2. quæſt.1. art.7. n.4.* Verum negativam Sententiam, poſtea ſubſtinuit Panormit. *in cap. cum*
31 *olim ſub num.* 2. *verſ. Sed circa de majorit. & obedient.* ubi refert hanc opinionem tenuiſſe Card. Monach. *in d. cap. Quanquam de elect. in 6.* & ſic tranſire Doctores *in eodem cap. cum olim de major. & obedient.* ibique Felin. num.3. referendo utranque opinionem inclinavit in praxi pro negativa contra Joannem Andreæ, ea ratione, quod iſta collatio Jure devoluto eſt ſemper liberalitas, & gratia erga Perſonam arbitrio conferentis eligendam, non ſecus, ac illa, quam facit Epiſcopus Jure proprio, & non devoluto, non obſtante, quod actus devolutioni principaliter provideat Beneficio vacationem paſſo ultra terminum Juris, quæ opinio in Beneficiis liberæ collationis devolutis mihi verior videtur ob rationem proxime relatam, propter quam Capitulum Sede Vacante non poteſt conferre Beneficia ad Epiſcopi collationem Ordinariam, ſeu Jure ſuo Ordinario ſpectantia juxta *Text. in cap.2. ne Sede Vacante,* & hanc opinionem uti veriorem ſequuntur Rebuff. *in prax. benefic. tit. de devolut. num.93.* & alii apud Garz. *de benef. part.5. cap.7. num.53.* ubi contrarios refellit Pavin. *de Poteſtat. Capituli Sede Vacante part.2. quæſt.2. num.10.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.1. cap.33. num.110. verſ. Verum contrarium*, Pellegrin. *in prax. Vicar. p.1. ſect.4. ſubſect.3. num.19.* Paſſerin. *de elect. cap.31. n.48.* & hodie hoc videtur indubitatum ob diſpoſitionem *Re-*
32 *gul.2. Cancellariæ*, quæ reſervavit Sedi Apoſtolicæ omnia Beneficia quomodolibet pertinentia ad collationem, præſentationem, electionem, & quamcunque aliam diſpoſitionem Epiſcoporum, quæ vacant, & in futurum vacabunt Sede Epiſcopali Vacante, uſque ad proviſionem Succeſſorum, & adeptam ab eiſdem pacificam poſſeſſionem, ut ex Quarant. *in Summ. Bullar.* notavit Garz. ubi ſupra n.53.

Verum ego examinando quæſtionem extra caſum, de quo loquuntur allegati Doctores veluti loquentes de
33 beneficiis liberis, & devolutis Sede plena, aut vacante ad Epiſcopum, ſeu Dignitatem Epiſcopalem, ubi procedit opinio Panormitani *in cap. cum olim de major. & obedient. & Regul.2. Cancellariæ*, & loquendo in beneficiis de Jurepatronatus devolutis Sede Epiſcopali Vacante, quia durante, tunc adhuc termino Patroni non præſentarunt, coram Capitulo, ſeu Vicario Capitulari, qui habet Sede Vacante Jus recipiendi præſentationes, & inſtituendi Præſentatos, ut eſt *Text. in cap.1. de inſtit. in 6.* Lambertin. *de Jurepatronat. par.3. lib.2. quæſt 1. art.7. num.1.* crederem in hoc caſu poteſtatem conferendi jure devoluto hæc beneficia de Jurepatronatus ſpectare Capitulum, ſeu Vicarium Capitularem;
34 nam ſicut hoc tempore Capitulum habet Jus recipiendi præſentationes Patronum, & inſtituendi Præſentatos, ita ad ipſum devolvitur collatio jure devoluto, non autem ad Epiſcopum, ſeu Dignitatem Epiſcopalem, quia devolutio datur ad illum qui habet jus inſtituendi, non autem ad Epiſcopum, cui non competit Inſtitutio, juxta Gloſſ. communiter recepta *in Clem. unic. in verb. diſpoſitionem de ſupplen. neglig. Prælatur.* ibique Zabarella, Imola, & Panormitanus, & plene Rocchus de Curte *de Jurepatr. in verb honorificum n.64.* Lambertin. *eodem tract. lib.2. part.3. quæſt.7. artic.11. & per tot.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. de devolut. n.26.* Paſſerin. *de elect. cap.31. n.49.* dum ergo Capitulum tempore Sedis Vacantis eſt ille Ordinarius, cui ſpe-
35 ctat jus inſtituendi ad præſentationem Patronorum juxta diſpoſitionem juris in *cap.1. de inſtit. in 6.* in conſequentiam habet juriſdictionem conferendi jure devoluto ob negligentiam Patronorum in præſentando, non attenta ratione, quod in collatione conſideretur donatio, & gratia collatoris, ob quam rationem non ſuccedit Capitulum in jure conferendi beneficia ſpectante ad Epiſcopum, quia tali caſu Capitulum non ſuccedit in collatione ſpectante ad Epiſcopum jure proprio, aut devoluto, ſed cum ſucceſſerit in jure inſtituendi, exercet omnia quæ dependent ad hoc jure inſtituendi tanquam in annexis, & connexis, ubi uno conceſſo dicitur conceſſum, & aliud, quod venit in conſequentiam, ut bene probat Rocch. de Curt. *de Jurepatron. in verb. honorificum n.64.* ubi dicit non eſſe verum, quod iſto caſu fiat aliqua extenſio, quia Prælatus inferior, 36
ſive ut in caſu iſto, Capitulum conferendo jure devoluto, non conſequitur aliquod jus de novo, ſed ſolummodo jus, quod habebat non liberum, nempe inſtituendi, exercet factum liberum per viam liberæ collationis jure devoluto, exemplo hominis ligati, qui ſi diſſolvatur, & diſſolutus ambulet, certe non ambulat per poteſtatem novam ſibi quæſitam, ſed per eandem quam prius habebat, addendo, quod ubi alicui competit poteſtas limitata, ſublata limitatione ſine facto ejus ipſe utitur eadem poteſtate libere juxta *Text. in cap. unic. §. Ubi vero ne Sede Vacan. in 6.* & denique addit, quod habens Jus inſtituendi non debet ſine culpa ſua illud amittere, abſurdum ergo videretur, quod propter negligentiam Patroni commiſſam in non præſentando, Prælatus inferior, qui habet jus inſtituendi jus ſuum amitteret, & per rationes iſtas late concludit Card. Zabarell. *in Clement. unica ex n.9. 10. & 11. de ſupplen. neglig. Prælat. ſignanter verſ. Ergo ſubtracto, verſ. Tertio, verſ. Sexto, & verſ. Per hoc infero*, Panormit. *in cap.2. n.14. verſ. nam præſentatio de conceſſ. præben.* Lambertin. *de Jurepatron. lib.2. par.3. q.7. art.11. n.2. & ſeqq.*

BURGEN. DECIMARUM
De Belloardo.

ARGUMENTUM.

Exemptio ab onere decimarum quæſita per Immemorabilem præſcriptionem, quoad certa bona alicujus qualitatis non extenditur ad alia in futurum, quæ eandem qualitatem acquiſiverunt; Quis dicatur Decimator univerſalis, & quis particularis; An Epiſcopus habeat cauſam univerſalem decimandi in Diœceſi ubi Parochiæ ſunt diſtinctæ?

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Onus decimarum bonis infixum non tollitur ex mutatione poſſeſſionis.*
3 *Aſſiſtentia juris ſuper decimis ſtat pro Epiſcopo, non autem pro Vicariis amovibilibus privatis ad curam.*
4 *Qui allegat exemptionem fatetur contra ſe aſſiſtentiam juris.*
5 *Immemorabilis non extenditur de bonis præteritis ad futura.*
6 *Etiamſi fuerit introducta ratione certæ qualitatis bonorum, quæ verificatur in futuris.*
7 *Privilegium exemptionis non extenditur de præteritis bonis ad futura.*
8 *Nemo ex facto alieno præjudicium pati debet.*
9 *Immemorabilis contra fundatum in jure ſemper operatur reſtrictive ad limites facti.*
10 *Qui dicatur Decimator univerſalis, aut particularis.*
11 *Decimator eſt univerſalis, licet non decimet in certis bonis exemptis, ſeu fructibus ratione conſuetudinis pariter exemptis.*
12 *Titulus univerſalis, vel particularis facit Decimatorem conſimilem.*
13 *Titulus præſcriptionis, ſeu conſuetudinis, & privilegii eſt particularis.*
14 *Præſcriptio decimarum in dubio non cenſetur realis contra fundatum in jure.*
15 *Titulus univerſalis eſt ille qui naſcitur ab aſſiſtentia Juris.*
16 *Non dicitur Decimator particularis qui decimat certam ſpeciem fructuum, aut certa quædam bona.*
17 *Directum Dominium bonorum dat Titulum uni-*

ver-

Digitized by Google

verſalem decimandi decimas temporales antea, ut ibi.

18 *Decimatori univerſali qui habet Jus decimandi certas ſpecies fructuum decimæ debentur de ſpeciebus ſubrogatis, non autem Decimatori particulari, limita, ut ibi.*

19 *De ratione differentiæ inter Decimatorem univerſalem, & particularem pro decimandis novalibus, ſed ſpeciebus ſubrogatis.*

20 *Etiam ex privilegio, & conſuetudine immemorabili dari poteſt Decimator univerſalis, & quando.*

21 *Qui habet Jus decimandi ex ceſſione Epiſcopi cenſetur Decimator univerſalis, amplia ut ibi.*

22 *Epiſcopus eſt Decimator univerſalis etiam in Diœceſi ubi Parochiæ ſunt diſtinctæ, quando Parochi ibi non decimant.*

23 *Conſtitutio Synodalis emanare ſolet conſentientibus, & approbantibus Clero, & Beneficiatis.*

24 *Impedit introductionem præſcriptionis de bonis præteritis ad futura.*

25 *Conſocii, & participes Decimarum nequeunt præſcribere contra Conſocium.*

26 *Ceſſio, & tranſlatio juris proprii nunquam præſumitur, niſi fuerit expreſſa in verbis.*

27 *Equitas Text. in cap. Suggeſtum de Decim. locum habet favore Decimatoris particularis, & contra fundatum in titulo oneroſo.*

28 *Exceptio quando non dicatur reſpicere aliud diverſum Judicium.*

DISCEPTATIO CXXV.

EXtant in oppido de Belloardo quinque Eccleſiæ Parochiales, quibus inſerviunt nonnulli Beneficiati habentes beneficia meræ ſervitoria, & ſimplicia abſque ulla Cura Animarum, & ſolum pro ejus exercitio Archiepiſcopus Burgen. veluti Parochus univerſalis totius Diœceſis aliquos de illorum numero particulariter deputare ſolet ad ipſius nutum amovibiles, qui tanquam Miniſtri, ſeu Vicarii habent incumbentiam recolligendi omnes decimas in Decimatorio prædictarum Eccleſiarum, illaſque reponendi in horreo communi, ex quibus juxta antiquiſſimam, & immemorabilem conſuetudinem ipſi percipiunt pro ſe tertiam partem, alteram vero tertiam partem tradere tenentur Capitulo Cathedralis Burgen, ex illis decimis, quas colligunt ex Parochianis quatuor Eccleſiarum, & ex decimis unius tantum Eccleſiæ tertiam Archiepiſcopo; Similiter tertiam partem perſolvunt Fabricæ earundem Eccleſiarum, necnon Sereniſſimo Regi Catholico pro ſuis tertiis, ſive illius Ceſſionario.

Iſti Beneficiati, & ſimplices Adminiſtri habendo in manibus Recollectam decimarum, introducere cœperunt uſum extenuandi tertias debitas Archiepiſcopo, Capitulo, & aliis Comparticibus cum quodam genere decimarum, quas nuncupant annexas, ſeu excuſatas nempe exemptas ab onere dandi portionem Archiepiſcopo, Capitulo, & aliis; nam primo excuſatas ſibi arrogarunt decimas minutorum conſiſtentium in lanis, agnis, caſtratis, leguminibus, lacte, caſeo, cera, & ſimilibus; ſecundo illas Foraneorum, qui non habitant, ſed colunt in Territorio Oppidi; Tertio alias, quæ appellantur *dell' eredità del Conſiglio, e uſcito*, una cum pluribus aliis; neque de his ſatiati, excuſatas eſſe prætenderunt decimas, quas colligebant ex prædiis, & poſſeſſionibus muro clauſis, necnon tranſlatis ad Confraternitates, Eccleſias, Monaſteria, Commendas, Beneficia, Fabricas, & alia loca pia, & ſimiliter ex omnibus illis prædiis, poſſeſſionibus, hæreditatibus, & fideicommiſſis, quibus Teſtatores, aut Fideles impoſuerant aliquod onus pium quamvis exiguum alicujus Miſſæ, Anniverſarii, aut eleemoſynæ.

Et quia hujuſmodi decimas excuſatas Beneficiati non reponebant in horreo communi, ſed in alio diſtincto, & particulari ad effectum ea inter ſeipſos ſolos dividendi, Capitulum Cathedralis judicium coram Ordinario Burgen. contra Beneficiatos inſtituit ſuper ſolutione integræ tertiæ partis omnium decimarum etiam excuſatarum, & favorabilem ſententiam reportavit, & commiſſa Cauſa appellationis Sac. Rotæ coram Seraphio, ex motivo immemorabilis, hæc revocavit ſententiam Ordinarii quoad bona uſque tunc excuſata, reſervata ſibi cognitione, an per Beneficiatos decima eſſet perſolvenda Capitulo ex aliis bonis impoſterum excuſandis, ſcilicet illis: *quæ impoſterum muris clauderentur, & quibus ſuper de cætero anniverſaria fundarentur*; quæ ſententia confirmata fuit per alias duas, coram Guicciardino, & Lancellotto, & deſuper expeditis Executorialibus de anno 1570. utraque Pars acquievit rei judicatæ.

Anno 1575. comperta fraude Beneficiatorum, qui, ut dici ſolet, trahendo aquam ad ſuum Molendinum, curabant, ut poſſeſſiones muro clauderentur, & Parochiani aliquod tenuiſſimum onus pium imponerent eorum prædiis, & hæreditatibus ad effectum, ut redderent omnes decimas excuſatas in præjudicium Archiepiſcopi, & Capituli, idcirco congregata Synodo Diœceſana, prodiit Synodalis Conſtitutio, in qua diſpoſitum fuit, ut Beneficiati ſolvere deberent decimas, ut prius, illarum Comparticibus ſeu Participantibus etiam ex bonis excuſatis, aſſignata ratione, quod eſſet abſurdum hujuſmodi fundationes Miſſarum, & operum piorum fieri cum præjudicio Tertii, quo non obſtante Beneficiati tota opera dedit ad quotidie aucupanda Anniverſaria, & Miſſas, & muro claudendas poſſeſſiones, ſibi in totum appropriabant decimas veluti excuſatas, & in proprio particulari horreo reponebant, propter quod Capitulum anno 1650. reaſſumpſit Judicium ſuper reſervatis in re judicata Rotali, petendo ſibi continuari præſtationem decimarum ex bonis poſt illam factis excuſatis, quæ lis ſopita fuit per concordiam, in qua Capitulum locavit in perpetuum Beneficiatis tertiam partem decimarum ſibi ſpectantem, & viceverſa Beneficiati ei perſolvere promiſerunt pro tertia parte decimarum annua realia biſmille, ſeu biſcentum ducatos monetæ Caſtellanæ.

Verum anno 1693. placuit Beneficiatis nullam declarare Concordiam per Sententiam Ordinarii, & propterea rebus redactis ad ſtatum priſtinum cum eodem anno 1693. deventum fuiſſet ad diviſionem decimarum, compertum fuit, quod tempore hoc intermedio ad tantam monſtruoſam quantitatem pervenerant prædia excuſata, ut Capitolo pro ſua tertia parte aliud non obtigerit, niſi miſeria ſex fanegarum tritici, ac duodecim hordei, ita & taliter, quod loco tertiæ partis vix quinquageſimam decimarum partem conſtituebat, unde dato dubio in S. Rota: *An Abbas, Rectores, & Beneficiati Parochialium Oppidi de Belloardo teneantur ſolvere decimas ex annexis, quæ evaſerunt annexa poſt litteras executoriales Sac. Rotæ*; affirmativa prodiit reſolutio ſub die 1. Junii 1707. coram clar. mem. Card. Scotto, publicata deſuper ſententia, ob cujus tranſitum in judicatum commiſſa cauſa in gradu reſtitutionis in integrum, confirmata fuit res judicata prævis deciſionibus 26. Februarii, & 26. Novembris 1714. coram Reverend. Patre Domino Criſpo.

Cum ſubinde emanaſſet inexpectata commiſſio data per Signaturam Juſtitiæ cum clauſula: *Alteri qui ad legitimam*, juxta ejus formam diſputato dubio: *An eſſet procedendum ad legitimam*, negativa prodiit reſolutio contra Capitulum ſub die 18. Junii 1715. coram Card. Scotto, Ego autem in hoc ſtatu cauſæ voluntatæ aſſumptus ex parte Capituli ad ſubſtinendam rem judicatam adverſus deciſionem ultimo loco editam, poſtquam ſcribendo in duabus propoſitionibus 13. Martii, & 29. Aprilis 1736. in ſciſſura Votorum obtinui reſcriptum: *iterum proponatur, & videant omnes*: Tandem obtinui confirmationem rei judicatæ per deciſiones editas 12. Junii 1716. & 19. Februarii 1717.

coram

Digitized by Google

coram bon. mem. Foſcaro in locum Card. Scotti ſubrogato.

1 Et ſane dicebam, quod cum Capitulum tempore judicati anni 1572. haberet jus quæſitum pro tertia parte in his Decimis, quas Beneficiati prætendebant excuſatas poſt idem Judicatum, tenebantur probare titulum clarum exemptionis, quo poſſent illas ſibi in totum applicare in præjudicium juris quæſiti Capitulo, neque enim titulus exemptionis deſumi poterat ex eo tantum, quod bona, ex quibus antea decimæ præſtabantur Ca-
2 pitulo, poſtea fuerint muro clauſa, & anniverſariata, quia onus decimarum veluti reale, ac bonis infixum ex mutatione poſſeſſionis ademptum non remanet, nec ſupervenientia clauſuræ cum muro, aut oneris pii, apta eſt fraudare portionem ſuo Decimatori debitam, ut late firmavit Rot. *in Calaguritana decimarum de Ocan 5. Maii 1683, coram Guaxardo, & 16. Martii 1695. coram Paulutia, & 10. Decembris 1687, coram Benincaſa*, & Me ſcribente *in Calaguritana decimarum de Lucrunia 4. Julii 1696. §. Adſtipulante, & in Calaguritana decimarum de Inſtrillas 21. Martii 1697. §. Idque procedit, coram bo. me, Molines.*

Aut enim attendenda erat diſpoſitio juris communis, & hæc reſiſtebat Beneficiatis qui non erant Parochi, ſed ſimplices mercenarii Miniſtri deputari ſoliti per Archiepiſcopum amovibiles ad ejus nutum, ut ſpe-
3 cialiter dixit Rot. *coram Zarat. dec. 74. num. 6. & 13, & coram Cerr. dec. 544. n. 3. & ſeqq.* neque ideo jus aliquod habere poterant in iſtis decimis, in quibus Capitulum habebat jus quæſitum ante ſuperventam qualitatem excuſationis juxta *Text. expreſſum in cap. cum in tua 30. de decim.* & advertit Rota *in dicta Calaguritana Decimarum de Ocan 5. Maii 1693. §. Non obſtat in fine, coram Guaxardo*, præſertim attenta re judicata Rotali de anno 1570. ubi propter immemorabilem ipſi obtinuerant exemptionem in bonis tantum uſque tunc factis excuſatis; qui enim ſe fundat in exemptione, & neceſſe habet probare præſcriptionem immemorabilem, fatetur contra ſe reſiſtentiam juris, tantum abeſt, quod allegare poſſit aſſiſtentiam Rot. *deciſ. 254. num. 12. part. 19. recent. & coram Emerix Jun. dec. 731. n. 9. & dec. 734. n. 8. & in Giennen. Adjunctorum 1. Maii 1704. §. Et porro, cor. bo. me, Molines.*

Aut vero attendenda erat immemorabilis juxta arti-
4 culum in antiqua re judicata reſervatum, & inutiliter allegabatur, quia regula eſt, quod omnis præſcriptio etiam immemorabilis ſemper ſtricti Juris reputatur, & in illa intrat regula: *tantum præſcriptum quantum poſſeſſum:* ideoque licet Beneficiati obtinuiſſent exemptionem vigore immemorabilis reſpectu bonorum, ſuper quibus uſque tunc anno 1570. fundata fuerant Anniverſaria, & quæ muro clauſa reperiebatur; attamen eadem immemorabilis non extendebatur ad alia bona poſt rem judicatam muro clauſa, & anniverſariata, & immemorabilis probata reſpectu bonorum tunc acquiſitorum non extendatur ad futura ex poſt acquiſita, ad fraudandum Decimatorem portione ſua, ut ſequendo auctoritatem Rot. *in d. Calaguritana Decimarum de*
5 *Ocan concludebant prima deciſiones Cauſa 1. Junii 1707. §. Cum etenim, coram Eminentiſſimo Scotto, & 26. Februarii 1714. §. Neque in his cum ſeqq. & 26. Novembris ſequentis, §. Etenim, cor. R.P.D. Criſpo, & in Pampalonen. Decimarum 4. Maii 1703. §. Retentis, & 28. Januarii 1704. §. Et propterea, cor. Muto.*

Neque obſtabat immemorabilem operari in linea tituli melioris, & præbere Beneficiatis titulum, & jus
6 univerſale ſuper qualitate ipſa bonorum excuſatorum, itaut omnia bona, quæ fuerant excuſata ratione hujus qualitatis caderent ſub titulo immemorabilis, quia concluſio procedit favore ejus qui habet aſſiſtentiam juris, & conſequenter jus reale in Cauſa univerſali radicatum, non autem habentis reſiſtentiam juris, & nitentis titulo præſcriptionis contra fundatum in jure, & Cauſa univerſali, ut erat Capitulum habens jus decimandi ex munificentia, & ceſſione Archiepiſcopi, ut bene Rota *in d. Calaguritana Decimarum de Ocon 5. Maii 1683. §. Non obſtat, coram Guaxardo, & in Pampilonen. Decimarum 11. Maii 1703 §. Retenta, coram Muto.* Per contrarium vero Beneficiati non ſunt Parochi repræſentantes Archiepiſcopum, ſeu Miniſtri mercenarii, & amovibiles omni juris aſſiſtentia deſtituti, ut bene Rot. *deciſ. 466. n. 20. cum duobus ſeqq. par. 19. tom. 2. rec. & cor. Zarat. d. dec. 74. n. 6. & 13. & in Cauſæ deciſionib. 23. Februarii 1714. §. Aſque eo quod, & 26. Novembris ſequentis, §. Hujus autem, cor. R. P. D. Criſpo*, & qui jure tantum præſcriptivo, & exemptionis obtinuerunt in antiqua re judicata abſolvi quoad bona tunc excuſata, Felin. *in cap. Grave num. 2. de Offic. Ordin.* Rot. *coram Burats. deciſ. 587. num. 14. & in recent. deciſ. 232. num. 4. part. 14.*

Ea ratione, quod præſcriptio immemorabilis etiam in linea Tituli contra fundatum in jure eſt odioſa, nec admittit extenſionem ultra limites facti, in quo fuit introducta; ergo ſi limitata reperitur ad bona, quæ anno 1570, præſcripta fuerant in ſtatu excuſatorum, non poteſt operari quoad bona futura, ſeu in futurum excuſanda, ex quo Præſcriptio immemorabilis temporis præteriti præſumit titulum reſtrictum ad certa bona tempore præterito immemorabili exiſtentia in ſtatu ex- 7
cuſatorum, ubi quicunque titulus, ſive privilegium nunquam ſe extendit de præteritis bonis ad futura, ſive impoſterum acquirenda juxta *Text. in Clement. 1. in fine de cenſib.* ibi: *privilegia vero, ſeu exemptiones hujuſmodi ad Monaſteria, ſeu Eccleſias, quæ ad eos obvenire contingit impoſterum volumus non extendi, & in cap. tua el 1. §. Nec occaſione ubi gloſſ. in verbo extendenda de decim,* Guttier. *Canonic. quæſt. lib. 2. cap. 21. n. 78.* Rot. *coram Emerix Jun. deciſ. 295. ſub num. 8. & in Tridentina decimarum 22. Junii 1701. §. Potiſſime, cor. Card. Scotto, & bene conſiderat deciſio hujus Cauſæ 26. Februarii 1714. § In iſtorum comprobationem, coram Rever. Patre Domino Criſpo, & in Toletana decimarum 15. Januarii 1723. §. Atque, coram bono memoria Cerro.*

Sed manifeſtius dari non poteſt hujuſmodi extenſio 8
in ſubjecta materia qualitatis excuſativæ pendentis ex privata facultate, & arbitrio cujuſcunque Parochiani cum præjudiciali conſequentia uſurpandi Capitulo Decimatori quod ſuum eſt; Parochiani enim, quorum ſunt bona, & poſſeſſiones, ſine ulla jactura juris ſui etiam ad complacendum Beneficiatis lucro proprio inhiantibus, poſſunt proprias poſſeſſiones claudere muro, vel exiguum onus unius anoni obuli imponere ſuis prædiis ad opus pium, ut hoc modo bonis redditis excuſatis faciant perdere Capitulo ſuas Decimas, & acquiri totas Beneficiatis, quod juris noſtri principiis repugnat, ut alteri per alterum poſſit arbitrio ſuo præjudicium inferri ad *Text. in cap. non debet de regul. jur. in 6. & in leg. id quod noſtrum, ff. de regul. jur.* Rot. *cor. Dunoz. Jun. deciſ. 642. n. 16. & in recent. deciſ. 598. n. 16. par. 18.* & in propoſito Rebuff. *de decim. q. 14. n. 14.*

Hinc ceſſabat objectum contrariæ deciſionis Cardin. Scoti, quod radix præſcriptionis immemorabilis juxta antiquam rem judicatam non reſpicere certam quantitatem bonorum excuſatorum, ſed qualitatem excuſationis productivam, unde in omnibus bonis præteritis, & futuris verificaretur eadem qualitas tanquam Cauſa univerſalis; quia conſuetudo quæcunque ſit etiam immemorabilis, cum ſit odioſa, contra Fundatum in jure ſolum operatur in linea facti, non autem Cauſæ, ſeu qualitatis tanquam quid juris, & non facti, ideoque ſemper reſtringitur ad limites bonorum præſcriptorum, præſertim quando conſtabat ex antiqua re judicata im- 9
memorabilem fuiſſe reſtrictam ad illa bona ab immemorabili excuſata, ibi: *de certis prædiis, & poſſeſſionibus,* & ex confeſſione ibi emiſſa, quod Beneficiati haberent immemorabilem exemptionem de tempore præterito; Exemptionis enim natura eſt, ut reſpiciat bona qualificata, non autem qualitatem bonorum, neque extendatur de bonis præteritis ad futura propter odioſitatem ipſius exemptionis, quæ alteri, quod ſuum eſt, aufert, & ſibi appropriat juxta allegatum *Text. in Clement. 1. in fine de cenſib.* ac propter allegatam rationem quod præſcriptio nihil habet juris, ſed tota facti eſt, & operatur in linea facti, non autem qualitatis, quæ reſ-

picit

Digitized by Google

plicit jus, unde ſequitur, ut reſtringatur ad illa bona,
ad quæ reſtricta reperitur, & ſuper quibus operationem
ſuam habuit per actus facti ad tradita per Surd. *dec.* 131.
n. 8. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 268. *n.* 8. *par.* 11. *rec.* Card. de Luc.
de Jurepatron. diſc. 22. *n.* 8. & deinde hanc propoſitio-
nem ultra hujus Cauſæ deciſiones 26. *Novembris* 1714.
§. *Etenim, coram bon. me. Criſpo, &* 12. *Junii* 1716.
§. *Etenim, &* 29. *Februarii* 1718. §. *Minuſque, coram
bon. mem. Foſcari firmari obtinui in Toletana deci-
marum quoad ſeptem Territoria* 8. *Junii* 1725. §.
Semperque, coram R. P. D. Nunez.

Major contentio in hac cauſa ſtetit in eo ſuppoſito,
quod Capitulum non eſſet Decimator univerſalis, ſed
particularis, dum participabat duntaxat de Decimis
maſſæ communis, non autem de aliis fructibus alio-
rum bonorum qui non reponebantur in Horreo com-
muni, ſed particulari ad commodum Beneficiatorum,
unde tanquam Decimator particularis non haberet jus
reale infixum bonis decimalibus, quæ in quemcun-
que poſſeſſorem tranſirent, aut qualitatem excuſatio-
nis eo poſt acquirerent, ſemper affecta remanerent
oneri ſuo Decimarum favore Decimatoris univerſalis
habentis jus reale, & quod viceverſa corpus Beneficia-
torum eſſet potius Decimator univerſalis, dum partici-
pabat de omnibus aliis fructibus aliorum bonorum præ-
ter illos maſſæ communis.

Verum hoc objectum continebat æquivocum ſuper
10 mala intelligentia Decimatoris univerſalis, & particu-
laris ad quem effectum advertebam ſubjectum fru-
ctuum, qui decimantur, particularium, aut univer-
ſalium, nempe in omnibus, vel certis illorum ſpecie-
bus non facere Decimatorem univerſalem, aut particu-
larem, & e contra, minuſque ſubjectum bonorum
decimabilium, aut particularium, aut univerſalium,
nempe cadens in aliquibus bonis, vel potius in omni-
bus contentis in toto Territorio Parochiæ, vel Diœceſi,
ea ratione quod etiam Epiſcopus, & Parochus, qui
juxta aſſiſtentiam juris ſunt indubitati Decimatores
univerſales in ſua Diœceſi, vel Parochia poſſunt ex
conſuetudine habere jus decimandi reſtrictum ad certas
ſpecies fructuum, ſeu ad certa bona, excluſis aliis ex
privilegio exemptis, & tamen exinde non deſinunt eſſe
Decimatores univerſales, dum imo exemptio aliquo-
11 rum bonorum, ſeu fructuum confirmat cauſam univer-
ſalem decimandi in omnibus, Rot. *in Imolen. Decima-
rum* 4. *Martii* 1726. §. *Sive Demum,* §. *Omiſſo, &* §.
fin. coram R. P. D. Corio, & in Tyburtina Decimarum
5. *Aprilis* 1726. §. *In neutra, cor. R. P. D. eodem.*

Et propterea Decimatorem univerſalem, vel parti-
cularem facit ipſe ſolus Titulus, ſi enim eſt particula-
ris, & facit Decimatorem particularem, ſi vero eſt
12 univerſalis, facit univerſalem, titulus autem parti-
cularis dicitur ille, qui acquiritur contra jus in præju-
dicium Decimatoris univerſalis habentis pro ſe aſſiſten-
13 tiam juris, & eſt titulus præſcriptionis, ſeu conſuetu-
dinis, & privilegii quorum vigore acquiſitum fuit jus
decimandi ſpeciem fructuum ſine ullo jure reali infixo
bonis, ſed ſolum directo ad certos fructus, ut quic-
quid ſcripſerit Rebuff. *de decim.* q. 14. *n.* 18. ea doctri-
na Ancharan. *in cap. cum in tua de decim.* quatenus
dicit præſcriptionem decimarum in dubio cenſendam
eſſe realem, ideſt concernentem Terram, non ſpe-
14 ciem fructuum, bene explicant, & declarant Monet.
de decim. cap. 5. *q.* 5. *num.* 109. *verſ. Ad limitationem,*
Rot. *dec.* 44. *n.* 16. *&* 17. *coram Carillo, & deciſ.*
333. *n.* 11. *& ſeqq. part.* 5. *recent. & dec.* 295. *n.* 8.
*& ſeqq. coram Emerix Jun. & in Calaguritana De-
cimarum de Oton* 5. *Maii* 1683. §. *Hunc ſequutur
cor. Guaxardo,* & Me ſcribente *in Nullius Tudela,
ſeu Tirasonen. Decimarum* 3. *Julii* 1702. §. *Pro infir-
matione cor. clar. mem. Card. Tremovilla, & in Pam-
pilonen. Decimarum* 11. *Maii* 1703. §. *Retentis eo,*
§. *Reſponſione, coram Muto.*

15 Titulus autem univerſalis, qui reddit Decimatorem
univerſalem eſt ille qui naſcitur ex aſſiſtentia Juris, quæ
non dicitur directa ad fructus, & ſpecies fructuum,
ſed ad bona, nempe jus reale infixum bonis ex quibus
iſti fructus naſcuntur, ubi jus decimandi competere di-
citur potius ratione ſoli, ſeu terræ, ubi fructus na-
ſcuntur, quam ratione fructuum, Rot. *cor. Carill. de-
ciſ.* 44. *n.* 4. *& coram Bich. dec.* 323. *n.* 6. *& in Imolen.
Decimarum* 4. *Martii* 1720. § *Sive demum,* §. *Quod
ſi, &* §. *Qua ſane, & in Tyburtina Decimarum* 5.
Aprilis 1626. §. *In neutra, coram R. P. D. Corio,* unde
eſt error in terminis Decimatorem hunc univerſalem
fundatum in aſſiſtentia juris ſuper jure reali infixo bonis,
vacare, & credere Decimatorem particularem, aut 16
quia decimat certam tantum ſpeciem fructuum, aut
certa quædam bona excluſis aliis propter exemptionem,
cum non attendatur actus, ſed cauſa actus, an ſit uni-
verſalis, vel particularis.

Idemque procedit in decimis temporalibus, quæ de-
beantur Eccleſiæ ratione directi dominii ſuper bonis in
Feudum, ſeu Emphyteuſim conceſſis; nam directum 17
dominium dat jus reale in bonis, & facit Decimatorem
univerſalem in omnibus fructibus, qui naſcuntur ex bo-
nis, ſeu terris directo dominio ſubjectis juxta firmata
in *dec.* 44. *&* 48. *coram Carillo,* & Me ſcribente *in
d. Imolen. Decimarum* 4. *Martii* 1720. §. *Quod ſi, &*
§. *Qua ſane, coram R. P. D. Corio,* non curato, an di-
rectum dominium comprehendat, vel non aliquod in-
tegrum Territorium, quia non univerſalitas bonorum,
ſed tituli facit Decimatorem univerſalem, qui propte-
rea talis dicitur ratione directi dominii, & ſic juris rea-
lis, ſive hoc afficiat, ſeu comprehendat univerſitatem,
ſeu particularitatem bonorum.

Hæc autem diſtinctio inter Decimatorem univerſa- 18
lem, & particularem reſpicit illum effectum, an ſi novi
fructus producantur ex Novalibus, aut loco antiquo-
rum alii ſubrogentur per Poſſeſſores bonorum, decima
debeatur, vel non ſuper Novalibus, aut ſpeciebus fru-
ctuum ſubrogatis, ſi enim agatur de Decimatore uni-
verſali illa debetur, ſecus autem ſi Decimator ſit parti-
cularis, qui ex privilegio, vel præſcriptione obtinuit
jus decimandi certas ſpecies fructuum, aut indiſtincte
jus decimandi fructus bonorum, quia illi non debetur
decima ex fructibus novis, juxta primum caſum, aut
de ſubrogatis juxta ſecundum, excepto caſu læſio-
nis enormiſſimæ juxta equitatem, *Text. in cap. Sug-
geſtum de Decim.* & communiter notarunt Canoni-
ſtæ *in cap. cum contingat de Decim.* Barboſ. *de jur. Ec-
cleſ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *ſub num.* 62. Card. de Luca *de
decim. diſc.* 21. *ſub num.* 9. Rot. *dec.* 333. *num.* 9. *& ſeqq.
part.* 5. *& dec.* 319 *num.* 5. *& ſeqq. part.* 17. *& deciſ.*
582. *num.* 5. *& ſeqq. & dec.* 688. *n.* 8. *& ſeqq. p.* 18.
& dec. 321. *num.* 4. *part.* 19. *rec. & dec.* 322. *num.* 6.
& 9. *coram Bich. & dec.* 197. *n.* 4. *& ſeqq. coram
Emerix Junior. & dec.* 392. *n.* 8. *& ſeqq. cor. Card.
Caprara.*

Ea ratione quod Decimator univerſalis habet jus rea-
le infixum bonis, unde quælibet fructuum ſpecies naſca-
tur ex Terris, ſubjecta remanet decimationi in univer- 19
ſum, & data reſtrictione ad certas ſpecies, Decima de-
betur ex fructibus ſubrogatis, quia ſemper terra, ex qua
fructus naſcuntur, eſt affecta jure reali Decimarum, un-
de Poſſeſſor mutando ſemen, & ſpeciem fructuum, nun-
quam præjudicat Decimatori univerſali, quia onus in-
fixum bonis non mutatur, aut tollitur mutatis, & ſub-
latis antiquis ſpeciebus fructuum, ſed novi fructus per
viam ſubrogationis ſubintrant in locum antiquorum fa-
vore hujus Decimatoris, & ex eadem ratione Decimæ
ex Novalibus ei debentur, quia jus reale operatur, ut
ex terris incultis, & fructum non ferentibus, ſi per cul-
turam novi fructus naſcantur, cadant ſub onere, & ju-
re reali decimandi, non ſic autem reſpectu Decimato-
ris particularis, qui ex privilegio, vel conſuetudine
habet jus directum ad fructus decimabiles, non autem
bona; unde ſi illi fructus deficiant, non obtinet ſubroga-
tos, & ſic etiam non obtinet fructus ex Novalibus tan-
quam novos non præſcriptos, aut reſpective compre-
henſos in conſuetudine, & in Privilegio, Rot. *coram
Emerix Jun. dec.* 407. *n.* 5. *& in Toletana Decimarum
de Capilla ſuper Novalibus* 3. *Julii* 1722. *per tot. cor.
bon. mem. Cerro,* & ſcripſi ſupra *tom.* 3. *Diſcept. Ec-
cleſ.* 66. *n.* 19.

Aliquando tamen dari poteſt Decimator univerſalis
ex immemorabili, & Privilegio, & quidem ex Privi-
legio, ſi juxta ejus tenorem conſtaret Summum Ponti- 20
ficem conceſſiſſe jus reale decimandi directum ad bona
ſubrogando privilegiatum in locum, & univerſum jus
Deci-

Decimatoris univerſalis, & nativi, ac etiam in conſuetudine immemorabili ſi conſtaret juxta illam in caſu Novalium, & fructuum novorum, & ſubrogatorum in locum antiquatum ſpecierum Decimatorem conſuetudinarium decimaſſe etiam fructus Novalium, ac fructus ſubrogatos, in his enim terminis retorqueretur Regula *tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum*, quæ locum habet etiam in præſcriptione immemorabili, quia hæc probaretur ex actibus facti comprehenſiva etiam Novalium, & fructuum ſubrogatum, unde præſcriptio, & conſuetudo eſſet univerſalis, & faceret Decimatorem eſſe univerſalem, & non amplius particularem, dum factum, ex quo ſubſtantiatur conſuetudo immemorabilis probaret cauſam, & titulum univerſalem, qui poteſt dari etiam ex præſcriptione, & privilegio, & in his terminis intelligo ea quæ ſcripſerunt poſt *Text. in c. Cum in tua de decim.* Hoſtien. & Jo. Andr. ibid. & Zabatell. *in Clem. unica n. 11. verſ. Si quis præſcripſit de ſupplen. neglig. Prælat.* Rebuff. *de decim. q. 14. n. 18. & 20.* Monet. *de Decim. c. 4. q. 3. n. 84. & 89.* Panormit. *conſ. 71. per tot. lib. 2.* quod nempe præſcriptio Decimarum cenſeatur realis, & concernens terram non vero ſpeciem fructuum, ut habetur ſupra n. 14.

Quibus ut ſupra dilucidatis patebat æquivocum, cum quo ſupponebatur Capitulum non eſſe Decimatorem univerſalem, ex quo participaret de horreo, ſeu decimatorio communi, non autem de aliis fructibus, qui decimantur ex bonis excuſatis, cum enim Capitulum ſuum jus decimandi recognoſceret ex ceſſione Archiepiſcopi tanquam Parochi univerſali in hac Diœceſi, ubi Parochiæ non ſunt diſtinctæ,
21 ſemper erat Decimator univerſalis, cum Ceſſionarius repræſentet, & induat jura cedentis, Rebuff. *de decim. q. 7. n. 13.* Monet. *eod. tr. cap. 7. q. 2. n. 13. verſ. Imo*, Rot. *coram Cerro dec. 544. n. 7. & in Ferrarien. Decimarum ſuper jure univerſali decimandi 1. Julii 1697. §. Pro remotione, cor. bon. mem. dell'Olmo, & in Deciſione hujus cauſæ 26. Febr. 1714. §. A validitate, cor. R. P. D. Criſpo* non obſtante, quod non decimaret de aliis fructibus, de quibus ſupra, veluti in linea exemptionis Decimatori univerſali ſubtractis, quæ exemptio confirmat tantum abeſt, quod deſtruat cauſam univerſalem decimandi, ut in *d. Imolen. 4. Martii 1720. §. fin. cor. R. P. D. Corio*.

Imo etiam in locis, ubi Parochiæ non ſunt diſtinctæ, habet Epiſcopus aſſiſtentiam Juris, & cauſam univerſalem decimandi, quando in ejus Diœceſi Parochi non decimant, aut ſi Epiſcopus haberet jus decimandi in aliqua Parochia, ſeu parte Diœceſis, ubi Parochus non decimaret, his enim caſibus non ceſſat aſſiſtentia Juris pro Epiſcopo propter diſtinctionem Parochiarum, quia cum ab initio decimæ univerſaliter ſtarent in manu Epiſcopi, ſi iſte adhuc in Diœceſi, vel ejus parte retinuerit jus decimandi, præſumptio eſt, quod hoc retinuerit ob dotatas Eccleſias Parochiales ex aliis bonis, & ſic aliunde quam ex decimis apud ſe idcirco retentis veluti Parochus univerſalem Diœceſis, non autem translatis in Parochos particulares, ut in ſpecie Card. de Luc. *de decim. diſc. 8. n. 10. in fine*, Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 20. n. 79. & ſeqq. & n. 87.* Rota *dec. 520. n. 5. par. 1. rec. & dec. 135. n. 1. cor. Benincaſ.* & Me ſcribente *in Placentina Decimarum 16. Maii 1710. §. Adhuc, cor. bo. me. Anſaldo*.

Ex his probato, quod non eſſet extendi immemo-
22 rabilis de bonis præteritis tempore rei judicatæ excuſatis ad alia bona in futurum excuſata in præjudicium Decimatoris univerſalis habentis jus reale decimandi in quamcunque Poſſeſſorem, & quamcunque qualificationem bona tranſirent, cum ſemper tranſire deberent cum ſuo onere reali, ex alio fundamento dicebam dari non poſſe hanc extenſionem immemorabilis, quia nempe ſtatim poſt rem judicatam anni 1570. quæ reſervaverat particulari diſputationi, an immemorabilis extenderetur ad alia bona in futurum excuſanda, ſupervenerat de anno 1575. Conſtitutio Synodalis, in qua ſtatutum fuit, quod Beneficiati Eccleſiarum Parochialium ex prædiis, & poſſeſſionibus oneri decimarum affectis, & poſtea excuſatis ſolvere tenerentur decimas illis, qui jus habebant in illarum portionem, reddita urgenti illa ratione: *perche non è viſto, che ſimili erezzioni, ò fondazioni ſi fanno con pregiudizio del Terzo*, & conſequenter ex lege Conſtitutionis Synodalis ſublatum remanebat Beneficiatis jus extendendi præſcriptionem præteritum de bonis ante executoriales Rotales excuſatis ad alia impoſterum excuſata poſt editam Conſtitutionem, quam impugnare illi non poterant, qui eidem conſenſerant juxta notam praxim, quod Conſtitutio Synodalis non aliter emanare ſolet niſi Clero, & omnibus Beneficiatis conſentientibus, & 23
approbantibus, ut in ſubjecto articulo ad tollendam extenſionem immemorabilis de bonis præteritis excuſatis ad impoſterum excuſanda firmavit Rot. *in d. Calaguritan. Decimarum de Ocon 5. Maii 1683. §. Tum quia, cor. Guaxardo, & 16. Martii 1685. §. final. cor. Paluccio, & firmarunt deciſiones hujus cauſæ 12. Junii 1716. & 19. Febr. 1717. cor. Foſcaro*.

Hæc enim Conſtitutio fecerat deciſionem articuli per S. Rotam reſervati declarando, quod bona in futurum excuſanda non poſſent auferre portionem de- 24
cimalem illis perſonis, quæ antea illam habebant in bonis nondum excuſatis, unde veluti jus municipale pro Diœceſi impedimentum, & obſtaculum dedit extenſioni præſcriptionis de bonis præteritis ad bona futura, ut in præciſis terminis firmavit R. P. D. Anſald. *in annot. ad dec. 78. n. 63. & 64.* Rot. *in Calaguritan. Decimarum de Lucrunio 4. Junii 1696. §. Adſtipulante, & in altera Calaguritana Decimarum del Caſtildelgado 4. Junii 1696. §. Nec a præſtatione, & in Calaguritana Decimarum de Inſtrillas 12. Martii 1697. §. Inſuper, cor. bo. me. Molines*, ubi deciſum fuit contra Beneficiatos prætendentes non tradere partem Decimatori de Decimis Prædiorum excuſatorum.

Quæ odioſa, & præjudicialis extenſio præſcriptionis magis repugnans apparebat juri, & rationi in ſubjecta materia, ubi Beneficiati erant ſimplices Miniſtri habentes loco ſalarii compartecipationem in decimis communis Horrei, ubi ſive conſiderentur uti Miniſtri mercenarii, ſive uti conſocii, ſicut contenti eſſe debent portione ſibi aſſignata, ita nequeunt præſcriptione, ejuſque extenſione juvari contra Capitulum conſocium in participatione decimarum, ut 25
dixit Rot. Me ſcribente *in Calaguritana Decimarum de Inſtrillis 12. Martii 1697. §. Tum demum, & in Calaguritana Decimarum de Aguilar 16. Januarii 1697. §. Nec Beneficiatis, & in Calaguritana Decimarum de Caſtildelgado 4. Junii 1696. §. Abſque eo quod, cor. Molines*, Rot. *cor. Zarate. dec. 74. n. 34. & in d. Calaguritan. Decimarum de Lucrunio 4. Junii 1696. §. Neque ſub obtentu, cor. Molines*.

Allegabatur etiam per Beneficiatos quædam ſuppoſita conceſſio decimarum reportata ab Alphonſo Epiſcopo Burgen. de anno 1446. quæ tamen recognita nihil ad rem continebat tanquam reſpiciens communionem, & ſocietatem ſuper decimis quinque Eccleſiarum Oppidi de Belloardo ad effectum, ut iſtæ reponerentur in horreo communi, quando antea Beneficiati cujuslibet Eccleſiæ eas reponebant in horreo particulari cujuslibet propriæ Eccleſiæ, neque propterea ex hoc actu inferri poterat, Archiepiſcopum tranſtuliſſe in Beneficiatos ſuum jus decimandi, & ſic titulum, ſeu cauſam univerſalem, quæ ex perſona Archiepiſcopi eſſet allegabilis per Beneficiatos, cum ceſſio, & translatio Juris proprii nunquam præ- 26
ſumatur, niſi reperiatur expreſſa ex verbis eam inferentibus, Rot. *dec. 221. n. 9. part. 15. & dec. 557. n. 28. & dec. 559. n. 12. & 20. in fin. part. 19*.

Demum in hac Cauſa urgebat ſatale motivum æquitatis notiſſimi *Text. in cap. ſuggeſtum de decim.* quia nempe poſt executoriales Rotales anni 1570. poſt Conſtitutionem Synodalem anni 1575. & durante Concordia inita de anno 1652. ad tantam, immenſam, & tolerabilem quantitatem excreverant poſſeſſiones, & prædia excuſata, ut Capitulum loco tertiæ partis decimarum vix quinquageſimam partem perciperet; Quo ſtante eo minus admitti poterat extenſio præſcriptionis immemorabilis de bonis præteritis ad futura, ſeu in futurum excuſata, propter

exorbitans præjudicium, quod inferebatur Capitulo Decimatori, cujus portio tractu temporis in totum peritura erat mediante ulteriori augmento bonorum excuſatorum, ut recte firmarunt deciſiones Cauſæ, quæ quidem æquitas allegati *Text. in c. Suggeſtum*
27 *de decim.* locum habet etiam favore Decimatoris particularis, ut in *dec.295. n.12. cor. Emer. Junior.* & procedit etiam contra quemcunque fundatum, aut in privilegio, ſeu titulo lucrativo, aut titulo oneroſo contractus, ſeu tranſactionis; Adhuc enim illæ reducuntur ad juſtos terminos, & refrænatur ad limites æquitatis, ut Me ſcribente firmatum fuit in *Nullius Tudela, ſeu Tiraſonen. Decimarum 3. Junii 1702. §. Hæc autem, cor. clar. mem. Card. Tremeville, & in Pampilonen. Decimarum 28. Januarii 1704. §. Reſponſione, cor. Muto, cum aliis in deciſione hujus cauſa 12. Junii 1716. §. Et in hanc ſententiam, cor. bo. me. Foſcaro,* & neglectum fuit motivum, quod hæc exceptio reſpiceret aliud diverſum judicium; dum erat intrinſece directum ad prohibendam extenſionem immemorabilis de bonis præteritis ad futura, & ſic reſpiciebat judicium, de quo agebatur, & advertit Rot. *in d. Pampilonen. Decimarum 28. Januarii 1704. §. Prædictaque, cor. bo. me. Muto,*

ROMAMA LEGITIMÆ.

ARGUMENTUM.

In Societate Jeſu tria Vota ſimplicia exacto biennio emitti ſolita non faciunt Profeſſum, ſed Scholaſticum approbatum, qui non reputatur civiliter mortuus ad effectum, ut legitimam Matri debeatur, & de differentia Renunciationis bonorum factæ in ſæculo ante ingreſſum in Societatem, & factæ poſt ingreſſum in Societatem juxta ejus Conſtitutiones, una cum aliis, quæ in corpore continentur.

SUMMARIUM.

1 *Legitima Matri debetur per mortem naturalem filii,*
2 *Debetur etiam per mortem civilem filii, ſeu Profeſſionem Regularem, & de ratione ibidem num. 3.*
4 *Emiſſio trium Votorum ſimplicium in Societate Jeſu non facit Profeſſum, ſed Scholaſticum approbatum.*
5 *Scholaſticus non obſtantibus tribus Votis dicitur adhuc manere in ſtatu Novitiatus.*
6 *In Societate Jeſu Profeſſio inducitur per emiſſionem quarti Voti*
7 *In illa dantur tres claſſes Religioſorum, & quales illæ ſint.*
8 *Gradus Scholaſtici eſt via, & diſpoſitio ad gradum Profeſſionis.*
9 *Ut legitima Matri debeatur requiritur mors filii civilis, quæ intelligitur per Profeſſionem.*
10 *Scholaſtici poſt emiſſa tria vota capaces remanent retinendi dominium bonorum ſuorum, & alia acquirendi.*
11 *Retinent Beneficia, & Penſiones.*
12 *Quomodo intelligatur Decretum generale Societatis, juxta quod Scholaſtici reſignare debent beneficia.*
13 *Dicuntur vivi, & non mortui Mundo, qui poſſunt retinere bona, ſuccedere, & acquirere.*
14 *Quando adeſt capacitas retinendi, & acquirendi bona, non dicitur adeſſe mors civilis.*
15 *Scholaſticis in Societate Jeſu poſt emiſſa tria vota æquiparantur Novitiis aliarum Religionum, quia poſſunt ad ſæculum redire.*
16 *Legitima Matri debetur quando filius in Societate Jeſu emiſit quartum Votum, aut vota coadjutoris formati.*
17 *Subſtitutus ad fideicommiſſum ſuccedit in caſu mortis civilis hæredis gravati inductæ per Profeſſionem.*
18 *Secus ubi gravatus emiſit tria vota ſimplicia in Societate Jeſu,*
19 *Ad hunc effectum requiritur Profeſſio per emiſſionem quarti Voti.*
20 *Quartum Votum in hac Religione æquiparatur morti naturali.*
21 *Conſtitutio 89. Gregorii XIII. ubi Scholaſtici declarantur veri Religioſi quomodo intelligatur.*
22 *Repugnat naturæ Profeſſionis retentio dominii bonorum.*
23 *Retentio dominii bonorum in his Scholaſticis, & capacitas acquirendi quare permiſſa fuerit in hac Societate, & n.29.*
24 *Ex quibus excludatur mors civilis.*
25 *Scholaſticus non dicitur civiliter mortuus etiamſi præventive in ſæculo ſe ſpoliaverit bonis ſuis per Donationem.*
26 *De differentia inter Votum ſolemne, & ſimplex paupertatis.*
27 *Ratio ob quam Scholaſtici non dicuntur Profeſſi conſiſtit etiam in poſſibilitate redeundi ad ſæculum.*
28 *Qui poteſt ad ſæculum redire æquiparatur Novitiis & non Profeſſis.*
30 *Donatio facta in ſæculo ex cauſa ingreſſus in Religionem eſt conditionalis quatenus ſequatur Profeſſio juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini.*
31 *Concilium Tridentinum procedit juxta præſumptam mentem Donantis, ſeu Renunciantis.*
32 *Inducit conditionem ſuſpenſivam impedientem tranſlationem dominii donec ſequatur Profeſſio,*
33 *Fructus bonorum renunciatorum ante Profeſſionem ſpectant ad Donantem.*
34 *Dubium an ſine pacto regreſſivo Egreſſus de Religione recuperet bona donata procedit in Profeſſis, non autem in minime Profeſſis, aut nulliter Profeſſis.*
35 *Donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem non dicitur purificata in Societate Jeſu per emiſſionem trium Votorum ſimplicium.*
36 *Egreſſus poſt hæc Vota recuperat bona donata ex cauſa ingreſſus, ſicut recuperat Novitius in aliis Religionibus.*
37 *De differentia inter renunciationem bonorum factam in ſæculo ante ingreſſum, & factam poſt ingreſſum juxta Conſtitutiones Societatis Jeſu.*
39 *In hac Societate Scholaſticus retinet uſumfructum, ſeu Vitalitium, & ſi renuntiaverit ex ejus jure retinet Renunciatarius uſque ad Profeſſionem.*
39 *Sic etiam ſi Scholaſticus ſit hæres gravatus retinet fideicommiſſum uſque ad Profeſſionem ſolemnem, aut ejus Renunciatarius.*
40 *Secus ſi agatur de Profeſſo, in cujus Perſona extinguitur uſusfructus tempore Profeſſionis, & admittitur ſubſtitutus ad fideicommiſſum.*
41 *Patre deportato licet ex gratia Principis reſtituto ad bona confiſcata, adhuc legitima debetur filio.*
42 *Expreſſio Donantis in donatione facta intuitu ingreſſus in Religionem, quod vellet ibi emittere Profeſſionem magis demonſtrat ejus mentem ſuſpenſivam donationis uſque ad Profeſſionem.*
43 *Mors civilis per Profeſſionem non æquiparatur naturali in præjudicium Tertii.*
44 *Non admittitur ſubſtitutus per Profeſſionem gravati in præjudicium Tertii, cui ille vendidiſſet; ſed donaſſet bona, & n. 45.*

DISCE-

DISCEPTATIO CXXVI.

PRo veritate conſultus cenſeo hic, & nunc legitimam Matri non deberi; Etenim ſatis notum 1 principio eſt, quod legitima Matri non debetur, niſi per mortem naturalem filii per Text. *in Leg. Cum quæritur Cod. de inoffic. Teſtament.*, *& in Leg. prima §. Si Impuberi ff. de collat. bonor.* Mart. *conſ.* 22. *num.* 1. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 2. & 2 licet hoc extenſum reperiatur etiam ad caſum mortis civilis, quæ æquiparatur naturali, ſcilicet profeſſionis emiſſæ in aliqua ex Religionibus per Sedem Apoſtolicam approbatis, ſive incapaci, ſive capaci poſſidendi bona in communi, juxta opinionem Canoniſtarum *in Cap. Cum ſimus de Regular.* quæ prævaluit alteri contrariæ Legiſtarum *in Authent. ſi qua Mulier Cod. de bon. Matern.* ut late videre eſt apud Barbos. *in dict. Cap. Cum ſimus num.* 2. *&* 3. *de Regular. ibique* Fagnan. *num.* 6. *& ſeqq.* Merlin. de *legitim. lib.* 3. *tit.* 3. *quæſt.* 3. *per totam*, Craſſ. *§. Legitima quæſt.* 12. *num.* 6. Tondut. *quæſt. benefic. part.* 1. *cap.* 96. *num.* 22. Sanch. *ad præcept. Decal. libr.* 7. *capit.* 19. *num.* 2. *& ſeqq.* Pellizzar. *in Manual. tom.* 2. *tractat.* 8. *cap.* 7. *ſect.* 1. *num.* 59. Spad. *conſil.* 306. *numer.* 10. *libr.* 3. Bottilier. *de ſucceſſion. Theorema* 67. *num.* 11. Argel. *de acquir. poſſeſs. qu.* 8. *artic.* 25. *num.* 660. & eſt opinio recepta in Tribunali S. Rotæ poſt Merlin. *de legit. dec.* 103. *nu.* 1. *& in Recent. deciſ.* 116. *&* 367. *per tot. par.* 5. *& dec.* 300. *num.* 14. *part.* 17.

Hæc tamen opinio multum de cætero controverſa inter Scribentes, ut apud Ger. Spinum *conſ.* 1. *ex n.* 37. *ad ſeqq.* & alios recepta tantum legitur in eo, qui ſolemnem Profeſſionem emiſit in Monaſterio ad formam Text. *in Cap. unic. de Voto, & Voti redempt.* 3 *in* 6. ea ratione, quod per ſolemnem Profeſſionem Religioſus dicitur mortuus Mundo per mortem civilem, quæ æquiparatur naturali, conſideratam in illo effectu, quod Profeſſus deſinit habere proprium, eſt incapax retinendi, & acquirendi bona, perdendo ipſo jure dominium temporalium, perinde ac ſi naturaliter mortuus extitiſſet, ut rationem hanc communiter deducunt Honded. *conſ.* 62. *n.* 33. *verſ. Cum iſte profeſſus, & num.* 40. *verſ. Et tum harte, & n.* 46. *verſ. Et ille Profeſſus lib.* 1. Craſſ. *§. Legit. q.* 12. *n.* 6. *verſ. Eademque ratio*, Leſſius *de Juſtit. & Jur. libr.* 2. *cap.* 41. *n.* 86. *verſ. Quia cum ipſe*, Fuſar. *de ſubſtit. q.* 430. *n.* 11. *verſ. Hic autem, & n.* 14. Peregr. *de fideicom. art.* 28. *n.* 63. ubi quod quoad bona, & bonorum incapacitatem, Profeſſio in Monaſterio mors civilis eſt, quæ quoad bona ipſa operatur omnes effectus, quos operari ſolet mors naturalis, & in terminis legitimæ, Rota *d. dec.* 267. *num.* 13. *& ſeqq. part.* 5. *Recent.*

Unde hæc Theorica mihi videtur omnino extranea, & inapplicabilis ad caſum iſtum, ubi non a 4 gitur de filio profeſſo in Religione, ubi licet expleto biennio probationis emiſſa fuerint tria Vota ſimplicia, adhuc juxta Conſtitutiones Societatis Jeſu emiſſio hujuſmodi trium Votorum ſimplicium non inducit profeſſionem, nec facit Profeſſum, ſed tantum conſtituit Religioſum in ſtatu Scholaſtici approbati, quem poteſt Societas expellere, & remittere ad ſæculum omnino liberum ab illis Votis ſimplicibus, Pelliz. *in Manual. tom.* 1. *tr.* 3. *cap.* 4. *ſect.* 1. *n.* 30. *verſic. Unum*, Sanchez *ad præcept. Decal. lib.* 6. *c.* 9. *n.* 63. propter quod ex particulari Inſtituto hujus Religionis, Scholaſtici approbati poſt emiſſionem illorum trium Votorum dicuntur adhuc eſſe Novitii, 5 ſeu manere in ſtatu Novitiatus, ſeu probationis, donec ſolemniter profiteantur, ut in puncto firmant Panimoll. *dec.* 53. *annot.* 4. *n.* 29. Card. de Luc. *in ann. ad Concil. diſ.* 35. *ſub n.* 11. *verſ. Hinc proinde*, Bertach. *Voto dec.* 52. *n.* 5. Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 14. Rot. cor. Martin Andr. *dec.* 78. *n.* 17. & coram Bich. *dec.* 52. *n.* 8.

Ita & taliter, quod Societas in hac parte diverſa eſt ab aliis Religionibus, in quibus expleto Novitiatus anno emittitur ſolemnis Profeſſio, dum illa tria Vota ſimplicia non faciunt Profeſſum, ſed ſolum Profeſ- 7 ſio inducitur per emiſſionem quarti Voti, ubi ſolum datur contractus reciprocus inter Religioſum, & Religionem, juxta quem obligatur ille ad perpetuo permanendum in Religione, iſta autem ad perpetuo retinendum juxta indolem, & naturam profeſſionis, de qua Text. *in Cap. ad Apoſtolicam de Regular.* Navarr. *conſ.* 26. *n.* 2. *de Regular.* Decian. *conſ.* 18. *n.* 9. *lib.* 3. Marant. *reſponſ.* 54. *n.* 11. *p.* 3. *& reſponſ.* 36. *n.* 26., *& reſponſ.* 69. *n.* 1. *part.* 4. Suarez *de Religion. tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 5. Donat. *in prax. tom.* 2. *tract.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 2. Layman, *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 4. *c.* 5. *nu.* 5. *verſ. Quæris*, Leſſ. *de Juſt.*, *& jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *nu.* 60. *verſ. Quinto.*

Et de facto in hac Religione dantur tres Claſſes Religioſorum, prima conſiſtit in Scholaſticis approbatis, 8 qui emittunt expleto biennio tria Vota ſimplicia, ſecunda in Coadjutoribus formatis, & tertia in Profeſſis, ut tradunt Barboſ. *de Jur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 192. *uſque ad* 194., Caſtrop. *Oper. Moral. tom.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 2. *punct.* 10. *n.* 1. ex quo reſultat differentia inter Scholaſticos, & Profeſſos, ita ut Vota ſimplicia Scholaſticorum nullatenus inducant profeſſionem, aut reddant Religioſum Profeſſum, ſed Scholaſtici adhuc reputentur in ſtatu Novitiorum, ut in puncto diverſitatem inter Scholaſticos, & Profeſſos aſſignat Caſtropal. *tom.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 5. *punct.* 1. *n.* 4., ubi, quod gradus Scholaſtici eſt via & diſ- 9 poſitio ad gradum Profeſſi, & ſpecialiter, quod per tria Vota ſimplicia, quæ emittuntur per Scholaſticos non inducatur profeſſio, ſive expreſſa, ſive tacita, judicavit Rota coram Martin. Andr. *d. dec.* 78. *n.* 15. *& tradit* Card. de Luc. *in annot. ad Concil. diſc.* 35. *n.* 11. *circa finem.*

Dum igitur Scholaſtici non obſtante emiſſione trium Votorum ſimplicium, adhuc dicuntur ſtare in in Novitiatu, ſeu probatione, nec ſunt Profeſſi in in Religione, idcirco clarum remanet, quod adhuc dici non poſſint civiliter mortui Mundo, cum iſta mors civilis non per Novitiatum, ſed ſolum per ſolemnem Profeſſionem inducatur, & ſolum in caſu, Patris, vel filii Profeſſi in Religione procedit ſuperius relata opinio, quod legitima debeatur filio, aut Parentibus, ut legere eſt apud Lezzan. *in Summ.* 10 *q. Regul. p.* 2. *c.* 19. *n.* 36. Bottil. *de ſucceſſ. Theorem.* 67. *nu.* 11. Rota *dec.* 267. *nu.* 1. *& ſeqq. par.* 5. *& dec.* 100. *n.* 14. *par.* 17. *Recent.* & in terminis Societatis Jeſu Pelliz. *in manual. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 7. *ſect.* 1. *num.* 59.

Quodque in ſubſtantia Scholaſtici poſt emiſſa tria Vota ſimplicia, adhuc remaneant tanquam Novitii, & ſint vivi Mundo, non autem civiliter mortui, ſicut per Profeſſionem, convincunt ad evidentiam Conſtitutiones Ordinis, & Bulla 89. ſa. mem. Gregor. XIII. in quibus diſponitur, ut tales Scholaſtici poſt emiſſionem Votorum ſimplicium capaces remaneant 10 retinendi dominium bonorum ſuorum, & alia inſuper acquirendi per ſucceſſionem ex Teſtamento, vel ab inteſtato, donec profiteantur, aut Vota Coadjutorum formatorum emittant, ut communiter referunt Leſſ. *de Juſt. & jur. Eccleſ. lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 5. *n.* 27. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 41. *nu.* 192. Corrad. *in prax. diſpenſat. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 7. *& ſeqq.* Panimoll. *dec.* 53. *annot.* 4. *n.* 29. Card. de Luc. *in annot. ad Concil. diſc.* 35. *ſub n.* 11. Navar. *in Summ. Bull. p.* 2. *comment.* 75. *n.* 2. Bertacc. *vot.* 52. *n.* 5. Rot. cor. Matt. Andrea *deciſ.* 78. *numer.* 6. *& ſeqq.* & coram Bich. *deciſ.* 52. *num.* 5. *& ſeqq.* & coram Otthobon. *dec.* 3. *num.* 35.

Et hinc propterea deſcendit, ut hujuſmodi Scholaſtici retineant Beneficia, & Penſiones, quæ in Sæculo obtinebant, nec illa vacare dicantur per emiſ- 11 ſionem illorum ſimplicium Votorum, ut notant Adden. ad Burati. *dec.* 39. *n.* 10. *& ſeqq.* Sanch. *ad Præcet. Decal. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 7. *& cap.* 29. *nu.* 10. Pelliz. *in Manual. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *nu.* 50. Bertacchin. *dicto voto* 52. *n.* 6. Navar. *in Summ. Bull. d. comment.* 75. *num.* 3. *& ſeqq.* Corrad. *ubi ſupra c.* 2. *num.* 7. *& ſeqq.* Panimoll. *dec.* 53. *annot.* 4. *numer.* 29.

Card. de Luca ubi ſupra d. diſc. 35. n. 13. Donat. in prax. tom. 2. tract. 7. q. 19. n. 3. Rota cor. Martin.
12 Andrea dicta dec. 78. n. 3. & ſeqq. nihil obſtante, quod in Congregatione generali Societatis Can. 19. decretum fuerit, ut hi Scholaſtici reſignare debeat Beneficia, hoc enim non procedit quoad Penſiones, ut inquit Sanch. ad Præcept. Decal. lib. 7. c. 29. n. 10., reſpectu vero Beneficiorum id probat capitatem ea retinendi, niſi fieret Reſignatio, ut reſpondet Sanch. de Præcept. Decal. lib. 7. c. 4. n. 7. in fine, Pelliz. in Manual. tom. 1. tract. 3. c. 4. n. 50. in fine.

Ergo ſine principio dubitandi hujuſmodi Scholaſtici non obſtante emiſſione trium Votorum ſimplicium ſunt in ſubſtantia Novitii, neque adhuc dici, aut reputari poſſunt civiliter mortui per illam mortem civilem, quæ æquiparatur naturali, ut eſt Profeſſio, per quam perditur dominium Bonorum, & incurritur incapacitas ea poſſidendi, aut acquirendi; Ego enim ipſo, quod iſti Religioſi in tali ſtatu juxta Conſtitutiones Apoſtolicas ſunt capaces retinendi dominium Bonorum ſuorum, & acquirendi hæreditates ex Teſtamento, vel ab inteſtato; Ego clariſſimum exiſtimo, quod in tali ſtatu impoſſibile ſit reputare eos civiliter mortuos, ac ſi eſſent naturaliter mortui, quia tales mortui nec ſunt ca-
13 paces dominii Bonorum, quæ habent, nec alia acquirendi per ſucceſſionem; ergo ſunt vivi Mundo ſi poſſunt acquirere, ſuccedere, & retinere Bona; ergo imperceptibile, immo contradictorium prorſus eſt, quod hæredes poſſunt illis ſuccedere in Bonis, aut Mater in Legitima, ſi ipſi retinendo Bona, & capacitatem acquirendi poſſunt in hoc ſtatu aliis, immo Parentibus ſuccedere ex Teſtamento, vel ab inteſtato, ut egregie in terminis ratiocinatur Argel. de acquir. poſſeſ. q. 17. art. 8. n. 213. in fin., quia in Bonis viventis, & capacis poſſidendi, & acquirendi, nulla competere valet Legitima, Craſſ. in §. Legitima q. 12. n. 1. Argel. de acquir. poſſeſſ. q. 17. art. 8. n. 191. Menoch. conſ. 71. n. 3. lib. 1. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 3. q. 1. Rot. poſt ipſum dec. 55. n. 22.

Quod probat ad evidentiam illa ratio, in qua fundata reperitur opinio, quod Legitima debeatur Matri in Bonis filii Profeſſi, quia nempe profeſſio eſt mors civilis, quæ quantum ad ipſa Bona operatur eundem effectum, ac naturalis, dum Profeſſus nec habet Bona, neque capacitatem illa acquiren-
14 di: ſecus autem quando remaneret capacitas acquirendi, juxta punctualem Text. in l. Status §. Cornelio Felici ff. de Jur. Fiſci, ubi deciditur ſubſtitutum in caſu mortis non admitti, licet hæres fuerit per Fiſcum ea cauſa delicti deportatus, & ſpoliatus omnibus Bonis, ea ratione, quod poterat alias res acquirere; ergo ubi agitur de Perſona capaci acquirendi, & retinendi dominium Bonorum non dicitur eveniſſe caſus mortis civilis, quæ æquiparantur naturali, nec datur actio ad ſucceſſionem, vel legitimam, ut bene probat Honded. d. conſ. 62. n. 33. 45. & 46. lib. 1., Fuſar. de Subſtit. q. 43. n. 11. verſ. pro hac ſententia, Alex. conſ. 12. n. 2. verſ. præ concluſ. lib. 3., Ruſticus in leg. Cum Avus lib. 5. cap. 7. n. 9. verſ. quin immo.

Hoc etiam confirmat illa circumſtantia, quod hujuſmodi Scholaſtici poſt tria Vota retinent Beneficia ſæcularia, & Penſiones, quas habebant in Sæculo juxta Religionis Inſtitutum, quod in hac parte cenſetur ſe conformaſſe cum diſpoſitione, Text. in
15 c. Beneſ. de Regul. in 6., ubi decernitur Beneficium Ingreſſi Religionem durante Novitiatus anno, non vacare cum eadem ſubſit ratio in Novitiis aliarum Religionum intra probationis annum, ac in hujuſmodi Scholaſticis, qui tria Vota ſimplicia emiſerunt, quia ſcilicet tam iſti, quam illi poſſunt ad Sæculum redire, ut in individuo judicavit Rota coram Martin. Andr. d. deciſ. 78. n. 10. cum ſeqq., Ribadeneir. de Inſtitut. Societ. Jeſu cap. 18. verſ. 5., Corrad. in prax. diſpenſ. lib. 6 cap. 2. n. 13., Navar. in Summ. Bullar. d. comment. 75. n. 3. & 4., Bertacchin. dicto voto 52. nu. 6.

Et demum ex his rationibus, quod filio ingreſſo in Societatem Jeſu, qui expleto biennio emiſit tria Vota ſimplicia, non debeatur Parentibus legitima; ſed expectanda ſit Profeſſio, & emiſſio quarti Voti, aut Votorum Coadjutoris formati, firmavit in puncto Sanchez. ad Præcept. Decalog. lib. 7. c. 10. nu. 6., 16
quem ſequuntur Caſtrop. Oper. moral. p. 3. tract. 16. diſp. 2. punct. 14. num. 1., Pelliz. in Manual. tom. 2. tract. 8. cap. 7. ſect. 1. num. 59., Merlin. de Legitim. lib. 5. tit. 3. q. 3. n. 13. circa finem verſ. & Patres Societatis Jeſu.

Et in terminis ſubſtituti ad fideicommiſſum in caſu mortis Hæredis gravati, qui admittit etiam in
caſu mortis civilis per Profeſſionem Monaſticam, veluti æquipollentem naturali, ubi eadem eſt ratio, 17
ac in detractione legitimæ, ut advertit Botillier. Theorem. 67. n. 10. & 11. pariter habetur, quod ſi 18
hæres gravatus emittat in Societate Jeſu tria Vota ſimplicia, poſt expletum biennium probationis non dicatur eveniſſe caſum mortis civilis, quæ æquiparatur naturali, neque admittatur ſubſtitutos, ex allegatis rationibus, prout in ſpecie Bertacchin. d. voto 25. n. 5. & 6.

Et clare diſtinguendo inter Profeſſum quatuor Votorum, & inter Scholaſticum, qui emiſit Vota bien- 19
nii, ſcripſit Ginvagnon. in ejus celebri conſ. 85. in ann. in fine conſilii, incipiend. hæc quæ dicta ſunt lib. 1., & quod ſola Profeſſio per emiſſionem quarti Voti ſit illa, quæ inducat in Societate Jeſu mortem civilem, quæ æquiparatur naturali ad effectum, ut admittatur ſubſtitutus in caſu mortis contra Fuſar. conſ. 95. tennit Panzirol. conſ. 114. num. 3., Staiban. jun. reſolut. 97. num. 16 & ſeqq., Farinell. reſponſ. 49. num. 34. ubi allegat Cutell. de Donat. tom. 1. diſc. 2. particul. 4. n. 5. dicentem, quod in Societate ſolemnis Profeſſio mortem plenariam operatur ad omnem juris effectum, Card. de Luc. de Regular. diſc. 63. nu. 19., ubi quod Profeſſio quarti Voti in hac
Religione eſt illa, quæ morti naturali æquiparatur. 20

Quibus ſtantibus ab hac ſententia me retrahere non poſſunt ratiocinia in contrarium; Et quidem concludit argumentum deſumptum ex Conſtitution.
89. Gregorii XIII., ubi declaratur Scholaſticos, qui 21
tria Vota ſimplicia, exacto biennio emiſerunt, eſſe veros Religioſos, & non ſecus ac alios quorumvis Ordinum Regularium Profeſſos, non poſſe Matrimonium contrahere, & incurrere Apoſtaſicam, ſi ab ipſa Societate deficerent; Etenim id Gregorius Pontifex definivit ad tollendam illorum opinionem, qui dicebant, hujuſmodi Scholaſticos non eſſe de corpore Religionis, nec Religioſos, ſed mere Sæculares, & Ordinariorum juriſdictioni ſubjectos, ut legere eſt in eadem Conſtitut. 89. §. 18.; Ceterum per hoc nunquam inferri poteſt declaraſſe eos haberi tanquam Profeſſos, & Mundo civiliter mortuos, immo eos ſemper in tota Conſtitutione vocavit non Profeſſos, ut in §. 14. 16. & 17. ibi -- Quaſi non eſſent Religioſi, eo quod non eſſent Profeſſi --, & infra ibi -- iiſdem non Profeſſis --, & paulo poſt -- ab ipſa Societate deficientes non Profeſſos -- Unde ſtare ſimul poteſt, quod Scholaſtici per tria Vota ſimplicia ſint vere Religioſi, & tamen illa non faciant eos Profeſſos & civiliter Mundo mortuos, ut in puncto examinando Conſtitutionem Gregorii, quod iſti Religioſi Scholaſtici Societatis Jeſu in hac parte ſortiantur naturam diverſam ab aliis Regularibus aliarum Religionum firmavit Rota coram Martin. Andr. dict. deciſ. 77. num. 14. & ſeqq., & coram Bich. deciſ. 52. numer. 8. Corrad. in prax. diſpenſ. lib. 6. capit. 2. n. 16. & 17. Bertacch. d. voto 52. n. 5. Barb. de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 31. n. 192. verſ. Et in hac Religione, Card. de Luca in annot. ad Concil. d. diſc. 35. ſub n. 11., ubi quod in ipſa Societate, ſive inter ipſos Religioſos iſti potius dicuntur Scholaſtici, non autem Profeſſi.

Urgente ratione, quod agitur de Votis ſimplicibus, una cum retentione dominii bonorum quoad illa emittentes, qui capaces remanent etiam acquirendi hæ-
reditates ex Teſtamento, vel ab inteſtato, quod repu- 22
gnat naturæ Profeſſionis Religioſæ, quæ propter abſolutum Votum paupertatis ipſo jure privat Profeſ-

ſum omni dominio bonorum, & capacitate illa ac-
quirendi, ut obſervat in ſpecie Layman *in Theolog.
Moral. lib. 5. tr. 5. c. 7. ſub. n. 3. verſic. Caeterum* Sanch.
lib. 7. c. 18. n. 28. & propterea Doctores, & deciſio-
nes communiter firmarunt hujuſmodi Scholaſticos
non obſtante emiſſione trium votorum eſſe adhuc
in ſtatu Noviriatus, ſeu Probationis, ut habetur ſu-
pra *n. 5.* & in individuo reſpondendo ad hoc con-
trarium argumentum deductum ex Conſtitutione
Gregoriana, Scholaſticos poſt vota ſimplicia decla-
rante veros Religioſos, judicavit Rot. cor. Martin. *d.
dec. 78. n. 18. verſ. hinc facile, & n. 19. cum ſeqq.* ubi
magiſtraliter omnes objectiones refellit.

Et cum iſta retentio dominii bonorum, & capa-
23 citas acquirendi permiſſa fuerit his Scholaſticis ex
inſtitutione Eccleſiæ, ut Societas majorem habeat
libertatem illos cum minori offenſione dimittendi ad
ſæculum, dum ante Profeſſionem non adeſt reci-
proca obligatio Societatis ad eos perpetuo retinen-
dos, veriſſima hinc eſt communis traditio, quod
hujuſmodi Scholaſtici reputantur ac ſi eſſent in ſta-
tu probationis, & quando articulum decidunt au-
ctoritates, & deciſiones in terminis, ego cum illis
in judicando procedendum exiſtimo, non autem cum
ratiociniis, ut admonet Cavalcan. *dec. 43. n. 10. p. 1.
& dec. 5. n. 69. & dec. 28. n. 49. p. 2. & dec. 26. n. 1. p. 4.*
Cyriac. *controv. 248. n. 21. & 22.* & apud Me *de con-
trov. Patron. alleg. 15. n. 1.*

Præſertim quando non quæritur, an iſti Schola-
ſtici poſt illa tria Vota ſint Religioſi, ſed an hu-
juſmodi ſtatus Religioſus æquipolleat ſolemni Pro-
feſſioni, per quam duntaxat cenſetur quis mortuus
Mundo quoad ipſa bona, quæ ipſo jure amittit cum
incapacitate dominii, tam quoad acquiſita, quam
acquirenda, ut ſolide notat Peregr. *de fideicom. art.
28. n. 63. & de Jure fiſci tit. de dipertnt. n. 21. verſ. Ra-
tio concludens eſt*, & in puncto Card. de Luc. *de reg.
d. diſc. 63. ſub n. 19.* cum ad effectum, ut ſit locus
detractioni legitimæ requiratur mors civilis, quæ æ-
quiparetur naturali, alias illa non debetur; Impoſ-
ſibile eſt autem, quod Scholaſtici per tria Vota ſim-
plicia in hac Religione dicantur mortui civiliter,
24 acſi eſſent mortui naturaliter, quando retinent do-
minium bonorum, & capacitatem acquirendi ex Te-
ſtamento, vel ab inteſtato cum poſſibilitate redeun-
di ad ſæculum, quod certe in naturaliter mortuis
dari non poteſt, juxta Argel. *de acquir. poſſeſſ. d. q. 27.
art. 8. num. 213.* & juxta ſpecialem doctrinam San-
chez, & aliorum in terminis legitimæ, & ſucceſ-
ſionis, de quibus ſupra, & generaliter Honded. *d.
conſil. 62. n. 33. & ſeqq. lib. 1.* Fuſar. *de ſubſtitut. tit. q.
430. n. 14. verſ. Reſpondetur*, Sanch. *ad praecept. Deca-
log. lib. 7. cap. 3. n. 78.* Caſtrop. *oper. moral. part. 3. tr.
16. diſp. 1. punct. 18. n. 5.*

Minus ad rem concludens exiſtimo aliud ratioci-
nium quo figuratur inapplicabilis doctrina Sanchez,
& aliorum in puncto firmantium, quod legitima
non debeatur in bonis Scholaſtici poſt emiſſionem
trium Votorum ſimplicium, niſi poſt emiſſam pro-
feſſionem quarti Voti, quia nempe hæc procedat in
Scholaſtico, qui tria ſimplicia emiſit, nulla facta
præventiva renunciatione, aut donatione bonorum
ſuorum, in quibus terminis ſupponitur, quod reten-
tio dominii indulta Scholaſtico uſque ad profeſſio-
nem quarti Voti impedit, ne mors civilis produ-
cat effectus mortis naturalis, ſecus autem quando
ante ingreſſum in Societatem, dum erat in ſæculo,
bonis ſuis renunciavit, aut per ſolemnem contra-
ctum donationis irrevocabilis, dominium, & poſ-
ſeſſionem bonorum in Donatarios tranſtulit, hoc
enim caſu argomentando dicitur eſſe impoſſibile,
quod taliter Profeſſus retineat dominium bonorum
ſemel legitime abdicatum per contractum irrevoca-
bilem, cujus effectus eſt illud incontinenti transfer-
re in Renunciatarium, ſeu Donatarium.

Etenim examinando hoc ratiocinium, ſeu diſtin-
ctionem, ego in primis obſervo in ea contineri ſup-
poſitum, quod Scholaſticus poſt tria Vota ſit vere
profeſſus, ita ut remoto obſtaculo habendi domi-
nium bonorum, quo ſe ſpoliavit, eo ipſo ſit mor-
tuus Mundo tanquam perfecte, & abſolute Profeſ-
ſus, quod quidem ſuppoſitum eſt apertiſſime ſubſi-
ſtens, & contra communem opinionem Sac. Rotæ,
& Doctorum, *de qua ſupra*, conſtanter firmantium,
quod Scholaſticus poſt tria Vota non eſt Profeſſus,
quo ſtante nihil ad rem iſtam pertinet, an Schola-
ſticos ante ingreſſum in Noviciatum ſe ſpoliaverit in 25
ſæculo bonis ſuis per renunciationem, aut donatio-
nem, quia nunquam audivi, quod per donationem
omnium bonorum ſuorum, quis efficiatur mortuus
Mundo, inteſtabilis, & incapax dominii, ac ſi eſſet
ſolemniter Profeſſus in Religione, quia retentio do-
minii verificatur etiam in ſola capacitate alia bona
acquirendi, & poſſidendi, ut contingit in eo, qui
nihil poſſidet, & acquirere poteſt, & Conſtitutio-
nes Societatis intelliguntur etiam de Scholaſticis ni-
hil in ſæculo poſſidentibus, retinendo, ſeu conſer-
vando eis capacitatem acquirendi ex Teſtamento,
vel ab inteſtato, ut dicunt omnes præallegati, ſi-
gnanter Card. de Luc. *in ann. ad Conc. diſc. 35. ſub n. 51.
verſ. ac etiam de novo*, Giovagn. *d. conſil. 85. in fin. lib.
1.* Bertacch. *voto 52. n. 5.* Rot. cor. Bich. *dec. 52. n. 6.* jux-
ta differentiam, quæ intercedit inter Votum ſolemne
profeſſionis circa paupertatem, quod privat etiam
capacitate dominii acquirendi, & inter Votum ſim-
plex paupertatis, quod impedit licitam acquiſitionem,
ſed Voventem non reddit incapacem acquirendi, ut
bene in puncto Sanch. *ad praecept. Decal. lib. 7. c. 18.
n. 27.* Laym. *lib. 4. tract. 5. q. 7. ſub n. 3.*

Ultra quod ratio, ob quam Scholaſtici non di-
cuntur Profeſſi per illa Vota ſimplicia, non conſi- 26
ſtit tantum in circumſtantia retentionis, & capaci-
tatis dominii, ſed etiam in poſſibilitate redeundi ad
ſæculum, propter libertatem, quam habet Societas
eos dimittendi tanquam adhuc non obligata ad eos
perpetuo retinendos, in quo conſiſtit ſtabilitas Voti,
& vera ſubſtantia Profeſſionis Religioſæ, quæ facit
Regularem Mundo mortuum juxta Text. *in c. unic.
de voto in 6.* Pelliz. *in Manual. to. 1. tr. 1. c. 1. n. 8.* &
Me ſcribente judicavit Congregatio particularis E-
minentiſſimorum Cardinalium Ferrarii, Patacciani,
& Caſini *de ann. 1714. in Cauſa Ordinis Bethlemitarum*,
nam alias, qui poteſt ad ſæculum redire potius
æquiparatur Novitiis, non autem Profeſſis, ut in 27
ſpecie inquit Rota cor. Martin. Andr. *d. dec. 78. n. 12.*
Corrad. *in prax. diſpenſ. lib. 6. cap. 2. n. 13.* Novar. *in
ſumm. Bullar. p. 2. comment. 75. n. 4.*

Ergo nihil ad rem ſpectare, puto, quod Schola- 28
ſticus per donationem ſe ſpoliaverit bonis ſuis in
ſæculo, quia ſemper retinet capacitatem dominii
acquirendi, & maxime quia poteſt ad ſæculum di-
mitti per Societatem, ratione cujus dimiſſionis, ut
nempe ea cum minori offenſione exerceri poſſit,
permiſſa fuit iſta capacitas bonorum, & dominii, 29
ut legitur in *Conſt.* 89. Gregor. XIII. §. 16. Corrad.
ubi ſup. n. 12. Novar. *ubi ſupra num. 3.* Rot. cor. Martin.
Andr. *dicta dec. 78. n. 9. & 10.*

Sed fortius quando verum non eſt, mediante do-
natione bonorum facta in ſæculo, Scholaſticum re-
manſiſſe privatum dominio, & omni Jure ſuper bo-
nis donatis, cum enim agatur de donatione facta in
ſæculo intuitu ingreſſus in Religionem, & ſub ex- 30
preſſa ejus mentione, & cauſa, inde ſequitur, ut di-
catur conditionalis, quatenus ſequatur profeſſio, nec
alias intelligitur effectum ſuum ſortiri, remanente
interim dominio apud Donantem juxta naturam con-
tractus conditionalis, ut diſponit Conc. Trid. *ſeſſ. 25.
c. 16. de Regul.* ibi - *ac non alias intelligatur effectum
ſortiri, niſi ſecuta profeſſione* - quæ diſpoſitio licet lo-
quatur de renunciatione facta per Novitios, adhuc
tamen locum habet etiam in Donationibus factis ab
illis, qui exiſtunt in ſæculo, & ante aſſumptum ha-
bitum Novitiatus renunciant, aut donant ex cauſa
futuri ingreſſus in Religionem, ut *ex doctr.* Ventrigl.
in prax. p. 1. annot. 46. §. unico n. 13. me ſcribente ju-
dicavit Rot. *in Ferrarien. Canonicatus 5. Mart. 1698.
§. quæ ingreſ.* cor. bon. mem. Pio impreſſa apud me *diſc.
Eccleſ. 6. n. 45.* Eminentiſſ. Petra *de Conſt. Apoſt. to. 3.
ad Conſt. 1. Clem. IV. ſect. 2. n. 84.*

Ea ratione, quod Concilium in hac parte procedit
inter-

31 interpretando præſomptam mentem Donantis, ſeu
Renunciantis, ut inveriſimile ſit, quod quiſquam
ſuis omnibus bonis ſe ſpoliare voluerit, niſi ſecu-
ta profeſſione, itaut dimiſſus, ſeu reverſus ad ſæcu-
lum mendicare cogatur, ut in terminis docent E-
minentiſſimus Petra *ad Conſtit. Apoſt. to. 3. ad Conſt.
Clem. IV. ſect. 2. num. 90. verſ. tamen id non importat*
Sanch. *ad precept. Decal. lib. 7. c. 1. n. 6. & n.* 38. ubi
quod non abdicat a ſe dominium Renuncians, &
32 *lib. 7. c. 5. n. 62.* ubi, quod Concilium inducit con-
ditionem ſuſpenſivam impedientem ea pendente tranſ-
lationem domini Pelliz. *in manual. to. 1. tr. 2. cap. 9.
n.* 15. 16. & 53. Caſtrop. *Oper. moral. p. 3. tr. 16 diſp. 1.
punct. 15. n. 7. & punct. 17. n.* 13. qui etiam ulterius
33 addunt fructus bonorum medii temporis ante ſecu-
tam profeſſionem ſpectare ad Donantem, ut legere
eſt apud Sanch. *d. lib. 7. cap 5. nu. 62. & 63.* Pelliz. *d.
tr. 2. cap. 9. n. 53. & ſeqq.*

Neque propterea hic invenio, quod dubitari poſ-
ſit, an in caſu non factæ profeſſionis, Religioſus
egrediendo recuperet bona donata abſque pacto re-
34 greſſivo; hæc enim dubitatio intrat in Religioſis
jam Profeſſis, qui poſtea egrediuntur de Religione
ex cauſa Epiſcopatus, Cardinalatus, aut Parochiæ
ſæcularis, juxta *conſil. 49. Ann. apud* Card de Luc. *de
renunc. diſc. 17. n.* 50. Pelliz. *to. 1. tr. 2. c. 9. n. 24. cum
aliis apud* Eminentiſſimum Petra *to. 3. ad Conſt.* 11.
Clement. IV. n. 31. ſecus in illis, qui nondum fe-
cerunt profeſſionem, aut nulliter fecerunt profeſſio-
nem, Eminentiſſimus Petra *ad Conſt. 1. Clemen. IV.
to. 3. ſect. 2 n.* 82.

Unde ſequitur, quod Scholaſticus non ſolum ho-
die in hoc ſtatu non obſtantibus tribus Votis retineat
capacitatem acquirendi dominium ex hæreditatibus
ab inteſtato, vel ex teſtamento, ſed etiam dominium
bonorum donatorum juxta opinionem *Doctorum
quibus ſupra*, quando tamen ſatis eſſet ad hunc effe-
ctum, quod ipſe haberet, & retineret jus ea recupe-
randi in caſu non factæ profeſſionis quarti Voti,
aut Votorum Coadjutoris formati, quia certum eſt
ex iiſdem principiis hactenus demonſtratis, Dona-
tionem bonorum factam ex cauſa ingreſſus in Reli-
35 gionem, adhuc non eſſe purificatam, ſeu confirma-
tam per tria Vota ſimplicia exacto biennio emiſſa per
Scholaſticum, ut in individuo egregie firmat Sanch.
ad precept. Decal. lib. 7. c. 1. n. 38. & ſeqq. Caſtrop. *d.
tract. 16. diſp. 1. punct. 15. n. 7. verſ. add. 1.* Pelliz. *d. tr.
2. c. 9. n.* 16. qui omnes in ſpecie aſſerunt Donatio-
nem facta ex cauſa ingreſſus in Societatem non con-
36 firmari per emiſſionem trium Votorum ſimplicium,
& reſolvunt hunc Scholaſticum poſt tria Vota egre-
dientem de Societate recuperare bona donata, ſeu
renunciata intuitu ingreſſus in Societatem, eo mo-
do, quo recuperat Novitius egrediendo ex aliis Re-
ligionibus tempore Novitiatus.

Hinc non bene facta fuit æquiparatio inter Re-
nunciationem, quæ extra Conſtitutiones Societatis
fit in ſæculo favore conſanguineorum, & illam, quæ
juxta Conſtitutiones Societatis juſſu P. Generalis fieri
debet per Scholaſticum poſt emiſſionem trium Voto-
rum præventiva ad profeſſionem quarti Voti facien-
do illationem ab hac renunciatione coacta *juxta Con-
ſtitutiones* ad donationem factam in ſæculo *ex libera
voluntate Donantis*, & æquiparando unam alteri;
longa enim differentia, & magna diſparitas eſt inter
37 Donationem in ſæculo factam Conſanguineis, & il-
lam, quæ fit ante profeſſionem quarti Voti juxta Con-
ſtitutiones per viam expropriationis, dum iſta eſt, &
eſſe ſemper debet abſoluta, & ſpoliativa Donantis
abſque ſpe recuperandi bona in caſu egreſſus, & fuit
exceptuata per *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de regul.* &
dixi *to. 3. diſcept. Eccl. 64 n.* 36. illa autem eſt con-
ditionalis, & dependens a futura profeſſione, qua
non ſecuta, aut non dicitur purificata conditio do-
nationis, remanente dominio apud Donantem, vel
ſaltem reſoluta manet, ut in puncto diſtinguendo
utramque ſpeciem donationis, ſeu renunciationis fa-
ctæ, vel non factæ juxta Conſtitutiones Societatis,
advertunt Sanch. *ad precept. Decal. lib. 7. c. 1. n.* 34.
35. & 38. Caſtrop *d. diſp. 16. punct. 15. n. 6. & 7.* Pel-
liz. *to. 1. tr. 2. c. 9. n. 14. 15. & 16.* Donat. *in prax. to. 2.
tr. 7. qu. 19. n. 3. & 6.*

Ex quibus patet excogitatam diſtinctionem inter
Scholaſticum, qui ſimplicia biennii Vota emiſit poſt-
quam præventive in ſæculo renunciavit bonis ſuis
nihil variare inſtitutum Societatis quoad conditio-
nem, & ſtatum mei Scholaſtici nondum Profeſſi,
& nihil propterea conferre ad deciſionem caſus, ſed
fortius quando non ſolum hæc diſtinctio nulla ful-
citur auctoritate Doctorum, ſed immo eam inſub-
ſiſtentem demonſtrat ipſa authoritas Sanch. pro con-
traria ſententia allegati *ad precept. Decal. lib. 7. c. 13.
n. 33. in fine, & c. 16. n.* 20. qui priori capite dicen-
do in his Religioſis durare uſumfructum uſque ad
ſolemnem profeſſionem, aut Vota Coadjutoris for- 38
mati, ex hoc infert, quod ſi ipſi antea renunciave-
rint bonis, tunc commoditas uſusfructus ante pro-
feſſionem, & Vota prædicta, tranſibit ad Renun-
ciatarium ex jure permanente in his Religioſis; in
altero autem capite dicit ſubſtitutum ſuccedere in
hæreditate, ſi Gravatus emiſerit profeſſionem ſole-
mnem, aut Votum Coadjutoris formati; ſed ubi
Vota biennii tantum emiſerit, diſtinguendo firmat:
quod ſi bonis non renunciaverit ipſe Gravatus, ea
retinebit uſque ad prædicta Vota, & Profeſſionem, 39
ſi vero renunciavit, ea retinebit Renunciatarius to-
to tempore, quo Renuncians poſt emiſſa Vota bien-
nii ea poſſeſſurus eſſet, nempe uſque ad eandem pro-
feſſionem, & Vota Coadjutoris, vel illis non a-
miſſis, uſque ad mortem naturalem.

Hæc auctoritas præciſe loquitur de Scholaſtico,
qui emiſit Vota biennii, & præventive renunciavit
bonis, & adhuc firmat, quod uſque ad ſolemnem
profeſſionem, & Vota Coadjutoris formati retinet
uſumfructum, & bona fideicommiſſaria, vel ſi renun-
ciavit, ex ejus jure durante illa retinebit Renuncia-
tarius; ergo clare firmat Vota biennii cum præven-
tiva renunciatione bonorum, non facere Profeſſum,
nec inducere mortem civilem, quæ æquiparatur na-
turali, quoties tam ipſe, quam ex ejus jure duran-
te Renunciatarius retinere poteſt uſumfructum, &
bona uſque ad ſolemnem profeſſionem, & Vota Coad-
jutoris formati; nam alias ſi ille reputaretur tanquam
Profeſſus, & mortuus Mundo, ejus Ceſſionarius ni- 40
hil conſequi poſſet, quia per mortem civilem in Re-
ligione incapaci poſſidendi bona in communi extin-
guitur uſusfructus, & conſolidatur cum proprietate,
& ſic etiam admittitur ſubſtitutus in bonis fideicom-
miſſariis juxta regulam, quod reſoluto jure Datoris
reſolvitur jus Accipientis, ſeu Renunciatarii uſusfru-
ctus per *text. in l. Vectigali ff. de pignor. & cap. nuper
de donat. inter Vir. & Uxor*, & in ſpecie Argel. *de
acquir. poſſ. q. 8. n.* 719.

Hinc ſuperfluum eſt reſpondere ad exemplum Pa-
tris deportati, ſeu maximam capitis diminutionem
paſſi, qui licet ex gratia Principis poſſit reſtitui ad 41
bona confiſcata, attamen Legitima debetur filio in
caſu deportationis, hoc enim applicatur ad Profeſ-
ſum, & Mundo mortuum, ſicut in terminis ſolius
Profeſſi ad effectum Legitimæ, & ſucceſſionis hoc
exemplo Deportati utuntur Honded. *conſil. 62. n. 22.
& ſeqq. & n. 29. lib. 1.* Argel. *de acquir. poſſeſſ. qu. 17.
art. 8. n. 288. & 301.* Fuſar. *de ſubſtitut. qu. 430. n. 13.
& 20.* Peregr. *de jure fiſci lib. 3. tit. de deport num.* 21.
ſed nihil commune habet cum Novitio, ſeu Scho-
laſtico, qui in Societate Jeſu æquiparatur Novitiis,
& eſt etiam civiliter vivus, non autem mortuus
Mundo, juxta ejus ſtatum ſuperius probatum ex de-
ciſionibus in puncto, quæ omne contrarium ratio-
cinium evertunt.

Ex quibus abſque difficultate mihi videtur non poſ-
ſe hic, & nunc competere Marci legitimam, ſed defi-
cientibus Votis Coadjutoris formati expectandam eſ-
ſe profeſſionem ſolemnem mediante emiſſione quarti 42
Voti, ad quam etiam reſpexit Donator in proœmio
donationis, ubi expreſſit ſe determinaſſe ingredi So-
cietatem Jeſu, ibique aſſumere habitum, tempore
debito emittere *ſolemnem profeſſionem*, & de cætero
ſi quid dubitabile in hoc puncto ſupereſſe poteſt, e-
go forte credere eſſe illud, an adhue emiſſa pro-
feſſio-

Digitized by Google

feſſione eſſet locus detractioni Legitimæ, vel potius expectanda eſſet mors naturalis.

Obſervo enim, quod *Sanchez*, qui loquitur in ſpecie Societatis circa Legitimam ſecuta profeſſione debitam, & omnes alii, qui generaliter per mortem civilem Profeſſi firmant eam deberi, procedunt in caſu ſimplici, ubi nempe Profeſſus de tempore profeſſionis habet bona in ſuo dominio, quæ amittit
43 ipſo jure per profeſſionem, ſecus autem quando Profeſſus præventive in ſæculo, dum erat laicus, omnia bona ſua vigore donationis tranſtulit in Tertium, ſeu Conſanguineos; hoc enim caſu in præjudicium Tertii habentis jus quæſitum in bonis ſibi donatis mors civilis non æquiparatur naturali, cum enim iſta æquiparatio in ſubſtantia non ex rei veritate, ſed ex fictione juris procedat, locum habere non videtur in præjudicium Tertii, quoad jus antea quæſitum ex contractu, mediante diminutionem bonorum ſibi donatorum cum detractione Legitimæ, ſed expectanda, & attendenda eſt ſola mors naturalis, ut plene diſcuſſo articulo docet Sanchez *ad precept. Decalog. lib. 7. c. 3.*
44 *n. 80. cum duob. ſeqq.* ubi quod per profeſſionem hæredis Gravati non admittitur ſubſtitutus per æquiparationem mortis civilis cum naturali, ſi Gravatus bona ante profeſſionem vendidiſſet Tertio, ſeu donaſſet, aut quovis alio contractu in alium tranſtuliſſet, ſed expectanda eſt mors naturalis, & hoc procedere inquit etiam in renunciatione facta per Profeſſum ante profeſſionem ſub lege, ut Renunciatarius obtineret jus enunciatum a tempore profeſſionis ibi. *Dic ſubſtitutum non vere comparaſſe jus ad ea bona a tempore profeſſionis, ſed a tempore mortis naturalis Profeſſi, & ex ſola juris fictione, qua illa profeſſio reputatur mors naturalis a die profeſſionis, at hoc fictio debet intelligi caſo quo ea bona ſunt apud Profitentis dominium, qui non cedit in Tertii præjudicium, ſecus vero quando caderet in Tertii præjudicium, in quem ea bona alienata erant &c. Immo hoc crede verum, etiamſi in Tertium illum non eſſent ea bona alienata, ſed Profeſſus his ante profeſſionem in eo renunciaret expreſſim id jus, ut illud a tempore ſuæ profeſſionis obtineret, aut expreſſim teſtamento illud ei legaret, quod a die profeſſionis vim obtinet, ducor, quia verior ſententia habet, ut diximus numero præcedenti fictionem non operari in præjudicium Tertii, cui eſt jus ad ſolam rem acquiſitum, quale eſt huic, ratione illius renunciationis conditionalis, aut teſtamenti.*

Ex quo principio, quod in præjudicium Tertii mors civilis non æquiparetur naturali, deſcendit communiter recepta opinio, quod licet ſubſtitutus in caſu mortis admittatur in caſu profeſſionis hæredis Gravati in Religione incapaci poſſidendi bona in com-
45 muni, non tamen admittitur, ſed expectatur mors naturalis, ſi Gravatus ante profeſſionem bona reſtitutioni ſubjecta alteri vendidiſſet juxta Bald. *conſ.* 180. *lib. 1.* & optime Peregrin. *de fideicom. artic.* 28. *n.* 63. ubi refert ita judicatum, *& de jure fiſci tit. de deportat. n.* 23. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 430. *n.* 10. *&* 11. eadem igitur ratione fundata in præjudicio Tertii idem procedere videtur in Donatione, per quam Donatario dicitur jus quæſitum, neque propterea reſpectu jurium in alterum translatorum æquiparatio mortis civilis cum naturali tanquam fictio juris admitti valet, ut ſequendo doctrinam Sanchez concordat Caſtropal. *oper. moral p. 3. tract. 16. diſputat. 1. punct. 18. n. 5.* Rota *Lucan. dec. 17. n. 24. impreſſ. apud* Aſcanium Seta *poſt ejus tract. de offic. Locumtenentis* loquentes in terminis ingreſſi Societatem Jeſu.

BOVINEN. ARCHIDIACONATUS.

ARGUMENTUM.

Subrogatio gratioſa datur Colliriganti ſuperſtiti etiam in juribus defuncti contrariis, & criminoſis quoad ſuperſtitem, an requiratur ad hunc effectum lis ſuper titulo Beneficii, & qualis iſta ſit; Sententia abſolutoria *ex hactenus deductis* an tollat diffamationem; In Beneficialibus datur multiplicatio titulorum etiam contrariorum.

SUMMARIUM.

1 *Series facti refertur.*
2 *Sententia abſolutoria ex hactenus deductis ſufficit ad repellendum Impetrantem ex capite delicti.*
3 *Debentur diſtributiones Canonico tempore abſentiæ ad ſe defendendum contra delictum abſoluto per ſententiam ex hactenus deductis.*
4 *Quando hæc ſententia non ſufficiat.*
5 *In præjudicium ſuperſtitis infra menſem non poteſt Tertius impetrare jura Collitigantis defuncti.*
6 *Datur ſubrogatio ſuperſtiti etiam in juribus defuncti contra ipſum criminoſis, & de ratione.*
7 *Obtinens ceſſionem jurium per Concordiam dicitur continuare in ſuo primævo titulo per remotionem obſtaculi.*
8 *Quales ſint Tituli contrarii in Beneficialibus.*
9 *Regul. 29. de ſubrogand. deſumpta fuit ex cap. 2. ut lite pend. in 6.*
10 *Ad diffamationem non ſufficit inquiſitio, & requiritur ſententia.*
11 *Sententia abſolutoria ex hactenus deductis abſtergit omnem maculam.*
12 *Lis ſuper titulo beneficii ad effectum obtinendi ſubrogationem quando requiratur, vel non, &* num. 13. & 14.
15 *Impetrantes vulgo Piſcatores nullum arbitrium merentur etiam in Tribunalibus gratiæ.*
16 *Pro obtinenda ſubrogatione ſufficit litem fuiſſe ſuper titulo ſive ex parte unius, ſive alterius Collitigantis.*
17 *Lis ſuper titulo eſſe dicitur, quando agitur de Proviſo Apoſtolico etiam in forma Commiſſaria.*
18 *Reſpondetur contrariis.*
19 *Gratia conditionalis dat jus quæſitum in beneficio, licet conditio non ſit verificata, & quando.*
20 *Lis eſt ſuper titulo, ubi fuit introducta vigore proviſionis in forma Dignum.*
21 *Impetrator ex capite delicti an dicatur intentari litem ſuper titulo beneficii ex* n. 22.
23 *In Beneficialibus datur multiplicatio titulorum etiam contrariorum, nec unus alterius renuntiationem inducit.*
24 *Impetratio ſecundi contrarii cenſetur facta ad cautelam.*
25 *Reprobatur opinio, quod impetrans ſecundum titulum contrarium fateri dicatur malum jus ſuper primo.*
26 *Confeſſio mali juris ſuper primo oritur ex uſo ſecundi contrarii; Declara, ut ibi.*
27 *Quando impetrans non utitur ſecundo contrario, non fatetur malum jus ſuper primo titulo.*
28 *Minus fatetur, ſi gratia ſuper ſecundo non ſit expedita, aut fuerit denegata,* & n. 29.
30 *Impetrans ſecundum contrarium cenſetur ſolum dubitare de validitate primi tituli.*
31 *Nec inducitur confeſſio mali juris ſuper primo.*
32 *Non datur ſubrogatio gratioſa ſuperſtiti Collitiganti præſentato per Compatronum, ſi alter Compatronus ultra defunctum præſentavit alium ſubordinate.*
33 *Allegantur rationes, quare hoc caſo locum non habeat* Regula de ſubrogan.
34 *Præſentatio ſecundi accumulati non eſt conditionalis quoad ſubſtantiam, ſed quoad effectum.*
35 *Dat jus quæſitum ab initio non obſtante, quod conditio quoad effectum purificetur extra lapſum quadrimeſtris.*
36 *Pendente lite inter Præſentatos non currit terminus quadrimeſtris.*
37 *Reſpondetur deciſionibus in contrarium.*
38 *Acceptatio præſentationis facienda eſt intra terminum quadrimeſtris.*
39 *Præſentatio non dicitur effectuata niſi mediante inſtitutione per rem judicatam, alias durat primæva vocatio.*
40 *Ex duobus primo, & ſecundo loco præſentatis,*

*ſi decedat primus, ſecundus Præſentatus eva-
dit primus, ac ſi ſolus fuiſſet præſentatus,*
41 *Utile per inutile non vitiatur.*
42 *Præſentatio non dicitur effectuata, & conſumpta
vacatio primæva, niſi inſtituto præſentato per
rem judicatam.*

DISCEPTATIO CXXVII.

POſtquam Dominicus Ravalleſius ob Reſignatio-
nem in manibus Papæ proviſus fuerat de Ar-
chidiaconatu prima Dignitate Cathedralis Bovinen.
vix expeditis litteris Apoſtolicis detruſus fuit in car-
1 cerem ad inſtantiam Fiſci Epiſcopalis ex figurato cri-
mine ſimoniæ inter Reſignantem, & ipſum Raval-
leſium Reſignatarium, ſed in gradu appellationis A.
C. in criminalibus, ejus excarcerationem demanda-
vit, & compilato novo Proceſſu præter illum factum
ab Ordinario per ſententiam ab imputato crimine
ex hactenus deductis illum abſolvit.

Interim quidam Antonius Alſerius ex eodem cri-
mine impetraverat in Dataria Archidiaconatum, &
cum Ravalleſius peteret in Rota executionem ſua-
rum litterarum, ſeſe oppoſuit Impetrator obtento du-
bio · *An, & quæ litteræ ſint exequendæ* · Super quo
Rota judicavit exequendas eſſe litteras Ravalleſii
2 Reſignatarii rejectis litteris Impetrantis, ut *in Bovien.
Archidiaconatus* 27. *Junii* 1712. cor. clar. mem. Card.
Scotto, ubi firmatum fuit, quod ad excludendum
Impetrantem ex capite delicti ſatis eſſet ſententia ab-
ſolutoria Inquiſiti etiam prolata *ex hactenus deductis*,
neque neceſſaria eſſet ſententia *ex capite innocentiæ*;
Cumque ſententia tranſitum feciſſet in rem judica-
tam arcebat omnem criminis probationem, & præ-
ſumptionem; Si enim Fiſcus delictorum acerrimus
Inquiſitor, & Vindex reperire non potuit ullam cri-
minis probationem, non obſtante duplici proceſſu,
eo minus allegabilis erat præſumptio delicti coram
Judice Civili, ubi proceditur cum præſumptione
contraria, ſeu excluſiva cujuſcunque delicti, & con-
3 fert exemplum Canonici inquiſiti, & poſtea abſolu-
ti tanquam non culpabilis cum clauſula · *Ex hacte-
nus deductis* · Cui debentur diſtributiones quotidianæ
totius temporis, quo ob hujuſmodi cauſam crimi-
nalem Eccleſiæ inſervire non valuit, ut ex reſolu-
tionibus Sacræ Congregationis relatis apud Mona-
cell. *in form. p.* 1. *tit.* 2. *form.* 6. *n.* 16. *& par.* 2. *tit.* 13.
4 *formul.* 2. *n.* 76. quidquid ſecus ubi ageretur de caſu
penitus diverſo, ſcilicet de prælatione inter duos
concurrentes ad beneficium Curatum, Alterum nul-
la macula notatum, Alterum vero de crimine Im-
putatum, ſed abſolutum per ſententiam *ex hactenus
deductis*, ubi hujuſmodi ſententia fortaſſe inſuf-
ficiens reputanda foret in concurſu alterius concur-
rentis, ut ait prææallegata *deciſio* 27. *Junii* 1712. §.
Nullatenus cor. clar. mem. Card. Scotto; Quæ omnia
Ego deducebam ſcribens pro Ravalleſio Reſignata-
rio, favore cujus emanavit Reſolutio.

Verum cum memoratus Alſerius Impetrator poſt
editam deciſionem deceſſiſſet, Ravalleſius recurſum
habuit ad Datariam Apoſtolicam pro obtinenda ſub-
rogatione gratioſa in juribus defuncti, ſed invenit
obſtaculum Franciſci Alſerii Nepotis defuncti impe-
trantis, qui prætendebat ſibi deberi novam gratiam
impetratoriam ſuper aſſerto crimine ſimoniæ, &
placuit Eminentiſſimo Prodatario exquirere votum
Sacræ Rotæ, unde dato Dubio · *An, & quæ ſuppli-
catio ſit relaxanda* · Ego continuando patrocinium
pro Ravalleſio obtinui reſolutionem illi favorabi-
lem, nempe relaxandum eſſe ſupplicationem Raval-
leſii.

5 Quamvis enim illi aſſiſteret clara, & litteralis
diſpoſitio *Regula* 29. *Cancell. de ſubrogand.* in qua ca-
vetur, quando attento obitu Collitigantis debeatur
ſuperſtiti ſubrogatio, expreſſa ratione, ne ſcilicet *no-
vi Collitigantibus Adverſarii dentur, & cupiens li-
tium ſuccidere anfractus* · & ulterius diſponitur, quod
interim infra menſem nequeant obtineri per Ter-
tium ullæ impetrationes declarando eas nullius ro-
boris, & momenti ibi · *impetrationes, vel conceſſiones
etiam motu proprio infra menſem ante conceſſionem hu-
juſmodi factæ nullius ſint roboris, vel momenti* · ut in
puncto firmavit Rot. *deciſ.* 655. *num.* 4. & 5. *par.* 19.
Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 59. Gomeſ. *ad reg.
de ſubrogan. q.* 17. *n.* 1. *verſ. breviter* Mandoſ. *ad d. re-
gul. de ſubrogan. qu.* 2. *num.* 1. *& ſeqq.* ita, & taliter,
quod ſi ratio regulæ in eo conſiſtebat, ne dentur
ſuperſtiti novi Collitigantes, & litium anfractus ſuc-
cidantur, nullo modo dari poterat Tertio aliqua
proviſio in præjudicium ſuperſtitis, alias eſſet de-
ſtruere mentem, & orationem regulæ, ut obſervant
Mandoſ. *dicta q.* 2. *n.* 4. *verſ. ergo intentio regulæ* Ven-
trigl. *in prax. p.* 2. *annot.* 10. *num.* 34. Rot. *deciſ.* 607.
n. 2. *par.* 5. *recent.* Seraphin. *deciſ.* 1165. *n.* 1. *& in Ge-
runden. Beneficii* 12. *Junii* 1702. §. *propoſito* coram bo.
mem. Molines.

Attamen plura in contrarium deducebantur ad
impediendam conceſſionem ſubrogationis, & primo
dicebatur, quod cum Alſerius defunctus haberet ti-
tulum gratiæ piſcatoriæ fundatæ in aſſerto crimine 6
ſimoniæ, idcirco Ravalleſius non poſſet ſubrogari
in juribus defuncti, quia ſe veſtiret juribus ſimoniæ
contra ſe, quod videbatur incongruum; verum re-
ſpondebam, quod regula de ſubrogandis non dicit,
nec unquam dixit quod Subrogatus debeat ſe veſti-
re juribus Defuncti, ſed ſolum ſubrogationem con-
cedit ad effectum illum ſpecialiter expreſſum · *cu-
piens litium ſuccidere anfractus, & ne novi Collliti-
gantibus Adverſarii dentur* · quæ verba oſtendunt ef-
fectum ſubrogationis in eo tantum conſiſtere, ut
reſecentur lites, & tollantur Superſtiti novi Colli-
tigantes, & conſequenter ſubrogatio gratioſa dica-
tur ſimplex remotio obſtaculi, & ad tollendam ve-
xam novi Collitigantis, non autem acquiſitio no-
vi juris, quod competeret Collitiganti defuncto, ut
individualiter reſpondit Rot. *in Serana Juriſpatrona-
tus* 22. *Januarii* 1712. §. *Creſcit* coram Eminentiſſ.
Falconerio.

Exemplo ejus, qui tranſigit cum ſuo Collitigan-
te, & obtinet ceſſionem jurium, qui non dicitur
ſe veſtire juribus Collitigantis, ſed continuare ex
primævo titulo per remotionem obſtaculi jurium 7
Collitigantis, ut bene advertit Card. de Luc. *de benef.
diſc.* 82. *n.* 16. Rot. *dec.* 136. *n.* 18. *part.* 19. *recent. &
in Romana Communicationis bonorum ſuper reſervatis*
18. *Junii* 1709. §. *Nec obſtat* cor. Reverendiſſ. Aldro-
vando, & propterea ſi Ravalleſius petebat ſubroga-
tionem gratioſam attento obitu Collitigantis ex quo-
cunque capite etiam criminoſo, non dicebatur vel-
le ſe induere juribus criminoſis, ſed recidere lites,
& tollere ſibi vexam per remotionem obſtaculi,
quæ ratio operatur, ut intret ſubrogatio in quibu-
ſcunque juribus Collitigantis.

Idque probabam ratione vitandi abſurdi, nam a-
lias ſi per viam ſubrogationis Collitigans neceſſario
jus ſuum priſtinum amittere deberet, & ſe veſtire
juribus defuncti, multum reſtricta remaneret regula
de ſubrogandis, quia non ſolum ſubrogatio non in-
traret in juribus defuncti Impetratoris ex capite de-
licti, ſed nec etiam in aliis Impetratoribus minus
odioſis, veluti inter proviſum tanquam de libero 8
cum proviſo de jurepatronatus, & inter Impetran-
tem jure devoluto cum proviſo ad præſentationem
intra legitima tempora factam, inter Impetrantem
per obitum cum proviſo per reſignationem, inter
Impetrantem de affecto, ſeu reſervato cum proviſo
ab Ordinario cum ſimilibus, quæ dicuntur provi-
ſiones, ſeu tituli contrarii, & tamen paſſim ſubro-
gatio datur in juribus defuncti licet contrariis, ſi-
gnum evidens, quod ſubrogatio non dicitur talis,
ut per eam quis neceſſario aſſumere debeat jura de-
functi, ſed ſolum, quod debeat lis extingui in fa-
vorem Subrogati removendo obſtaculum novi Col-
litigantis, qui ſolus eſt effectum, & ſola ratio re-
gulæ de ſubrogandis, & quæ ubi viget facit eſſe lo-
cum diſpoſitioni tanquam ejus mens, & cauſa, ut
tradunt Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 12. *n.* 1. Duran. *dec.* 40.
ſub n. 42. Rot. *dec.* 95. *n.* 16 *p.* 16. *& dec.* 662. *n.* 4. *p.* 18. *&
dec.* 18. *n.* 9. *p.* 19. *rec.* & fortius quia regula de ſubrogandis
deſumpta fuit ex diſpoſitione Sacrorum Canonum *in
c.* 2. *ut lite pend. in* 6. ubi in ſpecie in caſu obitus unius
ex

Digitized by Google

ex Collitigantibus ſtatuitur ne detur novus Colliti-
gans per novam proviſionem ad reſecandas lites ibi
Ne propter novos Adverſarios, qui malitioſe interdum
petitoribus ſubrogantur litigia in Eccleſiarum diſpen-
dium prorogari contingat, ſtatuimus ut dignitates, per-
ſonatus, & beneficia hujuſmodi aliis nullatenus conſe-
9 *rantur*, ut in ſpecie, quod hæc regula Cancellariæ
deſumpta fuerit ex hoc *Textu* obſervarunt Roſa *de*
execut. litt. Apoſt. par. 1. *c.* 17. *n.* 1. Rota cor. Buratt.
dec. 927. *ante n.* 1. unde videtur, quod ſubrogatio in
nullo caſu magis ſit debita, quam in iſto, ubi agi-
tur de impediendo ſecundum odioſum Piſcatorem,
poſtquam mortuus eſt primus.

Secundo allegabatur, quod non eſſet danda ſub-
rogatio ſuperſtiti diffamato de aſſerto crimine ſimo-
niæ; ſed reſpondebam, quod ad effectum inducendi
diffamationem, non ſolum neceſſaria eſt inquiſitio,
ſeu proceſſus adhoc vigens, ſed etiam requiritur ſen-
10 tentia Judicis rite, & recte lata, ut in præciſis ter-
minis firmavit Rota *in Senogallien. Canonicatus de*
Lachis 27. *Jan.* 1710. § *Ex quibus* cor. Reverendiſs. Al-
drovando. Neque enim ad hunc effectum ſufficit ſo-
la inquiſitio, alias repoſitum foret in arbitrio cuju-
ſcunque Malevoli per calumniam infamare probita-
tem hominum *Text. in l. Athletas §. Calumniatur ff. de*
his qui notantur infamia ibi. *Ita demum notatur ſi fue-*
rit calumniæ cauſa damnatus, neque enim ſufficit Ca-
lumniatum. Et advertit Rota *dec.* 552. *n.* 24. *part.* 19.
tom. 2. *rec. & dec.* 642. *n.* 12. *eadem part.* 19. & plene
dictum fuit *in Roſſanen. Parochialis* 19. *Januar.* 1711.
§. *final.* coram R. P. D. Criſpo.

Si ergo ad effectum, ut aliquis cenſeatur diffamatus
non ſufficeret proceſſus, ſed neceſſaria foret ſententia,
quid ſane dicendum erat, ubi Ravalleſius per meram
calumniam fuerat inquiſitus ex mala affectione Curiæ
Epiſcopalis, & non obſtante fabricatione duplicis pro-
ceſſus, adhuc diſputata acerrime Cauſa cor. A. C. cita-
to Fiſcali, & Alſerio primo Impetratore defuncto, Ra-
velleſius fuit abſolutus ab aſſerto crimine *ex hactenus*
11 *deductis*, quæ ſententia, cum tranſitum fecerit in
rem judicatam, quia Fiſcus acquievit, omnem pro-
fecto ſubſtulit umbram maculæ per calumniam im-
pictæ, ut in puncto inquit Rota *dec.* 552. *num.* 25.
part. 19. *recent. & in Tridentina Parochialis* 11. *Maii*
1711. §. *finali* coram bon. mem. Anſaldo.

Tertio deducebatur, quod ſubrogatio non compe-
teret, quia non probaretur litem inter Defunctum,
& Ravelleſium fuiſſe ſuper titulo beneficii, dicebam
tamen hujuſmodi concluſionem procedere, ubi age-
12 retur de præjudicio, vel Patroni habentis jus præ-
ſentandi, vel Ordinarii Collatoris habentis jus con-
ferendi, qui, ubi lis nullatenus exiſtat ſuper titulo,
non ſunt impediti præſentare, & reſpective conferre
beneficium, ita ut in eorum præjudicium Summus
Pontifex non concedat ſubrogationem ſuperſtiti, niſi
quando lis eſt ſuper titulo, & ſic impediens confer-
re, & præſentare, ſecus autem, ubi de nullius præ-
judicio agitur, ex quo Archidiaconatus prima Digni-
tas ſpectat privative Collationi Sedis Apoſtolicæ in
vim regulæ quartæ, & ſic agitur de præjudicio ſolius
Papæ, ut advertit Card. de Luc. *de benef. diſc.* 53. *n.* 16.

Hinc propterea receptiſſima concluſio eſt, quod
ubi agitur de ſubrogatione favore Collitigantis ſu-
perſtitis, hæc paſſim concedi ſolet ex quacunque li-
te, licet non ſit ſuper titulo beneficii, ita ut ſufficiat
verificare litem eo modo, quo fuit narrata, quid-
quid ſecus ubi ſubrogatio concedenda foret alteri in
præjudicium juris tertio quæſiti, ut diſtinguit bo. me.
Anſaldus *dec.* 18. *n.* 7. & 8. Roſa *de executor. litt. Apoſt.*
in addit. p. 1. *c.* 17. *n.* 45. Rot. *dec.* 217. *n.* 9. *p.* 16. *rec.*
& dec. 91. *n.* 9. *&* 10. *p.* 17. *rec.*

Idque procedere dicebam tam in ſubrogationem
jam conceſſa, quam concedendam; Si enim prædi-
ctæ deciſiones loquuntur de ſubrogationibus jam con-
ceſſis, inde arguitur ſtylum Datariæ eſſe, ut Colli-
tiganti detur ſubrogatio ex quacunque lite narrata,
etiamſi non exiſtat ſuper titulo beneficii, alias Da-
taria non eſſet ſolita concedere ſubrogationem ex
13 quocunque genere litis, idque manifeſtat illa ratio,
quod ſufficit quælibet lis, quia nemini Papa præju-
dicat per talem ſubrogationem, ut ait Rota *d. dec.*
217. *n.* 9. *p.* 16. *rec.* quæ ratio militat, tam in ſubro-
gatione conceſſa, quam concedenda, cum ſolum
præjudicium Tertii ſit illud, quod obſtare dicitur
gratiis, tam factis, quam faciendis juxta regulam
Cancell. 18. *de non tollen. jus quæſit. ibique* Gomeſ. *q.* 1.
n. 1. *cum plurib. ſeqq.* plene Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 51.
n. 23. *& ſeqq. & melius lib.* 2. *q.* 20 *n.* 52. *&* 53. ubi quod
ſubrogatio conceditur, & valida eſt quamvis lis non
exiſtat ſuper titulo, niſi concurrat præjudicium Ter-
tii, & punctualiter Rot. cor. *Seraph. dec.* 990. *n.* 7. bo.
mem. Anſaldus *dec.* 18. *n.* 4. 7. *&* 8.

Unde firmum remanet, quod lis ſuper titulo nul-
lo modo ſit de eſſentia ſubrogationis, ſed ſolum ſe-
cundum quid, ad effectum ſcilicet, ne per ſubroga- 14
tionem præjudicium inferatur iis, qui habent con-
ferre, vel præſentare, vel qui habent regreſſum per
obitum poſſeſſoris, ut explicat Seraphin. *d. dec.* 990.
n. 8. bo me. Anſaldus *dec.* 18. *n.* 7 Rot. *dec.* 217. *n.* 10.
& 11. *p.* 16 *rec.* nam alias ſecluſo hoc præjudicio ra-
tio dandi ſubrogationem æqualiter procedit in lite
ſuper titulo, vel alterius generis propter diſpoſitio-
nem Sacrorum Canonum *in c.* 2. *ut lite pend. in* 6. &
reg. 29. *Cancell. de ſubrogan.* quæ cum fundetur in ſo-
la ratione extinguendi lites, & non dandi ſuperſti-
ti novum Collitigantem, idcirco comprehenduntur
quacunque ſpeciem litis, quæ eundem effectum pro-
ducit, ut ponderando hanc rationem advertunt Re-
buff. *in regul. de ſubrogan. gloſſ.* 1. Ventrigl. *in prax.*
p. 2. *annot.* 10. *n.* 2. *&* 31. *&* Rot. *apud ipſum in Papien.*
beneficii coram Corrad. *ſub n.* 34. *verſ. Quibus concur-*
rentibus bo. me. Anſald. *d. dec.* 18. *n.* 7.

Cum itaque non agatur in concurſu, ſive præ-
ſentati per Patronum, ſive proviſi per Ordinarium,
qui recte ſe opponere poſſent ſubrogationi, quando
lis non eſſet ſuper titulo beneficii, quia hujuſmodi
lis non impedit conferre, aut preſentare, ſed agatur
in concurſu Impetratoris odioſi nullum jus habentis,
hic propterea non poteſt allegare, quod lis debeat
eſſe ſuper titulo, ſed quælibet lis ſufficit ad conce-
dendam ſubrogationem Collitiganti, & ad tollen-
dum de medio ſecundum Impetratorem; dum reſpe-
ctu ſubrogationis, militat ratio regulæ amputandi
litem, reſpectu autem odioſi Impetrantis militat ra-
tio contraria excitandi litem, illamque pejus, quam
antea continuandi quaſi hereditario jure de Impe- 15
tratore in Impetratorem, ut conſiderat Ventrigl. *d.*
annot. 10. *n.* 31. quando de cætero omnia jura cla-
mant contra hujuſmodi Piſcatores, qui tanquam per
Rempublicam damnati nullum arbitrium merentur,
tam in Tribunalibus gratiæ, quam juſtitiæ, per ea,
quæ conclamarunt Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 44.
n. 3. 16. *&* 17. bo. me. Anſald. *dec.* 38. *n.* 1. Rot. *in Roſ-*
ſanen. Parochialis 2. *Junii* 1710. §. *Viceverſa* cor. clar.
mem. Card. Scotto *& in Hipporegien. beneficii* 11. *Febr.*
1704. §. *Hinc ſatis* coram bon. mem. Muto, *& in*
Leodien. Canonicatus 23. *Januarii* 1711. §. *Arbitrium*,
cor. clar. mem. Card. Scotto.

Ulterius addebam, quod ubi etiam in concurſu
odioſi Impetratoris Collitigans ſuperſtes neceſſita-
tem haberet probandi litem ſuper titulo, adhuc hæc
quoque circumſtantia concurrebat, ſive attenderetur
jus deductum in litem ex parte Ravalleſii, ſive jus
deductum ex parte Alſerii Impetratoris defuncti,
quando ad hunc effectum ſufficit litem extitiſſe ſu-
per titulo, ſive ex parte unius, ſive ex parte alterius 16
Collitigantis, ut tradunt Roſa *de executor. litt. Apoſt.*
p. 1. *cap.* 17. *n.* 122. Rot. coram Celſ. *dec.* 107. *n.* 4. *&*
coram Bich. *dec.* 187. *n.* 13. *&* 14. *&* inter impreſſa ad
ornat. Card. de Luca *de benef. dec.* 10. *n.* 16.

Et quidem ex parte Ravalleſii patebat litem fuiſſe
ſuper titulo, ex quo ipſe ex cauſa reſignationis fuit pro-
viſus de Archidiaconatu per Sedem Apoſtolicam, quæ 17
proviſio licet emanaverit in forma dignum, & cum
clauſula *dummodo Reſignans haberet, unde vivere poſ-*
ſet, attamen cum ante obitum Alſerii Collitigantia
hæc omnia juſtificaverit in Rota, *ut in dec.* 27. *Junii*
1712. cor. clar. mem. Card. Scotto; inde reſultabat li-
tem fuiſſe ſuper titulo, dum Ravalleſius petiit in ju-
dicio beneficium veluti ſibi collatum per Summum

Pontificem, non autem ſibi conferendum, ut firmavit Rot. coram Ottobon. *deciſ.* 140. *num.* 8. ubi quod habens proviſionem Apoſtolicam dicitur petere beneficium tanquam collatum a Papa, non autem tanquam conferendum, & lis dicitur extare ſuper titulo, & coram Certo *dec.* 27. *num.* 8. *&* 9. *&* coram Bich. *dec.* 187. *num.* 22. Roſa *de execut. litt. Apoſt. in addit. ad cap.* 17. *numer.* 45. *in fin.* & in præciſis terminis proviſionis Apoſtolicæ ex cauſa reſignationis in forma commiſſaria obtentæ teſtatur Amayd. *de ſtyl. Datar. libr.* 1. *cap.* 24. §. 2. *quæſt.* 21. *num.* 15.

Neque obſtabant auctoritates in contrarium, juxta qualis eſſe non dicitur ſuper titulo quando agitur de mandatis de providendo, ſeu gratiis in for- 18 ma commiſſaria; Etenim omnes erant inapplicabiles ad caſum, dum partim loquuntur de mandatis de providendo ad incertum beneficium, ut advertit Rot. cor. Bich. *dec.* 187. *num.* 20. *& ſeqq.* partim loquuntur de impetrationibus, & ſimilibus mandatis de providendo in forma juris, quæ dicuntur gratiæ faciendæ, non autem factæ, ex deductis apud Rot. cor. Bich. *dec.* 658. *num.* 6. *&* 7. partim vero loquentes etiam de gratiis, ſeu proviſionibus in forma dignum, tanquam de vacanti per obitum, vel reſignationem, procedunt in caſu, quo litteræ vel non erant juſtificatæ, vel erant impoſſibilis juſtificationis, ut in his terminis erat caſus Rotæ coram Emerix Jun. *deciſ.* 1363. ubi gratia Reſignationis cum clauſula quod Reſignans haberet unde vivere poſſet, non erat juſtificabilis, quia Reſignans ante reſignationem probabatur decoctus ob ſuſceptum beneficium Capituli Odoardus *de ſolut.* propter quod Executor pronunciaverat litteras non eſſe exequendas, ut liquet *ex dec.* 1311. *&* 1363. *num.* 8. coram Emerix Jun. & in puncto ita contrarias auctoritates diſtinguit, & declarat Rot. *dec.* 256. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 12. *recent.*

Secus autem eſt, ubi gratia Reſignationis fuit 19 juſtificata in Rota, & licet juſtificata non fuiſſet, ſatis eſt eam fuiſſe juſtificabilem, tam ſuper qualitate idoneitatis, quam ſuper clauſula, quod Reſignans haberet unde viveret, ut ex probationibus relatis *in dict. deciſ.* 27. *Junii* 1712. cor. clar. mem. Cardin. Scotto, hoc enim caſu gratia Reſignationis dicitur pura, & perfecta ab initio, & ſolum executio dicitur *ſuſpenſa* uſque ad declarationem faciendam ab Executore, quæ ſuſpenſio executionis non reddit gratiam conditionalem, nec impedit acquiſitionem juris uſque ab initio ad effectum inducendi litem ſuper titulo, ut bene Roſa *de execut. litter. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 128. ibi - *Non redditur gratia conditionalis quoad ſubſtantiam, ſed reſpectu executionis faciendæ, quæ eſt dilata in tempus, poſtquam idoneus repertus fuerit &c. non impedit acquiſitionem juris, ſi in rei veritate Reſignatarius ſit idoneus* - Lotter. *de re benef. libr.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 51. *cum duobus ſeqq. & num.* 68. qui quod collatio non dicitur facta de tempore executionis, quo verificantur conditiones, ſed tempore reſcripti Apoſtolici, Rot. *deciſ.* 539. *num.* 1. *&* 2. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 122. *num.* 19. *& ſeqq. part.* 10. *& deciſ.* 256. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 12. *& deciſ.* 141. *num.* 32. *&* 33. *part.* 16. *recent.*

Et eſt opinio de qua amplius non dubitatur in praxi, & pleniſſime eam firmavit Sacr. Rot. *in Melevitana Beneficii* 19. *Junii* 1702. § *Cæterum cum ſeqq.* coram bon. mem. Anſaldo, ubi quod hujuſmodi narrativæ, & conditiones non impediunt *quominus gratia foret ab initio pura, & perfecta, quando narrativa ex poſt certo certius exiſtunt verificabiles, itaut ſubſequens juſtificatio ſolummodo pariat, & aperiat, quod intus latebat* - & ibi late cumulat alias rationes evidentes *confirmata ſub die* 28. *Junii* 1703. §. *Nam huic objecto coram clar. mem. Card. Priolo*, ibi - *Non relevabat quod litteræ ut concessæ in forma dignum continebant mandatum de conferendo, ideoque quouſque illæ non fuiſſent executioni demandatæ per verificationem narrativæ &c. nunquam dici poteſt, quod ipſe eſſet legitimus poſſeſſor beneficii &c. nam prævaluit apud Dominos, quod cum conditiones expreſſæ in gratia conceſſa in forma dignum eſſent de facto verificabiles &c. in iſto caſu proviſio Executoris non requiritur pro ſubſtantia gratiæ, ſed ſolummodo pro illius executione, ſequitur proinde, ut gratia ſit pura a principio &c. facta in ipſomet inſtanti, quo fuit per Papam ſignata.*

Dum itaque agitur de propoſitione toties firmata in Sac. Rotæ Auditorio, quod gratia dicatur pura, & perfecta ab initio non obſtante, quod habeat 20 conditiones coram Executore verificandas, quando iſtæ ſunt verificabiles, manifeſtum erat, quod Ravalleſius diceretur habuiſſe jus quæſitum ſuper beneficio vigore ſuæ proviſionis, non autem jus conditionale, & conſequenter ejus litem fuiſſe ſuper titulo beneficii acquiſito ex proviſione Apoſtolica, cujus vigore dicitur petiiſſe beneficium tanquam ſibi collatum per Papam, non autem tanquam ſibi conferendum ab Executore, ut in puncto litis inductæ vigore proviſionis in forma dignum firmant punctuales auctoritates Adden. ad Gregor. *deciſ.* 325. *num.* 8. *verſ. quando vero verſamur* Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 24. §. 2. *q.* 21. *num.* 25. Rota coram Ottobon. *dec.* 140. *num.* 8. *&* cor. Bich. *dec.* 187. *n.* 22. & cor. Certo *dec.* 27. *n.* 9.

Sic etiam præter neceſſitatem ſuadere non omittebam litem fuiſſe ſuper titulo, etiam ex parte Alferii Impetrantis defuncti, cum enim ejus gratia 21 impetratoria non eſſet reſtricta ad privandum duntaxat Ravelleſium titulo beneficii propter aſſertum crimen ſimoniæ, ſed contineret collationem ipſius beneficii tanquam vacantis propter crimen, tali caſu dicebatur intentata lis ſuper titulo, & beneficium effectum fuit litigioſum, ut eſt communis opinio de qua Roſa *de execut. litter. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 218. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 10. *numer.* 31. ibi: *ſola lis inducta ad privandum aliquem beneficio ob delictum, vel aliam juſtam rationem non admittat ſubrogationem, niſi ſit petitum privari, & alii adjudicari beneficium: tunc enim eſt locus ſubrogationi*; concordant Adden. ad Bottin. *deciſ.* 927. *num.* 26. *&* 28. Adden. ad Pamphil. *deciſ.* 128. *numer.* 30. & ita ſæpius firmavit Rota, & ſignanter coram Coccio. *deciſ.* 41. *num.* 1. *& dec.* 125. *num.* 5. Celſ. *deciſ.* 107. *num.* 3. *&* coram Buratt. *deciſ.* 300. *num.* 15.

Quibus obſtare non poſſe videbatur *deciſ.* 630. coram Ubald. quoniam loquitur de lite intentata contra Poſſeſſorem ad ejus privationem tantum ex capite ſimoniæ, ut legere eſt ibidem *numer.* 3. & quamvis eadem deciſio hanc concluſionem poſtea extendat, etiam quando non ſolum petita fuit privatio, ſed etiam collatio beneficii, attamen ultra quod fatetur eam eſſe difficiliorem, non videtur attendenda, dum contrarium poſtea determinavit Rot. cor. Coccin. *deciſ.* 42. *num.* 1. *& deciſ.* 1235. *num.* 5. & communiter Doctores contrarium tenuerunt ſuperius allegati, & ſignanter in hac parte deciſionem Ubaldi reprobavit Adden. ad Gregor. *dec.* 305. *num.* 8. & Adden. ad Baratt. *dec.* 927. *num.* 28. & noviſſimus omnium qui ſcripſit Roſa *de execut. litt. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 120. & Ventrigl. *par.* 2. *annot.* 10. *num.* 31. ea ratione, quod ubi tangitur invaliditas tituli proviſionis factæ Adverſario, tunc tan- 22 gitur titulus beneficii, & competit ſubrogatio, ut inquit Rot. coram Celſ. *dec.* 107. *num.* 3. *in fine*, & coram Buratt. *dec.* 300. *num.* 10.

Ultra quod præallegata deciſio Ubaldi non loquitur in terminis ſubrogationis favore Collitigantis ſuperſtitis, ſed favore Tertii, qui Canonicatum impetraverat tanquam affectum, ſeu reſervatum ratione litis obtinendo ſubrogationem gratioſam, in quo caſu magis rigide proceditur ad juſtificationem litis, ſecus autem quando agitur de ſubrogatione favore Collitigantis ſuperſtitis, ut bene diſtinguit Roſa *de execut. litt. Apoſtol. par.* 1. *cap.* 17. *n.* 42. *&* 45. Rot. *dec.* 217. *n.* 10. *part.* 16. *& dec.* 91. *n.* 7. 9. *&* 10. *part.* 17. *recent.*

In hac cauſa prodiit reſolutio pro relaxatione

ſuppli-

Digitized by Google

ſupplicationis Ravalleſii Collitigantis ſuperſtitis de-
negata alteri relaxatione ſupplicationis pro nova
gratia impetratoria ex capite delicti ex rationibus
per me ſupra deductis, *ut ex deciſ. 2. Junii* 1713.
23 cor. cla. mem. Gardio. Scotto. Et quia ſuperius
firmatum eſt competere ſuperſtiti ſubrogationem,
etiam in juribus defuncti ſuo titulo contrariis, ſu-
peraddo, quod in beneficialibus datur multiplica-
tio titulorum etiam inter ſe contrariorum, neque
tamen ille, qui obtinet titulos inter ſe contrarios,
cenſetur ſibi præjudicare ad effectum nempe, ut
habens unum titulum poſtea obtinendo ſecundum
contrarium, dicatur exinde renunciare alteri, ſeu
primo, ut Me ſcribente firmatum fuit in *Nullius,
ſeu Piſcien. benefic.* 5. *Maii* 1719. §. *final.* coram
R. P. D. Gamaches, *& in Vercellen. Cappellania*
29. *Novembris* 1720. §. *Verum* co. bon. mem. Fo-
ſcaro, nam quando tituli inter ſe contrarii ten-
dunt ad eundem finem, unus alterum non elidit,
& per electionem unius non ſequitur renunciatio,
& reprobatio alterius, ut per *Text. in c. poſt ele-
ctionem de prebend.* reſpondendo ad *Text. in cap.
ut quis duas de election. in* 6. ſolide firmavit Lot-
ter. *de re benef. lib.* 2. *q* 46. *num.* 12. *& ſeqq.* Rot.
cor Coccin. *dec.* 1592. *num.* 9. *&* 10. quod proce-
dit, ſive quis fuerit Actor, ſive Reus, ut proſe-
quitur Rot. *in Nullius, ſeu Piſcien. ubi ſupra*; Et-
enim in his beneficialibus ad majorem cautelam
multiplicantur plures tituli, *ut quis pluribus muni-
mentis inſiſtat*, ita ſibi præcavendo, ut quando
non poſſit obtinere ex uno, obtineat ex altero ti-
tulo, unde etiamſi hoc non exprimatur, ſemper
in hac materia aliquis obtinendo novum titulum
24 etiam primo, quem habet, contrarium, cenſetur
obtinere *ad cautelam, & conditionaliter*, ut nem-
pe quatenus prior titulus non ſubſiſtat, nec ejus
vigore aſſequi poſſit beneficium, illud aſſequatur
ex alio titulo *gloſſ. in c. auditis verſ. Item de una
defenſione, & in c. veniens in verb. renunciaſſe de
præſcript.* & optime Bellamer. *conſ.* 11. *n.* 54. Rot. Me
ſcribente *in Mediolanen. benefic.* 2. *Julii* 1708. §. *Nec
quidquam* cor. bon. mem. Lancetta.

Et hoc principio Ego certe, ut dicam, quod
ſentio, ſequi non poſſum plures modernas S. Rotæ
25 Deciſiones, quæ paſſim firmatunt malum jus Col-
litigantis ex propria ipſius confeſſione, quando al-
ter Collitigans oſtendit illum obtinuiſſe gratiam *Si
Neutri, Perinde valere - Pro devoluto, nova Pro-
viſionis cum ſimilibus*, ex hoc enim firmari ſolet
adeſſe confeſſionem mali juris reſpectu ejus Colliti-
gantis, qui hujuſmodi gratias ſibi obtinuit, ſeu cu-
mulavit, immo quod pejus eſt, deduci ſolet confeſ-
ſio mali juris etiam reſpectu ejus Collitigantis, qui
ſimpliciter porrexit ſupplicationem in Dataria pro
obtinendo alio titulo contrario, nec tamen fecit ex-
peditionem litterarum, immo etiamſi porrexerit ſup-
plicationem pro gratia, quæ fuerit illi denegata per
Datarium; quod profecto mihi videtur aſſumptum
in hac materia beneficiali, nullatenus admittendum
etiam ob præjudicium Datariæ Apoſtolicæ, ad quam
nemo amplius ita facile, & paſſim, ut fieri ſolet
acceſſurus erit pro ſibi cumulandis gratiis, ſi naſci
debet ex hoc confeſſio præjudicialis, quæ operetur
jacturam primi tituli, cui tantum ab initio inſiſte-
re ſolet Collitigans in judicio.

Et quidem impetratio novi tituli in beneficiali-
bus etiam contrarii, cum ſemper fiat, & fieri præ-
ſumatur cumulative jura juribus addendo, & plu-
ribus munimentis inſiſtendo ad unum eundemque
finem aſſequendi beneficium, & conſequenter ſub-
intelligatur fieri *ſubſidiarie, & conditionaliter*, quan-
do prior titulus non ſufficiat, hinc nulla confeſſio
mali juris ſuper primo titulo reſultare poteſt ex ſo-
26 la impetratione, & accumulatione alterius tituli,
niſi Collitigans hunc alium titulum deducat in judi-
cio, & ſic illo utatur coæqualiter una cum alios
Tunc enim iſte uſus tituli contrarii primum de-
ſtruit, & mali juris confeſſionem inducit, niſi per
expreſſam declarationem utatur ſecundo contrario
conditionaliter, & ſubordinate, quatenus prior non
ſubſiſtat, ſive ſufficiat, in quibus terminis loquitur
gloſſ. *in c. auditis de præſcript.* ibi: *De una defen-
ſione poteſt quis tranſire ad contrariam, quia præſ-
criptio, & privilegium contraria ſunt, & tamen Ab-
bas hic admiſſus fuit ad utrumque, ſed ſub alterna-
tione illud fieri debet*: ibique Coletus *nu.* 6. *in fin.*
ibi: *exceptiones licet videantur quodammodo contra-
riæ, quarum una tollat alteram, non proponuntur
ſimul pure, ſed conditionaliter, & alternative qua-
tenus videlicet, vel, privilegii verba non ſunt ſatis
clara, vel non ſufficienter probent intentum Produ-
centis, eatenus offert ſe Abbas ad probationem præ-
ſcriptionis ſuper jure Epiſcopali in dictis Eccleſiis &c.
& hoc bene fieri poteſt*; ibique Imol. *ſub n.* 8. *gloſ.
in cap. nullus pluribus* 20. *de regul. jur. in* 6. ibique
Joan. Andr. *nu.* 3. Unde confeſſio ſolum naſcitur
ex productione, & uſu novi tituli in judicio, ut
declaravit Rota *in Vercellen. Cappellania* 29. *No-
vembris* 1720. §. *Verum* coram bon. memor. Foſ-
caro.

Eſto igitur, quod ſive ante litis introductionem,
ſive ea pendente Collitigans accumulaverit, & mul-
tiplicaverit ſibi alios Titulos cum primo contrarios,
& incompatibiles inter ſe, non autem reſpectu finis,
ut ait Lotter. *ubi ſupra n.* 12. *& ſeqq.* hæc tamen
accumulatio in beneficialibus admiſſa nunquam pro-
ducit hujuſmodi peſſimam conſequentiam, quod
quis tempore, quo ſtudet pluribus munimentis inſi-
ſtere, patiatur jacturam primi Tituli principalis,
cum quo comparuit in Judicio, ſi alter Collitigans
exhibeat Judici novam Gratiam a ſuo Contradictore
obtentam, immo exhibeat ſolam ſupplicationem lit-
teris non expeditis, aut etiam quod intolerabile eſt,
exhibeat ſupplicationem rejectam in Dataria ob-
Gratiam Petenti denegatam, quia diſtinguendo ca-
ſus, ſi gratia ſit obtenta, & expedita, eo ipſo,
quod Obtentor eam retinet in ſaculo, & non ex- 27
hibet in Judicio, neſcitur quæ Confeſſio inde eli-
ci valeat, cum conſtet ille non uti gratia obtenta,
eique renunciare ad libitum, & interim non exhi-
bendo illam, ſatis declaret, ſe interim eadem uti
velle, eandemque ſibi reſervare in ſubſidium, qua-
tenus indigeat ob nullitatem Tituli prioris in Ju-
dicio producti, quo ſolo tunc utitur, haec percipi
non poſſit quomodo ſubintret Collitigans ad po-
nendum in lucem gratiam pro cautela ſubſidiarie
retentam in ſacculo, & adhuc clandeſtinam, quæ
talis reputari debet, donec Obtentor eam exhibeat
in Judicio, illaque uti velit, in quo tantum uſu
conſiſtit confeſſio, & præjudicium inde reſultans,
ut probant Felin. *in cap. in noſtra ſub n.* 2. *verſ. ex
dictis* Rota *de reſcript.* Lott. *de re benef. lib.* 2. *q.* 46.
n. 12.

Et hoc aſſumptum apud Me veriſſimum ſpecia-
cialiter concludit Rot. cor. Coccin. *dec.* 1592. *per
totam*, ubi erat caſus, quod Rota dederat immiſ-
ſionem in poſſeſſionem Parochialis favore Alexan-
dri in vim ſubrogationis gratioſæ ob probatam re-
ſervationem Parochialis tanquam vacatæ de menſe
Januarii reſervato *ex Regula* 8. *Cancellariæ* contra
Balthaſarem præſentatum ab aſſertis Patronis, ex
quo Juſpatronatus non erat probatum, *ut in dec.*
1559. coram Coccin. & in ſequenti repropoſitio-
ne illius Cauſæ excitatum fuit objectum, quod
Alexander ante gratiam ſubrogationis fuerat præ-
ſentatus ab aſſertis Patronis, & inſteterat pro In-
ſtitutione, & ulterius reportaverat gratiam Apo-
ſtolicam *pro præſentato cum derogatione medietatis
vocum*, ex quo videbatur ipſum confeſſum fuiſſe
Juſpatronatus; itaut obſtaret propria confeſſio ex
hoc titulo contrario reſervationi Apoſtolicæ: ſed
Rota reſpondit in beneficialibus dari multiplica-
tionem Titulorum, nec proinde ex Impetratione
alterius Tituli deduci poſſe Confeſſionem Impe-
trantis ſuper malo Jure alterius Tituli, alias actum
eſſet de concluſione admittente in beneficialibus
multiplicitatem Titulorum.

Si vero gratia non ſit expedita, & quidquid ſit,
an illa dicatur informis, ac veluti fœtus in utero 28
Matris, ut apud Patiſ. *de Reſign. lib.* 10. *quæſt.* 1.
nu. 9.

Digitized by Google

num. 9. defectus expeditionis ſatis probat animum, & mentem Supplicantis, quod illa gratia pro tunc uti non intendat, neque indigeat, ſed eam reſervet ſubſidiarie, & conditionaliter quando prior Titulus in Iudicio ſibi inutilis, & nullus canonizatur, itaut tanto minus hoc caſu ulla Confeſſio malis Juris ſuper primo Titulo allegari poſſit Roſ. *de execut. litter. Apoſtolic. par.* 1. *cap.* 17. *nu.* 189. Rot. *in deciſ. Mediolanen. beneſ. ubi ſupra* coram bon. mem. Lancetta; ſi denique agitur de ſola ſupplicatione rejecta, aut quæ ſignata non fuit, eoque minus data ob denegatam gratiam; & gravius abſurdum eſt, quod exinde deducatur confeſ-
29 ſio mali Juris contra obſtaculum plurium principiorum. Primo quod petitum ad cautelam noceat contra *Text. in leg. Teſtamentum Cod. de Teſtam.* Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſſ.* 6. *n.* 26. *& ſeqq.* & alios apud Barboſ. *axiom.* 3. *n.* 2. Secundo, quod Conatus ineffectuatus producat confeſſionem præjudicialem contra *Text. in leg. Cogitationis ff. de pœnis* Barboſ. *axiom.* 17. *n.* 1. de Angel. *de Confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 23. & optime Felin. *in cap. cum olim n.* 6. *de præſcript.* Surd. *conſ.* 135. *num.* 119. Tertio quod addatur afflictio Afflicto non obtinendi ſecundum, & tamen perdendi primum ex petitione ſecundi, ut dicunt Bajard. ad Clar. *quæſt.* 49. *nu.* 68. Farinac. *de Inquiſit, quæſt.* 5. *n.* 25. Rot. *deciſ.* 313. *n.* 13. *poſt ſecund. volum. conſ.* Farinac. *& in Rec. dec.* 714. *n.* 14. *part.* 4. *tom.* 3. *& dec.* 17. *nu.* 21. *par.* 21, *&* cor. Bich. *dec.* 402. *num.* 13. Quarto denique, quod quidquid etiam obtentum non produceret Confeſſionem, niſi per exhibitionem, & uſum in Judicio, ſi obtentum non fuit, & in rerum natura non exiſtit confeſſionis præiudicium inducat in materia admittente pluralitatem, & cumulationem Titulorum inter ſe contrariorum, & incompatibilium ad eundem tamen finem tendentium cum intentione Obtinentis conditionali, & ſemper ſubintellecta non utendi ſecundo, niſi prior Titulus ſibi proficuus non exiſtat; cum in omnem caſum multiplicatio, & cumulatio iſta novorum Titulorum ſolum oſtendat in Obtinente meram du-
30 bitationem ſuper ſubſiſtentia Tituli prioris, ex qua nunquam reſultare poteſt Confeſſio præjudicialis per *Text. in leg. Si quis intentione* 66. *ff. de Judic. plene* de Angel. *de Confeſſ. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 2. 4. 7. *ſeqq. & q.* 4. *n.* 3. *&* Rot. coram Bich. *dec.* 49. *nu.* 15. *&* 16.

Hoc demum convincit patentiſſima ratio, quod alias iuxta contrarium aſſumptum inutilis, & falſa remaneret communis propoſitio, quod *in Beneficialibus licita eſt multiplicatio Titulorum etiam contrariorum, & quod unus alterum non elidit, nec per unius impetrationem cenſetur alteri renonciatum*, quia ſi impetratio ſecundi inducit confeſſionem mali Juris ſuper primo, ecce quod deficit in Obtinente multiplicatio Titulorum quia per huiuſmodi confeſſionem corruente primo, ille ſemper remanebit cum uno Titulo, & pariter per impetrationem alterius ceſſabit alter, & ſic intrabit tacita renunciatio, & iactura ob huiuſmodi confeſſionem, quod prior Titulus ſit nullus, & ſufficiens, unde aut falſa eſt communis propoſitio, aut fal-
31 ſum eſt, quod per impetrationem Tituli novi, & contrarii inducatur confeſſio mali Juris ſuper primo; hoc in ſubſtantia eſt illud, quod reſolvit Rot. *d. dec.* 1592. *n.* 12. cor. Coccin.

Ad materiam ſubrogationis notandum occurrit, quod ſi unus ex Patronis præſentavit tres, vel quatuor cumulative ſed ſubordinate, & conditionaliter, nempe primo loco unum, ſecundo loco alium,
32 & ſic deinceps, & eodem modo alter Patronus præſentavit plures, pendente lite inter omnes hinc inde accumulatos, ſi unus ex eis primo loco præſentatus deceſſit, non competit ſubrogatio alteri primo ex præſentatis Colliniganti, nec tali caſu locum habet *Regula* 29. *de ſubrogand.* ea ratione, quod iſta fundatur in motivo *ne detur ſuperſtiti novus Colligitans, & ut litium anfractus ſuccidantur*, quæ ratio ceſſat in caſu iſto, ubi ſi ex una parte decedit primo præſentatus, iam adeſt Colliligans qui remanet, nempe ſecundo Præſentatus, 33
ſeu accumulatus, juxta vulgatam gloſſ. *in l. Ancil. In Cod. de fort* cum aliis apud Barboſ. *Axiom.* 136. *n.* 10. Inſuper cum iſte ſecundo Præſentatus in caſu, quo primus morte præventus obtinere non poſſit beneficium, habeat in ſe transfuſum totum Jus primi Præſentati virtute præſentationis ab initio factæ per Patronum cumulative, & ſubordinate, hinc propterea per obitum primi Præſentati nullum Jus vacat, in quo alter Colligitans ſubrogari poſſit, quando enim Patronus ab initio in præſentatione cumulat plures ſubordinate, itaut ſi primus non obtinet beneficium, obtineat ſecundus, ſin minus tertius, & ſic deinceps, tali caſu tempore, quo primus decedit beneficio non aſſecuto, Jus præſentationis jam ab initio tranſlatum reperitur, incorporatum, & transfuſum in ſecundo ſeu acquiſitum, & ſic intrare non poteſt ſubrogatio in Juribus Defuncti per ejus obitum non vacantibus, ſed acquiſitis ſecundo Præſentato, quem eſſet ſpoliare Juribus ſuis, ſi alteri Colligiganti daretur ſubrogatio, ut probat Bellamer. *conſ.* 35. *ſub n.* 9. Gomez *ad Regul. de ſubrogand. q.* 8. *n.* 1.

Neque admittendum eſt objectum in hoc puncto deduci ſolitum, quod ſecundo Præſentatus habeat præſentationem conditionalem per ſpeciem ſubſtitutionis vulgaris, ut nempe dicatur Præſentatus ſub conditione, quatenus primus non obtineat Beneficium, qui propterea ſi decedat lapſo jam quadrimeſtri, ejus præſentatio veluti conditionalis remanſit 34
caduca, perinde ac ſi facta non fuiſſet tanquam non purificata conditione intra terminum quadrimeſtris Vivian. *de Jurepat. lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 24. & in ſpecie Rota *dec.* 262. *n.* 7. *& ſeqq. par.* 14. *Rec.* Etenim præſentatio ſecundi Accumulati fit pure ab initio, neque eſt conditionalis quoad ſubſtantiam, ſed tantum quoad effectum, & executionem, perinde ac ſi Patronus dixiſſet præſentato *NUNC ſecundario altum, ut habeat effectum præſentatio TUNC quando primus non poſſit obtinere beneficium*, & conſequenter Patronus ita ab initio præſentando non ſuſpendit, nec confert præſentationem ad tempus extra quadrimeſtre, quo contingat obitus primo Præ- 35
ſentati ante aſſecutionem beneficii, ſed ſolummodo ſuſpendit, & confert effectum, & executionem præſentationis in illud tempus, ut eſt *Text. in leg. Ex bis verbis* 5. *C. quando dies legat. cedat*, & plene Me ſcribente firmavit Rot. in *Lauretana tranſlationis penſion.* 9. *Aprilis* 1717. §. *Et ſane cum ſeqq.* cor. R. P. D. Criſpo, *&* 10. *Decembris ejuſdem anni* §. *Ut enim & ſeqq.* cor. bo. me. Herrera, *&* 23. *Januarii* 1719. §. *Ex quo plane cum ſeqq.* cor. Eminentiſs. Falconerio, itaut ſuccedente obitu primo loco Præſentati citra quadrimeſtre, ſecundo accumulatus remaneat, perinde ac ſi fuiſſet ſolus Præſentatus ab initio in termino quadrimeſtris, ut ait cor. Comitul. *dec.* 28. *n.* 7. *& in Florentina* de qua infra *n.* 40.

Quod adeo verum eſt, ut hanc præſentationem ſubordinatam ſecundario Præſentati Doctores tradant pro cautela ad effectum evitandi lapſum quadrimeſtris in caſu, quo primo Præſentatus non ſit habilis, & inhabilitas detegatur lapſo quadrimeſtri, ut apud Lamberrin. *de Jurepat. lib.* 2. *p.* 2. *qu.* 3. *art.* 8. *n.* 12. *& art.* 9. *n.* 5 quam Ego tituli *de Controv. patron. allegat.* 2. *n.* 23. quæ ſane eſſet cautela inanis, & prorſus inepta, ſi præſentatio ſubordinata eſſet conditionalis quoad ſubſtantiam, & verificanda intra terminum quadrimeſtris.

Præterea cadit æquivocum in ſuppoſito, quod concurrere poſſit lapſus quadrimeſtris in ſubjecto caſu; Si enim ſtatim ſecuta præſentatione plurium hinc inde accumulatorum introducitur lis coram Ordinario, ibique ea pendente decedit unus ex primo accumulatis, erroneum eſt ſupponere lapſum termini, qui certe nunquam currit Patronis lite pendente inter Præſentatos; cum lis impediat curſum qua- 36
drimeſtris, ut apud Vivian. *de Jurepat. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 26. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 10. *tit.* 7.

Google

tit. p. n. 360. cum aliis apud Rot. *dec.* 94. *num.* 10. cor. Gregor. *& in Bononien. Parochialis* 26. *Januarii* 1711. §. *final.* cor. bon. memor. Caſſatello, & apud Me *de controv. Patron. allegat.* 54. *n.* 33. *& allegat.* 78. *n.* 5.

Quo ſtante Ego adhærere non poſſum contrariæ
37 opinioni firmatæ in *Aurien. Parochialis de Fea* 1. *Julii* 1726. coram R. P. D. Corio, *& in Lucen. Parochialium* 2. *Decembris* 1726. cor. R. P. D. Nunez, pro qua opinione nullo modo applicabilis mihi nullo modo videtur Rot. *dec.* 262. *n.* 7. *& ſeqq. par.* 14. *Recent.* cum loquatur de caſu penitus diverſo, ubi præſentatus fuerat quidam Manſinus ſub expreſſa conditione, quatenus vellet acceptare, & in caſu recuſationis conditionaliter præſentatus fuerat Peronus, ſed Manſinus diſtulerat mentis ſuæ declarationem, ſeu recuſationem extra tempus quadrimeſtris, quo caſu bene firmavit Rota quod Præſentatio erat conditionalis, nec ſuffragari poterat purificata conditione extra terminum, dum conditio erat ſuſpenſiva quoad ſubſtantiam præſentationis, non quoad executionem, & effectum, & quidem adjecta fuerat *expreſſe*, tam primo Præſentato, quam ſubſtituto, nempe Alteri *quatenus acceptaret*, & Alteri *quatenus ille recuſaret*; Acceptatio enim
38 præſentationis facienda eſt intra terminum Vivian. *de Jurepat. lib* 8. *c.* 9. *nu.* 22. Lambertin. *lib.* 2. *p.* 2. *q.* 5. *art.* 1. *n.* 1. *& ſeqq.* Lott. *de re benef. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 38. Unde ſi Manſinus non acceptaverat intra terminum, nec minus intra terminum recuſaverat, hinc Peronus ſub conditione hujus recuſationis præſentatus nullum Jus præſentationis habere potuit ſecuta renunciatione, ſeu declaratione non acceptandi extra terminum, de quo tempore incipere non poterit ejus præſentatio, ultra circumſtantiam, quod hæc præſentatio conditionalis facta fuerat nulliter pendente lite inter alios Præſentatos, ex quo Rota deſumpſit aliud motivum nulliter hujuſmodi præſentationis, ut in eadem *dec.* 262. *n.* 6. *p.* 14. & ſic caſus hujus Deciſionis non habet applicationem. Et quatenus etiam applicabilis videri poſſet, attendenda non eſſet, cum de cætero illa Deciſio patiatur ſua deliquia etiam in alio aſſumpto, quod in univerſitate ad concludendum actum non ſufficiat major pars, ſed requirantur duæ partes ex tribus, quod eſt inſubſiſtens, & plene reprobatum apud Me *de contr. Patronor. alleg.* 74. *n.* 4. ubi in hac parte illam deciſionem probavi male fundatam.

Et ideo tenenda eſt opinio tamquam indubitata, quod ſubordinate præſentatus, & accumulatus ab initio per Patronum dicatur præſentatus pure ab initio, quoad ſubſtantiam, & ſolum præſentatus conditionaliter quantum ad effectum dilatum, ſeu collatum ad caſum, quo primo præſentatus beneficium obtinere non poſſit, itaut conſiderari non valeat lapſus termini, extra quem facta dicatur præſentatio prout conſideratur quando agitur de conditione ſuſpenſiva, quoad ſubſtantiam, ut dictum eſt; Ac etiam quia ſuppoſita etiam (quod non admitto) conditionalitate hujus ſubordinatæ præſentationis quoad ſubſtantiam, adhuc, quando decedit primo præſentatus lite pendente ob ejus introductionem factam durante termino quadrimeſtris, nunquam ſupponi valet lapſus termini, donec pendet lis, quod eſt fundamentum clarum non habens reſponſionem, eoque magis hanc opinionem cenſeo tenendam propter auctoritatem Sacræ Rotæ, quæ ita judicavit Me ſcribente in *Florentina Canonicatus* 12. *Martii* 1706. cor. bo. mem. Lancetta, in cujus caſu agebatur de lite triangulari inter Urbanum Alovitum primo loco præſentatum ab Andrea del Roſſo donatario veri Patroni, & inter Hieronymum de Carlinis præſentatum per illos de Carlinis, & de Naldis tanquam aſſertos Patronos, nec non Joannem de Vivianis proviſum ab Ordinario tanquam de libero, ut videre eſt in præcedenti *dec.* 8. *Maii* 1705. cor. Eodem. Cum autem hac lite pendenti deceſſiſſet elapſo quadrimeſtri Urbanus primo loco præſentatus omnibus, qui litigabant inſormantibus canonizata fuit ſubrogatio Antonii ſubordinate præſentati ab initio ſimul cum Urbano non obſtante, quod lapſus eſſet terminus Juris de tempore ejus obitus ut videre eſt in *allegata deciſione* 12. *Martii* 1706. de qua infra *n.* 40. ubi etiam firmatum fuit, quod ad effectum, ut ſubordinata præſentatio evaneſcat requiritur, quod primo loco Præſentatus fuerit pacifice inſtitutus per rem judicatam, alias non dicitur con- 39 ſumpta primæva Vacatio, & effectuata Præſentatio facta per Patronum in Perſona Primi Præſentati, & locum habet præſentatio alterius ſubordinate facta initio; Unde cenſeo procedendum eſſe cum judicato Sacræ Rotæ firmato per hanc anteriorem deciſionem, non autem cum opinione quæ habetur in modernis deciſionibus in *Aurien. Parochialis de Fea*, *& Lucen. Parochialium* ut ſupra emanatis.

R. P. D. LANCETTA.

Florentina Canonicatus.

Veneris 12. *Martii* 1706.

CUM in contemporanea hujus Cauſæ deciſione conſtiterit de exiſtentia Juriſpatronatus, & de præſentatione ad Canonicatum controverſum facta primo loco in perſonam Urbani Altoviti, & ſecundo cumulative, ac in ſubalternam conditionem favore Antonii a Senatore Andrea del Roſſo tanquam vero, & legitimo Patrono, non dubitarunt Domini, attento obitu Urbani, inſtitutionem ſub particulari dubio petitam Antonio concedere.

Eo enim ipſo quod Urbanus primo loco præſentatus, fuit e vivis ereptus, Antonius evaſit primus, non ſecus ac ſi alius præſentatus non fuiſſet, Lam- 40 bertin. *de Jurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 6. *art.* 12. *n.* 4. Vivian. *eodem tract. p.* 2. *lib.* 3. *num.* 30. *& ſeq.* Rot. coram Zarat. *dec.* 55. *n.* 2. & cor. Priol. *deciſ.* 405. *n.* 4. *&* & cor. Merlin. *deciſ.* 443. *numer.* 17. & coram bon. mem. Anſaldo *inter ejus impreſſas* in 53. *n.* 15.

Non obſtat, quod Urbanus acceptaverit præſentationem ſui favore primo loco factam, ac ulterius inſtitutionem ſibi decerni obtinuerit, & deinde lapſo jam termino quatuor menſium, obierit; Unde inferebatur, quod ſubalterna conditio, cum qua fuerat præſentatus Antonius, purificata non fuerit, immo per acceptationem, & petitam inſtitutionem ab Urbano, evanuerit. Etenim omiſſo quod cumulativa præſentatio, de qua hic dubitari non poteſt, eſt tantæ efficaciæ, ut quatenus ſubalterna conditio Ei reſiſteret, deberet potius haberi pro 41 non appoſita ex nimis vulgata regula, quod utile per inutile non vitiatur, Rota cor. Pen. *deciſ.* 400. *num.* 1. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 73. *num.* 9. *p.* 17.

Ceſſare viſa fuit difficultas, quia conditio ſubalterna nil aliud importat, niſi quod Urbano Canonicatum, ſeu inſtitutionem obtinere non valente, vel illo decedente ante reportam effectivam inſtitutionem, Antonius ſecundo loco præſentabatur; Quapropter non ſufficit ſola acceptatio, ſed requirebatur effectiva inſtitutio, qua ceſſante diceretur purificata conditio Lambertin. *de Jurepatr.* 42 *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 6. *art.* 9. *n.* 1. *fol.* 514. Vivian. *eodem tract. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 30. *&* 31. Marant. *reſponſ.* 14. *n.* 21. Rota *dec.* 16. *n.* 3. *de renunciat. in antiq.* & regulare eſt, quod antequam quis fuerit pacifice inſtitutus per rem judicatam, non dicatur conſumpta vacatio primæva, & effectuata præſentatio Patroni *ad Text. in c. ſi electio de elect. in* 6. Vitalin. *in Clement.* 2. *n.* 97. *ut lite pendente*, *Rota in Aſcuna Beneficior.* 15. *Martii* 1709. §. *Non relevante* cor. bon. mem. Muto.

Et ita omnibus informantibus &c.

NUL-

NULLIUS SEU LEGIONEN. JURISDICTIONIS,

ARGUMENTUM.

Epiſcopus pro exercendis iis quæ ſunt Ordinis, non poteſt ſe collocare intra Territorium ſeparatum Prælati inferioris, licet in iis ſibi ſubjectum, & ex quibus probetur hujuſmodi Territorium.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſpecies.*
2 *Functiones quæ reſpiciant ordinem quantum ad exercitium in loco, reſpiciunt Juriſdictionem,* & n. 9.
3 *Epiſcopus in Locis exemptis, aut in Territorio ſeparato Prælati inferioris non poteſt Ordinare, & Chriſmare.*
4 *Subjectio Territorii ſeparati erga Epiſcopum in reſpicientibus ordinem quomodo intelligatur* & n. 6.
5 *Ordinare, & Chriſmare habent mixturam Juriſdictionis Epiſcopalis.*
7 *Locus exemptus ab Epiſcopo quantum ad ejus Juriſdictionem æquiparatur loco extra Diœceſim.*
8 *In Eccleſiis exemptis quæ ſint Parochiales poteſt Epiſcopus Ordinare, & Chriſmare, ſecus in Eccleſiis Territorii ſeparati.*
10 *Abbas ſi habet Territorium Nullius Diœceſis non eſt ſubjectus Epiſcopo viciniori quoad Sacramentum Chriſmatis, ſecus quoad collationem Ordinum,* & n. 11.
12 *Territorium ſeparatum probatur ex Immemorabili, vel Centenaria.*
13 *Juriſdictio contentioſa una cum aliis probat Territorium.*
14 *Item Jus approbandi Confeſſarios, & alia, de quibus* n. 15. 16. 17. 18. & 19. cum ſeqq. uſque ad n. 23.
19 *Conſenſus Epiſcopi quando probet etiam in præjudicium Succeſſorum.*
20 *Res judicata quando probet etiam contra aliam Perſonam, & locum, &* n. 21.
23 *Obſervantia Centenaria negativa an attendatur.*
24 *Advocati inſignes Romanæ Curiæ, eorumque exceſſiva Encomia erga Auctorem,* & nu. 25. cum ſeqq.

DISCEPTATIO CXXVIII.

1 CONgregatio Valliſoletana ſub Regula S. Benedicti in Hiſpaniis, inter alias numeroſas, quas habet, Abbatias, ſeu Monaſteria, poſſidet antiquiſſimum, & inſigne Monaſterium nuncupatum *S. Petri de Exlonza* ſitum intra limites Diœceſis Legionen. & ab ejus Civitate diſtans novem milliarium ſpatio, quod initium ſuæ fundationis habuiſſe *anno Chriſti Domini* 911. fama conſtans eſt, & licet *Antonius Yepes diligentiſſimus Chroniſta Ordinis S. Benedicti* incertum relinquat, an fundatio hujus Monaſterii contigerit tempore invaſionis Gothorum, ſeu in principio reſtaurationis Regnorum Hiſpaniæ poſt Maurorum expulſionem, hoc unum pro indubitato affirmat, quod ejus Reverendiſſimus Abbas tot prærogativis inſignitur reperiatur, ut tanquam Prælatus inferior habeat *Territorium proprium, & ſeparatum* ab Epiſcopatu, ſeu Diœceſi Legionen. *gaudendo in ſuo Diſtrictu Abbatiali Juriſdictione Temporali, & Spirituali.*

Diſtrictus autem, ſeu Territorium hujus Abbatiæ *præter Monaſterium* Abbatiale, & Bona illi adjacentia, extenditur *ad ſex Loca, ſeu Villas*, quarum *quinque* ſunt intra limites Diœceſis Legionen. *una* autem nuncupata *Algadefe* ſita reperitur intra limites alterius proximæ Diœceſis Oveten. ſis.

Conſtat in facto, quod omnes pro tempore Abbates per Centenariam, & ultra ſemper fuerunt in quaſi poſſeſſionem exercendi Juriſdictionem Epiſcopalem in toto Diſtrictu Abbatiæ, ſeu Locis, & Villis, de quibus ſupra, conſtituentibus particulare Territorium Abbatis, diviſum ab illo tam Epiſcopi Legionen. quam Oveten. ut juſtificatur ex actibus utriuſque Juriſdictionis contentioſæ, & voluntariæ, aliiſque Juriſdictionalibus, qui competere non poſſunt abſque competentia Territorii ſeparati.

Modernus Reverendiſſimus Epiſcopus Legionen. Vir Sapientiſſimus, & nunquam ſatis laudati nominis, nuper inſurrexit, prætendendo, quod licet Abbas obtineat omnimodam Juriſdictionem Epiſcopalem, non tamen ipſe Epiſcopus prohibeatur *ſe collocare in Diſtrictu Abbatiali, ad effectum ibi exercendi omnia ea, quæ ſunt Ordinis*, ea ratione, quod cum Abbati non competant ea, quæ ſunt Ordinis, & ipſe ſit ſubjectus Epiſcopo Legionen. cum ſuis Subditis reſpectu eorum, quæ ſunt Ordinis, idcirco Epiſcopus habeat liberam facultatem in hujuſmodi Locis Abbatiæ ſubjectis celebrandi ordinationes, ibique ſe collocandi, & exercendi, *tamquam in propria Diœceſi*, promotiones ad Ordines, Sacramentum Confirmationis, & ſimilia, quæ reſpiciunt Ordinem, & Conſecrationem.

Hinc requiſitus *Ego in ſenſu veritatis* de mea Sententia ſuper hodierna Epiſcopi prætenſione, procedendo cum præſuppoſito, quod Abbas in Diſtrictu Abbatiali gaudeat Juriſdictione Epiſcopali cum Territorio ſeparato, & cum præſuppoſito, quod apud Epiſcopum remaneant in hoc Territorio ea, quæ ſunt Ordinis, Prætenſionem Epiſcopi non ſubſiſtere verius de Jure cenſeo reſpondendum.

Ad inclinandum in hanc partem movet Me circumſtantia Territorii ſeparati apud Reverendiſſimum Abbatem reſidentis cum Juriſdictione Epiſcopali in Locis, & Terris Abbatiæ ſubjectis; Ubi
autem agitur de Territorio ſeparato Prælati infe-
rioris, licet Epiſcopus, in cujus Territorio, &
Diœceſi antea manebant Loca Abbatiæ, retineat
ea, quæ ſunt Ordinis, non tamen hoc intelligitur
eo modo, quo Reverendiſſimus Epiſcopus præten-
dit, ut nempe pro exercendis iis, quæ ſunt Or-
dinis poſſit Epiſcopus ſe collocare in locis Abba- 2
tiæ ita ingrediendo alienum Territorium, quia o-
mnia hæc, quæ ſunt Ordinis Epiſcopus exercere
debet in ſuo Territorio, & Subditi Sæculares Ab-
batiæ ſolum tenentur accedere ad Epiſcopum pro
iis conſequendis, non autem Epiſcopus accedere
poteſt ad alienum Territorium, ibique explere fun-
ctiones iſtas Ordinem reſpicientes, quia quantum
ad exercitium in Loco, functiones iſtæ reſpiciunt
Juriſdictionem, nec poſſunt exerceri etiam in Lo-
cis exemptis, ut docet Gloſſ. *in Clementin. Ar-
chiepiſcopo ſecunda de Privileg. in verb. etiam ce-
lebrare verſ. ſed ſi Juriſdictione*; Ibique communi-
ter Canoniſtæ, ſignanter Zabarell. *ſub num.* 5. *verſ.
ut celebrare Ordines*, Imol. *n.* 4. *verſ. per hoc di-
cit*, ubi quod non licet Epiſcopis in hujuſmodi
Locis exemptis Ordines conferre, vel Chriſmare,
niſi fuerint invitati ab ipſis Exemptis, vel de vo- 3
luntate eorum procedant Vitalin. *n.* 20. *verſic. Or-
dines faciendo* Panormitan. *n.* 4. & concordant Pey-
rin. *ad Conſtitut. Minim. tom.* 1. *ad Conſtit.* 26. *Leo-
nis X.* §. 24 *n.* 45. *verſ. non poſſunt tamen*, Donat.
in prax. q. regul. tom. 1. *p.* 2. *tract.* 13. *q.* 74. *n.* 9.
Diana *coordinat. tom.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 49. *n.* 2. *&
reſol.* 50. *n.* 1. Novar. *in Summ. Bullar. p.* 1. *comm.*
19. *n.* 8.

Ratio autem hujus fundamentalis propoſitionis
illa eſt, quod Subditi Sæculares exiſtentes in Ter-
ritorio Abbatis, licet ſubjecti exiſtant Epiſcopo Le-
gionen. in reſpicientibus Ordinem, hæc tamen ſub- 4
jectio non facit ut Epiſcopus acquirat Juriſdictio-
nem in Loco, & Territorio ſeparato Abbatis, ibi-
que

quo jus exercendi Ordines, eorumque functiones,
ſed ſolum ut cogere poſſit eoſdem Subditos Ab-
batis ad accedendum ad ipſum Epiſcopum pro
Ordinibus ſuſcipiendis, ac etiam Chriſmate, cum
ſimilibus, quia de cætero ipſum materiale *exerci-
tium Ordinum* in Loco, eſt actus Juriſdictionis,
ut eſt *ordinare*, *degradare*, *& chriſmare*, & ſi-
milia facere, quæ ab Epiſcopo expleri non va-
lent in alieno Territorio, neque etiam in ipſius
Locis exemptis, ut bene Fagnan. *in cap. quia Nos
n. 6. verſic. aut loquimur n.* 10. *&* 18. *de autho-
rit. & uſu Pall.* ubi quod quantum ad hoc ve-
luti reſpiciens Juriſdictionem, Locus exemptus
perinde habetur ac ſi eſſet extra Diœceſim, &
concordant in hac ratione, quod iſtæ functiones
ſint actus Juriſdictionis Epiſcopalis Canoniſtæ ſu-
perius allegati, & Novar. *in Sum. Bullar. par.* 1.
Comment. 19. *n.* 6. *&* 8. ubi quod celebrare Or-
5 dinationes eſt actus Juriſdictionis, & quod chriſ-
mare, & Chriſma habet miſturam Juriſdictionis,
& Officii Epiſcopalis, Ceſped. *de exempt. regular.
dub.* 77. *n.* 1. *verſicul. negative*, Dian. *ubi ſupra
reſol.* 49. *n.* 2. *& reſol.* 50. *n.* 2. Peyrin, *ubi ſupra
n.* 43. Pignatell. *conſult.* 7. *n.* 4. *tom.* 7. *& conſult.*
106. *n.* 11. *tom.* 10. Tamburin. *de Iur. Abbat. to,*
1. *diſp.* 15. *n.* 10. & ſuperius firmavi *diſcept.* 101.
n. 10.

Et propterea non valet hoc argumentum,
quod ſi Epiſcopus habet facultatem exercendi ea,
quæ ſunt Ordinis in Subditos, & Clericos Ter-
6 ritorii Abbatialis, ergo habet facultatem exercen-
di ea, quæ ſunt Ordinis in ipſis Locis Territo
rii Abbatialis, cum a Juriſdictione in Perſonis
ad certum effectum non valeat conſequentia ad
Juriſdictionem, ejuſque exercitium in Loco, ut
notat Fagnan. *in cap. nullus n.* 52. *de Paroch.* --
ibi -- *Et ſi Epiſcopi facultatem habeant ordinandi
Clericos Nullius Diœceſis ex dicto cap.* 10. *ſeſſ.* 23.
*tamen ipſos ordinare non poſſunt in iiſdem Locis
Nullius Diœceſis, ſed in ſua Diœceſi duntaxat,
ut ſimiliter declaravit Sacra Congregatio, niſi de
Ordinari Loci expreſſa licentia ad præſcriptum
cap.* 3. *ſeſſ.* 6. & idem Fagnan. *in allegat. capitul.
quia nos n.* 10. *de auctorit. & uſu Pall.* Si enim,
etiam in ipſis Locis exemptis non poteſt Epiſco-
pus ordinare, chriſmare, confirmare, & degra-
dare, cum ſimilibus, quia ſunt functiones Juriſ-
7 dictionis Epiſcopalis, & Locus exemptus ab Epiſ-
copo, quantum ad ejus Juriſdictionem æquipara-
tur Loco exiſtenti extra Diœceſim, juxta doctri-
nam Geminian. *in cap. cum Epiſcopus num.* 4. *de
Offic. Ordin. in* 6. Rot. *deciſ.* 274. *num.* 8. *part.*
17. *& deciſ.* 284. *n.* 8. *&* 9. *par.* 19. Eo minus
poteſtatem habebit has functiones exercendi in Lo-
cis nedum exemptis, ut ſunt illa Diſtrictus Ab-
batiæ Regolaris, ſed etiam exiſtentibus de Territo-
rio ſeparato Abbatis, qui ibi exercet Juriſdictionem
Epiſcopalem.

Hac ſolum intercedente differentia inter Loca,
& Eccleſias exemptas ab aliis, quæ ultra exem-
ptionem ſubjectæ exiſtunt Prælato inferiori haben
8 ti Territorium ſeparatum, quod in primo caſu
Epiſcopus poteſt ibi celebrare Ordinationes, chriſ-
mare, & alia, quæ ſunt Ordinis exercere, ſi il-
læ Eccleſiæ exemptæ ſint Parochiales, excepto
Privilegio in contrarium, non autem ſi tales Ec-
cleſiæ non exiſtant Parochiales, ut diſtinguit Pi-
gnatell. *conſult.* 7. *n.* 17. *&* 18. *tom.* 7. ubi reddit
rationem, quod hujuſmodi Eccleſiæ ratione ad-
miniſtrationis Sacramentorum, ac Populi, ſunt
Epiſcopo ſubjectæ ſaltem in ordine ad Sacramen-
ta, & refert reſolutionem Sac. Congreg. Conci-
lii *in una Brixien.* 9. *Junii* 1657. apud ipſum
tranſcriptam *ſub n.* 15. *&* 16. & repetit *conſultat.*
106. *num.* 21. *&* 22. *tom.* 10. & dixi ſupra *diſce
ptat.* 101. *num.* 21. In altero autem caſu, quo
Eccleſiæ ſint ſubjectæ Prælato inferiori, in qui-
bus ratione Territorii ſeparati Epiſcopus caret o-
mni Juriſdictione, etiam quoad Curam Anima-
rum, & Parochialitatem, nullo modo poteſt ſe

ibi collocare celebrando Ordinationes, ſeu ordi-
nando, chriſmando, cum ſimilibus, cum iſti ſint
actus habentes Juriſdictionem, ſeu miſturam Ju-
riſdictionis, quæ in Locis Epiſcopo non ſubje-
ctis ab eo exerceri non poſſunt juxta Fagnan. *in
d. c. nullus n.* 52. *de Paroch.* & comprobat Emi-
nentiſſimus Petra *ad Conſtitut. Apoſt. tom.* 3. *ad
Conſtit.* 14. *Innocent. IV. n.* 47. & melius *tom.* 5.
ad Conſtit. 4. *Calliſti III. ſect.* 4. *n.* 90. ex ratio-
ne ſuperius relata, quod conferre Ordines, chriſ- 9
mare, & ſimilia quandam Juriſdictionem conti-
nent, quæ in Locis alterius Juriſdictioni ſubjectis,
ſine ejus licentia expleri non poſſunt, ut præter
jam adductos concordat Ventrigl. *de Juriſd. Arch.
c.* 21. *ſub n.* 23. *&* 28.

Quæ omnia dixi cum ſuppoſito, quod perti-
neant Epiſcopo generaliter omnia ea, quæ ſunt
Ordinis, & Conſecrationis; Cæterum ſi agatur
de Territorio ſeparato ſub Prælato, ſeu Abbate
Nullius Diœceſis, non eſſet Abbas Epiſcopo Vi- 10
ciniori ſubjectus quantum ad Sacramentum Chriſ-
matis miniſtrandum in ſuos Subditos, ſed poſſet
convocare quem maluerit Catholicum Antiſtitem,
ut reſolvit Sac. Congregatio Concilii, Teſte Fa
gnan. *in. cap. Cum veniſſent §. Per Frontis ſub n.*
7. *verſ. Ceterum de Sac. Unction.* cum aliis reſo-
lutionibus *in Dirachien.* 21. *Auguſti* 1627. *& in
Iſernien.* 2. *Martii* 1687. quas refert, & ſequitur
Eminentiſſimus Petra *ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.*
3. *ad Conſtitut.* 14. *Innocentii IV. n.* 52. ubi ſecus
eſſe affirmat in Abbatiis, quæ vere *Nullius* non
ſunt, in quibus Chriſma miniſtrare pertinet ad
Epiſcopum Viciniorem, ſeu illum, in cujus Diœ-
ceſis Abbatia ſita eſt.

Verum quoad Collationem Ordinum, hæc per-
tinet ad Epiſcopum Viciniorem, ſeu illum, intra 11
cujus Diœceſis fines Territorium ſeparatum Præ-
lati inferioris exiſtit, etiamſi dicatur *Nullius Diœ-
ceſis*, reſpectu tamen Subditorum Secularium jux-
ta dispoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.*
23. *cap.* 10. *de Reformat.* ut referendo numero-
ſas reſolutiones Sacræ Congregationis teſtatur Fa-
gnan. *in cap. Significaſti n.* 27. *& ſeqq. de Offic.
Archidiac.* quibus addenda eſt alia reſolutio *in
una Cæleſtinorum* 22. *Februarii* 1931. quam refert
Rota, me Scribente, *in Valven. & Sulmonen. Iu-
riſdictionis ſuper Attamentatione* 2. *Julii* 1714. *§.
Imo ſuper hoc actu* coram Eminentiſſimo Falcone-
rio, & late Eminentiſſimus Petra *ad Conſtitut.
Apoſtol. Tom.* 5. *ad Conſtit.* 4. *Calixti III. ſect.* 1.
n. 65 *& ſeqq.*

Quo vero ad preſuppoſitum, quod competat
Reverendiſſimo Abbati Juriſdictio quaſi Epiſco
palis cum Territorio ſeparato in omnibus locis
intra Abbatiæ Diſtrictum exiſtentibus ſupra relatis
quatenus hoc impugnari per Doctiſſimum Epiſ-
copum Legionen. & deſuper diſputari contingat,
Mihi videtur in ſenſu Veritatis de illo conſtare,
attentis omnibus, de quibus infra, non obſtante, 12
quod deficiat exhibitio Privilegii Apoſtolici expreſſi,
cum ſit inveterata opinio, nec in Tribunalibus
Eccleſiaſticis amplius controverſa, quod etiamſi
deficiat exhibitio *Privilegii expreſſi*, ſatis eſt ad
probandum Territorium ſeparatum cum Juriſdi-
ctione Epiſcopali in favorem Prælati inferioris
probatio *immemorabilis*, *ſeu centenaria Obſervan-
tiæ*, quæ operantur in linea Tituli; non autem
præſcriptionis, præſumendo Privilegium Apoſto-
licum, & paria ſunt ad hunc effectum exhibere
Privilegium expreſſum, & allegare præſumptum
ex Immemorabili; vel Centenaria, ut paſſim vir-
tute Immemorabilis, aut Centenariæ, Sacræ Ro-
tæ Auditorium canonizavit favore Prælati infe-
rioris competentiam Juriſdictionis quaſi Epiſcopa-
lis in Statu Territorii ſeparati, *ut in Nullius,
ſeu Marſicen. Juriſdictionis* 7. *Junii* 1700. *§. Præ-
dictaque* cor. bon. mem. Muto, *& in Capuana,
ſeu Montis Caſinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679.
§. Aut ex tam longæva cor. bon. memor. Bourle-
mont, *&* 6. *Aprilis* 1679. *§. Denum* coram bon.
mem.

mem. Urſino, *& in Volaterrana Juriſdictionis* 22. *Martii* 1681. §. *Hæc autem*, coram bon. mem. Albergato, *& in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 1. *Junii* 1708. §. *Additio*, coram bon. mem. Anſaldo, *& in Nullius, ſeu Caputaquen. Juriſdictionis* 21. *Februarii* 1710. §. *In hac ſane*, cor. Eminentiſſimo Falconerio, *&* 13. *Martii* 1713. §. *Verum*, coram Reverendiſſimo Criſpo, *& in Caven. Juriſdictionis ſuper Territorio ſeparato* 13. *Junii* 1710. §. *Hiſce*, cor. Eminentiſsimo Falconerio, & declaravit Congregatio Particularis *in Decreto Generali* 3. *Auguſti* 1718. impreſſo apud Eminentiſsimum Petram *Tom.* 5. *ad Conſtitut.* 4. *Calliſti III. ſect.* 3. *n.* 45. *in fine*, & apud Me ſupra *diſcept. Eccl.* 112. n. 58.

Hæc autem Immemorabilis primo loco probari poteſt per Teſtes cum ſuis requiſitis deponentes, & Mihi aſſeritur de ea a Reverendiſsimo Abbate per Teſtes etiam concludi poſſe; Sed manifeſtior inſurgit probatio ex Actibus affirmativis ex parte Reverendiſsimi Abbatis, & negativis ex parte Reverendiſsimi Epiſcopi ſuper exercitio Juriſdictionis Epiſcopalis non aliter competentis, niſi cum qualitate Territorii ſeparati.

Primo enim loco ſemper, & uſque ab Immemorabili Reverendiſſimus Abbas retinuit Tribu-
13 nal, & Forum Eccleſiaſticum, & Contentioſum, judicando privative ad Epiſcopum omnes Cauſas Civiles, & Criminales, Matrimoniales, & mixtas, quæ ſane univerſalis Juriſdictio contentioſa, & Epiſcopalis exercita in Locis in Diſtrictu Abbatiæ exiſtentibus in Clerum, & Populum eidem ſubjectum, eſt una ex circumſtantiis, quæ non ſola, ſed juncta cum aliis probat apud Prælatum inferiorem reſidere Juriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio, ut advertit Spad. *conſ.* 124. *num.* 10. *lib.* 2. Rota cor. Dunozet. Junior. *deciſ.* 983. *ſub n.* 4. *&* poſt Tondut. de Penſ. *deciſ.* 31. *n.* 4. *& in recent. deciſ.* 274. *num.* 5. *part.* 17. *& in Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. §. *Concurrit*, coram Bourlemont; *& in dicta Nullius, ſeu Marſicen. Juriſdictionis ubi ſupra*, coram bon. mem. Muto impreſſa apud D. Jacobum de Comitibus *deciſ. Florent.* 33. *n.* 45. *& in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis* 1. *Junii* 1708. §. *Collabente*, coram Anſaldo, *& in eadem ſuper præſcriptiva* 25. *Junii* 1711. §. 27. cor. bon. mem. Caſſatello.

Secundo Abbas concedit, & ſemper conceſſit Sacerdotibus ſui Territorii licentias audiendi Confeſsiones etiam Perſonarum Sæcularium, habendo Jus approbandi Confeſſarios, quod ſane Jus dari non poteſt apud Prælatum inferiorem, niſi ha-
14 beat Territorium vere ſeparatum ab illo Epiſcopi, quia reſolvit Jus Epiſcopale uſque ad radicem Curæ Animarum, in qua conſiſtit ſubſtantia Epiſcopatus, & propriæ Juriſdictionis Epiſcopalis, Tambucin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *diſput.* 2. *qu.* 11. *n.* 1. Barboſ. *de Jure Abbat. tom.* 2. *diſput.* 2. *alleg.* 25. *n.* 28. Pignatell. *conſult.* 8. *n.* 95. *tom.* 7. Rota *deciſ.* 988. *ſub num.* 4. coram Dunozett. Junior. *& in dicta Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ubi ſupra*, coram Muto impreſſa apud D. Jacobum de Comitibus *dec. Florent.* 33. §. 3. *numer.* 49. *& in Theatina Juriſdictionis* 14. *Decembris* 1708. §. *Pari difficultate*, coram clar. mem. Cardinal. Scotto, *& in Valven. ſeu Sulmonen. Juriſdictionis ſuper Manutentione* 2. *Junii* 1714. §. *Sane*, cor. Eminentiſsimo Falconerio, ubi quod iſte dicitur actus, pro quo requiritur poteſtas Clavium, & ſic certa, & propria Juriſdictio Epiſcopalis in Clerum, & Populum, itaut ſine Territorio ſeparato Inferiori competere non poſsit, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium etiam immemorabili, cui Sacrum Concilium Tridentinum derogavit, & Ego ſcripſi *de controv. Patron. in Supplement. ad alleg.* uno. *n.* 3.

Tertio accedit etiam Juriſdictio viſitandi omnes Eccleſias exiſtentes in ſeptem Villis Territorii Abbatialis, & quidem realiter, & perſonaliter cum Decretis in actu viſitandi promulgatis
circa regimen Eccleſiarum, adminiſtrationem Sa- 15
cramentorum, correctionem, & reformationem morum privative ad Epiſcopos Legionen. & Oveten. hoc autem Jus viſitandi etiam in concernentibus adminiſtrationem Sacramentorum, & Curam Animarum privative ad Epiſcopum, demonſtrat in Abbate radicatam Juriſdictionem Epiſcopalem cum vero Territorio ſeparato, (alias cum Jure Ordinario, vel ſaltem Delegato Epiſcopus poſt Concilium Tridentinum exercere debuiſſet Jus viſitandi quoad Curam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regular. & Conſtitut. Inſcrutabili*, ſan. mem. Gregorii XV. apud Lotter. *de re beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 24. *n.* 54. & firmata apud Rotam *in Burgen. Juriſdictionis, ſeu Viſitationis* 3. *Julii* 1713. *&* 19. *Januarii* 1714. cor. bon. mem. Barbadico, & in ſpecie, quod ex hujuſmodi Jure viſitandi reſultet probatio Territorii ſeparati firmavit Rota *in Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis* 7. *Junii* 1700. *ubi ſupra* coram Muto impreſſa apud D. Jacobum de Comit. *deciſ. Florent.* 34. §. 3. *n.* 47. *& in Nullius, ſed Fulden. Juriſdictionis* 28. *Junii* 1700. §. *Poſſeſſio*, cor. Eminentiſsimo de la Tremoille, *& in Nullius, ſeu Caputaquen. Juriſdictionis* 21. *Februarii* 1710. §. *Contentioſa*, cor. Eminentiſsimo Falconerio, *& in Burgen. Juriſdictionis S. Joannis ſuper Territorio ſeparato* 2. *Decembris* 1722. §. *Tertium præſidium*, cor. R. P. D. Gamaches.

Quarto in Eccleſiis Parochialibus hujuſmodi Villarum ſemper Abbas deputavit Vicarios ad nutum amovibiles, committendo iſtis Curam Ani-
marum independenter ab Epiſcopo, & privative 16
ad ipſum, quod Jus committendi Curam nihil aliud eſt, niſi conceſsio Inſtitutionis auctorizabilis, quæ pertinere non poteſt, niſi ad Epiſcopum, vel Prælatum inferiorem, qui habeat Territorium ſeparatum, quando exercetur Jure proprio, licet de cætero quatenus Vicario nomine Epiſcopi exerceri contingat per legitimam præſcriptionem, vel alia, etiam ſine Territorio ſeparato Jus committendi Curam Animarum Prælato inferiori competere poſsit, juxta Text. *in capit. Cum ſatis de Offic. Ordinar.* & Ego ſcripſi *diſcept. Eccleſ.* 10. *num.* 31. Rota *in Ganeu. Juriſdictionis* 1704. §. *Hac præſuppoſita* cor. clar. memor. Card. Scotto, & plene *in Burgen. Juriſdictionis S. Joannis ſuper Commiſſione Curæ* 26. *Junii* 1715. §. *Ratio decidendi &c. ac per totam* cor. Reverendiſsimi Criſpo, *&* 2. *Decembris* 1722. §. *final.* cor. R. P. D. Gamaches.

Quinto concurrunt Confeſsiones Epiſcoporum in recognitionem veritatis, quoad competentiam Territorii ſeparati Abbatibus Monaſterii, dum ex
ſcripturis authenticis in Archivio Abbatiali reten- 17
tis conſtat de antiquiſsima confeſsione Vicarii Generalis, ſeu Proviſoris Epiſcopi Legionenſis, quæ ita ſe habet -- *Attentis Bullis, & Privilegiis aſſiſtentibus Reverendiſſimo Abbati, eorumque obſervantia ab ipſo viſis, ne alius Viſitator, vel alius Miniſter Epiſcopalis ſe conferat, vel intret in Diſtrictu nulla competit iiſdem juriſdictio, nec ad ipſo poteſt illis aliqua impartiri*, quæ ſane adeo qualificatiſsima confeſsio concludit abſque dubio pertinentiam Territorii ſeparati ad Reverendiſsimum Abbatem, non ſolum quia teſtatur vidiſſe Bullas Privilegiorum prohibentes Viſitatoribus, & Miniſtris Epiſcopalibus ingreſſum in Diſtrictum Abbatiæ, ſed etiam quia vigore hujuſmodi Privilegiorum fatetur, quod in eodem Diſtrictu -- *Nulla competit iiſdem juriſdictio* -- quod importat abſolutam negativam Juriſdictionis, qua caret Epiſcopus in hujuſmodi Diſtrictu Abbatiali, & quidem *in totum*, juxta importantiam ejus dictionis -- *Nulla* -- quæ univerſaliter excludit, & nihil excipit, non aliter verificabilis, niſi in Territorio ſeparato, a quo dicitur Epiſcopus in totum excluſus, & omni juriſdictione deſtitutus, ſeu quod idem

eſt,

Google

eſt, nullam ibi juriſdictionem habens, juxta ea, quæ notavit Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 114. *& ſeqq.* Pignatell. *conſult.* 85. *n.* 8. *tom.* 9. cum aliis *in dicta Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis*, coram Muto impreſſa apud D. Jacobum de Comit. *deciſ. Florent.* 33. §. 3. *n.* 5. *& in Burgen. Juriſdictionis S. Joannis ſuper Territorio ſeparato* 2. *Decembris* 1722. §. *Verum*, cor. R. P. D. Gamaches, *& ſuper Commiſſione Cura eodem die, & anno* §. *finali cor. eodem.*

Sexto alia concurrit Epiſcopalis recognitio hujus Territorii vere ſeparati ex authentico documento, quod mihi ſupponitur exiſtere in Archivio Abbatiali, quia nempe Joannes de Llanos Valdes olim Epiſcopus Legionen. ſe contulit ad exercendum Sacramentum Confirmationis in Abbatia, cum expreſſione, & aſſertione, quod illud non explevit, nec expleret vigore Juriſdictionis, quæ deſuper ſibi competeret, ſed quod fuit invitatus a Reverendiſſimo Abbate, & quod exinde non intendit acquirere JURISDICTIONEM ALIQUAM, NEC IN ALIQUO PRÆJUDICARE JURISDICTIONI COMPETENTI REVERENDISSIMO ABBATI, ET MONASTERIO – quæ ſane ſpecialis Epiſcopi confeſſio ema-
18 nata in actu proportionato probat non ſolum in præjudicium Confitentis, ſed omnium quoque ejus Succeſſorum, ut præciſe reſpondit Rot. *deciſ.* 274. *num.* 4. *part.* 17. *rec. & Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper bono jure* 7. *Junii* 1700. §. *Hæcque omnia verſic. de Confeſſionibus*, cor. bon. mem. Muto, *& in Nullius ſeu Caputaquen. Juriſdictionis* 21. *Februarii* 1719. §. *Verum enim vero*. *& in Caven. Juriſdictionis ſuper Territorio ſeparato* 13. *Junii* 1710. §. *Et omiſſis in fine*, coram Eminentiſſimo Falconerio.

Septimo conſiderabilis ad hunc effectum mihi videtur etiam res judicata contra Epiſcopum Oveten. Cum enim iſte, intra cujus Diœceſis limites
19 materiales continetur una ex ſeptem Villis Abbatialibus nuncupata *Algadefe* turbare tentaſſet Juriſdictionem Ordinariam, & privativam Reverendiſſimi Abbatis, & Monaſterii, prætendendo in hujuſmodi Villa exercere actus Juriſdictionis Epiſcopalis, introducta deſuper lite, plures emanarunt ſententiæ in favorem Abbatis, & Monaſterii, quarum ultima fuit Delegati Apoſtolici, in qua declaratum extitit Reverendiſſimo Abbati *in prædicta Villa pertinere omnimodam Juriſdictionem, excluſo Epiſcopo* – facta condemnatione Epiſcopi pro expenſis litis, & damnis Monaſterio cauſatis uſque ad ſummam ducatorum auri biſcentum, & recurrente Epiſcopo ad Regium Conſilium ſuper vi contra hujuſmodi rem judicatam, etiam in hoc Tribunali laico ſuccubuit, mediante Reſponſione, *Delegatum Apoſtolicum vim non feciſſe, neque facere.*

Quæ ſane res judicata quemadmodum probat Juriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio penes Abbatem contra Epiſcopatum Oveten. intra cujus Diœceſis fines una ex Villis Abbatialibus contine-
20 tur, juxta Text. *in cap. cum inter de ſentent. & de judicat.* Dunozett. Jun. *deciſ.* 288. *numer.* 4. *& deciſ.* 1001. *num.* 7 *& in recent. deciſ.* 274. *num.* 2. *part.* 17. *& in Brictinorien. ſeu Nullius Foropompilien. Juriſdictionis* 28. *Aprilis* 1725. §. *Sed ſi quid*, coram bon. mem. Cerio, Rot. *in dicta Burgen. Juriſdictionis Sancti Joannis ſuper Territorio ſeparato* 2. *Decembris* 1722. §. *Tertium præſidium*, coram R. P. D. Gamaches, & Ego firmavi *de contrav. Patron. in ſupplement. ad alleg.* 100. *n.* 1. *& ſeqq.*

Ita eandem probationem conſtituit adverſus alium Reverendiſſimum Epiſcopum Legionen. ſimiliter exiſtentem in pari cauſa cum altero Epiſcopo Oveten. quoad Reverendiſſimum Abbatem, habendo intra ſuæ Diœceſis limites alias quinque
21 Villas Abbatiales, cum unum, idemque Territorium, & Diſtrictus Abbatialis non poſſit diverſo jure cenſeri, quoad Villas ſub ejus continentia exiſtentes, Rot. *deciſ.* 274. *numer.* 3. *part.* 17. *recent. & in d. Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis* 7. *Junii* 1700. §. *Forſitaſque*, coram Muto impreſſa apud Jacob. de Comitib. *deciſ. Florent.* 33. §. 3. *n.* 63.

Octavo in comprobationem plurimum faciunt denominationes factæ per Abbates pro tempore, qui ſe intitularunt – *Abbas Nullius, & immediate ſubjectus Sedi Apoſtolicæ* – Licet enim hujuſmodi denominationes nihil faciant, ubi deficit ſubſtantia actuum juriſdictionalium, qui concludant Territorium ſeparatum, ſemper tamen multum operantur, quando una cum actibus ſubſtantialibus Territorii, etiam ſuperaccedit ipſa deno- 22
minatio, veluti demonſtrativa illius ſtatus, in quo Abbas reperitur, ut in ſpecie obſervant Spad. *conſil.* 129. *num.* 8. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 197. *num.* 19. *p.* 8. *& deciſ.* 69. *n.* 16. *p.* 19. *& in dicta Caputaquen. ſeu Montis Caſſinen. Parochialium* 10. *Martii* 1579. §. *Innocentius*, cor. Bourlemont, *& in dicta Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis* apud D. Jacob. de Comitib. *deciſ. Florentin.* 33. §. 3. *numer.* 55.

Hujuſmodi octo Circumſtantiæ, junctis Teſtibus ut ſupra adducendis, qui probant Immemorabilem, & Centenariam favore Reverendiſſimi Abbatis pro declaranda competentia Territorii ſeparati, meo judicio concludentiores probationum vires aſſumunt ab obſervantia negativa reſpectu Reverendiſſimi Epiſcopi Legionen. qui intra ſpatium Centenariæ, & ſignanter poſt Concilium Tridentinum, quod reintegravit Epiſcopos ad ſuam nativam Juriſdictionem jure delegato contra Exemptos, nihil Juriſdictionis auferendo Prælatis habentibus proprium Territorium, nullo modo oſtendit unum actum miſerabilem fuiſſe pro tempore exercitum in Villis Territorii Abbatialis, ex quo probare poſſit inſubſiſtentiam Terri- 23
torii per exercitium actuum Epiſcopalium ibi aliquando expletum; Unde hæc obſervantia negativa, & centenaria ex parte Epiſcopi, maximi roboris eſt, & urgentiſſimi momenti ad magis concludendum Territorium Prælati inferioris, cum nemo ſuadere ſibi poſſit oſcitantiam centenariam omnium pro tempore Epiſcoporum in omittendo, & negligendo jus ſuum, ſeu propriam Juriſdictionem, ſi hæc vere eis competere potuiſſet in Diſtrictu Abbatiali ex defectu pertinentiæ ad Reverendiſſimum Abbatem ſeparati Territorii, ut advertit Rota *deciſ.* 117. *numer.* 3. poſt Tambuin. *de jur. Abbat. & deciſ.* 82. *numer.* 13. *& ſeqq.* cor. Otthobon. *& dec.* 362. *n.* 4. cor. Emerix jun.

Ex quibus concludo juxta ea, quæ mihi præſupponuntur in Facto, ſatis conſtare de Territorio ſeparato Reverendiſſimi Abbatis in Diſtrictu ſuæ Abbatiæ, & Villis prædictis in eo comprehenſis, & illo ſubſiſtente, non poſſe Reverendiſſimum Epiſcopum celebrare, & exercere Ordinationes in Eccleſiis, & Locis hujus Territorii Abbatialis, licet habeat jus ordinandi ſubditos Abbatiæ, juxta ea, quæ ſuperius dixi.

Huic diſceptationi ſubſcripſerunt inſignes, & primarii Urbis Advocati in eundem ſenſum conſpirante, ut legere eſt in approbationibus propria eorum caractere firmatis, de quibus infra.

APPROBATIONES.

Reſponſum Juris conſultiſſimi, & celeberrimi noſtro ævo Advocati Illuſtriſſimi Domini 24
Franciſci Mariæ Pitonii, nunquam ſatis laudatæ virtutis, & doctrinæ gloria commendati, cum quo propterea, difficile ullus comparari, præferri certe nullus valet: Reſponſum, inquam, hoc, nedum approbo, ſed libenter eidem ſubſcribo, idem enim veluti a ſuo fonte profluit ex puriſſimis, & certis juris noſtri regulis,

gulis, a quibus deflectere integrum minime eſſe cenſeo.

Ferdinandus de Valentibus, Sacri Conſiſtorii, ac Fiſci, & Reverendiſſ. Cam. Apoſtolicæ Advocatus Generalis.

Licet nullum authoritatis pondus addere valeam doctiſſime in hac Scriptura comprobatis per
25 illuſtriſſimum Dominum meum Advocatum Pitonium noſtri Sæculi facultatis legalis decus, & ornamentum, in obſequium nihilominus veritatis, ab eodem ſolidiſſimis fundamentis comprobatæ, eidem libentiſſime ſubſcribo.

Dominicus Urſaja in Romanæ Sapientiæ Archigymnaſio Sacrorum Canonum primarius Profeſſor, & in Romana Curia Advocatus.

Reſponſum laudatiſſimi Domini Advocati Franciſci Mariæ Pitonii, veri Juris fundamentis innixum, & omni laude dignum, & commendabile,
26 libenter approbo, atque confirmo, itaut applicari valeat ſingulare dictum Spadæ conſ. 155. n. 38. & 39. lib. 5. laudantis Alexandrum in quodam ſuo Reſponſo: *Sufficit reſpondere Pitagoricum illud, D. Pitonius Ipſe dixit, tantam enim eſt Auctoritas Pitonii, ut per ſe ſola ſufficiat.*

Ego Julius Ceſar Bedus Romani Capitolii Secundus Collateralis, & in Romana Sapientia Univerſitate Juris Utriuſque Profeſſor publicus Jubilatus, & in Romana Curia Advocatus.

Egregium Reſponſum Domini Advocati Franciſci Mariæ Pitonii, cujus nomen Urbis, & Or-
27 bis menſuram implet, prout omnium obſequia, ita & meam ultroneam approbationem promeretur, eique libentiſſimo animo me ſubſcribo.

Franciſcus Maria de Spannocchiis in Romana Curia Advoc.

Fama, & Nomen Auctoris hujus celeberrimæ Conſultationis, cum eo pervenit in Urbe Canonico, ut admirationi potius, quam approbationi
28 cujuſpiam ſubjecta ſint: Inane credimus noſtris laudibus velle pondus addicere iis, quæ in hoc Juris reſponſo magiſtro Calamo confirmata fuerunt ab Illuſtriſſimo Domino Advocato Pitonio; Ideo hæc aperta non ſolum approbamus, & in Iure noſtro indubitata credimus, ſed merita etiam, & a nobis debita veneratione commendamus, & ſequimur.

Antonius Colloretus in Romana Curia Advocatus.

Ea, quæ ſunt ordinis quatenus exercentur, non poſſunt exerceri in Territorio Abbatis ha-
29 bentis Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem ab Epiſcopo, quia pertinent quoad exercitium ad legem Iuriſdictionis, neque habet Epiſcopus ſibi ſubjectum lege Juriſdictionis Territorium ſeparatum Abbatis, ſicuti de facto Abbas Monaſterii Sancti Petri de Ealonza habet Territorium ſeparatum cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali, prout hujus aſſumpti utranque partem probat Illuſtriſſimus D. Advocatus Pitonius egregie, & luculenter in hoc Reſponſo, quod approbandum, atque laudandum cenſeo tanquam opus egregium, & conſentaneum Legibus, & Sacris Canonibus, & amplius tanquam profectum a Viro prudentiſſimo, & acutiſſimi ingenii, qui in utroque Jure eſt Conſultiſſimus, & vere Doctor, atque Magiſter.

Jacobus Lamius in Romana Curia Advocatus.

Doctiſſimum Reſponſum Domini mei Advocati
Pitonii Juris Conſulti præſtantiſſimi ſolidiſſimis fun- 30
damentis innixum, non tam approbandum, quam jure, meritoque venerandum cenſeo.

Philippus de Sebaſtianis in Romana Curia Advocatus.

Tutiſſima fundamenta, quibus nititur celebratiſſimum Reſponſum Domini mei Advocati Pitonii
illi aſtruunt ſupremam auctoritatem, & ſtatuunt ſa- 31
niorem ſententiam amplectendam in Judiciis; unde nonniſi proſpere mihi cedere poteſt, quod ejus ſenſui libentiſſime me ſubſcribam.

Pompejus de Scoſſis in Romana Curia Advocatus.

Supraſcriptum egregium Reſponſum Juris ſum-
ma diligentia, pari doctrina, ac diſtinguendi feli- 32
licitate elaratum ab Illuſtriſſimo Domino meo Advocato Pitonio, prorſus reſpondet univerſali Famæ, qua merito ſupra omnes Juris Canonici, & Eccleſiaſticæ eruditionis Periti ſſimus celebratur. Cum itaque illud probatiſſimis, ac veriſſimis innixum cenſeam fundamentis, obſequenti animo approbo, eique me debita ergo Magiſtrum veneratione ſubſcribo.

Joſeph Andreas Scaramutius in Romana Curia Advocatus.

Reſponſa Illuſtriſſimi Domini mei Franciſci Mariæ Pitonii doctiſſimi, & celeberrimi Canoniſtæ, atque in Romana Curia eximii Advocati ſolidis,
quibus innituntur Juris principiis, & validis pro- 33
bati Auctoris deductis rationibus, ita firmiter per ſe conſiſtunt, ut ulteriori extrinſeca Iuris Conſultorum non indigeant comprobatione; nihilominus requiſitus pro veritate, minimus inter omnes, meum quantumvis debile ſuperaddo Teſtimonium de ſubſiſtentia eorum, quæ enucleantur in præinſerto Reſponſo, eique obſequenter ſubſcribo.

Joſeph de Cappuccinis J. U. D. Collegii Patronorum Cauſarum S. Palatii Apoſtolici Decanus.

COLONIEN. CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Indultum juris nominandi ad Canonicatus conceſſum Univerſitati Studiorum favore ejus Lectorum derogando Expectativis, an deroget etiam Coadjutoriis, & prohibendo Reſignationes, comprehendat etiam Coadjutorias.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Gratia Coadjutoriæ quando concedatur.*
3 *Diſpoſitio loquens de beneficio vacante non comprehendit illud plenum.*
4 *In Coadjutoriis an detur vacatio.*
5 *Papa in Coadjutoriis impedit ne oriatur vacatio, & nemini præjudicat, ſic etiam in diſpenſatione ſuper incompatibili.*
6 *Indultum loquens de reſignatione non extenditur ad Coadjutoriam, idem n. 7.*
8 *Coadjutoria non venit appellatione Reſignationis.*
9 *Ceſſante fine legis ceſſat ejus rigor.*
10 *Eius forma adimpleri poteſt per æquipollens.*
11 *Iudex ſupplet ex officio conſenſum irrationabiliter denegatum.*
12 *Concordata Germaniæ ſub expectativis compre-* henduntur

bendunt Coadjutorias, & de ratione ibi numer. 13.

14 *Secus indulta conceſſa Collegiis, & Univerſitatibus Studiorum.*

15 *Ratio quare ſub expectativis non comprehendantur Coadjutoria in his Indultis, ad differentiam aliorum, &* n. 16. & 17.

18 *Patronus qui habet juſpatronatus activum, non poteſt contradicere paſſive vocato.*

19 *Indultum prohibitivum reſignandi beneficia emanatum favore certarum perſonarum contra eas non retorquetur.*

20 *Refertur judicatum Dataria in hac Cauſa.*

DISCEPTATIO CXXIX.

Rector, & Proviſores Univerſitatis Studiorum Coloniæ, ex Indultis Apoſtolicis Bonifacii IX. & Alexandri VI. habent jus nominandi ad unum Canonicatum in ſingulis Eccleſiis Civitatis
1 Colonien. Perſonas idoneas, quæ in una ex facultatibus ejuſdem Univerſitatis Magiſtri, vel Doctores exiſtant, quæ Indulta Apoſtolica noviſſime confirmavit ſan. memor. Innocentius XII. ſub certis conditionibus, & ſignanter, quod Proviſi ad nominationem Rectoris, & Proviſorum Univerſitatis non poſſent reſignare, niſi in manibus Papæ, & niſi in favorem Perſonæ juxta Statuta, & Indulta Univerſitatis qualificatæ, & habentis bonum teſtimonium Rectoris, & Proviſorum ipſius Univerſitatis.

Joannes Henricus Moers cum eſſet Lector Univerſitatis, obtinuit ab uno ex Magiſtris Poſſeſſore Canonicatus Cathedralis conſenſum pro Coadjutoria in ſui favorem, ſed poſtquam obtinuit in Dataria ſignari, & datari Supplicationem, ad impediendam gratiam Coadjutoriæ ſe ſe oppoſuerunt Rector, & Proviſores, Univerſitatis allegando duplex objectum, alterum nempe, quod licet Moers eſſet qualificatus tanquam Lector, non tamen haberet bonum Teſtimonium Rectoris, & Proviſorum, juxta formam noviſſimi Indulti Innocentii XII. Et alterum, quod obſtaret Indultum Alexandri VI. ubi diſponitur, Canonicatus conferri debere Lectoribus ad præſentationem memorati Rectoris, & Proviſorum, *non obſtantibus quibuſvis proviſionibus Apoſtolicis, gratiis, expectativis ſpecialibus, vel generalibus per S. Sedem conceſſis, aut concedendis*, quaſi quod Indultum prohibendo expectativas, prohiberet etiam Coadjutorias.

Ego ſcribens in Dataria ad effectum obtinendi expeditionem gratiæ, dicebam concurrere ad hunc effectum omnia neceſſaria, ſcilicet infirmitatem Coadjuti, & ſic neceſſitatem Eccleſiæ, necnon idoneitatem Coadjutoris, quibus ſtantibus, Coadjutoriæ concedi ſolent per Sedem Apoſtolicam, Remocamp.
2 *de coadjut. cap.* 7. *numer.* 5. Rot. *poſt ipſum deciſion.* 22. *numer.* 4. *in fin.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſtion.* 35. *numer.* 6. & *ſeqq.* Rota coram Anſald. *deciſion.* 30. *numer.* 9. & *in recentiorum deciſion.* 112. *numer.* 25. *part.* 16.

Quo vero ad primum objectum dicebam, illud procedere in caſu, quo ageretur de reſignatione in favorem, in quibus terminis loquitur Indultum Innocentii XII. ſecus vero, ubi agitur de Coadjutoria, in cujus terminis Indultum non applicatur ex pluribus fundamentis, quia nempe caſus Coadjutoriæ non eſt caſus vacationis, dum per Coadjutoriam Beneficium non vacat, ſicut vacat per reſignationem; ideoque cum Indultum ſolum loquatur in caſu vacationum per ceſſum, ſeu deceſſum, per conſequens applicari non valet ad Coadjutoriam, per quam nulla inducitur vacatio, ſed adhuc beneficium remanet plenum; nam diſpoſitio reſtricta
3 ad beneficium vacans non intelligitur, ut procedat etiam in beneficio pleno, ut in puncto Matta *de cauſis conſiſtorial. ſect. vigeſima ſecunda, num.* 99. Rota *deciſion.* 1. *numer.* 13. poſt Remocamp. *de Coadjutor.*

Et licet vacatio ſuccedat poſt obitum Coadjuti itaut Coadjutor aſſequatur Canonicatum faltem poſtea vacantem, ex hoc tamen non dicitur dari 4
vacatio ad effectum, ut intret Indultum, ſed propter clauſulam illam *ex nunc prout ex tunc*, Papa tempus futurum ita retrahit ad præteritum, ut in inſtanti, quo vacat Canonicatus per obitum Coadjuti, illa vacatio dicatur conſumpta eodem momento ex præventione ipſius Papæ, itaut nulla detur vacatio, ut bene proſequitur Rota *deciſ.* 1. *n.* 11. & 12. poſt Remocamp. *ubi ſupra* Seraphin. *dec.* 1148. *nu.* 2. Duran. *dec.* 13. *n.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 9. *n.* 58.

Nec ex tali præventione Papa dicitur tollere Rectori, & Proviſoribus aliquod jus quæſitum, ſed potius impedire, ne jus eorum oriatur adveniente vacatione per obitum Coadjuti, & nemini facit injuriam, quia jure ſuo utitur, ut optime Matta *de cauſ. Conſiſtor. ſect.* 22. *numer.* 100. & *in Concordat. German. numer.* 181. *cum ſequentibus*, ob quam rationem habemus, quod Papa diſpenſat per retentione incompatibilis, abſque eo quod dicatur præjudicium inferre Collatori, dum ſolum præoccupat futuram vacationem impediendo ne illa oriatur, & hoc ipſum procedit, ſi incompatibile, cujus datur retentio, ſit de Jurepatronatus, quia Patroni non habent præjudicium in jura ſibi quæſito, dum Papa impedit, ne oriatur vacatio, qua tantum ſecuta jus acquiritur tam Collatori, quam Patrono, 5
Matt. *de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 22. *numer.* 100. Cardin. de Luca *de benefic. diſcurſ.* 64. *numer.* 10. cum aliis apud Rot. Me ſcribente *in Melevitana Nullitatis Brevis* 1. *Julii* 1726. §. *Nam quicquid* coram bon. mem. Certo.

Ulterius non applicatur Indultum loquens de Reſignatione, quia Reſignatio datur intuitu particularis Perſonæ, Coadjutoria autem datur ratione publici boni, ſeu in favorem Eccleſiæ, cujus ſervitium deficiens ob impedimentum Coadjuti reparatur, mediante perſona Coadjutoris, & futura ejus ſucceſſio, licet tendat in ipſius favorem, iſta tamen dicitur remuneratio anteacti ſervitii, & præmium laboris, qui conſideratur, & involvitur ſub utilitate Eccleſiæ, & ſic Indultum loquens de Reſignatione non poteſt extendi ad Coadjutoriam, Rota
dicta deciſion. 1. *ſub numer.* 13. *verſic. præterea*, & *numer.* 14. *cum ſeqq.* poſt Remocamp. *ubi ſupra*. Ultra 6
quod Reſignatio pendet ex voluntate Reſignationis, ſine cujus conſenſu dari non poteſt, Coadjutoria autem, ſeu futura ſucceſſio pendet ex voluntate Papæ, ut inquit Rota *deciſion.* 340. *numer.* 11. coram Emerix Jun. Card. de Luca *de regular. diſc.* 53. *n.* 16. *verſ.* & *tamen*.

Præterea Indultum Innocentianum non videtur includere Coadjutoriam ratione abſurdi; ſi enim neceſſarium foret, quod Coadjutor obtinere deberet teſtimonium Rectoris, & Proviſorum, iſti ſemper illud denegarent, ne facerent ſibi præjudicium in futura vacatione, ſive ut ſibi acquirerent jus nominandi in vacatione per obitum, Remocamp. *de coad. jur. capit.* 5. *numer.* 18. *verſic. ultra quod* Nicolaus *ad concordat. titul. prima, de reſervat. dub. octavo, numer.* 10. & conſequenter læſum remaneret ſervitium Eccleſiæ, & deſertus, ſeu impeditus remaneret Cultus divinus; & Bonum publicum ob diſſenſum, & privatum intereſſe Rectoris, & Proviſorum, in quibus terminis dicendum eſt quod Indultum loquens de Reſignatione, ubi ceſſat iſtud inconveniens, nequaquam porrigatur ad Coadjutoriam, ubi ſubeſſet læſio Eccleſiæ, & abſurdum, quod Papa mediante hoc requiſito boni teſtimonii
Rectoris, & Proviſorum ligaſſet ſibi manus, totaliter dependendo ab arbitrio Particularium, ut 7
conſiderat Rota *deciſion.* 22. *numer.* 10. & 11. & *dicta deciſion.* 1. *numer.* 16. poſt Remocamp. *de Coadjutor.*

Et demum advertebam juxta regulas legales receptum eſſe, quod nunquam Coadjutoria venit ap- 8
pellatione Reſignationis, nec habet vim Reſignationis, ut docte oſtendit Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſtion.* 35. *num.* 24. Remocamp. *de Coadjutor. capit.* 5. n. 32.

numer. 32. Rota coram Mohedano deciſ. 10. num. 6.
de privileg. & dec. 10. n. 3. p. 3. lib. 3. diverſ. & coram
Puteo deciſ. 108. n. 2. & 3. lib. 2. Gonzal. ad regul. 8.
gloſſ. 5. §. 9. n. 53.

Sed ulterius procedendo dicebam, quod ubi etiam
intraret Indultum Innocentianum, adhuc non
relevaret; quia forma ibi data de habendo Teſti-
monium Rectoris, & Proviſorum tanquam ema-
nata ad evitandum fraudes, ſeu ut Eccleſia provi-
deatur de Perſonis meritiſſimis, quæ præmium re-
cipere debeant, eo ipſo quod Moers docet ſe qua-
9 lificatum teſtimonio Illuſtriſſimi Nuncii, & aliunde
de ſe probat digniſſimum, & meritiſſimum, intrat
regula, quod ceſſante fine legis, ceſſare debet ejus
rigor, & ſufficit quod forma oſtendatur adimpleta
per æquipollens, Corrad. in prax. benefic. lib. 3. capit.
6. numer. 19. Rota coram Cuccin. deciſion. 2121. numer.
11. & in recentior. deciſion. 359. num. 12. & ſeqq.
part. 11. & punctualiter in deciſion. 126. numer. 39.
part. 14. & coram Emerix Junior. deciſ. 1341. n. 12.
& coram Bichio dec. 458. n. 22. & ſeqq. & in recent.
deciſ. 254. num. 7. & dec. 416. numer. 16. & 17. p. 18.
tom. 2.

Ea ratione, quod leges, & diſpoſitiones nunquam
accipiuntur Judaice, ſed ſpectandus eſt finis,
& ratio, ob quam proceſſerunt; Cum ergo Indul-
tum Innocentianum dederit formam circa Teſtimo-
nium Rectoris, & Proviſorum ad effectum obvian-
10 di fraudibus, & ut appareat de habilitate Perſonæ
providendæ; quoties probatio aliunde facta ſatisfa-
cit huic fini, ſemper forma bene adimpletur per æ-
quipollens, ut adductis pluribus concordantibus,
egregie inquit Rota deciſion. 465. numer. 1. part. 9.
tom. 2. recentior. & d. deciſion. 126. numer 39. par. 14.
& dec. 254. n. 7. p. 18.

Fortius autem quando propter requiſita, quæ
concurrunt in Domino Moers, Rector, & Pro-
viſores non poſſent ei denegare bonum Teſtimo-
nium, ideoque cum illud fuerit petitum a Recto-
re, & denegatum, ſuperfluum fuit requirere Pro-
viſores, & ſubintrat certa Concluſio, quod ſtan-
te irrationabilitate diſſenſus Judex ſupplet ex offi-
11 cio quicquid inferior denegavit, quando agitur de
cauſa utilitatis, ſeu neceſſitatis Eccleſiæ, prout eſt
Coadjutoria, Rebuff. in prax. benefic. tit. de permut.
numer. 28. Cocchier. de permutat. part. 1. cap. 19. num.
10. Garz. de benefic. part. 11. cap. 3. numer. 28. Immo
etiamſi petitum non fuiſſet hujuſmodi Teſtimonium,
adhuc, dum hodie Rector, & Proviſores contradi-
cunt, & ſunt Contradictores, ſuperflua eſt petitio,
& habentur pro denegantibus, & intrat officio Ju-
dicis ad ſupplendum, quod irrationabiliter denega-
tur.

Deſcendendo ad alterum objectum, quod Indul-
tum Alexandri VI. ſub Expectativis prohiberet etiam
Coadjutorias, exemplo Concordatorum Germaniæ,
12 quæ faciendo mentionem de Expectativis dicuntur
comprehendere etiam Coadjutorias juxta opinionem
firmatam originaliter apud Caſſador. deciſion. 1. de
pactis & reaſſumptam apud Puteum deciſion. 108.
lib. 2. & deciſion. 225. lib. 3. cum aliis relatis in dec.
16. numer. 11. & dec. 17. numer. 12. poſt Romocamp.
de Coadjutor.

Reſpondebam, quod longa eſſet differentia inter
Concordata Germaniæ, ac alia Indulta particularia
extraordinarie conceſſa Collegiis, & Univerſitati-
bus. Etenim Concordata emanarunt per viam con-
tractus cum Sede Apoſtolica, & ad publicam utili-
tatem, & favore Ordinariorum, qui habebant aſſi-
13 ſtentiam Juris communis ſuper Collatione, & pro-
viſione Beneficiorum; Unde ex his reſpectibus fuit
interpretatum, quod Concordata tollerent etiam
Coadjutorias appellatione expectativarum juxta lar-
gam interpretationem, quæ fieri ſolet in gratiis ti-
tulo oneroſo conceſſis, & reſpicientibus favorem
publicum, ut in puncto explicando hanc opinionem
tenuit Rota coram eodem Puteo deciſion. 478. nu-
mer. 7. lib. 2. ibi = Loquitur in Concordatis ad fa-
vorem Nationis ad publicam utilitatem, & ut ſcan-
dala evitarentur fuit interpretatum, ut dicta Coad-
jutoria comprehenderetur = Borell. in ſumma deci-
ſion. tom. 1. titul. 9. numer. 18. ibi = Ideo Indultum
comprehendit Coadjutorias, quia tractabatur de Con-
cordatis cum Prælatis Germaniæ ob publicam utili-
tatem ad evitanda ſcandala ad favorem illius Na-
tionis, Caſſador. deciſ. 1. n. 2. de pactis ibi = Quia
Concordata quæ reducunt ad jus commune, ſunt fa-
vorabilia, ac pleniſſime in Ordinariorum favorem,
& contra concedentem interpretanda.

Secus vero eſt in terminis aliorum Indultorum
quæ conceduntur Collegiis, & Univerſitatibus Stu-
diorum, ut eſt caſus præſens; Hoc enim caſu cum 14
Indultarii non habeant aſſiſtentiam Juris Commu-
nis, & Indultum ſit exorbitans a jure, idcirco ſtri-
cta ſit interpretatio, juxta quam appellatione expe-
ctativarum, quæ ſunt odioſæ, nunquam compre-
henditur caſus Coadjutoriæ, qui odioſam materiam
non continet, ſed habet fomentum juris, ut in ter-
minis terminantibus reſolvit Rota coram Puteo d.
deciſion. 478. lib. 2. per totam ſignanter numer. 4. &
ſequentibus ibi = Ex ſeptem Votantibus tres tenue-
runt, quod ſic per deciſionem Caſſadori primam de
pactis, dum vult, quod Concordata comprehendant
Coadjutorias &c. quatuor tenuerunt contrarium, quod
Indultum non comprehenderet Coadjutoriam, & ideo
non eſſet neceſſaria derogatio Indulti; quia licet In-
dultum tollat omnes gratias præventivas, tollit tan-
tum omnes, quæ ſunt mere præventivæ, non tamen
eas, quæ habeat fomentum juris, prout eſt Coadju-
toria cum futura ſucceſſione de conſenſu Coadjuti
conſentientis dictæ futuræ ſucceſſioni ſecundum textum
in leg. finali Codic. de pactis; Nam licet illa gratia
ſit præventiva, tamen quia habet conſenſum Coad-
juti non eſt ita odioſa, prout gratia præventiva ſine
conſenſu.

Hanc deciſionem refert, & ſequitur Borell. in
ſum. deciſion. tom. 1. tit. 9. n. 17. ibi = Tollunt omnes
gratias præventivas, ſed intelliguntur de aliis gra-
tiis, quæ ſunt mere præventivæ, non tamen gratias,
quæ fomentum habent juris, ut eſt Coadjutoria cum
futura ſucceſſione, in qua interveniat conſenſus Præ-
lati, Coadjuti conſentientis futuræ ſucceſſioni poſt ejus
mortem = eandemque deciſionem approbat Lotter.
de re benef. lib. 2. q. 25. n. 22. & noviſſime articulo
plene examinato firmavit Rota in Caſu rurmundenſi
Canonicatus impreſſ. apud Remocamp. de Coadjut. deciſ.
1. n. 18. cum tribus ſeqq. ubi tractando de Indulto
conceſſo Regi Hiſpaniarum firmat illud non tollere
Coadjutorias, nec obſtare exemplum Concordato-
rum tanquam habentium diverſam rationem, & reſ-
pectum, dicendo poſtea = Hæc autem ratio non mi-
litat in Indulto particulari, de quo eſt quæſtio, ut fuit
ponderatum apud Puteum dec. 478 poſt medium l. 2.

Et in his punctualiſſimis terminis Indulti conceſſi
Univerſitatibus Studiorum generalium tradit Nico-
laus ad Concordata Germaniæ tit. 1. de reſerv. dub.
8. ubi poſtquam §. 1. cum ſeqq. probavit Concordata
Germaniæ tollendo expectativas, tollere etiam Co-
adjutorias, ſucceſſive §. 10. & 11. limitat hanc opi-
nionem in quantum ad caſum iſtum, ſubjungendo
ibi = Secus autem eſt in Indultis Collegiorum, Uni-
verſitatum, Studiorum generalium, & Prælatorum,
quibus citra aſſiſtentiam Juris Communis extraordi-
narie, & ex mera Sedis Apoſtolicæ benignitate com-
petit facultas nominandi, ſeu providendi; Nam ejuſ-
modi Indulta non comprehendunt Coadjutorias, nec
circa illarum conceſſionem requiritur prædictorum In-
dultorum conſenſus, oportet quod dicta Indulta ex caſu
aticantur favore, & privilegio ſpeciali &c. & totidem
verbis ſequitur Remocamp. de Coadjut. cap. 5. n. 18.

Clarius autem hoc eſſe dicebam, ſi reflecteretur
ad plures rationes differentiæ, quæ per ſupradictos
Doctores allegantur inter Concordata, & alia In-
dulta particularia.

Primo eſt, quod in Concordatis Papa reſti-
tuit Ordinariis, quicquid ipſis abſtulit per regu-
lam octo menſium, ad quorum proinde favorem
tanquam habentium juris aſſiſtentiam fieri debeat 15
pleniſſima interpretatio, ut ſub Expectativis
comprehenſæ intelligantur etiam Coadjutoriæ,

licet

licet iſtæ ſint caſus mixtus; Secus in Indultis, quæ conceduntur favore illorum, qui non habent juris aſſiſtentiam, ſed totum recipiunt ex mera benignitate Papæ; In his enim ſtricta fit interpretatio, nec comprehenditur Coadjutoria tanquam caſus mixtus, ut ponderat Rot. coram Puteo *d. dec.* 478. *n.* 6. *lib.* 2. *& dec.* 225. *num.* 9. *lib.* 3. *& dec.* 1. *n.* 22. *&* 23. poſt Remocamp.

Secunda ratio eſt, quod Concordata emanarunt per viam contractus, & pro bono publico ad ſedandas diſcordias inter Eccleſiam Romanam, & Principes, tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares illius
16 Nationis, Rot. *dict. deciſion.* 1. *numer.* 19. *&* 20. poſt Remocamp. quæ circumſtantia omnino deficit in Indulto conceſſo Univerſitati Studiorum, quæ nihil dedit Eccleſiæ Romanæ, nec cum ea contraxit, nec habet favorem publicum, quod habent Concordata, ut probant *auctoritates de quibus infra*.

Tertia eſt, quod Coadjutoria habet naturam remunerationis, & contractus, dum Coadjutor præſtat ſervitium Eccleſiæ, ut obtineat recompenſam in futura ſucceſſione; Unde poteſt quidem dici ſubla-
17 ta per Concordata, quæ habent parem cauſam, uti emanata per viam Contractus, ut inquit Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 4. *verſ. poteſt dici de pactis*; nullatenus autem per Indulta particularia, quæ non habent naturam contractus, nec favorem, qui favori Eccleſiæ præferendus ſit Puteus *dict. deciſ.* 478. *num.* 6. *lib.* 2. Rot. *dict. deciſ.* 1. *num.* 14. *& ſeqq.* poſt Remocamp. *de Coadjutor.* prout non habere favorem publicum Concordatorum hæc Indulta conceſſa Univerſitatibus Studiorum generalium tradit punctualis auctoritas Nicolaus *ad Concordata Germaniæ tit.* 1. *de reſervat. dub.* 8. §. 10. *&* 11. Remocamp. *de Coadjut. cap.* 5. *num.* 18.

Ex alio etiam capite non applicantur doctrinæ loquentes ſuper Concordatis Germaniæ, quia ſcilicet reſpectu illorum mediantibus Expectativis, & Coadjutoriis tolleretur Ordinariis favor ipſis conceſſus; In caſu autem Indulti conceſſi Univerſitati Studiorum Papa noluit providere, ſeu favere Rectori, & Proviſoribus, ſed ſolum Lectoribus de Univerſitate, volendo quod ad præſentationem ſupradicti Rectoris, & Proviſorum providerentur Lectores. Unde ſi in caſu iſto Coadjutoria petitur favore unius ex Lectoribus ejuſdem Univerſitatis, qualis eſt Moers, per conſequens nullum adeſt obſtaculum Indulti Alexandrini eo ipſo, quod ejus finis adimpletur, cum prohibitio Expectativarum intelligatur reſpectu Extraneorum, non autem Lectorum Univerſitatis, cujus proinde Rector, & Proviſores contradicere non valent, exemplo juriſpatronatus activi, & paſſivi, ubi ſi compareat, & ſe opponat aliquis de genere paſſive vocato, non poteſt contradicere habens juſpatronatus activum, quia tenetur illum
18 præſentare, qui eſt de genere vocato, juxta notam concluſionem, de qua Rota *in Alexandrina Jurispatronatus* 4. *Decembris* 1699. §. *Primo* coram clar. memor. Cardin. Tremoille, *& in Clement. Decanatus Zamoſcen.* 26. *Junii* 1702. §. *Juſtificatio in fine*, coram bon. memor. Muto, *& in Faventina Beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Cum enim*, coram eodem.

Exemplo etiam Indulti ſan. memor. Innocentii XII. quod non prohibuit in manibus Papæ Reſignationes in favorem reſpectu Lectorum, & qualificatorum, ergo multo minus Coadjutorias, quæ ſunt favorabiliores reſpectu ſervitii Eccleſiæ, cui
19 providetur, eo ſemper urgente principio, quod Expectativæ, & aliæ Papales diſpoſitiones prohibitæ, ſeu ſublatæ in Privilegio Alexandrino intelliguntur quoad Extraneos, & favore Lectorum, non autem contra iſtos *leg. quod favore ff. de legibus*.

Eminentiſſimus Prodatarius examinata Cauſa in Congregatione Datariæ in pluribus contradictoriis, cenſuit ſub Indulto Alexandri VI. appellatio-
20 ne Expectativarum non comprehendi Coadjutorias, diſtinguendo tres caſus; Primus eſt, ubi agitur de Concordatis, & tunc, quia materia eſt favorabilis ad ſtabiliendam pacem inter Sedem Apoſtolicam, & Nationem Germaniæ, fit interpretatio larga, itaut ſub Expectativis includantur Coadjutoriæ; Secundus eſt, ubi agitur de Indultis, quæ conceſſa fuerunt Ordinariis Collatoribus, & tunc licet pariter materia ſit favorabilis, dum ſit redditus ad jus commune per remotionem obſtaculi, adhuc dubium eſt, an includantur Coadjutoriæ appellatione Expectativarum, ubi cenſuit opinionem negativam eſſe in praxi receptam, & quod Papa paſſim derogat; Tertius denique eſt, ubi agitur de Indultis conceſſis jure extraordinario illis, qui Collatores ordinarii non ſunt, nempe Univerſitatibus Studiorum, Collegiis, & ſimilibus, & tunc ſub nomine Expectativarum non includuntur, nec prohibentur Coadjutoriæ; Bene verum eſt, quod conceſſit Coadjutoriam *pro qualificato* ad formam indultorum cum eorum derogatione quoad jus activum, ne in caſu futuræ vacationis poſſent Indultarii nominare, & ita poſt plura contradictoria concluſum fuit ſub *die* 6. *Decembris* 1706.

PADERBONEN. CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

An Procurator conſtitutus ab abſente ad reſignandum Beneficium in manibus Papæ valide, vel nulliter deveniat ad extenſionem conſenſus, ſi Reſignans accidentaliter de abſente fiat præſens in Urbe, nec revocaverit Procuratorem, ad materiam, & explicationem *Regulæ* 45. *Cancellariæ*.

SUMMARIUM.

1 *Quid diſponat Regula* 45. Cancellariæ.
2 *Poſt extenſum conſenſum non eſt locus pœnitentiæ Reſignantis.*
3 *Mandatum legitime factum tempore habili non irritatur ex cauſa ſuperveniente.*
4 *Conſtituens Procuratorem ad reſignandum in favorem, non poteſt eo revocato reſignare ſimpliciter in manibus Ordinarii, & Reſignatio facta per Procuratorem licet poſterior prævaleat anteriori factæ coram Ordinario.*
5 *Reſignatio dicitur facta tempore adimpleti mandati, non autem tempore, quo illud datum fuit.*
6 *Conſenſus formalis eſt acceſſorius ad conſenſum cauſalem in Reſignatione.*
7 *Revocatio mandati non fit ipſo Jure.*
8 *Qualitas perſonæ conſideratur de tempore mandati.*
9 *Actus validitas judicatur ab initio.*
10 *Sub qua die extendatur conſenſus in Reſignatione.*
11 *Procurator nulliter conſtitutus non indiget revocatione.*
12 *Caſus mixtus non comprehenditur ſub regula* 45. *Cancellariæ.*
13 *Et judicatum prout de jure.*
14 *Abſens, qui accidentaliter eſt præſens, non deſinit eſſe abſens.*
15 *Regula* 45. *emanavit ad tollendas fraudes.*
16 *Abſurdum eſt, quod Procuratores non ſint tuti de expeditionibus, & expenſis quas faciunt.*
17 *Quando agitur de conſenſu jam extenſo per Notario Cancellariæ, præſumptio eſt, quod ille fuerit legitime præſtitutus.*
18 *Derogari ſolet Regulæ* 45. *Cancellariæ.*
19 *Procurator ad reſignandum conſtitutus per Præſentem valide præſtat conſenſum tempore, quo Reſignans reperitur abſens.*
20 *Præſens in Curia Procuratorem ad reſignandum conſtituere non poteſt, declara ut ibi.*

21 *Contrariorum eadem eſt ratio, & judicium.*
22 *Actus ab initio nullus non reconvaleſcit ex cauſa ſuperveniente.*
23 *Regula de Infirmis locum habet, etiam ſi Reſignans ſit ſanus tempore mandati ad reſignandum.*
24 *Validitas actus favorabilis eſt, & nullitas odioſa.*
25 *Quando admittatur extenſio conſenſus poſt obitum Reſignantis.*
26 *In Reſignationibus, & Coadjutoriis ultra Montes, quo tempore apponatur data cum antidata.*
27 *Quando reſtituatur componenda poſt extenſionem conſenſus in illis factam.*

DISCEPTATIO CXXX.

CUm Regula 45. Cancellariæ diſponat, ut ſuper
Reſignatione cujuſcunque Beneficii Eccleſiaſti-
1 ci literæ Apoſtolicæ nullatenus expediantur, niſi Re-
ſignans, ſi præſens in Romana Curia fuerit perſo-
naliter, alioquin per Procuratorem ſuum ad hoc
ab eo ſpecialiter conſtitutum expeditioni hujuſmodi
in eadem Cancellaria expreſſe conſenſerit, & jura-
verit, ut moris eſt.

Quæſtio eſt, an mandatum ad reſignandum Ca-
nonicatum, ejuſdem Reſignationi conſentiendum
juxta prædictam Regulam, ſi legitime factum fuit
ab abſente, iſto accidentaliter perveniente ad Urbem
remanſerit ipſo jure revocatum ob ejuſdem præſen-
tiam in Romana Curia, qua præſentia ſtante, Re-
gula expoſcit, ut Reſignans perſonaliter conſentiat
expeditioni literarum.

In hoc articulo videtur mandatum non reman-
ſiſſe revocatum ipſo jure, ſed ejus vigore Procu-
ratorem recte, & valide conſenſiſſe in Cancella-
ria, prout conſenſit, ideoque non potuiſſe Re-
ſignantem pœnitere poſt extenſum conſenſum for-
2 malem vigore ſupradicti mandati, ut communi-
ter aſſerunt Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.*
5. Tondut. *quæſt. benef. p.* 1. *cap.* 26. *numer.* 15. Pariſ. *de
reſignat. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 4. *&* 5. Rot. *dec.* 471. *n.* 1. *&* 11.
p. 1. *diverſor.* cum aliis, quos Ego adduxi *diſceptat.
Eccleſ.* 5. *n.* 35. *verſ. itaut tum poſſit ſemper pœnitere
fol.* 131. *tom.* 1.

Quod autem mandatum non remanſerit revo-
catum ipſo jure, ſatis probatur quia certum eſt,
quod fuit factum legitime ſecundum *Regulam* de
3 tempore abſentiæ Reſignantis a Romana Curia,
unde non potuit irritari ex caſu ſupervenientis
præſentiæ ejuſdem in Curia, qua ſtante actus
fieri, ſeu inchoari non potuiſſet juxta notum axio-
ma juris in *capit. factum legitime de regular. jur.
in* 6. ibi = *factum legitime retractari non debet,
licet caſus poſtea eveniat a quo non potuit inchoa-
ri.*

Ea ratione, quod actus factus per Procurato-
rem trahitur retro ad tempus Mandati, ita & ta-
liter, quod ubi Reſignans poſt hujuſmodi Man-
datum renunciaſſet ſimpliciter coram Ordinario,
4 & poſtea Procurator reſignaſſet, & conſenſiſſet in
Curia, iſta Reſignatio quamvis poſterior eſſet vali-
da tanquam facta per Procuratorem non revoca-
tum, dum inſpicitur tempus Mandati quoad Reſi-
gnantem, ejuſdem animum uſque tunc habendi be-
neficium pro amiſſo, ſeu derelicto juxta Barbat.
conſil. 45. *lib.* 4. Ferrett. *conſil.* 93. *numer.* 2. Pariſ. *de
reſignat. lib.* 9. *quæſtion.* 15. *numer.* 44. *& ſeqq.* ubi teſta-
tur de communi, *& quæſtion.* 29. *numer.* 5. quidquid
ſecus procedat quoad alium effectum, quod Reſi-
gnatio dicatur facta tempore ſecutæ Reſignationis,
5 ſeu extenſionis conſenſus, non autem tempore Man-
dati, ut ego ſcripſi ſupra *tom.* 1. *diſceptat* 6. *ſub nu-
mer.* 26. *& ſeqq.* ibique Rot. *in Ferrarien. Canonica-
tus n.* 35. 38. *&* 43.

Sic itaque, ſi de tempore mandati Reſignans erat
abſens a Curia, & legitime conſtituit Procurato-
rem ad reſignandum, & conſentiendum, ejus præ-
ſentia accidentalis in Curia non potuit reſolvere
mandatum, neque reddere invalidum conſenſum
præſtitum per Procuratorem non revocatum, qui
ex defectu Revocationis duravit ſemper tanquam
Procurator abſentis inſpecto tempore, quo fuit con-
ſtitutus per abſentem.

Eo magis, quia concurrit unicum mandatum,
tam ad reſignandum, quam conſentiendum expedi-
tioni literarum; Dum ergo Procurator legitime re-
ſignavit præſtando conſenſum cauſalem mediante
Supplicatione, & obtinendo ſignaturam Papæ ante-
quam Reſignans perveniſſet ad Urbem, iſtius præ-
ſentia non potuit annullare complementum manda- 6
ti quoad præſtationem conſenſus formalis expeditio-
ni literarum, cum iſte ſit actus mere acceſſorius,
& in ſequelam conſenſus cauſalis ex Supplicatione
porrecta reſultantis, ut plene dixi *diſceptat. Eccleſ.*
5. *numer.* 27. 34. *& ſeqq. part.* 1. Mareſcott. *var. reſolut.
lib.* 1. *capit.* 51. *num.* 9. *&* 27. Rota *deciſion.* 425. *num.*
4. *verſic Gratia part.* 3. *lib.* 3. *diverſor.* & confert ad
hoc auctoritas Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſtion.* 6. *nu-
mer.* 2. *cum duob ſeqq.* ubi quod antiqua regula *de In-
firmis reſignat.* non habet locum, ſi quis, dum eſt
ſanus, renunciat, licet in actu præſtandi conſenſum
infirmetur, & moriatur, ea ratione, quod præſta-
tio conſenſus retrotrahitur ad tempus admiſſæ Re-
nunciationis, & ideo potius ad executionem fuit
inventus, quam ad validitatem; nam præſtatio
conſenſus non eſt Reſignatio, ſed conſummatio,
& declaratio Reſignationis, quæ nihil novi con-
ſtituat.

Unde ſatisfactum eſt Regulæ requirenti, ut ab-
ſens conſtituat Procuratorem ſpecialem ad conſen-
tiendum; Quando enim in tali ſtatu abſentiæ fuit
conſtitutus Procurator, talis durat uſque ad exe-
cutionem mandati, niſi fuerit revocatus, quæ ſa-
ne revocatio non fit ipſo Jure, ſed per actum 7
expreſſum, juxta Text. *in Clement.* 1. *de renunciat.*
neque Regula diſponit, aut inducit ipſo jure re-
vocationem Procuratoris factam ab abſente, ſi
tempore executionis conſenſus abſens reperiatur præ-
ſens, quia donec fuerit revocatus ſemper remanſit
Procurator abſentis, ex regula in jure recepta, quod 8
qualitas Perſonæ conſideratur de tempore mandati
ad Text. *in leg. ſi filius familias* 78. *ff. de verbor. ob-
lig. & in leg tutel ff. de ſtip lat ſervor.* Mantic. *de ta-
cit. lib* 3. *titul.* 15 *n.* 35. *& lib.* 14. *tit.* 46. *n.* 4. Alciat.
conſ. 6 *n.* 14. *lib.* 3. *& conſ.* 9. *n.* 8. *& conſ.* 50. *nu.* 31.
lib. 8 Larr. *dec.* 11. *n.* 19.

Nihil enim in jure magis receptum, quam
quod ad judicandum actus validitatem ſpectandum 9
ſit initium, ut in *leg. ſi Procuratorem ff. de Procu-
rat leg. Pamponius ff de negot. geſt. leg. nam origo ff.
quod vi, aut clàm.*, Tiraquell *in leg. ſi unquam in
verb. donatione largitus numer.* 257. *Cod. de revocand.
donat.* Menoch. *conſil.* 844. *numer.* 25. Pariſ. *de reſignat.
lib.* 1. *quæſtion.* 11. *numer.* 7. *&* 8. ubi plures allegat
Textus *concordantes*, & propterea dici non poteſt,
quod ille remanſerit Procurator præſentis, & non
amplius abſentis, & ſic nulliter devenium ad exten-
ſionem conſenſus perſonaliter ab ipſo Reſignante fa-
ciendam.

Fortius, quia conſenſus nunquam extenditur ſub
die præſtationis ipſius factæ per Procuratorem, ſed
ſub die Præſentatæ a tergo Supplicationis annotari
ſolitæ ex traditis per Amydeen. *de ſtyl. Datar. libro* 10
primo capit. 15. *numer.* 28. & dixi Ego *diſceptat. Ec-
cleſ* 5 *ſub numer.* 29. *verſic. ſufficiebat fol.* 128. *part.* 1.
Unde præſtatio conſenſus debet referri ad diem
Præſentatæ, de quo tempore Reſignans erat abſens,
& conſequenter de hoc tempore durantis abſentiæ
bene fuit extenſus conſenſus juxta regulam Cancel-
lariæ Rota *deciſion.* 514. *numer.* 3. *& ſeqq part* 3. *di-
verſor.* Rot. *de executor. literar Apoſ. aut. part.* 1. *cap.*
1. *in addit. numer.* 8. Gonzal *ad regul.* 8. *Cancellar.
gloſſ.* 15 §. 2. *numer.* 77. *&* 78. Bich. *deciſion.* 360. *num.*
13 & probat doctrinam Pariſii *de reſignat.* loco ſu-
perius allegato *n.* 6.

Dum ergo quæritur, an præſentia Reſignantis
ſuperventa in Curia potuerit reſolvere Mandatum,
profecto nec de jure, nec ex Regula Cancel-

lariæ hoc cautum reperitur, ſed ad hunc effectum
neceſſaria eſt revocatio, & intimatio revocationis
ante extenſionem conſenſus facta Procnratori, vel
Notarii Cameræ, & Cancellariæ, ut in puncto vi-
detur eſſe opinio Pariſ. *de reſignat.* qui poſtquam di-
xit *in libro octavo queſtion.* 8. *num.* 23. quod præſens
in Curia non poteſt conſtituere Procuratorem ad re-
ſignandum Beneficinm vigore Regulæ Cancellariæ,
deinde in *lib.* 9. *queſtion.* 26. *numero decimo primo in
fin.* diſcurrendo de revocatione Procuratoris facienda
per Reſignantem, qui ſit abſens, & poſtea per
eum, qui ſit præſens, hæc ait = *Et ſi eſt præſens
qui conſtituit Procuratorem ad reſignandum, & ve-
lit illum Procuratorem revocare, poterit idem obſer-
vare faciendo per Curſorem intimare Procuratori re-
vocando, & Notariis Cameræ, & Cancellariæ, &
ita obſervat praxis communis Curiæ Romanæ, a qua
non erit recedendum* = quo loco non poteſt intel-
11 ligi Pariſius, niſi de Præſenti, qui tempore abſen-
tiæ conſtituerat Procuratorem ad reſignandum; dum
alſa figuraret caſum contra terminos habiles, &
contra id, quod ſupra dixit, nempe, Præſentem in
Curia non poſſe conſtituere Procuratorem, dum a-
lias ſi per præſentiam Conſtituentis ceſſaret facultas
Procuratoris, iſte non indigeret revocatione, ut ait
Pariſ. *de reſignat. libro nono, queſtion. vigeſima quinta,
numer.* 36.

Præſertim quando Procurator tempore, quo ad-
huc Reſignans erat abſens jam incœpit negotium,
porrigendo Supplicationem, & obtinendo Signatu-
ram; hoc enim caſu præſentia Reſignantis ſuper-
veniens non reſolvit, aut ceſſare facit Mandatum,
ut in terminis Mandati dati ab eo, qui erat ſanæ
mentis, ſed poſtea effectus fuit furioſus, firmavit
Pariſ. *de reſignation. libro nono queſtion.* 29. *numer.
ſeptimo & octavo* ubi contrarium tenet, ſi Procura-
tor nondum incœpiſſet negotium, quia tunc cenſe-
retur revocatus per ſupervenientiam furoris in Man-
dante.

Nec propterea ob accidentalem, & ſuperventam
præſentiam Reſignantis in Curia conſenſus fuit ma-
le præſtitus per Procuratorem ex cenſura Regulæ
requirentis, ut præſens perſonaliter conſentiat; Cum
enim Regula loquatur de præſenti in Curia, reſpe-
ctu vero abſentis diſponat conſenſum eſſe præſtan-
dum per Procuratorem, inde ſequitur, quod Pro-
curator tanquam conſtitutus ab abſente, & in ſta-
tu abſentiæ, potuerit devenire ad extenſionem con-
ſenſus, non obſtante, quod Reſignans hoc tempo-
re accidentaliter in Urbe præſens reperiretur, quia
12 ſaltem iſte dicitur caſus mixtus, qui non compre-
henditur ſub Regula tanquam derogatoria juris
Communis, juxta quod omnis actus poteſt expedi-
ri per Procuratorem ſpecialem ex doctrina Felin. *in
capit. poteſt. numero octavo & nono de reſcript.* Rota
deciſion. 366. *numer.* 4. & 6. *part. decima quinta &
deciſion.* 325. *numer.* 10. *part.* 18. *recentiorum* & in
ſpecie Caſſador. *deciſion.* 16. *numer.* 5. *de præbend.* Ro-
ta *deciſion.* 106. *numer.* 18. *part.* 18. *recentior.* ubi lo-
quitur de hac Regula.

Caſus autem mixtus debet regulari juxta diſpoſi-
tionem juris communis tanquam omiſſus, & non
13 comprehenſus in Regulis; de jure autem Reſignatio
poteſt expediri per Procuratorem, & ſola præſentia
Conſtituentis non revocat Mandatum ad reſignan-
dum, & conſentiendum, ſed requiritur ſpecialis re-
vocatio, & intimatio revocationis juxta Text. *in
Clement. unic. de renunciat.* Pariſ. *de reſignation. libro*
9. *queſtion.* 25. *numer.* 17. Tondut. *queſtion. benefic. cap.*
26. *numer.* 24. Lotter. *de re benefic. libro tertio que-
ſtion.* 16. *numer.* 39. *& ſequentibus* cum non reperiatur
in jure ſcriptum, quod præſentia Reſignantis reſol-
vat, ac revocet ipſo jure Mandatum factum in ſta-
tu abſentiæ, eoque magis, quia nec Procurator ha-
buit notitiam de præſentia Reſignantis in Urbe,
nec illa præſentia videtur conſiderata per Regulam,
dum abſens, qui præſens reperitur in Curia per ac-
14 cidens, non deſinit eſſe abſens, quia non eſt in
ſua Domo, ut inquit Rebuff. *in leg. abſentem* 199.
§. *præterea de verbor. ſignificat. fol.* 632. ibi = *præte-
rea dicitur abſens qui non eſt in ſua domo* = ne-
que enim qui diſcedit a ſuo domo per accidens,
dicitur abeſſe *leg. quæſitum* 78. § *final. digeſtis de legat.
tertia leg. heres abſens digeſtis de Judic.* Gonzal. *ad
regul.* 8. *gloſſ.* 43. *numero quarto* Ne alias Regula ſit
intelligenda judaice, ſeu materialiter, non autem
prout de jure circa hujuſmodi præſentiam Reſignan-
tis, qui comparuit in Urbe tanquam advena, ſeu
hoſpes, qui tantiſper hoſpitari dicitur ſtatim diſceſ-
ſurus *leg. prima* §. *penult. ff. de his qui dejecer. vel ef-
fuder.*

Sed ulterius, quia cum Regula emanaverit ad 15
tollendas fraudes, ne quis dolo alterius privetur be-
neficio, Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *queſt.* 8. *numer.* 3. Lot-
ter. *de re benefic. lib.* 3. *queſtion.* 16. *num.* 4. Verall. *dec.*
28. *num.* 4. *part.* 3. ceſſare omnino debet in caſu iſto,
ubi nulla fraudis umbra conſiderabilis eſt propter
Mandatum legitime factum, & non revocatum,
& maxime, quia Procurator ſincere, & bona fide
præſtitit conſenſum nullam habendo notitiam de ad-
ventu Reſignantis ad Urbem, alias eſſet reddere in-
certas Reſignationes, & Beneficia ponere in pen- 16
dulo, & Procuratores licet non revocati, & bona
fide procedentes non eſſent tuti de expeditionibus,
& expenſis, Pariſ. *de reſignat. libro* 11. *queſtion.* 11.
numer. 67. *& ſeqq.* & Ego ſcripſi *diſceptat.* 3. *numer.*
26. *tom.* 1.

In quam ſententiam facilius inclinandum videtur
eo ipſo, quod agitur de actu jam perfecto, quia
Notarii Cancellariæ jam receperunt, & extenderunt
conſenſum, ex quo intrat legalis præſumptio, quod
ille fuerit bene præſtitus per Procuratorem abſentis, 17
quodque Regula in caſo iſto contrarium non diſ-
ponat, ut bene firmat Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *queſt.*
8. *numer.* 59. Rota *deciſion.* 39. *numer.* 7. *part.* 16. *re-
centiorum* & demum, quia, ſive iſte ſit caſus mix-
tus, ſive talis, ubi *Regula* a ceſſante ratione fraudis
locum non habeat, utroque caſu ſaltem intrare de-
bet ſtylus eidem Regulæ derogandi, prout talem de-
rogationem practicari tradunt Lotter. *de re benefic.* 18
lib. 1. *queſtion.* 35. *n.* 71. *& lib.* 3. *queſtion.* 16. *num.* 59.
Pariſ. *de reſignat. libr.* 8. *queſtion.* 6. *numer.* 117. Rot.
deciſ. 396. *numer.* 9. *part.* 1. *diverſ.* & dixi *d. diſceptat.
Eccleſ.* 5. *n.* 37.

Ita dicebam Scribens in Dataria pro Reſignata-
rio, & deſuper habito Contradictorio in Congre-
gatione Datariæ de *menſe Januarii* 1705. informan-
tibus hinc inde Advocatis, Eminentiſſ. Prodatarius
ob novitatem, & dubietatem articuli, illum remi-
ſit ad Sacram Rotam pro Voto; ſed Cauſa deinde
ulteriorem progreſſum non habuit, quia Reſignans
eam dereliquit ratificando conſenſum jam extenſum
per Procuratorem. Ego autem in hoc articulo du-
bitabam contra Reſignatarium propter auctoritatem
Sacræ Rotæ in *deciſion.* 510. *part. decima quarta re-
centiorum* ubi agebatur de caſu converſo, quod Ni-
colaus de Amatis præſens in Curia, ſub *die* 7. *Ja-
nuar.* 1626. conſtituerat Procuratorem ad reſignan-
dum favore Arconii, & Reſignatio ſecuta fuerat
ſub *die* 14. *ejuſdem menſis*, & plene effectuata
mediante poſſeſſione beneficii reſignati; ſed poſt-
quam Arconius beneficium poſſederat per 30. an-
nos, Carolus de Marchis illud impetraverat cer-
to modo in Dataria, nempe ob nullitatem Reſi-
gnationis tanquam factæ miniſterio Procuratoris
per Nicolaum præſentem in Curia contra diſpo-
ſitionem *Regulæ* 45. *Cancellariæ*, juxta quam Re-
ſignationes hoc modo factæ irritantur, & diſpu-
tata Cauſa in Rota, hæc judicavit coram Impe-
trantem, reſpondendo, quod licet Nicolaus, dum
erat præſens in Curia, Mandatum fecerit ad re-
ſignandum *die* 7. *Januarii* 1626. non tamen Im-
petrator probabat, quod intermediis diebus uſque
ad *diem* 14. ejuſdem menſis, quo ſecuta eſt Re-
ſignatio, Nicolaus Reſignans ſemper in Urbe per-
manſiſſet, quando ad repellendum Impetratorem
ſatis erat poſſibilitates, quod illis ſeptem intermediis
diebus Reſignans potuiſſet ab Urbe recedere, &
abſens reperiri de tempore ſecutæ Reſignationis,
neque hæc poſſibilitas tollebatur, ex quo Reſignans

tanquam Beneficiatus S. Petri in Urbe reſidere tenebatur, ac etiam ex quo per totum menſem Januarii, in quo facta fuit Reſignatio, ille nunquam fuerat punctatus tanquam abſens a ſervitio Chori, & demum reſpondet ad doctrinam Pariſii *de reſi-*
20 *gnat. lib. 8. quæſtion. 8. numer. 23. & lib. 9. quæſtion. 12. per tot* firmantis, quod præſens in Curia Procuratorem ad reſignandum conſtituere non poſſit, dicendo hanc doctrinam eſſe intelligendam ad effectum, ut durante ſucceſſiva Reſignantis præſentia in Urbe, Reſignatio per Procuratorem facta non ſuſtineatur; ſecus quando poſt conſtitutum Procuratorem, Reſignans ab Urbe receſſit, ut videre eſt apud Rot. *in allegata deciſ. 510. numer. 6. & 7. cum pluribus ſequentibus ad finem part. 14.* confirmata ſucceſſive *in deciſ. 39. numer. 2. & ſequentibus part. 16 recentiorum.*

Sicut itaque quoad præſentem in Curia, qui deinde fiat abſens, non attenditur tempus mandati, ſed extenſionis conſenſus, ita etiam quoad abſentem, qui deinde fiat præſens, attenditur tempus extenſionis conſenſus, non autem tempus mandati, ut contrariorum eadem ſit ratio, idemque judicium
21 *leg. prima ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. leg. final. digeſtis de legat. tertia leg. in fundo, ff. de re judicat.* alias enim ſi *Regula 45. Cancellariæ* præſentiam, vel abſentiam Reſignantis intelligeret de tempore mandati, hoc nullum eſſet, ſi factum extitiſſet tempore præſentiæ Mandantis, licet tempore extenſionis conſenſus ſuperveniſſet abſentia, dum actus ab initio nullus non reconvaleſcit ex cauſa ſupervenienti
22 *leg. final. digeſtis unde liberi*, & bene Rota *dec. 362. numer. 8. & 9. part. 17. recentiorum* & ſicut præſentiam Reſignantis, ob quam conſtitui non poteſt Procurator, Rota intellexit de ſucceſſiva, & continua uſque ad tempus ſecutæ Reſignationis; ita per contrarium abſentia, quæ facit locum conſtitutioni Procuratoris intelligitur de ſucceſſiva, & perſeveranti uſque ad extenſionem conſenſus, de qua loquitur Regula.

Obſtare etiam videtur auctoritas *Rebuff. in prax. benefic. in Regul. de Infirm. reſignat. gloſſ. 2. numer. 23.*
23 ubi quod Regula de Infirmis Reſignantibus locum habet etiam ſi Reſignans ſit ſanus tempore conſtitutionis Procuratoris ad reſignandum, & poſtea tempore, quo reſignat ſit infirmus, & ea infirmitate moriatur intra viginti dies, ex quo inferri poteſt tempus Mandati non eſſe attendendum quoad regulam 45. ſed tempus conſenſus præſtiti, ſeu extenſi.

Adhuc tamen ceſſare non videtur dubitandi ratio, quia reſpectu auctoritatis Rebuffi, hæc procedit propter verba Regulæ *de Infirmis* loquentis etiam in caſu, quo Supplicatio fuiſſet ſignata, dum Reſignans eſſet ſanus, conſiderando ejus obitum intra 20. dies a die conſenſus præſtiti; Reſpectu vero auctoritatis Sacræ Rotæ *in deciſionibus proxime relatis* conſtitui non poteſt aliquod tutum fundamentum argumentativum, dum agebatur de excludendo Impetratorem *certo modo*, contra quem rigide procedimus, & in dubio contra illum judicari ſolet, ideoque ad validitatem actus Rota allegavit poſſibilitatem abſentiæ Reſignantis tempore extenſionis conſenſus, & ſecutæ Reſignationis, nec de cætero examinavit articulum ex profeſſo; Et quidem caſus hujuſmodi deciſionum eſt differens; nam poteſt Reſignans intuitu futuræ abſentiæ, dum reperitur præſens in Urbe Procuratorem conſtituere, cum tali caſu illum tanquam futurus abſens, & pro tempore abſentiæ conſtituere videatur; Ultra quod agitur de ſuſtinendo actu Reſignationis ad formam Regulæ, quod favorabile eſt, non autem de annullando quod odioſum eſt, & quantum poſſibile eſt, evitandum *leg. quoties digeſtis de reb. dub. Dec. in leg. contrahenda numero quinto digeſtis de regul. jur.* Rota *in Romana ſeu Mediolan. penſionis 30. Junii 1721. §. pariquæ* coram Eminentiſſimo Falconerio; aliud vero Iudicium intrare videtur in caſu converſo, quo juxta Regulam abſens ab Urbe conſtituit legitime Procuratorem ad reſignandum, & conſentiendum, & ubi agitur de annullando actum, ſi locum habeat Regulam ob accidentalem præſentiam abſentis, itaut, vel hujuſmodi accidentalis præſentia non attendatur, aut ſaltem dicendus ſit caſus mixtus ſub Regula non comprehenſus.

Obſervando inſuper, quod Procurator nulla habita notitia ſupervenientis præſentiæ Reſignantis in Urbe, bona fide, & ſincere conſenſum præſtitit, quod videtur reddere actum validum, ut in exemplo extenſionis conſenſus, qui poſt obitum Conſti- 25
tuentis fieri poteſt per Procuratorem in Coadjutoriis, & Reſignationibus ultra Montes, ubi ponitur antidata per duos menſes ante, quando Procurator ſincere, & bona fide conſenſum præſtet, nondum habita notitia de obitu Coadjuti, ſeu Reſignantis, ut advertit Card. de Luca *de benefic. diſcurſ. 42. numer. 6.* Rota *deciſion. 1149. ſub numer. 23. & 24.* coram Emerix Jun. quidquid ſecus, quando mala fide poſt habitam notitiam obitus, Procurator conſenſum præſtitiſſet, ſoluta etiam Componenda, quæ in Coadjutoriis de ſtylo ſolvi conſuevit una cum extenſione conſenſus, & poſtea apponitur data cum 26
antidata, ut notat Card. de Luca *ubi proxime numer. 6.* Rota *deciſ. 282. numer. 7. part. 15. recentiorum* in his enim terminis actus remaneret nullus, & tali caſu Dataria reſtituere ſolet Componendam ſolutam, ut me ſcribente judicatum fuit ab Eminentiſſ. 27
Prodatario *in Eiſtetten. Coadjutoriæ de menſe Februarii 1809.*

Dutum ergo videtur, quod Regula in hoc caſu ob improviſam, & accidentalem præſentiam abſentis obſtare poſſit annullando Reſignationem, & factum Procuratoris, qui incœpit negotium cum Supplicatione, & Signatura, & qui neque revocatus fuit, neque habuit notitiam hujuſmodi accidentalis præſentiæ, ne alias plus operetur hæc accidentalis præſentia, quam ipſa mors civilis, & naturalis contra Mandatum jus exequi incœptum; Si enim ſuperveniens furor tanquam mors civilis extinguens Mandatum, illud non extinguit, ſi Procurator negotium incœpit; Si ipſa mors naturalis ante notitiam non operatur nullitatem conſenſus extenſi per Procuratorem poſt obitum Reſignantis, certe nec etiam hujuſmodi præſentia accidentalis majorem virtutem reſpectu Regulæ 45. habere poteſt, quam habeat mors civilis, & naturalis; Unde abſolute cenſeo, quod ſi præſentia accidentalis tempore extenſi conſenſus non fuerit nota, ſed incognita Procuratori, valide, & recte facta ſit extenſio conſenſus, & Reſignatio ſuſtineatur: Si vero hujuſmodi præſentia Mandantis nota fuerit Procuratori, qui tamen non fuerit revocatus per præſentem, in hoc caſu quæſtionem eſſe cenſeo dubiam, & diſputabilem hinc inde, licet pro validitate extenſionis conſenſus concurreat auctoritas Pariſii, de qua ſupra *n. 11.* concurrant etiam alia motiva jam adducta, & ſignanter conſiderari poſſit ceſſatio Regulæ, aut in caſu mixto, aut ob ceſſantem ejus rationem fundatam in fraude, quæ ſi deficit in Mandato facto tempore abſentiæ, eo magis, ſi tempore præſentiæ Mandans illud non revocavit, & non revocando confirmaſſe videtur, quam tamen rationem fraudis ceſſantis reſpectu Regulæ, qua agitur non admiſit Rota *in Oſnabrugen. Canonicatus impreſſ. ad ornat.* Cardinal. de Luca *de benef. deciſ. 16.* & ſuperius dixi *diſceptat. Eccleſ. 119. numer. 18.* ideoque in hoc puncto quæſtionem relinquo indeciſam ad effectum, ut, ſi caſus iſte recurrat, omnia ſuperius deducta, & alia quæ deduci poſſunt, maturius examinantur.

SARCINATEN. DEVOLUTIONIS.

ARGUMENTUM.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica licet acquiſita ex præſcriptione, ſemper præſumitur reſtricta ad tertiam generationem, nec ejus limites egreditur Renovatio facta pro ſe, ſuiſque filiis legitime deſcendentibus, præſertim, ſi ita ferat Conſuetudo, & quando non competat Renovatio.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Emphyteuſis Eccleſiæ reſtringitur ad tertiam generationem.*
3 *Etiamſi fuerit acquiſita ex præſcriptione, ſecus emphyteuſis privati,* & n. 4. & 5.
6 *Et Emphyteuta Eccleſiæ ſubjacet devolutioni finita tertia generatione, niſi exhibeat Inſtrumentum Inveſtituræ in contrarium.*
7 *Præſertim ſi præſumptio ſit contra Emphyteutam, quod ſubtraxerit Inſtrumentum Inveſtituræ.*
8 *Ad effectum devolutionis requiritur Inveſtitura.*
9 *Quando Referens probet ſine Relato.*
10 *Duo verba ſubſtantiva reſolvuntur, ut unum ſit ſubſtantivum, & alterum adjectivum.*
11 *Et repetitio non eſt abſurda, ſi fiat ad majorem explicationem.*
12 *Verbum* Deſcendentibus, *juxta ſubjectam materiam poteſt verificari in primo, & ſecundo gradu.*
13 *Referens non præſumitur diſcordare a Relato.*
14 *Verba dubia in emphyteuſi Eccleſiæ, ſemper interpretantur reſtricta ad tertiam generationem.*
15 *Verbum* Deſcendentibus *capax eſt reſtrictionis ad ſolos Nepotes, & quando.*
16 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica interpretatur ſemper ad tertiam generationem, quando præſertim concurrunt circumſtantiæ.*
17 *Quales iſtæ ſint, &* n. 16. cum ſeqq.
18 *Petitio renovationis Inveſtituræ eam fatetur terminatam.*
19 *Ex quibus probetur conſuetudo Eccleſiæ inveſtiendi ſemper ad tertiam generationem, &* n. 20. & 21.
22 *E conceſſione in feudum nobile non valet illatio ad ſimplicem emphyteuſim.*
23 *Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in renovatione emphyteuſis ad tertiam generationem.*
24 *Relatio facienda eſt ad proxima.*
25 *Conſuetudo dicitur illa, quæ practicatur in pluribus caſibus.*
26 *Referens quando probet ſine relato.*
27 *Verba interpretantur prout de Jure, & juxta conſuetudinem.*
28 *Emphyteuſis Eccleſiæ non præſumitur perpetua propter centenariam, in qua poſſederunt tres generationes, & de ratione, &* n. 29.
30 *Renovatio non competit quando Eccleſia vult bona ſibi ammenſare.*
31 *Quomodo probetur conſuetudo coactiva renovandi, &* n. 32.
33 *Quomodo excludatur.*
34 *Res judicata excludit conſuetudinem renovandi.*
35 *Teſtimonium lite pendente extortum non probat.*
36 *Conſuetudo deſtruitur ex actibus in contrarium.*
37 *Res judicata habet præſumptionem pro ſe.*
38 *Præſumptiones, & poſſibilitates cedunt veritati.*
39 *Attenditur conſuetudo vigens in locis circumvicinis in materia ammenſationis.*
40 *Conſuetudo ammenſandi ex quibus non excludatur.*
41 *Apodiatio bonorum Eccleſiæ ad excluſionem emphyteuſis ex quibus excludatur, &* n. 42.
43 *Prænominatæ renovandi in emphyteuſi tenentur eam recipere cum eiſdem pactis, & conditionibus, quæ ab Extraneis offeruntur.*

DISCEPTATIO CXXXI.

POſtquam Joannem Maria de Michaelibus inveſtitus fuerat jure emphyteutico de quibuſdam bonis Menſæ Epiſcopalis Sarſinaten. ſucceſſive per Inſtrumentum publicum anni 1528. coram Procuratore Epiſcopi confeſſus fuerat, ſe tenere, & poſſidere memorata bona tanquam emphyteutica 1
de dominio, & proprietate Epiſcopatus, aſſerendo, quod de illis innovatus fuerat = *pro ſe, ſuis filiis legitimis ex eo de recta linea legitime deſcendentibus* = Et inſtrumentum Renovationis Notarius enunciavit tanquam ab ipſo rogatum, & prævia hac confeſſione ſupradictus Joannes Maria promiſerat ſolvere Epiſcopo Canonem conventum.

Poſſedit hæc bona Joannes Maria, ut ſupra inveſtitus, & poſt ejus obitum Andreas ejus filius, & poſtea Joannes Baptiſta in tertia generatione exiſtens, quo defuncto, cum bona deveniſſent, ad Canonicum Joannem Mariam de Michaelibus in quarta generatione exiſtentem, Epiſcopo agitavit pro devolutione bonorum ob lineam finitam, & poſtquam ſuccubuit in Judicio poſſeſſorio juxta *deciſ.* editam ſub *die* 16. *Januarii* 1708. coram bon. memor. Omanna, eo renunciatio, aſſumpſit in Judicio petitorio actionem pro devolutione bonorum; Cumque Poſſeſſor prætenderet aut non eſſe terminatam Inveſtituram, aut ſaltem ei competere renovationem, diſputatum fuit in Rota dubium = *An ſit locus devolutioni, ſeu potius competat renovatio* = quod in prima propoſitione non fuit reſolutum, ſeu ordinatum, quod coadjuvarentur probationes, deinde in ſecunda in contumaciam Epiſcopi non comparentis, deciſum fuit favore Poſſeſſoris, ſcilicet = *non eſſe locum devolutioni, & competere renovationem* = quemadmodum conſtat ex *deciſ.* deſuper edita 27. *Februarii* 1711. coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano.

Aſſumptus Ego ex parte Epiſcopi ad tuendum Jura Eccleſiæ in nova propoſitione, dicebam non ſubſiſtere fundamenta reſolutionis quoad utrunque caput, tam Devolutionis denegatæ, quam Renovationis conceſſæ.

Et quidem aggrediendo examen Devolutionis, dicebam Rev. Epiſcopum ad illam aſſequendam habere intentionem fundatam in confeſſione Patris, quæ non impugnat, ſed admittit bona controverſa eſſe de directo dominio Eccleſiæ, & hactenus retenta fuiſſe titulo Inveſtituræ emphyteuticæ, ut etiam conſtat ex convincentiſſimo genere probationum, in quibus terminis abſque neceſſitate exhibendi Inſtrumentum inveſtituræ, illa dicitur terminata per lineam finitam, propter claram aſſiſtentiam juris, quæ præſumit conceſſionem factam fuiſſe ad tertiam generationem, ſeu uſque ad nepotes tantum primi acquirentis, intra quos limites reſtringitur poteſtas Prælati concedentis, niſi Emphyteuta contrarium probet exhibendo Inveſtituram factam pro ulterioribus gradibus cum Beneplacito Sedis Apo- 2
ſtolicæ juxta Text. *expreſſum in* §. *emphyteuſim Auth. de non alienan. aut permutan. reb. Eccleſ.* ibi = *In accipientis Perſona, & in duobus ejuſdem Perſonæ hæredibus deinceps Filiis tantum, aut Nepotibus* = cum quo concordata etiam Juris Canonici diſpoſitio, ut late probant Pappon. *conſ.* 86. *numero tertio & ſequentibus* Simon. de Pret. *conſ.* 8. *ex numero quarto & per tot.* Carol. Anton de Luca *ad Gratian. capit.* 88. *ſub numer.* 12. Palm. *allegat.* 228. *numero decimo & ſequentibus* Rota Lucana *inter recollectas per eundem* Palm. *deciſ.* 136. *numer.* 24. Rota coram Coccin. *deciſ.* 2194. *numer.* 5. *& ſeqq. & deciſ.* 2264. *numero tertio & ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 420. *numer.* 9. *& deciſ.* 65. *num.* 6. *part.* 19. *& dec.* 189. *utrobique num.* 6. *part.* 19.

& in Piſana Devolutionis 16. Januarii 1702. §. Præfata tamen in fine, coram bon. mem. Molinea,

Unde corruit aſſumptum, quod Epiſcopus per exhibitionem Inveſtituræ probare teneatur eam eſſe reſtrictam ad tertiam generationem, nec pertineat ad emphyteutam exhibere Inſtrumentum, quando poſſedit per 30. vel 40. annos, etiam ſi agatur de Emphyteuſi Eccleſiæ; Hæc enim opinio locum habens in Emphyteuſi acquiſita per præſcriptionem non ſubſiſtit in caſu iſto, dum omnes DD. in contrarium adducti loquuntur in terminis Emphyteuſis laicalis; ubi militat præſumptio, quod illa ſit perpetua, ut videre eſt apud Gratian. *diſcept.* 188. *n.* 4. *cum aliis in oppoſitum allegatis*; Contrarium vero procedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica, ubi non obſtante lapſu quadragenariæ ſemper conceſſio præſu- 3 mitur reſtricta ad terminos Juris, ſcilicet uſque ad tertiam generationem, & non ultra, cum titulus ex præſcriptione quadragenaria reſultans ſolum extendatur quatenus patitur natura rei, & quatenus de Jure conceſſio emphyteuſis Eccleſiaſticæ fieri poterat, & debebat, ut dicunt Maſcard. *de probation. concluſ.* 603. *numer.* 26. *&* 27. ibi = *Quartam ampliationem limitat verum non eſſe in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ ultra tertiam generationem concedi non poteſt &c. non poteſt igitur dici in perpetuum conceſſa, nam titulus, qui ex præſcriptione acquiritur, non eſt perpetuus, ſed extenditur quatenus ex pacto concedi potuiſſet, & hoc ſcilicet ad tertiam uſque generationem tantum* = Cravett. *de antiq. tempor part. quarta in princip. numer.* 70. ibi = *Emphyteuſis Eccleſiæ cenſetur præſcripta uſque in tertiam generationem, emphyteuſis vero Privata in perpetuum SECUNDUM NATURAM SUAM* = Menoch. *de præſumpt. libro tertio præſumpt.* 109. *numer. decimoquinto* Ruin. *conſil.* 160. *numer.* 10. *libro primo* ibi = *Si quis ſolvit per 30. annos tanquam Emphyteuta præſumitur conceſſio in emphyteuſim, & quidem perpetuum, quod eſt verum in emphyteuſi Privati, quæ poteſt concedi in perpetuum, ſed ſi ſolutum fuiſſet Eccleſiæ, præſumeretur conceſſio uſque ad tertiam generationem*,

Hoc ipſum firmavit Alexand. *in leg. quæ in aliena, num.* 14. *ff. de acquir. hæred.* ibi = *In caſibus, in quibus per præſtationem penſionis longo tempore factam inducitur præſcriptio in emphyteuſim, præſumitur talem conceſſionem in perpetuum factam &c. quod tamen procedit in conceſſione facta a Privato, ſed in conceſſione facta ab Eccleſia eſſet ſecus, quia* 4 *in dubio non præſumitur facta, niſi uſque ad tertiam generationem* = Balb. *de præſcript. part.* 3. *partic.* 2. *quæſt.* 10. *numer.* 35. ibi = *Si quis diu poſſedit rem emphyteuticam præſumitur conceſſionem rei emphyteuticæ, vel feudalis in perpetuum, & inducitur præſcriptio conceſſionis feudi, vel emphyteuſis reſpectu Privati, ſed reſpectu Eccleſiæ non præſumitur facta conceſſio emphyteuſis, niſi uſque ad tertiam generationem &c. emphyteuſis Eccleſiæ præſcripta non extenditur ultra tertiam generationem licet emphyteuſis Privati præſumatur perpetua.*

Et late probat Fulginat. *de jur. emphyt. quæſtion.* 12. *titul. de contract. quæſt.* 12. ubi diſputando quæſtionem, ſi Emphyteuta longo tempore poſſederit, an præſumatur Contractus perpetuus, firmat regulam affirmativam pro perpetuitate, quoties non conſtat de Inſtrumento Inveſtituræ, & agitur de emphyteuſi laicali, illamque limitat in emphyteuſi Eccle- 5 ſiaſtica, ut legere eſt ibidem *numer.* 3. ibi = *Limita tamen ſupradictam opinionem non habere locum in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quia præſumitur conceſſa ſolum uſque in tertiam generationem* = & ſubjungit hanc eſſe communem opinionem, etiamſi Emphyteuta ſolviſſet canonem, ſeu emphyteuſim præſcripſiſſet per 40. annos ibi = *Et prædicta habent locum etiam in præſcriptione quadraginta annorum, quando ſcilicet per annos 40. ſolvit Canonem Emphyteuta &c. hoc jus præſcriptionis non debet extendi in infinitum, ſed ad tertiam generationem tantum* = & cum hac diſtinctione tranſit Mantic. *de taciturnit. libro vigeſimo ſecundo tit.* 5. *num.* 14. ubi bene notat; quod Doctores contrarii, etiamſi generaliter loquantur, debent intelligi de conceſſione facta a Privato, *& numer.* 15. ubi quod, quando emphyteuſis conceditur ab Eccleſia, nunquam præſumitur perpetua, ſed uſque ad tertiam generationem, cum talis ſit ejus propria natura, niſi contrarium ab Emphyteuta probetur, *& numer.* 16. ubi quod etiam in acquiſitione per præſcriptionem 40. annorum hoc Jus præſcriptionis non debet extendi in infinitum, ſed uſque ad tertiam generationem, & optime Antonell. *de temp. legal. libro primo cap.* 57. *numer.* 2. *&* 3. *& libr.* 2. *capit.* 72. *ſub numer.* 29. *&* 30. Maoſ. *conſult.* 140. *num.* 9. *&* 10.

Hinc propterea cum præſumatur emphyteuſis ad 6 tertiam generationem, maxime cum tempus hucuſque elapſum hanc tertiam generationem non præterit, firma remanet intentio Epiſcopi ſuper devolutione bonorum, niſi emphyteuta exhibeat Inſtrumentum Inveſtituræ, ex quod conſtet conceſſionem fuiſſe perpetuam, juxta *conſil.* Baldi 225. *libro primo* Valaſch. *de jure emphyteut. quæſtion.* 8. *numer.* 2. *&* 3. Cardin. de Luca *de emphyteut. diſcurſ.* 72. *numer.* 6. ubi quod ſi Actor fundavit intentionem ſuam in regula juris pro conceſſione ad tertiam generationem, tenetur Reus eam elidere per contrariam probationem, & late Fulgin. *de contract. emphyteut. quæſtion.* 17. *numer.* 2. *&* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 20. *numer.* 13. de Angel. *de confeſſion. lib.* 2. *quæſtion.* 11. *numer.* 9.

Quod maxime locum habere dicebam in ſubje- 7 cto caſu, ubi Inſtrumentum Inveſtituræ fuit rogatum per Lelium Cappellium Notarium Civitatis Saſſinæ, quod propterea exiſtere debet in Archivio publico Communitatis, & tamen perquiſitum ex parte Epiſcopi reperiri non potuit, non obſtante, quod ibi inveniantur omnes rogitus ſupradicti Notarii, quo caſu, aut præſumitur ſubtractum ab Emphyteuta, aut innegabile eſt, quod Judicis arbitrium moveri debeat ad cogendum Emphyteutam ad exhibitionem Inſtrumenti, cum regulariter apud Emphyteutas hujuſmodi Inſtrumenta conſervari ſoleant, ut apud Gratian. *diſceptat.* 188. *numer.* 47. ubi concludit pro exhibitione, quando non adeſt cauſa, ob quam reus non debeat tale Inſtrumentum exhibere, Fulgin. *de contract. emphyteut. quæſtion.* 27. *numer.* 16. ubi quod Judex tali caſu judicare debet finitam eſſe emphyteuſim, Roce. *diſputat. jur. capit.* 67. *numer.* 20. Menoch. *de præſumpt. libr.* 2. *præſumpt.* 91. *num.* 4. Rota coram Seraph. *deciſion.* 1139. *numer.* 7. Gregor. *deciſion.* 521. *numer.* 6. & coram Royas *deciſion* 466. *numer.* 5. *&* 6. & coram Cerr. *deciſion.* 781. *numer.* 11. & coram Dunozett. junior. *deciſion.* 974. *numer.* 20. *& in recentior. deciſion.* 186. *numer.* 14. *part.* 19.

Sed quamvis hæc graviter urgerent, agnoſcebam tamen ad hunc effectum devolutionis neceſſarium eſſe Inſtrumentum Inveſtituræ, *ut in deciſion.* 67. 8 *part.* 12. *recentior. & deciſion.* 141. *num.* 2. coram Cardin. Caprara; ideoque allegabam pro documento Inveſtituræ Inſtrumentum anni 1582. in quo primus Inveſtitus literaliter expreſſit quomodo obtinuiſſet Inveſtituram, & quidem in actu proportionato ſe obligandi ad ſolutionem Canonis præſente, & acceptante Procuratore Epiſcopi; Cum enim hoc Inſtrumentum referret tenorem ſubſtantialem Inveſtituræ, emanaſſet ab ipſo primo Inveſtito, contineret obligationem relative ad Inveſtituram tunc recenter factam, & præſente Epiſcopo, ſeu ejus Procuratore, conſequenter hoc habendum erat pro Inſtrumento Inveſtituræ, ut quod referens probat Inſtrumentum relatum, ſi ejus tenorem contineat, eti- 9 am iſto non exhibito tradunt Urceol. *de tranſact. quæſtion.* 61. *numer.* 6. 9. *&* 13. D. Jacobus de Comitib. *deciſion. Florent.* 51. *numer.* 5. Rota coram Celſo *deciſion.* 398. *numer.* 10 & coram Anſald. *deciſion.* 14. *num.* 5. *& in Aquilana Cappellania* 3. *Junii* 1702. §. *quo vero*, coram bon. memor. Fageat. præſertim interveniente præſentia utriuſque Contrahentis, nempe Inveſtiti, & Procuratoris Epiſcopi inveſtientis,

Google

& recipientis famulatoriam obligationem ſolvendi Canones, Rota *deciſion. 79. numer. quinto & ſeqq. & deciſion 80. numer. ſecundo ad ornat.* Cardin. de Luca *de fideicommiſſ. & in dict. Aquilana Capellania ubi ſupra*, ac etiam quia illud Inſtrumentum referebat Inveſtituram teſtanti ibi Notario eam fuiſſe per Acta ſui rogatam, & continebat confeſſionem ipſius Primi Inveſtiti non impugnabilem ab iis, qui Jure hujus Inveſtituræ ab eo cauſam habebant, & pro quibus ille Inveſtituram reportaverat, Fulginat. *de Jur. Emphyt. titul. de contract. quæſtion. 26. numero decimo* de Angel. *de confeſſ. libro ſecundo quæſtion. 18. numero ſecundo* Rota *deciſion. 40. numer. 12. & deciſ. 297. numer. 2. part. 8. recent.*

Fundabam igitur intentionem Epiſcopi ſuper hoc Inſtrumento, quod pro Inveſtitura habendum erat ſtantibus prædictis, dum ex illo conſtat conceſſionem emphyteuticam non eſſe perpetuam, ſed reſtrictam ad tertiam generationem ibi = *Innovatus fuit pro ſe, ſuis filiis legitimis ex eo de recta linea legitime deſcendentibus* = quamvis enim prætenderetur verbum *deſcendentibus* intelligi non poſſe ad filios adjective, ſed ſubſtantive, hoc tamen aſſumptum ſuſtineri non poterat, quia poſt verbum *filiis* non adeſt dictio augmentativa per copulam ET diviſoria unius verbi ab alio, qua dictione deficiente verbum *deſcendentibus* ſtare non
10 dicitur ſubſtantive, ſed ſolum adjective ad filios ita connotatos cum qualitate deſcendentali juxta Theoricam Baldi *in leg. prima diffeſtis de tutel. numero primo* ibi = *Duo ſubſtantiva, quæ non poſſunt copulari ſubſtantive, reſolvuntur, ut unum ſit adjectivum, alterum ſubſtantivum* = ubique Bartolus *numero eodem* ibi = *Si ſint duo ſubſtantiva copulative poſita reſolvuntur, ut unum ſit adjectivum alterius* = Et tradunt Caſtren. *conſil. 338. numero ſecundo libro ſecundo* Simon de Prætis *conſil. ſecunda numero decimonono & conſ. 88. numer. 17.* ubi reſpondet ad contrarias auctoritates dicendo quod procedant in ſucceſſionibus legalibus, non autem in inveſtituris emphyteuticis, quæ ſunt Contractus ibi = *Itaque ceſſant allegata in contrarium, quia loquuntur in ſucceſſionibus legalibus &c. nos autem ſumus in ſucceſſione ex prima inveſtitura, quæ diverſa eſt a ſucceſſione legali.*

Nec propterea obſtabat, quod Menſa Epiſcopalis paſſa fuiſſet pacifice poſſidere nepotes, quando admittebantur appellatione filiorum ex recta linea deſcendentium venire filios, & nepotes, ut ſic ad menſuram Juris includatur tertia generatio, minuſque obſtare poterat improprietas Orationis, quod poſt verbum *filiis legitimis* qualitas legitimitatis repetatur ibi = *Legitime deſcendentibus* = cum nunquam repetitio ſit abſurda, cum poſſit fieri ad majorem explicationem, & per quamdam inculcationem verborum, attenta Eccleſiæ inveſtientis neceſſitate excludendi omnes illegitimos, ita & taliter, quod hujuſmodi obſervatio non poſſit ver-
11 bum adjectivum convertere in ſubſtantivum, ut in his præciſis terminis verbi *deſcendentes ex linea maſculina* dixit Jaſon. *conſ. 55. columna. 6. libro tertio verſic. confirma* = ibi = *Illud participium deſcendentibus reſolvitur, ideſt qui deſcendent ex linea maſculina* = Fuſar. *conſil. 124. tom. quinto* ibi = *Advertatur quod verbum deſcendentes eſt poſitum, ut participium, quod reſolvitur in relativum, ideſt deſcendentes, qui deſcendent* = Et quod verbum hoc intelligatur adjective ſæpius firmavit Sacræ Rotæ Tribunal coram Buratt. *deciſion. 206. numero decimo & ſequentibus* coram Merlin. *deciſion. 420. numero decimoquarto & in Sarſinaten. Feudi* coram Coccin. *deciſion. 2305. numero ſeptimo & deciſion. 2283. numer. 67. & 73 & in recentiorum deciſion. 112. numero quinto part. ſexta & deciſion. 357. numer. 30. part. decimaprima & deciſ. 195. numero decima decimoquarto & 15. part. 15.* unde ſi verbum *deſcendentibus* eſt indubitanter adjectivum, & non venirent niſi filii, non autem nepotes, eo magis quando juxta ſubjectam materiam emphyteuſis Eccleſiaſticæ admittitur comprehenſio primi, & ſe-
cundi gradus, ſcilicet filiorum, & nepotum, ut in 12
fortioribus probant Mareſcott. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 35. num. 3.* Mantl. *conſult. 139. ſub num. 6.* Palm. Nep. *allegat. 228. num. 19.* Saminiat. *controv. 168. num. 54.*

Prout etiam corruebat alia oppoſitio, quod incertum ſit, an inter gradus generationis computetur Perſona primi Acquirentis, dum prædictum
Inſtrumentum anni 1582. comprehendit primum 13
Acquirentem ibi = *Pro ſe, ſuis filiis, &c.* = Cui Inſtrumento ſtandum venit, quod continet confeſſionem primi Acquirentis, & licet referens non tamen præſumitur diſcordare a relato, ut apud Rota *dec. 262. num. 6. part. 16. & dec. 435. num. 9. par. 19. tom. 2. dec. 382. part. 9. tom. 1. recent.* & coram Bichio *dec. 55. num. 15.* & coram bo. mem. Anſaldo *dec. 25. ſub n. 4.*

Sed omnem tollebat rationem dubitandi ſola animadverſio, quod ubi verba Inſtrumenti, de quo ſupra, loco Inveſtituræ attendendi, eſſent dubia, ac diſputabilia, an ſtarent adjective, vel ſubſtantive quoad expreſſionem Deſcendentium, & an prima generatio inciperet in perſona primi Acquirentis, ſemper tota hæc dubietas ceſſare debebat ex interpretatione neceſſaria, quæ oritur ex diſpoſitione Juris *in dicto §. Emphyteuſim authent. de reb. Eccleſ. non alien.* ubi cavetur conceſſionem rei Eccleſiaſticæ fieri non poſſe niſi ad tertiam generationem, & primam ex illis
inchoandam eſſe ex perſona primi Acquirentis, 14
quo ſtante, niſi verba in contrarium ſint clariſſima, præſumitur in dubio Eccleſiam inveſtientem noluiſſe prætetire limites Legis, ſed cum ejus diſpoſitione ſe conformare, ut probat Alexand. *in leg. qui in alienam numer. 15. ff. de acquirend. hered.* ibi = *Quia in dubio non præſumitur facta niſi uſque ad tertiam generationem ſecundum formam §. Emphyteuſim* = Rota coram Merlin. *deciſion. 420. numer. 9.* ibi = *Quia verſamur in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ regulariter non conceditur niſi pro filiis, & nepotibus, & ideo ſtante dubietate præſumendum eſt Eccleſiam inveſtientem, ſe conformaſſe cum diſpoſitione dicti §. Emphyteuſim* = Et concordant Mantl. *conſultat. 140. numer. 9.* Saminiat. *controv. 157. numer. 3.* Palm. Nep. *alleg. 228. num. 10. 16. & 21.* Rota Lucen. apud ipſum *alleg. 229. ſub numer. 3. & 6.* & inter deciſiones ejuſdem *deciſion. 136. numer. 20. & 31.* Etenim Interpretatio Juris neceſſaria excludit omnem aliam intelligentiam.

Præſertim quia verbum *deſcendentibus*, quod legitur in prædicto Inſtrumento, non ſolum ſtat adjective, ſed ubi etiam ſtaret ſubſtantive, adhuc ad abundantiam loquendo, dicebam, quod capax eſt reſtrictionis ad ſolos nepotes, quando non habet concomitantiam clauſularum indefini-
tum tractum ſucceſſivum præſeferentium, exem- 15
pli gratia *in perpetuum*, & *in infinitum*, dum conceſſio facta ſub verbo generali juxta ſubjectam materiam emphyteuſis Eccleſiaſticæ, nunquam egreditur gradus a jure præfinitos, ut de conceſſione facta pro ſe, ſuiſque filiis, & liberis deſcendentibus firmavit Cardinal. de Luca *de Emphyteuſ. diſcurſ. 23. numer. 7. & 8.* & de verbo *deſcendentibus* reſtringibili ad certos gradus tradit Fuſar *de ſubſtit. quæſt. 327. num. 16. 24. & ſeqq.* Barb. *appellat. 70. num. 4. & ſeqq.* Rota *deciſ. 357. num. 40. & ſeqq. par. 11. rec.*

Si autem ex prædictis hoc ſolum Inſtrumentum anni 1582. ſufficeret ad fundandam intentionem Epiſcopi tanquam non egrediens tertiam generationem ex ſenſu verborum, ita neceſſario interpretandorum ex neceſſitate Juris, fortius procedere hoc dicebam attentis circumſtantiis, quæ in eodem ſenſu Inveſtituram reſtrictam demonſtrant, ut firmavit Rota *deciſion. 35. num. 36. & ſeqq. part. 12. recentior.* & coram Seraphin. *deciſ. 1362. numer. 2. verſicul. & hanc concluſionem* Man-

tica

Digitized by Google

tica *de taciturnis. libro vigeſimo ſecundo titol. 25. numero 29. & 31.*

Prima circumſtantia reſultat ex libris ſolutionum Canonum Menſæ Epiſcopalis, in quibus Notarius Spezza ita annotavit = *Nota, quod Abbas Joannis Baptiſta in bonis adeptis per Joannem Marium quondam Michaelis de Gutiajo, eſt in tertia, &*
17 *ultima generatione* = Unde cum prædictus Spezza ſit Perſona non ſuſpecta, veluti Procurator Canonici de Michaelibus Poſſeſſoris bonorum de quibus agitur, qui tempore hujus annotationis fungebatur munere Cancellarii Epiſcopalis tempore anteceſſoris Epiſcopi, ex hac deſcriptione in libris Menſæ Epiſcopalis naſcitur potentiſſima conjectura ad interpretationem Inveſtituræ, cum præſumatur, quod Cancellarius Epiſcopalis hanc annotationem non fecit oſcitanter, ſed recognito Inſtrumento, quod eſſet reſtrictum ad tertiam generationem, ut in fortioribus terminis obſervant Surd. *conſil.* 105. *ſub numero decimo quinto verſic. cis tanquam verſatis* Andr. *controverſ.* 252. *numer.* 8. *&* 9. Saminiat. *controverſ.* 275. *numer.* 49. & individualiter *in procedenti controverſ.* 153. *ſub numer.* 6. cumque annotatio ſcripta fuerit per Cancellarium Epiſcopalem, & ſic Perſonam publicam de anno 1694. in actu proportionato occaſione ſolutionis Canonum, ceſſabat reſponſio ſuper incertitudine temporis, & Perſonæ.

Secunda circumſtantia conſiſtit in confeſſione ſopradicti Poſſeſſoris, qui audita imminenti devolutione bonorum intentata ab Epiſcopo, comparuit coram ipſo judicialiter aſſerendo, ſe fuiſſe ſemper promptum accipere novam Inveſtituram etiam per oblationem extrajudicialem, & tunc etiam judicialiter eam petere, offerendo laodemium, & per ſe non ſtetiſſe, neque ſtare, quin ſequatur nova Inveſtitura, quæ quidem petitio Renovationis inducit neceſſariam confeſſionem, quod terminata foret Inveſtitura tanquam reſtricta ad tertiam generatio-
18 nem, ut in puncto, Riminald. jun. *conſil.* 257. *numer.* 29. *&* 30. Mantic. *de taciturnis. lib.* 22. *tit.* 25. *numer.* 31.

Tertia demum circumſtantia conſiſtit in conſuetudine Eccleſiæ faciendi inveſtituras emphyteuticas ad formam Juris, uſque ad tertiam generationem, dum per Judicem delegatum recognita fuerunt plura antiquiſſima inſtrumenta ab anno 1587. uſque ad annum 1605. quæ præciſe cantant uſque ad tertiam generationem, ſcilicet pro primo Acquirente filiis, & nepotibus, ut ex copioſo numero 260. Inſtrumentorum, & concurrit inſuper atteſtatio Andreæ de Folchis publici Notarii Sarſinæ, qui per ſpatium quinquaginta, & ultra annorum exercuit munus Cancellarii Epiſcopalis, & tanquam informatiſſimus, teſtatur vidiſſe, & legiſſe in libris Menſæ Epiſcopalis Inveſtituras ſemper ad tertiam generationem ſpatio trium ſæculorum, & demum accedit alia atteſtatio poſtremi Cancellarii, quod ab anno 1606. uſque ad totum annum 1705. recognoverit alia Inſtrumenta Inveſtiturarum in numero exceſſivo 2604. cantantia ſimiliter ad tertiam generationem, quæ inſtrumenta fuerunt ad majorem probationem recognita etiam a Judice delegato; &
19 proinde cum Epiſcopus exhibeat tot legales atteſtationes, & tantum numerum Inſtrumentorum, quæ menſuram quatuor ſæculorum complectuntur, dubitari non poteſt, quominus concurrat clariſſima probatio conſuetudinis de faciendo Inveſtituras emphyteuticas ad tertiam generationem tantum, ex firmatis per Rota coram Coccin. *deciſion.* 2194. *numer.* 34. & Me ſcribente *in Mantuana Bonorum* 14. *Januarii* 1707. §. *Tertio probatur* coram Molinea *impreſſ. ad ornat.* Cardin. de Luca *de ſervitut. libro quarto deciſion.* 22. *in Mantiſſ. tom. quinto & in Nullius, ſeu Foroliv. Caſtri Vallis Oppii* 12. *Junii* 1711. §. *Hujuſmodi* coram bon. memor. Lancetta.

Quæ Conſuetudo antiquiſſima ſemper inconcuſſe obſervata ſtabilita in evidentiam ex aliis quoque probationibus inter quas notabilis eſt aſſertiva emiſſa in Brevi Apoſtolico ſan. memor. Gregorii XIII. de anno 1575. ubi Communitas, & homines Civitatis Sarſinæ occaſione petendi licentiam conſtruendi Pontem, & aperiendi viam in bonis emphyteuticis Menſæ Epiſcopalis, aſſeruerunt ibi = *licet illius bona ſint emphyteutica Eccleſiæ Sarſinaten. AD TERTIAM GENERATIONEM locata dominibus dicti Caſtri* = idemque expreſſum fuit in Brevi Apoſtolico Pii IV. de anno 1561. ubi de quodam terreno emphyteutico Menſæ Epiſcopalis dictum fuit, quod = *ab antiquo fuit, & eſt ex dominio, & proprietate Epiſcoporum Sarſinaten. ſolitumque dari in emphyteuſim ab Epiſcopis Sarſinaten. pluribus, & diverſis perſonis PRO SE, AC FILIIS, ET NEPOTIBUS SUIS* = ex quibus propterea expreſſionibus, ſeu enunciativis antiquis emiſſis in Brevibus Apoſtolicis plenius comprobata 20
remanet conſuetudo inveſtiendi ad tertiam dumtaxat generationem, ut in his terminis tradunt Cardin. de Luca *de emphyteut. diſcurſ.* 37. *numer. ſeptimo* Rota coram Buratt. *deciſ.* 436. *numero octavo & nono* & generaliter Mareſcott. *variar. libro ſecundo capit.* 100. *numero tertio* Rota coram Ottobon. *deciſion.* 125. *numero ſecundo & tertio & in Placentina Decimarum* 26. *Maii* 1710. §. *Nihilominus* coram bon. memor. Anſaldo.

Superaddebam quoque aliam fortiſſimam enunciativam, quæ continetur in Inſtrumento Inveſtituræ de anno 1590. & ubi fit Inveſtitura his ver- 21
bis = *inveſtitus fuit ab Epiſcopatu Sarſinæ pro ſe, filiis, & nepotibus JUXTA STYLUM* = hæc enim enunciativa, quod Epiſcopatus Sarſinæ inveſtiret ad tertiam generationem *juxta ſtylum* præfert Conſuetudinem immemorabilem Epiſcopatus non aliter inveſtiendi, niſi uſque ad tres gradus comprehenſo primo Inveſtito, Rota *in Salisburgen. Juris Metropolici* 13. *Februarii* 1698. §. *Deveniendo* coram clar. memor. Cardin. Priolo, *& in Dertuſen. Juriſdictionis* 6. *Februarii* 1696. §. *Hæc autem, &* 28. *Januarii* 1697. §. *Huic ſuccedit* coram bon. mem. Muto.

Neque huic fundamento Conſuetudinis obſtabat reſponſio, quod adeſſent etiam Inveſtituræ continentes quartam generationem attenta Inveſtitura facta de feudo nobili DD. Comitibus de Brachis = *pro ſe, ſuiſque filiis, nepotibus, hæredibus* = Etenim ultra quod hæc Inveſtitura erat unica, & moderna de anno 1703 & ultra quod continebat conceſſionem in Feudum nobile, ex quo fieri non va- 22
let illatio ad ſimplices conceſſiones emphyteuticas, ut in ſpecie probat Ruin. *conſ.* 3. *num.* 19. *lib.* 1. Soccin. junior, *conſ.* 71. *numer* 25. *& ſeqq. lib.* 1. Riminald. junior, *conſ.* 82. *numer.* 5. Valaſch. *de Jur. emphyt. quæſtion.* 39. *numer.* 19. & late Surd, *deciſ.* 95. *ſub numer.* 16. 17. *&* 26.

Corruebat objectum ex ipſa litera hujus Inveſtituræ, ubi poſt verba comprehenſiva filiorum, nepotum, & ſucceſſorum, immediate additur = *ad renovandum in perpetuum de tertia generatione in tertiam generationem, idest finita tertia generatione ad renovandum quartam generationem* = & ſic etiam hæc conceſſio reſtricta legabatur ad tertiam generationem, quamvis ſupra facta eſſet mentio filiorum, nepotum, hæredum, & ſucceſſorum; & proinde exemplum hujus Inveſtituræ feudalis aut retorquebatur, aut non erat applicabile ad cauſam, prout inapplicabilitatem demonſtrabat reſervatio Beneplaciti Apoſtolici facta in Inveſtitura feudali, quod non legitur reſervatum in aliis conceſſionibus ad tertiam generationem fieri ſolitis in emphy- 23
theuſim, in quibus hujuſmodi Beneplacitum non requiritur, ut tradunt Saminiat. *controverſ. prima numero decimo octavo & controverſ. ſecunda numero ſeptimo cum pluribus ſequentibus* Rota coram Buratt. *deciſion.* 29 *numero decimo quarto* Dunozett. jun. *deciſion.* 705. *numer. quarto* Bich *deciſion.* 317. *ex numer.* 11. *deciſion.* 90. *numer* 4. *part.* 15. *recentior. & in Ferrarien. ſeu Imolen. beneficii* 26. *Martii* 1700. §.

ſuper

ſuperfluumque, *&* §. *ſeqq.* coram bonæ memoriæ An-
ſaldo, *& in Mantuana bonorum 7. Maii* 1708.
§. *Et quamvis*, coram Reverendiſſimo Aldruvan-
do.

Enunciativa autem, quæ ſupponitur adjecta in
hujuſmodi Inveſtitura feudali, quod nempe ita alias
fuiſſet practicatum ab Epiſcopis pro tempore non
ſubſiſtebat in facto, quia referebatur tantum ad
comprehenſionem fœminarum in defectum alicujus
generationis maſculorum ibi = *& in eventum obi-
tus dicti Petri Antonii abſque filiis maſculis intel-
ligantur comprehenſæ in hac Inveſtitura ejus filiæ
fœminæ abſque intelligentia novæ conceſſionis, hocque
ex ſpeciali gratia juxta modum alias practicatum
ab Epiſcopis pro tempore &c.* = Et propterea hu-
juſmodi relatio juxta regulas Juris facienda eſt ad
24 ea, quibus de proximo adjacet, ſeu cohæret *leg. fi-
nali* §. *Titia digeſtis de liber. legat. leg. ſi idem* §. *fi-
nali ibique gloſſ. verbo eorum ſententia ff. de Juriſ-
dict. omn.* Rocc. *capit.* 124. *numero decimo quinto &
ſequentibus* Palm. Nep. *allegat.* 391. *numero tertio &
ſequentibus* Rota coram Bichio *deciſion.* 603. *numero
ſecundo* Celi. *deciſion.* 232. *numero decimo primo deciſ.*
64. *numer.* 16 *in Mantiſſ.* ad Cardin. de Luca *de fi-
deicommiſſ. & in Troſana Dilationis Crucis ſuper
bono jure* 10. *Decembris* 1708. § *Quæ ſpecialis* coram
Reverendiſſ. Aldrov. Decano.

Ex quibus caſſabat exemplum prædictæ Inveſti-
turæ feudalis, quod de cætero veluti unicus caſus
reddere non poterat Conſuetudinem variam, aut
ambiguam in conſpectu tot mille Inſtrumentorum
de conceſſionibus emphyteuticis, ſemper factis ad
tertiam generationem, ex nota regula, quod Con-
ſuetudo dicitur illa quæ practicatur in pluribus ca-
ſibus, & inducitur ea iis, quæ frequentius fieri ſo-
lent, non autem, quod in uno tantum caſu fa-
25 ctum fuit, Gloſſ. *in capit. ex parte in verbo primo
caſu de cenſib.* Rota *deciſion.* 318. *numero vigeſimo
tertio* & apud Me *diſceptat. Eccleſ. vigeſima quarta
numero vigeſimo quinto in fine tom.* 1. *diſcept.* 56. *nu-
mer.* 33. *tom.* 3.

Quando igitur Epiſcopus ſtare volebat prædicto
Inſtrumento anni 1582. quod contra Confitentem,
ejuſque hæredes plenam facit probationem propter
26 relatam ibi ſubſtantiam Inveſtituræ ex firmatis apud
Rota coram Merlin. *deciſion.* 661. *numero ſexto &
ſeptimo* & coram Dunozett. Junior. *deciſ.* 675. *nu-
mer. decimo & deciſion.* 727. *numero nono* & coram
Bich. *deciſ.* 55. *numer. decimo quinto & in recentior.
deciſion.* 182. *numero decimo part.* 9. *& deciſion.* 213.
numero ſeptimo part. decima in hujuſmodi caſu In-
veſtitura facta *pro ſe, & ſuis filiis ab eo de recta
linea legitime deſcendentibus* non probabat conceſ-
ſionem ultra tertiam generationem, comprehenſo
primo Acquirente, ita interpretante & reſtringente
ejus verba non ſolum diſpoſitione Juris communis,
27 ſed etiam Immemorabili, & concludenter probata
conſuetudine Eccleſiæ Sarſinaten. ex firmatis per
Bald. *in Authent. ſi quis ruinas numero quarto Codic.
de Sacroſanct. Eccleſ.* Caldas *de Jur. emphyteut. libro
primo quæſtion.* 9. *numero decimo quinto* Mantic. *de ta-
citurnit. libro vigeſimo ſecundo titul.* 28. Rota coram
Merlin. *deciſion.* 454. *numero ſecundo & in recentior.
deciſ.* 357. *numer.* 40. *cum tribus ſeqq. & numero* 55.
part. 11.

Hinc relevare non poterat obſervantia centum
annorum, exinde deducendo emphyteuſim perpetuam
cum præſumpto beneplacito Apoſtolico; Etenim ad
effectum inducendi præſumptam emphyteuſim per-
28 petuam cum præſumpto beneplacito Apoſtolico, ne-
ceſſarium eſt probare, quod bona emphyteutica Ec-
cleſiæ fuiſſent poſſeſſa intra hoc temporis ſpatium
per gradus generationum, de Jure non admiſſos in
emphyteuſi Eccleſiæ, prout eſſet caſus, quando ter-
minata tertia generatione concurreret obſervantia,
quod bona fuiſſent poſſeſſa per quartam, & quin-
tam generationem, & poſt obſervantiam centena-
riam comprehenſivam tot generationum Epiſcopus
prætenderet vellet Inveſtituram reſtrictam ad tres
gradus; ſecus autem eſt in præſenti, ubi obſervan-
tia non fuit prætergreſſa ipſam ſolam tertiam ge-
nerationem, ad quam ex diſpoſitione Juris, & con-
ſuetudine reſtringi ſolent hujuſmodi conceſſiones
emphyteuticæ; hoc enim caſu obſervantia non plu-
res gradus præſumit, quam quos comprehendit,
unde remoti, & inapplicabiles ſunt termini de præ-
ſumendo perpetuitatem emphyteuſis, ejuſque pro-
greſſum ad plures alios gradus, quam ſint compre-
hendi ſoliti de Jure, & ex conſuetudine, ut bene
advertit Samnoiat. *controverſ.* 153. *numero* 34. *& con-
troverſ.* 154. *numero decimo primo circa fin.* & com-
probat Rota *deciſion.* 39. *numero vigeſimo ſecundo &
ſeqq. part.* 9. *rec.*

Et ratio eſt evidens, quia obſervantia, niſi com-
prehendat gradus generationem ultra jus commu-
ne, & conſuetudinem Eccleſiæ ſeſe extendentes,
nunquam poteſt dici præciſa ad cauſam de quo quæ-
ritur, neque inducere præſumptionem beneplaciti 29
Apoſtolici tanquam pro emphyteuſi perpetua, ſeu
ultra tres gradus facta, cum omnis obſervantia de-
beat eſſe præciſa, & comprehendere caſum contro-
verſiæ, alias non concludit, unde ſi per centum
annos non poſſederunt bona emphyteutica, niſi tres
gradus generationum, impoſſibile eſt quod hæc ob-
ſervantia præſumere valeat emphyteuſim perpetuam,
ſeu ultra tres gradus, ne alias extendatur ultra li-
mites facti, quod comprehendit, juxta communem
regulam, de qua Surd. *conſil.* 382. *numer.* 41. *& de-
ciſion.* 131. *ſub numero nono & ſequentibus* Rota co-
ram Gregor. *deciſion.* 162. *numero quarto* & coram
Priol. *deciſion.* 69. *numero vigeſimo tertio & dec.* 422.
numer. 20. *& in recentiorum deciſ.* 135. *numer.* 12.
part. 10.

Deſcendendo ad punctum Renovationis, eam
nullo modo competere ſuſtinebam, quando Eccle-
ſia intendit bona devoluta pro ſe retinere, ſeu, 30
ut ajunt Noſtri, ammenſare, juxta theoricam Pa-
nimoll. *in cap. bona ſecundo numero vigeſimo octavo
de poſtulat. Prælat.* Fulgin. *de Jur. emphyteut. titul. de
renovat. quæſtion. prima numer.* 69. Pacion. *de locat.
capit.* 62. *numer.* 41. Rota *deciſion.* 131. *numer. quarto
part.* 9. *& deciſ.* 143. *numer.* 2. *part.* 19. *recent. & in
Farfen. renovationis Inveſtituræ* 1. *Martii* 1700. §.
Accedente coram bon. memor. Pio, *& in Piſana
devolutionis* 16. *Januarii* 1702. §. *Præfata* coram bon.
mem. Molines.

Et quamvis ab hac regula Juris recedi ſoleat,
quando in contrarium viget Conſuetudo immemo- 31
rabilis bona devoluta ſemper revocandi juxta deci-
ſa in *Mantuana bonorum 7 Maii* 1708. coram Re-
verendiſſimo Aldrovando de qua ſupra apud Me
diſceptat. Eccleſ. 70. *tom.* 3. attamen in facto, hujuſ-
modi Immemorabilis nec probatur, nec probari po-
terat, ad quem effectum requiruntur actus affirma-
tivi, & negativi, quod nempe ſemper in caſu de-
volutionis facta fuerit Renovatio Proximioribus ſpa-
tio temporis Immemorabilis, quodque nullus un-
quam caſus ammenſationis ſucceſſerit, juxta firma-
ta in *dicta Mantuana bonorum decimo quarto Ja-
nuarii* 1707. §. *Secundo cum ſequentibus* coram Moli-
nes, *& 7. Maii* 1708. coram Reverendiſſimo Al-
drovando *&* 12. *Aprilis* 1709. coram bonæ memo-
riæ Kaonitz.

Utrunque autem deficit ex pluribus ammenſatio-
nibus pro tempore factis per Menſam Epiſcopalem
ab anno 1594. uſque ad annum 1675. unde, dum
concurrunt infinitæ ammenſationes, quæ pro ma-
jori parte factæ fuerunt in contradictorio Judicio
proximiorum, qui comparuerunt, litigarunt, & ſuc-
cubuerunt, corruebat in radice totum ſuppoſitum,
& tota probatio Immemorabilis, ad quam de cæ- 32
tero deſtruendam unicus etiam actus ſufficit, juxta
inconcuſſam ſententiam, de qua Giurba *de ſucceſſor.
feud.* §. 2. *gloſſ.* 13. *numer.* 88. *verſ. ſive unius ille ſe.*
Scrader. *de feud ſect.* 20. *numer.* 157. Ronden. *collect.
legal. tom.* 2. *collect.* 47. *numer.* 46. *& numer.* 96. Spe-
rel. *deciſ.* 69. *numer. ſexto* Rota coram Cavill. *dec.* 271.
numer. 8. Cerr. *deciſ.* 506. *numer. decimo ſecundo* Bich.
deciſ.

deciſion. 290. *numer.* 52. Emeria *deciſion.* 1296. *numer. decimo quarto & in recentior. deciſion.* 203. *numero decimo primo part. nona deciſ.* 24. *numer.* 54. *& ſeqq. & deciſion.* 87. *numer.* 5, *part.* 10. *deciſion.* 4. *numero* 10. *& ſeqq.* ad de Luca *de legat. in Mantiſ. & in Matulen. ſuper bono Jure* 27. *Januarii* 1708. §. *Aſt neque*, *&* §. *Non egrediendo* coram bona memor. Anſaldo, *& in Trajana dilationis Crucis Januarii* 1708. §. *Minuſque* coram bona memoria Lancetta.

Præſertim quando hujuſmodi ammenſationes apparent continuatæ ſpatio unius ſæculi, & dubitari non poteſt, quin plenum habuerint effectum, ex quo probatur prædicta Bona ammenſata adhuc poſſideri, & retineri per Menſam, quo ſtante nullum imaginabile fundamentum ſupereſſe poterat ſuper prætenſa immemorabili conſuetudine renovandi, quæ excluſa remanebat, ſignanter quan-
33 do Eccleſia intendit pro ſe retinere, & ammenſare, dum exinde probatur, quod Eccleſia ammenſavit in caſibus numeroſis, & tamen conſuetudo renovandi requirit, quod Eccleſia nunquam aliqua Bona devoluta pro ſe retinuerit, ut *in dicta Mantuana Bonorum decimo quarto Januarii* 1707. §. *Secundo probatur*, *&* §. *Prout non officit*, *& 7. Maii* 1708. §. *Actus affirmativos* coram Reverendiſſimo Aldrovando, *& in Nonantulana emphyteuſis decimo octavo Januarii* 1605. *in principio* coram clar. memor. Cardin. Hieronymo Pamphilio, ibi = *Niſi conſuetudine particulari Eccleſia aliud obſervetur, quæ ſatis oſtenditur, ex quo conſtat ipſam Eccleſiam nunquam retinuiſſe aliqua bona.*

Accedebat etiam res judicata per tres conformes in caſu inveſtituræ per obitum Ludovicæ Fagiolæ, ubi Bona fuerunt ammenſata, non obſtante oppoſitione fratrum prædictæ Ludovicæ, qui ſuccubuerunt non ſolum in prima inſtantia coram Ordinario, ſed etiam in ſecunda coram Nuncio Hetruriæ, & in tertia coram Auditor Cameræ & in executionem rei judicatæ Epiſcopus Bona conceſſit Antonium Peſſio extraneo, cum expreſſione, quod poſt ejus mortem = *Epiſcopus, & ejus Succeſſores poſſint diſponere de eis, PRO ECCLESIA RETINERE, vel aliis dicta bona concedere, prout magis eis placuerit* = unde mihi videbatur ad me-
34 tam vanitatem reduci prætenſa conſuetudo renovandi, quando non ſolum concurrebat Centenaria ammenſationum, ſed etiam res judicata per tres conformes de anno 1643. juncta expreſſione libertatis Eccleſiæ, excluſis Conſanguineis, bona devoluta pro ſe retinendi, ad Text. *in leg. res judicata digeſtis de regul. jur.* Rota *in Romana Vineæ, ſeu Horti ſuper fructibus vigeſimo nono Januarii* 1703. §. *fin. & in Fanen. Juriſdict. decimi ſexti Junii* 1704. §. *quapropter*, coram clar. memoriæ Cardin. Scotto.

Et quibus patebat reſponſio ad omnia, quæ deducebantur in contrarium, & quidem non obſtabat, quod juxta atteſtationem Archiviſtæ Civitatis, & Notarii Spezzæ conſtaret antiquas Inveſtituras emphyteuticas continere clauſulas ad renovandum,
35 ultra quod enim illorum teſtimonium attendi non meretur veluti ſuſpectum, & lite pendente extortum, ut ſpecie Rota *in Piſana Devolutionis vigeſimo quarto Januarii* 1701. §. *etenim*, coram bon. memor. dell' Olmo.

Satis eſſet, quod adduceretur in contrarium infinitus numerus Inveſtiturarum, quæ non continent clauſulam ad renovandum, nempe 160. inſtrumenta, ſcilicet ab anno 1587. uſque ad 1606. necnon Inſtrumenta 2604. ab anno 1606. uſque in præſens, & ſtante hoc exorbitanti numero 2764. Inveſtiturarum, in quibus ſemper reſtringitur conceſſio ad tertiam generationem tantum, & deficit
36 clauſula *ad renovandum*, prorſus eliſa remanebat quæcunque aſſerta Conſuetudo, quæ ſi deſtructa remanet ex uno, vel altero actu in contrarium, multo magis quando concurrit major frequentia actuum, quorum major numerus ſuffocat minorem, ad tradita per Antonell. *de tempor. legal. libro ſecundo capit.* 112. *numer.* 7. Rota coram Gregor. *dec.* 51. *numero tertio* ibique Adden. *numer.* 6. Bich. *deciſion.* 290. *numer.* 30. Zacat. *deciſion. vigeſimo primo numer. decimo tertio & deciſion.* 53. *numer.* 24. *& in recentior. deciſion.* 355. *numero decimo octavo cum tribus ſequentibus part.* 11. *& in Tarraconen. Parochialis de Vimbodino* 15. *Januarii* 1706. §. *de reliquo*, coram bonæ memoriæ Anſaldo.

Inutilis erat reſponſio data ad rem judicatam anno 1643. quod nempe poſtea Epiſcopus coactus fuiſſet revocare Inveſtituram factam extraneo, illamque concedere fratribus Ludovicæ Fagiolæ ultimæ defunctæ; verites nanque erat, quod poſt rem judicatam, & poſt lapſum 24. annorum fratres de Fagiolis invenerunt novas ſcripturas in libris Menſæ Epiſcopalis, ex quibus conſtabat ipſos fuiſſe comprehenſos in Inveſtitura ibi = *prætenderent de dictis Bonis non potuiſſe Epiſcopum inveſtire ſupradictum Magiſtrum Antonium tanquam pertinentibus ad ſupradictos de Fagiolis, TANQUAM COMPREHENSOS IN INVESTITURA, & inſuper fuerit adinventa ſcriptura ex libris Menſæ prædictæ Epiſcopalis, ex quibus deducitur potuiſſe, & poſſe PERTINERE DICTA BONA ad dictos de Fagiolis*; ideoque Epiſcopus non conceſſit Inveſtituram Conſanguineis *ex æquitate Bartoli* Jure renovationis, ſed quia repertum fuit Inveſtituram comprehendere etiam fratres ſupradictæ Ludovicæ, quod eſt omnino diverſum a Renovatione; neque propterea dici poterat retractata res ju- 37
dicata, quando iſta habuerat ſuum effectum etiam cum obſervantia 24. annorum, itaut Inveſtitura ſuccedere non potuerit, niſi ex juribus de novo repertis, ſcilicet Inveſtituris antiquioribus, quæ comprehendebant etiam fratres ultimæ defunctæ, ita ſuadente præſumptione Juris, quæ aſſiſtit rei judicatæ ex firmatis per Rotam *in Ravennaten. Pecuniaria ſecundo Junii* 1702. §. *hujuſmodi ſententia cum ſequentibus & decimo ſecundo Februarii* 1703. §. *nec allegabilis*, coram clar. memoria Cardinal. Caprara, *& vigeſimo octavo Aprilis* 1704. §. *cum enim*, coram bonæ memoriæ Caſſarello, *& in Gemnen. Juris mutandi vigeſimo ſeptimo Martii* 1705. §. *augetur*, coram clar. memoriæ Cardinal. Priolo.

Et denique tenebat aliud objectum, quod nullibi conſtaret non fuiſſe inveſtitos proximiores, cum illo ratiocinio, quod extranei tales eſſe potuerunt ratione Cognationis, vel extraneorum Inveſtitura ſuccedere potuerit non comparentibus proximioribus, vel quia bona fuerint devoluta ob culpam emphyteutæ, & non lineam finitam, hæc enim omnia ceſſabant propter infinitas ammenſationes ſecutas opponentibus proximioribus, ſemperque reje-
ctis, non quidem in caſu devolutionis pœnalis, 38
ſed ob lineam finitam, itaut quando factum erat clarum ſilere debebant poſſibilitates, & præſumptiones, quæ ſemper cedere debent veritati, Suedus *conſil.* 61. *numer.* 48. Capyc. Latr. *conſultat.* 37. *numer.* 67. Royas *deciſion.* 198. *numero decimo* Orthobon. *deciſion.* 194. *numer. ſeptimo cum aliis in Romana fructuum cenſus vigeſima ſexta Januarii* 1705. §. *addito*, coram bonæ memoriæ Anſaldo.

Addebam his omnibus, quod hæc libertas ammenſandi vigeret etiam in locis finitimis Sarſinæ; videlicet in Epiſcopatu Cerviæ, in Abbatia Montis Cornarii, in Comitatu Foſſæ Cannæ, & Piandogni, & in aliis locis, quæ conſuetudo vigens
in locis convicinis præſumere facit, & coadjuvat 39
conſuetudinem etiam hujus Epiſcopatus, juxta Textus *in capit. cum olim de conſuetud.* Cardinal. de Luca *de ſervitut. diſcurſ.* 43. *ſub numero ſeptimo & diſcurſ.* 72. *numer. ſexto* & bene in terminis noſtris Antonell. *de tempor. legal. lib.* 1. *capit.* 57. *ſub numer.* 1. Rota *deciſion.* 357. *numer.* 49. *cum pluribus ſequentibus part.* 11. *recent.*

Et per conſequens attenta probatione Conſuetudinis ammenſandi adeo clara, & manifeſta, dice-

dicebam, quod ubi etiam adeſſent Renovationes factæ proximioribus, iſtæ nihil concluderent, quia emanaſſe dicerentur, ex quo Eccleſia noluit in illis
40 caſibus ammenſare, vel quia ſibi utile non eſſet propter utilitatem magni Canonis, vel quia voluit facere gratiam Conſanguineis ob eorum paupertatem, ut patebat ex caſibus pro tempore ſecutis, ubi Epiſcopus ex bonis devolutis partem renovavit proximioribus ad titulum paupertatis, partem vero ammenſavit.

Vanum denique convincebatur motivum præſumptæ appodiationis bonorum veluti totaliter excluſum ex facto, ubi oſtendebatur hæc bona fuiſſe ammenſata ſpatio unius ſæculi contradicentibus Conſanguineis, & ſuccumbentibus uſque ad rem judicatam, neque ſubſiſtebat tenuitas Canonis, dum licet pro
41 aliquibus Bonis Canones eſſent modici, pro aliis tamen licet ejuſdem naturæ, & Epiſcopatus, erant rigoroſi, junctis etiam rigoroſiſſimis laudemiis uſque ad ſecura decem, vel ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario; quando tamen, ubi bona ſunt appodiata, omnes Canones ſunt tenuiſſimi, & exigua laudemia præſtari ſolent, ut punctualiter arguit Rot. *in Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum* 13. *Maii* 1697. *§. creſcit in fin.* coram bon. mem. Muto, *& in Fanen. ſeu Senogallien. Caſtris, & Bonorum Montis Portii 7. Maii* 1708. *§. non ſubſiſtente verſ. dum pro ſimplici appodiatione, &* 24. *Januarii* 1709. *§. ſiquidem*, coram bon. mem. Molines.

Maxime ſtantibus ſententiis, ut ſupra ſecutis de anno 1643. ſuper libertate ammenſandi, vel aliis quibuſcunque concedendi, junctis aliis circumſtantiis facti, & præſertim exuberante ad excluſionem
42 appodiationis reſervatione Beneplaciti Apoſtolici, quæ in aliqua ex conceſſionibus facta legitur; Si enim Bona haberent naturam appodiationis, ſuperfluum fuiſſet Apoſtolicum Beneplacitum exigere, ut totidem fere verbis concludit Rota *in d. Fanen. ſeu Senogallien. Caſtro, & Bonorum Montis Portii 7. Maii* 1708. *§. attentis præſertim*, coram bon. mem. Molines.

His tamen omnibus, quæ, ut ſupra deducebam, non obſtantibus Rota contrarium judicavit confirmando deciſionem contumacialem ſub *die 3. Junii* 1712. coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano, de qua reſolutione crederem multum dubitari poſſe, quia circa devolutionem, Inſtrumentum anni 1582. non egrediebatur tertiam generationem juxta neceſſariam interpretationem Juris, & Conſuetudinis Epiſcopatus, cum aliis ſupra relatis; nec unquam in deciſionibus ſatisfactum fuit interpretationi huic neceſſariæ, niſi ſupponendo, quod erat in quæſtione, ſcilicet quod Inſtrumentum extendat conceſſionem ultra tertiam generationem; Quo vero ad Renovationem deficiebat omnino immemorabilis Conſuetudo renovandi, præſertim in caſu Eccleſiæ volentis bona retinere pro ſe, ex plene deductis apud Me *tom. 3. diſcept. 79. n. 7. cum ſeqq.* an autem in ca-
43 ſo, quo tenetur Eccleſia renovare proximiores, juxta æquitatem Bartoli *in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & æſtiv.* teneatur Renovationem facere pro ſoluta penſione, ſeu Canone, quando ab extraneo habet obligationem majoris Canonis, & utilitatis, negative concludunt Doctores, quia proximiores tenentur Jure Renovationis emphyteuſim recipere ſub eiſdem pactis, & conditionibus, quæ ab extraneis offeruntur, ut reprobato Caſtrenſi concludunt Ripa, & alii relati apud Mareſcot. *var. lib. 1. cap. 3. n.* 24. Gabr. *commun. concluſ. tit. de jur. emphyt. concluſ. 1. num.* 10. Roſent. *de feud. cap. 7. concluſ.* 24. *n.* 19. Rot. coram Seraph. *dec.* 610. *numer.* 11. & coram Emerix. junior. *dec.* 261. *numer.* 8.

ARGUMENTUM.

In Emphyteuſi Eccleſiaſtica quomodo probandum ſit dominium directum Eccleſiæ ad illos tres effectus, nempe ſolutionis Canonum, ſolutionis Laudemii, & Devolutionis.

SUMMARIUM.

1 *Dominium directum Eccleſiæ non probatur ex aſſertiva facta in Inſtrumento venditionis.*
2 *Limita ſi Eccleſia adducat alias probationes licet leviores, &* n. 3. & 4.
3 *An emptor Prædii emphyteutici teneatur ad Canones decurſos tempore ſui Auctoris.*
6 *Leviores probationes ſufficiunt ad effectum ſolutionis Laudemii.*
7 *Reprobatur hæc Concluſio, & diluciclatur.*
8 *Ad obtinendum Laudemium probanda eſt qualitas Contractus emphyteutici*, & numer. 9.
10 *Deficiente Inſtrumento Inveſtituræ Contractus præſumitur cenſualis, & non emphyteuticus.*
11 *Non obſtante ſolutione Canonum, & recognitione domini directi.*
12 *Poſſeſſor habet jus redimendi annuum Canonem, ſeu præſtationem in contractu cenſuali.*
13 *Solutio Laudemii demonſtrat Contractum emphyteuticum.*
14 *Laudemium ex pacto dari poteſt etiam in contractu locationis.*
15 *Quales probationes requirantur ad effectum ſolutionis Laudemii.*
16 *Laudemium non debetur ſtante Centenaria illud non ſolvendi.*
17 *Ad effectum devolutionis poteſt probari dominium etiam ſine Inveſtitura cum diſtinctione* Card. de Luca.
18 *Reprobatur diſtinctio, & opinio* Cardin. de Luca, *& ſimul declaratur, &* numer. 19. & 21.
20 *Adminicula quando non admittantur.*

DISCEPTATIO CXXXII.

Occaſione plurium Cauſarum, quas habui in materia emphyteuſis Eccleſiaſticæ, aliqua breviter explanabo notabilia in praxi, ad quod aſſequendum præmitto Eccleſiam teneri ad probandum ſuum dominium directum ad tres effectus; Primo ad effectum ſolutionis Canonum; Secundo ad effectum ſolutionis Laudemii; Et tertium ad effectum devolutionis.

Quo igitur ad primum effectum quæſtio eſt, an probetur dominium directum in favorem Eccleſiæ ex Inſtrumento venditionis alicujus Terræ,
in quo venditor aſſerat illam eſſe gravatam one- 1
re ſolvendi Canones tanquam exiſtentem ſub directo dominio alicujus Eccleſiæ, in quo affirmativam opinionem tenere videtur Surdus *deciſion.* 32. *numer.* 10. Rota coram Dunozett. ſenior. *deciſion.* 174. *numer.* 2. ea ratione, quod videtur emptor quaſi contrahere, & ſe obligare ad illam aſſertivam factam per venditorem, ut tradunt relati apud Hodier. ad Surd. *deciſion.* 32. *numer.* 18. Sed contrarium de jure veriſſimum eſt, quia ad effectum condemnandi emptorem ad ſolutionem Canonum non ſufficit Eccleſiæ probare dominium ex hujuſmodi unda, & ſimplici aſſertione facta per venditorem in Inſtrumento, niſi Eccleſia adducat alias probationes, licet leviores requirantur ad hunc effectum ſolutionis Canonum, ut eſt Text. *in leg. final. §. final. ff. de contrahend. emph.*

empt. & magiſtraliter probat Guid. Pap. *deciſion.* 24.
per tot. referens ita deciſum in Camera Conſilii Par-
lamenti Delphinatus *Speculat. in titul. de emphyteut,*
§. Nunc aliqua numer. 95. *verſic. In hac quæſtione*
Guilielmus de Benedictis *in Capit. Raynutius de Te-*
ſtament. verb. Uxorem nomine Adelaſiam numer. 444.
Maſcard. *de probat. concluſ.* 280. *numero tertio* Re-
buff. *ad Conſtitut. Regul. tom.* 2. *titul. de Conſtitut. red-*
dit. artic. ſecunda gloſſ. unic. numer. 5. 6. & 7. Urſil. ad
Afflict. *deciſion.* 164. *numero ſecundo* Peguer. *deciſion.*
141. referens ita judicatum, Burſat. *conſil.* 26. *numero*
25. *libro primo* Felician. *de cenſib. libro tertio capit.* 6.
ſub numero ſexto verſic. ſed Guid. Pap. ubi refert ſe
ita ſuſtinuiſſe in Curia Complutenſi in quadam
Cauſa ad eandem Curiam devoluta ex Epiſcopatu
3 Seguntino, Giurb. *deciſion.* 62. *numero* 29. Cancer.
variar. reſolut. libro primo capit. 71. *de Emphyteutic.*
numer. 28. Sola *ad Conſtitut. Saband. tit. de Jure Em-*
phyteut. part. prima decretor. gloſſa ſecunda numer. 12.
verſic. & *quod in ſpecie* Cavalean. *deciſion.* 43. *nu-*
mer. 56. *part. prima* Hodiern. ad Surd. *deciſion.* 10.
numer. 3.

Neque enim vera eſt ratio, quod emptor vi-
deatur quaſi contrahere, & ſe obligare ad illam
aſſertivam factam in Inſtrumento per vendito-
rem, ut probat Hodiern. ad Surd. *deciſion.* 32.
numer. 18. & 20. ubi reprobat Auctores hanc ra-
tionem allegantes, quia emptor ſe non obligat
ad ſolvendum onus enunciatum per venditorem,
ejus vero aſſertivam acceptare dicitur, ſic, &
quatenus illud onus verum ſit, & debitum eſſe
oſtendatur ab Eccleſia per alias præſumptiones,
ſeu probationes adminiculativas, cum alias nemo
præſumatur acceptare onus indebitum, eo ipſo
quod aliunde nullatenus conſtat, Afflict. *deciſion.*
399. *numer.* 13. & 14. Mantic. *deciſion. lib.* 3. *titul.* 7.
numer. 19.

Auctoritas autem Surd. *deciſion.* 32. *numero* 10.
communiter reprobata fuit, ut teſtatur Giurb. *de-*
ciſion. 62. *numer.* 25. Hodiern. ad Surd. *in eadem de-*
ciſion. 32. *numero vigeſimo verſic. ſubdeo.* Mauſon. *de*
Cauſ. execution. ampliat. 6. *numer.* 37. Et ſolum pro-
cedit concurrentibus aliis circumſtantiis, ſeu ad-
4 miniculis, ut ipſe Surdus declaravit *deciſion.* 10.
numer. decimoquarto ibique Hodiern. *numero quarto*
& *quinto* & ita concludunt omnes ſuperius allega-
ti, eandemque reſponſionem recipit auctoritas Rotæ
coram Dunozett. ſen. *deciſion.* 174. *numero ſecundo*
ubi concurrebant alia adminicula, non autem ſola
aſſertio facta in Inſtrumento venditionis, & con-
ſequenter tenendum eſt non poſſe emptorem Ter-
ræ, ſeu Prædii ad ſolvendos Canones condemnari
propter hanc ſolam aſſertivam factam per vendito-
rem in Inſtrumento, niſi alia concurrant ut ſupe-
rius dictum eſt.

Quod vero leviores probationes ſufficiant, in-
telligitur ad hunc effectum, ut Poſſeſſor teneatur
5 ad ſolutionem Canonum decurſorum tempore,
quo ipſe poſſedit Prædium huic oneri obnoxium;
non tamen id procedit reſpectu Canonum decur-
ſorum pro tempore, quo ille non fuit Poſſeſſor,
ſed poſſedit ejus Auctor; Ad hunc enim effectum
requiritur hypotheca expreſſa conventionalis, qua
ſtante Bona tranſeunt cum hac hypoteca in quem-
cunque poſſeſſorem pro Canonibus tempore præte-
rito decurſis, Ceſſante autem hujuſmodi hypote-
ca conventionali, cum Eccleſiæ Dominæ directæ
ſola competat actio perſonalis, hæc exercibilis non
eſt contra Tertium, ſeu novum Poſſeſſorem non
obligatum ad Canones debitos per anteriorem Poſ-
ſeſſorem, ut late Fulginat. *de Jur. Emphyteut. titul.*
de contract. quæſtion. 31. *numero quarto* & *ſeqq.*
Cardin. de Luca *de Emphyteut. diſcurſ.* 55. *nu-*
mer. 6.

Quoad aliam ſecundum effectum *ſolutionis Lau-*
demii advertendum eſt, quod ſine diſtinctione in-
ter hunc effectum, & alium, de quo ſupra, fir-
mari ſolet, quod deficiente Inſtrumento Inveſtitu-
ræ, ubi non agitur principaliter de dominio dire-
cto ad effectum devolutionis, ſed ſolum inciden-
ter ad effectum tam ſolutionis Canonum, quam
Laudemii, leviores probationes ſufficiant, & ad-
mittantur etiam præſumptiones, & conjecturæ, ut
apud Antoneil. *de tempor. legal. libro ſecundo capit.*
55. *numer.* 41. Conſtantien. *ad Statut. Urb. tom.* 1.
annotat. 22. *numer.* 42. & 43. Roca *deciſion.* 249.
numer. ſecundo deciſion. 400. *numer.* 6. & 7. *part.* 1.
& *deciſion.* 331. *numer.* 2. *part.* 2. & *deciſion.* 262.
numer. 10. *part. quinta* & *deciſion.* 85. *numero nono*
part. 9. & *deciſion.* 28. *numer.* 9. coram Dunozett.
junior. & *deciſion.* 464. *numero primo* & *ſeqq.* coram
Cerro, & *in Romana Laudemii* coram clar. mem.
Cardinal. Cavallerino apud Monacell. *in formul. tom.*
2. *deciſion.* 21. *numer.* 1. & Me ſcribente *in Taren-*
tina Quindenniorum 25. *Junii* 1714. *§. Dominium* co-
ram bon. mem. Lancetta.

Sed eſt manifeſta confuſio terminorum miſcere
unum effectum cum alio, & utranque ita æ-
qualiter determinare, quia longa eſt differentia
inter probationem dominii requiſitam ad effectum 7
ſolutionis Canonum, & inter probationem, quæ
neceſſaria eſt ad effectum ſolutionis Laudemii;
Differentia autem in eo conſiſtit, quod ad effe-
ctum ſolutionis Canonum ſufficit probatio domi-
nii directi *in genere*, nec requiritur probatio do-
minii directi qualificati, ſeu *in ſpecie*, ſcilicet
emphyteutici, quia non curatur qualecunque ſit
dominium directum, ſive deſcendat ex contractu
livellario, ſeu locationis perpetuæ, ſive emphy-
teuſis, quia Canones ſunt annuæ reſponſiones ge-
neraliter applicabiles ad quemcunque contractum,
vigore cujus transfertur dominium utile, & reti-
netur directum, ſecus autem procedit ad effe-
ctum ſolutionis Laudemii; Cum enim Laudemi-
um ſit de naturalibus Contractus emphyteutici,
ejuſque ſequela, & effectus juxta Textus *in leg.*
final. Cod. de Jur. Emphyteut. Niger. *de laudem.*
tom. 1. *quæſtion.* 10. *articul.* 2. *numer.* 53. Pacion.
de locat. capit. 3. *numer.* 57. Mantic. *de tacit. lib.*
22. *tit.* 3. *numer.* 15. Hodiern. ad Surd. *deciſion.*
31. *numer.* 29. & *ſeqq.* Rota *deciſion.* 400. *numer.*
8. *part.* 4. *recentior.* idcirco ſatis non eſt probare
dominium directum in genere, quidquid non be-
ne expreſſum fuerit *in Caſtellanaten. Pradii* 11.
Maii 1711. *§. final.* coram clar. memoria Cardin.
Scotto. Sed probandum eſt directum dominium
emphiteuticum, alias enim niſi oſtendatur qualitas 8
Contractus emphyteutici, vel per Inveſtituram,
vel per modos æquipollentes, nunquam intrare
poteſt actio ad obtinendum Laudemium, ut ple-
ne firmatum habetur apud Rota *deciſion.* 13. *per*
tot. part. 6. *recentior.* ubi præciſe ad effectum judi-
candi, an eſſet ſolvendum Laudemium, cenſuit
examinandum eſſe, an Conceſſio eſſet emphyteu-
tica, vel non concordat Rota *in Romana ſeu*
Tiburtina Quindenniorum 27. *Junii* 1712. & 16.
Januarii 1713. coram clar. memor. Card. Scotto,
ubi hic articulus fuit diſputatus pro ſolvendis,
vel non Quindenniis loco Laudemiorum ſubro-
gatis, & probato, quod Contractus eſſet locati-
tius, non autem emphyteuticus, dictum fuit non
eſſe attendendam unicam ſolutionem Laudemii,
veluti ignoranter, & erronee geſtam, dum an-
te, & poſt aderat negativa obſervantia non ſol-
vendi, ut in eadem *deciſion.* 16. *Januarii* 1713.
§. Quibus poſitis, ejuſdemque articuli examen ha-
bitum fuit ad hunc effectum in *Romana Quinden-*
niorum 22. *Aprilis* 1678. & 12. *Maii* 1679. cor.
Rondinin. & *in Cajetana bonorum* 14. *Decembris*
1676. coram Bourlemont. & *in Romana Quin-*
denniorum 21. *Novembris* 1708. coram bon. me-
moriæ Lancetta; Sic pariter diſputatum fuit, an
conſtaret de qualitate emphyteutica bonorum,
itaut ſolvendum eſſet Laudemium, & negative
fuit reſolutum in *Caſtellaneten. prætenſi Juris em-*
phyteutici 22. *Junii* 1712. coram Eminentiſſimo
Falconerio; Pariter diſtinctionem hanc inter ſo-
lutionem Canonum, & Laudemii conſideravit
Cardin. de Luca *de emphyteuſi diſcurſ.* 37. *numer.*
3. ubi quod probatio dominii ad effectum Lau-

demii

demii requirit majorem adminiculorum, & probationum efficatiam, quia hic effectus dicitur magis præjudicialis comparative, ſeu reſpective ad alium effectum ſolutionis Canonum *juncte num.* 10. *verſic. longe autem*.

Hinc propterea graviſſimus error eſt procedere in confuſo, & firmare quod leviores probationes requirantur ad utrunque effectum tam ſolutionis Canonum, quam Laudemii, ex quo agi non dicatur ad duriorem effectum devolutionis, quia reſpectu reſolutionis Laudemii requiruntur probationes graves, & perfectæ concludentes qualitatem Contractus emphyteutici, ideoque licet ad effectum ſolutionis Canonum ſufficiant enunciativæ, & præſumptiones directi dominii in genere, & ſufficiant ſolutiones Canonum, hæc tamen probatio, quæ ſufficit ad iſtum effectum, non ſufficit ad alium ſolutionis Laudemii, niſi afferantur probationes non æquivocæ, ſed univocæ pro oſtendenda qualitate Dominii emphyteutici, quidquid non diſtinguendo unum ab alio non bene proceſſerint *tot deciſiones ſuperius relatæ*, quia Laudemium eſt effectus emphyteuſis, non autem Dominii directi in genere, ratione cujus deberi poſſunt Canones, & annuæ reſponſiones abſque obligatione Laudemii, Dec. *conſil.* 138. *numer.* 5. Panimol. *deciſion.* 4. *annotat.* 1. *numer.* 2. Rota *deciſion.* 138. *numer.* 5. *part.* 2. *diverſor. & deciſion.* 128. *numer.* 1. *part.* 6. *recentiorum, & in dicta Neapolitana Quindennii* 13. *Januarii* 1702. §. *Pariterque* coram bonæ memoriæ Muto ubi quod ſolutio Laudemii, & Quindennii eſt inſeparabilis a qualitate emphyteutica, *& in Romana Domus ſeu Domorum decima quarta, Januarii* 1708. §. *abſque eo quod* coram bonæ memoriæ Molines, *& in Romana, ſeu Tiburtina Quindenniorum vigeſimo ſeptimo, Junii* 1712. §. *fundamentum* coram clar. memoriæ Cardinal. Scotto; Et ſic vanitas apertiſſima eſt prætendere Laudemium eo ipſo, quod res alienata eſt ſubjecta directo dominio propter annuum Canonem favore Eccleſiæ, quaſi ſolutio Canonum faciat emphyteuſim, & actionem producat ad ſolutionem Laudemii, quod eſt erroneum, ut infra *n.* 11.

Effectus autem ſolutionis Laudemii non eſt ita levis, ſicut ille ſolutionis Canonum, dum continet reſpective majus præjuditium Poſſeſſoris ut infra; Etenim quando non probatur dominium, ſeu qualitas emphyteutica contractus de Jure præſumi-
10 tur cenſualis, ſeu locatitius, aut livellarius, Pacion. *de locat. capit. tertia, numer.* 64. *& ſequentibus*, Fulgin. *de Jure emphyteut. in prælud. quæſtion* 8 *numer.* 14. loquens contra Eccleſiam, Rota *deciſion.* 76. *numer.* 15. *part.* 2. *recentiorum, & deciſion.* 141. *numer.* 6. coram Cardin Caprara, *& deciſion.* 67. *numer.* 1. *poſt Conſtant. ad Statut. Urbis*, ubi agebatur contra Eccleſiam, *& deciſion.* 1245. *numero quarto*, coram Emerix junior. ubi etiam agebatur contra Eccleſiam, & in eiſdem terminis coram Emerix juniore *deciſion.* 1114. *numer.* 3 *& deciſion.* 1245. *numer.* 4. *& in dicta Romana ſeu Tiburtina Quindenniorum* 16. *Januarii* 1713. §. *fin.* coram clar. memor. Cardin. Scotto.

Quæ præſumptio Contractus cenſualis, ſeu locatitii, aut livellarii procedit non obſtante ſolutione
11 facta titulo Canonum, quia tale vocabulum generale eſt, ac pro cenſu, ſeu quacunque reſponſione annua uſurpatur, ut proſequitur Rota *dicta deciſion.* 141. *numero ſeptimo*, coram Cardinal Caprara, *& deciſion.* 67. *numero ſecundo, poſt Conſtantin., ubi ſupra*, & procedit non obſtante etiam expreſſione proprietatis, & dominii directi, quod commune eſt omnibus Contractibus, per quos transfertur dominium utile, reſervato directo, & quod propterea non concludit ſolam emphyteuſim, Rota *dicta deciſion.* 67. *numera quinta, & ſequentibus, poſt Conſtantin.* ubi aderat Inſtrumentum recognitionis in Dominium, *& dicta deciſion. decima quarta, numer.* 28. *& ſequentibus, part.* 6. *recentiorum*, ubi quod reſervatio directi dominii æque convenit locationi perpetuæ, in qua non transfertur directum, ſed utile dominium tantum, Pacion. *de locat. capit.* 3. *numer.* 44. Buratt. *deciſion.* 334. *numer.* 14. Seraphin. *deciſion.* 286. *numero tertio*, Coccin. *deciſion.* 761. *numer.* 15.

Et hinc naſci poteſt præjudicium Poſſeſſori, ſi cogatur ad ſolutionem Laudemii, tum propter hoc aliud gravamen præter illud Canonum, tum etiam pro ſequentia contingibili, dum quando probata non eſt qualitas emphyteutica, Poſſeſſor qui habet rem ſubjectam oneri annuæ præſtationis etiam titulo Canonis ſolutæ poteſt allegare Contractum eſſe cenſualem, ac inſuper annuam præſtationem eſſe cenſum redimibilem, ut in dubio præſumitur juxta æquiorem ſententiam, de qua Covarr. *variar.* 12
reſolut. capit. 10. *numera quinta, verſic. quinto*, Fellician. *de cenſib. lib.* 2. *capit.* 5. *numer.* 25. Roderic. *de annotat. redd. lib.* 1. *quæſtion.* 15. *numer.* 38. *& ſequentibus, & numer.* 48. D. Jacob. de Comitib. *deciſion. Senen.* 41. *numera quinta, & ſexto*, Rota *deciſion.* 67. *numero decimo ſecundo*, apud Conſtantin. *ad Statut. Urbis*, niſi circumſtantiæ excludant qualitatem Contractus cenſualis, aut cenſus redimibilis, D. Jacobus de Comitib. *dicta deciſion.* 41. *numer. ſeptimo, & ſequentibus*, & ſic Poſſeſſor habet actionem redimendi hanc præſtationem cenſualem redimibilem, & hoc modo rem ſuam reddere poteſt liberam, quod multum conſiderabile eſt, ut contra Eccleſiam, & Monachos S. Potentianæ, & Bernardi de Urbe prætendens qualitatem emphyteuticam certæ Domus judicavit per ſententiam A. C. Cavallerinus poſtea S. R. E. Cardinalis, quam in gradu appellationis canonizavit Rota *in allegata deciſion.* 67. apud Conſtantin. hanc vero actionem pro libertate rei ſuæ amittit Poſſeſſor, & ſic præjudicatur in hac parte, ſi condemnetur ad ſolutionem Laudemii de ſui natura demonſtrativi qualitatis emphyteuticæ ad 13
excluſionem cenſualis, ut habetur apud Cardin. de Luca *de Emphyteut. dicta diſcurſ.* 37. *numer.* 8. *in final.* Rota *deciſion.* 400. *numer.* 8. *part.* 4. *& deciſion.* 128. *numera primo, part.* 6. *& deciſion.* 234. *numera quinto, part.* 7. *& deciſion.* 40. *numer.* 1. *part.* 8. *& deciſion.* 198. *numer.* 9. *part.* 19. *recentiorum, & deciſion.* 483. *numer.* 28. coram Bichius, *& in Neapolitana Quindennii* 13. *Januarii* 1702. §. *Quarta* coram bonæ memoriæ, Muto; & propterea hoc conſideratur præjudicium etiam in ipſa natura Contractus, qui Poſſeſſori in deterius immutatur de cenſuali, aut locatitio, & livellario in emphyteuticum veluti magis onerofum comparative ad cenſualem, livellarium, ſeu locatitium, ex quo Laudemium eſt ſignum Contractus emphyteutici, licet etiam in contractu locationis poſſint non quidem 14
ex ſui natura, ſed accidentaliter, ſeu ex pacto dari ſolutio Laudemii, Pacion. *de location. capit.* 3. *numer.* 55. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de Laudem. quæſtion.* 8. *num.* 51.

Concludendo, quod ad effectum ſolutionis Laudemii requiritur probatio qualitatis emphyteuticæ, aut per Inſtrumentum Inveſtituræ, aut ſaltem per probationes illi æquipollentes, licet non controver- 15
tant, quod iſtæ probationes conſiſtere poſſint in pluribus circumſtantiis, præſumptionibus, & adminiculis ſimul junctis; quæ tamen inſimul juncta concludant perfecte, clare, & univoce contractum emphyteuſis, & in hoc ſenſu intelligi debent omnes deciſiones in hoc puncto loquentes, ut bene declaravit Rota *in Caſtellanetén. prætenſi Juris Emphyteutici vigeſimo ſecundo, Junii* 1712. §. *Qualitas* coram Eminentiſſimo Falconerio ibi *Niſi juſtificetur per exhibitionem originalis Inveſtituræ &c. vel ſaltem per claras, & univocas probationes* =. *& in dicta Neapolitana Quindennii* 13. *Januarii* 1702. §. *Probato* coram bonæ memoriæ Muto; Unde caveat Judex, ne ſibi impreſſionem faciat multitudo, ſive, ut ita dicam, filacteria adminiculorum, & enunciativarum, quando ſingula in ſuo genere non ſint perfecta, ſeu perfecte, & univoce non concludant veram qualitatem Contractus emphyteu-

tici,

tici, & ſic Dominii in hac ſpecie qualificati, non autem ſimpliciter Dominii directi in genere, in quo æquivocum cadere ſolet.

Et de cætero, ubi adeſſet negativa obſervantia
16 non ſolvendi Laudemium in pluribus alienationibus pro tempore ſecutis, durior onere adſtringeretur Eccleſia ad probandum Contractum, & Dominium emphyteuticum excluſive ad alium Contractum locationis perpetuæ, aut Cenſus, ſeu Livelli; Quando autem adeſſet Centenaria obſervantia non ſolvendi, non obſtante, quod ſucceſſerint alienationes, pro quibus, ſuppoſita emphyteuſi, debitum fuiſſet Laudemium, in his terminis virtus Centenariæ, quæ operatur in linea tituli, non autem præſcriptionis, declararet Contractum eſſe locatitium, ſeu cenſualem, aut livellarium excluſive ad emphyteuticum, aut quatenus ante Centenariam adeſſent probationes ſuper Contractu emphyteutico, & ſolutiones Laudemiorum, præſumeret ſupervenientiam novi Inſtrumenti, aut pacti immunitatis primævum Contractum, aut remittentis ſolutionem Laudemii in caſu alienationis, Rota *in Avenion. Novennioru m* 26. *Junii* 1699. §. *fin.* coram bon. mem. Pio *in Manuſcr.* ad Card. de Luc. *de feud. dec.* 4. *n.* 3. *& ſeqq. & in Tiburtina Caſtri Sambuci* 12. *Junii* 1711. §. *Nisi turbet, &* §. *Sed quatenus* coram Reverendiſs. Aldrov. Decano.

Quo denique ad tertium effectum devolutionis, ſive non culpoſæ ob lineam finitam, ſive culpoſæ ob caducitatem, neceſſarium eſſe inſtrumentum In-
17 veſtituræ, probat opinio Sacræ Rotæ *deciſion.* 290. *part. prima, deciſion.* 611. *part. quarta, tom. tertio, & deciſion.* 164. *part. ſexta*, & plane in *Mediolan. devolut. domus* impreſsa in *deciſion.* 76. *part. decima ſecunda, recentiorum*, approbata in *deciſion.* 41. *numer.* 2. coram Card. Capr. Veruto in contrariam Sententiam inclinavit Cardin. de Luca *de Emphyteutic. diſcurſ.* 37. ubi ſcribens contra deciſionem deſuper emanatam in dicta *Mediolanen. Devolutionis Domus deciſion* 75. *part.* 12. cenſuit verum non eſse, quod ſemper neceſsarium ſit Inſtrumentum Inveſtituræ, ita ut ea deficiente Dominium remaneat improbabilem, ex quo eſset dare inconveniens, quod caſu, vel malitia emphyteutæ perempta ſcriptura, ſeu ob temporis antiquitatem ejus memoria amiſsa, nunquam ſperari poſset devolutio, quod eſset aperire latam viam fraudibus, præſertim in præjudicium Eccleſiarum, quarum ſcripturæ ob frequentem mutationem Prælatorum, & Adminiſtratorum, quorum aliqui negligentiæ vitio laborant, diſperdi ſolent; Ideoque firmavit, quod etiam ſine Inveſtitura per adminicula, & conjecturas probari poſſit Dominium Emphyteuticum Eccleſiæ, etiam ad effectum devolutionis, ut legere eſt in citato *diſc.* 37. *numer.* 4. *de Emphyteut.* Et ſucceſſive proſequendo materiam proceſſit cum diſtinctione, credendo ſcilicet neceſsariam eſse Inveſtituram, ubi intentatur devolutio ob lineam finitam, ſecus autem ubi quæſtio eſt ſuper natura Conceſſionis, an ſit emphyteutica, vel potius locatio perpetua, aut cenſualis ad alios effectus, nempe *prohibitionis alienandi abſque aſſenſu, ſolutionis Laudemii, prælationis, caducitatis ob non ſolutionem Canonum per biennium, cum ſimilibus*, ubi dixit probationem Dominii emphyteutici alias quam per ſcripturam probari poſſe, nec procedere rigorem requirendi exhibitionem Inveſtituræ, quam requiſivit Rota *in deciſion.* 76. *part. decima ſecunda*, confirmata per aliam deciſionem *ſub die tertia, Junii* 1658. coram Melrio; & demum ſuperaddit, quod neceſſitas exhibendi Inveſtituram etiam ad effectum devolutionis ob lineam finitam non incapax limitationis, ſed poſſit in aliquo caſu limitari; Exempli gratia in caſu, quo ageretur de bonis ſitis in Contrata, ubi omnia alia bona ejuſdem Eccleſiæ proprietariæ eſsent ejuſdem naturæ, ſcilicet conceſsa, & concedi ſolita in emphyteuſim pro hæredibus ſanguineis, & ad tertiam generationem, in quo caſu etiam ſine Inveſtitura peti poſse devolutionem, ut in eodem *diſcurſ.* 37. *ſub numer.* 10. *verſic. longe autem ſeqq. de Emphyt.*

Ego autem idealem, & non veram puto hujuſmodi diſtinctionem inter caſum devolutionis ob 18
lineam finitam, & caſum caducitatis ob non ſolutos Canones per biennium, cum ſimilibus; nam ſive devolutio indicatur ob lineam finitam, ſive ob caducitatem, utroque caſu ſemper agitur de privatione, & ſpolio Poſseſsoris, & effectus utrobique eſt durior, & duriſſimus, & pariter utrobique neceſsaria eſt Inveſtitura tam ad dignoſcendum, an linea ſit finita, quam etiam, an Contractus ſit emphyteuſis, ſolitam caducitatem, vel non, inducens; dum ſicut Cardinalis de Luca neceſsariam exiſtimavit Inveſtituram in devolutione ob lineam finitam ad effectum videndi, an ex pacto emphyteuſis conceſsa fuerit ultra tertiam generationem, ita eadem ratione neceſsaria eſt ad effectum dignoſcendi, an ex pacto ibi expreſſo receſſum fuerit a rigore caducitatis ob non ſolutionem Canonum per biennium cum ſimilibus, cum iſte rigor aliquando in Inveſtituris remitti ſoleat, & favore Poſseſsoris omnis poſſibilitas admittitur, ne patiatur ſpolium, & jacturam rei poſseſsæ; Unde ſtatuenda eſt regula generalis, quod ubi agitur ad hunc duriſſimum effectum devolutionis, ſive ob lineam finitam, ſive ob caducitatem, utroque caſu neceſsaria ſit exhibitio Inveſtituræ juxta opinionem Rotæ *ubi ſupra*; Bene verum eſt, 19
quod dari poteſt caſus, ut etiam ad effectum devolutionis admitti poſſit probatio dominii emphyteutici abſque Inveſtitura, cum alia tamen Scriptura, quæ ſit perfecte æquipollens ipſi Inveſtituræ, veluti quando abeſset Inſtrumentum, in quo primus Inveſtitus ſe obligaſset ad ſolutionem Canonum favore Eccleſiæ, ſeu Prælati in executionem, & ſequelam Inveſtituræ, cujus tenorem ſubſtantialem in eodem Inſtrumento expreſſiſset juxta caſum, de quo ſupra in *Sarſin. devolutionis diſceptat.* 131. *numero octavo*, idemque procederet in Inſtrumento, in quo alter ſequens Inveſtitus pariter inveſtituræ tenorem retuliſset, dummodo tamen utroque caſu concurrerent aliæ circumſtantiæ, præſumptiones, adminicula, & conjecturæ, ſcilicet enunciativæ univocæ quoad directum dominium emphyteuticum emiſſæ in actibus proportionatis, Inſtrumenta recognitionis in Dominum, & ſolutiones Laudemii, & Canonum; deficiente autem Inveſtitura, aut Inſtrumento æquipollenti, ut ſupra, hujuſmodi enunciativæ, necnon ſolutiones Canonum, & recognitio in dominium cum ſolutione Laudemii non ſufficeret ad effectum devolutionis, ut firmavit Rota *deciſion.* 76. *numer.* 5. 6. *&* 7. *part.* 12. *recentiorum.*

Inter circumſtantias autem adminiculativas collocari poſset illa, quam refert Card. de Luca *de Emphyt. diſcurſ.* 37. *in fin.* quando nempe omnia alia bona, quæ ſita reperiuntur in eadem Regione, ſeu Contrata, eſsent emphyteutica ejuſdem Eccleſiæ, & concordat Fulgin. *de Jur. Emphyt. in prol. q.* 8. *numer.* 17. Inſuper etiam Scriptura æquipollens Inveſtituræ emphyteuticæ eſset illa, ubi incurſa caducitate, & devolutione per ſententiam ob non ſolutionem Canonum per biennium, aut deteriorationem bonorum, aliquis eorum antiquus Poſſeſſor fuiſset admiſsus ad purgationem moræ, & propter hoc bona tanquam emphyteutica, & devoluta, fuiſsent ei reſtituta per Eccleſiam uti proprietariam, idque conſtaret per publicum Inſtrumentum, quod ad probandum dominium emphyteuticum æquipolleret Inveſtituræ contra habentes cauſam ab illo antiquo Poſseſsore, & hoc ſemper intelligo, concurrentibus aliis circumſtantiis, præſumptionibus, & adminiculis. Cæterum ſine hujuſmodi æquipollenti Scriptura Ego non admitto dari poſſe devolutionem etiam ex capite caducitatis ex ſolis præſumptionibus, adminiculis, & circumſtantiis licet pluribus, & numeroſis, quæ ſimul juncta mentem Judicis convincere viderentur, quia

agitur

agitur de ſpolio Poſſeſſoris, & conſequenter de effectu duriori, ubi periculoſum eſt ambulare per adminicula, enunciativas, præſumptiones, & conjecturas, quibus non datur locus, ubi deficit primum principium, ſeu principalia gradus probationis conſiſtens in aliqua æquipollenti Scriptura ſuperius exemplificata, Rot. cor. Dunoz. Junior. *dec.* 647. *n.* 22. *&* *in rec. dec.* 289. *num.* 13. *part.* 17. ad hunc enim durissimum effectum, totus rigor probationis exigendus eſt, & licet plures Sac. Rotæ deciſiones ex pluribus circunſtantiis, & conjecturis gravibus ſimul junctis aliquando judicaverint conſtare de qualitate emphyteutica Contractus, hoc tamen firmarunt ad alium effectum, quam caducitatis, & devolutionis.

Ratio inconvenientis, & fraudum conſiderata apud Card. de Luc. *ubi ſupra*, mihi ſufficiens non videtur ad effectum diſcedendi a Regula. Etenim circa fraudes iſtæ poſſunt eſſe communes, dum aliquando contingit, quod propter ignorantiam Poſſeſſorum quoad contractum originarium, quicquid ſolvendum eſt titulo ſimplici annuæ reſponſionis cenſualis, ſeu penſionis, & livelli, ſolvatur nomine Canonis, & ita continuari ſoleat de uno in alium pro tempore Poſſeſſorem in obſcuro manentem, contra quorum aliquem, deinde fiat tranſitus ad obtinendum Laudemium cum recognitione in Dominium, & expreſſionibus magis Eccleſiæ proficuis, ſcilicet *Proprietatis*, *&* *Emphyt.* & hinc multiplicari ſoleant Enunciativæ emphyteuſis in pluribus actibus, & Inſtrumentis pro tempore ſecutis, & demum ita dilatatis fimbriis mediante cumulo tot probationum, & actuum, poſtremo ad effectum obtinendi devolutionem occultari poſſet Inſtrumentum primævi Contractus, qui eſt locatitius, ſeu cenſualis, & livellarius in apertam jacturam, & ſpolium Poſſeſſoris; & de facto audivi caſum in Urbe, quod certa Eccleſia intentaverat devolutionem ex capite caducitatis contra Poſſeſſorem ratione dominii emphiteutici adducendo ſolutiones Canonum, aliaſque quamplures demonſtrationes, & probationes ſuper dominio directo ex obſervantia reſultantes, & in proſecutione litis tandem compertum fuit, quod origo præſtationis Canonum proveniebat ex legato pio tot annorum cadorum vini ſuper quadam Vinea Teſtatoris, qui hujuſmodi annuum legatum illi Eccleſiæ reliquerat cum onere Miſſarum, & propterea deperditio per caſum, aut poſſibilis occultatio, & ſubtractio primævi Inſtrumenti, ſeu Inveſtituræ eſt circunſtantia, quæ non concludit ſuppoſitum Inconveniens, quia non fundat jus certum Eccleſiæ ſuper dominio emphyteutico, dum in quæſtione eſt, an primævus Contractus illud potius, quam aliud diverſum continere poſſit, & quod extra exhibitionem Contractus, fallax, & periculoſum eſt deducere per actus obſervantiæ, ſeu demonſtrationes, adminicula, & conjecturas *abſque Scriptura æquipollenti*, ut dictum eſt ſupra; hoc tamen intelligo, excepto caſu, quo non quidem
21 per poſſibile, ſed per concludentes præſumptiones, & demonſtrationes conſtaret de occultatione, aut ſubtractione originarii Contractus, ſeu Inveſtituræ facta per controverſum emphyteutam Poſſeſſorem bonorum, contra quem tali caſu intraret præſumptio Inveſtituræ emphyteuticæ, Card. de Luc. *de Judic. diſc.* 28. *n.* 28. Rot. cor. Cerro *dec.* 210. *num.* 7. *&* 11. *&* *dec.* 780. *n.* 11. cor. Dunoz. jun. *dec.* 973. *n.* 20. & cor. Royas *dec.* 466. *num.* 5. *&* *in Mantuana Bonorum* 14. *Januar.* 1707. §. *Quarto* cor. bon. mem. Molin. hoc enim caſu abſque Inſtrumento Inveſtituræ per malitiam Poſſeſſoris ſubtractæ poſſet Eccleſia probare dominium emphyteuticum, aliunde per plures alias probationes, circunſtantias, adminicula, & præſumptiones, quæ inſimul juncta qualitatem emphyteuticam perfecte, & concludenter demonſtrarent.

ARGUMENTUM.

An Beneficiatus, contra quem impetratum fuit ab alio Beneficium, lite pendente cum impetratore, poſſit illud reſignare in favorem, & an defuncto Reſignante competat impetratori ſubrogatio gratioſa; Canonicus Coadjutor quomodo ſit privandus ob non Reſidentiam; Epiſcopus ad privandum Canonicum abſentem ſervare debet triennium, nec eo durante poteſt procedere ad Cenſuras; Diſpoſitio Text. *in Cap. ſi Apoſtolica de præb. in 6.* an locum habeat in Parochiali vacata juxta decretum per aſſecutionem incompatibilis.

S U M M A R I U M.

1 *Canonicus poteſt reſignare Canonicatum lite pendente ſuper illo cum Impetrante.*
2 *Limitatur, & declaratur Concluſio.*
3 *Lis introducta contra Reſignantem continuat cum Reſignatario.*
4 *Quando vacet primum per aſſecutionem ſecundi; ſi poſſeſſio non ſit pacifica.*
5 *Si decedat Reſignans lite pendente cum Impetratore non competit iſti ſubrogatio.*
6 *In Beneficialibus litigando jus acquiritur, & quomodo hoc intelligatur.*
7 *Forma Concilii Tridentini ad privandum Canonicum abſentem non procedit in Coadjutore.*
8 *Epiſcopus ad privandum Canonicum ſervare debet dilationes trium annorum juxta formam Concilii.*
9 *Durante triennio non poteſt procedere contra abſentem ad Cenſuras.*
10 *Duæ pœnæ dari non debent pro eodem delicto.*
11 *Forma legis dividi, vel alterari non poteſt.*
12 *Diſpoſitio* Textus in Capit. ſi Apoſtolica de Præbend. in 6. *locum habet etiam in Parochialibus reſervatis alia reſervatione, quam ob vacationem in Curia.*
13 *Non habet locum ubi Parochialis per ſpeciale decretum reſervata fuit Collationi Papæ.*
14 *Cenſetur ei derogatum per reſervationem ſpecialem.*
15 *Etiam ſi deficiat mentio ſpecialis.*
16 *Reſervatio ob aſſecutionem incompatibilis eſt generalis.*
17 *Extrav. ad Roman. de Præben. non derogat diſpoſitioni* Tex. in Cap. ſi Apoſtolica.
18 *Decretum vacationis ex ipſo eſt contra Jus*
19 *Reſervatio ſpecialis non expirat per obitum Papæ; & de ratione appoſitionis manus.*
20 *Lex poſterior generaliter loquens non intelligatur derogare priori abſque ſpeciali mentione, & quando, limita* n. 12.
22 *Decretum Papæ ſuper Beneficio, quod nemo a*lius præter Romanum Pontificem de eo diſponere poſſit, *derogat juri inferioris Collatoris.*
23 *Diſpoſitio* Textus in Cap. ſi Apoſtolica *non procedit in Parochialibus devolutis ob negligentiam, vel non ſervatam formam Concilii Tridentini.*
24 *Nec etiam procedit in aliis Beneficiis Curatis, et Eccleſiis Parochialibus Collegiatis.*
25 *Diſpoſitio correctoria Juris Communis non extenditur etiam ab identitate rationis.*
26 *Diſpoſitio de actu ſimplici non trahitur ad caſum mixtum.*

DISCEPTATIO CXXXIII.

Requiſitus, ut in ſenſu veritatis exponam, an Poſſidens Canonicatum, contra quem facta fuit per Tertium Impetratio, lite pendente, poſſit illum reſignare in favorem, & reſignatio admitti ſoleat per Datariam, reſpondeo ut infra.

Hanc quæſtionem movet Pariſ. *de reſign. lib.* 3.
1 *quæſt.* 16. *num.* 34. *&* 35. ubi validam cenſet reſignationem, ſi ignorans Impetrationem reſignavit; ſecus ſi ſciens; ſed rejecta diſtinctione Pariſii, communiter cenſuerunt Doctores poſſe fieri reſignationem beneficii etiam a ſcienta Impetrationem, ut late Garz. *de benef. part.* 11. *capit.* 3. §. 1. *num.* 84. *& ſeqq. & num.* 90. *cum ſeqq.* ubi ampliat etiamſi lata fuiſſet contra reſignantem ſententia privationis, a qua appellaſſet, & concordant Filluc. *tract.* 41. *de benef. capit.* 10. *numer.* 16. Pax Jord. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 18. *tit.* 35. *num.* 37. Genu. *in prax cap.* 65. *num.* 18. Vallen. *de benef. lib.* 3. *tit.* 24. *num.* 3. *& ſeqq.*

Ratio eſt quia nullum in hoc caſu adeſt præjudicium Impetrantis, & Litigantis, quia tranſit beneficium in reſignatarium cum onere, & eventu litis, ut in ſpecie Rot. *dec.* 678. *num.* 7. *part.* 19. *recent.* Roſ. *de execut. liter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 196. quod intelligitur, ſi ille contra quem
2 facta eſt Impetratio, ſit privandus beneficio, ſecus autem, ſi fuiſſet privatus ipſo Jure, etiamſi non præceſſerit ſententia declaratoria, Garzia *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 72. *&* 80. *cum duob. ſeqq. & num.* 124. Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 21. *& ſeqq.* Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 8. *&* 9. Farinac. *quæſt.* 119. *num.* 86. Boer. *deciſ.* 205. *num.* 8. adhuc tamen quando dubium eſt, an quis privatus fuerit, vel non ipſo Jure ob dubietatem facti, ſeu delicti, ex quo talis privatio inducitur, impediri non poteſt interim reſignatio, quæ non præjudicat Impetranti, ſi poſtea verificatur ab eventu litis delictum, ex quo ipſo Jure privatus remanſit reſignans.

Minus conſiderari poteſt præjudicium Impetrantis dando illi novum Colliigantem juxta Tex. *in capit.* 1. *&* 2. *ut lite pendent.* quia procedit, ubi ſequitur vacatio per obitum, vel renunciationem liberam, non autem in renunciatione in favorem, in qua nulla conſideratur vacatio, niſi in favorem reſignantis, neque illi datur novus Collitigans, ſed reſignatarius tanquam ſubrogatus in Juribus reſignantis, ejus Perſonam ſuſti-
3 net, contra quam continuatur primæva lis, neque Impetrans in aliquo læditur, ut in *d. deciſ.* 678. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 19. *recent.* & ideo ponitur in litteris proviſionis per reſignationem narrativa Impetrationis, & pendentiæ litis, & datur Clauſula = *Sine præjudicio litis pendentis hujuſmodi, & Jurium Collitigantium* = Et ita ſervavit Dataria in una *Lodien. ſeu Colonien. Canonicatus*, in qua Ego ſcribebam, ubi contra Canonicum Joannem Stuben pendebat lis in Rota ſuper Impetratione contra ipſum facta a quodam Vandecruis, ut patet ex *deciſione edita ſub die* 13. *Junii* 1718. cor. bon. mem. Cerro, & lite pendente Stuben reſignavit Canonicatum ſub penſione ad favorem Franciſci Cloſet ſub expreſſione litis, & clauſula prædicta, ut *ex litteris Apoſtolicis ſub datum* 14. *Kalend. Auguſti* 1719. in qua lite agebatur de privatione memorati Stuben inducta ipſo Jure ob decretum vacationis adjectum in proviſione ſecundi Canonicatus, ut Ego ſuſtinebam ſcribens pro Impetrante, quamvis Rota crediderit non fuiſſe inductam privationem, ſeu vacationem ipſo Jure juxta Decretum propter impedimentum perſecutorum, ex quo coactus fuerat abeſſe ab Eccleſia, & reſidentia Canonicatus, quod meo Judicio fuit motivum inſubſiſten, dum ille cœperat poſſeſſionem pacificam Canonicatus, & in abſentia etiam coacta pacifice ſemper exegerat, & perceperat fructus Canonicatus, quo caſu nihil referebat illum non habere liberum exercitium proprii officii, quia diſtinctio eſt inter duos caſus; Aut enim agitur de pacifica poſſeſſione beneficii ad effectum ſuſcipiendi Sacerdotium intra annum juxta Text. *in capit. licet Canon. de elect. in* 6. & tunc poſſeſſio pacifica intelligitur, quando Beneficiatus habet liberum exercitium ſuæ curæ, vel officii, quia propter officium quis promoveri debet, Gloſſ. *in cap. commiſſa in verb. pacificam de elect. in* 6. *et in cap. ſi tibi conceſſo in verb. vacare verſ. ſed contrarium de præbend. in* 6. Aut agitur de pacifica poſ-
ſeſſione Beneficii ad effectum, ut vacat primum 4
per aſſecutionem ſecundi, & tali caſu ſufficit poſſeſſio conſiſtens in perceptione fructuum, ut bene diſtinguit Prob. *ad Monach. in cap. commiſſa n.* 2. *de elect. in* 6. Gomeſ. *in reg. de annal. quæſt.* 47. *n.* 7. Rebuff. *in prax. in tit. de non Promot. infra annum n.* 11. *et* 12.

In qua Cauſa cum poſtmodum pendente lite obiiſſet Stuben reſignans, dubitatum fuit, an debita foret Impetranti ſubrogatio gratioſa, ex quo reſignatio facta fuerat cum præallegata Clauſula = *Sine præjudicio litis, et Jurium Collitigantium* = & ſic perinde reputanda foret, ac ſi facta non fuiſſet in ordine ad Impetrantem, cujus Jus deterius factum non fuiſſe videbatur ob hujuſmodi Clauſulam præſervativam, nec Jure deterius fieri potuiſſe per actum voluntarium ipſius reſignantis, & Collitigantis, unde ſi unum ex Ju-
ribus litis erat Jus obtinendi per obitum ſubroga- 5
tionem gratioſam, hoc non videbatur ſublatum per reſignationem factam Tertio, alias reſignatio fuiſſet in præjudicium Impetrantis, & Collitigantis contra clauſulam præſervativam, & contra rationem, *de qua ſupra num.* 3. dum niſi Collitigans reſignaſſet, ſubrogatio competebat ſuperſtiti, & hic videtur effectus, ſeu conſequentia litis in his beneficialibus, ubi dici ſolet, quod litigando Jus acquiritur, 6
teſte Gomeſ. *ad regul. Cancell. in Compend. utriuſque ſignaturæ quæſt.* 15. *num.* 20. ubi adeſt, quod licet Procurator, & Advocatus injuſtas cauſas repudiare teneantur, *hoc tamen fallit in materia beneficiali propter varia Jura, quæ quotidie ex Signatura emanant, propter quæ cauſa injuſta juſtificatur, & vincitur, ſicut in prophante*, quæ Jura conſiſtunt in novis gratiis, nempe *ſubrogationis, ſi Neutri, pro devoluto, novæ proviſionis, perinde valere*, & pluribus aliis.

Sed contrarium videbatur verius, ex quo clauſula præſervativa erat intelligenda circa Jura litis, non autem circa futura, & eventualitatem obtinendi ſubrogationem per obitum reſignantis, dum hic ſe ſe ſpoliaverat omni Jure per reſignationem, & in aliam tranſtulerat, illumque ſubrogaverat, itaut nihil vacaret per obitum reſignantis, in cujus Juribus ſubrogari poſſet Impetrans; Iſta enim ſubrogatio præoccupata fuerat in vita reſignantis per ſubrogationem reſignatarii, in quo conferunt tradita per Gomeſ. *ad regul. de ſubrogand. in præfat. numer.* 5. *verſic. ſecundum genus*, urgente etiam ratione, quod ſicut, ubi reſignatarius prædeceſſiſſet, vivo adhuc reſignante, competeret ſuperſtiti ſubrogatio in ejus Juribus, non obſtante, quod viveret reſignans, ita ſi vivente reſignatario prædeceſſerit reſignans, competere non valet ſuperſtiti ſubrogatio, ex quo nihil Juris amplius remanet apud reſignantem, in quo poſſit ſubrogari ſuperſtes, ſed omne Jus remanet apud ſolum reſignatarium, in cujus duntaxat prædeceſſum competit ſubrogatio ſuperſtiti Collitiganti.

Tranſeo ad alia; Quæſitum fuit apud Me, ſtante forma Concilii Tridentini, ut Canonicatus ob non reſidentiam ſit privandus, expectato triennio, in cujus primo anno medietate fru-
ctuum, in ſecundo omnibus, in tertio Titulo ſit 7
privandus, an hæc forma procedit contra Coadjutorem

jutorem abſentem, vel non reſidentem, & negative cenſui reſolvendum, itaut ſolum locus eſſet privationi Coadjutoris juxta formam Juris Communis capreſſam in *cap. ex tua de Cleric. non reſiden.* quemadmodum firmavit Rot. *deciſion.276. numer.4. par.1. tom.1. recent.* Ventrigl. *in prax. for. Eccleſ. part.2. de Coadjutor. annot.13. §. unico numer.39.* ea ratione, quod ſi Coadjutor durante Coadjutoria non habet Titulum, neque fructus, non eſt talis, cui applicari poſſint gradus pœnarum Concilii Tridentini, cujus primæ duæ conſiſtunt in privatione fructuum, & tertia Tituli, ac etiam quia Coadjutoria datur propter ſervitium pro intereſſe Eccleſiæ, & in præmium anteacti ſervitii datur ei futura ſucceſſio; Si autem expectandum eſſet triennium, deficeret principalis finis Coadjutoriæ, & fraudata remaneret Eccleſia ſervitio, & ſequeretur abſurdum, quod Coadjutores ut plurimum obtinerent futuram ſucceſſionem abſque Titulo oneroſo ſervitii præcedentis, ratione cujus eam obtinuerunt, quia a communiter contingentibus per triennium decedunt Coadjuti, quibus ob gravem infirmitatem, aut decrepitam ætatem dari ſolet Coadjutor, & præter Auctoritates ſuperius adductas, hanc ſententiam probant reſolutiones Sacræ Congregationis, quas refert Monach. *in formul. tom.2. formul.2. n.69.* ſignanter in una *Oxomen* tenoris, de quo infra.

O X O M E N.

Bartholomæus Sanz obtinens Dignitatem Capiſcoliæ in Eccleſia Cathedrali de anno 1686. obtinuit ſibi in perpetuum Coadjutorem cum futura ſucceſſione deputati Franciſcum de Cavezon, qui licet expedierit Bullas Coadjutoriæ, nunquam tamen pro Coadjuto reſedit.

Quamobrem cum Eccleſia debito remaneat deſtituta ſervitio ſupplicat Coadjutus decenti.

An dictum Coadjutorem ſub pœna privationis ad reſidendum compellere valeat, itaut poſſit idem Coadjutus poſt ſecutam privationem ſervat. ſervand. deputare, ac a Santiſſimo alium Coadjutorem obtinere?

Die 8. Maii Sacra Congregatio Concilii inhærendo Decretis hac de re alias editis, reſpondit Coadjutorem eſſe monendum ſub pœna privationis juxta *cap. ex tua de Cleric. non reſid.*

Ita reperitur in regeſtro authographo ejuſdem Sa-
8 cræ Congregationis *lib. decr.38. fol.204.*

An autem ad effectum privandi Canonicum propter abſentiam teneatur Epiſcopus ſervare dilationes trium annorum, vel potius hoc ſit arbitrarium Epiſcopo? Rot. cor. Mant. *dec.67. num.5. & 6.* cenſuit decretum Concilii *ſeſſ.24. capit.12. de reformation.* non afficere Epiſcopos, qui poſſunt procedere ad privationem ob non reſidentiam, quamvis dilationes trium annorum non fuerint obſervatæ, & refert Barboſ. ſuper eodem *capit.12. numer.71.* ſed contrarium verius eſt, quod nempe teneatur Epiſcopus ſervare dilationes trium annorum præſcriptas in Concilio *ubi ſupra*, neque illarum obſervatio ſit arbitraria Epiſcopo in Canonicatibus, ut reſolvit S. Congregatio Concilii in *Cathacen. 14. Novembr.* 1671. apud Monacell. *in formul. 2. numer. 66. & 67.* ubi cenſuit triennium incipere a die abſentiæ, & ad effectum procedendi ad privationem expectandum eſſe triennium completum, ubi *numer.68.* addit, quod adhuc poterit Epiſcopus pendente triennio contra Canonicos abſentes procedere per Cenſuras, illoſque ſuſpendere, non obſtante, quod inchoata ſit via Judicii præſcripta per Concilium Tridentinum, procedendo juxta diſpoſitionem Text. *in capit. ex tua §. contra de Cleric. non reſiden.* præviis tamen debitis monitionibus faciendis poſt tres menſes abſentiæ ad dicendam cauſam, quare ob illorum contumaciam in reſidendo non debeant juxta Canonum præſcriptum puniri fructuum ſubtractione, & gladio Cenſurarum.

Sed hoc aſſumptum mihi videtur omnino inſubſiſtens, licet Monacel. *ubi ſupra* referat ita declaraſſe S. Congregationem Concilii *in Palentina* 18. *Novembr.* 1673. Si enim diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat.* dedit novam formam procedendi, & quidem mitiorem contra Canonicos abſentes ſubrogando illam loco alterius datæ per diſpoſitionem Juris *in cap. ex tua §. contra de Cleric. non reſid.* Si Epiſcopus ſervare tenetur hanc novam formam in Concilio præſcriptam; ergo non poteſt ſervare formam Juris Communis, omiſſa forma Concilii Tridentini, eoque minus poteſt inchoata forma Concilii variare, & eodem tempore ſervare formam Juris Communis, aut primam relinquendo, aut utramque ſimul commiſcendo, & jungendo; nam primo caſu incluſio unius formæ, cui obligatur Epiſcopus eſt excluſio alterius *leg. cum Prætor. ff. de Judic. & cap. Nonne de præſumpt.* fortius quando una via electa cenſetur alteri renunciatum *capit. ut quis duos de elect. in 6.* altero autem caſu, quo una forma cumulative addatur, ſeu miſceatur cum altera, eſſet majus abſurdum, quia ſi juxta formam Concilii Canonici abſentes primo anno privantur medietate fructuum, & ſecundo omnibus fructibus, Epiſcopus poſtquam cœpit procedere ad hanc privationem, juxta formam Concilii; quomodo poteſt juxta formam Juris Communis reiterare eandem privationem fructuum pendente triennio? Et inſuper, ſi Concilium dedit Canonicis abſentibus pœnam privationis fructuum intra triennium, mihi videtur exorbitans addere novam pœnam Cenſurarum, juxta diſpoſitionem Juris *in capit. ex tua, ubi ſupra*, dum eſſet dare duas pœnas pro 10
uno, eodemque delicto, quod eſt prohibitum, ut apud Zileſ. *de molſta capit.12. numer.145.* Rot. *in Barchinonen. pœna 13. Januarii 1696. §. quin etiam* coram clar. mem. Card. Tremoill. & *in Derthuſen. Juriſdict. ſuper gravibus* coram bon. mem. Pio ſuperius impreſſa *tom. 3. diſcept. Eccleſ. 59. numer. 37.* Immo expleto triennio darentur tres pœnæ pro defectu reſidentiæ, nempe privatio fructuum Canonicatus, ſuſpenſio, ſeu Excommunicatio, nec non privatio Tituli Canonicatus; ideoque apud Me non videtur ſubſiſtere hæc opinio, præſertim quia daretur apertum Contradictorium, obſervando ſcilicet formam Concilii, ad quam tenetur Epiſcopus; & eodem tempore illi contraveniendo, quando forma legis eſt individua, quæ dividi, vel alterari non poteſt, Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſ.* 11
8. numer. 76. & ſeqq. cum aliis apud Barb. *axiom. 100. numer. 14. & 15.* Cæterum non intelligo contradicere reſolutioni Sacræ Congregationis, quatenus adſit, licet meus non acquieſcat intellectus.

Altera etiam quæſtio mihi proponebatur occaſione Sedis Apoſtolicæ vacantis per obitum S. M. Clementis XI. Cum enim Sede plena ob aſſecutionem incompatibilis vacaſſet Parochialis, juxta decretum cum ſolita formula = *Quod nemo alius præter Romanum Pontificem de ea diſponere poſſit* = Et pariter Sede plena factus, & ad Datariam tranſmiſſus fuiſſet Concurſus ab Ordinario, interim ſucceſſit Vicario Sedis Apoſtolicæ, ut ſupra, tempore quo jam deſtinata erat proviſio Apoſtolica favore unicus aa approbatis in Concurſu, non tamen adhuc ſignata, & datata ſupplicatione, ubi dubitatum fuit, an Sede Apoſtolica vacante Ordinarius poſſet devenire ad proviſionem Parochialis vigore Text. *in capite Si Apoſtolica de præbend. in 6.*

In quo Articulo Ego dubitabam, quod Ordinarius providere non poſſet, neque in his terminis locum haberet diſpoſitio allegati Text. *in c. Si Apoſtolica*: Quamvis enim acerrima fuerit Controverſia inter Canoniſtas, an illa Decretalis loquens de 12

Parochiali reſervata Sedi Apoſtolicæ ex cauſa va-
cationis in Curia, ſeu apud Sedem, procederet
etiam in quacunque alia reſervatione, præter ex-
preſſam, ubi negativam Sententiam ſuſtinuerunt
Canoniſtæ relati apud Rot. *deciſ.* 549. *ſub num.* 10.
& ſeqq. & deciſ. 592. *num.* 8. *tom.* 2. *part.* 19. *recent.*
ea ratione, quod præallegata Decretalis tanquam
Correctoria Juris extendi non debet ad caſum non
expreſſum, ut dicunt Barb. *in dict. cap. Si Apoſtol.*
numer. 4. Paſſer. *numer.* 6. Garz. *de benefic. part.* 5.
cap. 1. *num.* 103. alii vero affirmativam Sententiam
verius tuentur ex majoritate rationis, quia ſi Papa
derogare voluit reſervationi majori clauſæ in cor-
pore Juris, ut eſt illa ex cauſa vacationis in Cu-
ria, eo magis derogaſſe cenſetur aliis reſervationibus
non ita privilegiatis, ac etiam ex identitate ratio-
nis, quæ fuit favor Curæ Animarum, ne in earum
præjudicium Eccleſiis pateretur diutinam vacationem,
ut magiſtraliter Rot. in allegatis *deciſ.* 549. 566. *&*
592. *part.* 19. *recent.*

Certum nihilominus eſt, quod Decretalis illa
loquitur contra conſervationes generales, quibus
non obſtantibus voluit Ordinarium providere poſ-
ſe Parochialem Sede plena vacatam, & reſerva-
tam; nec propterea videtur applicari poſſe con-
tra reſervationem ſpecialem inductam ſuper certo
13 corpore Beneficii ex decreto Papæ prohibentis,
*ne alius præter Romanum Pontificem diſponere poſ-
ſit*, hoc enim decretum ſpeciale ſingulariter infi-
xum ſuper certa Parochiali, ſicut adimit facul-
tatem providendi cuicunque alteri Inferiori, & ſi-
aut perpetuo loquitur favore Sedis Apoſtolicæ,
ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis; ita
derogata cenſetur contrariæ diſpoſitioni, Text. *in
cap. Si Apoſtolica*, cujus ignorantia non datur in
Summo Pontifice, qui dicitur habere in ſcrinio
pectoris omnia Jura Sacrorum Canonum; ſi enim
Decretalis iſta tribuit Epiſcopis facultatem confe-
rendi Sede Apoſtolica vacante Parochiales etiam
Sede plena vacatas, & Sedi Apoſtolicæ reſerva-
tas, & adhuc per Summum Pontificem non pro-
viſas, hinc derogata videtur reſpectu certæ Pa-
rochialis, a cujus Collatione fuit indefinite ex-
cluſus Epiſcopus per ſpeciale decretum, & inhi-
bitionem, ut nemo alius præter Romanum Pon-
tificem de ea diſponere poſſit, ut in ſimili, quod
Diſpoſitio excluſiva reſervationum generalium ſu-
per Vicariis juxta Conſtitutionem S. Pii V. locum
non habeat, ſed derogata cenſeatur per reſerva-
tionem, inductam ex præallegata inhibitione, ſeu
14 Decreto firmavit Rot. *in Lauden. Vicar.* cor. Card.
Caprar. *deciſ.* 211. *numer.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 227. *nu.*
27. *& ſeqq. ſignanter numer.* 14. *& in Foroliv. Paro-
chialis* 26. *Aprilis* 1706. §. *Prout neque urget* coram
bon. mem. Oman. & in hoc innuere videtur in ter-
minis iſtis Rot. *in d. dec.* 566. *ſub n.* 18. *verſ. prout ne-
quaquam cum ſeqq. p.* 19.

Nec facit ad rem favor Curæ Animarum, ra-
tione cujus emanavit illa Decretalis, quia proce-
dit, & operatur hæc ratio ad extendendam De-
cretalem de una reſervatione generali ad alias
æque generales, non autem ad impediendum,
ne Papa ei derogare poſſit, nec ad præſumendum,
quod ei derogaſſe non cenſeatur, quia ſpecialis
reſervatio adjecta ſuper certo corpore Beneficii
cum inhibitione contra Ordinarios, & inferiores
Collatores, ne poſſint illud conferre præter Ro
manum Pontificem, cenſetur incompatibilis cum
allegata Decretali tribuente Ordinariis facultatem
conferendi, Sede Apoſtolica vacante, & conſe-
quenter hoc decretum Summi Pontificis ſpeciale
ad certum Beneficium, dicitur reſpectu illius Be-
15 neficii particularis derogare, & de medio tollere
facultatem Epiſcopis conceſſam de Jure Commu-
ni in ea Decretali, etiam ſine mentione ſpeciali,
Rota coram Cardin. Caprar. *d. deciſ.* 211. *num.* 26.
& 27. *& deciſ.* 227. *a num.* 7. *&* 8. 13. *&* 14. *&
in d. Forolivien. Parochialis ubi ſupra* §. *atque ex
his* coram Omanna.

Obſtare tamen prædictis videtur, quod ſupra-
dictum Decretum, & inhibitio apponitur in ſa-
quelam, & executionem reſervationis generalis
ob vacationem apud Sedem vigore aſſecutionis in- 16
compatibilis, ut coram Corr. *deciſ.* 704. *num.* 9. *&
in rec. dec.* 200. *n.* 3. *& ſeqq. & dec.* 247. *num.* 1. *&
ſeqq. part.* 16. ita & taliter, quod non videatur hoc
decretum plus operari, quam reſervatio generalis
apud Sedem, contra quam inducta fuit, & locum
habet allegata Decretalis *in cap. ſi Apoſtolica*, ne
alias plus operetur effectus, quam cauſa, & plus
Juris exiſtat in Cauſato, quam Cauſante contra
principia; de quibus Barb. *axiom.* 40. *num.* 26. *cum
duob. ſeqq.* & probat exemplum magis præciſum, 17
nempe reſervationis factæ in *Extravag. ad Roman.
de præbend.* ubi dicitur quod Beneficia etiam cura-
ta ſemel affecta ſemper maneant affecta, & quod
nequeant per alium quam Romanum Pontificem
provideri, & tamen illa non intelligitur derogata
diſpoſitioni Text. *in cap. ſi Apoſtolica*, ſive quia
debet reſtringi, & limitari juxta illam, ut firma-
vit Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 110. *&* 111.
Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 5. *proœm. num.* 129. Rot.
dec. 566. *num.* 5. *par.* 19. ſive etiam, quia cum in Ex-
travaganti non fuerit facta mentio Parochialium,
nec derogatio *cap. ſi Apoſtolica*, hujus diſpoſitio in
ſuo robore permanet, ut in allegatis *dec.* 549. *n.* 8.
& dec. 566. *num.* 3. *& ſeqq. & dec.* 592. *num.* 6. *& ſeqq.
par.* 19. *rec.*

Verum occurrit reſponſio, quod ubi generali-
tas reſervationis reducitur ad ſpeciem ſuper certo
corpore beneficii in vim decreti Papalis, & appoſi-
tionis manus cum ſpeciali inhibitione contra infe-
riores Collatores, tali caſu dicitur reſervatio ſpe-
cialis, Rebuff. *in prax. benefic. tit. de reſervat. nu-
mer.* 5. *&* 11. Rſit. in allegatis *deciſ.* 211. *&* 227.
ubi ſupra coram Cardinal. Caprar. *& in dict. Fo-
rolivien. Parochialis* ubi ſupra cor. Omanna, *& in
Squillac. Canonic.* 25. *April.* 1727. §. *His poſitis*
coram R. P. D. Cincio; ſeu etiam dici poteſt af-
fectio ſpecialis per appoſitionem manus mediante
applicatione reſervationis generalis juxta decretum
redacta ad actum ſuper particulari Beneficio, quia
juxta decretum inducitur vacatio *eo ipſo* contra di-
ſpoſitionem Juris, quæ propter aſſecutionem incom-
patibilis illam inducit non quidem *eo ipſo*, ſed ſo-
lum a die captæ pacificæ poſſeſſionis ſecundi, ut 18
dicunt Barboſ. *in cap. cum in cunct.* §. *cum vero
numer.* 29. *de election.* Adde, ad Burat. *deciſ.* 464.
numero decimo primo, Rot. coram Seraph. *dec.* 110.
ſub num. 2. & Me ſcribente *in Monaſterien. Canoni-
catus* 9. *Decembris* 1721. §. *quod etiam*, *&* §. *Di-
ſpoſitioni* cor. Rev. Aldrovando Decano, & proinde
reſervatio illa, licet ſit generalis, ſemper tamen
mediante eodem Decreto inducente appoſitionem
manus tanquam applicata, & infixa ſuper certo
Beneficio, reduci videtur ad ſpecialem, ſive re-
ſervationem, ſive affectionem, quæ pro ea vaca-
tione perpetuo inhibet, & ligat manus ordina-
riis Collatoribus ſuper illo Beneficio, nec ceſſare 19
aut extingui videtur per obitum Papæ, qui in-
definite decretum, & manus appoſuit, Card. de
Luca *de benefic. diſcurſ.* 40. *numer.* 8. & comprobat
ratio reverentiæ debitæ Summo Pontifici, qui
manus appoſuit, de qua Rot. Me ſcribente *in Bo-
nonien. Hoſpitalis* 6. *Junii* 1707. §. *Non attento*
coram bon. mem. Lancett. *& in Leodien. Paroch.*
20. *Junii* 1707. §. *alt. &* §. *Nihil*, coram R. P. D.
Calcagnino, ubi firmatum fuit, quod quando Pa-
pa manus appoſuit ſuper beneficio conferendo ali-
cui proviſionem, ſeu impetrationem ex uno Ca-
pite, non poſſit obtineri proviſio ejuſdem Benefi-
cii ab Ordinario ex alio Capite diverſo *exempl. gr.*
non factæ reſidentiæ, idque ob reverentiam debi-
tam Summo Pontifici, qui manus appoſuit ſuper
illo Beneficio.

Hinc inapplicabile remanet allegatum Exem-
plum *in Extravagant. ad Roman. de Præbend.*
cum iſta ſit reſervatio generalis, non autem ſpe-
cialis ſuper certo corpore Beneficii appoſita per
Decretum Papæ cum inhibitione contra omnes
alios

Google

alios Collatores, in qua reſervatione generali
duntaxat procedunt rationes adductæ per Aucto-
ritates, de quibus *ſupra numer.* 16. quia nempe
quoad illam intrat Concluſio, quod lex poſte-
20 rior generaliter loquens reſtringitur, & limitatur
per legem priorem, quoad caſum ibi ſpecialiter
definitum juxta unam rationem, quam allegat
Garz. *de benefic. part.* 5. *capit.* 1. *numer.* 111. Gon-
zal. ubi ſupra *numer.* 129. *& ſeqq.* necnon intrat
alia Concluſio, quod lex primæva manet in ſuo
robore, ſi non fuit illi derogatum, facta mentio-
ne Parochialium, ut apud Gonzal. *ad regul.* 8.
Cancellar. §. 5. *proœm. num.* 129. *& ſeqq.* Paſſerin.
dict. cap. S. Apoſtolica numer. 10. Corrad. *in prax.
benefic. libr.* 3. *cap.* 6. *numer.* 58. Rota *deciſion.* 549.
deciſion. 566. *& deciſion.* 592. *part.* 19. *recentior.* ſed
utraque Concluſio inapplicabilis videtur ad ſpecia-
lem reſervationem, & inhibitionem in caſu parti-
culari factam ſuper certa Parochiali, *ut nemo alius
præter Romanum Pontificem de ea diſponere poſſit*,
quod veluti decretum ſpecials regulariter derogat
Legi generali, nec ad ejus limites reſtringi poteſt,
ut nempe intelligatur excepto tempore Sedis Apo-
ſtolicæ vacantis, cum hujuſmodi ſpecialis inhibitio
ſit indefinita, & abſoluta, reſpectu temporis, ut
pro illa vacatione ſolus Romanus Pontifex pro
tempore exiſtens, & nemo alius de Parochiali diſ-
ponere poſſit, quod incompatibile eſt cum diſpoſi-
tis in *Cap. ſi Apoſtolica* tribuente Ordinariis facul-
tatem conferendi Sede Apoſtolica vacante ob con-
tradictionem cum decreto, & inhibitione Papæ,
quod *nemo alius* præter ipſum: & tamen *alius* præ-
ter ipſum diſponere poſſit de Parochiali; Incompa-
tibilitas enim unius diſpoſitionis cum altera dero-
gationem inducit etiam ſine mentione ſpeciali per
21 Text. *in capit.* 1. *de Conſtitution.* Caſtropal. *Oper.
moral. part.* 1. *tract.* 3. *diſputat.* 5. *punct.* 2. §. 1. *nu-
mer.* 7. cum aliis *ſupra tom.* 3. *Diſcept. Eccleſ.* 61.
num. 26. & ſpecialiter advertit Rot. *in ſuprad. de-
ciſ.* 211. *num.* 26. *&* 27. *& dec.* 227. *n.* 13. *&* 14.
cor. Card. Caprar.

Et ſane aliud eſt diſpoſitio *Extravagant. ad Ro-
man. de Præbend.* quæ tanquam lex generalis,
quoad omnia beneficia non intelligitur tollere
priorem legem in *Cap. ſi Apoſtolica*, quoad caſum
in ea ſpecialiter proviſum ſuper ſolis beneficiis Pa-
rochialibus, niſi expreſſam derogationem faciat;
Aliud vero eſt ſpecialis appoſitio manus Summi Pon-
tificis in caſu particulari quoad unam Parochialem
cum inhibitione, ut nemo alius præter Romanum
Pontificem de ea diſponere poſſit, *ut in Can. quan-
quam diſtinction. vigeſima tertia cap. ſi adverſus de
Hæretic. Sarnen. ad regul. de Jure quæſit. non tol-
lend. quæſtion. prima numero vigeſimo verſic. nam
plures operatur*; nam primo caſu agitur de ab-
roganda in univerſum lege jam data pro om-
nibus Parochialibus, unde eſt deſtructio totius
legis non præſumenda abſque ſpeciali mentione,
& derogatione; In ſecundo autem caſu agitur
22 de abrogatione, ſeu potius exceptuatione aut ſu-
ſpenſione illius legis pro una vacatione, & quo-
ad unam duntaxat Parochialem, quam ſi Papa
conſcius Sacrorum Canonum jam ſcit, Sede A-
poſtolica vacante, ſpectare ad proviſionem Ordi-
narii ex diſpoſitione Text. *in Cap. ſi Apoſtolica*,
& nihilominus apponit indefinite decretum,
quod nemo alius de ea diſponere poſſit præter
Romanum Pontificem, conſequenter vult, & in-
telligit, quod illa Parochialis non poſſit amplius
conferri ab Ordinario, Sede Apoſtolica vacante,
ſed pro ea vacatione Collatio ſemper ſpectare
debeat ad Summum Pontificem; Unde ſequitur,
quod Papa ſine derogatione ſpeciali ſemper cen-
ſetur derogare Juri Communi, quod favet Or-
dinariis in *Cap. ſi Apoſtolica*, eo ipſo, quod in-
telligit avocare ad ſe generaliter, & indefinite
certam Parochialem, inhibendo, quod *nemo a-
lius*, & ſic Inferior Collator de illa unquam in
ea vacatione diſponere poſſit: quia ſpecialis re-
ſervatio, & appoſitio manus ſuper certo, & ſpe-
ciali Beneficio eximit illud a præexiſtente lege ge-
nerali, quæ dat Epiſcopis Jus conferendi hujuſmo-
di genus beneficiorum ſpecialium, Sede Apoſtolica
vacante, ad Text. *in cap. ut noſtram de appell.* Ro.
in Gerunden Canon. 23. *Junii* 1714. §. *conſtit.* coram
bon. mem. Lancet. *& in Cracov. Decan.* 15. *Januar.*
1725. § *itaque*, cor. R. P. D. Caleag.

Quæ omnia deduxi ad ſolum effectum motivan-
di rationes, & difficultates, ex quibus dubitare
cogor, relinquendo reſolutionem maturiori judicio,
quia non inveni Doctorem in puncto caſus diffe-
rentem præter Maſſobr. *in prax. haben. Concurſ. Re-
quiſit.* 7. *dub.* 43. *numero decimo quinto & ſeqq.* ubi
dixit diſpoſitionem Textus *in Cap. ſi Apoſtolica*
non habere locum in Parochialibus devolutis pro- 23
pter negligentiam Collatoris, vel ob non ſervatam
formam præſcriptam per Concilium Tridentinum in
Proviſionibus Parochialium, juxta Conſtitutionem
S. Pii V. ex quo præallegatus Textus non corrigit
Concilium Lateranenſe, quod ſtatuit devolutionem,
ut inquit Franch. *in dict. Cap. ſi Apoſtolica num.* 2.
in fin. & in Cap. Statut. num. 6. *de Præbend. in* 6.
Gemin. *numero tertio*, Paſſerin. *numero decimo ſexto*,
Gonzal. *de regul.* 8. §. 5. *proœmial. num.* 144. *& ſeqq.*
Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 105. & pariter
corrigere non poteſt Concilium Tridentinum, &
Conſtitutionem Pianam, quæ ſunt poſteriora, &
ſucceſſive, ac finaliter ſuperaddit Maſſobr. Textum
memoratum nec etiam habere locum in Beneficiis,
quæ fuiſſent affecta per appoſitionem manus Papæ,
quia non poſſet hoc caſu inferior Collator confer-
re, *obſiſtente ſemper ſibi reſervatione, vel affectio-
ne; nam beneficium ſemel reſervatum, vel affectum
ſemper remanet tale, donec fuerit plenarie proviſum*;
quæ Auctoritas valeat, quantum valere poteſt; Vi-
de Paſſerin. *in cap. ſi a Sede numero decimo primo
de præbend. in* 6. ubi quod talis reſervatio æquiva-
let actuali Collationi Papæ, & habet vim ligandi
manus Epiſcopi, ac ſi eſſet Collatio, ibique alle-
gat. Lap. *numero ſecundo*, Geminian. *numero quarto*,
Franch. *n.* 6.

Adde ad materiam; quod hujuſmodi Textus
licet ob favorem Curæ Animarum ita diſponat,
adhuc tamen procedit in Eccleſiis Parochialibus
tantum, non autem in aliis Curatis, nec etiam 24
in Eccleſiis Parochialibus Collegiatis, ea ratione,
quod eſt correctorium Juris Communis expreſſi
præcedenter *in cap.* 2. *de Præbend. in* 6. ubi re-
ſervantur Collationi Papæ, Eccleſiæ, Dignita- 25
tes, Perſonatus, & Beneficia vacantia in Cu-
ria; ideoque intelligitur ſtricte in ſolis Eccle-
ſiis Parochialibus, de quibus tantum loquitur,
nec extenditur, non obſtante, quod concurrat
etiam in aliis Curatis identitas rationis, quæ eſt
favor Curæ Animarum, quibus periculum affert
diutina vacatio Eccleſiarum Parochialium, ut ait
Gloſſ. *in dict. cap. ſi Apoſtolica in verb. Parochia-
les in addition.* ibique Joann. Andr. *ante numer.* 1.
verſicul. item intelligit Butrius *num.* 2. Franch. *n.* 2.
Gemin. *numero tertio*, *& num.* 5. Archid. *numer.* 1.
Paſſerin. *numer.* 3. qui circa non comprehenſionem
Eccleſiarum Parochialium Collegiatarum ſe fun-
dant in diſpoſitione Textus *in cap. Statutum de
election. in* 6. ubi diſponitur, quod licet aſſumpti
ad Eccleſias Parochiales teneantur ſe promovere
ad Sacerdotium intra annum ſub pœna privatio-
nis ipſo jure, juxta Text. *in capit. licet Canon.
de election. in* 6. id tamen locum non habeat quo-
ad Eccleſias Parochiales Collegiatas, & ad earum
regimen aſſumptos, reſpectu quorum ſervari de-
beat antiquum Jus Commune *in cap. cum in cun-
ctis* §. *Inferiora de election.* & Canoniſtæ ſuper ex-
poſitione allegati Text. *in cap. Statutum de election.
in* 6. dicunt, quod diſpoſitio pœnalis, & odio- 26
ſa de actu ſimplici non trahitur ad actum mix-
tum, & conſequenter de ſimplici Parochiali non
trahitur ad Parochialem Collegiatam, nempe Ec-
cleſiam habentem partem Parochialis Eccleſiæ, &
partem alterius, ut ait Geminian. *ibidem numer.* 2.
Butr. *num.* 2. ubi quod diſpoſitio ſuper Parochiali

Eccleſia ſimpliciter lata non extenditur ad Parochiales collegiatas, quia propter Collegium reſidens in Eccleſia aſsumit ſibi illa Parochia nomen Dignitatis, & *numer.* 7. Antharan. *ibidem numer.* 1. ubi firmat theoricam, quod quando in uno ſubjecto reperiuntur duæ qualitates oppoſitæ, quæ tendunt ad varios effectus, ſi ſuper illis qualitatibus erat ſeparatim proviſum, mixta diſpoſitio ex prædictis compoſita non accedit ad naturam alterius earundem, ibique etiam Joan. Andr. *numer.* 2. Archidiac. *numer.* 1. Franch. *numer.* 1. *&* 2. Cardin, Monach, *n.* 2.

MONASTERIEN. CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Vacatio primi per aſſecutionem ſecundi Beneficii incompatibilis non inducitur per ſolam Collationem ſecundi, ſed per capturam poſſeſſionis pacificæ, & de duplici Stylo Datariæ Apoſtolicæ apponendi decretum *Vacationis eo ipſo, & de dimittendo*, & de quo tempore poſſit impetrari primum propter aſſecutionem ſecundi, cum aliis ad materiam Textus *in cap. de multa de præbend. & cap. ſi tibi conceſſo de præbend. in 6.*

SUMMARIUM.

1 *Collatio Canonicatus adhuc non vacantis nulla eſt.*

2 *Vacatio primi per aſſecutionem ſecundi incompatibilis non inducitur per ſolam hujus Collationem.*

3 *Requiritur poſſeſſio pacifica.*

4 *A quo tempore vacat primus Epiſcopatus facta translatione Epiſcopi ad ſecundum.*

5 *Ut vacet primum per aſſecutionem ſecundi incompatibilis requiritur poſſeſſio cum duobus requiſitis, & qualia ſint ibi numero 6.*

7 *Adepta poſſeſſione ſecundi Proviſus non tenetur dimittere primum, niſi intra bimeſtre, & de ratione.*

8 *Ad inducendam vacationem primi an ſit expectandus lapſus bimeſtris, datur diſtinctio.*

9 *Stylus Dataria in hoc caſu aſsecutionis incompatibilis apponendi duplex decretum vacationis eo ipſo, vel de dimittendo.*

10 *Differentia inter unum, & alterum decretum,* & num. 11.

11 *Officialibus Dataria atteſtantibus de Stylo pleniſſima fides adhibetur.*

12 *Stylus Dataria habetur pro lege.*

13 *Subreptio quando intret, & n.* 14.

15 *Non vacat primum per aſsecutionem incompatibilis ad effectum impetrandi ante capturam poſseſſionis ſecundi.*

16 *Explicatur conſilium* 265. *Caſtren. & deciſiones Rota Mediolanen. Canonicatus coram Molines, & alia deciſiones, & num.* 17. 18. *&* 19.

20 *Licet vacatio primi inducatur per capturam poſſeſſionis ſecundi, ſupervenientibus tamen moleſtiis ſuſpenditur, & his ſopitis retrotrahitur ad diem poſseſſionis.*

21 *Verbum hoc* aſsecutio *intelligitur cum effectu mediante poſſeſſione.*

22 *Vacatio primi non datur, niſi capta poſseſſione ſecundi ſtante decreto de dimittendo, ſecus decreto vacationis* eo ipſo.

23 *Mortuo Proviſo de ſecundo ante captam ejus poſſeſſionem, proviſio Apoſtolico ſuper primo non datur niſi per obitum.*

24 *Primum ante capturam poſſeſſionis ſecundi non vacat, nec de Jure, nec de facto.*

25 *Dataria providet contemporanee primum per conceſſionem ſecundi, quando apponit decretum vacationis* eo ipſo, *ſecus ſtante decreto de dimittendo.*

28 *Aſsecutio ſecundi eſt corporalis acquiſitio per capturam poſseſſionis.*

27 *Significat poſseſsionem cum omni Jure ſuo:*

28 *Incompatibilitas non oritur ex Collatione, ſed ex retentione ſecundi cum primo.*

29 *Facta aſsecutione ſecundi Collatio primi ſpectat ad Papam, ſi poſseſsio ſecundi capta fuerit in menſe reſervato, & ad Ordinarium, ſi in menſe Ordinario.*

30 *Non currit Ordinario terminus ad conferendum primum; niſi ab illo die, quo Proviſus accepit poſseſsionem ſecundi.*

31 *Ordinarius poteſt conferre Beneficium vacans de Iure licet non de facto per aſsecutionem alterius.*

32 *Proviſus de ſecundo ante captam ejus poſſeſſionem poteſt pænitere retinendo primum, dimiſſo ſecundo.*

33 *Proviſus de ſecundo facit fructus ſuos primi Beneficii tempore quo ſecundi ob litem poſseſsionem non habuit.*

34 *Promoti ad Epiſcopatus in partibus Infidelium non amittunt Beneficia, quæ habent.*

36 *Vacatio illorum intrat adepta poſseſsione Bonorum Epiſcopatus.*

36 *Proviſus ab Ordinario de ſecundo poteſt reſignare primum incompatibile in favorem ante captam poſseſsionem, ſecus poſt ejus capturam.*

37 *Stante Decreto vacationis eo ipſo inducitur vacatio primi ante captam poſseſsionem.*

38 *Decretum de dimittendo a die Data intelligitur a die poſseſsionis.*

39 *Per aſsecutionem pacificam ſecundi incompatibilis cenſetur renunciatum liti ſuper primo, amplia, ut n.* 40.

41 *Stante hac tacita renunciatione non competit ſubrogatio in Iuribus Collitigantis defuncti ſuper primo, ſed e contra.*

42 *Competit ſubrogatio Collitiganti, ſi alter renunciaverit Clericatui.*

43 *Per aſsecutionem ſecundi incompatibilis cenſetur renunciatum primariis precibus ad incompatibile.*

44 *Cenſetur etiam renunciatum primo beneficio litigioſo.*

45 *Habens Collationem primi, & obtinens poſseſſionem ſecundi litigioſi, ſi accipiat poſseſsionem pacificam primi, non cenſetur renunciaſse ſecundo litigioſo.*

DISCEPTATIO CXXXIV.

Quæſtio erat inter duos Proviſos Apoſtolicos de Canonicatu Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Mauritii, nempe inter Paulum Bolen Proviſum de illo tanquam vacanti per aſsecutionem incompatibilis factam per Jacobum Tinnen, & inter Vvilhelmum Proviſum tanquam de vacanti per obitum ipſius Tinnen, ubi poſtquam pro veritate ſcripſeram concludendo contra Solen, & in favorem Vvihelmi, delata Cauſa ad Sacram Rotam juxta ſenſum, quem habui in Conſulto pro veritate, ſuſtinendo Jura Proviſi per obitum, ita defendebam.

Adjudicandus eſt Canonicatus Vvilhelmo; Ipſe enim habet proviſionem Apoſtolicam de reſervato per obitum Jacobi Tinnen ultimi Poſſeſsoris, vigore cujus proviſionis in omnibus ſubſtantialibus juſtificatæ, concedenda eſt adjudicatio Canonicatus, rejecta anteriori proviſione Apoſtolica obtenta per Bollen tanquam de vacanti per aſsecutionem incompatibilis, nempe

alterius

alterius Canonicus Cathedralis Monaſterienſis dum hæc anterior proviſio fuit ſubreptitia, & nulla tanquam extorta ſub hoc præſuppoſito vacationis propter aſſecutionem incompatibilis, quando vacatio ex hoc capite fuit omnino falſa, & inſubſiſtens, & conſequenter Canonicatu adhuc non vacans, nec potuit legitime conferri, ſeu obtineri, nec proviſio ex hoc falſo præſuppoſito ex-
1 torta, & ſic evidenter nulla impedire potuit proviſionem per obitum, ut eſt Text. *in capit. poſt electionem verſic. Archidiaconatus non vacans de conceſſion. præbend.* Rot. coram Seraphin. *deciſion.* 997. *numer.* 1. & coram Priol. *deciſ.* 33. *numer.* 20. & coram Ottobon. *deciſion.* 154. *numer.* 15. *& dec.* 186. *numer.* 22. & coram Bich. *deciſion.* 388. *num.* 10. *& in recentior. deciſ.* 131. *numer.* 8. *verſ. Unde part.* 11.

Et quidem Canonicatus nullo modo vacavit per incompatibilitatem, ex quo Jacobus Tiunen Proviſus de incompatibili acerrimam litem intentare coactus fuit ad illum effective conſequendum, & tamen obtinere non potuit ejus poſſeſſionem, ſed deceſſit in poſſeſſione controverſi Canonicatus, quem habebat, quo ſtante ſive attendatur diſpoſitio Juris communis, ſive particulare Decretum Datariæ Apoſtolicæ adjectum in Litteris proviſionis de incompatibili, Canonicatus nunquam vacavit per aſſecutionem ſolius tituli ſecundi Canonicatus incompatibilis abſque captura poſſeſſionis.

Inſpecta enim diſpoſitione Juris communis habemus receptam theoricam ex fonte Decretalium, & Sacrorum Canonum reſultantem, quod primum Beneficium non vacat per ſimplicem aſſecutionem ſecundi incompatibilis, quæ conſiſtat in ſola, & nuda collatione tituli, ſed requiri-
2 tur aſſecutio ſecundi *cum effectu*, ad quam idcirco verificandam, neceſſaria eſt captura poſſeſſionis, quia ſicut poſſeſſio eſt illa, quæ effectum inducit proviſionis de incompatibili, ita nunquam oritur vacatio, niſi poſſeſſio obtineatur, qua ſolum concurrente, verificatur aſſecutio incompatibilis. aliud enim eſt aſſecutio, aliud vero collatio Canonicatus, quia aſſecutio intelligitur per poſſeſſionem, non per collationem tituli, ut eſt Textus in hac materia vulgatus *in cap. de multa de præbend.* in illis verbis — *Poſt receptionem alterius*, quæ juxta communem ſenſum Canoniſtarum intelliguntur de receptione corporali mediante captura poſſeſſionis, alias ſine poſſeſſione non dicitur facta aſſecutio incompatibilis, nec per conſequens orta vacatio Beneficii prioris, ut explicat Gloſ. *in dict. capit. de multa in verbo poſt receptionem ibique* Fagnan. *num.* 8. Panorm. *num.* 16. *&* 17. Anchar. *num.* 3 ibi — *Nota quod per adeptionem ſecundi Beneficii vacat primum ipſo jure, & pondera verbum RECIPIENS, & verbum HABEAT, & ſic inducitur vacatio ipſo jure, poſtquam habuerit poſſeſſionem ſecundi* — Florent. *ad libr.* 3. *Decret. in repetit. dict. cap. de multa verſ. ſequitur*, Burſatt. *conſil.* 393. *num.* 16. *verſ. tertio*, Roſa *de execut. Litter. Apoſt. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 61. *& ſeqq.* Rot. cor. Verall. *dec.* 294. *part.* 2. & coram Cerro *deciſ.* 359. *num.* 7. *& in Colonien. Canonicatus prima gratia* 17. *Februar.* 1696. §. *Minoſque* coram bon. mem. Muto.

Hinc quod ſola poſſeſſio ſecundi ſit illa, quæ facit vacare beneficium primum, ponderavit Gloſſ.
3 *in Clemen. ſi plures in verb. vacare de Præbend.* ibi — *Si vero poſſeſſionem ipſius ultimi apprehendit* — *HÆC POSSESSIO FACIT PRIMA BENEFICIA VACARE* — Vitalin. *ibidem num.* 20. ibi *Vacationem non inducit collatio, ſed aſſecutio poſſeſſionis* — & hæc poſſeſſio debet eſſe vera, vel ſaltem ficta, quæ adeſſe dicitur, ubi Proviſus poteſt libere adipiſci poſſeſſionem ſecundi, & tamen per eum ſtat quo minus illam adipiſcatur, ut explicat Vitalin. *in dict. Clement. ſi plures num.* 24. ibi — *Vacatio inducitur per aſſecutionem veram, vel per fictam, videlicet quando poteſt aſſequi, & non curat & num.* 36. ubi quod Proviſus poteſt *compelli ad aſſequendam poſſeſſionem, & habetur pro aſſequente, quia poteſt aſſequi, & renuat* — & punctuales in hac re concordant Text. *in Extravagant. Execrabilis* §. *Qui vero deinceps de præbend.* ibi — *Poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni dolo, & fraude ceſſantibus quominus habeant, ſteterit* — *& in cap. Commiſſa de elect. in* 6. ibi — *vel per te ſtetit, quominus haberes eandem, & in cap. licet Epiſcopus de Præben. in* 6. Vallen. *de benef. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 1. Roſa *de execut. litter. Apoſt. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 77. Rot. *in Colen. Paſtorat.* 28. *Junii* 1688. §. *De non jure* coram bon. mem. Molines.

Excepto tantum Epiſcopatu, cujus vacatio inducitur eo momento, quo Epiſcopus in Conſiſtorio Papæ præconizatur, & ab uno, ſeu primo
Epiſcopatu transfertur ad aliam Eccleſiam Cathe- 4
dralem, ut diſtinguendo inter beneficia inferiora, & Epiſcopatum, tradunt Panormitan. *in conſil.* 101. *numer.* 6. *verſ. & diverſitatis libr.* 2. ubi loquitur de tranſlatione Epiſcopi Spiren. ad Archiepiſcopatum Treveren. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 119. *numer.* 11. Garz. *de benefic. par.* 11. *capit.* 6. *numer.* 38. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 475. *numer.* 18. *part.* 1. *recent. & in Segobien. Canonicatus* 11. *April.* 1704. §. *Nullitas, &* 9. *Martii* 1705. cor. clar. mem. Card. Scotto.

Sed ulterius ad effectum ut cenſeatur facta aſ- 5
ſecutio incompatibilis, & inducta vacatio primi, non ſufficit ſola captura poſſeſſionis, ſed duo inſuper requiſita accedere debent, alterum nempe, quod hæc poſſeſſio ſit plena cum perceptione fructuum, vel ſaltem eorum majoris partis juxta diſpoſitionem Text. *in cap. ſi tibi conceſſo de præbend. in* 6. ibi = *Equum eſt ut quandiu fructus perceperit, primum non debeat reputari VACARE* = ea ratione, quod mediante poſſeſſione inutili, ſeu ſterili non dicitur quis plene recepiſſe beneficium ſecundum, quia plena aſſecutio beneficii, & poſſeſſionis verificatur in perceptione fructuum, ut bene animadvertit Gloſs. *in dicto cap. ſi tibi conceſſo in verbo vacare* ibi = *quia non eſt adhuc adeptus plene, quia licet beneficium habeat, fructus non habet, & ſic non videtur plene tranſlatus; nam licet res data ſit vacua poſſeſſio tradita non eſt, ET SIC AD PLENUM RECEPISSE NON VIDETUR* = & plenis ſuffragiis communiter ſequuntur ibi Joan. Andr. *num.* 4. *&* 5. *verſ. quæ poſſeſſio non debet eſſe ſterilis*, Paſser. *num.* 3. 13. *&* 16. Card. Monach. *num.* 2. *verſ. ex quibus. & n* 3. Barboſ. *n.* 2. *&* 5. *& in cap. de multa num.* 8. *in fine de Præben.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. de non Prometis num.* 13. Hoyeda *de incompatib. benef. cap.* 13. *num.* 48. *&* 80. *verſ. declaratur*, Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 131. ubi quod vacatio prorogatur uſque ad perceptionem fructuum, Pax Jordan. *lucubrat. libr.* 12. *tit.* 28. *num.* 83. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 21. Vallen. *de benef. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 10. Sarnen. *in regul. de trien. qu.* 53. *num.* 2. *verſ. ſed etiam* Pignat. *conſultat.* 156. *n.* 20. *tom.* 10. Caſſedor. *dec.* 9. *num.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Barboſ. *de Paroch. cap.* 5. *numer.* 6. Adden. ad Rota *deciſ.* 3. *num.* 3. *de præbend. in novis*, Roman. *conſ.* 235. *num.* 2. *& conſ.* 345. *num.* 17. Adden. ad Butatt. *dec.* 19. *num.* 21. Rot. *deciſ.* 281. *num.* 2. *part.* 19. *recentior. & in Friſing. Canonicat.* 16. *Maii* 1707. §. *Parum relevante* coram bo. me. Anſaldo.

Alterum vero requiſitum eſt, ut poſſeſſio ſit pacifica; nam alias ubi ſuperveniunt moleſtiæ tam de Jure, quam de facto judiciales, ſive extrajudiciales, non dicitur facta aſſecutio incompatibilis, nec primum beneficium durantibus moleſtiis
ſuper ſecundo interim vacare cenſetur, & quod 6
requiratur hæc poſſeſſio pacifica diſponunt omnes poſteriores Decretales, quæ emanarunt ad explicationem Textus *in dicto cap. de multa*, quemadmodum recognoſci poteſt *ex cap. commiſſa de election. in* 6. ibi = *Et poſſeſſionem ejus pacificam*

habuiſti -- *& in dict. cap. licet Epiſcopus de Praben. in 6.* ibi -- *Epiſcopus beneficium poſtquam aliud conſimile, ac illius poſſeſſionem pacificam habuiſti poſſit alteri de jure conferre* -- *& in dict. Clem. ſi plures eod. titul.* ibi -- *Ejus poſſeſſione adepta pacifica, Dignitates, quas prius habebat, ipſo facto vacare cenſemus, ſicut ſi Dignitatem unicam obtinenti alia ſimilis conferatur ejus pacifica poſſeſſione habita, prima de jure vacaret* -- Filliuc. *tractat. 4. de benefic. cap. 8. numer. 10.* Vallen. *de benefic. libr. 3. titul. 2. numer. 1. & ſeqq.* Card. de Luc. *de benefic. diſcurſ. 54. num. 4.* Roſa *de execut. litter. capit. 5. n. 60. & ſeqq.* Ventrigl. *in prax. part. 1. annot. 17. §. 1. num. 7.* Rot. *deciſ. 131. num. 7. part. 11. & deciſ. 357. num. 1. part. 15. & dec. 60. num. 16. & 17. part. 19. recent.*

Ea qua ratione Sacri Canones non ſtatim adepta poſſeſſione ſecundi obligant Proviſum ad dimiſſionem primi, ſed ſolum intra ſpatium duo-
7 rum menſium, in quo haberi poſſit experimentum an ſuperveniant moleſtiæ de jure, vel de facto, ne alias, ſi ſtatim adepta poſſeſſione dimittatur primum, & poſtea ſuperveniant moleſtiæ ſuper ſecundo, Proviſus careat utroque, ut in terminis probat Gabriel. *conſil. 193. numer. 8. lib. 1.* ubi quod primum vacare non poteſt niſi elapſi fuerint duo menſes ad illud dimittendum conceſſi, & quod impetratio facta intra bimeſtre, & ſic tempore inhabili eſt nulla, etiamſi vacatio poſtea contigiſſet plene, Roſa *de execut. lit. Apoſtol. par. 1. cap. 5. num. 71. in fine, & num. 73.* Maſcard. *de probat. concl. 183. num. 47.* Louer. *de re benefic. lib. 3. q. 23. num. 19.* Caſſad. *dec. 9. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Rot. cor. Merlin. *dec. 6. num. 10. & in recent. dec. 131. num. 7. & ſeqq. par. 11. & dict. dec 60. num. 17. par. 19.* & cor. Buratt. *dec. 205. n. 1. & 2.* ibi -- *Oportet quod quis pacifice poſſederit ſecundum beneficium per duos menſes, ut inducatur vacatio primi* -- *& in Colonien. Paſtorat. 13. Januarii 1687. §. Nec in ſola* cor. bon. mem. Molines, *& in Derthuſen. Beneficii 27. Junii 1703. §. Solumque* cor. Omanna.

Bene verum eſt quod ſuper hoc articulo, an
8 ad effectum inducendi vacationem expectandus ſit lapſus duorum menſium a die poſſeſſionis pacificæ, eſt opinio controverſa inter Doctores, ad quam conciliandam inolevit magiſtralia diſtinctio, quod nempe, aut quæſtio vertitur cum Poſſeſſore primi Beneficii, qui obtinuit ſecundum incompatibile, & ſuper cujus ſecundi poſſeſſione jam capta, durante bimeſtri, moleſtias recepit, & tali caſu in ejus præjudicium, nec careat utroque, non dicitur inducta vacatio primi, niſi poſt lapſum duorum menſium a die pacificæ poſſeſſionis; aut vero controverſia agitur inter duos tertios Impetratores primi beneficii, & tunc vacatio dicitur inducta a die captæ poſſeſſionis, nec attenditur quod lapſum non fuerit bimeſtre, nec quod moleſtiæ ſupervenerint, & ſic tempore impetrationis poſſeſſio non ſit pacifica; ſi tamen poſtea moleſtiæ ceſſaverint juxta receptam theoricam Caſtrenſ. *in ejus conſil. 265. libr. 2.* quam ſecuta eſt Rota coram Priol. *deciſ. 54. num. 16. & deciſ. 154. num. 12. & deciſ. 216. numer. 7. & in Mediolan. Canonicatus 22. Aprilis 1701. §. Quoniam, & 4. Julii ſequentis §. Bene verum eſt* coram bon. mem. Molines, & latius explicabitur infra.

Cum itaque in caſu iſto Jacobus Tinnen in poſſeſſionem ſecundi Canonicatus in Cathedrali nullo modo ſive materialiter, ſive formaliter intrare potuerit tanquam occupatam per alium Detentorem, non obſtante longiſſima lite 20. annorum, utique primus Canonicatus nunquam vacare potuit per aſſecutionem incompatibilis ſpectata diſpoſitione Juris Communis, juxta quam non dicitur facta aſſecutio incompatibilis niſi per aſſecutionem poſſeſſionis, & conſequenter impetratio facta per Bolen tanquam de vacanti propter incompatibilitatem fuit apertiſſime ſubreptitia, & nulla; Verum magis in immenſum augetur ſubreptio, ſi reflectitur ad ſtylum Datariæ Apoſtolicæ, necnon particulare Decretum ab ea appoſitum in Literis proviſionalibus de incompatibili.

Stylus Datariæ in his proviſionibus ad effectum inducendi vacationem primi Beneficii duplici mo- 9
do ſe habet. Aliquando enim apponit Decretum vacationis *eo ipſo per ſolam ſecundi conceſſionem*, aliquando vero apponit Decretum de dimittendo primum *infra duos menſes a die adeptæ pacificæ poſſeſſionis ſecundi*, prout teſtantur omnes Officiales Datariæ Apoſtolicæ, & de eodem ſtylo loquuntur etiam deciſiones, & Doctores, ut de ſtylo apponendi Decretum vacationis eo ipſo non expectata captura poſſeſſionis tradunt Mandoſ. *in regul. 1. Cancell. quæſt. 15. num. 3.* Germon. *de indult. Cardinal. §. Si vero numer. 27.* Pariſ. *de reſignat. libr. 3. quæſt. 1. num. 78. verſ. & ideo de ſtylo*, Rot. coram Seraphin. *deciſ. 150. numer. 2. & in recentior. deciſ. 475. numer. 20. part. 2. & in Lauden. Vicariæ 29. Martii 1694. §. 1.* coram clar. mem. Cardin. Caprar. & de alio diverſo ſtylo apponendi Decretum de dimittendo primum intra duos menſes a die pacificæ poſſeſſionis ſecundi communiter tradunt Joan. Andr. *in capit. ſi tibi conceſſia num. 4. verſ. Papa providit de prabend. in 6. ibique* Card. Monachus *num. 2. verſ. ex quibus*, Andr. Vallenſ. *de benefic. libr. 3. titul. 2. numer. 3.* Card. de Luc. *eod. tractat. diſc. 56. num. 1.* Amayd. *de ſtylo Dataria libr. 1. cap. 22. tit. 1. de dimiſ. ex decreto numer. 2.* Garz. *de benefic. part. 11. capit. 5. num. 55.*

Magna autem eſt differentia inter unum decre- 10
tum, & alterum; nam quando Dataria apponit decretum vacationis *eo ipſo* dicitur recedere ab ipſa diſpoſitione juris communis vacationem inducentis per ſolam effectivam aſſecutionem incompatibilis inſurgentem ex captura poſſeſſionis; quando vero apponit alterum decretum *de dimittendo*, tum declarat velle ſervare diſpoſitionem juris communis, ut advertunt Barboſ. *in cap. cum in cunctis §. Cum vero num. 29. in fin.* Rot. coram Seraphin. *deciſion. 110. numer. 2.* Adden. ad Buratt. *deciſ. 464. num. 11. & in recentior. dec. 475. num. 9. & 20. part. 2.*

Ex hac differentia ſtyli, differentes, & diver- 11
ſi naſcuntur effectus, ubi enim apponitur decretum vacationis *eo ipſo* tunc Dataria ſtatim facta collatione ſecundi incompatibilis unico contextu, & contemporanee ſolet conferre primum non expectata captura poſſeſſionis; per contrarium vero, ubi appoſitum fuit *decretum de dimittendo*, ubi ſupra, tali caſu nunquam confert ſecundum niſi in duobus caſibus, quia nempe, aut Proviſus de ſecundo capta ejus poſſeſſione dimittit primum in termino duorum menſium, & tunc confert primum, & hæc appellari ſolet *proviſio ob admiſſionem vigore decreti*, aut non dimittit primum, aut negligit adipiſci poſſeſſionem ſecundi ex propria culpa, & tunc lapſo bimeſtri concedit diverſam proviſionem, quæ vocatur *proviſio ob non paritionem decreto*; Extra vero hos duos caſus, ſi contingat tertius, qualis eſt noſter, quod nempe Proviſus de ſecundo decedat ante adeptam illius poſſeſſionem, & per ipſum non ſteterit, quo minus illam adeptus fueſit, & in iſto caſu Dataria non dat, nec dare ſolet aliam proviſionem primi, quam *per obitum* ipſius Proviſi de ſecundo, cujus poſſeſſionem aſſequi non potuit, ut de hujuſmodi ſtylo teſtantur prædicti Officiales Datariæ, quibus veluti teſtantibus de re ad proprium officium ſpectante prævia licentia Eminentiſſimi Prodatarii pleniſſima fides adhibenda venit, & paſſim ſuper talibus atteſtationibus judicavit S. Rotæ Tribunal in reſpicientibus ſtylum Datariæ, ut cor. Celſ. *deciſ. 191. numer. 11.* & coram Buratt. *deciſion. 910. num. 8.* & coram Emerix junior. *deciſ. 119. numer. 2.* & coram Comitul *deciſ. 119. num. 5.* & coram Cerr. *deciſ. 129. num. 3. & in recent. dec. 322. num. 11. p. 5.*

& dec.

& dec. 522. *n.* 23. *part.* 11. *& dec.* 106. *n.* 8. *part.* 18. *& in Foroliviem. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. §. *Præmaxime* cor. bon. mem. Omanna.

Cum igitur in proviſione Jacobi Tinnen. facta de incompatibili Dataria adjecerit non quidem Decretum vacationis *eo ipſo*, ſed alterum Decretum de dimittendo infra duos menſes a die habitæ poſſeſſionis, utique cum Proviſus deceſſerit antequam potuerit obtinere aliquam poſſeſſionem ſecundi, clarum remanet, quod nunquam primi vacatio ſucceſſerit, juxta formam Decreti, & per conſequens hoc primum ſemper retentum per dictum Tinnen. vacare non potuit niſi per ejus obitum, prout attento Decreto de dimittendo, & nunquam habita poſſeſſione, ſtylus Datariæ eſt, ut nulla alia detur proviſio, niſi per obitum, non autem per aſſecutionem incompatibilis, juxta allegatam atteſtationem Officialium Datariæ, cui in hac materia totaliter ſtandum eſt, cum ſit vul-
12 gara propoſitio, quod ſtylus Datariæ eſt ille, qui totum facit in hac materia, immo facit Jus commune, & habetur pro lege, ut tradunt Mandoſ. *ad regul.* 8. *Cancell. quæſt.* 4. *num.* 13. *& ad regul.* 34. *quæſt.* 56. *num.* 7. Roſa *de execut. Litter. Apoſt. par.* 1. *cap.* 1. *numer.* 20. *&* apud Me *diſcept. Eccleſ.* 6. *ſub numer.* 5. *verſic. Et quatuor*, & optime Rot. *in dicta Foroliviem. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. §. *Præmaxime*, *&* §. *Nec contra* cor. bon. mem. Omanna, ubi de ſimili ſtylo Datariæ probato per atteſtationem ejus Officialium firmavit ei ſtandum eſſe, tanquam facienti jus in hac materia, & ſic omnino attendendo etiamſi de illo extrajudicialiter conſtet, quia declarat mentem, & voluntatem Summi Pontificis ſuper proviſionibus ab ipſo emanatis.

Ex quo patet ſubreptitiam fuiſſe proviſionem extortam tanquam de vacanti ob aſſecutionem incompatibilis, dum Summo Pontifici expreſſum non fuit, quod in proviſione de incompatibili appoſitum fuiſſet Decretum *de dimittendo*, infra duos menſes a die captæ poſſeſſionis; Si enim hæc circumſtantia fuiſſet expreſſa; nullatenus Dataria conceſſiſſet proviſionem tanquam de vacanti per incompatibilitatem, ſed expectaſſet capturam poſſeſſionis ſecundi, necnon ejus dimiſſionem, neque feciſſet proviſionem niſi duobus modis ſupra relatis, nempe ob dimiſſionem vigore Decreti, ſive ob non paritionem Decreto, & quando ſciviſſet Proviſum de incompatibili nunquam adeptum fuiſſe actualem poſſeſſionem, vel per ipſum non ſtetiſſe, quo minus eam adipiſceretur, nullo modo dediſſet proviſionem de vacanti per incompatibilitatem, ſed ſolum per obitum, juxta prædictum ſtylum Datariæ, ut ſupra proba-
13 tum, & conſequenter major ſubreptio dari non poteſt, tanquam non expreſſis iis circumſtantiis, quæ de ſtylo erant exprimendæ, & quibus expreſſis Summus Pontifex proviſionem non dediſſet, ad Text. *in capit. poſtulaſti*, *& cap. ſuper Litteris* ibique Felin. *num.* 8. *de reſcript.* Abbas *in capit. cæterum eodem titul.* Zabarell. *conſil.* 136. *ſub num.* 6. Rot. coram Carill. *deciſ.* 250. *num.* 8. coram Dunoz. Junior. *dec.* 482. *num.* 3. *& in Biſuntina Juriſpatronatus* 20. *Novembris* 1705. §. *Manifeſta enim*, *&* 2. *Julii* 1706. §. *Subreptio* cor. clar. mem. Card. Priolo *confirmata* 28. *Martii* 1707. §. *Tum etiam* cor. clar. mem. Card. Scotto.

Sed non ſolum ſubreptio conſiſtit in omittendo ea, quæ de ſtylo expreſſa, retraxiſſent Summum Pontificem, ſed etiam verſatur in committendo, ſcilicet in falſa expreſſione, ſub qua Bolen proviſionem extorſit, nempe ſupponendo, quod primum Beneficium vacaſſet vigore Decreti vacationis *eo ipſo* per ſolam ſecundi conceſſionem, ut in litteris legitur expreſſum; unde patet quod Bolen ſciendo ſtylum Datariæ, juxta quem non poterat nec ſolebat ſtatim provideri primum, niſi quando adeſſet Decretum vacationis *eo ipſo* per ſolam ſecundi Beneficii conceſſionem, ut extorqueret proviſionem, falſo expoſuit, quod tale Decretum vacationis *eo ipſo* fuiſſet adjectum in Litteris proviſionis de incompatibili, & ſic manifeſtum redditur mendacium, dolus, & ſubreptio, dum loco exponendi Decretum de dimittendo infra duos menſes a die Poſſeſſionis, quod inducebat vacationem poſt adeptam tantum Poſſeſſionem, expoſuit alterum Decretum omnino contrarium, quod fuiſſet data vacatio *eo ipſo per ſolam Conceſſionem proviſionis de incompatibili*, & quidem data opera, & artificioſe, dum agnoverat, quod alio modo Dataria proviſionem non dediſſet contemporanee ad proviſionem de incompatibili, ſed expectaſſet capturam poſſeſſionis, attento ſtylo invariabili de quo ſupra; & ſic pro- 14
viſio iſta non poteſt ullo modo ſuſtineri tanquam extorta per falſam ſuggeſtionem, quæ potius fuit rapina, quam gratia, juxta Text. *in l.* 2. *& leg. & ſi legibus C. ſi contra Jus, vel utilit. publ.* Roſa *de execut. Litter. part.* 1. *capit.* 6. *numer.* 13. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 302. *numer.* 4. cor. Bich. *& in Mediolanen. Beneficii* 9. *Decembris* 1707. §. *ſicuti*, cor. bon. mem. Caffarello, *& in Melevitana permutationis Commendarum* 26. *Junii* 1709. §. *Breve enim*, cor. bon. mem. Lancetta, *& in Mediolanen. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. §. *Principale*, coram bon. mem. Anſaldo, & in terminis falſæ expreſſionis vacationis, Roſa *de execut. Litter. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 151. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 369. *numer.* 32. *part.* 5.

Probato ex his, quod tam inſpecta diſpoſitione juris, quam ſtylo Datariæ vacatio per aſſecutionem incompatibilis dari non potuerit in caſu iſto, ſed tantum per obitum; erroneum convincitur aſſumptum, quod licet ante capturam poſſeſ- 15
ſionis primum Beneficium non vacet, quando controverſia vertitur cum Proviſo de incompatibili, attamen vacet quando vertitur inter duos Impetrantes, juxta diſtinctionem, de qua Rot. *in dicta Mediolanen. Canonicatus* 22. *Aprilis & 9. Julii* 1701. coram Molines; hæc enim eſt æquivocum manifeſtum, quod clare convincitur ex lectura hujuſmodi Deciſionum, & ex circunſtantiis facti, ſuper quo illæ emanarunt. Etenim ibi quidam Villa Poſſeſſor Canonicatus Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Leuci obtinuerat proviſionem de incompatibili; cujus etiam poſſeſſionem adeptus fuerat, & adepta poſſeſſione quidam Signorinus impetraverat primum Beneficium, uti vacatum per aſſecutionem incompatibilis. Verum quia poſſeſſio ſecundi capta per Villam poſtmodum effecta fuerat litigioſa, & propter moleſtias non dimiſerat primum, quod ſolum dimiſit poſt biennium quo moleſtiæ ceſſarunt, quidam Baldeſius impetravit primum ultimo tempore *per dimiſſionem*, & delata cauſa ad Rotam inter hos duos Impetrantes, licet Baldeſius ſecundus Impetrator objectaret Signorino primo Impetratori, quod male impetraverat primum tempore, quo Villa habebat poſſeſſionem ſecundi non pacificam, ſed litigioſam, & propter hoc nondum dimiſerat primum, itaut ante dimiſſionem, & durante poſſeſſione litigioſa prætenderet non eſſe inductam vacationem, attamen Sacrum Tribunal rejecit objectum, & dedit executionem Litteris Signorini primi Impetrantis reſpondendo, quod vacatio eſſet inducta uſque ab initio captæ poſſeſſionis per Villam, nec eſſet expectandus lapſus bimeſtris, aut attendenda lis orta ſuper Poſſeſſione ſecundi incompatibis, eo quia poſſeſſio litigioſa impedit vacationem in præjudicium Proviſi de incompatibili, ne alias ſpolietur primo, quod pacifice poſſidet, necnon ſecundo, quod adhuc pacifice non poſſidet, non autem impedit vacationem quoad tertios Impetrantes, juxta *conſ.* 265. Caſtren. *lib.* 2.

Ergo iſtæ Deciſiones vel non applicantur, vel 16
potius retorquentur; in eorum namque caſu Andreas Villa acceperat poſſeſſionem incompatibilis de menſe Auguſti anni 1695. Signorinus autem primus Impetrator impetraverat primum ſub die 24. Octobris 1695. & conſequenter, poſtquam

capta

capta jam fuerat poſſeſſio ſecundi, & ſolum quærebatur an orta fuiſſet vacatio poſt capturam poſſeſſionis, non obſtante quod iſta eſſet litigioſa, ubi fuit affirmative deciſum, quando agitur inter duos Impetrantes, eo quia quotieſcunque moleſtiæ, & litigium ceſſarunt, vacatio retrotrahitur ad diem adeptæ poſſeſſionis, nec ideo eſt expectandus lapſus duorum menſium a die pacificæ poſſeſſionis, ut litteraliter firmat Rota *in dicta Mediolanen. 4. Junii 1701. §. Bene verum eſt, cum ſequentibus*, & propterea iſtæ Deciſiones non firmarunt naſci vacationem a die collationis ſecundi, itaut non ſit neceſſaria captura poſſeſſionis, ſed quod vacatio inducatur poſt adeptam poſſeſſionem quantumvis litigioſam, & non pacificam, & quantumvis lapſus non fuerit terminus duorum menſium, nec facta dimiſſio primi per Proviſum de ſecundo, ut quod in earum caſu fuiſſet capta poſſeſſio ſecundi, legitur eſt in *prima Deciſione 22. Aprilis 1701. §. His igitur*, & quod ſola quæſtio foret, an vacatio eſſet inducta quamvis poſſeſſio non eſſet pacifica, & cum perceptione fructuum videre eſt in *eadem Deciſione §. Hinc minime*.

In eodem Themate loquuntur auctoritates in eiſdem deciſionibus adductæ, quod ſcilicet dicatur inducta vacatio, quoad tertios Impetrantes a
17 die captæ poſſeſſionis, non obſtante quod poſſeſſio ſit litigioſa, & lapſus non ſit terminus duorum menſium, non autem quod vacatio inducatur ex ſimplici collatione tituli, ut patet ex *conſ. 265.* Pauli de Caſtro, quod eſt origo concluſionis in relatis Deciſionibus firmatæ, verba enim Pauli de Caſtro ſunt hæc.

Licet requiratur, ut primum Beneficium incompatibile cum ſecundo dicatur vacare per aſſecutionem ſecundi, quod HABERET PACIFICAM POSSESSIONEM SECUNDI &c. ne ſine ſui culpa careat utroque &c. & ſi poſſeſſio eſſet litigioſa &c. ſi diceretur ex ea vacaſſe primum ſine ſui culpa careret utroque &c.

Tamen ubi non agitur de præjudicio ipſius, qui fuit aſſecutus ſecundum incompatibile, quod perdat primum, ſed agitur de jure Impetrantis Beneficium primum tanquam vacans per aſſecutionem ſecundi non debemus illud conſiderare (SCILICET AN POSSESSIO SIT PACIFICA) quia Impetrans primum tanquam vacans per aſſecutionem ſecundi, non habet quærere, nec inveſtigare, an habuerit pacificam poſſeſſionem ſecundi, vel non, quia hoc poſſet eſſe ſibi occultum; ſed ſufficit, quod videat ipſum fore aſſecutum ſecundum incompatibile, ut per hoc poſſit impetrare primum tanquam vacans ETIAM SI POSSESSIO SECUNDI NON SIT PACIFICA.

Sed debemus ſolum conſiderare, ut videamus an bene, vel male impetraverit primum tanquam vacans per aſſecutionem ſecundi, an lite mota ſuper ſecundo Beneficio obtinuerit, vel non, ille, qui ſecundum fuit aſſecutus, & ſic, an ſibi remanſerit, vel ablatum fuerit ſecundum, quia in primo caſu ſi obtinuit, & ſibi remanſit, videtur Impetrans primum tanquam vacans bene impetraſſe &c. licet poſſeſſio ſecundi non eſſet tempore impetrationis pacifica, ſed litigioſa POST QUAM LITIGIUM EMANAVIT &c. futurus ergo litis eventus declarare debet, an bene impetravit, vel non.

Caſus igitur, in quo procedit Theorica Caſtren. approbata per Rotam *in Deciſionibus Mediolanen. ubi ſupra*, nullo modo eſt, quando fuit facta impetratio tanquam de vacanti per ſolam Collationem incompatibilis, ſed dumtaxat quando primum fuit impetratum poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi, quæ tamen de tempore Impetrationis ſit litigioſa, & non pacifica, ex quo juxta
18 diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & Doctorum ad inducendam vacationem non ſufficit captura poſſeſſionis niſi hæc ſit pacifica, quam concluſionem dicit Caſtrenſ. procedere quoad Proviſum de ſecundo, non autem quoad Impetrantes, qui non tenentur inveſtigare, an illa poſſeſſio ſit pacifica, vel litigioſa, addendo tamen quod ſpectari debeat futurus litis eventus etiam quoad Impetrantem; aut enim litigium fuit ſuperatum, & Proviſus remanſit in pacifica poſſeſſione Beneficii, & tunc impetratio uſque ab initio poſſeſſionis remanet valida, perinde ac ſi nunquam fuiſſet litigioſa, ſecus vero ſi poſſeſſio ſecundi fuiſſet ablata eidem Proviſo, juxta verba Caſtren. *ubi ſupra*, & in puncto, quod concluſio Caſtrenſ. procedat ubi tempore impetrationis factæ per Tertium, Proviſus de ſecundo reperiebatur in ejus poſſeſſione, firmat Cardin. de Luca *de Beneſic. diſc. 54. num. 12.*

In his terminis loquitur etiam Rota cor. Priol. *in deciſion. 54. & 154.* quæ allegatæ fuerunt in *Deciſionibus Mediolanen.* dum in earum caſu facta erat impetratio poſt adeptam poſſeſſionem, ſed non erant lapſi duo menſes dati ad dimittendum Beneficium propter periculum moleſtiarum, quæ ſupervenire poterant, ubi Rota cenſuit, quod non ſupervenientibus moleſtiis valida erat impetratio de tempore captæ poſſeſſionis ſecundi incompatibilis, ad quod tempus retrotrahebatur vacatio, ut in *deciſion. 54. numer. 16.* ibi = *Tamen moleſtiis non ſupervenientibus rata eſt vacatio uſque ab initio captæ poſſeſſionis, & ſuſtinetur proviſio durante bimeſtri obtenta*, & in *deciſion. 154. numer. 12. & 13.* ibi = *Nec relevat Dyptbereatum tunc temporis non fuiſſe vacantem, quia aſſequens ſecundum Beneficium incompatibile habeat duos menſes ad dimittendum primum &c. nam id procedit quatenus intra lapſum illorum duorum menſium superveniant moleſtiæ ſuper ſecundo &c. ſed illis, prout hic non ſupervenientibus primum dicitur vacaſſe uſque ab initio captæ poſſeſſionis ſecundi incompatibilis ſicuti explicat* Caſtrenſ.

Et eſt ratio, quia per ſolam capturam poſſeſſionis inducitur vacatio primi, illa autem requiſita, quod poſſeſſio ſit pacifica, & cum perceptione fructuum, & cum termino duorum menſium, operantur ſuſpenſionem vacationis jam inductæ uſque ab initio captæ poſſeſſionis; unde ſequitur, quod ſi labitur bimeſtre abſque ſupervenientia moleſtiarum, aut vero ſuperveniunt moleſtiæ, ſed poſtea ſopitæ remanent, utroque caſu vacatio retrotrahitur ad initium poſſeſſionis, & valida eſt impetratio primi facta de tempore captæ poſſeſſionis, ut bene teſtatur Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. *in prax. part. 1. annot. 17. §. 1. numer. 6.* ibi = *A moderno tempore non expectato termino duorum menſium Dataria confert primum, & collatio primi RETROTRAHITUR AD DIEM ADEPTÆ POSSESSIONIS SECUNDI* = Paſserin. *in cap. Licet Epiſcopus de præben. in 6. numer. 7. Si quis pacifice per duos menſes poſſideat beneficium ſecundum, vacant. primum quod tamen RETROTRAHITUR, itaut Beneficium cenſeatur vacaſſe A PRINCIPIO CAPTÆ POSSESSIONIS* = Caſtropal. *oper. moral. tract. 13. de Beneſic. diſput. 6. punct. 2. §. 6. numer. 21. in fine* ibi = *Si abſque ullo litigio duo menſes tranſierint firma eſt Poſſeſſio, & Beneficium primum incompatibile VACAT A PUNCTO QUO SECUNDI FUIT CAPTA POSSESSIO* = Addeo. ad Buratt. *deciſ. 19. numer. 23.* ibi = *Datur tamen ſpatium duorum menſium ad dimittendum Beneficium inchoando a die pacificæ poſſeſſionis, ante quod tempus non datur vacatio, verum poſt lapſum duorum menſium cenſetur primum Beneficium vacare a principio captæ poſſeſſionis.*

Ex quibus allegatæ Deciſiones *Mediolanen.* in ſubjecto caſu manifeſte retorquentur, quia in earum caſu Proviſus de ſecundo incompatibili ceperat ejus poſſeſſionem, & poſt eam captam facta fuerat impetratio, & ulterius licet poſſeſſio fuiſſet effecta litigioſa, attamen litigium fuerat ſuperatum, & ille remanſerat in pacifica poſſeſſione ſecundi Beneficii; & ſic bene firmavit Rota, quod inducta fuerat vacatio uſque ab initio poſſeſſionis, & bene impetraverat Signorinus de eo tempore, quia ſuperato litigio vacatio retrotrahebatur

batur

batur ad initium poſſeſſionis, item Baldeſius male
impetraſſet ultimo tempore expectata dimiſſione
primi facta poſt litem extinctam, neque propter-
ea *allegatæ Deciſiones* unquam firmare intellexe-
runt hanc inauditam concluſionem, quod naſca-
tur vacatio a die collationis tituli, quia vacatio
inducitur per aſſecutionem incompatibilis, non
autem per collationem, hoc enim verbum *aſſe-*
19 *cutio* ſignificat aſſecutionem Beneficii mediante poſ-
ſeſſione, non autem collatione ſolius tituli ex do-
ctrinis ad ſatietatem ſupra allegatis. & bene con-
cludit Adden. ad Buratt. *deciſion.* 464. *numer.* 11.
verſic. Non ſufficit, Lotter. *de re Benefic. libr.* 2.
quæſt. 30. *numer.* 11. & propterea in caſu iſto cum
Jacobus Tinnen. Proviſus de ſecundo per 20. annos
litigaverit pro aſſequenda ejus poſſeſſione, & deceſ-
ſerit ea non aſſecuta; ſed remanendo ſemper in
poſſeſſione ſui primi Canonicatus per viginti an-
20 nos poſt habitam collationem ſecundi, profecto
imperceptibile, & impoſſibile eſt, quod unquam
vacare potuerit ſuus primus Canonicatus per in-
compatibilitatem, quia deficit utrunque requiſi-
tum in *Deciſionibus Mediolanen.* concurrens, nem-
pe captura poſſeſſionis ſecundi, & ſuperatio litis,
quæ Proviſum confirmaverit in poſſeſſione, & in
his terminis etiam intelligitur Rot. coram Coccin.
deciſ. 2060. *numer.* 12. *& ſeqq.* loquens an requira-
tur poſſeſſio pacifica ad effectum vacationis ibi =
*Non dicatur vacare, niſi Impetrans SIT PACI-
FICUS POSSESSOR* = & ſe ſe fundans in alle-
gato Conſilio Pauli de Caſtro.

21 Verum ad exuberantiam ex alio etiam Capite
inapplicabiles, & retorquibiles convincuntur *De-
ciſiones Mediolanen.* quia nempe attento ſtylo Da-
tariæ ſuperius enarrato, quando Summus Pontifex
vult dare vacationem a die collationis ſecundi in-
compatibilis apponit decretum vacationis *eo ipſo*,
ubi vero vult illud vacare a die captæ poſſeſſio-
nis apponit *Decretum de dimittendo*. & hi tan-
tum duo modi ſunt illi, per quos Dataria indu-
cit vacationem per Incompatibilitatem; In relatis
autem Deciſionibus concurrebat Decretum vaca-
tionis *eo ipſo*, non autem Decretum de dimitten-
do, ut aſſerüit Sacra Rota *in ſecunda Deciſione*
4. *Julii* 1701. §. *finali* ibi = *Præterquamquod in
hypotheſi prætenſum Decretum de dimittendo non a-
derat in prima gratia Andreæ Villa, qui aſſecutus
fuit ſecundum Canonicatum* = ergo multo minus
hujuſmodi Deciſiones ſunt applicabiles ad caſum
22 iſtum, ubi deficiente Decreto vacationis *ea ipſa*,
& per contrarium ſtante Decreto de dimittendo,
vacatio induci non potuit, niſi per capturam poſ-
ſeſſionis, ut in individuo firmat Barboſ. *in capit.
cum in cunctis* §. *Cum vero numer.* 29. *de elect.* ibi
= *Stylus autem ex eo procedit, quia Papa in pro-
motione &c. decernit illa vacare eo ipſo &c. & ideo
Rota &c. declaravit prædictum ſtylum procedere,
quando Papa in actu promotionis, vel tranſlationis
decernit vacare Beneficia, alias, ubi non adeſt ex-
preſſum decretum vacationis ſtandum eſt DISPOSIO-
NI JURIS, & ideo ad inducendam vacationem re-
quiri adeptionem poſſeſſionis* = & totidem verbis fir-
mat Adden. ad Buratt. *deciſ.* 464. *ſub numer.* 11. Rot.
coram Seraph. *deciſ.* 110. *num.* 2. *& in rec. dec.* 475.
num. 19. *&* 20. *par.* 2. & coram Dunoz. Senior. *deciſ.*
294. *num.* 15. *&* 16.

Præterea, ſi praxis Datariæ quoad ipſum Im-
petratorem quando adeſt Decretum de dimitten-
do non dat vacationem, niſi capta poſſeſſione,
nec proviſionem, niſi duobus modis, nempe ob
dimiſſionem vigore Decreti, vel ob non paritio-
nem Decreto, fruſtra ſuper hoc inani diſputatur
aſſumpto, quod inducatur vacatio per ſolam, &
nudam collationem contra diſpoſitionem juris, &
contra ſtylum inviolabilem Datariæ; Imo ſi ha-
bemus, quod tali caſu decedente Proviſo abſque
captura poſſeſſionis non detur, nec dari ſoleat
23 Impetratoribus, niſi Proviſio *per obitum*, ut in
præſenti, ceſſat omnis quæſtio propter ſtylum Da-
tariæ, qui facit legem omnino ſervandam, & cui
acquieſcere debemus, eoque magis quando ſtylus
eſt declaratorius, & in ſequelam diſpoſitionis ju-
ris, Cokier. *ad Regul.* 43. *Cancell. num.* 65. *& ſeqq.*
Rot. cor. Puteo *deciſ.* 347. *numer.* 1. *libr.* 1. *& rec.
deciſ.* 356. *numer.* 8. *part.* 1. *& deciſ.* 614. *num.* 28.
part. 4. *tom.* 3. *& in dicta Forolivien. Parochialis*
26. *Aprilis* 1706. §. *Præmaxime* coram bon. mem.
Omanna.

Et hinc æquivoca manifeſta convincuntur illæ
aſſertiones, quod ſcilicet per ſolam collationem
ſecundi vacet primum *de jure* licet non *de facto*,
& propter hoc Dataria ſæpe providere ſoleat con-
temporanee tam ſecundum, quam primum Bene-
ficium; Etenim circa vacationem primi de jure,
non de facto, reſpondetur eam procedere quan-
do Proviſus de ſecundo incompatibili poſt captam 24
ejus poſſeſſionem adhuc non vult dimittere pri-
mum, ſed illud retinet, tunc enim dicitur va-
care primum de jure, & non de facto, ut in pun-
cto docent Canoniſtæ *in cap. Litteras veſtras* §.
Cum igitur de conceſſ. Præb. ubi eum Textus in
propoſito aſſecutionis ſecundi incompatibilis ad-
ducat ea verba ibi = *Et ſi non de facto, de ju-
re tamen vacare neſcatur* = omnes ibi Canoni-
ſtæ aſſerunt, quod Textus loquitur de caſu, ubi
fuit capta actualis poſſeſſio ſecundi, alias pri-
ma non vacat de jure, ut ait Jo. Andr. *in dicto
cap. Litteras num.* 4. ibi = *Dici poteſt, quod non,
DONEC ſit adeptus corporalem poſſeſſionem* = Ho-
ſtien. *num.* 3. ibi = *Dici poteſt quod non, quouſque
adeptus ſit corporalem poſſeſſionem* = Ancharan. *nu.* 5.
Text. *in Clement. Plures de Præb.* ibi = *Si Di-
gnitatem unicam obtinenti alia ſimilis conferatur E-
JUS PACIFICA POSSESSIONE HABITA
PRIMA DE JURE VACARET* = Gonzal. *ad
reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 15. §. 1. *n.* 4.

Quod vero Dataria providere ſoleat contem-
poranee utrunque Beneficium procedit, quando 25
appoſuit Decretum vacationis *eo ipſo*, ſecus quan-
do adjecit Decretum *de dimittendo*, ut dicunt Of-
ficiales Datariæ ibi = *In primo caſu nempe quando
apponitur Decretum de dimittendo NUNQUAM
fit contemporanea proviſio primi, ſed expectatur ad
implementum conditionis, & clauſula de adepta poſ-
ſeſſione ſecundi; altero vero caſu, quando in provi-
ſione ſecundi fuerit appoſitum decretum vacationis
primi ea ipſo, tunc Dataria ſtatim illud confert
uti vacans, juxta Decretum* = & proinde in hoc
ſenſu intelligi debent omnes auctoritates in contra-
rium allegabiles; Cum iſtæ contradicere non poſ-
ſint ſtylo Datariæ, cui eſt acquieſcendum, nec ul-
tra quærendam, ut ait Roſa *de execut. Litterar.
Apoſtol. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 20.

Et quod ſane vacatio primi nunquam oriatur,
niſi adepta poſſeſſione ſecundi incompatibilis etiam
ſi agatur inter duos Impetrantes Apoſtolicos, ultra
Sacr. Canones ſententiam Doctorum, & ſtylum
Datariæ, probatur ulterius uſque ad ſatietatem ex
pluribus aliis rationibus, & principiis legalibus,
ſeu theoricis in hac materia receptiſſimis, quæ o-
mnino convincunt, & vanum reddunt contrarium
aſſumptum.

Primo enim quæro, quid eſt aſſecutio ſecun-
di? Utique nihil aliud eſt, niſi corporalis acqui-
ſitio rei per capturam poſſeſſionis, non autem
verificari poteſt in nuda, ac ſimplici collatione
tituli, quæ dat ſolum jus, & actionem ad Be-
neficium aſſequendum maxime, ut in præſenti,
occupatum ab alio, non autem producit ejus aſ- 26
ſecutionem effectivam, ut docet Text. *in Clement.
gratia de reſcript.* ibi = *Aliud Beneficium pacifice
ASSEQUARIS quod ſimul de jure cum Dignita-
te &c. retinere non poſſis* = ubi Card. Zabarell. *nu-
mer.* 1. inquit ſub hoc verbo *aſſequaris* intelligi aſſe-
cutionem effectivam ibi = *niſi cum effectu conſequa-
tur ſecundum probat verbum PACIFICE ASSE-
QUARIS* = Pannrmit. *num.* 1. ibi = *dummodo paci-
fice fueris poſſeſſionem adeptus* = Vitalin. *num.* 47. ibi
= *ratio eſt, quia ſola collatio Beneficii incompatibilis
non inducit hanc renunciationem, ſed PACIFICA
ASSE-*

ASSECUTIO, *& ideo habita poſſeſſione pacifica
Beneficii &c. vacaret primum* = & optime Garz.
de Benefic. part. 11. cap. 5. num. 100. Rot. coram Ve-
rall. *deciſion. 294. numer. 1. part.* 2. Et quod aſſecutio
Beneficii præſeferat, ac ſignificet poſſeſſionem cum
omni jure ſuo, firmat Lotter. *de re Benef. lib. 2. q.*
27 30. *numer.* 11. nunquam igitur vacatio per aſſecutio-
nem incompatibilis dari poterit antequam verifice-
tur iſta aſſecutio per capturam poſſeſſionis, ſive a-
gatur in præjudicium Proviſi de ſecundo, ſive alte-
rius cujuſcunque Impetrantis.

Secundo, quid eſt illud, quod cauſat vacatio-
nem? certe eſt incompatibilitas cum primo, ut
dicunt omnes, & ſignanter. Text. *in d. Clement.
gratiæ de reſcript.* incompatibilitas autem non na-
28 ſcitur ex collatione, ſed ex retentione corporali
ſecundi cum primo, ut paſſim firmavit Rot. *in
Colonien. Paſtoratus 13. Januarii 1687. §. Siquidem*
coram Molines, *& in Derthuſen. Beneficii 27. Ju-
nii 1707. §. Non relevante*, coram Omanna, *&
in Colonien. Canonicatus prima gratia 17. Februa-
rii 1696. §. Minuſque*, coram bon. mem. Muto,
*& in Sabinen. Cappellania 21. Januarii 1707. §.
Minuſque*, coram clar. mem. Card. Scotto; ergo va-
catio inſurgens ex incompatibilitate non poteſt dari
propter ſimplicem collationem, ſed neceſſaria eſt
acquiſitio, ſeu retentio corporalis, quæ habetur per
Poſſeſſionem.

Tertio, in terminis præciſis reſpicientibus ter-
tium Impetrantem quærunt Doctores, attenta di-
viſionem menſium inter Sedem Apoſtolicam, &
Ordinarios Collatores, in quo menſe oriatur va-
catio Beneficii per aſſecutionem incompatibilis,
ſcilicet vel in menſe, quo habenti primum fa-
cta fuit collatio ſecundi, vel potius in menſe
ubi capta fuit poſſeſſio ſecundi, & omnes con-
cludunt vacationem naſci in menſe, ubi capta fuit
hæc poſſeſſio, non autem ubi facta fuit Collatio,
ita & taliter, quod ſi iſta adepta fuerit in menſe
29 reſervato, Proviſio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam,
& e contra ad Ordinarium, ſi in menſe Or-
dinario captura poſſeſſionis ſucceſſerit, ut tradunt
Navar. *conſil.* 18. *numer. 3. de Præben.* Gonzal. *ad
regim.* 8 *gloſſ.* 15. *numer.* 42. Pax Jordan. *tom. 2. lu-
cubr. lib.* 10. *tit.* 28. *num.* 69. Roſa *de execut. Litter.
par. 1. cap. 5. num.* 85. Rot. coram Buratt. *deciſ.* 102.
num. 1. & cor. Priol. *dec.* 54. *num.* 7. & apud Me *Di-
ſcept. Eccleſiaſt.* 12. *n.* 64.

Hinc orta quæſtione inter duos Proviſos, al-
terum ab Ordinario, & alterum a Dataria A-
poſtolica de quodam Canonicatu tanquam vacan-
te per aſſecutionem Archipresbyteratus dubitatum
fuit in Sacr. Rotæ Tribunali, in quo tempore ſuc-
ceſſiſſet vacatio, an ſcilicet a die collationis Archi-
presbyteratus factæ in menſe Decembris Ordina-
rio, vel potius a die captæ poſſeſſionis in men-
ſe Februarii Sedi Apoſtolicæ reſervato, & con-
cluſum fuit vacaſſe Canonicatum in hoc menſe
reſervato a die captæ poſſeſſionis, ut me ſcriben-
te in *Burgi, ſeu Civitatis Sancti Sepulchri 4. De-
cembris 1705. §. Cum igitur, & §. Quoties*, coram
bon. mem. Anſaldo; qui eſt caſus præciſus inter
duos Impetrantes, ſeu Proviſos independenter ab ip-
ſo Proviſo de ſecundo, ubi fuit deciſum vacatio-
nem fuiſſe ortam de tempore captæ poſſeſſionis,
non autem ſecutæ Collationis.

Quarto, cum Ordinarius Collator habeat ſex
menſes ad conferendum primum Beneficium poſt
Collationem ſecundi incompatibilis antequam Col-
latio devolvatur ad Superiorem *ex cap. de Multa
de Præben.* receptum habemus, quod hoc tempus ad
conferendum ſibi non curſit niſi ab illo die, quo
Proviſus de ſecundo ejus accepit poſſeſſionem per
30 ea, quæ in puncto docuerunt Innocent. *in d. capit.
de multa numer. 4. verſic. ſex menſes*, Jo. Andr. *n.*
11. Butrius *numer.* 19. Paſſerin. *in cap. licet Epiſco-
pus, num. 7. de Præb. in* 6. Gonzal. *ad regul. 8. Can-
cell. gloſ.* 15. *numer.* 111. *&* 112. Garz. *de Benefic. p.
11. cap. 5. n.* 106.

Signum ergo evidens eſt, quod primum Bene-
ficium non vacat per ſolam Collationem, ſed a
die tantum captæ poſſeſſionis ſecundi, ſive aga-
tur de præjudicio Proviſi de ſecundo, ſive quæ-
ſtio ſit inter Impetrantes, quia alias pro regulan-
da pertinentia Collationis primi ratio unice ha-
benda eſſet de menſe, in quo fiat proviſio ſe-
cundi, & Collatori Ordinario curret tempus ab i-
pſo inſtanti proviſionis ſecundi, quamvis non
concurreret vacatio de facto, cum Ordinarius
poſſit libere conferre Beneficium de jure vacans 31
per aſſecutionem alterius, licet de facto adhuc
plenum per Text. *in dicto cap. de multa §. Is quo-
que, ibique* Innocen. *numer.* 3. Boich. *numer.* 19. Jo.
Andr. *numer.* 10. Butr. *numer.* 4. *&* 18. Imol. *num.* 6.
Abbas *numer.* 3. Fagnan. *in cap. Litteras num.* 24. *de
conceſ. Præb.* Piringh. *in Jus Canon. libr. 3. tit. 3. ſect.
5. num.* 151.

Quinto, ſi verum foret aſſumptum, quod va-
catio reſultaret ipſo jure per ſolam Collationem
ſecundi, Proviſus ab Ordinario de ſecundo ante 32
adeptam ejus poſſeſſionem non poſſet pœnitere,
& primum retinendo ſecundum dimittere, ſed
neceſſaria eſſet nova Collatio, & Auctoritas Su-
perioris, ut per Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt.* 14.
num. 20. Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. numer.* 165. Garz.
Benefic. part. 11. cap. 3. numer. 169. cum aliis apud
Rotam *in Monaſterienſis Canonicatus 23. Aprilis
1706. §. Non obſtat in fine*, coram bonæ mem.
Lancetta; & tamen contrarium videmus, quod
nempe Proviſus de ſecundo poteſt ſe pœnitere, &
illo dimiſſo retinere primum abſque auctoritate Su-
perioris, ſeu abſque neceſſitate novæ Collationis,
ut tenent Garz. *de Benefic. part. 11. cap. 5. num.* 129.
& 131. Piringh. *in Decretal. libr. 3. tit. 5. ſect. 5. §.
5. numer.* 157. ergo vacatio non inducitur ex Col-
latione ſecundi, ſed ex poſſeſſione, & ſic aſſecu-
tione cum effectu.

Sexto, data vacatione ab initio Collationis,
ſi Proviſus propter litem cum altero Contradicto-
re ſuper ſecundo, non poſſet ſtatim capere poſſeſ-
ſionem, ſed tardaret per plures annos finita lite,
exempli gratia poſt 15. vel 20. annos, hinc ad-
epta poſſeſſione ſecundi, teneretur reſtituere o-
mnes fructus interim perceptos ex primo Benefi-
cio ante captam poſſeſſionem ſecundi, eo quia
illos percepiſſet abſque titulo tanquam vacato per
Collatione ſecundi, nec poſſet eos retinere ſi- 33
mul cum fructibus ſecundi Beneficii, quos recu-
peraret in victoria litis contra detentorem, Gon-
zal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 15. num.* 150. Lotter. *de
re Benefic. libr. 3. quæſt. 20. n.* 111. quod ſecluſa frau-
de, aut negligentia inexcuſabili, Caſtrenſ. *dicto
conſil.* 265. Rota *in Melevitana Commenda 7. Fe-
bruarii 1727. §. Hac* coram bon. mem. Criſpolto,
videtur inſubſiſtens, quia Proviſus de ſecundo fa-
cit fructus ſuos primi Beneficii ratione tituli ad-
huc non vacantis ante captam poſſeſſionem ſe-
cundi, neque de cætero in jure datur vacatio,
& non vacatio ad effectum faciendi fructus ſuos
cum ſint contradictoria, ut ait Card. de Luc. *de
Benef. diſc. 54. n.* 10.

Septimo, ſi Collatio ſolius tituli induceret in-
compatibilitatem, & vacationem abſque effectu
poſſeſſionis, ſequeretur, quod Promoti ad Epi-
ſcopatus titulares in Partibus Infidelium amitterent
Beneficia, quæ vacarent ipſo jure per ſolam Col-
lationem tituli, & tamen videmus, quod ipſa 34
non vacant ex ſuperius relato principio, quod
tituli aſſecutio abſque captura poſſeſſionis va-
cationem non inducit, cum Promoti in Parti-
bus Infidelium nequeant poſſeſſionem Epiſcopatus
adipiſci, ut obſervat Azor. *inſtit. moral. part. 2.
lib. 7. cap. 16. quæſt.* 12. Pariſ. *de reſign. lib. 3. quæſt. 1. n.*
89. Layman *Theolog. moral. libr. 4. tract. 2. capit. 8.
num.* 4. Garz. *de Benefic. part. 11. cap. 6. num.* 24. Pi-
ringh. *in Decretal. titul. 5. ſect. 5. §. 6. numer.* 163.
Adden. ad Buratt. *deciſion.* 464. *num.* 13. & probat
Text. *in capit. cum in cunctis §. Cum vero de elect.*
ubi quod priora Beneficia non vacant per pro-
motionem ad Epiſcopatum, niſi Epiſcopus pro-

motus

moru habuerit adminiſtrationem bonorum Epiſco-
patus, qua tantum ſecuta datur vacatio, & ſit
35 locus eorum Collationi, ibique Panormitan. *num.* 4.
Bald. *numer.* 16. Butr. *numer.* 8. Joann. Andr. *numer.* 38.
Decius *numer.* 10. Pariſ. *de reſign. lib.* 3. *quaſt.* 1. *numer.*
77. *&* 78.

Octavo demum, quia Proviſi ab Ordinario de
ſecundo incompatibili non poſſent reſignare pri-
35 mum in favorem ſtatim ac obtinuiſſent ſolam
Collationem ſecundi, ſi verum foret, quod pri-
mum vacaret per ſolam collationem ſecundi, &
tamen indubitatum eſt, quod obtenta etiam Col-
latione ſecundi, ante tamen captam ejus poſſeſ-
ſionem ille reſignare poteſt primum in favorem,
ut teſtatur in praxi Caſtropal. *oper. moral. Tract.*
13. *de Benefic. diſput.* 6. *punct.* 3. §. 6. *numer.* 25. &
comprobat Pariſ. *de reſign. libr.* 3. *quaſt.* 1. *num.* 89.
ſecus poſt captam Poſſeſſionem, & retentionem ſe-
cundi per duos menſes, Garz. *de Benefic. part.* 11.
cap. 5. *numer.* 61. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.*
57. *numer.* 78. Tondut. *quaſt. Benefic. part.* 2. *capit.* 4.
§. 7. *numer.* 2. hinc ſolet admitti in Dataria Apo-
ſtolica, Reſignatio in favorem cum penſione fa-
cta per Proviſum de ſecundo incompatibili ante
captam hujus ſecundi poſſeſſionem ſub illa nar-
rativa, ſeu expreſſione, quod Reſignans *Jus ha-
bet* in alio, ſeu ſecundo Beneficio incompati-
bili.

Quæ rationes, & principia ponunt in claris
vacationem propter incompatibilitatem nunquam da-
ri, niſi per actualem capturam Poſſeſſionis de ſe-
cundo, nec minus dari poſſe, niſi ex voluntate
37 Summi Pontificis, qui in Litteris proviſionis de
incompatibili apponat Decretum *Vacationis eo ipſo*,
quo ſtante tunc ſolum concedi ſolet contempora-
nea Proviſio de ſecundo, juxta ſtylum Datariæ
ſuperius probatum, & apud Muig. *de Benefic. quæ-
ſtion.* 9. *articul.* 1. *numer.* 7. *&* 8. Rot. coram Dunoz.
Sen. *deciſion.* 294. *num.* 16. *&* 18. Seraphin. *dec.* 110.
num. 2. & maxime hæc omnia urgere debent uſque
ad evidentiam in caſu iſto, ubi Proviſus de ſecun-
do per 20. annos ſtetit in Poſſeſſione primi Cano-
nicatus, de quo agitur, abſque eo quod toto hoc
tempore potuerit adipiſci Poſſeſſionem ſecundi, Rot.
*in d. Burgi, ſeu Civitatis Sancti Sepulchri Canonica-
tus* 4. *Febr.* 1705. §. *Hiſce fundamentis cum ſeq.* coram
bon. mem. Anſaldo.

Hæc omnia deducebam in hac Cauſa ſcriben-
do favore Proviſi per obitum, & Sacra Rota
reſolvit ejus favore pro adjudicatione Canonicatus,
ut ex *deciſione* edita ſub *die* 9. *Decembris* 1712.
coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano, in
qua magiſtraliter extenſæ fuerunt omnes rationes per
me ſuperius deductæ in hoc articulo, & juſta
fuit reſolutio, juxta ſenſum quem habui quando
pro veritate ſcripſeram; Et circa Decretum de di-
mittendo infra duos menſes, de quo ſuperius di-
ctum eſt *num.* 9. *& ſeqq.* ſuperaddo, quod licet hu-
38 juſmodi Decretum in verbis loqueretur a die da-
tæ Gratiæ, attamen de ſtylo intelligendum eſſet
a die adeptæ pacifice Poſſeſſionis, ut cenſuit Car-
din. de Luc. *de Benefic. diſcur.* 56. *numer.* 5. & ſicut
vacat primum per aſſecutionem ſecundi incompa-
tibilis adepta tantum pacifica Poſſeſſione ſecundi,
39 ita etiam cenſetur renunciatum liti ſuper primo
incompatibili, non per Collationem ſimplicem ſe-
cundi, ſed ejus pacificam poſſeſſionem, juxta
Text. *in Clement. gratia de Reſcript. ibique* Cano-
niſtæ, & plene Pariſ. *de Reſignat. libr.* 1. *quaſt.* 1.
numer. 20. Rot. Me ſcribente *in Valentina Benefic.
deciſion.* 1140. *numer.* 2. coram Emerix Jun. in qua
cauſa ego dicebam, quod per aſſecutionem ſecun-
di incompatibilis renunciatum fuerat liti ſuper pri-
mo, etiamſi Proviſus de ſecundo proteſtatus fuiſſet
40 ſe illud acceptare abſque animo renunciandi Gra-
tiæ, ſeu Juri, & liti ſuper primo, cum iſta prote-
ſtatio tanquam contraria facto non attendatur, ut
ampliant Canoniſtæ in *d. Clement. gratia de Re-
ſcript.* ſignanter Imol. *numer.* 16. Benedictus Capra
numer. 14. *&* 15. Rot. *in Toletana Parochial.* apud

Garz. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *numer.* 70. & ſtante
hac tacita renunciatione non competit amplius 41
ſubrogatio in Juribus defuncti Colitigantis ſuper
primo, ut in eadem *deciſion.* 1140. *numer.* 3. & per
contrarium competeret ſubrogatio alteri Colliti-
ganti ob hanc ceſſionem implicitam per aſſecu-
tionem alterius incompatibilis, Card. de Luc. *de
Benefic. diſcur.* 92. *numer.* 38. ad hunc enim effectum
ſufficit tacita renunciatio litis ſuper primo Bene-
ficio, & ego in praxi obtinui ſubrogationem in
caſu, quo unus ex Collitigantibus, qui erat Cle- 42
ricus ſimplex renunciaverat Clericatui, dum pen-
debat lis ſuper Beneficio ſimplici inter ipſum, &
alium Clericum, qui ſubrogationem propter hoc
obtinuit; Et ſicut per aſſecutionem ſecundi in-
compatibilis cenſetur renunciatum liti ſuper pri-
mo; ita etiam cenſetur renunciatum Primariis
precibus ab Imperatore obtentis ad aliquod Be-
neficium incompatibile, juxta allegatum Text. *in* 43
Clementin. gratia de Reſcript. Pariſ. *de reſignat. lib.*
1. *quaſt.* 1. *num.* 19. Garz. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 5.
numer. 69. Rebuff. *de nomin. quaſt. ultima numer.* 9.
& pariter ſi quis habeat primum Beneficium litigio-
ſum, hoc vacat per aſſecutionem ſecundi pacifice 44
poſſeſſi propter tacitam renunciationem, Garz. *de
Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *numer.* 107. Pitingh. *in Juris
Canonic. libr.* 2. *tit.* 5. *ſect.* 5. *numer.* 155. *verſic. non
tamen*, Cardin. de Luc. *de Benefic. diſc.* 51. *numer.*
2. *&* *diſc.* 92. *numer.* 39. *& ſeq.* Adden. ad Buratt.
deciſion. 307. *numer.* 9. *& deciſion.* 599. *numer.* 23. per
contrarium vero ſi quis habeat primum Beneficium
cum ſola Collatione, & nondum capta ejus poſſeſ-
ſione accipiat ſecundum incompatibile, ſed litigio- 45
ſum cum Poſſeſſione litigioſa, & antequam iſta ſit
pacifica accipiat pacificam Poſſeſſionem primi, non
exinde cenſetur renunciatum, ſeu amiſſum ſecun-
dum Beneficium litigioſum, Garz. *de Benefic. p.* 11.
cap. 5. *num.* 108. *verſ. quod ſi obtento* Pitingh. *ubi ſu-
pra libr.* 3. *titul.* 5. *ſect.* 5. *numer.* 155. *verſic. quod ſi
quis*, Leſſius *de Juſtit. & Jur. libr.* 2. *cap.* 34. *dub.*
27. *num.* 141.

TREVEREN. COADJUTORIÆ.

ARGUMENTUM.

Eo momento, quo Epiſcopus in Conſi-
ſtorio Papæ transfertur ad aliam Eccle-
ſiam, vacat prima, & ceſſat ei fru-
ctus, niſi Papa apponat Decretum Va-
cationis a die Poſſeſſionis ſecundæ. vel
niſi hæc reperiatur occupata ab Hoſti-
bus.

SUMMARIUM.

1 *Exponatur facti ſpecies.*
2 *In Beneficiis Inferioribus per aſſecutionem ſecun-
da non vacat prima Eccleſia, niſi adepta
poſſeſſione pacifica ſecunda.*
3 *Secus Epiſcopatibus, quia vacat primus eo mo-
mento, quo Epiſcopus transfertur ad ſecun-
dum.*
4 *Et ceſſant Epiſcopo tranſlato ab eo momento
fructus primi Epiſcopatus.*
5 *Per tranſlationem vacat primus Epiſcopatus et-
iam ante expeditionem Litterarum ſecundi,
ſi tranſlatio ſit de conſenſu Epiſcopi, juxta
Breve Urbani VIII.*
6 *Ex diſpoſitione hujus Brevis correcta fuit opi-
nio inducens vacationem tempore præſentatio-
nis Litterarum Capitulo.*
7 *Conſenſus Epiſcopi tranſlati quando non ſit ne-
ceſſarius, aut interveniſſe dicatur.*
8 *Vacatio Beneficii inferioris per aſſecutionem Epi-
ſcopatus inducitur a die Poſſeſſionis Epiſco-
patus.*
9 *Unicum Decretum Vacationis ſuper primo Epi-
ſcopatu, & Beneficio inferiori non poteſt di-*

verſo

verſimode intelligi circa tempus Vacationis.

10 *Retentio primi incompatibilis conceſſa a die adepta poſſeſſionis ſecundi deſignat, tunc intellectam Vacationem primi.*

11 *Eodem tempore intelligitur Decretum Vacationis alterius prioris Beneficii.*

12 *Conſenſus tranſlati, juxta Breve Urbani VIII, ut ab ejus die vacet primus Epiſcopatus requiritur etiam in gratia Motu proprio.*

13 *In Trimeſtri ad eligendum dies termini computatur in terminum.*

14 *Primus Epiſcopatus vacat a die Poſſeſſionis ſecundi, ſi Papa ſic intellexerit.*

15 *Papa habet poteſtatem prorogandi Vacationem primæ Eccleſiæ.*

16 *Decretum Vacationis primi Epiſcopatus inducta a momento tranſlationis Epiſcopi ad alium intelligitur ſuſpenſo ejus effectu, quando alius Epiſcopatus reperitur occupatus ab Hoſtibus.*

17 *Quod Papa fecit in favorem non præſumitur factum in detrimentum Conceſſionarii.*

18 *Equitas in Beneficiis inferioribus, ut aſſequens Beneficium ſecundum non amittat primum niſi a die Poſſeſſionis ſecundi eſt applicabilis ad primum Epiſcopatum ob aſſecutionem ſecundi ab Hoſtibus occupati.*

19 *Epiſcopus privatus Eccleſia ob invaſionem Hoſtium dignus eſt, ut interim habeat aliam Eccleſiam in adminiſtrationem.*

20 *Cui concedi deberet alterius Eccleſiæ gubernium, multo magis concedenda eſt retentio Eccleſiæ quam habet.*

21 *Exemplum Sedis Apoſtolicæ, ut ſecunda Eccleſia, ad quam Epiſcopus fuit tranſlatus occupata ab Hoſtibus conceſſa fuit eidem retentio primæ Eccleſiæ in adminiſtrationem.*

22 *Mens Papæ deducitur ab eo, quod facere conſuevit.*

23 *Tranſlatus ad ſecundum Epiſcopatum ab Hoſtibus impeditum licet primam Eccleſiam jam vacatam retinere non poſſit in titulum, retinet tamen in adminiſtrationem.*

24 *Vacatio primi Epiſcopatus ob promotionem, ſeu tranſlationem ad ſecundum, qui ſit occupatus ab Hoſtibus intelligitur ſuſpenſo ejus effectu.*

25 *Intellige etiamſi occupatio non ſit in totum, ſed pro majori parte.*

26 *In Beneficiis inferioribus non intelligitur plene aſſecutum ſecundum per Poſſeſſionem, ſi ejus fructus pro majori parte percipi non poſſint.*

27 *Et poſt adeptam Poſſeſſionem poteſt dimiſſo ſecundo retineri primum.*

28 *Ratio ob quam in Beneficiis inferioribus non vacat primum ob aſſecutionem ſecundi, niſi adepta ejus Poſſeſſione.*

29 *Decretum Vacationis Beneficiorum Promoti ad Epiſcopatum intelligitur ſub tacita conditione, niſi forte proviſus non poſſit conſequi Epiſcopatum.*

30 *Diſpenſatus ad retinendum Beneficia cum primo Epiſcopatu indiget nova diſpenſatione, ſi transferatur ad alium.*

31 *Valida eſt diſpoſitio pro retentione Beneficiorum ob promotionem ad Epiſcopatum non facta mentione, quod illa ſint de Jurepatronatus.*

32 *Nec paſſive vocatus habet jus impediendi Papam, ne concedat retentionem.*

33 *Limita ubi daretur poſt inductam Vacationem.*

DISCEPTATIO CXXXV.

Sereniſſimus D. Princeps Carolus a Lotharingia jam Epiſcopus Oſnabrugen. & Olomucen. vigore Indulti eligibilitatis nominatus fuit, & electus Coadjutor Archiepiſcopi Treveren. quam electionem Summus Pontifex confirmavit cum futura ſucceſſione, illumque in Archiepiſcopum Eccleſiæ Treveren. præfecit poſt obitum Joannis Ugonis Archiepiſcopi, ac etiam tunc, ſi Eccleſia tunc vacaret per obitum ſupradicti Archiepiſcopi, cum hac tamen conditione, quod facto loco futuræ ſucceſſioni ipſius Sereniſſimi Principis per obitum Coadjuti, vacaret eo ipſo Epiſcopatus Olomucen. & Canonicatus Eccleſiæ Treveren. his verbis = *Decernimus, ut ceſſante Coadjutoris hujuſmodi Officio poſtquam ſucceſſioni ad tui favorem in regimine, & adminiſtratione dictæ Eccleſiæ Treveren. locus, ſicut præmittitur, factus fuerit, tam Eccleſia Olomucen. prædicta, quam Canonicatus, & Præbenda dictæ Eccleſiæ Treveren. vacent eo ipſo* = Et per contrarium conceſſit facultatem retinendi, una cum dicto Archiepiſcopatu Treveren. alium Epiſcopatum Oſnabrugen. 1

Stante uſque tunc obitu Coadjuti, factus quidem fuit locus ejus ſucceſſioni in Archiepiſcopatu Treveren. ſed in captura ejus Poſſeſſionis invenit occupatam ab Hoſtibus ipſam Metropolim Treveren. in qua reſidentiam habere non poterat, necnon occupatam majorem partem Statuum trans Rhenum, & fere omnes alios Status in alia parte exiſtentes propter Militum incurſiones, itaut majorem partem fructuum percipere non valeret.

Hinc quæſitum fuit meum pro veritate Votum, an dici valeat purificatum decretum Vacationis Epiſcopatus Olomucen. propter purificatum caſum futuræ ſucceſſionis in Archiepiſcopatus ad effectum, ut Sereniſſimo Principi ceſſaverint fructus, vel potius dici nequeat purificatum, donec ille recuperatis bonis ab invaſione Hoſtium pacificam aſſequatur Poſſeſſionem Eccleſiæ Metropolitanæ cum fructuum perceptione, vel omnium, vel ſaltem eorum majoris partis.

In hoc articulo concludendum videtur fructus Epiſcopatus Olomucen. ceſſaſſe *a* die 20. Januarii 1711. quo Summus Pontifex gratiam Coadjutoriæ conceſſit cum futura ſucceſſione in caſu obitus Archiepiſcopi Coadjuti; Etenim ſi ageretur de inferioribus Beneficiis, tunc infallibilis eſſet regula, quod Vacatio eorum inducta non foret, niſi *a* die captæ Poſſeſſionis Archiepiſcopatus Treveren. juxta apertam Deciſionem Text. *in capit. cum in cunctis §. 1. de elect.* ibique Barboſ. *num.* 29. & late Rota Me Scribente *in Monaſterien. Canonicatus 9. Decembris* 1712. §. *Re itaque cum ſeqq.* coram Reverendiſſ. Aldrovando. Sed qua agitur in præſenti de Epiſcopatu, ſpeciale eſt; ut ejus Vacatio ſtatim oriri ſoleat eo momento, quo Epiſcopus ab eo transfertur in Conſiſtorio Papæ ad aliam Eccleſiam Epiſcopalem, ut diſtinguendo inter Beneficia inferiora, & Epiſcopatum tradunt Panormit. *conſil.* 101. *numer.* 6. *verſic. & diverſitatis ratio libr. n.* ubi loquitur de tranſlatione Epiſcopi Spirenſis ad Archiepiſcopatum Treveren. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 119. *numer.* 11. Maſſobr. *in prax. habendi Concurſum requiſit.* 1. *dub.* 9. *numer.* 20. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 475. *numer.* 18. *part.* 1. *recent.* Garz. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 6. *numer.* 38. *& ſeqq.* 2 3

Cum igitur ſub die 20. Januarii conceſſa fuerit Coadjutoria, & proviſio Archiepiſcopatus Treveren. ſi tunc obiiſſet Coadjutus, qui tunc obierat, ab eadem die dicitur facta promotio, & tranſlatio de Epiſcopatu Olomucen. ad Eccleſiam Treveren. & per conſequens ab illa etiam die fructus tranſlato ceſſaſſe dicendum eſt, quemadmodum in præciſis terminis, quod fructus primi Epiſcopatus ceſſent ab eo momento, quo Epiſco- 4

pus

Digitized by Google

pus transfertur ad alium Epiſcopatum, ſemper Summum Pontificem providetur, late firmavit Bellamer. *in Can. ſi quis jam tranſlatus* 21. q. 2. *ſub numer.* 12. *verſ. præterea redeundo*, ubi quod ita tenuerunt in Sacra Rota octo ex quatuordecim Votantibus, Capon. *diſcep.* 105. *num.* 33. Garz. *de Beneſ. p.* 11. *cap.* 6. *num.* 41. ubi allegat rationem; quia ab illo tempore Epiſcopus translatus lucratur fructus ſecundi Epiſcopatus, Rot. *dec.* 475. *per tot. p.* 1. *rec.*

Hinc quando Epiſcopus transfertur de ejus conſenſu ad alium Epiſcopatum, quod vacatio indu-
5 catur ab eo tempore translationis factæ in Conſiſtorio, etiam ante expeditionem Litterarum, & adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ determinavit ſan. mem. Urbanus VIII. per Breve relatum apud Barb. *de poteſt. Epiſc. tom.* 2. *in fine*, *Conſtit.* 68. *fol mihi* 120. & deciſum fuit per Rot. *in Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis* 1704. §. *Nullitas*, & §. *Hinc jure*, & 9. *Martii* 1705. §. *Indeque*, cor. cl. mem. Card. Scotto, ubi etiam loquitur ad effectum amiſſionis fructuum, & in d. *Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decemb.* 1712. §. *Quod etiam*, cor. Reverendiſſ. Aldrovando.

Per cujus Brevis diſpoſitionem correcta remanſit etiam opinio, quod vacatio induceretur ſolum, quando Epiſcopus præſentaret Litteras proviſionis
6 ſecundi Epiſcopatus Capitulo, vel per ipſum ſtetiſſet quominus præſentaret, ut in *dict. deciſ.* 475. *num.* 13. *part.* 1. *rec.* quæ ita tenuit ex diſpoſitione Text. *in Extravag. Injunctæ de Elect.* requirentis præſentationem Litterarum faciendam Capitulo, & hoc ipſum expreſſum fuit in Literis Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, ubi Papa per obitum Archiepiſcopi Coadjuti proviſionem fecit de perſona Sereniſſimi Principis Caroli, etiamſi Literas Capitulo non intimaverit, ibi — *Etiamſi &c. præſentes literas &c. Capitulo &c. non intimaveris*.

Et quamvis in eodem Brevi Urbani VIII. requiratur conſenſus Epiſcopi translati, attamen in caſu iſto, aut conſenſus non videtur neceſſarius cum gratia Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione appareat facta Motu proprio pro utilitate, vel neceſ-
7 ſitate Eccleſiæ, aut ſaltem, ſi hoc difficultatem habeat, ut advertit Barbos. *de poteſtat. Epiſcop. d. allegat.* 119. *num.* 9. conſenſus videtur jam præſtitus propter impenſam factam per Procuratorem ratione Componendæ, & expeditionis Litterarum, ut proſequitur Rot. *dicta dec.* 475. *num.* 7. & *ſeqq. p.* 1. *rec.*

Hæc omnia in ſimplicibus terminis Juris communis graviter urgent ad effectum judicandi Vacationem Epiſcopatus Olomucen. fuiſſe inductam a die 20. Januarii 1711. Verum examinando verba Decreti Vacationis appoſiti in Brevi Coadjutoriæ, videtur Vacationem non fuiſſe inductam, niſi a die captæ Poſſeſſionis; Et primo ex mente Summi Pontificis, qui in Brevi Coadjutoriæ Vacationem Epiſcopatus Olomucen. induxit ſimul cum Canonicatu Eccleſiæ Treveren. ſub unica Oratione, & Decreto ibi — *Poſtquam ſucceſſioni ad tui favorem in regimine, & adminiſtratione dictæ Eccleſiæ Treveren. locus factus fuerit, tam Eccleſia Olomucen. quam Canonicatus Eccleſiæ Treveren vacent eo ipſo* — quæ verba important ſucceſſionem cum effectu in regimine, & adminiſtratione Ec-
8 cleſiæ Treveren. & ſic poſtquam Sereniſ. Princeps ſuſcepiſſet regimen, & adminiſtrationem, ea ratione, quod ſicut reſpectu Canonicatus Eccleſiæ Treveren. vacatio de jure induci non potuit, niſi a die Poſſeſſionis, ſeu ſuſceptæ adminiſtrationis Archiepiſcopatus Treveren. ex ſpeciali determinatione, Text. *in capit. cum in cunctis* §. *Cum vero de elect.* & ſupra *diſcept. Eccleſ.* 134. *num.* 5. ita eodem modo non cenſetur inducta vacatio Epiſcopatus Olomucen. niſi a die captæ Poſſeſſionis, ſeu ſuſcepti regiminis, & adminiſtrationis Archiepiſcopatus Treveren. ex mente, & voluntate Summi Pontificis, qui ſub unico Decre-
to vacationis, tam Epiſcopatus, quam Benefi- 9
cii inferioris non cenſetur illam diverſo tempore, & diverſo jure determinare voluiſſe, ſcilicet vacationem Canonicatus de tempore captæ Poſſeſſionis Archiepiſcopatus Treveren. vacationem vero Epiſcopatus Olomucen. de tempore proviſionis ejuſdem Archiepiſcopatus Treveren. ut oſtendunt illæ dictiones — *tam Eccleſia Olomucen. quam Canonicatus* — quæ utrunque Beneficium pariſicant, & vacationem æqualiter tribuunt utrique copulato, Surd. *conſil.* 312. *num.* 18. Rot. *deciſ.* 120. *numer.* 1. *part.* 6. *dec.* 109. *num.* 9. *p.* 7. *dec.* 106. *n.* 15. & 23. *in fin. part.* 9. & *dec.* 610. *num.* 7. *p.* 18. *recent.*

Secundo, quia Summus Pontifex in eadem gratia Coadjutoriæ conceſſit diſpenſative Sereniſſimo Principi Carolo retentionem Eccleſiæ Oſnabrugen. aliorumque Beneficiorum inferiorum his verbis — *Tibi ut etiam poſtquam ceſſante Coadjutoris hujuſmodi Officio juxta præſentium tenorem, poſſeſſionem, ſeu quaſi poſſeſſionem regiminis adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ Treveren. &c. aſſecutus fueris &c. una cum eadem Eccleſia Treveren. quandiu illi præfueris etiam ſupradictam Eccleſiam Oſnabrugen. &c. retinere libere, & licite poſſis, & valeas* — Cum ergo fuerit conceſſa retentio Eccleſiæ Oſnabrugen. non quidem tempore proviſionis Eccleſiæ Treveren. ſed poſtquam Sereniſſim. Princeps Carolus adeptus fuiſſet poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ Treveren. inde reſultat, quod vacationem hujus Eccleſiæ Oſnabrugen. intellexerit tempore captæ
Poſſeſſionis Eccleſiæ Treveren. ad quam vacatio- 10
nem impediendam, ſive ſuſpendendum ejus effectum uſque ad obitum, Papam retentionem conceſſit, juxta firmata apud Rota coram Cerro *deciſ.* 797. *num.* 7. & *ſeqq.* Retentio enim conceſſa de tempore captæ Poſſeſſionis ſecundi Epiſcopatus, arguit tunc fuiſſe intellectam vacationem Epiſcopatus Oſnabrugen. & conſequenter eodem mo-
do dicendum eſt, Summum Pontificem intellexiſ- 11
ſe circa Decretum vacationis Eccleſiæ Olomucen. propter correlationem utriuſque actus æqualiter determinati quoad tempus vacationis conſideratum in aſſecutione *Poſſeſſionis regiminis, & adminiſtrationis*, dando ſcilicet vacationem quoad unum Epiſcopatum, & retentionem quoad alium occaſione promotionis ad poſtremam Eccleſiam Treveren. ad tradita in terminis per bonæ memor. Anſald. *in annotation. ad deciſion.* 86. *numero* 76.

Tertio, concurrit defectus conſenſus Sereniſſimi Principis Caroli, dum ſi gratia emanavit motu proprio, ſeu ad preces Archiepiſcopi defuncti, & Capituli Treveren. ejus expeditio non poteſt referri ad Procuratorem Sereniſſim. Principis Caroli, quem ſupplicaſſe non apparet ex Brevi Apoſtolico; unde acceptatio deſumi non poteſt, niſi ab aliquo actu poſitivo inducente conſenſum, ut
eſt uſus Litterarum Apoſtolicarum mediante earum 12
exhibitione facta Capitulo, vel actu adminiſtrationis, ſeu Poſſeſſione, & ſic uſque ad diem hujus conſenſus videtur, quod ille fecerit fructus ſuos, ut late firmavit Bellamer. *in Can. ſi quis jam tranſlatus* 21. q. 2. *num.* 12. *circa finem verſ. itemque*, & quod requiratur conſenſus translati ad iſtum effectum firmavit Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 119. *num.* 9. ubi quod hoc procedit etiam in gratia motu proprio facta, Rot. *dec.* 278. *numer.* 7. *part.* 2. *rec.* & vere Decretum, ſeu Breve Urbani VIII. in hoc propoſito requirit conſenſum translati, & quod primus Epiſcopatus vacet a tempore conſenſus præſtiti per translatum dixerunt Monach. *in cap. generali num.* 11. & *ſeqq. de elect. in* 5. Jo. Andr. *in cap. quod ob gratiam num.* 2. *de reg. jur. in* 6.

Quarto, mentem hanc Summi Pontificis, quod intellexerit inducere vacationem Epiſcopatus Olomucen. de tempore Poſſeſſionis Archiepiſcopatus Treveren. oſtendit etiam Breve prorogationis termini conceſſum Capitulo Olomucen. ad eligen-

dum

dum ſub data 20. Aprilis 1711. ubi Summus Pontifex prorogationem conceſſit ſupponendo de hoc tempore non fuiſſe tranſactum terminum trimeſtris ad eligendum ibi -- *Ne tempus trium menſium eis a Sacris Canonibus præfixum, electione prædicta minime peracta delabatur, ac Capitulum, & Canonici ſupradicti eligendi jure priventur* -- Si enim vacatio Epiſcopatus Olomucen. fuiſſet Inducta die 20. Januarii, quo juxta gratiam Coadjutoriæ cum
13 futura ſucceſſione jam factus fuerat locus ſucceſſioni ob præcedendum Coadjuti, certe terminus trium menſium terminaſſet die 19. Aprilis incluſive, ex quo reſpectu trimeſtris ad eligendum præfixi dies termini computatur in termino, dum iſte numeratur de momento ad momentum, ut probat Paſſerin. *de elect. capit.* 13. *num.* 25. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 10. *titul.* 12. *num.* 30. Lavor. *de elect. capit.* 18. num. 14. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 16. Garz. *de Benef. lib.* 10. *c.* 2. *num.* 20.

Quamvis itaque in Epiſcopatibus, primus vacare cenſeatur ſtatim ac Epiſcopus in Conſiſtorio Papæ præconizatur, & transfertur ad ſecundum *ex ſupra deductis*, aliter dicendum eſt in propoſito caſu, ubi Summus Pontifex conceſſit Coadjutoriam, & ſimul futuram ſucceſſionem Sereniſſimo Principi in Archiepiſcopatu Treveren. cum retentione Epiſcopatus Olomucen. & Oſnabrugen. durante Coadjutoria, & ea ceſſante dedit retentionem Eccleſiæ Oſnabrugen. poſtquam Poſſeſſionem regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiæ Treveren. aſſecutus ille fuiſſet, & viceverſa vacationem Epi-
14 ſcopatus Olomucen. poſtquam per obitum Coadjuti factus fuiſſet locus ſucceſſioni in regimine, & adminiſtratione ipſius Eccleſiæ Treveren. ubi in utroque caſu tam retentionis Eccleſiæ Oſnabrugen. quam vacationis Eccleſiæ Olomucen. Papa conſideraſſe videtur effectivam aſſecutionem Eccleſiæ Treveren. per effectivum, & actuale regimen, & adminiſtrationem mediante captura poſſeſſionis, juxta illam rationem, quam adducunt Cardinal Monach. in *capit. ſi tibi conceſſo*, *numer.* 1. Jo. Andr. *num.* 6. *verſ. quæ poſſeſſio*, Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *libr.* 8. *capit.* 16. *quæſt.* 9. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 30. *numer.* 11. & 12. cum in hac materia attendenda ſit mens Summi Pontificis concedentis, & habentis poteſtatem diſpenſandi pro retentione prioris Epiſcopatus, ſeu illius vacationem prorogandi, ſeu ejus effectum ſuſpen-
15 dendi uſque ad capturam poſſeſſionis ſecundi, recedendo a cenſura juris inducentis vacationem eo momento, quo Epiſcopus transfertur de prima Eccleſia ad ſecundam, Covar. *practic. quæſtion. cap.* 36. *numer.* 12. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 58.

Verum etiam ſi Decretum vacationis Epiſcopatus Olomucen. intelligendum foret juxta diſpoſitionem juris, ut nempe vacaret Eccleſia Olomucen. eo momento, quo Sereniſſimus Princeps per obi-
16 tum Coadjuti factus fuit Archiepiſcopus Treveren. ſeu translatus ad Archiepiſcopatum, ob factum locum ſucceſſioni in ejus regimine, & adminiſtratione, adhuc hujuſmodi Decretum nunquam ita abſolute, & ſimpliciter intelligi poſſet, attenta circumſtantia, quod eo tempore, quo Sereniſſimus Princeps factus eſt Archiepiſcopus, Eccleſia, & Metropolis Treveren. occupata ab Hoſtibus reperiebatur cum ſuis bonis, & Statibus temporalibus, ita & taliter, quod Archiepiſcopus in Eccleſia, ad quam translatus fuit, nec reſidentiam facere, nec regere, nec adminiſtrare, aut pro majori parte fructus percipere valeret, In his enim terminis eſt, quod locum haberet Decretum vacationis Eccleſiæ Olomucen. adhuc tamen iſta vacatio per ſubauditum æquitatis ſupplementum intelligenda eſt *ſuſpenſo interim ejus effectu*, donec Eccleſia Treveren. ab Hoſtium invaſione libera efficeretur ob præſumptam mentem Summi Pontificis, cui incognita erat talis circumſtantia, & qui nunquam præſumitur, ea præcognita, ſpoliare voluiſſe Sereniſſimum Principem Epiſcopatu Olom. fructibus pinguiſſimo, propter Eccleſiam Treveren. aut in totum, aut pro majori parte ſine adminiſtratione, & fructibus remanentem, & veluti redactam ad captivitatem fere ad inſtar Epiſcopatus Titularis in partibus Infidelium, quando præſertim in hac translatione de Eccleſia inferiori Olomucen. ad majorem, & Archiepiſcopalem Pontifex intellexit favore, & gratia proſequi Sereniſſimum Principem, tantum abeſt, quod unquam cogitaverit eidem detrimentum inferre, ut perderet fructus pingues Epiſcopatus Olomucen. eo tempore, quo nec regimen, nec pro majori parte fructus Archiepiſcopatus Treveren. aſſequi poterat, & ſic careret utraque Eccleſia, ſeu utriuſque regimine, & fructibus, ad Text. *in leg. quod favore Codic. de legib. & in leg. final. ff. de Conſtit. Princip.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 4. *proœmial. num.* 68. Barboſ. *axiom.* 36. *num.* 2. Boſcul. *in controv.* apud Cardin. de Luc. *de feud. articul.* 5. *num.* 21.

Unde meo judicio Decretum vacationis Eccleſiæ 17
Olumen. ſuppleri debet ex præſumpta mente Pontificis, & miniſterio Juris reducitur ad æquitatem, & in ſubjecto caſu tanquam extraordinario, & incogitato, ſemper de æquitate intelligendum eſt, ſuſpenſo effectu vacationis, donec Sereniſſimus Princeps ſuſceperit actualem adminiſtrationem, & poſſeſſionem Archiepiſcopatus, & ſic poſtquam ceſſaverit impedimentum invaſionis Hoſtium, & liberata fuerit Eccleſia, & Metropolis in ſtatu, quo poſſit Sereniſſimus Princeps ad ſui libitum ſuſcipere regimen, & adminiſtrationem Archiepi- 18
ſcopatus, applicando ad hunc caſum illam æquitatem, quam Sacri Canones concedunt Poſſidenti Beneficia inferiora, & Promoto ad Epiſcopatum, ubi hujuſmodi Beneficiorum vacatio, ſeu ejus effectus ſuſpenditur, donec Epiſcopus ſuſceperit adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ Epiſcopalis, *ut in capit. cum in cunctis* §. *ſi vero de electione.* Canoniſtæ communiter notant neceſſariam eſſe adminiſtrationem omnium, vel majoris partis bonorum ſecundæ Eccleſiæ, ut ibi docet Panormit. *num.* 4. *verſ. quod autem*, Bald. *numer.* 16. Butr. *num.* 8. Jo. Andr. *num.* 38. Innoc. *in capit. de multa num.* 2. *de præben.* ubique Hoſtien. *numer.* 6. *verſ. Immo*, Joan. Andr. *num.* 5. Butr. *num.* 11. in *fin. verſ. quandoque*, Garz. *de benefic. part.* 11. *capit.* 5. *num.* 122. & 123. & *part.* 11. *cap. num.* 8. Mandoſ. *in Regul. de benefic. vacan. per promot q.* 4. *num.* 4. Fragoſ. *de Regim. Reipubl. Chriſt. part.* 2. *lib.* 3. *diſp.* 9. num. 90. Grat. *diſceptat.* 396. *numer.* 5. & 6. Rot. in *Friſingen. Canonicatus* 16. *Martii* 1707. §. *Parum relevante*, cora bon. mem. Anſaldo.

Et ſane repugnat Canonicæ æquitati, ut quis propter ſecundum Epiſcopatum ſterilem, ſeu impeditum tam reſpectu adminiſtrationis, quam fructuum, amittere debeat adminiſtrationem, & fructus primi Epiſcopatus; Si enim quando Sedes Epiſcopalis una cum ſuis bonis reperitur occupata ab Hoſtibus, cenſetur in captivitatem redacta, & propter hoc Epiſcopus, qui ab illa expulſus remanet, dignus eſt, ut ad alterius Eccleſiæ gubernium, ſeu commendam, & adminiſtrationem promoveri debeat, donec prima Eccleſia ab Ho- 19
ſtibus libera efficiatur, ut eſt Text. *in Can. Paſtoralis* 7. *quæſt.* 1. ibi -- *Et licet a tua Eccleſia ſis Hoſte imminente depulſus, quæ aliam Paſtore vacat Eccleſiam debes gubernare, ita tamen, ut ſi Civitatem illam ab Hoſtibus liberam effici, & Domino protegente, ad priorem ſtatum contigerit revocari, ad eam, in qua prius es ordinatus, Eccleſiam revertaris* -- majori ratione fatendum eſt Summum Pontificem in prææallegato Decreto vacationis primæ Eccleſiæ nunquam intellexiſſe ejus adminiſtratione, & fructibus ſpoliare Sereniſſimum Principem propter aliam Eccleſiam ab Hoſtibus occupatam, dum ſi talis circumſtantia dignum reddit Epiſcopum, ut illi concedatur Gubernium, ſeu Commenda, & adminiſtratio alterius Eccle-

ſiæ,

ſie, quam non habet, eo magis, ut illi conce-
datur retentio adminiſtrationis Eccleſiæ, quam
poſſidet, juxta regulam de qua Text. *in l. pluribus
ff. de verb. obligat. & in leg. ſi per retentionem C. de
uſur.* Honded. *conſ.* 66. *n.* 22. *lib.* 2. Rot. poſt Oleam
de ceſſ. jur. dec. 34. *n.* 16. *& recent. dec.* 473. *n.* 12.
p. 19.

Hæc autem mens, & voluntas Summi Pontifi-
cis, juxta quam vacante etiam prima Eccleſia
Epiſcopali, per tranſlationem ad alteram, adhuc
præſumitur velle, ut ſuſpenſus remaneat effectus
vacationis, donec ſecunda Eccleſia reperiatur oc-
cupata ab Hoſtibus, non eſt voluntas extraordi-
naria, aut nova, aut per violentam præſumptio-
nem deducta, dum eam apertiſſime probat, &
oſtendit exemplum in hujuſmodi caſibus practica-
tum; Etenim cum Sereniſſimus Chriſtianus Au-
21 guſtus ex Ducibus Saxoniæ poſtea S. R. E. Car-
dinalis ab Epiſcopatu Jaurinen. fuiſſet tranſlatus
ad Eccleſiam Strigonien. cum Coadjutoria, &
futura ſucceſſione, hinc attenta circumſtantia,
quod Archiepiſcopatus Strigonien. reperiebatur oc-
cupatus in magna parte ab Hoſtibus, Sacra Con-
gregatio Conſiſtorialis *ſub die* 5. *Januarii* 1701.
cenſuit ipſum etiam poſt obtentum Archiepiſco-
patum Strigonien. poſſe Epiſcopatum Jaurinen. in
regimen, & adminiſtrationem retinere, uſquequo
alterius Eccleſiæ Strigonien. pacificam poſſeſſio-
nem una cum illius bonis, ſeu majori eorum par-
te fuiſſet aſſecutus, itaut tunc ſolum de tempore
hujuſmodi poſſeſſionis vacaret Epiſcopatus Jauri-
nen. quod Decretum approbavit Summus Ponti-
fex Clemens XI. deinde autem licet ille adeptus
eſſet majorem partem bonorum Archiepiſcopatus
Strigonien. juxta allegatum Decretum, adhuc Sac.
Congreg. Conſiſtorialis *ſub die* 5. *Januarii* 1711.
cenſuit, quod turbatis adhuc Hungariæ rebus, &
Strigonien. Eccleſiæ bonis nondum integre ab il-
lo poſſeſſis, retinere poſſet etiam Eccleſiam Jau-
rinenſem.

Hinc non adverſatur, quod in Decreto vaca-
tionis Eccleſiæ Olumucen. non reperiatur con-
ceſſa retentio, ſicut fuit conceſſa in allegato
exemplo Cardinalis de Saxonia; Hoc enim pro-
ceſſit, ex quo Summus Pontifex notitiam non ha-
buit de occupatione Archiepiſcopatus Treveren.
facta ab Hoſtibus; ſed ab illo exemplo ſemper ve-
rum eſt reſultare præſumptam mentem Papæ,
quod ita expreſſiſſet, & voluiſſet, ſi circumſtan-
22 tiam hanc intellexiſſet, ſeu non ignoraſſet, cum
mens Papæ deducatur ab exemplis, ſeu ex illo,
quod facere conſuevit, Card. de Luc. *de benefic.
diſcurſ.* 52. *numer.* 17. Rot. *in Colonien. Canoni-
catûs* 7. *Decembris* 1725. §. *Ita* coram R. P. D.
Nunez.

Sic etiam ceſſat objectum, quod ſi Papa ab-
ſolvit Epiſcopum a vinculo prioris Eccleſiæ per
actum tranſlationis factum in Conſiſtorio ad aliam
Eccleſiam, non poſſit amplius ille, qui eſt
tranſlatus eſſe Epiſcopus primæ Eccleſiæ, illam-
que ut prius retinere, nec ulla interpretatio fa-
23 cere poſſit non eſſe abſolutum a vinculo prioris
Eccleſiæ, qui jam fuit abſolutus in Conſiſtorio
Papæ, non obſtante quocunque accidentali ca-
ſu circa ſecundam Eccleſiam ab Hoſtibus occu-
patam: quoniam, licet Ego admittam, quod
abſolutus, ut ſupra a vinculo prioris Eccleſiæ,
& tranſlatus ad aliam non poſſit retinere pri-
mam Eccleſiam *in Titulum*, nempe uti Epiſco-
pus, ejuſque Sponſus, & Titularis, adhuc ta-
men retinere poteſt illam *in adminiſtrationem*, ut
ſic interim faciat fructus ſuos, inducta quidem
vacatione, ſed ſuſpenſo ejus effectu per hanc re-
tentionem *in adminiſtrationem*, donec occupata
remanet prior Eccleſia, prout in exemplo ſupe-
rius allegato; & ſic ceſſat illa incompatibilitas,
quod ſolutus a vinculo prioris Eccleſiæ, adhuc
remaneat ejus Epiſcopus, ut probat Text. *in Ca-
non. illud* 21. *quæſt.* 1. ibi -- *Non enim poteſt utrique
præſidere tanquam titulata, ſed uti tanquam com-*

*mendata, alteri vero tanquàm titulata præeſſe
valet* -- Gloſſ. *in Canon. unum in verb. poteſt* 21.
quæſt. 1. Riccul. *lucubr. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 3.
Franceſ. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 32. *num.* 13. *&
ſeqq.*

Ex his igitur cenſeo, quod quamvis prior
Eccleſia Epiſcopalis vacare dicatur eo momento,
quo Epiſcopus abſolvitur ab ejus vinculo, &
transfertur ad aliam Eccleſiam, quod tamen hæc
ſecunda Eccleſia reperitur occupata, vel in to-
tum, vel pro majori parte bonorum, & reddi- 24
tuum ſuorum, vacatio illa ſemper intelligenda
eſt ſuſpenſo ejus effectu, donec tranſlatus poſſit
habere liberum aditum obtinendi adminiſtratio-
nem, ſaltem pro majori parte bonorum, & 25
redditruum, juxta reſolutionem Sacr. Congrega-
tionis Conſiſtorialis, de qua ſupra *numer.* 21.
alias enim eſſet abſurdum, ut Epiſcopus carere
deberet utroque Epiſcopatu, amittendo priorem,
nec acquirendo ſecundum cum effectu. Quod
ſi Sacri Canones ſtatuerunt in Beneficiis inferio-
ribus, ut primum non vacet niſi adepta pacifi-
ca poſſeſſione ſecundi, Capell. *de Mulen de Preb.*
Capell. *ſi tibi conceſſo de Prebend. in* 6. Garz. *de
benefic. parte undecima, capite quinto, numer.* 129.
ubi in caſu, quo fructus ſecundi beneficii, vel 26
eorum major pars percipi non poſſit, firmavit
illud beneficium non intelligi plene adeptum, &
propterea poſſe dimitti retinendo primum etiam 27
poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi, Roman. *conſ.*
335. *num.* 4. Adden. ad Rot. *decif.* 3. *num.* 3. *de
Prabend. in noviſ.* Antonell. *de regim. Eccleſ. libr.*
3. *cap.* 3. *num.* 21. Paſſerin. *in d. cap. ſi tibi conceſ-
ſo num.* 3. 13. *&* 16. Rot. cor. Seraph. *decif.* 953.
num. 1. Si ita ſtatuerunt propter æquitatem, ne
Clericus mendicare cogatur amittendo primum, 28
& tamen effective non acquirendo ſecundum me-
diante pacifica poſſeſſione cum perceptione fru-
ctuum, Gloſſ. *in d. cap. ſi tibi conceſſo in verb. va-
care*, Venetigl. *in prax. p.* 1. *annot.* 17. §. 1. *n.* 11.
Antonell. *ubi ſupra lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 21. *in fin.*
Rota *in Leodien. Canonicatus*, coram Pamphilio
impreſſa apud Garz. *de benefic. part.* 11. *capit.* 5.
num. 142.

Ergo multo magis in Epiſcopo mihi videtur
procedere hæc æquitas, ne in vilipendium Digni-
tatis Epiſcopalis, quæ dicitur Culmen Dignitatis
Eccleſiaſticæ, remanere cogatur ſine fructibus pri-
mi, & ſecundi Epiſcopatus, & ſic majori oppro-
brio Eccleſiæ, reſpective ad Clericum, mendica-
re cogatur; Unde dato caſu occupationis, & im-
pedimenti quoad adminiſtrationem, & poſſeſſio-
nem ſecundi Epiſcopatus, nunquam Epiſcopus
tranſlatus amittit fructus primæ Eccleſiæ etiam va-
cantis, juxta præconizationem, & tranſlationem
ad ſecundam in Conſiſtorio Papæ factam cum ab-
ſolutione a vinculo prioris Eccleſiæ, dum iſtam
tali caſu retinet miniſterio juris in adminiſtratio-
nem ex præſumpta mente Summi Pontificis, exem-
plo Poſſidentis beneficia inferiora, qui promove- 29
tur ad Epiſcopatum, in cujus promotione appo-
nitur Conſiſtorialiter Decretum vacationis Benefi-
ciorum hujuſmodi, & tamen hujuſmodi Decre-
tum intelligitur ſub tacita conditione, niſi for-
te Proviſus non poſſit conſequi Epiſcopatum: ita
& taliter, quod ſi ille non poſſet capere poſſeſ-
ſionem Epiſcopatus, rediret ad ſua Beneficia ſine
nova Collatione, ut notat Garz. *de benefic. p.* 11.
cap. 6. *n.* 10. Paſſerio. *in cap. cum in cunctis* §. *cum
vero n.* 10. *de elect.* Gratian. *diſcept.* 296. *numer.* 5.
& ſeqq. Germ. *de Indult. Cardinal.* §. *ſi vero illam.*
24. *& ſeqq.* Sic ergo Decretum vacationis primi E-
piſcopatus propter tranſlationem ad alterum, in-
telligitur ſub tacita conditione, niſi forte tranſla-
tus non poſſet effective conſequi ſecundam Eccle-
ſiam, & conſequenter ſuſpenſo effectu vacationis,
donec durat occupatio hujus ſecundæ Eccleſiæ in
totum, vel pro majori parte, cum æquitas, & præ-
ſumpta mens Summi Pontificis aliter non patiatur,
& reſpective præſumatur.

Et ita cenſui in ſubjecto caſu; Hic autem quæri poteſt, an Epiſcopus in actu promotionis ad Epiſcopatum diſpenſatus ad retinendum beneficia inferiora, quæ habebat, ſi transferatur ad alium Epiſcopatum indigeat nova diſpenſatione ad retinendum eadem beneficia, & videtur negative reſpondendum; quia diſpenſatio illa ad retinendum cum primo Epiſcopatu durare videtur, pro novo Epiſcopatu veluti in locum primi ſubrogato, ad tradita per Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 14. *num.* 56. & 57. Germon. *de Indult. Cardinal.* §. *Si vero illa numer.* 26. & 37. Rot. coram Puteo *deciſ.* 327. *lib.* 1. ſed contraria opinio

30 verior eſt, & ſervatur in praxi, prout ita ſervatum fuit in caſu Marci Battaglini Epiſcopi Nucerini, quem occaſione ejus tranſlationis ad Eccleſiam Cæſenaten. Sedes Apoſtolica iterum diſpenſavit ſuper retentione Monaſterii S. Benedicti de Gualdo Nucerinæ Diœceſis, ut conſtat ex actis Conſiſtorialibus 8. *Janii* 1716. idque procedit non ſolum ex natura diſpenſationis, quæ ſtricte intelligitur, nec extenditur de uno caſu ad alium, ſed etiam quia ceſſare poteſt ratio diſpenſandi in caſu tranſlationis ad novum Epiſcopatum, qui poteſt eſſe melioris conditionis, ſeu majoris reditus, itaut deficiat ratio illa diſpenſandi, ex qua motus fuit Papa occaſione promotionis ad primum Epiſcopatum inferioris conditionis, ut in terminis permutationis Rebuff. *in in prax. benef. tit. de permut. num.* 34. & 35. Paſſerin. *in cap. licet num.* 37. *de rer. permut. in* 6. Garz. *de benefic. p.* 11. *c.* 14. *n.* 89.

Adde prædictis, quod ſi Papa occaſione promotionis ad Epiſcopatum diſpenſaverit promotum

31 pro retentione beneficiorum, quæ habet, valida eſt diſpenſatio, & retentio, etiam ſi facta fuerit ſuper beneficiis de Jurepatronatus Laicorum, & etiam non facta mentione, vel derogatione hujuſmodi Juriſpatronatus, juxta rationes adductas apud Rot. *dec.* 21. *ſub n.* 5. *verſ. pro parte contraria,* & *n.* 6. *cum ſeqq. de præbend. in nov.* quarum rationum præcipua eſt illa, quod Patronus non habet Jus quæſitum præſentandi, niſi quando beneficium vacaverit; quod præjudicium in hoc Jure quæſito ei non infertur per hujuſmodi diſpenſationem, juxta quam Papa ſolum præventive impedit, ne oriatur vacatio per promotionem ad Epiſcopum inducta per Text. *in cap. cum in cunctis de elect.* Si enim Papa non promoviſſet illum ad Epiſcopatum, Patronus Jus præſentandi exercere non potuiſſet, donec ille cederet, aut decederet; Ergo nullam læſionem infert Patrono, ſi diſpenſando impedit futuram vacationem præveniendo derogando diſpoſitioni Juris poſitivi eam inducentis, in quo ipſe utitur Jure ſuo, nec dependet ab aliquo, ſeu Patrono, dum alias ſequeretur abſurdum, quod Patronus impedire poſſet

32 ampliſſimam in beneficialibus Papæ poteſtatem, prohibendo, ne Papa dare poſſet alicui Epiſcopatum ea lege, ut non vacet beneficium, quod habebat, ut advertit Lambertin. *de jurepat. lib.* 2. *par.* 3. *q.* 9. *art.* 19. *ſub numer.* 3. Felin. *in tractat. quando Litter. Apoſtol. noceant ſub num.* 7. *verſ. limitatur quinto,* Covar. *pract. quæſt. cap.* 36. *nu.* 12. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 2. §. 2. *num.* 6. & proinde etiam invito, & contradicente Patrono datur hæc diſpenſatio pro retentione beneficiorum huic Promoto ad Epiſcopatum, ut Ego expertus ſum in quadam cauſa, ubi ſcribebam favore Patroni ſeſe opponentis in Sacr. Congregatione Conſiſtoriali, & petentis, ne concederetur diſpenſatio pro retentione beneficii de ſuo Jurepatronatus cuidam Abbati promovendo ad Epiſcopatum, quæ nihilominus oppoſitione hac non obſtante conceſſa fuit; ſic etiam in alia cauſa prætendebatur gratiam retentionis eſſe ſubreptitiam, ex quo Papæ expreſſum non fuerat jus paſſive vocationis ad beneficia, quorum retentio data fuerat, & prætenſio rejecta fuit Me ſcribente ex relato motivo defectus præjudicii, dum Papa ſolum derogat juri poſitivo inducenti vacationem, quam impedit ne oriatur, nec adeſt præjudicium paſſive vocati tanquam jus habentis in caſu vacationis, non autem vacatione non ſecuta, ad effectum ut iſta inducatur ligando manus Papæ, ne illam impediat, Rot. cor. Molin. *deciſ.* 45. *numer.* 4. & 5. cas, & ſuperius ſcripſi *diſceptat.* 25.

numer. 5. Limitatur autem iſta concluſio, ubi conceſſa fuiſſet retentio beneficiorum poſt vacationem vigore Decreti jam inductam, ſuſpenſo ſcilicet ejuſdem vacationis effectu uſque ad obitum promoti; tunc enim adeſſet præjudicium Patroni in Jure ſibi quæſito præſentandi ad beneficium jam vacatum, ut limitat Felin. *in tract. quando letter.* ubi ſupra *verſic.* & *bene conſidera duos caſus*, Lambertin. *ubi ſupra lib.* 2. *part.* 3. *q.* 9. *articul.* 19. *num.* 3. *verſ. Et ideo concluderem*, quam diſtinctionem inter retentionem conceſſam ante, vel poſt vacationem inductam refert Card. de Luc. *de benef. diſc.* 109. *n.* 4. & 5. Barboſ. *vot. dec.* 28. *ſub n.* 13. *verſ. Quod tunc demum*, Rot. *dec.* 246. *n.* 8. & 9. *p.* 14. *rec.* 33

GERUNDEN. SPOLII.

ARGUMENTUM.

Defuncto Epiſcopo Eccleſiæ Cathedralis debitis onerato, an in ſubſidium creditores ſatisfieri poſſint ſuper Pontificialibus, ſeu Ornamentis, & Paramentis ad Cultum divinum deſtinatis, quæ pertinent ad Cathedralem, juxta *Conſtit.* 44. *S. Pii. V.*

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti ſpecies.*

2 *Bona cujuſcunque non dicuntur, niſi deducto ære alieno.*

3 *Pontificalia, & Supellectiles Eccleſiaſtica remanent affecta creditoribus Epiſcopi defuncti.*

4 *Vigore Conſtitutionis S. Pii V. pertinent ad Eccleſiam, licet ex ejus fructibus non provenerint.*

5 *Conſtitutio iſta locum non habet, ubi extant creditores, quibus aliter ſatisfieri non poteſt.*

6 *Non obſtante hac Conſtitutione ſatisfaciendum eſt creditoribus Epiſcopi defuncti in ſubſidium ex his bonis ad Cultum divinum deputatis,* & numer. 12. 16. 18. 19. & 20.

7 *Conſtitutio intelligitur juridice deducto prius ære alieno.*

8 *Mobilia ad uſum divinum deſtinata manentia in dominio Epiſcopi tempore ejus obitus poſſunt executori in ſubſidium per creditores.*

9 *Bona benedicta in caſu neceſſitatis poſſunt conflari, & alienari.*

10 *Vel poſſunt vendi alteri Eccleſiæ indigenti.*

11 *Nullum cadit dominium, vel hypotheca in bonis ad Cultum divinum deputatis.*

13 *Penſio eſt onus reale cohærens Beneficio.*

14 *Paramenta in fraudem creditorum deſtinata ad Cultum divinum ſunt illius obnoxia.*

15 *Penſionario non datur hypotheca ſuper bonis Epiſcopi ad divinum Cultum dicatis.*

17 *In his bonis quæ benedicta non ſunt, neque applicata Eccleſiæ Epiſcopo vivente ſatisfaciendum eſt creditoribus.*

DI-

DISCEPTATIO CXXXVI.

CUM bon. mem. Joſeph Taberner, & Dardena Epiſcopus Gerunden. deceſſerit ære alieno gravatus, devolutum fuit ejus ſpolium ad Eccleſiam Cathedralem, in quo præter alia bona continentur Pontificalia, ſeu Vaſa, Ornamenta, ac Paramenta Eccleſiaſtica ad Cultum divinum deſtinata, quæ juxta notam Conſtitutionem 44. S. Pii V. pertinent ad Eccleſiam Cathedralem, nec veniunt ſub appellatione ſpolii, etiam ad excluſionem Cameræ Apoſtolicæ.

Cum autem multitudo Creditorum ſatisfieri non poſſit ex bonis appellatione ſpolii venientibus, ſicut neceſſarium ſit pro eorum ſatisfactione applicare etiam Pontificalia, ſeu Vaſa, Ornamenta, & Paramenta Eccleſiaſtica, dubitari contingit, an hujuſmodi bona ad divinum Cultum deſtinata, & juxta S. Pii V. Conſtitutionem poſt obitum Epiſcopi eo ipſo applicata, & incorporata Eccleſiæ Cathedrali, ſunt obnoxia Creditoribus, qui ob inſufficientiam bonorum ſub ſpolio venientium ſuam ſatisfactione conſequi non poſſunt.

In hoc articulo cum meum pro veritate votum exquiratur; Ego non obſtante cenſura Conſtitutionis Pianæ, hæc omnia licet ad Cultum divinum deſtinata eſſe creditoribus ſatisfaciendis obnoxia, verius de jure cenſeo reſpondendum.

Ratio ita decidendi ſtare videtur in eo principio, quod omnia bona debitoris ſunt affecta ejus creditoribus ſatisfaciendis, quodque bona cujuſ-
2 cunque non dicuntur, niſi quæ ſuperſunt deducto æris alieno *leg. ſubſignatum §. bona ff. de verb. ſignificat.* ibi -- *Bona intelliguntur cujuſque, quæ deducto ære alieno ſuperſunt l. Mulier bona ff. de jur. dot. l. non poſſunt ff. de jur. fiſci leg. non amplius §. final. ff. de legat.* 1. cum aliis apud Salgad. *in labyrint. credit. par.* 1. *cap* 24. *num.* 117. Rebuff. *dict. l. ſubſignatum §. bona verſ. bona alicujus dicuntur ff. de verb. ſignif.* & propterea cum inter bona defuncti Epiſcopi reperiantur Pontificalia, & ſupellectiles Eccleſiaſticæ, manifeſti juris eſt, etiam iſta rema-
3 nere affecta creditoribus, & pro ſolvendis debitis defuncti, quibus tantum deductis bona quæ remanent ſunt bona Epiſcopi tam cadentia ſub ſpolio, quam ſub Conſtitutione S. Pii V.

Neque obſtaculum præbet deſtinatio hujuſmodi Paramentorum, & Supellectilium Sacrarum ad Cultum divinum, eorumque applicatio ſpecialiter facta Eccleſiis per Conſtitutionem Pianam, mediante ſeparatione eorum a reliquis bonis, ſeu ſpolio Epiſcopi defuncti, ex illis verbis *Itaque*
4 *poſt eorum obitum eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, & Beneficiis &c. eo ipſo applicata, & incorporata ſint eſſe cenſeantur, ita quod liceat illis defunctis eiſdem Eccleſiis &c. ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum hujuſmodi Capitulis &c. illa propria auctoritate libere apprehendere, ac eorum Eccleſiis, & Sacriſtiis applicare, & incorporare* - quæ deſtinatio ad Cultum divinum operatur, ut hæc Ornamenta, & Paramenta Sacra pertineant ad Eccleſiam quamvis acquiſita non fuiſſent ex fructibus Eccleſiæ, ſed ex bonis, ſeu pecunia patrimoniali ipſius Epiſcopi defuncti, ut communiter advertunt Navar. *de ſpol.* §. 8. *numer.* 3. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 3. *q.* 7. Sopesu. apud Filliuc. *oper. moral. tractat.* 43. *capit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 3. Bonacio. *tom.* 2. *titul. de reſtitut. diſput.* 3. *q. ultim. punct.* 2. §. 3. *n.* 2. Panimoll. *dec.* 20. *annot.* 2. *n.* 40.

Etenim allegata Conſtitutio procedit in caſu, quo extent alia bona, quæ ſufficiant pro ſatisfaciendis creditoribus defuncti; ſecus vero eſt ſi
5 alia bona non extent, tunc enim in ſubſidium vendi poſſunt prædicta Ornamenta ad perſolvendum æs alienum, quod de cætero perſolvendum eſt ex Juſtitia, quam violare voluiſſe nunquam præſumendum eſt Summum Pontificem in ſua Conſtitutione, ita & taliter, quod cogitaverit Ornamenta hæc incorporari, & applicari Eccleſiis cum jactura creditorum, dum contra Juſtitiam eſt cum aliena jactura locupletari, ut in puncto firmavit Proſper de Auguſtinis ad Quarant. *in Sum. Bullar. in verb. ſpolia Clericorum poſt Conſtitut. S. Pii V.* ibi -- *Adde quod hæc Conſtitutio eſt juridice intelligenda, ſcilicet deductis prius ære alieno, & debitis, quibus alias minime ſatisfieri poſſet* -- & concordant Gutier. *pract. q. lib.* 1. *q.* 94. *nu.* 4. ubi quod bona dicuntur deducto ære alieno, & proinde Conſtitutio Piana intelligitur eo prius deducto, referens ita ex facto conſultum ſe reſpondiſſe, ac etiam probat Rodriquez *q. Regular. tom.* 1. *qu.* 30. *art.* 13.

Et quæſtio non eſt nova, ſed alias deciſa in contingentia caſus; Cum enim Cardinalis Deza eſſet creditor Epiſcopi Canarien. defuncti pro penſionibus ſibi debitis, nec adeſſent alia bona, niſi Pontificalia ipſius Epiſcopi defuncti, & agitaſſet contra Capitulum, quamvis in Sacræ Rotæ Auditorio per tres vices reſolutum fuiſſet Pontificalia Epiſcopi defuncti, hoc eſt Ornamenta deputata ad Cultum divinum, quæ Eccleſiæ debentur ex Conſtit. S. Pii V. non cadere ſub hypotheca, nec eſſe obligata pro debitis Epiſcopi, 6
nec pro penſionibus, juxta deciſiones editas 11. *Decembris* 1699. 15. *Januarii*, & 17. *Novembris* 1597. coram Gyptio; nihilominus ab hac opinione receſſum fuit decidendo hæc Ornamenta, & Paramenta eſſe obligata pro debitis Epiſcopi, non obſtante Conſtitutione Piana, ut ex poſterioribus deciſionibus *in Canarien. Penſionis* 27. *Novembris*, & 18. *Decembris* 1598. coram Gyptio, & inhærendo his deciſionibus de communis opinio, cum qua tranſeunt ſcribentes, ut videre eſt apud Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 204. & 205. ubi allegat etiam auctoritatem Covarr. in quodam ſub Reſponſu manuſcripto circa hujuſmodi Bullam S. Pii V. & concordat Bonacin. *oper. moral. tom.* 2. *tit. de reſtit. diſp.* 3. *qu. ultim. punct.* 2. §. 3. *num.* 7. ibi -- *Limitatur tamen prima propoſitio modo extent alia bona ad ſatisfaciendum creditoribus, nam ſi alia bona non extent, vendi poſſunt præfata Ornamenta ad perſolvendum æs alienum, quia hoc ſolvendum eſt ex Iuſtitia, nec præſumendum eſt Summum Pontificem voluiſſe hujuſmodi Ornamenta Eccleſiis applicari cum jactura creditorum, par enim non eſt, ut quis cum jactura aliena locupletetur* -- & totidem verbis ſequuntur Panimoll. *deciſ.* 20. *annot. n.* 41. Salgad. *in labyrin. credit. p.* 1. *c.* 24. *n.* 14. *verſ. ubi propterea*.

Dum itaque in terminis individualibus habetur res deciſa in Sacræ Rotæ Auditorio in contingentia facti *in d. Canarien. penſionis* una cum ſeptem Doctoribus in puncto Bullæ Pianæ articulum reſolventibus, mihi non videntur poſſe amplius dubitari, quod hujuſmodi Ornamenta, & Paramenta ſint affecta creditoribus ſatisfaciendis, non obſtante diſpoſitione Conſtitutionis Pianæ, quæ licet applicaverit illa Eccleſiis quomodocunque acquiſita fuerint, ſive ex fructibus Eccleſiæ, ſive ex pecuniis patrimonialibus, nunquam tamen intelligi, poteſt niſi juridice, ſcilicet deducto prius ære alieno, cui alias ſatisfieri non poteſt; nam Eccleſia locupletari non debet cum 7
aliena jactura, & ſibi accipere bona Epiſcopi defuncti, quæ bona illius eſſe non cenſentur, non deducto ære alieno, & quæ propterea non tranſeunt in Eccleſiam juxta applicationem factam in Conſtitutione Piana, niſi cum onere ſolvendi debita defuncti, juxta Text. *in cap. præſenti de offic. Ordinar in* 6.

Neque in hoc articulo deciſo per Doctores, & Sacram Rotam opus eſt reſpondere objectu, quod ſuper Bonis benedictis, & ad uſum divinum deſtinatis non cadat dominium, aut hypotheca etiam in ſubſidium, quia nequeunt profanari, & ſunt extra commercium. Etenim hoc 8
non procedit in hujuſmodi bonis, quæ reperiun-

tur in dominio Prælati tempore obitus, ea ratione, quod ſicut Prælatus donec vivebat, potuiſſet ea conflare, & ſolvere debita, & quando ſponte ſolvere noluiſſet, ad inſtantiam Creditorum potuiſſet fieri executio actione perſonali in bonis benedictis *in ſubſidium*, ita etiam nihil prohibet, quod ita fieri poſſit poſt obitum Prælati in hujuſmodi bonis in ejus dominio manentibus tempore obitus, ne alias Eccleſia locupletetur cum aliena jactura, ſeu damno Creditorum, ut reſpondet Rot. *in dict.*
9 *Canarien.* 18. *Decembris* 1598. §. *Non obſtat*, coram Gyptio, In caſu enim ſubſidiario, & urgente neceſſitate poſſunt hæc bona benedicta conflari, & alienari *Canon. hoc jus porrectum* 10. *quæſt.* 2. *&* *Can. aurum* 12. *quæſt.* 2. *& in capit.* 1. *de pignor.* ibique Gonzal. *num.* 7. *&* 9. *in fin.* Panormit. *numer.* 5. *in fin.* Zabarell. *in Clement. ſi beneficiorum numer.* 18. ibique Vitalin. *numer.* 22. *de decim.* vel poſſunt vendi alteri Eccleſiæ, vel alicui Sacerdoti indigenti,
10 ut poſt Gloſſam notavit Imol. *in dict. cap.* 1. *num.* 7. *verſ. ſed poſſet vendi de pignor.* Henric. Boich. *in cap. ſuam numer.* 3. *&* 4. *de Simon.* quidquid ſit de his bonis donatis, & applicatis Eccleſiæ per Epiſcopum viventem, quæ tempore obitus in ejus dominio non remanſerunt.

R. P. D. GYPTIO.

Canarien. Penſionis.

Mercurii 16. Januarii 1597.

RÉſervata fuerat annua Penſio ducatorum 800. ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Canarien. Illuſtriſſimo D. Cardinali Dexa, quam per plures annos ipſe exegerat; Et cum pro terminis decurſis tempore Ferdinandi ultimi Epiſcopi defuncti ageret contra Capitulum dictæ Eccleſiæ uti Poſſeſſorem nonnullorum bonorum mobilium prædicti quondam Ferdinandi, occurrit dubium. *An D. Cardinalis poſſet ſatisfieri ſuper dictis bonis*. & non poſſe concluſum fuit; quoniam Paramenta, & alia hujuſmodi bona fuerunt ad uſum, & Cultum divi-
11 num per eundem Ferdinandum deputata; quo fit, ut in eis nullum cadat dominium, vel hypotheca *leg.* 1. §. *Cum rem ubi gloſ. & Scribentes ff. quæ res pignor. obligari poſſunt leg. inter ſtipulantem §. Sacram cum ibi not. de verb. obligat. cap.* 1. *de pignor.* cum in nullius bonis ſint §. *Nullius*, *&* §. *ſeq. Inſtitut. de rer. diviſ.* & hoc in terminis ſtatuit Pius V. felic. rec. in Conſtitut. ſuper ſpoliis edita anno 1657.

Non dicatur Conſtitutionem non comprehendere bona, quæ Epiſcopo vivente erant Penſionario obligata, & hypothecata, tanquam quæſita in fructibus Eccleſiæ pro ſolutione Penſionis, niſi illa prius
12 ſoluta, argoment. Text. *in leg.* 2. §. *ſi quis a Principe ne quid in loc. public.* Siquidem Papa non præſumitur velle alicui præjudicare, *capit. ſuper eo de offic. Delegat.* Dec. *conſ.* 33. *num.* 5. ideo dicta bona cenſeri debere per Conſtitutione delata cum onere ſolvendi debita, Dec. *conſ.* 377. *num.* 6. *poſt mediam*, ubi allegatur deciſio *Cappel. Tholoſ.* 387. quia præter id, quod non conſtat Paramenta, & alia Pontificalia, de quibus agitur fuiſſe confecta ex redditibus Eccleſiæ, & quatenus conſtaret, non poſſet Cardinalis conſequi niſi *in ſubſidium*, unde cum pro ſuo credito habeat fructus Epiſcopatus etiam pro terminis decurſis tempore alterius Epiſcopi obligatos, ſatis patet ei non licere hac de cauſa bona præfata diſtrahere, nam Penſio eſt onus
13 reale cohærens beneficio, *cap. ſi quis laicus* 16. *quæſt.* 1. Gigas *de penſion. quæſt.* 39. *&* 47. propterea obligatur Succeſſor ad illius ſolutionem *leg. quæro de uſufruct. legat. leg. Imperatoris de Publican. & Vectigal.* Decian. *conſil.* 37. *numer.* 14. *libr. primo*.

Eoque magis hoc dicendum eſſet facta ad majorem cautelam diligentia contra Prædeceſſores ex allegatis per Caſſador. *deciſ.* 4. *de locat.* *Achil.* 3. *de penſion.* Gigas *de penſ. d. quæſt.* 39. *&* 47. niſi forſan divinis Officiis in ſtaudem Creditorum Paramenta 14
hujuſmodi deſtinata fuiſſent.

Non obſtat quod Penſionario detur hypotheca, Gigas *ubi ſupra quæſt.* 51. *Capur. deciſ.* 302. *part.* 2. quoniam hoc intelligitur ſuper fructibus beneficii, 15
Gigas *dict. quæſt.* 51. *num.* 2. 3. 8. *& ſequentib.* vel ſuper cæteris rebus, non autem ſuper bonis ad divinum Miniſterium dicatis per ſupra deducta.

Nec ad rem facit dictum Cardinalis *in Clemen. ſi Beneficiorum* 18. *quæſt. de decim.* dum vult, quod in bonis prædictis poſſit fieri executio pro debitis Prælatorum, cum reſpectu ipſorum Jus commune non ſit immutatum *ad leg. ſancimus Cod. de teſtam.* quoniam ſtante prædicta Conſtitutione ceſſat difficultas, & ita etiam reſponderi poteſt ad Abbat. *in c.* 1. *de pignoribus in fine* dicentem bona Eccleſiæ poſſe detineri donec ſatisfiat de debito, vel ejus opinio locum habere poteſt urgente neceſſitate, *cap. ea enim §. hoc jus* 10. *quæſt.* 2. quem ipſe allegat, vel 16
vivente Prælato; qui principaliter obligatus exiſtit, & non quoad alios ſingulares Succeſſores, & ſi aliter diceretur, ea Conſtitutio in caſu propoſito parum Eccleſiis prodeſſet.

Coram Eodem.

CANARIEN. PENSIONIS.

Veneris 27. Novembris 1598.

QUamvis alias in hac cauſa reſolutum fuiſſet, executionem fieri non poſſe ſuper bonis benedictis, & ad uſum divinum deſtinatis, cum in eis non cadat dominium, aut hypotheca, quod etiam procedere dixerunt domini in ſubſidium, cum non poſſint profanari, & ſint extra commercium, ut patet ex reſolutionibus, quarum copia circumfertur, nihilominus cum d. die 27. Novembris rurſus dubitatum fuerit; An Illuſtriſſ. D. Cardina-
lis Dexa poſſet ſatisfieri ſuper bonis, de quibus a- 17
agitur *non benedictis*, dummodo non fuerint applicata Eccleſiæ Epiſcopo vivente DD. affirmative reſponderunt; Quo vero *ad benedicta* reſervarunt particulariter diſcutiendum; moti fuerunt, quoniam nunc præſupponunt bona hujuſmodi ſemper fuiſſe penes Epiſcopum uſque ad ejus obitum, & conſequenter in ipſius dominio, & poſt motam litem Capitulum mediante quadam excommunicatione ea habuit a quodam depoſitario, propterea licuit Cardinali, etiam abſque alia diſcuſſione directa via agere ad dicta bona defuncti Epiſcopi, quæ erant tacite hypothecata pro Penſione decurſa, & non ſoluta, juxta notata in *leg. ſi fundus §. in vendicationem de pign. & leg. alienam*, & ibi Bartol. *de pign. action.*

Non obſtant in contrarium deducta, quia intelliguntur de bonis donatis, & Eccleſiæ incorporatis ante litem motam.

Coram Eodem.

CANARIEN. PENSIONIS.

Veneris 18. Decembris 1598.

UNa tantum parte informante dixerunt DD. executionem poſſe fieri etiam in bonis benedictis pro ſolvendis debitis Prælati defuncti, ut in terminis Conſtitutionis fel. rec. Pii V. volentis bona Cap- 18
pellæ deferri ad Capitulum mortui Epiſcopi, tradunt Joann. Gutierez *pract. libr.* 2. *quæſt.* 94. *in fin.* & Emanuel. Rodrig. *in Summ. caſuum conſcient. titul. de Teſtament. concluſ.* 4. & corroborari poſſunt ex traditis per Cardin. *in Clement. ſi beneficiorum num.* 12. *quæſt.* 17. *& ſeqq.* & ibi Vitalin. *num.* 22. & ratione demonſtratur.

Non obſtat, quod bona prædicta non poſſint pignorari, vel hypothecari, *leg.* 1. §. *cum res* 19

ubi

Google

ubi gloſſ. ff. quæ res pignor. oblig. poſſunt cum aliis ti-tatis, quia non procedit hoc in bonis, quæ repe-riuntur in dominio Prælati tempore obitus, quo-niam ſicut Epiſcopus ea conflare, & ſolvere debi-ta potuiſſet: ita etiam licere debet ſuis Creditori-bus. Nam quemadmodum vivente prædicto Epiſco-po potuiſſet fieri executio actione perſonali in bo-nis benedictis in ſubſidium; ita fieri poterit poſt obitum illius, ne Eccleſia locupletetur cum aliena jactura.

Et ad hoc propoſitum bene facit Abbas *in capit. 1. num. 5. in fin. de pignor.* ubi dicit, quod bona
20 benedicta non poſſunt pignorari ad effectum, ut in illis Jus pignoris conſtituatur, prout in rebus profanis, ſed, ad effectum ut detineantur, donec ſatisfiat Creditori, ſecus.

Ex his etiam ſatis conſtat non eſſe opus alia diſcuſſione, quæ tamen ſemel recte facta fuit in Epiſcop. ut ſufficit Gabr. *de fidejuſſoribus concluſ. 1. numer. 48.* & ſufficit quidquid alia ex adverſo di-ceretur.

GIENNEN. JURIS VOTANDI.

ARGUMENTUM.

Capitulum Cathedralis Canonicos, & Be-neficiatos, qui ſunt Familiares, Com-menſales, & Officiales Epiſcopi expellere non poteſt ab actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, Digni-tatis, & Juriſdictionis Epiſcopalis; Secus ubi ageretur de intereſſe tantum particu-lari, & privato ipſius Epiſcopi.

SUMMARIUM.

1 *Jus votandi, & eligendi eſt in fructu Canoni-catus.*
2 *In materia prohibitiva cenſetur permiſſum quid-quid non reperitur expreſſe prohibitum.*
3 *Canonici familiares Epiſcopi non prohibentur votare in Capitulo ubi agitur de intereſſe Di-gnitatis Epiſcopalis.*
4 *Qui habet auctoritates in puncto dicitur habe-re caſum legis, & ceſſant doctrinæ gene-rales.*
5 *Suſpecto exiſtente Epiſcopo ſiunt ſuſpecti omnes ejus familiares.*
6 *Canonici familiares Epiſcopi expelli valent ab actibus Capitularibus, ubi agitur de intereſſe particulari, & privato ipſius Epiſcopi.*
7 *Secus ubi agitur de intereſſe Menſæ, & Juriſ-dictionis Epiſcopalis.*
8 *Reſolutiones generales Sacræ Congregationis declarantur per ſpeciales, quæ diſtin-guunt.*
9 *Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, quæ ſunt antiquiores, habent majorem auctorita-tem.*
10 *Diſpoſitio generalis non derogat ſpeciali, & di-ſtinguenti.*
11 *Quando in Capitulo proceditur per vota Se-creta Canonici habent plenam libertatem.*
12 *In concernentibus intereſſe publicum quis move-ri præſumitur potius ob bonum publicum, quam particularem affectionem.*
13 *Familiares Epiſcopi poſſunt ferre Teſtimonium pro eo in reſpicientibus intereſſe Menſæ, & Juriſdictionis Epiſcopalis, ſicut ſi agatur de intereſſe privato.*
14 *Idem procedit in Canonico teſtificante favore Concanonici.*
15 *Canonicus in eligendo non prohibetur votare in favorem fratris.*
16 *Sic etiam Pater favore filii.*
17 *Sic etiam Canonicus Coadjutor favore Coadju-ti.*
18 *In Canonico Cathedralis familiari Epiſcopi conſideratur duæ affectiones contrariæ.*

19 *Paritas affectionis ſuſpicionem removet.*
20 *Canonicus poteſt eſſe Judex non ſuſpectus in lite inter duos Canonicos.*
21 *Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, & familiaris Epiſcopi majorem affectionem habere præſu-mitur erga Eccleſiam, & Capitulum, quam Epiſcopum.*
22 *Canonicus format unicum corpus cum Capitu-lo.*
23 *Canonici inter ſe fraternizare dicuntur.*
24 *Canonici præſtant Juramentum de obſervandis Statutis, & Conſuetudinibus Eccleſiæ.*
25 *Canonicus eſſe debet Defenſor proprii Capitu-li.*
26 *Major affectio oritur ex qualitate perpetua reſpe-ctive ad temporalem.*
27 *Epiſcopus an poſſit recuſari in cauſa ſuæ Men-ſæ.*
28 *Non valet argumentum a Judice ad Electorem circa ſuſpicionem.*
29 *Suffraganeus eſt Judex idoneus in cauſa ſui Sub-diti, & Metropolitani.*
30 *Ius votandi in Capitulo licet ſit fructus Canoni-catus, tamen poteſt limitari in parte ex cauſa probabili.*
31 *Hoc procedit ex conſuetudine, non autem de Jure.*
32 *Sufficit aſſiſtentia Juris abſque probatione conſue-tudinis.*
33 *Confeſſio Canonicorum in Capitulo plene probat conſuetudinem immemorabilem.*
34 *Standum eſt tranſumpto integro, non autem par-ticula documenti.*
35 *Conſuetudo non dicitur facultativa, ſed coactiva cum præcedit Titulus.*

DISCEPTATIO CXXXVII.

ARticulus iſte, qui in præſenti examinatur = *An liceat Capitulo expellere ab actibus Ca-pitularibus, in quibus tractatur de intereſſe Epiſco-pi, ejuſque Menſæ, ubi vertitur lis, ſeu controver-ſia cum Capitulo, Canonicos, cæteroſque Beneficiatos familiares, Commenſales, ſeu Officiales ejuſdem E-piſcopi tanquam ſuſpectos*, mihi videtur negative re-ſolvendus, ſive attendatur diſpoſitio Juris commu-nis, ſive Decretum Sacr. Concilii Tridentini, ſi-ve demum ſpecialis conſuetudo ab immemorabili introducta, & practicata in Cathedrali Eccleſia Giennen.

Et quidem clara eſt aſſiſtentia Juris pro Epi- 1
ſcopo, ſeu ejus commenſalibus, & Officialibus, ut nequeant prohiberi, quominus ſuffragium ferant in actibus Capitularibus, in quibus agitur de in-tereſſe Menſæ, Juriſdictionis, & Dignitatis Epi-ſcopalis; Etenim eo ipſo, quod Proviſi de Ca-nonicatibus poſſeſſionem illorum ſunt aſſecuti, habent intentionem fundatam pro Jure votandi in electionibus, & aliis actibus Capitularibus; Cum enim ſint domini fructuum Canonicatuum, in conſequentiam ſunt etiam dominii Juris eligendi, quod in eorum fructu eſt, juxta Text. apertos *in capitul. in Geneſi de elect. verſic. nec præmiſſi duo Canonici, & in capit. pro illorum in fine de Præ-bend.* Gloſs. *in cap. cum M. Ferrarien. de Conſtit. in verb. receperunt, & in verb. ultra numerum*, Co-coper, *Lucubrat. Canonic. lib. 4. ſub num. 30.* Barboſ. *de Canonic. capit. 37. ſub num. 1.* Rot. cor. Seraph. *dec. 414. num. 2.*

Quæ Juris aſſiſtentia generaliter procedens in omnibus, & quibuſcunque Canonicis non poteſt limitari ex qualitate familiaritatis, & officii, & conſequenter præſumptæ ſuſpicionis in iis, quæ reſpiciunt intereſſe Menſæ, Juriſdictionis, & Dignitatis Epiſcopalis; Etenim nulla lege cave-tur, quod Canonici propter hanc qualitatem prohibeantur votare in Capitulis, ideoque

cum in hac parte non reperiantur expreſſe prohibiti ab aliquo Jure generali, vel ſpeciali, regula eſt, 2 ut cenſeantur admiſſi, quia in materia prohibitiva illud cenſetur permiſſum, quod non reperitur expreſſe prohibitum, ad Text. *in leg. necnon §. Quod ois ff. ex quib. cauſ. major.* Gloſſ. *in cap. ex litter. de jurepatron. & in cap. inter corporalia de translat. Epiſcop.* Lambert. *de jurepatr. lib. 2. part. 1. quaeſt. 8. art. 12. num. 10. verſ. hanc quaeſt.* Rocc. de Curt. *eod. tract. in verb. honorificum num. 15.*

In quo ſane articulo rem non novam aggredior, ſed alias formiter deciſam per Sacr. Rotæ Tribunal *in Hiſpalen. Juris votandi* 20. *Junii* 1591. coram Orano, ubi diſputata hac præciſa quæſtione = *An familiares Archiepiſcopi Hiſpalen. de jure communi habeant votum in electione*, unanimi DD. conſenſu prodiit reſponſum affirmativum, al-3 legando rationes ſupra deductas, & iterum repropoſita cauſa 15. *Martii* 1596. coram R. P. Dom. Gyptio, confirmata fuit hæc juris aſſiſtentia favore Canonicorum familiarium Archiepiſcopi, & in eadem cauſa, coram Burat. *deciſ.* 598. *numer.* 3. ubi mentio habetur de Sententia Rotali lata in favorem Archiepiſcopi.

Et ſequendo has deciſiones firmavit R. P. D. Matald. *in ſuo Voto* impreſſo apud Matt. *de cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 22. *num.* 67. & fit mentio in reſolutione Sacr. Congregationis Concilii in cauſa *Barbaſtren.* 19. *Junii* 1610. *lib.* 59. *Poſition. fol.* 12. ibi: *Pluries fuit reſolutum tam in Sacr. Congregatione, quam Rota, & præſertim in una Hiſpalen Voti coram Orano die 26. Junii 1591. quod Canonici, qui ſunt Familiares, ſive Officiales Epiſcopi, de jure non prohibeantur a ſuo jure votandi, quod eis competit ratione ſuæ Canoniæ, etiam quando in Capitulo tractatur negotium concernens intereſſe Epiſcopi, ſeu Dignitatis Epiſcopalis.*

Cum igitur aſſiſtentia juris ſit pro Epiſcopo, ſeu Canonicis ejus familiaribus, ſeu Officialibus firmata ex judicato Sacr. Rotæ, aliiſque doctrinis fu[illegible] ſtratis, corruunt, & inanes redduntur omnes diſcurſus, & omnia ratiocinia in oppoſitum; qui enim habet authoritates, & deciſiones loquen-4 tes in puncto dicitur habere caſum legis, ut alt Surd. *deciſ.* 229. *num* 76. Rot. coram Coccin. *deciſ.* 1221. *num.* 18. *verſ. quorum, & in recent. deciſ.* 122. *num. final. part.* 5. *& deciſ.* 106 *numer.* 7. *part.* 18. *tom.* 1. *& in Siracuſana Præfecturæ* 20. *Novembris* 1697. §. *Quod autem*, cor. bon. mem. Muto, impreſſa apud Me *diſceptat. Eccleſiaſt.* 13 *numer.* 65. *part.* 1. & conſequenter ceſſare debent doctrinæ generales, & a remotis, ut inquit Cyriac. *controverſ.* 248. *num.* 21. & 22.

Et tamen ex abundanti examinando omnia in contrarium ratiocinata nihil ex iis relevat ad deſtructionem aſſiſtentiæ juris ſuperius firmatæ. Et ſane non relevant authoritates firmantes, quod ſicut Epiſcopus expelli poteſt ab actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe ipſius; ita etiam expelli valent Canonici, ſeu Beneficiati Epiſcopi fa-5 miliares, quodque ſuſpecto Epiſcopo exiſtente, omnes ejus familiares ſuſpecti dicuntur, Cecuper. *lucubr. Can. lib.* 4. *num.* 51. *in fin.*

Quippe concluſio iſta patitur æquivocum in terminis, ideoque explicanda venit per diſtinctionem hodie amplius non controverſam, quod nempe, aut agitur de intereſſe proprio, aut particulari ipſius Epiſcopi, vel ſuorum, & tunc bene 6 procedit contrarium aſſumptum, quod Canonici familiares Epiſcopi expelli valeant ab actibus Capitularibus. Aut vero agitur de intereſſe Menſæ, & Juriſdictionis Epiſcopalis, & tunc neque Epi-7 ſcopus, neque ejus Familiares prohiberi poſſunt quominus interveniant Capitulis, ibique ſuffragium ſuum præſtent, ut diſtinguendo dixit Rota *in dicta Hiſpalen. Juris votandi* 27. *Maii* 1592. coram Gypsio, ibi = *Loquuntur de negotiis particularibus ipſius Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi, quo caſu fatendum eſt non poſſe, nec debere intervenire, nec ſuffragium ferre ex determinatione Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *& in alia deciſione* 15. *Martii* 1596. §. *Quod eo magis cum ſeqq.* coram eodem, ibi = *Quod eo magis videbatur prædictis Dominis locum habere, cum nulla afferebatur rationabilis cauſa excludendi a Voto Familiares, & proviſos ab Archiepiſcopo, quando tractantur negotia ad Dignitatem Archiepiſcopalem, & ejus officium ſpectantia, non autem privata ad ipſum Archiepiſcopum, &c. quia ſicuti dicti Familiares, & alii Proviſi non repelluntur Teſtimonium dicere in favorem Archiepiſcopi, quando non agitur de ejus privato intereſſe: ita etiam non debent excludi a ſuffragio in caſibus præmiſſis =*

Et hæc diſtinctio firmatur per diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *capit.* 6. *de reform.* ubi conceditur Epiſcopis, ut Capitulum convocent, Vota exquirant, & juxta ea concludant, excepto tantum caſu, quo *de re ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante, agatur*, cujus determinatio probat tam Epiſcopum, quam ejus Familiares poſſe intervenire in Capitulis, quoties non agitur de intereſſe privato ipſius Epiſcopi, vel ſuorum, ut denotat illa dictio *ſuum*, importans perſonalitatem, & includens ſola negotia particularia pertinentia ad Epiſcopum ratione propriæ perſonæ, & non ratione Dignitatis, Menſæ, aut Juriſdictionis Epiſcopalis, ex traditis per Cravet. *conſ.* 929. *num.* 11. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. D. concluſ.* 260. *num.* 4. Rot. *deciſ.* 25. *num.* 5. *part.* 7. *recentior.* & in puncto interpretando ſupradictum Conciliare Decretum, ita ſæpiſſime diſtinxit Sacr. Congreg. Conc. *in Seguntina* 1587. *& in Mediolan. ejuſdem anni, & in alia Cauſa* 31. *Decemb.* 1598. in quibus reſolutionibus dictum fuit Decretum Concilii, ubi ſupra, *eſſe intelligendum, quando agitur de eo, quod privatim intereſt Epiſcopi, etiamſi id ſpectaret ad ipſum tanquam Epiſcopum, ſecus ſi de re ſpectante ad ipſius Officium, Juriſdictionem, Dignitatem, Adminiſtrationem, & Regimen*; & concordat Rota *in Geronden. Juriſdictionis ſuper jure praeſidendi in Capit.* 14. *Junii* 1702. §. *fin.* coram Card. Priolo.

In quo ſenſu procedunt Vener. *in examin. Epiſcop. Gallemart. ad Concil. Nicol. in Floſcul. in verb. Canonicus numer.* 42. Modernus Monacell. *titul.* 2. *formul.* 4. *numer.* 26. quando nempe agitur de intereſſe privato Epiſcopi: Prout etiam in his terminis intelligi debet recentior reſolutio ejuſdem Sacræ Congregationis *in Faven. Reſidentiæ* 28. *Aprilis* 1674. ubi fit mentio in genere *de negotiis, & differentiis vertentibus inter Epiſcopum, & Capitulum*, quæ generalitas verborum poteſt commode declarari, & explicari, juxta tot præcedentes antiquiores reſolutiones ejuſdem Sacr. Congregationis, nempe de differentiis concernentibus privatum intereſſe Epiſcopi, ex nota regula, quod reſolutio generalis declarari debet ab ea quæ diſtin- 8 guit, & quæ ſub generalitate verborum non intelligitur derogare voluiſſe præcedentibus, ad Text. *in leg. ſciendum ff. qui ſatiſdar. cogant. leg. quamvis, ff de in jus vocand. Authent. offeratur Cod. de lit. conteſtat.* Menoch. *conſil.* 150. *numer.* 44. de Franch. *deciſ.* 435. *numer.* 24. & in terminis Ego firmavi *Diſceptat. Eccleſ.* 50. *num.* 26. *verſ. maxime part.* 2.

Præſertim quia in hac materia majorem authoritatem habent reſolutiones Sacr. Congregationis antiquiores, & magis proximæ publicationi Sacr. Concilii, ex quo de eo tempore veriſimiliter aderant in Sacr. Congregatione plures ex iis 9 Cardinalibus, qui in eodem Concilio interveneram in ſtatu inferiori Epiſcoporum, vel Prælatorum, ideoque ſi recentiores reſolutiones ſunt poſthabendæ in concurſu antiquiorum, eo magis dicendum eſt, quod ultimæ non cenſeantur deroga- 10 re prioribus, quæ diſtinguunt, quando ultimæ ſunt generales, & confuſe loquuntur, ut ponderat Cardin. de Luca *de juriſdiction. diſc.* 41. *numer.* 12. *& in annot. ad Concil. diſc.* 1. *num.* 4. & regulare eſt, quod diſpoſitio generalis non derogat

ſpe-

ſpeciali ; & diſtinguenti in ſpecie caſum a caſu *l. cum in Teſtamento §. finali ff. de hæred. inſtit. l. ſervo manumiſſo ff. de ſecul. legat.* Barboſ. *axiom.* 73. *n.* 9. Rot. *deciſ.* 176. *num.* 13. *p.* 16. *rec.* cum aliis apud Me *diſcept. Eccleſ.* 6. *n.* 9. *p.* 1.

Minus urget, quod pro bono Eccleſiæ in capiendis determinationibus requiratur abſoluta libertas loquendi, & votandi, & propterea non videantur poſſe admitti Familiares, & Officiales Epiſcopi, qui talem libertatem non habent, ex quo eorum reſpectu militat amor, & timor ergà Epiſcopum, quæ duo impedimentum veritati rerum præbere ſolent, ut in *Can. quatuor modis* 11. *quæſt.* 3.

Etenim hujuſmodi conſideratio ceſſat in facto, & in jure; nam quantum attinet ad factum, concurrit circumſtantia, quod in actibus Capitularibus proceditur per vota ſecreta, juxta inviolabile,
11 & juratum Eccleſiæ ſtatutum, ideoque plenam libertatem habere poſſunt Canonici in ſuffragio ferendo, juxta Panormit. *in capit. Eccleſ. veſtra numer.* 7. *de elect.* aliosque per Me adductos *diſcept. Eccleſ.* 4. *numer.* 112. *& diſcept.* 32. *numer.* 19. *in fin. part.* 1.

In jure autem ratio amoris, & timoris non ſubſiſtit; Quoniam quando agitur de intereſſe Menſæ, Juriſdictionis, & Dignitatis Epiſcopalis, & ſic de iis concernentibus intereſſe publicum nemo præſumitur moveri, niſi pro bono publico; non autem ex cauſa amoris, vel timoris, ut in
12 his terminis videmus, quod in materia publici intereſſe in Conſiliis, & Univerſitatibus non prohibetur Pater votare pro filio, nec alter conſanguineus pro conſanguineo, ut diſponit Text. *in leg. illud, & l. item eorum ff. quod cujuſque Univerſit. nomin.* ibi = *Pomponius ait, quod & Patris ſuffragium filio proderit, & filii Patri, item eorum, qui in ejuſdem Patris poteſtate ſunt, quaſi decurio enim hoc dedit, non quaſi domeſtica perſona* = cujus Textus ratio eſt, quod in iis, quæ publici juris ſunt præſumitur, quod unuſquiſque magis moveatur ob bonum publicum, quam ex alia cauſa particularis affectionis, & partialitatis, ut notat Gloſ. *in d. l. illud verſ. ratio autem hujus legis*, & Caſtrenſ. *in l. nulli ff. eod. num.* 10. *&* 11. ibi. *In his, quæ publici juris ſunt; non conſideratur patria poteſtas, vel ratio ſanguinis, quia præſumitur quis magis ob bonum publicum hoc facere, quam ratione ſanguinis* = idemque ſcribunt idem Bartol. & Bald. *ambo n.* 1.

Quam rationem in puncto, & ad effectum non excludendi Canonicos Familiares, & Officiales Epiſcopi a ferendo ſuffragio in Capitulis adducit olim R. P. D. Marald. *in dict. vot. impreſſ.* apud Matt. *de cauſ. Conſiſtorial. ſection.* 22. *num.* 67. ibi = *Et ratio eſt, quia, ne præſumatur delictum, potius præſumitur Electorem habere præ oculis jus, & intereſſe publicum, quam privatum ſanguinis, & amicitiæ* = Et bene in hac quæſtione judicavit Rot. in *d. Hiſpalen. Juris votandi* 15. *Martii* 1596. §. *Hæc ratio* ibi = *Hæc ratio affectionis ex adverſo adducta, non eſt habenda in conſideratione; Tum quia in his, quæ publici juris ſunt præſumitur quis magis ob bonum publicum, quam ex alia cauſa moveri &c. & ſi aliter diceretur hujuſmodi affectio eſſet inordinata, quæ non præſumitur.*

Idque ex pluribus comprobatur, & primo in teſtimonio dicendo, quod licet Familiares, & Officiales Epiſcopi prohibeantur teſtificari pro eo, quando agitur de ipſius privato intereſſe, poſſunt
13 tamen ferre teſtimonium, quando agitur de intereſſe Menſæ, & juriſdictionis Archiepiſcopalis, ad Text. *in cap. ex litteris de Teſtib.* ibique Felin. *num.* 4. quam paritatem adducit Rot. *in d. Hiſpalen. Juris votandi* 26. *Junii* 1591. coram Orano ibi = *Siquidem in Edictum & Teſtibus, & Procuratoribus eſt prohibitorium, ita etiam Edictum juris votandi, adeo quod in illis non reperti prohibiti cenſentur admiſſi, proinde non ſecus ac familiares D. Archiepiſcopi, ac cæteri prædicti a teſtimonio pro ſuorum integritate ſtat præſumptio &c. ita nec removeri poſſunt a voto dando in electionibus* = & in alia Deciſione 15. *Martii* 1596. §. *Hæc ratio* coram Gypsio ibi = *ſicuti dicti Familiares, & alii Proviſi non repelluntur teſtimonium dicere in favorem Archiepiſcopi, quando non agitur de ejus privato intereſſe; ita etiam non debet excludi a ſuffragio*,

Secundo idem procedit in Canonico, qui poteſt Teſtimonium ferre favore Concanonici, in his tamen, quæ reſpiciunt publicum intereſſe;
14 quidquid ſecus ubi agatur de proprio, & ſingulari illius commodo, Farinac. *de teſtib. quæſt.* 60. *numer.* 461. Maſcard. *de probation. concluſ.* 362. *num.* 7. Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 383. Rot. *in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus* 20. *Junii* 1701. §. *Non obſtante*, coram Cardin. Caprara impreſſ. apud Me *diſcept. Eccleſ.* 24. *n.* 65.

Tertio Canonicus in electionibus ratione natu-
15 ralis affectionis non prohibetur dare ſuffragium pro Fratre, ad tradita per Bertac. *de Epiſcop. part.* 3. *quæſt.* 54. quem refert Lambertin. *de Jurepatronat. liber ſecundo part.* 1. *quæſt. quarta articul.* 17. *numer.* 2. Pignatell. *conſult.* 53. *numer.* 5. *tom.* 6.

Quarto Pater non prohibetur præſentare filium ad Beneficium Juriſpatronatus, ſeu votare pro il-
16 lo in Univerſitate, ad quam pertinet jus præſentandi, Gloſ. *in capit. quia Cleric. in verb. filii, & in cap. conſuluit in verbo propria auctoritate de Jurepatronat.* Azor. *Inſtitut. moral. parte ſecunda liber ſexto cap.* 21. *quæſt.* 2. Lambertin. *de Jurepatronat. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 8. *articul.* 12. *per tot.* Vivian. *eodem tractat. lib.* 6. *capit.* 8. *numer.* 23. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 72. *numer.* 93.

Quinto Canonicus Coadjutor, licet præſumatur
17 habere affectionem erga Coadjutum, tamen ubi agitur de negotio iſtius, poteſt ferre ſuffragium in Capitulo favore ejuſdem Coadjuti, ad tradita per Innoc. *in c. fin. de Procurat.* Oldrad. *conſ.* 44. Gavant. in *manual. in verb. Coadjutor. in addit. numer.* 27. Garz. *de Benefic. part.* 4. *capit.* 5. *num.* 105. Barboſ. *de Canon. cap.* 29. *num.* 54. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 95. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotation.* 13. §. *unica*, *num.* 60. Cecoper. *lucubrat. Canonic. lib.* 4. *num.* 52.

Quæ facilius locum habent in caſu iſto, ubi affectio in Canonicis Familiaribus erga ſuum Epiſcopum non eſt vera in ſenſu abſoluto; Etenim in Canonico Familiari, & Officiali Epiſcopi duæ conſiderari debent affectiones contrariæ; Altera
18 erga Epiſcopum, quæ naſcitur ex qualitate Familiaritatis, aut Officii; Altera vero erga Capitulum, quæ naſcitur ex qualitate Canonici tanquam unius ex membris Capituli, & tanquam facientis conſortium cum ſuis Concanonicis; ſtantibus autem his duabus affectionibus inter ſe contrariis, duplex exinde oritur argumentum totaliter excluſivum cujuſcunque ſuſpicionis, & affectionis erga Epiſcopum. Aut enim dicendum eſt, quod una affectio conquaſſetur ab alia, itaut hujuſmodi Canonicus Familiaris erga Epiſcopum, & Capitulum cenſeri debeat omnino indifferens, ſeu neutralis, ex quo paritas affectionis omnem ſuſpi-
19 cionem removet, ut probat Text. *in leg. non ſolum §. De uno ff. de Ritu nuptiar.* ibi = *Quia paris affectionis cauſa ſuſpicionem fraudis amovet*, & punctualiter docet Gloſ. *in capit. cum R. Canonicus in verb. cum ſint ejus Socii de offic. delegat. in fine*, ubi poſt firmatam concluſionem, quod Canonicus poteſt recuſari, uti Judex ſuſpectus in cauſa Canonici, quærit an hoc procedat etiam ubi lis verteretur inter duos Canonicos, & negative reſol-
20 vit, ea ratione, quod par affectionis cauſa omnem ſuſpicionem removet, ut legere eſt ibi = *ſed ſi daretur Judex contra alium Canonicum quid dices? non poterit recuſari ex hac cauſa, quia par affectionis cauſa omnem ſuſpicionem removet* =

ſequitur Bald. *ibidem num.* 3. dicens -- *Si quæſtio eſt inter duos Canonicos, utrum alius Canonicus poſſit eſſe Judex, reſpondeo quod ſic, quia parilitas affectionis removet ſuſpicionis præſumptionem &c. pari enim fœdere conſuncti ſunt, & invicem fraternizant*. Bellamer. *num.* 1. *verſ. & hæc vera*, Concordat alia Gloſ. *in Can. ſuper prudentia* 14. *quæſt.* 2. *in verb. Stephani* ibi -- *unus Canonicus poteſt inducere in Teſtimonium ſuum Canonicum contra eſoſdem Eccleſiæ Canonicos, quia non eſt magis domeſticus uni, quam alii, & par affectionis cauſa ſuſpicionem excludit &c. ſicut, & poteſt ipſum inducere contra ſuum Prælatum*, & egregie Abb. *antiquus in dict. cap. cum R. Canonicus nu.* 3. Compoſtellan. *deſcept.* 100. *nu.* 17. & 18. Pax Jordan. *tom.* 3. *libr.* 13. *tit.* 3. *num.* 90. ubi aliæ auctoritates allegantur, & dixit in his terminis Me ſcribente Rot. *in Hiſpalen. Juris votandi*, coram Cardinal. Capiata *deciſ.* 492. *numer.* 9. & *deciſ.* 393. *numer.* 2. & 3.

Aut æquilibrando unam affectionem cum alia verius, & rationabilius dicendum eſt, quod ſemper major, & fortior ſit affectio erga Capitulum
21 reſultans ex qualitate Canoniæ, quam ſit illa erga Epiſcopum ratione familiaritatis; ita & taliter, quod iſti Canonici potius cenſeri debent inclinati in favorem Capituli, quam Epiſcopi, quæ quidem majoritas affectionis erga Capitulum ex duplici capite demonſtratur.

Primo ſcilicet, quia magis affecti dicimus ex illa qualitate, quæ magis conjungit, & ſtrictius ligat, unde cum qualitas Canonici magis conjungat Canonicum ſuo Capitulo, quam familiaritas addicat domeſticum ſuo Domino, dum Familiaris non eſt pars integralis ſui Domini, ſicut eſt Canonicus ſui Capituli, cujus dicitur mem-
22 brum, & cum quo format unicum corpus, & indiſſolubile Conſortium, ut docet Text. *in d. c. cum R. Canonicatus* 35. *de offic. deleg.* ibique gloſ. *in verb. cum ſint ejus Socii*, Pignatell. *conſultat.* 104. *num.* 10. *in fin.* & *num.* 11. *tom.* 4. nec familiaris dicitur fraternizare cum ſuo Domino, ſicuti fra-
23 ternizare inter ſe Canonici dicuntur jure Societatis, ut inquit Panormitan. *in dicto cap. cum R. Canonicatus n.* 3. *ibique cap. iam* Bald. *n.* 3. Bellam. *ante num.* 1. *verſ. & eſt ratio*, & *in cap. inſinuante num.* 6. *verſic. unde eodem tit.* Pignatel. *ubi ſupra*, ac etiam quia Canonicatus in actu primi ingreſſus emittit juramentum de obſervandis Statu-
24 tis, & Conſuetudinibus Eccleſiæ imponentibus obligationem omnia recte, & fideliter gerendi reſpicientibus intereſſe propriæ Eccleſiæ Cathedralis, Familiaris autem nullum juramentum præſtat favore Epiſcopi.

Inevitabiliter ſequitur, quod major affectio, & major fidelitatis ratio præſumenda veniat erga Capitulum, quam erga Epiſcopum: quia prima charitas præſumitur inchoari a ſe ipſo, & ſic a Capitulo, cujus eſt pars Canonicus familiaris Epiſcopi, ad Text. *in leg. qui ſervandum ff. de præſcript. l. Præſes Cod. de ſervit.* & *aqua Canon. ſi non licet* 23. *q.* 5. & *cap. dilecto de Præbend.* præſertim in congreſſibus, & actibus Capitularibus, ubi Canonici familiares non interveniunt uti ſinguli, & uti familiares, ſed uti Canonici, & tanquam de Corpore Univerſitatis, qui proinde po-
25 tius judicandi ſunt propenſi erga Univerſitatem, quam repræſentant, cujus ſunt partes integrales, & cujus ſunt, & eſſe debent Defenſores, ut probant Text. *in dicta l. item eorum ff. quod cujuſque univerſ. nomin.* illis verbis: *quaſi Decurio enim hoc dedit, non quaſi domeſtica perſona* -- ibique Bald. *num.* 1. dicens -- *quia id non facit tanquam perſona domeſtica, ſed tanquam gerens officium publicum*, juncto Bartol. *numer.* 1. & Caſtrenſ. *ubi ſupra n.* 10.

26 Et ſecundo major affectio erga Capitulum in ordine ad Canonicum Familiarem Epiſcopi ea ex deriva, quia familiaritas eſt qualitas temporalis, illa autem Canoniæ eſt perpetua, & propterea hæc cenſetur in affectione præponderare; nam nunquam eſt veriſimile, quod Canonicus velit eſſe proditor ſui Capituli, cui perpetuo eſt addictus propter familiaritatem Epiſcopi, quæ de die in diem poteſt ſibi deficere, & ceſſare, ſive per obitum, ſive per voluntatem, & libitum Prælati, qui ad omne momentum poteſt licentiam, ſeu dimiſſionem dare ſuo Familiari, & Miniſtro, unde ſequeretur, quod Canonicus poſtea remaneret nedum excluſus ab Epiſcopo, ſed inviſus, ſeu male affectus Capitulo propter odium tempore familiaritatis Epiſcopi contractum ex actibus incongruis, ſeu inordinatis, & Capituli proditoriis, ut in ſpecie, quod qualitas perpetua ſit regulariter major temporali, & tranſitoria, & conſequenter iſta in concurſu alterius cenſeatur poſtpoſita, firmavit Alberic. *in tract. de teſtib. par.* 1. *numer.* 41. quem refert Rot. *in dict. Hiſpalen. juris votandi* 15. *Martii* 1596. §. *Minus obſtat*, coram Rev. P. D. Cyprio, & quod præſumatur Canonicus eſſe magis propenſus in eam perſonam, quam majori affectione proſequitur, & cui magis eſt obligatus, tenuit Panorm. *in dicto capitul. cum R. Canonicus, numer.* 3. *notabo*, Felin. *num.* 4. Maſcard. *de probat. tom.* 1. *concluſ.* 260. *numer.* 8. Pax Jordan. *ubi ſupra*.

Ex his rationibus corruit aliud objectum, quod nempe Epiſcopus poſſit quidem eſſe Judex in cauſa Menſæ, aut dignitatis, non tamen exinde ſequatur, ut recuſari non valeat ob nimiam veriſimilem, ac præſumptam Epiſcopi propenſionem, & affectionem erga utilitates, & commoda ſuæ Menſæ, & Dignitatis; idemque propterea dicendum ſit de Canonicis Familiaribus, & Officialibus Epiſcopi, qui licet de jure poſſint ſuffragium ferre in negotiis Menſæ, & Juriſdictionis Epiſcopalis, tamen ob præſumptam ſuſpicionem ex cauſa familiaritatis valeant recuſari, & expelli de Capitulo.

Urget enim reſponſio, quod præallegata con- 27
cluſio non eſt abſolute vera, nam quidquid enunciatum fuit in *deciſ.* 122. *part.* 15. *recent.* remanſit indeciſum, ut patet *ibidem num.* 25. *verſ. in ſanta*, & *num.* 31. *verſ. ſuper utraque*, & articulum iſtum poſtea reſolvit Sacra Congregatio, ſive Summus Pontifex; qui declaravit Epiſcopum in cauſa ſuæ Menſæ non poſſe recuſari, ſed duntaxat peti, ut procedat cum adjuncto, teſte Fagnan. *in cap. noſti de electione num.* 21. ita & taliter; quod ſi Epiſcopus etiam in cauſa ſuæ Menſæ judicare poteſt ſimul cum adjuncto, eodem modo poſſunt Canonici familiares ſuffragium ferre in Capitulo ſimul cum tot aliis Concanonicis non familiaribus, neque ſuſpectis.

Reſpondetur inſuper, quod non valet argumentum ab Epiſcopo Judice in cauſa Menſæ ad Canonicos familiares Votantes in negotiis ejuſdem Menſæ, ut in puncto reſpondet Rot. in *allegata Hiſpalen. Juris votandi* 26. *Junii* 1591. §. *Quibus*, cor. Orano: idque ex triplici ratione differentiæ, quæ inter unam, & alteram perſonam intercedit. Etenim ultra primam rationem, quod Judex facilius recuſatur, quia de facili inveniri poſſunt alii Judices, ut in puncto firmat Rot. *in dict. Hiſpalen. juris votandi* 26. *Junii* 1591. §. *Quibus*, coram Orano.

Secunda ratio eſt: quia Epiſcopus eſt Judex in 28
cauſa propria, prout eſt illa Menſæ, ideoque uti promovens negotium proprium, ſeu cujus habet intereſſe, facilius recuſatur, Canonici autem familiares, & Officiales Epiſcopi, quando in Capitulo interveniunt pro votando in negotiis Menſæ, & Juriſdictionis Epiſcopalis, non dicuntur votare in cauſa propria ratione affectionis erga Epiſcopum, eo quia talis affectio ſuffocatur ab alia fortiori, quæ militat in Canonico reſpectu ſui Capituli, cujus ipſe eſt pars integralis, & cujus jura defendere tenetur, quæ affectio ſive conſideretur major reſpectu Capituli, quam reſpectu Epiſcopi, ſive etiam æqualis erga unum, ac alte-

ac alterum, ſemper operatur, ut Canonici Fami-
liares cenſeri debeant ſaltem indifferentes quoad
ferendum ſuffragium in negotiis Menſæ, & Juriſ-
dictionis; nec conſequenter recuſari valeant, ut
in ſpecie firmat Gloſſ. *in capit. cum Rever. Cano-
nicus in verbo cum ſint ejus ſocii in fine de offic.
delegati*, Pignatell. *Conſult. Canon.* 164. *num.* 30.
tom. 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 152. *numer.* 9.
Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 3. *libr.* 13. *titul.* 4. *nu-
mer.* 109. ubi quod Suffraganeus eſt Judex idoneus
in Cauſa ſui Subditi, & Metropolitani, quia affe-
ctio erga Subditum mitigat ſuſpicionem provenien-
tem a ſuperioritate Metropolitani, Gratianus *diſcept.*
100. *num.* 17. *&* 18. cum aliis ſupra *num.* 19. *&*
num. 20.

29 Tertia demum ratio eſt: quia Epiſcopus in
cauſa Menſæ eſt Judex ſolus, & ab eo duntaxat
dependet judicare, non ſic autem procedit quo-
ad Canonicos Familiares, & Officiales Epiſcopi,
qui debent ſuffragium ferre in Capitulo ſimul
cum aliis Canonicis, itaut reſolutio depen-
deat a majori parte totius Capituli, non autem
ex unico voto, & abſoluto placito Canonicorum
Familiarium, ſicut dependet reſolutio reſpectu E-
piſcopi Judicis abſoluti in cauſa Menſæ. Pignatell.
conſult. Canon. tom. 4. *conſultat.* 164. *num.* 30. &
comprobant Gloſſ. *in capital. cum R. Canonicus in
verb. cum eo de offic. deleg. auth. ſi vero Cod. de
judic.* Pax Jordan. *tom.* 3. *lucubrat. lib.* 13. *tit.* 4.
num. 8.

Hinc non relevat, quod licet de jure commu-
ni poteſtas votandi in Capitulo connumeretur in-
ter fructus Canonicatus, qua proinde nullus ex
Canonicis privari valeat, tamen id procedat,
quando in totum auferretur Canonicis familiari-
30 bus Jus votandi: ſecus vero ſi in parte ex pro-
babili cauſa, vel ſaltem ſuſpicione a jure non im-
probata, ex firmatis in *dicta Hiſpalen. juris vo-
tandi impreſſa in deciſ.* 20. *numer.* 2. *part.* 3. *rec.*
quippe hujuſmodi deciſio loquitur in terminis ſu-
ſtinendi conſuetudinem Capituli Hiſpalenſis; juxta
31 quam Canonici familiares fuerant per Quadrage-
nariam expulſi de Capitulo in negotiis, Menſæ,
& Juriſdictionis Epiſcopalis; ideoque hoc probat
eſſe licitum ex conſuetudine; non autem, quod
aſsiſtentia juris non militet pro Canonicis fami-
liaribus Epiſcopi, ad effectum, ut nequeant in
prædictis caſibus privari jure votandi, ut plenius,
Me ſcribente, firmavit Rota *in eadem Hiſpalen.
Juris votandi deciſ.* 492. *& dec.* 493. cor. Card.
Caprara.

Omnia hactenus firmata probant aſsiſtentiam
juris favore Canonicorum Familiarium, & Offi-
cialium Epiſcopi, aut nequeant prohiberi a feren-
do in ſuffragiis in negotiis de quibus agitur, ita
32 ut ſufficiat ſola aſsiſtentia juris ſine alia probatio
ne Conſuetudinis eidem juri conformis, ut notat
Rota *deciſion.* 254. *numer.* 12. *part.* 19. *recent.* &
dixi ego *Diſceptat. Eccleſiaſtic.* 16. *numer.* 15. *in
fine.*

Fortius autem, quando concurrit etiam Con-
ſuetudo favore eorundem Canonicorum familia-
rium nedum probata ex duobus actibus, ſed e-
tiam ex clara, & ſolemni confeſsione emiſſa ab
omnibus Canonicis in Decreto Capitulari anni
1642. ubi declararunt, quod *Omnes Capitula-
res, qui ſunt Familiares, vel Creaturæ Domini
Prælati, ſunt vota legitima, & debent, ac poſ-
ſunt aſsiſtere in hoc Capitulo, & in illo votare,
& eſſe ſecundum Jus, & Conſuetudinem immemo-
rabilem hujus Eccleſiæ, & non exiſtere aliquam
cauſam, ut expellantur a Capitulo; immo eſſet il-
lis agere notorium gravamen, & ita practicatum,
ſervatum, & obſervatum fuiſſe in hoc Capitulo abſ-
que ulla contradictione.* Quæ confeſsio emanata
præciſe ad effectum non excludendi Familiares,
& Officiales Epiſcopi a jure votandi circa litem
33 promovendam contra Epiſcopum ſuper jure mu-
tandi, plene probat contra Capitulum Conſuetu-
dinem immemorabilem uſque tunc vigentem, ad

Text. *in capit. Abbate Sancti Silvani* 25. *de verb.
ſignificat. verſic. ſi vero*, Rot. *in Dertuſen. Juriſ-
dictionis* 6. *Februarii* 1698. *§. Hoc autem*, *&* 28.
Januarii 1697. *§. Huic ſuccedit* coram Pio, *& in
Saliſburgen. juris Metropolit.* 13. *Februarii* 1698.
§. Devenien. coram Priol. & dixi *Diſcept. Eccleſ.*
50. *num.* 9. *part.* 1.

Neque adverſatur, quod in hujuſmodi Decre-
to anni 1642. ſolum fiat mentio de Creaturis,
non autem de Familiaribus, quoniam cum in
tranſumpto, actus Capitularis integra extracto le-
gatur utrumque verbum tam *Creaturæ*, quam *Fa-
miliares*, ei proinde ſtandum eſt, non autem par-
ticulæ ejuſdem actus integraliter non tranſum-
ptæ, Corneus *conſil.* 316. *numer.* 8. *in fin. libr.* 3.
Rot. *deciſ.* 185. *numer.* 4. *& deciſ.* 311. *num.* 9.
part. 16. *recent.*

Minuſque adverſatur, quod Jus expellendi fa- 34
miliares in his, quæ tangunt intereſſe Menſæ,
& Dignitatis Epiſcopalis ſit actus pendens ab ar-
bitrio Capituli, quod poteſt etiam, ſi velit, eos
admittere, & propterea ex quo illos quandoque
admiſit, exinde inducta dici non valeat Conſue-
tudo, quæ in facultativis non intrat niſi cum re-
quiſito contradictionis, & cum acquieſcentia ſub-
ſecuta.

Siquidem aſſumptum procederet, quando Ca-
pitulum haberet aſſiſtentiam juris circa expellen-
dos Canonicos Familiares, & Officiales Epiſcopi:
ſecus quando aſſiſtentia juris eſt in contrarium,
quod nempe illi excludi non valeant a ferendo ſuf-
fragio in actibus, de quibus agitur; hoc enim ca- 35
ſu conſuetudo non dicitur facultativa, ſed coacti-
va, cum præcedat titulus aſſiſtentiæ juris, Poſth.
de Manuten. obſervat. 53. *numer.* 17. *Addend. ad
Gregor. deciſ.* 162. *num.* 16. Rota *dec.* 400. *num.* 4.
part. 4. *recent.*

Hæc erant quæ ſcribebam in hac Cauſa per
duas vices propoſita in Sacræ Rotæ Auditorio,
& juxta ea, quæ ſuperius per me deducta fuerunt,
emanarunt deciſiones *ſub die* 27. *Junii* 1704. *&*
9. *Februarii* 1705. coram clar. memor. Cardin.
Scotto.

SALAMANTINÆ CONVENTIONIS.

ARGUMENTUM.

Concurrentibus duobus ad Canonicatum obtinendum in Dataria Apoſtolica, ſi illi conveniant inter ſe, quod quiſquis eorum obtinebit, dabit alteri partem fructuum Canonicatus; an hujuſmodi Conventio ſimoniaca, vel non, cenſeatur?

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti ſpecies.*
2 *Pactum in Spiritualibus, vel Spirituali annexis Simoniam inducit.*
3 *Simoniacum eſt pactum, juxta quod uni datur titulus Beneficii, & alteri penſio.*
4 *Poteſt in contractum deduci, vendi, & cedi ſpes futuri doni, & rei incerta.*
5 *Promiſſio eſt ſimoniaca, quæ emanavit intuitu Spiritualis.*
6 *Simoniacum eſt ſponſione deponere Spirituale contra Temporale.*
7 *Simoniaca eſt conventio in electione Vicarii Capitularis, ut quiſquis ex Canonicis ſit futurus Vicarius, dividere teneatur cum aliis Canonicis Salarium Officii.*
8 *Spes Beneficii eſt materia Simoniæ.*
9 *Tranſactio non gratuita ſuper Beneficio ſimoniaca eſt.*

10 *Si-*

Digitized by Google

10 *Simonia tanquam delictum non præſumitur inter Nobiles.*

11 *Simonia non datur abſque mutua datione Temporalis pro Spirituali.*

12 *Ad excludendam ſimoniam multum valet præſumptio mutuæ amicitiæ inter Contrahentes.*

13 *Promiſſio gratuita inter amicos non inducit ſimoniam.*

14 *Poteſt fieri compoſitio ſuper Beneficio gratis, & amicabiliter abſque ſimonia.*

15 *Tranſactio non datur niſi aliquo hinc inde dato, vel recepto.*

16 *Simoniacum eſt, quando pactum expletur pro Beneficio obtinendo, & ſecus e contra.*

17 *Unuſquiſque donare poteſt, quod ſuum eſt, etiam in Beneficiis abſque ſimonia.*

18 *Circumſtantia occaſionalis non cauſat ſimoniam.*

19 *Quando non dicatur datum per viam Tranſactionis.*

20 *Nunquam refertur ad ſimoniam, quod ad aliam cauſam licite referri poteſt.*

21 *Non eſt ſimoniacum paciſci aliquam contributionem in certo caſu Beneficii obtinendi.*

22 *Refertur caſus Abbatiſſæ promittendis aliquid Monialibus, ſi eſſet futura Abbatiſſa abſque vitio ſimoniæ.*

23 *Compatibile eſt actum non eſſe ſimoniacum, ſed tamen illicitum.*

24 *In dubio judicatur pro excluſione ſimoniæ.*

25 *Diſtinctio inter caſum, quo unus alteri ex Concurrentibus ad Beneficium mutuo promittat penſione utſquis eorum obtineat, quando fiat ad tollendum impedimentum, vel non.*

26 *Reſponſum Navarri circa ſimoniam conventionalem quando Conventio fit, ne unus alteri ſit impedimento quoad impetrationem Beneficii.*

DISCEPTATIO CXXXVIII.

VAcato Canonicatu in Eccleſia Salamantina per obitum Joannis Sanchez Hernandez, cujus Collatio ſpectabat ad Sedem Apoſtolicam, adſpiratunt ad illum aſſequendum Ventura Palacios Ollo-
1 rio Decanus ejuſdem Eccleſiæ, necnon Joſeph de la Serna ipſius Decani Coadjutor; Dum autem uterque ſuas explebat diligentias in Dataria Apoſtolica, ut unuſquiſque ſibi obtineret proviſionem, interim pendente incertitudine quis eorum obtenturus fuiſſet Canonicatum, devenerunt ſimul ad Apocam conventionalem, in qua conventum extitit, ut quicunque ex ipſis obtinuiſſet proviſionem Canonicatus, ipſe Proviſus ad favorem alterius non Proviſi cedere deberet omnes fructus, & proventus Præſtimonii, ſeu Veſtuarii annexi eidem Canonicatui - *Coſi de Grani maggiori, o minori, come di Moſto, Vino, Maravedis, e di qualſivoglia altra coſa, che a detto Preſtamo, che ſi chiama Veſtuario poſſa toccare; e appartenere in qualſivoglia modo* --

Quam conventionem voluerunt Contrahentes eſſe reciprocam, & vitalitiam - *per il tempo della vita del Cedente, e Ceſſionario* - quæque incipere deberet tempore poſſeſſus prædicti Canonicatus obtinendi - *Senz' eſſer neceſſaria altra Scrittura, che la preſente, per la quale ſubito, e reciprocamente in detto caſo d' ottenerlo cediamo detti frutti a favore di quello, che non l' ha ottenuto, e ci obblighiamo in tutta forma al compimento di tutto cio ſi è eſpreſſato* -- & in proœmio Apocæ facta fuit expreſſio, quod uterque eſſet ſine Canonicatu, quodque devenichant ad iſtam conventionem: *ſenza deſiſtere nelle diligenze, e coll' animo che tutti due reſiſtiamo ſoccorſi, e con l' amichevole corriſpondenza, che ſino hoggi haveme conſervato.*

Obtinuit Canonicatum Decanus, qui tamen conventione, ſeu pacto adhuc non adimpleto, ſeu aſſecuto, dubitans propter illud aliquam contraxiſſet irregularitatem, recurſum habuit ad Datariam pro abſolutione cum diſpenſatione, ac rehabilitatione *quatenus opus eſſet ad cautelam*; ſed Congregatio Datariæ reſpondit, *nullam Irregularitatem contraxiſſe*, & propterea non eſſe ab ipſa Dataria dandam abſolutionem ad cautelam, cui Decanus non acquieſcendo, ut quiete, & abſque ſcrupulis vivere poſſet, porrexit ſupplices preces S. Pœnitentiariæ ſupplicando eam pro benigna declaratione; quæ reſponſum dedit, ut declaret Supplicans, an obtinuiſſet a Dataria abſolutione a Cenſura, & pariter celebraſſet in Cenſura: ſed ille reſpondit, ſe nullam abſolutionem obtinuiſſe, & bona fide celebraviſſe, quia non credebat ſe Irregularitatem contraxiſſe, & Sacra Pœnitentiaria reſcripſit - *pro abſolutione, & diſpenſatione ad cautelam* --

In hoc ſtatu memoratus Decanus Me requiſivit, ut in ſenſo veritatis exponerem, an ſuperius relata conventio fuerit ſimoniaca, vel non; unde Ego ad ſatisfaciendam requirentis deſiderio plene examinatis verbis Apocæ conventionalis, & mature reflectendo ad veritatem, cenſeo prout infra verius de jure reſpondendum.

Et quidem ad judicandam conventionem ſimoniacam plura urgere videbantur; Etenim poſita fuit in contractu ipſa res Spiritualis, ſeu Beneficialis nempe Canonicatus, ſeu ejus futura aſſecutio, & ſuper illa factum fuit pactum, ſeu conventio, juxta quam reciproce unus alteri ceſſit fructus, & proventus Præſtimonii, ſeu Veſtiarii, quod eſt annexum Canonicatui, in caſu quo unus, & non alter Canonicatum obtinuiſſet, quæ ceſſio, fructuum, & dimidiatio proven- 2
tuum Canonicatus, cum ſit pactum in ſpiritualibus, ſeu ſpirituali annexis, ſimoniam inducit, juxta Textus *in capitul. fin. de pact.* ibique Gloſſ. *in verb. ceſſare*, ubi quod in ſpiritualibus omnis pactio illicita, ſeu conventio ceſſare debet, quia hujuſmodi pactiones ſimoniam inducunt, & in *capitul. ſuper eo, & capitul. præterea de tranſact.* Pasſ. *de confident. quæſt.* 1. *numer.* 60. *& quæſtion.* 18. *numer.* 25. Dian. *coordinat. tom.* 5. *tractat.* 7. *de Simon. reſolut.* 24. *numer.* 1. Laym. *in Theolog. Moral. libr.* 4. *tractat.* 10. *capit. ultimo* §. 5. *ſub numer.* 58. Bonacc. *tit. de Simon. diſputat.* 1. *quæſt.* 4. §. 15. *numer.* 3. Suarez *de Relig. tom.* 1. *libr.* 4. *capit.* 51. *numer.* 6.

Hæc enim videtur fuiſſe tranſactio inter duos concurrentes ad Beneficium, juxta quam voluerunt inter ſe illud dividere, ut unuſquiſque participaret de commodo unius Beneficii, ut denotant verba illa - *E coll' animo, che tutti due reſiſtiamo ſoccorſi* - unde aſſimilatur tranſactioni, 3
qua mediante uni datur Titulus Beneficii, & alteri penſio ſuper eodem Beneficio, quod eſſe pactum omnino ſimoniacum, docet Text. *in capit. niſi eſſent de Præbend in illis verbis - Non quidem ex pactione partium* - ibique Fagnan. *num.* 3. *& ſeqq.* Immol. *numer.* 20. Panormit. *ſub num.* 8. & alter Text. *in capitul. conſtitutus, & capitul. ſuper eo de tranſactat.* Regloald. *in prax. for. penit. libr.* 23. *capit.* 11. *numer.* 148. Sanch. *conſil. Moral. libr.* 2. *cap.* 3. *dub.* 33. *num.* 1. *& ſeqq.* & ſignanter *num.* 4. *&* 5.

Nihil obſtante, quod nemo ex duobus præſtiterit factum proprium in cooperando, ut unus, vel alter Canonicatum obtineret, ſive ut unus deſiſteret ab ea prætenſione, quam fovebat, ad effectum, ut alter Canonicatum facilius aſſequeretur, dum expreſſerunt contrarium, ibi - *ſenza deſiſtere nelle diligenze* - in quibus terminis nullum intrare videtur vitium ſimoniæ, ex quo datum non apparet pro obtinendo Beneficio quid-

quid

quid conventum fuit; Quoniam ſicuti vendere Beneficium eſt ſimoniacum, ita etiam ſimoniacum videtur vendere, & reſpective emere aleam Beneficii in futurum aſſequendi, ſeu ſpem ipſius Beneficii obtinendi, promiſſa, conventa retributione temporali in dimidiatione, ſeu communicatione fructuum ipſius Beneficii obtinendi: ita unoquoque ex Concurrentibus ſibi aſſecurante participationem Beneficii, cujus conſequendi ſpem habebat, cum certum ſit poſſe in contractum deduci, necnon vendi, & cedi ipſam aleam, ſeu ſpem
4 futuri doni, & rei incertæ ab incerto eventu dependentis, ut ſunt Textus aperti *in leg. nec Emptio ff. de contrahend. empt. & in leg. ſpem Cod. de donat. ibique gloſ. in verb. futura actionis in fin.* Mantica *de Tacit. libr. 4. titul. 10. numer. 4. & libr. 13. titul. 26. numer. 26.* ubi quod etiam ſola ſpes æſtimatur, ejuſque conſideratio habetur per Textus *in leg. ſi actum reddis ff. de action. Empti, & in leg. nam hoc modo ff. de hæredit. vel action. vendit.* Rota coram Merlin. *deciſion. 568. num. 8. & 10.*

Dum itaque Contrahentes ſpem, quam habebant, conſequendi Beneficium deduxerunt in contractum, & ſuper illa fecerunt conventionem mutuæ participationis, & communicationis Beneficii obtinendi per traditionem fructuum, & proventuum Præſtimonii, ſeu Veſtiarii, quod erat pars fructuum ipſius Canonicatus obtinendi, nihil aliud egiſſe videtur, niſi tranſire, & ſe concordare ſuper Beneficio obtinendo, cujus proinde incerta ſpes favore unius, vel alterius fuit illa, quæ cauſam dedit conventioni, & pacto, & conſequenter ipſa ſpes Beneficii fuit materia tranſigendi, perinde ac ſi tranſactum fuiſſet ſuper Beneficio mediante retributione temporali ejus fructuum uni, vel alteri ex tranſigentibus promiſſorum, quæ promiſſio ſimoniaca eſt quoties intui-
5 tu rei Spiritualis emanavit, nempe ſuper ſpe Beneficii aſſequendi, quæ ſpes, & alia tamquam pretio æſtimabilis poteſt in contractum deduci: & in caſu iſto videtur hinc inde venditus pro temporalitate fructuum ipſius Beneficii ſperati, ut quod ſimonia importet commutationem, & excludat Contractum gratuitum, probat Textus *in Canon. gratia 1. quæſt. 1.* D. Thomas *2. 2. quæſtion. 10. artic. 1.* Paſſerin. *de elect. capit. 7. numer. 31.* Reginal. *in prax. for. pœnitent. libr. 23. quæſt. 3. numer. 146.* ubi quod ſimonia eſſe cenſetur, ſponſione deponere Spirituale contra Tempora-
6. lo, quia talis ſponſio eſt contractus non gratuitus, ponendo exemplum, ſi quis centum aureis cum Epiſcopo certet, quod non dabit ſuo Filio aliquod Beneficium.

Niſi enim illi fuiſſent Concurrentes ad Beneficium, & ſpem habuiſſent illud conſequendi, ad hujuſmodi pactum, ſeu conventionem non deveniſſent; Idenque ſemper verum eſt fuiſſe tranſactum ſuper materia Beneficii mediante Compoſitione ſuper incertitudine, & alea quis eorum conſecuturus fuiſſet Canonicatum, quem ſperabat, & Contractus ſemper remanet non gratuitus, ſed. onerofus, data promiſſione Temporalis pro ſpe Spiritualis, & in ſumma poſita in Contractum dimidiatione Beneficii inter duos, quod unus tantum aſſequi debebat, prout indicant relata verba = *E coll' animo che tutti due reſtiamo ſoccorſi* = ut de Canonicis, qui Sede vacan-
7 te tenentur eligere unum de gremio pro Vicario Capitulari, quod ſimoniaca ſit Conventio, juxta quam quicunque eorum eligatur in Vicarium, teneatur dividere cum aliis Canonicis ſalarium, & emolumenta Officii Vicariatis, firmatur Navarr. *conſil. 2. num. 1. & 2. ne Prælati vices ſuat.* Quarant. *in Summ. Bullar. in verb. Capitulum Sede Vacante numer. 7.* Sbrozz. *in Offic. Vicar. in addit. ad quæſt. 60. libr. 1.* Garz. *de benefic. part. 5. capit. 4. numer. 16.*

Et propterea nihil refert, quod nemo ex Contrahentibus promiſerit factum, vel non factum proprium ſuper Beneficio obtinendo; immo unuſquiſque eorum declaraverit nolle deſiſtere ab illa prætenſione, quam habebat obtinendi pro ſe ipſo Beneficium, quia ſatis eſt, quod ſe obligaverint unus, & alter participare proventus Beneficii ſuper ſpe, quod unus, vel alter illud obtenturus fuiſſet; nam mutua promiſſio Contractum facit oneroſum ſuper ſubjecto ſimoniæ, ut eſt Beneficium, ſeu (quod idem videtur) ſpes Benefi-
cii, quæ ſemper eſt materia ſimoniæ capax reci- 8
piendi obligationem, juxta relatum principium, quod etiam ſpes futuri doni poteſt emi, & obligari, & promitti, ad Text. *in leg. obligationes, & leg. Et quæ nondum ff. de pignor. & leg. Interdum ff. de verb. obligat.* & in ſubjectis terminis Vallen. *de benefic. libr. 2. titul. 1. numer. 19. verſic. in confeſſo*, recurrente ſuperius adducta
ratione, quod ſi tranſactio ſuper Beneficio non 9
gratuita omnino cadit ſub cenſura ſimoniæ, juxta Textus *in capit. ſuper eo de Tranſaction.* Ergo etiam cadit iſta, ſive Compoſitio, ſive Conventio ſuper ſpe Beneficii conſequendi inter duos ad illud concurrentes, & adſpirantes per modum, ſeu viam aleæ incertæ Proviſionis, ſeu Gratiæ Apoſtolicæ, quæ pendet ex arbitrio Summi Pontificis, juxta requiſita Concurrentium, & gratificationem ab ipſo faciendam.

Pro contraria tamen ſententia graves inſurgunt rationes ad excludendam quancunque labem ſimo-
niæ; Præmiſſa enim regula, quod agitur de ma- 10
teria delicti graviſſimi inter Nobiles Eccleſiaſticos, Decanum, & Coadjutorem Cathedralis Salamantinæ, ad cujus delicti excluſionem jura noſtra inclinant cum omni poſſibili interpretatione in contrarium, ut per Textus *in leg. Merito ff. pro ſocio*, Pariſ. *de reſignat. libr. 14. quæſtion. 7. numer. 55. & 57.* Rota *deciſion. 101. numer. 10. poſt primum Volumen conſil.* Farinacc. & coram Buratt. *deciſ. 445. numer. 3. & in Aſten. Prioratus ſuper Inſtitut. 7. Decembris* 1708. coram Reverend. Aldovrando, ibi *Maxime ad evitandam labem ſimoniæ, pro cujus excluſione capienda eſt omnis interpretatio, ſufficitque ſola poſſibilitas in contrarium.*

In propoſito nulla videtur conſiderabilis labes ſimoniæ, quando nemo ex Contrahentibus jus habebat in Beneficio, neque in re, neque ad rem conſiderabile: ſed unuſquiſque fovebat ſpem omnino incertam, & dependentem ex mera gratia Summi Pontificis, in qua incertitudine, ſi unus alteri promiſit contribuere partem reddituum Beneficii aſſequendi, iſta fuit mera promiſſio gratuita, ſeu mera donatio reciproca inter Amicos ex mero amicitiæ impulſu producta, ut præſeferunt verba = *E coll' animo, che tutti due reſtiamo ſoccorſi, e coll' amichevole corriſpondenza, che ſin' hoggi havemo conſervato* = In qua promiſſione cum nemo dicatur habere voluntatem emendi, vel vendendi aliquid Spirituale, vel Spirituali annexum, juxta definitionem ſimoniæ apud Gloſſ. *in Summ. 1. quæſtion. 1. in verb. quidam*, quia nemo temporalitatem fructuum promiſit, ut alter ab altero Beneficium conſequeretur directe, vel indirecte mediante facto, ſeu non facto, pro-
pterea deficit requiſitum ſimoniæ, quæ ſine mu- 11
tua datione Temporalis pro Spirituali nunquam contracta eſſe poteſt, Navarr. *conſil. 5. num. 1. de Simon.* Pariſ. *de confid. quæſt. 41. numer. 9.* Regin. *in prax. for. pœniten. lib. 23. capit. 18. numer. 255.* Navarr. *in Summ. Bullar. part. 1. Comment. 118.*
numer. 16. in fin. ubi quod ad excludendam ſimo- 12
niam plurimum valet præſumptio mutuæ amicitiæ inter Contrahentes, Azzor *Inſtitut. Moral. lib. 12. cap. 23. litt. F.* Navar. *in Comment. ad Conſt. Gregor. XIII. notab. 12.*

Hoc autem in ſubjecto caſu probat Textus *in*
Canon. Gratia 1. quæſt. 1. ubi dicitur = *Simonia-* 13
ci autem non gratis accipiunt = Si igitur inter Amicos, & Confidentes facta fuit promiſſio in

caſu

caſu eventuali; ſi unus vel alter obtineret Beneficium, contribuendi favore ejus, qui non obtinuit, partem fructuum Beneficii, iſta promiſſio eſt mere gratuita, & ſimplex donatio, quam Amicus facit Amico de propriis bonis acquirendis in caſu incerto futuræ acquiſitionis, perinde ac ſi aliquis promiſiſſet proprio Amico dare ſibi aliquas merces, ſi Navis ex Aſia venerit; & ſic aliud conſiderari non poteſt, niſi donatio gratuita, abſque eo quod ille qui recipit temporale, contribuat aliquid pro ſpirituali, ut probat allegatus Textus *in cap. Super eo quod de Tranſact.*
14 ubi quod poteſt fieri Compoſitio gratis, & amicabiliter occaſione Eccleſiaſtici Beneficii, neque hæc vocatur tranſactio, quæ non procedit niſi aliquid
15 hinc inde dato, vel remiſſo, ad Text. *in leg. Tranſactio Cod. de Tranſaction.* Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 23. *capit.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 148. & optime Dec. *conſ.* 118. *num.* 3. ibi -- *Non ergo poteſt dici ſimonia, cum hic non detur, vel promittatur pro aliquo jure Spirituali &c. Sed fuit ſpontanea voluntas* --

Nihil obſtante quod facta fuerit hujuſmodi promiſſio inter duos Concurrentes occaſione Beneficii, cujus conſequendi ſpem habebant, & ſic omne pactum in Spiritualibus, vel Spirituali annexis ſimoniam inducat, quia propoſitio hæc fundata in diſpoſitione Sacrorum Canonum in *cap. final. de pact.* procedit quando pactum, & conventio explent pro Beneficio obtinendo, ibi -- *Pactiones*
16 *facta a vobis, ut audivimus pro quibuſdam Spiritualibus obtinendis, cum in hujuſmodi omnis pactio, omniſque conventio debeat omnino ceſſare, nullius penitus ſunt momenti* -- & ita intelligitur Textus *in cap. Conſtitutus, & in cap. Super eo de Tranſact.* Secus autem eſt, quando aliquid datur ex redditibus Beneficii, non tamen pro Beneficio ipſo obtinendo, dum qui recipit neque dat Beneficium, neque cedit jus, quod habet in Beneficio, neque cooperatur, vel non cooperatur, ut alter obtineat Beneficium, juxta terminos diſputati caſus; tunc enim talis pactio non eſt prohibita, neque ſimoniaca, ut declarat Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 23. *ubi ſupra numer.* 149. ibi -- *nec obſtat, quod in eodem jure ſimpliciter, & abſolute improbetur omnis pactio in Spiritualibus &c. Nam intelligendi ſunt ii Canones, & alii ſimiles de pactione inhoneſta &c. ideſt de pactione, in qua turpiter Temporale datur pro Spirituali in hujus injuriam* --

Nec ſane perſuaderi poteſt ubi conſiſtat vitium ſimoniacum in hujuſmodi promiſſione, juxta quam nihil aliud egerunt Contrahentes, quam exercere liberalitatem inter Amicos de illo, quod uni, vel alteri eventualiter ſibi contigiſſet ex gratia futura, & incerta Summi Pontificis ad effectum, ut unus participaret alteri partem fortunæ ſuæ, cum uterque nullum poſſideret Canonicatum, & uterque ſubſidio indigeret ibi -- *Ritrovandoſi l' uno, e l' altro ſenza Canonicato &c. e coll' animo, che tutti due reſtiamo ſoccorſi, e coll' amichevole corriſpondenza che ſino a hoggi havemo conſervata* -- nemo enim donare prohibetur, quod ſuum eſt, & participare alteri commodum alicujus fu-
17 turi eventus, dummodo qui participat, & recipit non contribuat ad Spirituale, ſuper quo conſiſtit ſimonia, non aliter verificabilis, niſi in mutua correſpectivitate Spiritualis, & Temporalis, quod hic omnino deficit, deficiente in utroque ex Contrahentibus datione, & receptione Spiritualis pro Temporalitate redituum ipſius Spiritualis, juxta Textus in *Canon. qui ſtudet* 1. *quæſt.* 1. *& capit. cum pridem de pact. & capit. quæſitum de rerum permutat*, Paſſerin. *de electio. capit.* 7. *numer.* 32. Rota coram Seraphin. *deciſ.* 1029. *numer.* 8. *& in recent. deciſion.* 93. *numer.* 6. *&* 12. *part.* 4. *tom.* 2. & coram Gregor. *deciſion.* 517. *num.* 33.

Neque difficultatem movet circumſtantia, quod agatur inter Concurrentes ad Canonicatum vacantem, quodque Conventio iſta non emanaſſet, niſi uterque ad Beneficium adſpiraſſet; hoc enim conſiderabile foret ſi unus, vel alter Jus habuiſſet ſuper Beneficio, vel promiſiſſet aliquod factum vel non factum proprium, quo mediante unus, vel alter facilius obtinere potuiſſet Beneficium; nam de cetero his deficientibus ſemper deficit ex parte dantis, & recipientis mutua datio, & receptio Spiritualis pro Temporali, & conſequenter vitium ſimoniæ, ita & taliter, quod circumſtantia Contra- 18
hentium, quod eſſent Concurrentes, ſit mere occaſionalis, quæ in nulla conſideratione habetur, ut tradunt Ancharan. *in cap. Acceſſorium ſub numer.* 16. *verſ. præterea de regul. jur. in* 6. Rota *deciſion.* 142. *num.* 25. poſt Merlin. *de pignor. & deciſion.* 177. *num.* 8. coram Cavill. & in terminis Bonacin. *tom.* 1. *tit.* 2. *de Simon. diſput.* 1. *quæſt.* 1. *ſub. nu.* 6. ibi -- *Simoniam non ſemper committi, dum Temporale traditur occaſione Spiritualis, ſed dum Temporale traditur tanquam pretium rei Spiritualis* --

Minus iſta Conventio intelligi valet in linea tranſactionis ſuper Beneficio aſſequendo, quia de natura tranſactionis eſt, ut lis præcedat, aut ſaltem immineat inter duos, qui jus aliquod habe- 19
re prætendunt, ſive in re, ſive ad rem; ubi autem tale jus non concurrit, neque lis, aut timor litis numquam applicari poſſunt termini tranſactionis deficiente ejus ſubſtantia, quæ in lite, & jure litigioſo conſiſtit, prout in caſu iſto contingit, ubi Concurrentes ad Canonicatum nullum jus habebant deducibile in Judicium, & mediante lite experiendum, ad Textus *in leg.* 1. *ff. de Tranſact. & in leg.* 2. *Cod. eodem* Faber. *in Cod. lib.* 2. *tit.* 4. *defin.* 5. *numer.* 3. Rot. cor. Cerro *deciſ.* 164. *numer.* 9. *&* 10. *& cor.* Anſal. *dec.* 39. *num.* 7.

Nec pariter conſiderari valet emptio, & venditio ſpei ſuper Beneficio aſſequendo, quæ ſpes cedi, vendi, & obligari poteſt, itaut tantum videatur contribuere pro Spirituali, ſeu Beneficio, quantum pro ipſa ſpe Beneficii aſſequendi; Etenim ex conventione, ut unus qui obtineret, communicaret alteri, qui non obtineret Canonicatum, inferri non poteſt emptio, & venditio ſpei ſuper Beneficio eventualiter ab uno, vel altero ex Concurrentibus ſperato, ſed ſolum eventus ſpei poſitus fuit pro conditione contributionis faciendæ, præſertim quando iſta non in pretium ſpei promiſſa legitur, ſed ut ambo Contrahentes, qui Canonicatum non habebant æqualiter proviſi remanerent ex titulo amicitia, ibi -- *coll' animo che tutti due reſtiamo ſoccorſi, e coll' amichevole corriſpondenza, che ſin' hoggi havemo conſervato* -- itaut promiſſio, & contributio 20
ad indigentiam, & amicitiam, quæ expreſſa fuit, referenda ſit, non autem ad pretium ſpei ſuper Beneficio emptæ, & venditæ, ut per Textus *in cap. Etſi quæſtiones de Simon.* tradit Bonacin. *ubi ſupra diſp.* 1. *quæſt.* 1. §. 2. *ſub num.* 2. *verſic. Item attendenda*, Faria. *conſil.* 180. *nu.* 2. *ibique* Angel. Aodoſil. *num.* 20. Rota cor. Puteo *deciſ.* 479. *num.* 2. *lib.* 2. Navarr. *conſil.* 24. *num.* 2. *de Simon.*

Hinc quod paciſci contributionem aliquam favore alterius in certo caſu, & evento Beneficii obtinendi non ſit obnoxium vitio ſimoniæ, pro- 21
bat in fortioribus auctoritas Farinaccius *dicto conſil.* 180. *numero* 1. ubi agit de caſu, quo Moniales antequam elegeretur in Abbatiſſam per Capitulum Monialium, promiſerat duabus Monialibus, quæ erant vocales Capituli certam ſummam pecuniariam ſub conditione -- *Si ero Abbatiſſa* -- & conſultus pro veritate, an illa fuiſſet electa 22
per ſimoniam, negative reſpondit, ea ratione, quod non promiſerat pecuniam pro voto habendo, ſed imperſonaliter -- *Si ero Abbatiſſa* -- qui eſt caſus fortior, ubi illæ duæ Moniales hoc modo alliciebantur ad dandum votum ſpe lucri conſequendi: & ibi addit Farinaccius, quod ut ſi-

monia

monia commiſſa dicatur, non ſolum requiritur, ut aliquid Temporale detur, vel recipiatur pro Spirituali, ſed oportet etiam ut detur, & recipiatur principaliter, non autem minus principaliter, ſecundario, & ex quadam cauſa impulſiva, juxta Gloſſ. *in capitul. Cum eſſent in verb. promiſerat verſic. dummodo principaliter de Simonia & in capitul. Cum ad noſtram in verb. ad ſpem de electian.* cum aliis apud Navar. *in Manual. capit. numer.* 101. *& conſil.* 14. *numer.* 4. *de Simon.*

Nulla autem ex auctoritatibus ſuperius pro contraria parte allegatis eſt ad caſum applicabilis; non quidem Reginaldus, qui agit caſum ſponſionis cum Epiſcopo in ſcutis 100. quod non dabit filio ſuo Beneficium, in quo caſo datur pecunia Collatori, qui allicitur ad dandum Beneficium, ſeu Spirituale pro acquirendo Temporali, ac etiam pro evitanda reſpective jactura Temporalis, & ſic etiam inapplicabiles remanent auctoritates relatæ in *numer.* 7. veluti loquentes de conventione inita cum Canonicis Electoribus, ut quicunque eorum eligeretur in Vicarium teneretur dividere Salarium, & Emolumenta Officii cum ipſis Canonicis Electoribus: iſte enim uterque caſus ſimoniacus eſt ob pactum burſale, ſeu pecuniarium cum Electoribus, & Collatore Beneficii; nempe Epiſcopo.

Ego in conſpectu omnium pro una, vel altera ſententia hactenus deductorum, ut verum fatear, aliquem ſenſi mentis tumultum, incertus quid reſolverem in hac ſuſpectiſſima materia: ſed demum in benigniorem, & æquiorem partem deſcendere mihi viſum eſt, verius credendo, & judicando promiſſionem, ſeu conventionem, de qua quæritur, non fuiſſe ſimoniacam, quidquid
23 ſit an fuerit illicita, quia compatibile eſt actum non eſſe ſimoniacum, ſed tamen illicitum, ut ſcripſi *de controverſ. Patron. allegat.* 67. *num.* 37. *& ſequentib. tom.* 2. prævalentibus apud me rationibus pro hoc parte ſuperius inſinuatis, neque eſt ſcrupolizzandum ubi ipſa deficit definito ſimoniæ, quæ eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi pretio rem Spiritualem, vel Spirituali annexam, in quo ſenſu intelligitur Contractus non gratuitus, juxta Text. *in Canon. Gratia* 1. *quæſt.* 1. in verbis ſupra relatis -- *Simoniaci autem non gratis accipiunt* - & late Marant. *reſponſ.* 44. *numer.* 24. *& ſequentib. part.* 4. & in terminis Dian. *coordin. tom.* 6. *tractat.* 4. *reſolut.* 81. *numer.* 4. ac etiam quia movet me receptiſſimum, ac ſolidum principium, quod in materia delicti, & ſimoniæ ſatis eſt rem eſſe dubiam, ut quatenus Ju-
24 dicium cujuſcunque ſtatet in dubio, pro excluſione ſimoniæ veniat judicandum, ut bene concludit Angel. Andoſill. apud Farinacc. *dict. conſil.* 180. *numer.* 21. Suarez *libr.* 4. *de ſimon. capit.* 36. *numer.* 10. Rota coram Puteo *deciſ.* 440. *numer.* 2. *libr.* 1. Marant. *dict. reſponſ.* 44. *numer.* 42. *part.* 4. Rota coram Millino, *deciſion.* 104. *numer.* 6. *&* 7.

Poſt hæc ſcripta inveni auctoritatem Navarr. *conſ.* 40. *de ſimon.* ubi erat caſus, quod vacante Beneficio, Titius, & Joannes ſatagentes illud impetrare, *ne alter alteri eſſet impedimento*, pactum inierunt, quod alter eorum, qui impetrarat, daret aliquam penſionem alteri, qui non poſſet impetrare. Obtinuerat Titius Beneficium, & recuſavit dare penſionem promiſſam Joanni, cui tamen promiſit dato caſo Vacationis alterius Beneficii, ſe illud non petiturum, ſed omnem ſuam operam præſtiturum, quo poſſet Joannes obtinere. Mox data Vacatione alterius Beneficii, Titius juxta promiſſum ſcripſit litteras in favorem Joannis, qui obtinuit hoc alterum Beneficium.

Requiſitus ſuper impetratione primi, & ſecundi Beneficii Navarr. *dict. conſ.* 39. quoad primam cenſuit nullam incurſam fuiſſe ſimoniam ſaltem
25 realem motus ex duplici motivo, tum quia Conventio prædicta non fuit cauſa, ut Titius obtineret Beneficium, ſed favor major quo favebatur, tum etiam quia Conventio non fuit ab utraque parte completa, quia Titius noluit conſentire Penſioni; Sed iſte caſus ita deciſus per Navarr. non applicatur ad iſtum, ſuper quo Ego ſcripſi, dum Conventio facta non fuit - *ne alter alteri eſſet impedimento quoad impetrationem Beneficii*, quod redolet ſimoniam conventionalem ob
promiſſionem hanc negativam, quæ cooperatur ad 26
acquirendum Beneficium, dimiſſa æmulatione adverſativa, & inita Societate, juxta illud Mutiani apud Tacitum *libr.* 2. *Hiſtor.* ibi -- *ne tamen ſocium ſpreveris, quia æmulum non experiris* -- ſed immo Conventio facta fuit in contrarium, ut nempe unuſquiſque ex duobus Concurrentibus proſequeretur, ut prius, ſuas incumbentias, & diligentias pro acquirendo ſibi ipſi Canonicatum ibi - *Senza deſiſtere nelle diligenze* - ut habetur ſupra *ſub numer.* 3. & ſic ceſſet quæcunque ſpecies ſimoniæ etiam conventionalis, de qua videtur dubitaſſe Navarrus in ſuo caſu, mediante illa reſponſione. *Nullam incurſam fuiſſe Simoniam ſaltem realem*, propter eam circumſtantiam Conventionis initæ -- *ne alter alteri eſſet impedimento* -- licet ipſe brevibus verbis ſe expediat *in eo Concilio* non diſcuſſis rationibus ſuper puncto ſimoniæ conventionalis, & adductis tantum duabus facti circumſtantiis ad excluſionem ſimoniæ realis, quarum utraque etiam verificatur in caſu iſto.

FIRMANA QUINDENNIORUM.

ARGUMENTUM.

Quindennium non debetur ex unione beneficiorum facta per Summum Pontificem pro erigendis, & dotandis Canonicatibus Eccleſiæ Collegiatæ.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſpecies.*
2 *Non datur reſtitutio in integrum contra judicatum juſtum.*
3 *Non debetur Quindennium ex unione beneficiorum facta pro erigendis Canonicatibus,* & num. 5.
4 *Quindennium qua ratione debeatur.*
6 *Non debetur ſimul Quindennium, & Annata propter unionem.*
7 *Debetur Quindennium ex unione facta Maſſa diſtributionum Capituli.*
8 *Annata non debetur pro Diſtributionibus.*
9 *Ut debeatur Quindennium, neceſſe eſt probare, quod beneficium unitum excederet ducat.* 24.
10 *Etiamſi plura beneficia ſint unita uni, vel pluribus Beneficiis Collativis.*
11 *Obſervantia declarat Quindennium non deberi.*
12 *Deducitur etiam ex non facto.*

DISCEPTATIO CXXXIX.

EXiſtentibus tribus Beneficiis, ſeu Rectoriis in Terra S. Elpidii ſub titulo San. Michaelis, Andreæ, & Bartholomæi Anno 1591. quinto Idus Octobris ad inſtantiam Communitatis ſanæ memor. Gregorius XIV. illas incorporavit, & univit Parochiali Eccleſiæ S. Elpidii, quam in Collegiatam e-
rexit cum numero decem Canonicorum cum totidem Præbendis, ac duorum Vicariorum perpetuorum una cum Archipresbytero, qui Mozzettam coloris violacei geſtaret, & caput Collegiatæ exiſteret, reſervato Sedi Apoſtolicæ Jure providendi hæc beneficia contingente vacatione in menſibus reſervatis, 1

prout

prout in executionem Bullæ Erectionis Collegiatæ ex redditibus hujuſmodi beneficiorum unitorum ſimul cum illis Eccleſiæ Parochialis conſtituta fuit dos ſingulis Canonicatibus, & Beneficiis ipſius Eccleſiæ, quæ ab inde citra per Sedem Apoſtolicam proviſa ſemper fuerunt in menſibus reſervatis.

Fere poſt Centenariam inſurrexerunt Officiales de Annatis participantes excitando prætenſionem exigendi Quindennia ſupradictarum trium Rectoriarum, quarum redditus, ut ſupra, fuerunt converſi in dotem Canonicatuum, & Beneficiorum Eccleſiæ Collegiatæ, & introducta cauſa coram R. P. D. Litta olim Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & Judice Annatarum, re mature diſcuſſa emanavit ſententia ſub die 8. Aprilis 1693. declarans Capitulum, & Canonicos, & Beneficiatos Eccleſiæ Collegiatæ non teneri ad ſolutionem Quindenniorum cauſa, & occaſione unionis, & reſpective erectionis in Collegiatam, illos abſolvendo ab impetitis.

Poſt tranſitum hujus ſententiæ in rem judicatam ob ſilentium, & acquieſcentiam 20. annorum, eadem quæſtione reſurrexit, & dato dubio *in plena Camera*, an conſtaret de re judicata, Ego ſcribens pro Capitulo Collegiatæ affirmative reſolvendum eſſe dicebam, attenta juſtitia rei judicatæ, ob quam ceſſat læſio, nec propterea
2 reſtitutioni in integrum locus eſſe valebat, Rota *in Ravennaten. taxæ* 10. *Decembris* 1706. §. *Prabuit*, *&* *in Romana Cambii* 20. *Martii* 1709. §. *Et ſane* coram bonæ memoriæ Mulines, *& in Majoricen. Beneficii* 9. *Martii* 1711. §. *Res namque judicata*, coram bonæ memoriæ Caffarello.

Etenim prætenſio Dominorum Annatiſtarum ſiſtebat in eo principio, quod cum unio facta fuerit Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ, & propter unionem amplius non ſolvatur Annata ex fructibus Beneficiorum unitorum, quæ per unionem amplius non vacant, nec providentur per Datariam Apoſtolicam, inde ſequeretur, quod ad recompenſandum damnum ceſſationis Annatarum, Quindennia deberentur.

Et tamen ruebat prætenſio, dum Summus Pontifex redditus trium Rectoriarum non univerat ad
3 Maſſam diſtributionum Capituli, ſed ad effectum dotandi, & erigendi alia nobiliora Beneficia, ut ſunt Canonicatus, necnon duas perpetuas Vicarias, in quibus terminis ceſſabat ratio exigendi Quindennia, ex quo per talem unionem non fuit extincta vacatione Beneficiorum in effectu, ſed fuit facta ſimplex ſubrogatio Canonicatuum, & Vicariarum in locum Rectoriarum, quæ in diverſis Eccleſiis exiſtebant, & per conſequens, ſicut prius ante unionem vacabant Rectoriæ, & in Proviſionibus Apoſtolicis ſolvebatur Annata, ita etiam poſt unionem vacant eædem Rectoriæ tranſfuſæ, ſeu erectæ in Canonicatus, & Præbendas cum eadem ſolutione Annatarum, & ſine ullo præjudicio Cameræ, aut Cancellariæ, juxta regulam generalem ſubrogationis, de qua Gratianus, *diſceptat.* 624. *numer.* 10. Rota coram Emerix Jun. *deciſion.* 1088. *numer.* 5. *&* 6. *& deciſion.* 1181. *numer.* 30. *& in recent. deciſion* 196. *numer.* 15. *part.* 19. & optime in *deciſion.* 338. *numer.* 7. *part.* 5.

Ideoque a ceſſante ratione ceſſabat omnino fundamentum petendi Quindennia, ſi enim antiquæ Rectoriæ per unionem transformatæ in Canonicatus in Proviſionibus Apoſtolicis ſolvunt Annatam, utique non poterat, nec debebat introduci ſolutio Quindenniorum, quæ locum habent quando ceſſat Annata, & ad reſtaurandum damnum quod patitur Camera, & Cancellaria propter deficientem Annatam ex defectu vacationis Beneficiorum unitorum, ut aperte diſponit Bulla Sixti V. in 13. §. 2. ibi = *Propterea quoniam Quindennorum uſus, & ſolutio ratione beneficiorum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio amplius non ſperatur, & propterea damnum ex hoc Camera Apoſtolica, & Collegio Cardinalium, & Romanæ Curiæ Officialibus prædictis emergentibus ſortiatur* = quam rationem conſiderat Capon. *controv.* 32. *numer.* 5. *& ſeqq.* ibi = *Cauſa finalis Conſtitutionum fuere ne Annatiſtis, & Camera Apoſtolica ſortiretur detrimentum, quod patiebantur ex unionibus, & diſmembrationibus factis de beneficiis, quæ prius vacabant, & Annatas Dominis Annatiſtis ſolvere conſueverant, cum deinde ob eorum uniones perpetuas amplius vacare non poſſint.*

Cauſa quippe finalis quare Quindennium fuit introductum non conſiſtit in qualibet unione materiali, ita & taliter quod ſufficiat dicere *beneficium eſt unitum, ergo debetur Quindennium*: ſed 4
conſiſtit in qualitate, & natura unionis, quando ſcilicet ſit productiva hujus præjudicii, & damni quoad Cameram, & Cancellariam in ordine ad Annatas, quæ ceſſent per ceſſationem, & extenſionem vacationis Beneficiorum, ut præter adductos concordant Amayden. *de ſtyl. Datariæ capit.* 18. §. 4. *ſub numer.* 21. Cardin. de Luca *de benefic. diſc.* 139. *numer.* 6. Rota coram Seraphin. *deciſion.* 1405. *per tot.* ubi autem unio non ſit manui mortuæ, ſed Beneficio vacabili, quia nempe de uno Beneficio ejuſque fru- 5
ctibus mediante unione erigitur alterum Jure quodam ſubrogationis, tunc remanet eadem vacatio, & ſolvitur eadem Annata, mutato tantum nomine Beneficii, ut in puncto quod ubi ſit unio Dignitati, ſeu Beneficio vacabili non ſolvatur Quindennium, firmat Tondut. *de penſation. capit.* 10. *numer.* 20. Filliucc. *tractat.* 41. *de benefic. cap.* 6. *num.* 59. ibi = *Quarto ſi quod Beneficium unitum ſit alteri, ut Dignitati, quia hæc vacabilis eſt JAM NON EST SOLVENDUM QUINDENNIUM DE BENEFICIO UNITO ALTERI VACABILI, unde in Conſtitutionibus citatis dicitur, ut ſolvatur ex beneficiis unitis in perpetuum non amplius vacaturis* = Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *libr.* 7. *capit.* 13. *quæſt.* 4. ibi = *An Quindennium ſolvi debeat ex quibuſvis in perpetuum unitis, verbi gratia aliquando Beneficium annectitur certæ Eccleſiaſticæ Dignitati, veluti Præpoſituræ; reſpondeo Pontificias Conſtitutiones de Quindennio ſolvendo locum habere in beneficiis, quæ annectuntur Collegiis &c. ex beneficiis unitis in perpetuum non amplius vacaturis; tale autem beneficium non habetur, quod eſt unitum Dignitati, nam licet in perpetuum annexum VACARE TAMEN SOLET una cum ipſa Dignitate cui annectitur, & adhæret* = & concordant de Marinis *quotid. reſolut. cap.* 835. *num.* 5. *lib.* 2. Panimol. *deciſ.* 4. *num.* 9. Rota *deciſ.* 474. *num.* 19. *part.* 9. *recen.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 4. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 13.

Alias enim reſultaret finis contrarius Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſi Quindennia ſolvi deberent de beneficiis non ſolum unitis alteri beneficio vacanti, ut loquuntur *præadductæ auctoritates*, ſed quod magis eſt de illis, ex quorum bonis aliud erigitur beneficium vacans, quæ eſt mera 6
ſubrogatio, ſequeretur etenim, quod Camera, & Cancellaria exigeret ſimul Quindennium, & Annatam pro uno, eodemque beneficio, quod reſpectu Annatæ acciperetur *uti vacans*; & reſpectu Quindennii acciperetur *uti non vacans*, quod ſane eſſet imponere onus duplicatum, & lucrari per unionem non autem conſervare Cameram, & Cancellariam indemnem, reſtaurando ejus damnum, ad quod ſolum reſpexerunt Conſtitutiones Apoſtolicæ, ut in prima Conſtitutione Pauli II. *Conſtitut.* 60. ibi = *In Camera Apoſtolica, vel aliorum præjudicium non redundet* = & inferius ibi = *Nos quorum intereſt dictæ Cameræ, Collegii, & Officialium indemnitati proſpicere volentes* = & in Conſtitut. Pii V. 38. §. 3. ibi = *Quindenniorum uſus, & ſolutio, ideo adinventa ſunt ne Camera prædicta ex Eccleſiaſticorum Beneficiorum unionibus, quæ amplius vacare non ſperantur* = & in alia Sixti V. 53. §. 2. ibi = *Præterea quoniam*

Quin-

Quindenniorum uſus; & ſolutio ratione beneficiorum unitorum conſtituta ſunt, quia illorum vacatio amplius non ſperabatur, & ex hoc propterea damnum Cameræ &c. reperiatur = Capon. *diſceptat.* 32. *numer.* 5. *& ſeqq.* Antonell. *de tempore legal. libr.* 2. *capit.* 26. *numer.* 13. Pariſ. *de reſignat. libr.* 4. *quæſt.* 10. *numer.* 4. & optime in puncto Amayden. *de Stylo Actor. capitul.* 18. §. 4. *numer.* 21. Ibique Cardin. Ferratin. *ſub numer.* 20. *verſic. Alia eſt facultas*, ubi quod Quindennium non debetur ex unione Beneficiorum facta Parochialibus, in quarum proviſione ubi ſpectat ad Sedem Apoſtolicam exprimuntur fructus cum augumento uni-
7 torum pro quibus omnibus ſolvitur Annata; ſecus autem in unione facta Maſſæ Capituli Cathe-
8 dralis, aut Collegiatæ pro augendis diſtributionibus quotidianis, pro quibus non ſolvitur Annata, Gonzal. *ad regul.* 8. §. 7. *proœm. numer.* 66. Tondut. *de Penſ. cap.* 10. *num.* 4. & ſic debetur Quindennium.

Ex alio inſuper fundamento dicebam Quindennia non deberi, quia nempe cum ſint ſubrogata in locum Annatæ ad reſtaurandum damnum Cameræ, *ut ſupra* Domini Annatiſtæ habebant onus concludenter probandi, quod tres Recto-
9 riæ olim ante unionem excederent ducatos 24. auri de Camera, & per conſequens de illis ſolveretur Annata, Alias enim non probato hoc primo extremo, ſuper quo fundantur Conſtitutiones Apoſtolicæ non poterat naſci conſequentia prætendendi Quindennia in ſubrogationem Annatæ, ut punctualiter firmat Capon. *diſt. controv.* 32. *numer.* 8. *&* 15. *in fin. & numer.* 18. 35. *&* 36. Cardinal. de Luca *de benefic. diſc.* 139. *numer.* 5. *& ſeqq.*

Nihil obſtante, quod ubi uniuntur plura Beneficia, quorum quodlibet valorem 24. non excedit, omnia tamen ſimul juncta hanc ſummam excedunt, Quindennia debeantur, licet enim hoc procedat ubi plura Beneficia uniuntur uni Cor-
10 pori, ſeu Collegio, vel alteri manui mortuæ, ut in Conſtitutione Urbani VIII. penes Amayd. *de ſtil. Datar. capitul.* 18. §. 4. *numer.* 6. *&* 13. Certum eſt, quod ubi facta eſt Unio, vel uni, vel pluribus aliis Beneficiis collativis, & vacantibus in tali caſu, aut redditus iſtorum non excedit ducatos 24. & non debetur neque Quindennium, neque Annata, aut excedit, & cum debeatur Annata in Proviſionibus Apoſtolicis, nunquam ſuſtentabile eſt aſſumptum, quod ſimul debeatur Annata, & Quindennium, quæ eſſet monſtroſa, & exorbitans prætenſio, neque excogitata per Conſtitutiones Apoſtolicas, neque per Doctores.

His omnibus de per ſe clariſſimis addebam quoque obſervantiam valde notabilem inductam de tempore proximo unioni ex ſententia, ſeu re judicata, quæ emanavit in terminis terminantibus hujuſmodi caſus; cum enim per Sedem Apoſtolicam Eccleſia Parochialis Sanctæ Luciæ erecta fuiſſet in Collegiatam cum unione Præpoſituræ SS. Blaſii, & Baſſi Terræ Montis Florum Firmanæ Diœceſis, cujus redditus fuerunt applicati ad erectionem Canonicatuum, & erecta Collegiata Capitulum, & Canonici ſe obligaſſent ſolvere Quindennium ratione unionis, adhuc tamen re poſtmodum delata ad Judicem Annatarum Collectorem, emanavit ſententia abſolutoria Capituli, & Canonicorum ab Impetitia, & caſſans prædictam obligationem de ſolvendo Quindennium, cum impoſitione perpetui ſilentii ipſis Annatiſtis, ut conſtabat ex ſententia lata de anno 1574. ſub Pontificatu Grego-
rii XIII. quæ quidem res judicata veluti in terminis præciſis edita, ſcilicet pro alia erectione Colle-
11 giatæ in eadem Diœceſi Firmana abſque dubio faciebat ſtatum, vel ſaltem inducebat obſervantiam judicialem etiam pro caſu iſto ad effectum eodem modo illum judicandi, juxta notum Textum *in leg. ſi de interpretat. ff. de legib.* Rota *deciſ.* 177. *numer.* 54. *part.* 3. *deciſ.* 254. *numer.* 29. *part.* 6. *deciſ.* 115. *numer.* 24. *in fine part.* 8. *& deciſ.* 366. *num.* 13. *part.* 15. *recent.*

Verum concurrebat etiam obſervantia in caſu de quo agebatur, dum poſt unionem, & ab erectione Collegiatæ uſque in præſens ferre per Centenarium Domini Annatiſtæ tacuerant, nec unquam Quindennia petierant, immo viginti ab hinc annis repulſi per ſententiam R. P. D. Litæ adhuc acquieverant per ſpatium 20. annorum, quod ſane oſtendebat notabilem obſervantiam comprobativam mali Juris Dominorum Actorum, cum iſta deducatur tam ex facto, quam etiam ex non
facto, Spada *conſil.* 232. *numer.* 13. *libr.* 2. Ro- 12
ta coram Bich. *deciſ.* 660. *numer.* 17. *& in recent. deciſ.* 291. *numer.* 10. *&* 11. *part.* 9. *& deciſ.* 520. *numer.* 15. *part.* 13. *& deciſ.* 654. *numer.* 8. *part.* 18. *tom.* 2. *& deciſion.* 21. *numer.* 15. *part.* 19. non enim tandiu tacuiſſent ſi probabile Jus habere credidiſſent, Text. *in leg. ſi quis* 6. §. 1. *ff. de pœnis.*

Propoſita hujuſmodi Cauſa in plena Camera Apoſtolica ſub die 12. Decembris 1712. nulla capta fuit reſolutio: quid autem poſtea ſucceſſerit ignoro, hoc unum dico, quod omnia ſuperius deducta apud me ſubſiſtunt.

EUGUBINA CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Electio de duobus facta ad Beneficium vacans per majorem partem Capituli in paritate votorum ſuſtinetur, & Judicio Ordinarii præfertur dignior, juxta Text. *in Canon. ſi forte diſtinct.* 63. Capitulum ſe coarctando ad duos in primo ſcrutinio electos in paritate votorum non poteſt variare, ſed tenetur unum ex eis eligere, juxta Text. *in capit. Conſtitutis* 46. *de appellat.*

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſpecies.*
2 *Electio de duobus valida eſt, ſi facta fuerit per majorem partem Votorum in paritate*, vide num. 37. & num. 40.
3 *Stante coarctatione Capituli ad duos Electos in paritate votorum tenetur novo ſcrutinio eos tantum reponere, & unum ex eis neceſſario eligere.*
4 *Prima electio valida, aut etiam dubia nullam reddit ſecundam electionem, &* numer. 53.
5 *A.C. in beneficialibus non habet juriſdictionem, &* num. 52.
6 *Duobus electis per majora, & æqualia vota, ſi unus decedat, alter ſuperſtes habetur pro unico electo.*
7 *Defuncto altero, & coelectis Collitigante non poteſt Capitulum alium eligere in præjudicium Superſtitis.*
8 *Pro valida electione requiritur major pars Suffragiorum.*
9 *An Capitulum facta electione duorum in paritate votorum poſſit in novo ſcrutinio reponere omnes concurrentes, etiam in primo rejectos.*
10 *Inter plures præſentatos nemini eſt jus quæſitum, declara ut* num. 27. 28. & 29. & num. 45. & ſub num. 49.
11 *Capitulum poteſt recedere a ſua coarctatione.*
12 *Præſertim ſi agatur de electione impropria, ſeu nominatione.*
13 *Non datur conſuetudo ſine aliqua lege obligatoria.*

14 *Quando non dicatur Capitulum feciſſe coarctationem ad primos electos.*

15 *Appellatio non ligat manus Capituli quominus faciat ſecundam electionem ob nullitatem primæ.*

16 *Quando electio eſt nulla, & imperfecta ejus vigore non competit gratificatio,* & numer. 31. & num. 41.

17 *Electio duorum per majorem partem in paritate votorum ad Epiſcopatus, & Prælaturas majores an ſuſtineatur.*

18 *In electione Papæ cautum eſt, ut illa ſit nulla duobus electis in paritate votorum per duas partes ex tribus.* & numer. 44.

19 *Valida eſt electio de duobus non ſubjecta forma* Capituli Quia propter, *& poteſt Confirmator confirmare digniorem ex illis.*

20 *Patronus Eccleſiaſticus poteſt plures ſimultanee Ordinario præſentare extra variationem.*

22 *Explicatur* Textus in Capitul. quod ſicut de elect.

23 *Electio dicitur non concluſa, quando facta eſt de duobus electis per medietatem Capituli hinc inde.*

24 *Nova electio, ſeu nominatio eſt nulla in præjudicium alterius jam præſentatæ Epiſcopo.*

25 *Ut electio, ſeu nominatio dicatur præſentata Epiſcopo ſatis eſt ipſum habere ejus notitiam.*

26 *Et ſatis eſt nominantem recuſaſſe exhibitionem Ordinario eam petenti.*

28 *Electis in paritate votorum dicitur jus quæſitum privative quoad alios in nova electione.*

30 *Duobus electis in paritate, ſed majoritate votorum dicitur jus quæſitum uni ex illis digniori.*

31 *Niſi Capitulum in novo Scrutinio eum præeligat, poteſt Ordinarius illum præferre, & confirmare.*

32 *Præſertim ſtante coarctatione ad illos facta per Capitulum.*

33 *Deciſiones* in Toletana Canonicatus coram Cerro, & Otthobono *non receſſerunt a motiva coarctationis.*

34 *Qua ratione Capitulum ex propria coarctatione obligatur ad præeligendum electos in paritate votorum,*

35 *Quale jus habere dicantur electi in paritate votorum ratione coarctationis ad illos.*

36 *Ex reſervatione novæ electionis Capitulum non dicitur revocaſſe coarctationem.*

38 *Stante coarctatione Capituli ad duos electos in paritate votorum, ſi illud eos non præligat Sacra Rota unum ex eis præferre poteſt loco Ordinarii.*

39 *Præſertim defuncto coelecto Competitore.*

42 *Etiam ſi agatur de electione ſubjecta forma* Capituli quia propter *poſſunt eligi plures.*

43 *Et Confirmator poteſt confirmare unum ex electis per majorem partem licet habentem minorem numerum votorum.*

46 *Stantibus pluribus præſentatis per majorem partem Patronorum non valet Impetratio Apoſtolica in eorum præjudicium ex ſuppoſita diſcordia, aut defectus juris ad rem.*

47 *Quando dicatur adeſſe diſcordia, & ſciſſura inter Patronos.*

48 *Non adeſt diſcordia, ſed concordia ubi plures præſentati fuerunt per majorem partem Patronorum.*

49 *Aut majorem partem Collegii.*

50 *Capitulum ſe coarctando ad electionem duorum non poteſt recedere, ſed tenetur unum ex eis eligere.*

51 *Inter duos electos in paritate votorum, uno decedente, ſuperſtes cenſetur electus a jure.*

54 *Quando Capitulum dicatur ſe coarctaſſe ad duos.*

55 *Quando non dicatur receſſiſſe a coarctatione.*

56 *Electio juxta formam* Capituli quia propter *non habet locum in electionibus ad Canonicatus, &* num. 61.

57 *Habetur pro electo qui habuit plura vota.*

58 *Capitulum in ſecundo ſcrutinio ſe coarctando ad electos in primo in paritate votorum dicitur rejeciſſe alios in eodem excluſos.*

59 *Stante coarctatione ad aliquos in primo ſcrutinio pares in majoritate votorum quale jus illis dicatur quæſitum.*

60 *Vigore Statuti valida eſt electio facta per pluralitatem votorum comparative, & complexive, &* num. 62.

63 *Nemini permittitur ad proprium commodum teſtificari.*

64 *Conſuetudo circa formam eligendi ex quibus probetur.*

65 *Gratia* Si neutri *requiris malum jus utriuſque Collitigantis.*

DISCEPTATIO CXL.

CAnonicatus Eccleſiæ Cathedralis Engubinæ quando vacant in menſibus ordinariis providentur ad electionem Capituli, & inſtitutionem, ſeu confirmationem Epiſcopi juxta Indultum Leonis X. Summi Pontificis; Vacato autem Canonicatu 15. Junii 1698. Canonici capitulariter congregati ſub die 2. Novembris ejuſdem anni devenerunt ad actum electionis per boſſulam, ſeu 1 ballottationem; & cum eſſent in numero undecim, inter quatuor Concurrentes Armannus, & Sforzolinus remanſerunt electi per majoritatem ſex votorum ex undecim, excluſis Antonuccio, qui habuit vota quinque, & Priore Tondo, qui habuit vota duo.

Capitulum agnoſcendo, quod ſolum Armannus, & Sforzolinus ob majoritatem votorum remanſerat electi, cæteris excluſis, idcirco ſe coarctando ad illos duos, ut unus ex illis præeligeretur, mandavit eos tantum denuo ballottari, ſed per duas vices repetita ballottatione ſemper vota ſteterunt æqualia, nempe ſex pro quolibet, & ſtante paritate votorum, Capitulum decrevit differre novum ſcrutinium ad aliam diem.

Verum Armannus tanquam electus per majoritatem votorum legitime credendo, quod ſtante eorum paritate inter ipſum, & Sforzolinum eſſet locus prælationi faciendæ ab Epiſcopo, habito ad iſtam recurſu, citato tam Sforzolino coelecto, quam Capitulo, fecit judicialem inſtantiam, ut ſtante electione legitima diſcuterentur merita utriuſque Coelecti ad effectum obtinendi prælationem, & quod interim Epiſcopus mandaret exhiberi vota, ſeu Capitulum electionis jam factæ, & nihil innovari ſub pœna nullitatis, & attentatorum, prout ita Epiſcopus decrevit in ſequelam hujus inſtantiæ, & diſcuſſis meritis utriuſque Coelecti ſententiavit Armannum eſſe præferendum tanquam digniorem, & ad ejus favorem expediendas eſſe Bullas Canonicatus; contra quam ſententiam appellavit tam Sforzolinus, quam Capitulum introducta Cauſa coram A. C. coram quo expedita fuit citatio cum inhibitione intimata ſupradicto Armanno.

Cum poſt paucos dies deceſſiſſet Sforzolinus, ut ſupra Coelectus, inſurrexit Antonuccius in memorata electione excluſus obtinendo ab A. C. licentiam, ut Capitulum deveniret ad novam electio-

ctionem, non citato, nec audito Armanno, vigore cujus licentiæ Capitulum 15. Decembris ſequentis devenit ad novam electionem in perſona Antonuccii, reclamante autem Armanno, commiſſa fuit cauſa Sacræ Rotæ Auditorio, & dato dubio -- *An, & cui ſit adjudicandus Canonicatus, ſeu potius quis ſit inſtituendus, vel confirmandus* -- Ego ſcribens pro Armanno obtinui favorabilem reſolutionem, nempe *adjudicandum eſſe Canonicatum Armanno*, ex rationibus deductis *in deciſ. 4. Maji* 1699. coram bon. mem. Lancetta, vigore cujus deciſionis expedita cauſa, & prolata Sententia Rotali, hac in gradu appellationis confirmata extitit per aliam ſententiam prævia *deciſione 4. Januarii* 1751. coram bon. memor. Pio, Scribentibus in contrarium quatuor Romanæ Curiæ præclariſſimis Advocatis Domino meo Joanne Baptiſta Mauro, & bon. memor. Carolo de Ferrariis, Joanne Baptiſta Narico, & Franciſco Lucido *poſtea Curiæ Capitolinæ Secundo Collaterali*; & quia cauſa fuit acerrime diſcenſa ex parte Antonuccii, & Capituli ſuccumbentium, inutile non puto referre omnia quæ hinc inde in Propoſitionibus cauſæ deducebantur.

Ex parte igitur Armanni Ego ſcribens dicebam eſſe illi adjudicandum Canonicatum tanquam legitime electo per majorem partem Capituli, nempe ex numero ſex ex undecim Canonicis votantibus ad Text. *in cap. duudum* 22. *de elect.* non obſtante, quod in eodem ſcrutinio etiam Sforzolinus fuiſſet totidem ſuffragiis Coelectus, poſi-
2 ta enim majoritate votorum, & ſic electione concluſa per majorem partem Capituli in duobus Coelectis, paritas votorum ab utroque obtenta non deſtruebat, ſeu irritam reddebat electionem coæqualem duorum, ſed aperiebat locum Epiſcopo habenti jus inſtituendi, ſeu confirmandi, ut in Judicio prælationis diſcuſſo pondere meritorum unum ex Coelectis digniorem repertum gratificare, ſeu præferre valeret juxta Text. *in Canon. ſi forte diſtinct.* 63. & optime Paſſerin. *de elect. cap.* 33. *numer.* 126. *verſ. Verum obſtat*, & *numer.* 130. *verſic. nam alias* Rota *in Toletana Canonicatus*, coram Cerro *deciſ.* 26. *numer.* 37. & admittit Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 17. *numer.* 170. & 183.

Dum ergo Armannus recurſum fecerat ad Epiſcopum, illique expoſita electione ipſius, & Sforzolini in majoritate, & paritate votorum obtinuerat ſe tanquam digniorem præferri per Sententiam, dicebam Antonuccio nullum jus aſſiſtere ad obtinendam adjudicationem Canonicatus, aut enim recurrebat ad primum Scrutinium 2. Novembris, & in illo fuerat rejectus reportatis tantum quinque ſuffragiis in concurſu ſex majorem partem Capituli repræſentantium, & quibus electus fuerat Armanus una cum Sforzolino; aut vero allegabat ſecundum ſcrutinium 15. Decembris, & hoc erat multipliciter nullum, & primo, quia poſtquam Capitulum in priore ſcrutinio elegerat duos in paritate votorum, & per majorem partem, & ad illos ſeſe etiam coarctaverat in duobus ſequentibus ſcrutiniis habitis ad unum ex eis gratificandum, ſeu præeligendum, non potuit deinde extra Perſonam illorum electio-
3 nem peragere in perſona Antonuccii jam excluſi, ſed propter coarctationem in primo ſcrutinio, & ſequentibus factam ad illos duos jus quæſitum fuerat eiſdem, quantum ad hoc, ut ſoli novo ſcrutinio ſubjiciendi forent, & neceſſario in alterutro ex ipſis cadere debuiſſet electio, ſeu præelectio, alias Capitulum potuiſſet ad eligendum unum ex illis auctoritate Judicis compelli ad Text. *in cap. conſtitutis* 46. *de appellat.* Rot. *in Toletana Canonicatus*, cor. Cerro *dec.* 106. *num.* 46. & cor. Ottobon. *dec.* 29. *num.* 27. & *in Adrien. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. §. *quia hujuſmodi*, cor. bon. mem. Lancetta.

Secundo autem ſuſtinebam, quod prima electio erat concluſa per majorem partem, & conſequenter valida, licet facta de duobus in paritate votorum, ejuſque validitatem declaraverat Epiſcopus, eo ipſo, quod tanquam inter duos valide electos per ſententiam in Judicio prælationis pronunciaverat eſſe præferendum Armannum reſpective ad Sforzolinum adhærendo Inſtantiæ Armanni ibi -- *Comparens fuit electus in Canonicum a majori parte ejuſdem Capituli cum participatione ſex votorum ex undecim, & quamvis cum eadem quantitate votorum etiam fuerit electus D. Philippus de Sforzolinis, de JURE iſta electio habetur pro legitima, & procedendum eſt ad diſcuſſionem meritorum dd. duorum Coelectorum* -- Unde hæc prima electio valida præſtabat impedimentum ſecundæ, immo addebam, quod hæc ſecunda remanebat irrita, etiam in caſu quo prætenderetur primam 4
non fuiſſe validam, donec enim declarata non fuiſſet invalida, ſemper impediebat ſecundam, ad Text. *in capit. ſuper*, & *capit. conſideravimus de election.* & *capit. poſt electionem de conceſſ. præbend.* Barboſ. *vot. deciſ.* 39. *numer.* 65. Rot. *in d. Toletana Canonicatus*, Coram Cerro *deciſ.* 106. *numer.* 35. non obſtante licentia ab A. C. con- 5
ceſſa ad faciendam novam electionem, dum præter defectum juriſdictionis A. C. in Beneficialibus, Rot. coram Dunozett. jun. *deciſ.* 847. *numer.* 3. & *in recent. deciſ.* 228. *numer.* 4. *part.* 17. Licentia tanquam emanata cum clauſula præſervativa jurium Partium non tollebat jus aliis quæſitum ex prima electione, quæ erat valida, præſertim quæſitum etiam ex ſententia Epiſcopi, qui vigore electionis in judicio prælationis mandaverat expediri Bullas Canonicatus favore Armanni, & motivum hoc deduxit Rot. *in dec. hujus Cauſæ* 24. *Januarii* 1701. §. *Hac autem*, cor. bon. mem. Pio.

Tertio fortius comprubabam jus quæſitum Armanno ex ſua electione facta per majorem partem Capituli licet in paritate votorum cum Sforzolino coelecto, ex quo iſte reportata in judicio, prælationis contraria Sententia Ordinarii, paulo poſt deceſſerat, unde ſublato de medio hujuſmodi Coelecto Competitore, remanebat totum 6
electionis in Armanno ſuperſtite, perinde ac ſi ipſe ab initio ſolus fuiſſet electus per majoritatem votorum, itaut miniſterio juris tanquam remoto Competitoris obſtaculo haberetur pro unice electo, ut ex Rot. *deciſion.* 26. *numer.* 45. & 46. & *deciſion.* 131. *numero quarto*, coram Cerro, & *deciſ.* 29. *numero* 28. & *deciſ.* 37. *numero ſecundo*, & *ſeqq.* & *numero* 36. coram Ottob. firmarunt *Deciſiones hujus Cauſæ* 4. *Maji* 1699. §. *Non enim*, coram bon. mem. Lancetta, & 24. *Januarii* 1701. §. *Hac autem*, cor. bon. mem. Pio.

Et quarto demum concurrebat nullitas hujus ſecundæ electionis ob vitium attentatorum; Cum enim penderet judicium prælationis inter Armannum, & Sforzolinum, & quidem in gradu appellationis, poſt latam ab Ordinario Sententiam favore Armanni, defuncto Sforzolino Collitigan- 7
tem non poterat Capitulum ad novam electionem devenire dando ſuperſtiti novum Collitigantem, maxime quia pendebat lis etiam cum Capitulo electore, juxta notorium Text. *in cap.* 1. & 2. *ut lit. pendent. in* 6. Rot. *dicta deciſ.* 106. *numer.* 44. & *deciſ.* 131. *num.* 25. coram Cerro, & *deciſ.* 29. *num.* 51. & *ſeqq.* & *deciſ.* 37. *ſub numer.* 30. cor. Ottobon. & *deciſ.* 2080. & *ſeqq.* coram Coccin.

Scribentes pro Capitulo, & Antonuccio, hæc omnia declinare conabantur impugnando primum principium, quod nempe dici poſſet facta, & concluſa electio reſpectu Armanni, & Sforzolini, ea ratione, quod Armannus in paritate votorum cum Sforzolino non videbatur obtinuiſſe electionem, pro qua requiritur electum habuiſ- 8
ſe majorem partem ſuffragiorum, juxta Text. *in capit. Eccleſia veſtra il* 2. ibique Gloſſ. *in verb.*

Non conſenſerint de election. ibique Panormitan. *nu-
mero decimo terſo*, *verſic. Si autem omnia*, Zaba-
rell. *In fin. verſic. Si autem paritas*, Franciſ. Mar-
cus *deciſion.* 103, *numero tertio*, *tirca medium*, Rot,
coram Dunozett. jun. *deciſion.* 62. *numero primo*,
& deciſion. 214. *numero* 1. *&* 2. nam pluralitas Con-
currentium cum æqualitate votorum operatur, ut iſti
dici debeant ſolum nominari, non autem electi,
deficiente in eis requiſito juridicæ electionis, ſcili-
cet Concurſu majoris partis in unum, & quod
iſta coæqualis electio duorum in paritate votorum
eſſet ſimplex nominatio, quæ nullum jus daret Ele-
ctis, nec impediret electionem poſtea faciendam,
probari dicebant ex Textus *in capit. Quod ſicut*
28. *de election.* ibi – *Verum cum ex prima electio-
ne, quæ facta eſt de tribus, dicenda videtur potius
nominatio, nihil juris acquiſitum fuerit Nominatis,
licite procedi potuit ad electionem regulariter cele-
brandam* – & firmant Canoniſtæ ibidem, præci-
pue Zabarell, *numer.* 2. Butr. *numer.* 1. Bellamer,
num. 2. *&* 16. Hoſtien. *num.* 1. Gonzal. *numer.*
3. Barboſ. *num.* 1. Ancharan. *num.* 1. Pyringh,
in lib. 1. *Decretal.* tit. 6. *de election. ſection.* 3.
ſub numer. 139. *&* 140, *verſic. Notandum pri-
mo.*

9 Et proinde nihil obſtare ſupponebant Arman-
num, & Sforzolinum fuiſſe electos per majori-
tatem votorum; Cum enim unus ſit eligendus
ex natura, & eſſentia electionis, paritas votorum
licet ſit reſpectu eorum, qui fuerunt Electi, &
non reſpectu Eligentium, ſemper efficit, ut iſta
non ſit electio, ſed potius ſimplex nominatio, &
allegabant Rot, coram Dunozett, jun. *deciſ.* 62.
per tot. & in Romana Elect, 18. *Martii* 1697.
coram bon. mem. Urſino, quo ſtante, cum per
hujuſmodi coæqualem electionem in paritate vo-
torum nullum jus quæſitum fuiſſet hujuſmodi Ele-
ctis, ſeu Nominatis, locum non habebat moti-
vum coarctationis, vigore cujus neceſſario eli-
gendus eſſet unus ex illis, & quatenus Eligentes
recuſaſſent auctoritate Judicis, adſtringi potuiſſent,
ſed propter deficientiam juris quæſiti alteri ex hu-
juſmodi Electis poterant Eligentes variare, & nu-
vo Scrutinio, ſeu Electioni ſupponere omnes Con-
currentes ſibi beneviſos, ac etiam illos in prima
electione rejectos, adducendo auctoritatem Fran-
ciſci Marci *deciſion. Delphinat.* 1034. *per tot.
part.* 1. *& deciſ.* 922. *ſub numer.* 4. *verſ. Et
ubi eſſent*, *& deciſ.* 924. *numer.* 7. *eadem part.*
1. Fagnan. *in capit. Publicato num.* 36. *de elect.
Compoſtellan. num.* 4. *Hoſtien. numer.* 9. Innocent.
num. 2.

Et quod nullum jus fuiſſet quæſitum hujuſmo-
di Electis in paritate votorum, licet majorem par-
tem Capituli conſtituentium probant exemplo plu-
rium Præſentatorum cumulative ab unico Patro-
10 no, vel a majori parte Patronorum, qui nullum
habere dicuntur jus quæſitum, & conſiderabile
ad rem, ad differentiam unius tantum Præſen-
tati per majorem partem, qui acquirit jus conſi-
derabile ad rem, ut diſtinguunt Ricc. *deciſion,
Archiepiſc.* 122. Garz. *de Benef. part.* 4. *cap.* 3.
numer. 71. Lotter, *de re Benef. lib.* 2. *qu.* 51.
numer. 41. *& ſeqq.* Sperell. *deciſ.* 180. *numer.* 28.
& 29.

Addebant fortius locum habere in caſu iſto li-
bertatem variandi, quam habebat Capitulum, non
obſtante quavis coarctatione, non ſolum quia, ſi
ipſum Capitulum erat illud, quod fecerat coarcta-
tionem, conſequenter ipſum revocare poterat fa-
ctum ſuum variando, & recedendo a ſua coarcta-
11 tione, juxta firmata in ſpecie apud Fagnan. *in
cap. Publicata numer.* 45. *de election, &* Paſſe-
rin. *de elect. cap.* 2. *numer.* 84. *verſ. Nec va-
let dicere*, ſed etiam quia agebatur de electione
impropria, ſeu nominatione ad Canonicatum tan-
quam actu præparatorio ad formalem præſentatio-
nem faciendam Epiſcopo, ante quam nullum jus
dicitur quæſitum Electo, ſeu Nominato, Rota *dec.*
665. *numer.* 8. *& dec.* 739. *numer.* 15. *& deciſ.*
816. *num.* 2. *&* 3. *part.* 18. *recent. & deciſion.*
49. *num.* 9. poſt Antonell. *de jur. & oner. Cler.*
& poſſunt Electores ab ipſa electione jam facta
recedere, & alterum eligere, ſeu nominare, Ton-
dut. *reſolut. Benefic. part.* 2. *cap.* 159. *numer.* 15.
verſic. Sicut dicitur, Corrad, *in prax. Benef. lib.*
4. *cap.* 6. *num.* 30. Rota *deciſ.* 739. *numer.* 14.
& ſeqq. par. 18. *& dec.* 49. *num.* 9. poſt Anto-
nell. *ubi ſupra*,

Reſpondebant autem ad Deciſiones ſuperius ad 12
ductas *in Toletana Canonicatus*, quod licet fir-
matum fuiſſet *in deciſion.* 26. coram Cerro indu-
ctam fore coarctationem ex reiteratione Scruti-
tii ad eaſdem perſonas in primo Scrutinio inclu-
ſas in paritate votorum, attamen repropoſita Cau-
ſa receſſum fuerit ab hoc motivo in alia *dec.* 106,
coram Cerro, ubi ſupponebant, rejecto fundamen-
to coarctationis, Rotam ſteriſſe in deciſis ex no-
vo conſenſu Capituli ita præſtito, ut Electus
eſſe intelligeretur, qui majoribus meritis, & qua-
litatibus polleret, ultra aliud motivum, quod
Rota deſumpſit ex Conſtitutionibus Apoſtolicis
Sixti IV. Leonis X. & Gregorii XV. & in his
terminis dicebant poſtea emanaſſe alias Deci-
ſiones in eadem Cauſa editas *deciſion.* 29. *&*
37. coram Ottobono, addendo, quod coarcta-
tio non daretur, niſi quando adeſſet aliqua 13
Lex, quæ obligaret ad eligendum Perſonas ha-
bentes certam qualitatem, quo caſu, ſi iſtæ in
primo Scrutinio habeant paritatem votorum, ad
eas Capitulum dicitur ſe coarctaſſe in novo
Scrutinio, a qua coarctatione recedere non po-
teſt.

Hinc ſupponendo, quod nulla electio valida præ-
ceſſit, & coarctatio, quatenus adeſſet, non tolle-
ret Capitulo facultatem variandi, & recedendi,
eo magis id procedere aſſerebant, ex quo deficie-
bat ſuppoſita coarctatio ad ſolos Armannum, &
Sforzolinum, & potius conſtabat Capitulum, tan-
quam electione adhuc non facta, procedere vo-
luiſſe ad novum Scrutinium ex integro, dum
reiteratis duobus Scrutiniis, cum ſemper fixa re-
manſiſſet paritas votorum, Capitulum decreve-
rat – *Che la ſuddetta elezzione ſi differiſſe, o ri-
ſervaſſe per li* 22. *del corrente meſe di Novem-
bre* – Ex hoc enim inferrebant Capitulum decla-
raſſe electionem adhuc non concluſam, nec perfe- 14
ctam, illamque reſervaſſe faciendam ex integro pro
omnibus Concurrentibus ſibi beneviſis, non au-
tem coarctaſſe electionem ad ſolos Armannum,
& Sforzolinum, cum implicaret in terminis ele-
ctionem fuiſſe tactam, & conſumptam libertatem
Electorum ex vi coarctationis ex voluntate jam fa-
ctæ, & tamen ex eadem voluntate electionem
fuiſſe habitam pro non facta, ſed pro facienda ab
ipſis in futurum, ad Text. *in l.* 1. *C. de furt.*
Rot. *dec.* 137. *numer.* 14. *& dec.* 175. *numer.* 18.
& 19. *pag.* 7. *rec.*

Ex his deducebant nihil obſtare ad irritandam
ſecundam electionem Antonuccii recurſum habi-
tum ad Epiſcopum una cum Decreto de nihil in-
novando in præjudicium Armanni, quia cum nul-
la præceſſiſſet electio valida, & quæ daret jus 15
quæſitum Armanno, Capitulum rite, & recte pro-
ceſſerat ad novam electionem deficiente præjudicio
Armanni nullum jus habentis, juxta allegatum
Text. *in capit. Quod ſicut de elect.* ibi – *Nec ap-
pellatio interpoſita electionem illam valuit impedi-
re* – Minuſque obſtare gratificationem, ſeu præla-
tionem conceſſam ab Epiſcopo favore Antonuc-
cii, quia gratificatio conceditur habenti jus quæ-
ſitum ex juridica electione, non autem quando
nulla præceſſit electio valida, & perfecta; ſed
immo concurrit imperfecta, non concluſa; &
nulla, quæ cum habeatur, ac ſi facta non 16
fuiſſet, nullum jus tribuit Partibus petendi gra-
tificationem, ut firmare dicebant Hoſtien. *in ca-
pit. Eccleſia veſtra de election.* Franciſc. Marcus
deciſion. Delphinat. 924. *numer.* 7. *verſicul. A-
deo quod neutra electio par.* 1. Lotter. *de re Be-
nef.*

reſ lib. 3. quæſt. 17. numer. 169. verſic. At in Prætendentibus, Rota *deciſion. 313. numero decimo & 11. part. 19.*

Quæ omnia per contrarios Scribentes pleniſſime deducta, & inculcata in pluribus propoſitionibus Cauſæ habitis in duplici inſtantia coram bon. mem. Lancetta, & Pio, adhuc Sacræ Rotæ Auditorium omnino rejicit tanquam apertiſſime inſubſiſtentia, contrarium judicando per duas Sententias Rotales; Et quidem valde erroneum erat
17 primum aſſumptum, quod, ubi duo per majorem partem Capituli fuiſſent contemporanee electi in paritate votorum, electio iſta habenda eſſet pro non facta, & nullatenus concluſa, ex quo natura electionis illa ſit, ut unus tantum eligatur; Quicquid autem ſit, an hæc propoſitio locum habeat in electionibus Canonicis ſubjectis formæ ſtatutæ *in capit. Quia propter de elect.* pro Epiſcopatibus, & Prælaturis Majoribus, ubi per electionem Electus acquirit jus Prælaturæ, & jus adminiſtrandi in habitu, per confirmationem vero jus adminiſtrandi in actu ex allegatis apud Me *diſceptat. Eccleſ. 74. numero decimo tertio tom. 3.* ubi de cætero Canoniſtæ concludunt etiam hanc electionem ſuſtineri, ſi alter ex Electis habeat majores qualitates, illam vero eſſe caſſandam, ſi omnia ſint paria, relicta tantum Summo Pontifici gratificatione, juxta Gloſſ. *in capit. Eccleſia veſtra 57. in verbo Non conſenſerint de election.* ibique Canoniſtæ, plene Rota coram Cerro *deciſion. 26. numero 22. duobus ſequentibus, & numero 31.* excepta electione Papæ, in qua ſpecialiter cautum fuit per Conſtitutionem Gregorii XV. *Conſtitut. decimo nono § Quod ſi fortaſſe Bullar. Roman. tom. 4.* ſtante electione inter duos in paritate votorum
18 neutrum eſſe Electum, licet uterque habuerit duas partes votorum ex tribus, & tradunt Fagnan. *in capit. Publicato numer. 65. de elect.* Paſſer. *de elect. Papæ quæſt. 28. ſub num. 93.*

Male applicata erat hujuſmodi propoſitio ad hanc electionem impropriam ad Canonicatum, quæ dicitur potius nominatio, quam electio, ſive dicitur electio nominativa, juxta quam Capitulum habet jus eligendi ad inſtitutionem, ſeu confirmationem Epiſcopi; In his enim terminis, cum non agatur de electione propria ſubjecta formæ *capit. Quia propter de elect.* per quam Electus acquirat jus Prælaturæ, & Adminiſtrationis nihil prohibet electionem valide fieri poſſe de duobus, ſive per majorem partem Capituli coæqualiter in utroque Concurrentem, ſive etiam per totum Capitulum, dum in hoc genere electionis, quæ eſt
19 nominatio, poſſunt duo nominari, & Epiſcopo præſentari, ut ipſe jure prælationis, ſeu gratificationis alterum ex illis digniorem inſtituere, ſeu confirmare poſſit, ut in puncto electionis impropriæ, ſeu formæ *capit. Quia propter*, nullatenus ſubjectæ, firmavit Paſſer. *de elect. capit. 33. num. 126. verſ. Verum*, ibi = *Verum obſtat* Textus *in cap. Si forte diſtinct. 63. ubi ſtatuitur, ut ſi contingat Vocales ſe in duas partes dividere Metropolitanus ſuo arbitrio eum alteri præferat, qui majoribus, & ſtudiis juvatur, & meritis, etiam igitur prima vice poteſt Superior ex Electis a pari votorum numero illum præferre, & confirmare, qui juvatur majoribus ſtudiis, & meritis* = *& numer.* 130. ibi = *Nam alias, ubi eadem electione plures eliguntur paribus ſuffragiis, & ubi non ſervatur forma capit. Quia propter, Superior poteſt alterum ex Electis confirmare, ut ſupra dictum, & explicatum eſt* = & admittit Donat. *in prax. quæſtion. Regular. tom. 2. tract. 7. de election. quæſt. 10. numer. 3.* Peyrin. *tom. 1. de offic. ſubdit. Regul. quæſtion. 1. capit. 31. §. 11. verſic. Dico quarto*, cum aliis auctoritatibus ſupra allegatis *num. 2. & in deciſ. Cauſa 4. Maii 1699. §. Non enim* cor. bon. mem. Lancetta.

Ad inſtar Collegii, & Patroni Eccleſiaſtici, qui poteſt ab initio duos eodem contextu nominare, & deinde Ordinario præſentare ad effectum, ut ipſe alterum ex illis præeligat, ſeu in-
20 ſtituat, juxta Textus *in Clement. plures paragraf. fin. de Jurepatr.* qui procedit etiam in Patronis Eccleſiaſticis, qui plures ſimul nominare, & eodem contextu præſentare valet Ordinario, licet non poſſit plures ſucceſſive primo unum, & poſtea alium eligere, & præſentare, dum eſſet variatio prohibita Patrono Eccleſiaſtico: non tamen eſt variatio quando plures ab initio ſimul contemporanee Patronus Eccleſiaſticus eligit, & præſentat, ut diſtinguendo firmant Zabarella *in Clemen. plures §. fin. ante numero primo de Jurepatr.* Vitalin. *numero quarto, & ſequentibus* Immol. *numero decimo quarto in fin.* Rocc. *de Cura. de Jurepatr. in verb. Honorificum numer.* 34. & reprobatis contrariis Garz. *de Beneſic. part. quinta capit. nono numero* 216. Vivian. *de Jurepat. libr. 10. capit. 4. ſub num. 3. verſic. Quia Textus, & num. 4.* & propterea cum Capitulum haberet jus eligendi ad Canonicatum ſubjectum Inſtitutioni, ſeu Confirmationi Epiſcopi, quod reſolvitur in ſimplicem nominationem non ſubjectam formæ *capit. Quia propter de election.* evidens erat ex uno eodemque ſcrutinio validam fuiſſe electionem factam de duobus in paritate votorum, dummodo iſti conſtituerent majorem partem Capituli, & validitatem electionis demonſtrat propoſitio communis deducta ex Textu *in Canon. ſi forte diſtinction. 63.* quod Epiſcopus gratificare poteſt, ſeu præferre alterum ex Electis, ut fecerat Epiſcopus Eugubinus in hac Cauſa præferendo Armannum tanquam digniorem in concurſu Sforzolini Coelecti; alias enim ubi electio eſt nulla, non competit, nec
21 dari poteſt gratificatio, & prælatio tanquam inter duos Electos, quod ſupponit præexiſtentiam validæ electionis, juxta Lotter. *de re Beneſic. libr. 3. quæſt. 17. ſub numer. 69.* Rot. coram Cerro *deciſ. 206. numero quinto*, cum aliis *ſupra numero decimo ſexto*, eoque minus dari poteſt confirmatio, ut ait Paſſer. *ubi ſupra*, quæ ſine ſubjecto confirmabili ſtare non poteſt *capit. Examinata de confirmat. util. vel inutil.* Fagnan. *in capit. Publicato numer. 30. de election.*

Extra propoſitum vero convincebatur Textus *in capit. Quod ſicut de elect.* cum aliis in objecto relatis; Etenim illa Decretalis, ultra quod proce-
22 debat in electione ſubjecta formæ *capit. Quia propter de elect.* & ſic extra terminos ſubjecti caſus, dicebam, quod non intelligebatur de electione per Scrutinium facta de talibus, quam Textus inquit non impedire electionem ſolemniter poſtea celebrandam: ſed intelligebatur de quadam nominatione non ſolemni, quæ eſt propoſitio facta Collegio de certis Perſonis eligendis, ut nempe ſuper illis fiat Scrutinium, & Electio, ut declarat Panorm. *in allegato capit. Quod ſicut numer. primo* ibi = *Quædam nominatio eſt minus ſolemnis, quæ fit de aliquo eligendo, ut quando aliqui proponuntur in Collegio tanquam boni Viri, ut de eis fiat Scrutinium, & de hac nominatione loquitur ibi Textus* = & ita etiam explicat, & hunc Textum declarat Paſſerin. *de election. capit. primo numer.* 49. cujus proinde Textus diſpoſitio cum omnibus Canoniſtis ibi allegatis erat prorſus extranea, & male applicata ad caſum, ubi agebatur de formali electione concluſa in duobus per majorem partem æqualium ſuffragiorum; extra caſum verſante etiam auctoritate Rot. *in deciſion. 62. & 214.* coram Dunozett. Jun. tanquam loquentibus de electione non concluſa
23 medietatem Capituli hinc inde, ut ex illarum lectura convincitur, & in ſpecie his Deciſionibus reſpondet Rot. *deciſion. 26. numero* 26. coram Cerro, & in hujuſmodi terminis loquebantur omnes aliæ Auctoritates in paritate votorum ſupponentes electionem non concluſam, & nullam; & hoc motivum, quod electione facta de duobus fuiſſet
24 valida, ſufficienter expreſſit Rot. *in Dec. hujus Cauſa 24. Januarii 1701. §. Et hinc aperte* coram bon. mem. Pio.

Corruebat etiam objectum, quod quamvis

24 iſta fuiſſet electio, & inſuper adeſſet coarctatio
facta ad ſolos Armannum, & Sforzolinum, ad-
huc tanquam ſimplex nominatio & deſtinatio Per-
ſonarum antequam fuiſſent exhibitæ Superiori, ſeu
Epiſcopo; nullum dabat Electis jus conſiderabile
ad rem, nec propterea ligabat Capitulum, ut
non poſſet variare, & recedere, & ad novam e-
lectionem ex integro devenire ponendo ad Scruti-
nium etiam Antonuccium, & alios excluſos in
prima electione. Etenim occurrebat Reſponſio fa-
cti, quod novum Scrutinium, ubi Electus fue-
rat Antonuccius, peractum fuerat tempore non
habili, poſtquam nempe habitus fuerat recurſus ad
Epiſcopum, illoque excitata, electio duorum ha-
bita per majoritatem, & paritatem votorum acce-
dente ipſius Epiſcopi Decreto, ut Capitulum ex-
hiberet ipſam, & actus Capitulares, & conſequen-
ter agebatur de electione, ſeu nominatione jam
25 præſentata Epiſcopo, ad quem effectum ſufficit,
quod ipſe habeat notitiam electionis. Rota deci-
ſion. 587. numero quarto, & deciſion. 298. numero
quinto, parte decima ſexta, recentior. eoque magis
quia cum Capitulum ad inſtantiam Armanni fuiſ-
ſet ab Epiſcopo requiſitum, ut exhiberet electio-
26 nem, & implere recuſaſſet, electio habenda erat pro
exhibita coram Epiſcopo, ut bene Rota deciſion.
1391. numero decimo ſecundo, coram Coccino &
deciſion. 106. numero quinto, coram Cerro & re-
ſpondet Deciſio Cauſa 4. Maii 1699. §. fin. coram
Lancetta.

Stante igitur electione jam præſentata Superio-
ri jam reſultabat non potuiſſe amplius Capitulum
variare, & recedere in præjudicium juris quæſiti
duobus Electis, & ſignanter Armanno, cui ex
prærogativa meritorum debita erat prælatio, quæ
deinde illi conceſſa per Sententiam Epiſcopi, nec fa-
ciebat ad rem concluſio, quod ubi agitur de plu-
ribus Præſentatis nemini ex illis dicitur quæſitum
jus conſiderabile ad rem, quicquid ſecus, ubi unus
tantum eſſet Præſentatus, juxta auctoritates Lotte-
rii, & aliorum, de quibus in objecto ſupra nu-
27 mero decimo, fallacia enim hujus objecti cadebat
circa malam intelligentiam concluſionis, quæ ſic
indefinite, ſeu indiſtincte allegabatur; Quando
tamen illa procedit ſub congrua, & notabili di-
ſtinctione, quod nempe, aut inter plures Præſen-
tatos unuſquiſque prætendit habere jus quæſitum
contra alium; ſeu alios, & ſic reſpectu ipſorum
inter ſe, & quoad ſe ipſos, & tunc veriſſimum eſt,
quod nemini ex eis dicitur jus quæſitum, cum
nullus poſſit alteri opponere, aut prætendere ſe
habere jus conſiderabile ad rem propter incertitu-
dinem, cui ex illis Ordinarius inſtitutionem datu-
rus ſit, in qua incertitudine nemo allegare poteſt
jus ſibi quæſitum; in quibus terminis loquuntur
Lotter. Garzias, & relati per Sperell. deciſion. 180.
numero vigeſimo nono, & apud Me diſcept. quarta,
numero 117. & ſeqq. tom. primo. Aut vero agitur in-
ter plures Præſentatos, non quidem reſpectu ipſo-
rum; ſed reſpective ad Extraneum, ſeu Tertium
28 non præſentatum, ſeu excluſum, & tali caſu illi plu-
res, ſeu duo Electi, & Præſentati dicuntur habere
jus conſiderabile ad rem contra hujuſmodi Extra-
neum, ſeu Tertium non præſentatum, pro qua di-
ſtinctione tunc Ego allegabam Rot. in Adrien. Ca-
nonicatus 3. Aprilis 1699. §. Quin hujuſmodi cor. bon.
mem. Lancetta, ubi dicit, quod Electis in parita-
te votorum dicitur jus quæſitum privative quoad a-
lios ad effectum, ut Eligentes teneantur unum ex
eis tantum eligere, cæteris excluſis, & quod alias
ad hanc limitatam electionem poſſunt per Superio-
rem compelli, ut in deciſ. 106. num. 46. cor. Cerro,
& deciſ. 29. num. 27. cor. Ottobon.

Sed poſtea inveni hanc diſtinctionem apud Eſco-
29 barum de ratio. fang. parte prima quaſt. decima ſeptima,
numer. decimo ſecundo 13. & 18. & quaſt. 13. §. 4. nu-
mer. 15, quam refert, & ſequitur D. Hontalba, &
Arce Cauſidicus Toletanus in ſuo moderno tract. de
Jure ſupervenienti quaſt. 22. §. 4. numer. 56. ubi ita de-
clarat concluſionem firmatam apud Lotter. & alios
de quibus ſupra, ibi = Quod diximus nulli ex plu-
ribus Præſentatis, vel ſimul, vel ſucceſſive com-
petere jus ad rem procedit reſpectu Præſentatorum
INTERESSE, non vero reſpectu ALIORUM, ut
loquitur in expreſſo Eſcobar. &c. & melius inde Au-
ctor proſequitur eadem quaſt. 22. §. 7. numer. 35. ibi
= Nam quod dicatur nullum ex pluribus æqualiter
vocatis, aut præſentatis jus conſiderabile acquirere in-
telligitur reſpective AD SE IPSOS; nullum enim
ex eis poteſt alteri opponere ſe habere jus ad rem,
at OMNES IN COMMUNI jus habent ad rem
reſpective AD EXTRANEOS non vocatos,
vel præſentatos = Hanc vero rationem ab hoc Au-
ctore relatam, quod omnes ſimul, & in commu-
ni habent jus præſentationis Patroni, & conſequen-
ter jus ad rem contra alios nullam præſentationem
habentes, Ego veram, ac ſolidam puto, quam
ſiccis verbis indicavit Garz. de Benefic. part. quarta
capit. 3. numer. 13. & iſta meo judicio fuit Senten-
tia Panormitani, quam refert, & ſequitur Lam-
bertin. de Jurepatronat. libr. 2. part. 2. quaſt. 5. art. 8.
numer. 3.

Ex quo ſequebatur, quod electione de duobus
jam præſentata Ordinario habenti jus inſtituendi,
ſeu confirmandi, in linea præſentationis, & gra-
tificationis, juxta prærogativam meritorum ad li-
mites Text. in Canon. Si forte diſtinct. 63. jus quæ-
ſitum fuerat Electis, privative quoad alios non
Electos, & præcipue quoad Antonuccium in e-
lectione excluſum per pluralitatem votorum, qui
proinde in præjudicium Armanni, & Sforzolini
non potuit eligi per Capitulum; ſed fortius quan-
do inter memoratos duos Electos erat jus quæſi-
tum Armanno etiam reſpective ad Sforzolinum
Coelectum in paritate votorum ob prælationem 30
ſibi de jure debitam ex præponderantia merito-
rum, prout declaravit ſententia Ordinarii in ju-
dicio prælationis, juxta ſæpe allegatum Canon.
Si forte diſtinct. 63. licet enim hanc prælationem
judicare potuiſſet Capitulum in novis Scrutiniis
reſtrictive habitis ad utrunque Electum; quia ta-
men ob fixam, & conſtantem paritatem votorum
judicare non potuit, ille, ac recte Ordinarius, 31
cui ſpectabat jus inſtituendi, ſeu confirmandi po-
tuit manus apponere, & declarare digniorem in-
ter duos, illumque præferre, & confirmare, Gloſ.
in capit. Eccleſia veſtra in verb. Non conſenſerint
de elect. & in Canon. Obeuntibus in verb. Nunc er-
go quæritur diſtinct. 63. Rot. cor. Cerro dict. deciſion.
26. num. 37.

Quod facilius locum habebat in caſu iſto, ubi
non ſolum præexiſtebat electio de duobus facta per 32
majorem partem Capituli in paritate votorum, ſed
etiam acceſſerat coarctatio Capituli ad ſolos Ar-
mannum, & Sforzolinum, quos tantum per duas
vices ſubjecit novo Scrutinio ad effectum præeli-
gendi, & præferendi unum ex ipſis; in qua cir-
cumſtantia eo magis potuit Ordinarius unum ex
illis præferre in judicio prælationis, dum ipſum
quoque Capitulum ab uno ex illis præeligendo di-
ſcedere non poterat vigore coarctationis habitæ tam
in prima electione, quam in aliis duobus Scruti-
niis ſemper habitis cum majoritate, & ſimul æ-
qualitate votorum in utrumque concurrentium, &
perſeverantium, cum vigore hujus coarctationis
potuiſſet Capitulum auctoritate Ordinarii ad unum
ex illis præeligendum compelli, juxta toties alle-
gatas Deciſiones in Toletana Canonicatus deciſion.
26. & 106. coram Cerro, & deciſion. 29. & 37.
coram Ottobon. in quibus circa motivum coarcta-
tionis nullus receſſus legitur in ſucceſſivis Deciſio-
nibus, ut male in contrarium ſupponebatur: ſed im-
mo Sacra Rota eidem motivo in omnibus his Deci-
ſionibus conſtanter adhæſit.

Nec ſuffragari poterat libertas Capituli tan- 33
quam, ut aſſerebatur, non ligati ex propria co-
arctatione, & præſertim quando agitur de nomi-
natione revocabili antequam fuerit præſentata Su-
periori,

periori, jam enim objectum ceſſabat ea facto,
quia Capitulum revocavit coarctationem, & e-
lectionem poſtquam hæc Ordinario jam præſen-
tata fuerat, & ſuper illa Sententiam prælationis
pronunciaverat favore Armanni; verum ſecluſa
etiam hac circumſtantia certi juris eſt, quod
quando electi fuerant duo in paritate, & ma
joritate votorum, tunc Capitulum erat arctatum,
prout ſeſe arctaverat in aliis duobus Scrutiniis
ad unum ex illis reeligendum, ſeu verius præeli-
33 gendum, cum ſit actus juſtitiæ, quæ obligat Ca-
pitulum eos jam electos, & ab ipſo digniores
reputatos in majoritate, & paritate votorum, ad
ſubjiciendum novo Scrutinio, excluſis aliis, qui
in prima electione jam fuerant rejecti, & minus
digni reputati, *ut in Capit. Conſtitutis de Appell.*
Exemplo eorum, qui currunt ad Bravium, ubi ſi
34 duo tantum ex Currentibus æqualiter metam at-
tingunt, curſus eſt iterandus inter ipſos duos
tantum, excluſis aliis, qui fuerunt ignavi, &
tardiores, ea ratione, quod illi duo velociores
reſpectu tardiorum dicuntur habuiſſe victoriam,
juxta doctrinam Bald. *in proœmio Digeſtor. §. Ita
que numer. 13. verſic. Sed nunquid*, & diſcuſſo ar-
ticulo Vaſquez *controv. illuſtr. lib. 3. controv. 92.
per totam*, & in terminis noſtris Rota *dicta de
ciſ. 106. numer. 47. & 48. deciſion. 131. numer. 37. &
ſeqq.* coram Cerro, *& deciſ. 37. numer. 11. & 13.*
coram Ottob.

Cum fundamento coarctationis Capituli ad præ-
eligendum unum ex duobus Electis Sacra Rota
tenaciter adhæſit, neglectis ſuperius adductis Re-
ſponſionibus in contrarium, ex quibus prætende-
batur Capitulum potuiſſe recedere a ſua coarcta-
tione, præſertim in materia Electionis impro-
priæ, quæ erat ſimplex nominatio revocabilis
ante præſentationem factam Superiori, quia pla-
cuerunt Deciſiones *in Toletana Canonicatus ubi
ſupra* coram Cerro, & Ottobono, approbatæ
tunc recenter *in Adrienen. Canonicatus 3. Apri
lis 1699. §. Quin hujuſmodi coarctationis* coram
Lancetta, in quibus Deciſionibus diſcuſſo articu-
lo firmatum reperiebatur, quod non poterat Ca-
pitulum ab hac coarctatione ex voluntate Eli-
gentium facta recedere, quando Perſonæ, ad
quas ſeſe coarctavit, ſunt idoneæ; & in caſu
quo recuſaret eligere alterum ex duobus, ad
quos ſeſe coarctavit poſſet per Superiorem com-
pelli ad ſic eligendum abſque læſione libertatis,
ex doctrina Innocentii, & omnium Canoniſta-
rum *in dicto capit. Conſtitutis 46. de appellat.* pro-
ut loquendo in terminis electionis ad Canonica-
tum Pœnitentiarium adducto, & probato hoc
motivo coarctationis, ita conſtanter firmavit Ro-
ta *in dicta Toletana Canonicatus* coram Cerro
*deciſion. 106. numer. 46. & deciſion. 131. numer. 1.
& ſeqq.* & coram Ottobon. *deciſ. 29. numer. 27. &
deciſion. 37. numer. 5. 6. 7. & 23. cum ſeqq.* ubi præ-
cise reſpondetur ad contrarium objectum, quod
coarctatione non obſtante, Electores alium elige-
re non ſint prohibiti, & de cætero hujuſmodi
35 duo Electi in paritate votorum, ad quos Capi-
tulum ſeſe coarctavit tanquam digniores reſpecti-
ve ad cæteros excluſos per Capitulum recogniti,
& approbati non poſſunt ab eodem Capitulo
præteriri, aut confundi cum aliis rejectis, & mi-
nus dignis; quia propter hujuſmodi coarctatio-
nem declarati fuerunt digniores, & dicuntur ex
hoc habere jus quæſitum privative quoad alios
per ſpeciem cujuſdam paſſivæ electionis, *quantum
ad Scrutinium*, ut nempe ipſi ſoli novo Scrutinio
ſubjiciantur, & neceſſario alter ex eis præeliga-
tur ob eorum dignioritatem ab ipſo Capitulo ap-
probatam in concurſu aliorum excluſorum, ut
plene habetur *in allegatis Deciſionibus* Cerri, &
Ottoboni.

Fruſtra autem impugnabatur coarctatio, ex quo
Capitulum, poſtquam in duobus Scrutiniis non
potuit unum ex duobus Electis præeligere, dum
ſemper uterque Electus remanſit in eadem majo-
ritate, ſeu æqualitate votorum, mandaverat dif-
ferri ad aliam diem, & reſervari = *la ſuddetta
elezione* = nam Ego reſpondebam, & Rota ad- 36
hæſit, hujuſmodi verba non tollere, ſed confir-
mare coarctationem electionis ad ſolos Arman-
num, & Sforzolinum, quos tantum repoſuerat in
aliis duobus Scrutiniis excludendo cæteros in pri-
ma electione rejectos, nam verbum illud *ſudetta*
repetebat eandem electionem reſtrictam ad illos duos
in ultimis duobus Scrutiniis, *ut in Deciſio. hu-
jus Cauſa 24. Januarii 1701. §. Haud relevante* cor.
bon. mem. Pio.

Hinc Sacrum Tribunal rejectis omnibus, quæ
in contrarium deducebantur recte judicavit pro
adjudicatione Canonicatus favore Armanni ex
duplici fundamento; tum quia prima electio fue-
rat valida tanquam facta per majoritatem voto-
rum in perſonis Armanni, & Sforzolini, non
obſtante, quod utraque paritatem votorum re- 37
portaſſet, dum hæc paritas non tollebat validi-
tatem electionis, ſed ſolum operabatur, ut u-
nus tantum ex illis ex præponderantia merito-
rum judicio Epiſcopi præferendus eſſet, juxta
Textus *in Canonic. Si forte diſtinction. 63.* ut le-
gitur *in Deciſion. hujus Cauſæ 4. Maii 1699. §.
Non enim* coram bonæ memoriæ Lancetta, *&
24. Januarii 1701. § Et hinc aperte* coram bo-
næ memoriæ Pio; tum etiam quia, dum facta
electione Armanni, & Sforzolini in paritate
votorum, Capitulum ſeſe ad illos coarctaverat
in duobus ſequentibus Scrutiniis, ab hujuſmodi
coarctatione recedere non potuit, itaut tenere-
tur neceſſario unum ex illis duobus eligere, ſeu
præeligere, alias potuiſſet ad ſic eligendum
compelli officio Judicis, excluſo Antonuccio
jam in prima electione rejecto, itaut bene Or-
dinarius prælectionem feciſſet Armanni in judi-
cio prælationis, juxta ejus Sententiam, qua e-
tiam deficiente, Sacra Rota recte adjudicationem 38
concedere potuit loco Ordinarii vigore *Clement.
Auditor de reſcription.* Rota coram Cerro *dicta
deciſion. 106. numer. 51.* præſertim defuncto Sfor-
zolino Coelecto, & Collitigante, per cujus obi-
tum Armannus ſuperſtes remanſit neceſſario eli-
gendus, ſeu miniſterio juris Electus ex allegatis 39
ſupra numer. 6. & ita fuit in Sacra Rota judica-
tum per duas Sententias Cauſa in duplici Tur-
no ventilata votantibus bon. memor. Anſaldo dell'
Olmo, clar. memor. Cardin. Caprâra, aliiſque do-
ctiſſimis Sacræ Rotæ Auditoribus tunc in eodem
duplici Turno ſedentibus; Prima Deciſio hujus
Cauſæ habetur ſuperius impreſſa *diſceptat. 4. numer.
105.* Altera vero emanata coram bon. mem. Pio in-
ferius regiſtratur.

Recurrendo materiam circa electionem, quod
ſit valida licet facta de duobus per pluralitatem,
& paritatem votorum, remanente tantum grati-
ficatione, ſeu prælatione unius ex Electis ſpe-
ctante ad Ordinarium ex præponderantia merito-
rum, juxta Textus *in Canon. Si forte diſtinct.
63.* ſuperaddo, quod præter judicatum Rotale *in
dicta Eugubina Canonicatus*, & punctualem au-
ctoritatem, Paſſerin. *de election. capit. 31. numer.
126. & 130.* & Deciſiones editas *in Toletana
Canonicatus* coram Cerro, & Ottobono loquen-
tes in fortioribus terminis, ubi non concurrebat
electio majoris partis Capituli, hæc opinio pro
validitate electionis mihi videtur ſatis manifeſta,
ut eam tenui *diſcept. 4. numer. 33. in fine tom.* 40
1. & diſceptat. 85. numer. 9. tom. 3. nec vidi au-
ctoritatem ſpecialem in contrarium, cum omnes
loquantur de electione non concluſa in paritate
votorum ob ſciſſuram Collegii, ſeu Capituli in
duas partes æquales hinc inde, ſcilicet medietate
Eligente unum, & alia medietate alterum; non
autem quando agitur de duobus Electis per ma-
jorem partem Capituli in paritate votorum, u-
bi electio jam eſt concluſa in illis, nihil ad rem
faciente, quod non unus, ſed duo fuerint Ele-
cti, quando unus tantum debet obtinere Bene-

ficium, quia nullo jure prohibita reperitur duorum electio, ut unus ex illis obtineat, qui dignior repertus fuerit, dum ſolum reſtat prælectio, ſeu prælatio unius ſupra alterum ex præpondetantia qualitatum, & meritorum, quam prælationem, ſeu prælectionem in materia non ſubjecta formæ *cap. Quia propter de elect.* vel facit Capitulum, prout facere poteſt reiterando Scrutinium reſtrictum ad duos jam Electos, ut unus tantum ejus judicio dignior præferatur; aut ſi Capitulum non facit, ſeu facere non poteſt ob fixam paritatem votorum ſuper utroque Electo, tunc ſuccedit Epiſcopus, qui ex eadem prærogativa qualitatum, & meritorum in judicio prælationis unum alteri præferre poteſt, ſeu alterum ex Electis confirmare, juxta ſæpe citatum Text. *in Canon. Si forte diſt.* 63. Paſſer. *de elect. capit.* 33. *numer.* 126. *verſic. Verum*, *& numer.* 128. *verſ. Non eſt unde caſſetur electio*, *& numer.* 130. *verſic. Nam inter alias*, ubi loquitur de electione non ſubjecta formæ *capit. Quia propter de elect.* cum gratificatio, & prælatio, ac confirmatio unius inter duos Electos jam certa ſupponat præexiſtentiam 41 validæ electionis, vigore cujus competit prælatio, ut apud Lotter. *de re Benefic. libr.* 3. *quæſtion.* 17. *numer.* 170. *& ſub numer.* 175. alias enim non entis, ſeu non exiſtentis nullæ ſunt qualitates, & nulla applicabilis eſſet prælatio, & confirmatio, ut dixi *ſupra numer.* 31. & profecto in hac electione impropria ad Canonicatus eidem formæ non ſubjecta nunquam dubitari poteſt illam eſſe validam, ſi major pars, aut totum Capitulum æqualibus votis exigat duos; dum etiam in electione ſubjecta eidem formæ *capit. Quia propter*, plures eligi poſſunt in eadem electione, & pendet ex ju42dicio Confirmatoris unum ex Electis confirmare examinando quis ex duobus Electis ſit majoris meriti, ut refert Paſſerin. *de election. capit.* 19. *num.* 12. *&* 13. & firmant omnes Canoniſtæ ſuppoſita dignitate, & majori qualitate unius ex Electis *in capit. Eccleſia veſtra* 37. *de elect.* addentes, quod ubi omnia eſſent paria ſpectaret ad Papam jus gratificandi, ſignanter Panormitan. *ibidem numer.* 13. *in fine*, & dixi ſupra *diſcept. Eccleſ.* 4. *numer.* 37. & Confirmator, qui confirmare tenetur electionem habentis majorem prærogativam meritorum, habet arbitrium confirmandi quemcunque ex Electis digniorem, ita & ta43liter, quod ſi unus Electus foret per majorem partem Capituli, & alter pariter habuiſſet hanc majorem partem Capituli, ſed alterum ſuperaſſet in numero votorum, adhuc Confirmator poſſet, ſpectatis meritis, confirmare Electum per majorem partem, qui habuiſſet minorem numerum votorum reſpective ad alium, ea ratione, quod Electus a majori parte Capituli cenſetur Electus a toto Capitulo, & ideo non attenditur inæqualitas votorum, quia ſemper omnes a toto Capitulo cenſentur Electi, ut ſolide probat Paſſer. *de elect. dict. capit.* 19. *numer.* 13. & in ſola electione Papæ ſi duo eligantur æqualibus votis, nempe per duas partes ex tribus, electio remanet nul44la, juxta Conſtitutionem Gregorii XV. ſuperius relatam *num.* 18.

Circa aliam concluſionem, de qua ſupra *numer.* 27. *& ſequent.* Quod ubi plures fuerunt præſentati, nemini ex illis dicatur jus quæſitum ad rem, vera eſt diſtinctio, quod hoc intelligitur 45 quoad ſe ipſos, non autem quoad alios non præſentatos, reſpectu quorum dicuntur habere jus conſiderabile ad rem, & quidem abſque principio dubitandi, dum alias ſequeretur abſurdum, quod nunquam Patroni poſſent præſentare plures, & actum eſſet de nota Decretali *in Clement. Plures de Jurepatronat.* Si enim Præſentati non haberent jus ad rem reſpective ad alios non Præſentatos, jam pateret locus cuilibet Tertio non Præſentato obtinendi proviſionem Apoſtolicam veluti non præjudicialem alicui ex Præſentatis ex defectu eorum juris quæſiti ad rem, non obſtante, quod eſſent præſentati ab unico Patrono, vel per majorem partem Patronorum, hoc enim modo ſpoliati remanerent Patroni ſuo jure præſentandi, niſi ſemper præſentarent unum; ſi verum foret, quod præſentando plures, nihil agerent, ac quo nullum jus ad rem quæſitum eſſet pluribus Præſentatis, itaut Beneficium remaneret impetrabile per quemlibet Tertium in Dataria Apoſtolica hoc prætextu, quia Papa nemini præjudicaret, ſi Præſentati nullum jus ad rem haberent, quod ſane non modo abſurdum, ſed ineptiſſimum eſt, & præjudiciale etiam Eccleſiis, in quarum favorem emanavit diſpoſitio *Clement. Plures de Jurepat.* quæ permittit Patrono præſentationem plurium, ut nempe Epiſcopus inter plures Præſentatos poſſit eligere digniorem.

Itaque ſtantibus pluribus Præſentatis per majorem partem Patronorum non datur, nec valida 46 eſſe poteſt proviſio, ſeu impetratio Apoſtolica favore Tertii, ſeu Extranei in ſuppoſito, quod nemo ex pluribus Præſentatis habeat jus conſiderabile ad rem, ut bene Rota *deciſion.* 17. *de Præbend. in nov.* Eoque minus in ſuppoſito diſcordiæ inter Patronos: hæc enim non verificatur in præſentatione facta per majorem partem, vigore cujus Præſentatus ſit neceſſario inſtituendus, ſed in præſentatione facta per medietatem Patronorum hinc inde in ſciſſura diverſos præſentantium, in quibus terminis dari poteſt impetratio Apoſtolica in favorem Tertii non Præſentati, ut de Tertio impetrante Beneficium de Jurepatronatus, ad quod præſentati fuerant duo in medietate vocum, extat exemplum apud Rotam *in Mediolanenſis Cappellaniæ* 27. *Martii* 1601. coram Corduba impreſſ. apud Gratianum, *de Benefic. part.* 4. *capit.* 3. *numer.* 14. *verſicul. Quod vero*, *&* refert etiam Lotter. *de re Benefic. libr.* 2. *quæſtion.* 51. *numer.* 55. & apud Me *de Controv. Patron. alleg.* 6. *ſub numer.* 25. licet Ego in praxi non viderim adhuc talem impetrationem.

Secus ergo eſt, quando, aut duo fuerunt contemporanee præſentati ab unico Patrono, aut per majorem partem Patronorum; Quippe diſcordiam in præſentando conſtituit ſciſſura inter Patronos, quorum præſentati non habent jus efficax, quia nemo eorum habet præſenta47tionem majoris partis, propter quam neceſſario obtinere poſſit inſtitutionem; Quando autem ſupponimus adeſſe Præſentatus per majorem partem Patronorum, omnes habent jus quæſitum ad rem reſpective ad alios non Præſentatos, ut nempe teneatur Ordinarius unum ex eis inſtituere, ſeu gratificare, & præferre, nec habetur, quantum ad diſcordiam conſideratio mino48ris partis tanquam abſorptæ per majorem, & nullum ex ſua diſcordia impedimentum præſtare valentis præſentationi concorditer factæ per majorem partem, ad notum Text. *in leg. Quod major digeſt. ad municipal. & capit.* 1. *de his, quæ fiunt a major. part. Capit.* Rot. *deciſion.* 70. *numer.* 9. *&* 10. *part.* 8. *recent. & in Faventina Parochialis* 6. *Maii* 1726. §. *Explorati* coram R.P.D. Gamaches, præſertim quoad Univerſitatem, ſeu Collegium Patronum, cujus æqualis electio de duobus dicitur facta in concordia, non autem in diſcordia, ſi fa49cta fuerit per majorem partem, non curato diſſenſu minoris ad Text. *in cap. In cauſis de elect.* Barb. *in c. Bona* 4. *de poſtul. Præl. n.* 6. & optime advertit Paſſer. *de elect. cap.* 33. *num.* 129.

Immo inter plures Præſentatos ab unico Patrono, vel majori parte Patronorum dicitur quæſitum jus conſiderabile ad rem etiam *quoad ſeipſos* in caſu nempe, quod aliquis eorum haberet prælationem, ſeu gratificationem *juris*, veluti quia eſſet de ſanguine Fundatoris, aut Patronorum, omnino præferendus alteri Præſentato Extraneo, juxta Text. *in Canon. Neminem diſtinct.* 70. & apud Me *diſcept. Eccleſ.* 22. *numer.* 38. *& diſc.* 38. *numer.* 1. *& in Parergon. numer.* 41. *& de Controv. Patron. allegat.* 4. *numer.* 1. ſive

etiam

etiam eſſet de gremio Eccleſiæ, ubi extat Beneficium pariter de jure præferendus alteri præſentato non gremiali Eccleſiæ, juxta Text. *in Canon. Nullus invitis diſtin.* 61. Rot. *in Camerinen. Beneficiatus* coram Molines impreſſa apud Me *de Contr. Patron. alleg.* 50. *num.* 56. *in fin.* & coram Merlin. *deciſion.* 6. *numer.* 2. *&* *in Burgen. integri Beneficii* 6. *Maii* 1726. §. *Sub quo* coram Rev. P. Dom. Gamaches, his enim caſibus inter plures Præſentatos dicitur adeſſe jus quæſitum alicui etiam quoad ſe ipſos.

R. P. D. P I O

Eugubina Canonicatus.

Luna 24. Januarii 1701.

SEntentia Rotalis R. P. D. mei Lancetta, qua prævia Deciſione coram eodem edita ſub die 4. Maii 1699. pronunciatum fuerat controverſum Canonicatum eſſe adjudicandum Armanno; Hodie in gradu appellationis coram Me interpoſitæ confirmationis robur obtinuit.

Siquidem validitas nullo modo controvertebatur, cum de ea conſtet ex revolutione actorum ad terminos vulgatæ *deciſionis Capit.* 160. *part.* 2. juſtitia vero luculenter emergere viſa fuit ex eo, quod cum in primo Scrutinio duo tantum, nempe Armannus, & Sforzolinus, cum æquali ſuffragiorum numero a majori parte Capituli fuerint approbati, & deinde rejectis Antonuccio, aliſque, qui pauciora, & inſufficientia vota obtinuerant, Capitulum ad electionem horum duorum ſe co-
50 arctavit, debebat eodem alterum ex eis neceſſario eligi, alias enim Judicis Officio compelli ad id potuiſſet, juxta doctrinam ab Innocent. traditam *in capit. Conſtit.* 46. *verſic. Tu dic de appellat.* cum qua procedunt cumulati per Rot. coram ſan. mem. Alexan. VIII. *deciſ.* 29. *numer.* 27. *&* *deciſ.* 37. *numer.* 1.

Hæc autem neceſſitate ſuppoſita ſubſequitur, quod cum expoſt objetat Sforzolinus Inſtitutio denegari non debebat Armanno, ſiquidem deficiente competitores omnia jura Capituli, & Electorum remanent conſolidata in ſuperſtite; Adeo ut propterea a
51 jure cenſeatur idem electus, ad tradita per Bartol. *in l. Stichum, aut Pamphilum* 95. §. *Quod ſi promiſeris num.* 1. *verſ. Venio ad ſecundum,* *&* *numer.* 5. *verſ. Si ante ff. de ſolut.* Rot. cor. ſan. mem. Alexan. VIII. *dict. deciſ.* 29. *num.* 28. *&* *deciſ* 37. *numer.* 2. *&* *ſeqq.* cum cæteris adductis *in deciſ. quæ revidetur* §. *Non enim.*

Et hinc aperte patet, quam attentate Capitolum devenerit expoſt ad novam electionem favore Antonuccii, accedente ulterius, quod eadem fuit quoque expleta pendente lite inter Electos, & Electores, quo caſu variatio eo minus licita reddebatur, juxta plene firmata *in deciſion. hujus Cauſæ* §. *Non obſtante* coram Rev. P D. meo Lancetta; Idque non obſtante, quod deſuper obtenta fuerit licentia ab A. C. tum quia idem A C. nulla ponitur juriſdictione in Beneficialibus, Redolph.
52 *in prax. part.* 1. *capit.* 1. *num.* 41. Rot. coram Bich. *deciſ.* 140. *num.* 3. *&* *dec.* 112. *num.* 24. coram Dunoz. jun. *dec.* 874. *num.* 3. *&* *in recent. deciſ.* 228. *numer.* 4. *part.* 17. tum etiam quia dictum Decretum emanavit cum clauſula *præſervativa jurium Partium*, ideoque per illud ſublatum cenſeri nequit jus alits quæſitum ex prima electione, quæ ſemper eſt valida, vel ſaltem eſt in ſtatu implicitæ validitatis; Adeout donec, & quouſque declarata non fuerit irrita, ac nulla præſtet impedimentum ſecundæ, eamque infringat, juxta litteralem Text.
53 *in capit. Super eo, capit. Conſideravimus, &* *capit. Poſt electiom. de conceſſ. Prabend.* Barbat. *vot.* 39. *num.* 6. & firmavit Rota *deciſion.* 106. *numer.* 35. coram Cerro.

De coarctatione vero ſuper qua tota innititur reſolutio, viſum fuit DD. dubitari non poſſe, quin poſt primum Scrutinium, ex quo conſtitit Armannum, & Sforzolinum majorem ſuffragiorum numerum obtinuiſſe, poſthabito penitus An- 54
tonuccio, illi ſoli fuerunt de mandato Capituli iteratæ ſorti commiſſi, ut videretur, in quem fortior Urna defluxiſſet, ex hoc namque actu coarctationem emergere in puncto probat Rot. cor. ſan. mem. Alexan. VIII. *dicta deciſ.* 29. *numer.* 34. *&* *deciſ.* 37. *numer.* 6. *&* *in Adrien. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. §. *Electionem* coram Rev. P. D. meo Lancetta.

Haud relevante objecto iterum repetito, quod 55
licet Capitulum reſtrinxerit electionem ad dd. Armannum, & Sforzolinum, demandando, quod ſoli reproponerentur: attamen poſtea relicta hujuſmodi coarctatione, & reſtrinctione ſimpliciter decrevit = *Che la ſudetta elettione* = quaſi quod ita indefinite loquendo patefacere voluerit ſibi præſervaſſe libertatem novam faciendi electionem in perſonas ſibi beneviſas. Etenim ultra, quod admiſſa præcedenti coarctatione electio poſt eam facienda intelligi debet reſtrictiva ad illos, qui ſemel fuerunt admiſſi, ut probat Deciſio, quæ revidetur §. *Coarctatio*. Nam poſt ſemel ſecutam coarctationem favore duorum, vel trium, non licet amplius Capitulo in eorum præjudicium alios ad electionem admittere, juxta auctoritates ſuperius adductas *ſub* §. *Siquidem animadvertebatur*. Ulterius, quod cum Capitulum per geminas vices demandaverit repropoſitionem Armanni, & Sforzolini, eo ipſo, quod voluit dictam electionem differri, oſtendit ſeſe perſeveraſſe in dicta coarctatione, a qua de cætero reddere non poterat: Dictio enim *prædicta* eſt repetitiva præcedentium, adeoque operatur, ut electio facienda intelligi debeat, quæve ſuper aliis cadere non poterat, quam ſuper Armanno, & Sforzolino in Scrutinio unice propoſitis, & approbatis, Barboſ. *diction.* 342. *numer.* 4. *&* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 629. *numer.* 20. Rot. coram Cerro *deciſion.* 68. *numer.* 16. *&* *in recent. deciſ.* 524. *num.* 12. *part.* 18.

Firmata igitur ex his exiſtentia coarctationis 56
fruſtra ad infringendam electionem Armanni ex capite nullitatis objiciebatur, quod illa expleta fuerit per ſimplicem propoſitionem Memorialium, & per ballottationem, nullatenus obſervata forma Scrutinii *in capit. Quia propter* 22. *de election.* Etenim præmiſſo, quod hac nullitate laboraret quoque electio Antonuccii, quæ aliter facta non fuit, quam per ballottationem cum fabis albis, & nigris: Corruit objectum ex eo, quod forma expreſſa *in dicto capit. Quia propter* locum ſibi vindicat in electionibus Prælatorum, aliorumque Superiorum, per quorum deceſſum viduatur Eccleſia; Non autem in electionibus Canonicorum, circa quas nulla ſpecialis, & poſitiva forma præſcripta reperitur, ſed conſenſus Capitularium quoque modo præſtitus ſat eſt ad electionem perficiendam, ut innumeris fere congeſtis totidem verbis reſpondit Rota *in citata Adrien. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. coram R. P. D. meo Lancetta.

Et ita utraque &c.

R. P. D. L A N C E T T A.

Adrien. Canonicatus.

Veneris 3. Aprilis 1699.

PEculiari Adrienſis Eccleſiæ Statuto per Odeſcalcum illius olim Antiſtitem cum unanimi Capitularium aſſenſu condito, deinde per Androzium in eadem Eccleſia Succeſſorem approbato, ac mediante juramento a ſingulis Canonicis ſucceſſive admiſſis acceptato, expreſſe diſponitur, ut vacantibus in ea Canonicatibus electiones intra eundem diem vacationis, vel ſubſequentem per-

agi debeant a Capitulo, ac in illo. (ſunt verba Statuti) *diſcutiantur omnes ambientes Canonicatum, & qui plura vota habuerit, ille pro Canonico electo habeatur.*

Defuncto nuper die 6. Septembris proxime elapſi Laurentio Manzetta, ejuſque propterea Canonicatu vacante Canonici numero 18. die 7. immediate ſequenti abſoluto funebri Officio capitulariter congregati, ſervatis præliminaribus a prædicto Statuto requiſitis per ſeparata Scrutinia ſingulorum ad Canonicatum concurrentium qualitates examinarunt, cumque facta ſuffragiorum collatione compertum extitiſſet favore Laureti, Cervoni, & Firmani æqualiter octo ſuffragia conveniſſe, alios vero tres ex Concurrentibus ſeptem ſuffragiorum numerum retuliſſe; Decretum perinde fuit electionem coarctandam eſſe ad eos, qui majora vota reportaverant, ipſiſque iterum ſub Scrutinio poſitis, ſors electionis cecidit in Lauretum, qui ſeptem favorabilibus ſuffragiis ſuperior extitit Firmano, & Cervono, hac ſecunda vice ſex votorum numero duntaxat approbatis.

Hæſitans de hujuſmodi electionis validitate Vicarius Capituli propoſuit, vel ut novum, & generale fieret Scrutinium quoad omnes Concurrentes, vel ſaltem quoad Lauretum, & alios, qui in primo Scrutinio ſeptem ſuffragia obtinuerant. Cumque hac de cauſa Eligentium mente in ancipiti poſita, Capitulum ſuſpenſa quacunque reſolutione diſſolutum remanſerit; idcirco Lauretus electionem de ſe factam, & jam publicatam ſequenti die acceptavit a quocunque futuro gravamine ad Sanctiſſimum appellando expreſſe coram dicto Vicario proteſtatus fuit, ne ſub pœna nullitatis ad novam electionem procederetur, allegando ſignanter defectum poteſtatis Capituli ob lapſum termini a Statuto præſcripti, ſed, his omnibus ſpretis, Capitulum denuo congregatum die 9. dicti menſis, omnes ad Canonicatum aſpirantes præter Lauretum novo Scrutinio ſuppoſuit, in quo Annibal Roccatanus, licet antea reprobatus, undecim numeravit favorabilia ſuffragia quorum vigore pro legitime Electo habitus a prædicto Vicario inſtitutionem, & reſpective immiſſionem obtinuit, a quibus actibus iterum interpoſita per Lauretum appellatione, mihique delegata, diſceptandum hodie propoſui = *An, & cui ſit adjudicandus Canonicatus, vel potius, an eſſet locus executioni litterarum Apoſtolicarum gratiæ ſi neutri*, quam interim dictus Lauretus ad cautelam a Sanctiſſimo impetraverat, & DD. ſecundi dubii parte prætermiſſa, reſponderunt Canonicatum eſſe Laureto adjudicandum.

Cum enim iſte in primo, ac generali Scrutinio parem obtinuiſſet ſuffragiorum numerum cum Firmano, & Cervono, iſtoſque geminos Oppoſitores, ad quos electio fuerat coarctata in ſecundo ſuperaſſet, ei per conſequens adjudicandum erat beneficium tam ex litteralibus Statuti

57 verbis, ibi = *Qui plura vota habuerit, ille pro Canonico electo habeatur* = quam etiam ex juris diſpoſitione, de qua omiſſis generalibus in his terminis dixit Rota coram Cerro *deciſion.* 106. *numer.* 46. *ad* 50. repetit *in recent. deciſion.* 210. *part.* 9. *tom.* 1. *recent. & deciſion.* 131. *numer.* 8. & 35. repetit. *in recentior. deciſion.* 279. *part.* 9. *tom.* 7. *recentior.* & coram ſan. mem. Alexand. VIII. *deciſion.* 29. *numer.* 28. & *deciſion.* 37. *numer.* 2. & 26.

Electionem autem fuiſſe coarctatam ad tres in

58 primo Scrutinio æqualiter approbatos, certum fieri videbatur apud DD. ponderando, quod in ſecundo Scrutinio illi ſolum fuerunt ſorti a Capitulo commiſſi, adeo ut alii neceſſario rejecti cenſerentur, ut ait Rota coram Cerro *dicta deciſion.* 131. *numer.* 9. recent. *deciſion.* 279. *part.* 9. *tom.* 1. & coram ſan. mem. Alexand. VIII. *dicta dec.* 29. *num.* 34. & *deciſ.* 37. *num.* 16. *cum ſeqq.*

Quin hujuſmodi coarctationis validitas in dubium revocari poſſet ex præjudicio, quod cæteris Concurrentibus illa mediante irrogatur, quippe cum Capitulum ex ſpeciali ordinatione Statuti teneretur eum ad Canonicatum eligere, quem ſecundum Deum, & Eccleſiæ utilitatem digniorem, & habiliorem judicaverit, factaque in primo Scrutinio diſcuſſione qualitatum, quibus unuſquiſque pollebat, dictos tres æque idoneos 59
reputaſſet, illis propterea privative quoad alios tale jus quæſitum fuerat, ut nedum licitum eſſet Capituli electionem ad eos, cæteris excluſis, ſponte coarctare, ut ex Text. *in capit. Conſtitutis* 46. *de appellat.* reſpondit Rota penes Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 4. *numer.* 166. & coram Cerro *deciſ.* 106. *numer.* 47. & *deciſion.* 131. *numer.* 20. 27. & *ſeqq.* & coram ſan. mem. Alexand. VIII. *dicta deciſion.* 37. *numer.* 8. & *ſeqq.* ſed immo ad hujuſmodi limitatam electionem potuiſſet idem Capitulum abſque ulla libertatis læſione per Superiorem compelli, ut egregie firmatur *in dicta dec.* 106. *num.* 46. coram Cerro & *in dicta deciſ.* 29. *n.* 27. cor. ſan. mem. Alex. VIII.

Minoris erat relevantiæ altera nullitas electionis, ex quo illi aſſenſum non præſtiterit major pars Canonicorum habito reſpectu ad integrum Capitulum, prout requiri ſupponebatur tam ex diſpoſitione Textus *in cap. Quia propter* 42. & *cap. Eccleſia* 48. *de elect.* quam etiam ex conſuetudine in eadem Eccleſia vigente.

Quo enim ad juris diſpoſitionem duplex occurrit reſponſio. Altera, quod cum Statutum Adrienſis Eccleſiæ non exigat pluralitatem voto- 60
rum reſpective ad totum Capitulum, ſed habito reſpectu ad omnes alios Concurrentes, ut ſonant litteralia verba opportune repetenda, ibi = *Diſcutiantur omnes ambientes Canonicatum, & qui plura vota habuerit ille pro Canonico electo habeatur*, hæc Statutaria diſpoſitio unice, ac dependenter ab illa juris debet attendi, ex firmatis *in Gerunden. Beneficii* 10. *Februarii* 1696. §. *Miniſque in fine* coram Rev. P. D. m. meo Scotto, & 10. *Decembris ejuſdem anni* §. *Cæterum pariter in fin.* coram Rev. P. D. meo Anſaldo, alioquin admiſſa contraria intelligentia, dicendum foret Statutum fuiſſe inutiliter conditum, contra regulam Text. *in cap. Si Papa* 10. *verſ. Cui enim jure communi de priv. in* 6.

Altera, quod Text. *in dicto capit. Quia propter*, & *dicto capit. Eccleſia*, locum ſibi vindicant in electionibus Prælatorum, aliorumque Superiorum, quibus decedentibus viduatur Eccleſia, non autem in electionibus Canonicorum, circa quas 61
nulla ſpecialis, & poſitiva forma præſcripta reperitur: at conſenſus Capitularium quomodo præſtitus ſat eſt ad electionem perficiendam, & diſtinguendo unum caſum ab alio, dixit Abbas *in dicto capit. Quia propter numer.* 9. & *in dicto capit. Eccleſia numer.* 3. *de elect.* Fagnan. *dicto capit. Quia propter. numer.* 34. Lotter. *de re Benefic. libr.* 2. *quæſt.* 25. *numer.* 15. & *quæſt.* 19. *numer.* 10. Paller. *de elect. nullit. capit.* 9. *quæſtion.* 8. *numer.* 55. Tondut. *reſol. Benefic. capit.* 40. *numer.* 7. *tom.* 1. Rota coram Buratt. *deciſion.* 380. *num.* 5. & 6. & coram Cerro *deciſ.* 106. *n.* 9. & *ſeqq.* & *in rec. dec.* 244 *num.* 4. & *ſeqq. part.* 8. & *dec.* 210. *num.* 9. *part.* 9. & *deciſ.* 496. *numer.* 8. *part.* 19. & *in Leodien. Præpoſituræ* 3. *Martii* 1684. §. *Secundo quod* coram bon. mem. Albergato, *confirmata* 2. *Junii* 1687. §. *In præſenti* coram bon. mem. Benincaſa.

Atque ideo Electores excluſa neceſſitate ſervandi formam ut ſupra præſcriptam *in dicto cap. Quia propter*, & *dicto capit. Eccleſia*, recte po- 62
tuerunt ex prædicto Statuto illum habere pro Electo, erga quem comparative ad alios major numerus Eligentium conveniſſet, cum omnes eo tunc principio collegialiter illius electioni aſſentiri cenſeantur, ut punctualis eſt Gloſſa *in capit. Si cui* 23. *verb. Concilium de election. in* 6. & probat Rota *dicta deciſion.* 106. *num.* 121. cor.

Cerro,

Certo, & in dicta Laudien. Præpoſitura 3. Martii 1684. §. Tales, cor. bon. mem. Albergato.

Suppoſita vero conſuetudo, vel obſervantia, ultra quod minime comprobata erat ex atteſtatione per Vicarium Capitularem, alioſque de Capitulo ſubſcripta, dum omnes Laureti electionem impugnarunt, & Vicarius contra eundem in hac
63 cauſa pronunciavit, nec ideo eis permiſſum eſt
ad proprium commodum teſtificari, ut in his terminis ponderat Rota coram Coccin. *deciſion.* 2341. *numer.* 36. *& in recent. deciſ.* 220. *num.* 17. *part.* 17. exclusa penitus remanſit ex partitis librorum Capitularium datis *in Summario Laureti numer.* 16. ex quibus conſtat electiones fuiſſe factas cum pluralitate votorum reſpectu minoris partis, & effe-
64 ctum ſortitas, ideoque tametſi legitime doceretur
aliquando majorem totius Capituli partem in electionibus interveniſſe, non inde argui poſſet conſuetudo, vel obſervantia, cui difformitas actuum abſolute repugnat, ut in ſimilibus terminis reſpondit Rot. *deciſ.* 188. *numero decimo nono part.* 17. *recentior.*

Conſtito ex præmiſſis de bono jure Laureti, DD. ſuperfluum putarunt examinare Gratiam *ſi neutri* ab ipſo impetratam, cum ad illius execu-
65 tionem malum jus utriuſque Colliigantis ſequitur, Rot. coram Penia *deciſ.* 1354. *num.* 4. coram Gregor. *dec.* 89. *num.* 2. *& 3. & in rec. dec.* 1. *par.* 17. cum aliis notiſſimis.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Quando in Beneficialibus valeat Gratia facta per Papam oretenus, & ſolo ejus verbo abſque Reſcripto, ſeu Signatura ſupplicationis, itaut expediri poſſint Litteræ in forma *rationi congruit* per Pontificem Succeſſorem.

SUMMARIUM.

1 *Littera in forma* rationi congruit *dantur ſuper Gratia Beneficiali oretenus facta per Pontificem anteceſſorem?*

2 *Quod procedit ubi anteceſſor morte præventus non potuit ſignare ſupplicationem, alias ſecus.*

3 *Adducitur opinio contraria eorum, qui tenuerunt Litteras in forma* rationi congruit *non convenire niſi Gratiis factis per Signaturam.*

4 *Hæc opinio declaratur habere locum, ubi Papa per tantum tempus ſupervixit quod potuerit ſignare ſupplicationem, alias ſecus.*

5 *Reprobatur opinio, quod dantur Littera in forma* rationi congruit *ſuper Gratia oretenus facta per anteceſſorem qui ſupervixit, nec ſtatim obiit.*

6 *Biliettum Datarii ſignificativum Gratiæ jam factæ per Papam non probat Gratiam tunc factam, ſi poſtea hæc facta appareat ſub diverſa data per ſupplicationem, & Litteras.*

7 *Hujuſmodi Biliettum ſolum probat deſtinationem voluntatis Papæ de providendo, & appoſitionem manus.*

DISCEPTATIO CXLI.

Dantur Litteræ in forma *rationi congruit* per Pontificem Succeſſorem etiam in Gratia Beneficiali facta ſolo verbo, & viva voce Papæ anteceſſoris, Rebuff. *in prax. Benefic. tit. de Gratia rationi congruit numer.* 8. ubi teſtatur vidiſſe expeditionem Clementis VII. ſuper proviſione viva voce facta, Jure tamen probata per Teſtes, & in *Concordat. in form. Mandat. Apoſtol. in verb. Gratiam verſ. ubi dicit*, quo loco ſeſe remittit ad au-
ctoritatem Vitalin. *in proœm. Clementin. §. Hanc*
igitur num. 16. *&* 17. qui declarat hoc procedere, 2
ſi Papa ſtatim in brevi mortuus fuiſſet, itaut non
potuerit ſupplicatio ſignari, quod etiam refert Rebuff. *in form. Mandat. Apoſtol. ubi ſupra*, ea ratione, quod alias eſſet contra ſtylum Cancellariæ, Gratias, & Proviſiones de Beneficiis facere oretenus, & viva voce Vitalin. *ubi proxime*, & concordat Cokier. *ad reg.* 8. *Cancell. n.* 15. Mandoſ. *q.* 11. *n.* 1. *& per tot.* Cortad. *in prax. diſpenſat. libr.* 2. *cap.* 8. *ſub n.* 14.

Contrarium tamen, quod in Beneficialibus Gra- 3
tia non perficiatur verbo, ſed reſcripto, ſeu Signatura Papæ dicunt Lotter. *de re Benef. lib.* 3. *q.* 1. *numer.* 4. *& ſeqq.* Roſ. *de execut. Litter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 38. *& ſeqq.* Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 13. & in ſpecie *libr.* 1. *cap.* 21. *numer.* 18. *&* 19. ubi contrariatur omnibus prædictis Auctoritatibus, & dicit Regulam in forma *rationi congruit* convenire tantum gratiis factis per Signaturam, quem refert Roſ. *de execut. Litterar. Apoſtol. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. Rot. cor. Peuting. *deciſ.* 465. *numer.* 5. *&* 7. ubi quod gratia in forma *rationi congruit* expeditur juxta formam Supplicationis per Pontificem anteceſſorem ſignatæ Pauſ. *de reſignat. libr.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 7. *& ſeqq.* ubi quod Gratia non poteſt probari per Teſtes de ſtylo Curiæ.

Recepta opinio eſt illa Rebuffi cum ejus Se-
quacibus, de quibus ſupra, cum quibus etiam con- 4
cordat Azor. *Inſtitut. Moral. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 31. *quæſt.* 7. neque contradicit Roſ. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 25. Sed hæc opinio procedit in caſu, quo Papa conceſſit Gratiam oretenus, & deinde ſtatim obiit, vel æger factus eſt in ſtatu, quo ſignare Supplicationem Gratiæ non potuerit; ſecus autem, ſi Papa diu ſupervivat, ſeu potuerit ſignare ſupplicationem, ut præallegatæ auctoritates declarant, ea ratione, quod licet ſtylus ſit providere per Signaturam, non tamen hic procedit, quando Papa fuit impeditus ſignare Supplicationem per immediatum obitum, vel infirmitatem, ex qua obiit, impeditivam Signaturæ Gratiarum, quia tali caſu eum locum habere, & ſervari non poſſit ſtylus ordinarius providendi per Signaturam, ſubintrat principium Juris, quod Gratia Principis ſolo verbo conficitur abſque alia Scriptura, Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 12. *numer.* 46. *& ſeqq.* & Me ſcribente firmavit Rot. non ſolum in *Hildeſimen. Canonicatus* 20. *Januarii* 1717. §. *Hinc nullam*, cor. bon. mem. Certo, *&* 14. *Martii* 1718. §. *Nec refragari*, cor. R. P. D. Criſpo. Sed etiam ſucceſſive in caſu præciſo gratiæ oretenus factæ, & per Teſtes probatæ, executionem dedit Litteris in forma *rationi congruit* deſuper expeditis in *Hipporegien. Commenda* 11. *Decembr.* 1722. §. *Non relevante*; *&* 12. *Martii* 1723. §. *Conſtans cum ſeqq.* cor. R. P. D. Ratto, bene actum eſt, quod hujuſmodi Deciſiones dixerunt nimis; Etenim in
Hipporegien. firmatum ulterius fuit, quod Gratia 5
oretenus facta ſuffragetur, licet Summus Pontifex nec ſtatim obierit, nec in morbum ſtatim inciderit, minuſque attendatur, quod verbaliter Proviſus non fuerit ſollicitus in reportanda Signatura Supplicationis ante obitum Papæ concedentis contra Sententiam Doctorum *de quibus ſupra* ea ratione, quia Papa etiam oretenus concedendo, adhuc regulariter cenſetur ſe conformare velle ſtylo Datariæ, & Sedis Apoſtolicæ, ſcilicet relative ad Supplicationem, & Signaturam deſuper fieri ſolitam, & in caſu tantum Subſidiario impedimenti Signaturæ ſubſiſtit conceſſio abſque Scriptura oretenus facta.

Deciſiones autem in *Hildeſimen* firmarunt, quod Biliettum Datarii ſignificativum Collationis Papæ probet uſque de ejus tempore factam proviſionem, non obſtante quod ſubſecuta fuerit Supplicatio ſi-
gnata, & datata, una cum Litteris expeditis conti- 6
nentibus datam diverſam, ſeu longe poſteriorem datæ Bilietti, quod nunquam ſubſiſtere poteſt, ea

ratio-

ratione, quod data Litterarum continet confeſſionem Papæ, quæ non admittit probationem in contrarium, & cui ſolum ſtandum neceſſario eſt, ut Ego in illa cauſa dicebam, reſpective ad Biliettum Datarii, ne alias daretur abſurdum, quod aſſertio Miniſtri prævaleret aſſertioni Papæ in Litteris habentibus ſuam datam, imo ſe Miniſter, ſeu Datarius mendax remaneret in data Supplicationis per ipſum appoſita; Bene verum eſt, quod Biliettum
7 probat uſque tunc deſtinationem providendi certam Perſonam de Beneficio, itaut inſerviret ad declarationem voluntatis Papæ de providendo, & ad probandam appoſitionem manus eo tempore inductam, non autem, quod uſque tunc, nempe a die Bilietti fuiſſet facta Collatio, ſeu Proviſio abſque Scriptura, & ſolo verbo, dum alias pareret abſurdum, de quo ſupra, pro uno Beneficio factæ fuiſſent duæ Collationes, una anterior ſolo verbo probata per Biliettum, alia poſterior per Supplicationem, & Litteras.

SULMONEN. BENEFICII.

ARGUMENTUM.

Capellania reſidentialis propter onus perſonale Miſſarum, an ſit incompatibilis cum Eccleſia Parochialis, in qua exiſtit, itaut per aſſecutionem Parochialis vacare cenſeatur.

SUMMARIUM.

1 *Vacatio ob incompatibilitatem procedit etiam in Beneficiis Jurispatronatus.*

2 *Fundator poteſt inducere incompatibilitatem etiam ubi de jure non adeſſet.*

3 *Ad inducendam reſidentiam præciſam in Capellania quid requiratur.*

4 *Dictio irremiſſibilmente quid importet.*

5 *Onus celebrandi per ſeipſum in Capellania, ex quo inducatur.*

6 *Ceſſat incompatibilitas in duobus reſidentialibus habentibus reſidentiam diſcontinuam.*

7 *Declaratur, & explicatur quomodo concluſio intelligatur.*

8 *Compatibilitas in duobus reſidentialibus quando procedat.*

9 *Parochia, ſeu Eccleſia Parochialis eſt incompatibilis cum quolibet Beneficio habente reſidentiam diſcontinuam.*

10 *Quod procedit, etiamſi Beneficium ſit ſub eodem tecto.*

11 *Imo multo magis procedit incompatibilitas ſub eodem tecto.*

12 *Diſpenſatus ad duo incompatibilia non intelligitur quoad exiſtentia ſub eodem tecto.*

13 *Non poteſt ſub eodem tecto retineri Parochia cum Beneficio reſidentiali.*

14 *Beneficium ſimplex dicitur habere reſidentiam, ſi habet onus celebrandi per ſeipſum.*

15 *Parochus tenetur celebrare per ſeipſum diebus Dominicis, & feſtivis, limita ut ibi.*

16 *Parochus occupatus in celebratione Miſſæ Conventualis in Cathedrali, vel Collegiata poteſt celebrare per alium Miſſam pro Populo in Eccleſia Parochiali.*

17 *Parochi tenentur inſervire per ſeipſos, non autem per ſubſtitutos.*

18 *Capellania cum onere celebrandi diebus feſtivis eſt incompatibilis cum Parochiali.*

19 *Officium Parochi non conſiſtit in ſola celebratione Miſſæ pro Populo, ſed in aliis reſpicientibus Curam Animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum.*

20 *Dicitur continuo occupatus ſine momento temporis vacuo, & n.22.*

21 *Non poteſt eſſe Confeſſarius Monialium.*

23 *Parochus nunquam deficit proprio officio quando explet aliquam functionem Parochialem.*

24 *Capellania reſidentialis propter onus Miſſarum non eſt incompatibilis cum Canonicatu, & Archidiaconatu, ſecus cum Parochia.*

25 *Onus celebrandi per ſeipſum non dicitur propria reſidentia.*

26 *Differentia inter reſidentiam Parochi, & illam Canonici, ſeu Archidiaconi.*

DISCEPTATIO CXLIII.

Dicebam exequendas eſſe Litteras Apoſtolicas ob vacationem Beneficii de Jurepatronatus habentis reſidentiam ex onere perſonali celebrationis Miſſarum, quæ vacatio inducta fuit ob aſſecutionem Parochialis incompatibilis; Nam vacatio ob incompatibilitatem locum obtinet etiam in Beneficiis de 1
Jurepatronatus, ut apud Garz. *de benefic. part.* 11. *capit.* 5. *numer.* 280. Card. de Luc. *de benefic. diſcurſ.* 119. *numero quarto*, ipſe enim Fundator incompatibilitatem induxit apponendo ſervitium perſonale, & reſidentiale, cum in fortioribus terminis eam inducere poſſit etiam quando de jure 2
illa non adeſſet, Rot. coram Bich. *deciſion.* 313. *numer.* 2. *& ſeqq.* & coram Benincaſa *deciſ.* 363. *num.* 4.

Dicebam quoque eſſe verificatas Litteras clare, & indubitanter, quia Beneficium Juriſpatronatus eſt omnino reſidentiale, & tale ſine dubio eſt Parochiale; Reſidentia autem Beneficii Patronalis non eſt cauſativa, & præciſa, ad quem effectum 3
non eſt opus, quod Fundator debeat facere expreſſionem, quod in caſu non adimplementi perſonalis Beneficiatus incurrat privationem tituli, ut in oppoſitum male inſinuabatur; ſed ſatis eſt ad inducendam reſidentiam præciſam, quod Fundator voluerit Beneficiatum teneri ad celebrandum per ſeipſum; ibi = *ſia obligato irremiſſibilmente aſſiſtere, e celebrare perſonalmente* = quæ verba inducunt reſidentiam præciſam, quæ operatur de ſui natura privationem tituli, ut clare firmant Panimoll. *deciſ.* 130. *num.* 12. Rot. coram Emer. jun. *deciſ.* 1040. *numero quinto*, præſertim ſtante obligatione perſonaliter per ſeipſum celebrandi cum illo verbo = *irremiſſibilmente* = quod eſt directum ad 4
excludendam quamcunque remiſſionem pœnæ, & ſic privationem Tituli inducendo reſidentiam præciſam, ut tradunt Soccin. *conſil.* 181. *numero primo*, *lib.* 1. Tiraquell. *in leg. ſi unquam in verb. revertatur num.* 78. & plene Barboſ. *dict.* 240. *num.* 11. *& ſeqq.*

Addita limitatione in caſu tantum impedimenti neceſſarii, & coacti, nempe Infirmitatis, Car- 5
cerationis, & ſimilium, quod pariter oſtendit reſidentiam præciſam Cardin. de Luc. *de benefic. diſcurſ.* 62. *num.* 7. Rot. *deciſ.* 403. *num.* 3. *&* 4. *par.* 13. *recentior.* exceptio enim in caſu impedimenti firmat regulam in contrarium celebrandi *per ſeipſum*, ſecluſo impedimento, & in *Baren. Beneficii* 12. *Decembris* 1712. §. *Eoque magis*, coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano, & noviſſime in *Faventina Beneficii* 6. *Decembris* 1726. §. *Præterea*, coram R. P. D. Nonez, & pluries reſolutum teſtatur per Sacr. Congregationem Concilii Monacell. *in formul. for. Eccleſ. part.* 4. *in ſupplem. ad tom.* 1. *num.* 233. allegando ita deciſum in Romana 15. *Aprilis* 1685. *&* 18. *Decembris* 1688. *& in Civitatis Plebis* 15. *Decembris* 1708. *& in Florentina* 19. *Novembris* 1688. & plena habetur apud Me *de Controverſ. Patronat. leg.* 33. *numero octavo*.

His poſitis non obſtat tota dubitandi ratio, quæ fundatur in motivo, quod Beneficium Juriſpatronatus habeat reſidentiam diſcontinuam, neque propterea incompatibilem cum Beneficio Curato, ſeu Parochiali prætendendo, quod poſſit 6
utrique Beneficio commode deſerviri, & ſic nulla ſit allegabilis incompatibilitas, ut firmat Garz. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *numer.* 89. *& numer.* 261.

ubi

ubi allegat Rot. *in Bononien. Prioratus*, cor. Manzaned. *deciſ.* 179. *num.* 5. *part.* 2. *rec.* & in *Maceraten. Parochialis deciſ.* 483. *num.* 3. *par.* 2. *diverſ.* Etenim graviter æquivocatur in applicatione hujuſmodi Concluſionis ad ſubjectum caſum; Procedit enim in terminis duorum Beneficiorum, quorum utrumque habet reſidentiam diſcontinuam, quæ operatur, ut ſervitium unius Beneficii ſit
7 compatibile cum ſervitio alterius ex. grat. ſi ageretur de duabus Capellaniis reſidentialibus, quarum una haberet onus celebrandi duas Miſſas per ſeipſum in hebdomada; Alia vero haberet onus celebrandi per ſeipſum tres Miſſas pariter in hebdomada, vel ſi ageretur de aliis duobus Beneficiis, quorum onera veluti diſcontinua poſſent per unum, & eundem Beneficiatum adimpleri diverſis temporibus, adimplendo ſervitium unius tempore, quo vacat ſervitium alterius, ut explicat Rot. *in Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntina* 26. *Januarii* 1711. §. *Etenim*, coram Eminentiſſimo Falconerio, ibi = *Doctores enim qui defendunt incompatibilitatem non oriri ex aſſecutione duorum Beneficiorum diſcontinuam habentium reſidentiam utuntur exemplo, ut puta ſi quis teneretur tribus menſibus in una reſidere, & tribus in alio, eo caſu poſſet utrique inſervire* = & in ſumma hujuſmodi com-
8 patibilitas procedit quando eodem tempore non concurrit reſidentia, ſeu ſervitium alterius Beneficii, ut declarat Garz. *ubi ſupra d. cap.* 5. *n.* 8. *verſ. ſed id de reſidentia.*

Unde nullam applicationem habet hujuſmodi concluſio ad caſum iſtum, ubi licet Beneficium Juriſpatronatus habeat vacationem ab onere celebrandi per unicam miſerabilem diem in hebdomada; ſemper tamen verum eſt, quod Parochialis habet reſidentiam præciſam, & continuam cunctis, & ſingulis diebus, horis, & momentis,
9 itaut ſervitium Parochialis nunquam deſinat, ſed occupet omne tempus veluti continuum, & nunquam vacans; In his enim terminis male applicata remanet concluſio reſidentiæ diſcontinuæ ad effectum excludendi incompatibilitatem, pro qua excludenda neceſſarium eſt, quod utrumque Beneficium habeat ſervitium, & reſidentiam diſcontinuam, nec ſufficit unum habere diſcontinuam, aliud vero perpetuam, & continuam, ut in puncto diſtinguit Rot. *in Zamoren. Canonicatus de foro*, impreſſa apud Garz. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 90. ibi = *Minus obſtabat quod iſti Canonicatus non requirerent continuam reſidentiam ex Statutis Eccleſiæ, quia ad effectum de quo agitur ſufficit ea habere aliquam, quæ ſatis eſt ad inducendum incompatibilitatem cum Parochiali habente continuum onus reſidentiæ annexum reſpectu adminiſtrationis Sacramentorum* = & ſequitur Ventrigl. *in praxi part.* 1. *annot.* 17. §. 1. *num.* 6. ibi = *obſerva ad hoc quod Canonicatus inducit vacationem ipſo jure, & incompatibilitatem primo modo, ſi concurrat cum Beneficio Curato, vel alio habente præciſam reſidentiam, etiamſi Canonicatus non requirat continuam reſidentiam ex Statutis Eccleſiæ, vel in eo poſſit deſervire Canonicus per ſubſtitutum, prout ſenſiſſe DD. de Rota teſtatur Garzias* = & hanc diſtinctionem firmavit etiam Rot. *in d. Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ* 26. *Januarii* 1711. §. *Etenim*, cor. Eminentiſſimo Falconerio ibi = *At quando unum Beneficium expoſtulat reſidentiam præciſam &c. Etiamſi Canonicatus S. Geltrudis expoſceret reſidentiam diſcontinuam, tamen &c. Canonicatus temporalem reſidentiam requirens redditur incompatibilis cum altero indigente reſidentia præciſa, nam eo tempore nequiret utrique ſervire* = & in altera *Auguſtana Canonicatus* 1. *Julii* 1715. §. *In quibus terminis*, coram clar. Scotto, & Ego firmavi *de Controverſ. Patron. alleg.* 27. *n.* 20.

10 Hæc veluti plana, & non ſubjecta difficultati, adhuc tamen difficultantur ex motivo, quod iſtæ auctoritates loquantur de Beneficiis in diverſis Eccleſiis, ſeu ſub diverſo tecto exiſtentibus, non autem ſub eodem tecto, ut in caſu iſto, ubi Beneficium eſt erectum in ipſa Parochiali, credendo, quod hæc circumſtantia poſſit facere compatibilitatem ſervitii tam Parochialis, quam Beneficii; Verum hæc diſtinctio convincitur omnino inſubſiſtens, quia pari paſſo Incompatibilitas conſideratur per Doctores in ordine ad duo Beneficia reſidentialia, tam ſi in una eademque Eccleſia, quam etiamſi in diverſis Eccleſiis illa exiſtant, ut inquit Panimoll. *deciſion.* 31. *numer.* 20. = *Indubitati tamen juris eſt, quod Beneficia ſemper redduntur incompatibilia, ſi utrunque requirat perſonalem reſidentiam, ſive ſint ſub eodem, ſive ſub diverſo tecto, ſive ſint ejuſdem nominis, ſeu uniformia, ſive diverſi nominis, ſive difformia* = Sic etiam Antonell. *de regimin. Eccleſ. lib.* 3. *capit.* 3. *num.* 8. *in fin.*

Imo retorquetur, quia pejor eſt hæc circum-
ſtantia retinendi duo reſidentialia, ſeu perſonalem 11
reſidentiam requirentia ſub eodem tecto, quam in diverſis Eccleſiis, ut dicunt Antonell. *de regimin. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. ibi = *quia jura magis abhorrent, quod quis in eadem Eccleſia habeat duo Beneficia etiam conformia quam quod in diverſis* = Rot. *in Toletana Capellaniæ*, cor. Pamphil. impreſſ. apud Garz. *part.* 11. *cap.* 5. *num.* 224. *verſ. Imo major eſt* ibi = *Jura enim magis abhorrent incompatibilitatem in eadem Eccleſia, quam in diverſis* = ea ratione, quod in una eademque Eccleſia quis non debet eſſe duplex ratione Tituli; & hinc oritur, quod ſi quis eſt diſpenſatus ad duo reſidentialia, & incompatibilia non cenſetur diſpenſatus ad duo reſidentialia ſub eodem tecto,
ut firmant Paſſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 122. 12
Antonell. *de regimin. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 3. *numero decimo tertio*, Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 61. *num.* 16. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 10. *tit.* 28. *num.* 36.

Et in terminis præciſis, quod ſub eodem te-
cto non poſſit retineri Parochia cum Beneficio 13
habente reſidentiam præciſam, firmavit Antonell. *de regimin. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 15. ibi = *Rector alicujus Eccleſiæ poteſt cum Rectoria, ſive ſuo Beneficio Curato retinere Capellaniam, ſeu Beneficium ſimplex intra eandem Eccleſiam modo non requirat reſidentiam* = Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annotat.* 17. §. 3. *num* 3. ibi = *Unde Rector alicujus Eccleſiæ poteſt cum Beneficio Curato retinere Capellaniam, ſeu Beneficium ſimplex intra eandem Eccleſiam modo non requirat reſidentiam* = & Beneficium ſimplex dicitur requi-
rere reſidentiam, quando ex lege fundationis ha- 14
bet onus celebrandi per ſeipſum, Antonell. *ubi ſupra numer.* 6. ibi = *Si Curatus qui tenetur continuo reſidere obtineat Beneficium ſimplex reſidentiam requirens, ut ſi teneatur ex inſtitutione Fundatoris celebrare Miſſam per ſeipſum, tunc obtenta pacifica poſſeſſione hujus ſecundi Beneficii, tunc vacaret eo ipſo Eccleſia Parochialis* =

Hinc verificato, quod Beneficium Juriſpatronatus ſit reſidentiale, licet habeat vacationem unius diei; & verificato, quod Parochialis ſit continuo reſidentialis, hoc ſufficit, ut vacatio Beneficii inducta fuerit per *Extravagan. Execrabilis de præbend.* verum adhuc opponitur adeſſe compatibilitatem quotieſcunque poteſt Parochus deſervire muneribus Parochialis, & inſimul celebrare per ſe ipſum quinque Miſſas per hebdomadam ſub eo ſuppoſito, quod onus celebrandi Miſſam Parochialem, quod eſt unum ex oneribus Parochiæ, poſſit adimpleri per alium, & ſic loco Miſſæ Parochialis poſſit Parochus quinque diebus per hebdomadam celebrare Miſſas Beneficii de Jurepatronatus.

Sed objectum eſt erroneum quoad omnes dies
Dominicos, & feſtivos per hebdomadam, in qui- 15
bus tenetur Parochus celebrare per ſeipſum, niſi ex juſta cauſa impeditus reperiatur, ut dicunt Barboſ. *de Paroch. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. ibi = *Et tenetur ſaltem in diebus Dominicis Feſtis, quibus Populus obligatur audire Miſſam, celebrare per ſe,*

vel

vel per alium ex juſta cauſa = ſic etiam firmat
Diani. *coordinat. tom.2. tract.1. de celebrat. Miſſ. re-
ſol. 56. numer.* 8. quod ſolum probat accedente ju-
ſta cauſa, ut eſt impedimentum legitimum poſſe
Parochum celebrare per alium; In his etiam ter-
minis loquitur reſolutio Sacræ Congregationis in
Vercellen. in Reſponſione ad ſecundum, ubi tempo-
16 re, quo Parochus remanet impeditus, nempe occu-
patus in celebratione Miſſæ Conventualis in Cathe-
drali, vel Collegiata reſolvit ipſum teneri ad cele-
brari faciendum alium Miſſam pro Populo, quam
reſolutionem refert Monacell. *in formul. part.4. in
ſupplement. ad tom.3. num.* 120. & in his terminis
quando Parochus eſt impeditus admittitur iſta con-
cluſio, quod poſſit celebrari facere per alium Miſ-
ſam Parochialem.

Et ſane, quod iſta celebratio Miſſæ Parochia-
lis ſit adimplenda per Parochum perſonaliter,
17 probat non ſolum Regula Generalis, quod Paro-
chi tenentur per ſeipſos, non autem per ſubſtitu-
tos adimplere omnia munera Parochialia, ut tradit
Fagnan. *in capite extirpandæ* §. *Qui vero numero* 4.
in prabend. ibi = *Sacra Congregatio cenſuit cogen-
dos eſſe hujuſmodi Rectores per ſeipſos, & non per
ſubſtitutos omnia munia, ad quæ Parochi tenentur* =
Dum ſi tenentur per ſeipſos adimplere omnia Mu-
nia Parochialia; Ergo etiam Miſſam pro Populo,
quod eſt unum ex Muniis Parochialibus, & in
cancto Lapus *allegat.*5. *numer.*7. ſed etiam id pro-
bat in terminis præciſis incompatibilitatis Capella-
18 niæ habentis onera Miſſarum cum Eccleſia Paro-
chiali, ſpecialis auctoritas Panimoll. *deciſion.* 31.
annotat. 8. *numer.*31. ibi = *Capellania cum onere
celebrandi ſingulis diebus feſtivis in Eccleſia, ubi ſita
reperitur, eſt incompatibilis cum Eccleſia Parochiali,
in qua Parochus diebus feſtivis tenetur celebrare pro
Populo* = Si enim onus celebrandi Miſſam Paro-
chialem poſſit libere adimpleri per alium, utique
non eſſet incompatibilis cum Parochiali Capellania
habens onus Miſſarum.

Ex alio tamen fundamento vanum remanet to-
tum hoc objectum, reflectendo, quod reſidentia
Parochialis, cum qua veluti continua omnes aſ-
ſerunt eſſe incompatibila omne Beneficium licet
ſimplex, ſed perſonalem reſidentiam requirens,
nullatenus reſtringitur ad ſolam functionem cele-
19 brationis Miſſæ Parochialis, quæ eſt vera confu-
ſio reſidentiæ Parochialis, quaſi quod Officium
Parochi ſolum conſiſteret in celebrando Miſſam
pro Populo; Reſidentia enim Parochialis princi-
paliter conſiſtit in adminiſtratione Sacramento-
rum, & tot aliis Functionibus reſpicientibus Cu-
ram animarum, pro quibus omnibus copulative
ſumptis conſideratur incompatibilitas Parochialis
cum beneficio habente reſidentiam, quia ſolli-
citudo omnium Parochialium eſt talis naturæ, ut
20 non relinquat Parocho momentum vacuum, ita-
ut *noctes, atque dies* cogatur ſtare ſolum occupa-
tus actu, & habitu pro Functionibus Parochiali-
bus, quia Cura animarum requirit totum Homi-
nem ei ſoli intentum, & paratum omnibus die-
bus, horis, & momentis; Ex quo derivat, ut Pa-
21 rochus propter incompatibilitatem nequeat eſſe
Confeſſarius Monialium, ut reſolvit Sacra Con-
gregatio apud Gavant. *in manual. in verb. Monia-
lium circa num.*10. Donat. *in prax. quæſt. Regular.
tom.*4. *tractat.*13. *de Confeſſar. Monial. quæſt.* 21.
num. 1. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.*25. *cap.* 10. *num.*16.
de Regular. & apud Me *de Controv. Patron. alleg.*25.
num. 10.

Propterea graviter æquivocatur ſupponendo,
quod ſervitium Parochiale non impediat quomi-
nus poſſit adimpleri perſonaliter aliud onus Bene-
ficii reſidentialis, ut eſt perſonalis celebratio Miſ-
ſarum; Quæro enim an Miſſa celebretur de ma-
ne? Hoc tempore quæro, an Parochus ſit conti-
nuo occupatus actu, & habitu? & quidem actu
eſt occupatus, quia debet vel audire Confeſſio-
nes, vel miniſtrare Sacramenta, vel deferre Via-
ticum, vel accedere ad aſſiſtendum moribundis,
cum aliis functionibus, quibus eſt ſubjectus; Et
quando non ſit actualiter in contingentia caſus
occupatus, ſemper eſt occupatus *in Habitu*; quia
debet ſtare promptus, & ſine ullo alio negocio, 22
ut de momento in momentum poſſit vocatus per
Parochianos præſto eſſe Functionibus Spirituali-
bus, & Sacramentis miniſtrandis; Ergo in hoc
conſiſtit incompatibilitas, in hoc conſiſtit conti-
nua reſidentia, propter quam nec momento tem-
poris ſe alligare poteſt alteri Officio, ſeu Curæ,
& incumbentiæ perſonali præſertim de mane; er-
go reſidentia, & occupatio Parochi non eſt re-
ſtringenda ad ſolum onus Miſſæ Parochialis, unum
inter plura, quæ humeris Parochorum incum-
bunt, & hoc eſt illud, quod firmavit Rot. apud
Garz. *part.*11. *dict. cap.* 5. *num.* 90. ubi reſpondendo
ad objectum circa reſidentiam diſcontinuam alte-
rius Beneficii reſidentialis, reſpondit ſufficere etiam
reſidentiam diſcontinuam, & aliquam ad inducen-
dam incompatibilitatem = *Cum Parochiali habente
continuum onus reſidentiæ annexum reſpectu admini-
ſtrationis Sacramentorum* = ita ſignificando; quod
continuum onus adminiſtrationis Sacramentorum,
ſive actu, ſive habitu eſt ſemper incompatibile cum
quacunque alia reſidentia, & ſervitio perſonali licet
diſcontinuo.

Et ſane etiam conſiderando onus Miſſæ Paro-
chialis, quod habet Parochus etiam diebus feria-
libus, Ego non agnoſco quomodo poſſit Paro-
chus omittere perſonalem celebrationem Miſſæ in
his diebus faciendo celebrari per ſubſtitutum, non
ad ſe ſublevandum, ſed potius ad ſe onerandum ex
cauſa lucri eodem onere Miſſæ extraneæ pro Capel-
lania; Aliud enim eſt, quod non teneatur per ſe-
ipſum celebrare Miſſam Parochialem his diebus;
Aliud vero eſt, quod velit celebrare per ſeipſum,
ſed omittere Miſſam Parochialem, ad effectum ce-
lebrandi Miſſam non Parochialem.

Nec ſuffragatur reſponſio circa aſſiduam occupa-
tionem Parochi in aliis reſpicientibus Curam ani-
marum, quod nempe hæc nimis probaret, dum
propter hoc Parochus nec etiam celebrare poſſet
Miſſam Parochialem; fallacia enim argumenti eſt
evidens, quia Parochus ratione Officii Parochia-
lis tenetur ad omnes functiones reſpicientes Pa- 23
rochiam; Quando autem explet unam functio-
nem Parochialem non poteſt explere aliam; ergo
ſi celebrat Miſſam pro Populo, dicitur exercere
Curam, & exercere unam ex functionibus Paro-
chialibus; Et ſic quando miniſtrat Sacramenta non
poteſt celebrare Miſſam, ſed in ſumma ſemper eſt
occupatus in exercitio Curæ, & Parochiæ, ſive
celebret, ſive miniſtret Sacramenta, & exerceat
reſpicientia Parochialitatem, quia nunquam deficit
proprio Officio, quando explet aliquid, quod reſpi-
cit proprium Officium; non ſic quando exercet a-
liud onus extraneum ab Officio Parochi, ad Text.
*in Can. ſingula diſtinct.*79. *&* in *Can. Presbyteros*
16. *quæſt.* 1.

His tamen non ſuffragantibus placuit Judici exe-
cutori Litterarum Apoſtolicarum contrarium ju-
dicare denegando executionem eiſdem Litteris in
ſuppoſito, quod Parochus poſſet in utroque de-
ſervire, ſcilicet in Officio Parochiali, & in ce-
lebratione Miſſarum Capellaniæ ſub eodem tecto
exiſtentis, quam ſententiam Ego certe ſequi non
poſſum; non enim controvertitur, quod quando
una reſidentia, quæ de Jure ineſt Beneficio de
ſui natura reſidentiali eſt compatibilis cum Capel-
lania habente reſidentiam propter ſolum onus per-
ſonale Miſſarum, tunc ceſſet incompatibilitas, 24
juxta opinionem Card. Zabarell. *conſil.* 3. *per tot.*
ſignanter *num.*6. ubi cenſuit Canonicatum reſiden-
tialem non eſſe incompatibilem cum Capellania
habente onus celebrationis perſonalis Miſſarum,
quam opinionem Zabarellæ ſequitur Rot. *dec.*483.
*numero tertio, part.*1. *diverſ. & in Firmana Bene-
ficiorum*, coram Orano impreſſ. apud Amayden. *de
Styl. Datar. libr.*1. *cap.*16. §.3. *num.*14. bon. me-
mor. Anſald. *in annot. ad deciſ.*82. *numer.* 33. ubi
firma-

firmavit, quod Capellania cum onere perſonali celebrationis Miſſarum non ſit incompatibilis cum Archidiaconatu prima Dignitate Cathedralis, non obſtante lege fundationis, quæ prohibebat Capellano alias Capellaniam accipere, ſeu tenere ad ſerviendum, ex quo Fundator per hujuſmodi diſpoſitionem tantummodo prohibere voluit, ne Capellanus uno, eodemque tempore duplici, & incompatibili ſervitio detineretur, ſecus autem quoties utrique ſatisfacere poſſet, ut legere eſt apud Anſald. *ubi ſupra numer. 37. verſ. Minuſque, & numer. 44.* quibus accedit traditio Amayden. *de Styl. Datar. ubi ſupra, capit. 16. §. 3. numero decimo quarto, in fin. & numero decimo quinto*, qui explicando *Conſilium* Zabarell. de quo ſupra declaravit reſidentiam incompatibile intelligi debere de reſidentia ratione intereſſendi Divinis, non autem de reſidentia propter onus perſonale celebrationis Miſſæ, quia iſta
25 proprie non dicitur reſidentia, & ſic incompatibilitatem non cauſat, & ſequitur Anſald. *in annot. ad dec. 82. n. 37.*

Sed hujuſmodi auctoritates apud Me nihil concludunt in caſu ſuperius diſputato, an Capellania cum onere perſonali celebrationis Miſſarum ſit incompatibilis cum Parochia, & Beneficio Parochiali, cum omnes præſupponant, unam reſidentiam non impedire alteram, & conſequenter reſidentiam Canonicatus, aut Archidiaconatus non impedire reſidentiam Capellaniæ conſiſtentem in onere celebrandi Miſſas per ſeipſum; quia Canonicus, ac etiam Archidiaconus poteſt de mane per ſeipſum celebrare Miſſas Capellaniæ, & ſimul intereſſe Divinis in Choro, & ſic una reſidentia non impedit aliam; & cum hoc ſuppoſito tranſeunt omnes præallegatæ auctoritates, quæ propterea non applicantur ad Parochum, ſeu reſidentiam Parochialem, quæ nunquam compatibilis eſſe poteſt cum Capellania habente onus celebrandi perſonaliter quinque Miſſas per hebdomadam, cum reſidentia Parochialis non ſit ejuſdem naturæ, ac reſidentia Archidiaconatus, aut Canonicatus reſtricta ad intereſſentiam in Divinis, ſive ad Chorum, & Capitulum, ſed ſit continua propter onus continuum Curæ animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum, quod
26 non relinquit Parocho ſpatium temporis vacuum, ſeu liberum *ex ſuperius explicatis*, ob quam rationem non poteſt Parochus eſſe Confeſſarius Monialium unde hæc reſidentia Parochialis tanquam omnino continua, ſemper eſt incompatibilis cum alia reſidentia etiam diſcontinua, ſeu alio Beneficio habente onus celebrandi per ſeipſum, ex allegatis *ſupra num. 9. 14. 18. 21. & 22.* & concordat Rot. *deciſion. 140. numero ſeptimo, parte quarta, tom. 1. recentior.* & ſic Judex in hac cauſa bene judicaſſe non videtur.

MILITEN. CANTORATUS.

ARGUMENTUM.

Impetratio Beneficii reſignati ex defectu publicationis non ſuſtinetur ſi Litteræ reſignationis nunquam fuerint expeditæ, & reſignatio fuerit ineffectuata; Negativa publicationis ex quibus probata non dicatur.

SUMMARIUM.

1 *In dubio pronunciatur contra Impetrantem.*
2 *Impetratio ex defectu publicationis ceſſat in reſignatione ineffectuata.*
3 *Reſignatio non dicitur effectuata, niſi per expeditionem Litterarum.*
4 *Ante illam titulus non dicitur perfectus.*
5 *Publicatio refertur ad Litteras reſignationis, non autem ad ſupplicationem ſignatam, & datatam.*
6 *Gratia ante Litteras expeditas reputatur informis, nec dat jus perfecte quæſitum.*
7 *Beneficium vacat per mortem reſignantis, ſi Litteræ reſignationis non fuerint expeditæ.*
8 *Fortius ſi agatur de Gratia in forma Commiſſoria, ſeu rigoroſa.*
9 *Ante expeditionem Litterarum non dicitur abdicatum jus a reſignante.*
10 *Quando reſignatio dicatur ineffectuata.*
11 *Obligatio publicandi non intrat in reſignatione ineffectuata ex defectu conſenſus Partis, & Papæ, & n. 12.*
13 *Reſignatio in favorem quando abdicet jus a reſignante.*
14 *An admittatur reſignatio ſuper eo, quod quis habet vigore Supplicationis, Litteris non expeditis.*
15 *Obligatio publicandi non intrat, ſi reſignatarius non utatur Gratia reſignationis.*
16 *Reſignatario mortuo intra tempus datum ad publicandum, vacat per obitum, non autem ob non factam publicationem.*
17 *Ad effectum vacationis æquiparatur caſus ceſſus, & deceſſus.*
18 *Quando probetur negativa publicationis.*
19 *Non probatur ex Gratia reſtitutoria ad publicandum lapſo termino.*
20 *Nec ex publicatione facta extra terminum.*
21 *De natura probationis negativa eſt excludere poſſibilitatem in contrarium.*
22 *Negativa non captæ poſſeſſionis intra terminum reſignatario præfixum in Conſtitutione Gregoriana probanda eſt cum qualitate, ſeu excluſione cujuſcunque legitimi impedimento.*
23 *Impetratio ob negligentiam Beneficiati ſuſcipiendi Presbyteratum non verificatur, niſi probando negativam cujuſcunque legitimi impedimenti.*

DISCEPTATIO CXLIII.

ODioſa Impetratio, ſeu Gratia piſcatoria de controverſo contractu ex defectu juſtificationis non videtur exequenda, & male judicarunt Judex de Partibus, & Prælatus de Curia; Præſuppoſita enim principali regula, quod Impetrator ex capite non publicationis Litterarum reſignationis tenetur ſuam Impetrationem modo rigoroſo probare, ita clare, & evidenter, ut nulla inſurgat ratio dubitandi: alias in dubio contra hujuſmodi odioſos Piſcatores eſt pronunciandum, ex doctrina Hoſtien. 1
in cap. cum in multis numero quarto, verſ. proinde de reſcription. in 6. traduot Lotter. *de re Benefic. libr. 2. quæſt. 44. numero ſecundo*, Rot. *deciſ. 38. numero primo*, cor. bon. mem. Anſaldo, & contra hujuſmodi Impetratores ex capite non factæ publicationis dixit Rota Me Scribente in *Leodien. Canonicatus 23. Januarii 1711. §. Arbitrium*, cor. Eminentiſſ. Scotto.

Non agnoſco qua ratione Litteræ dici valeant juſtificatæ ob non publicatam reſignationem contractus; Etenim licet in Dataria vigore Mandatorum Procuræ reſignantis, & reſignatarii ſignatæ fuerint duæ ſupplicationes, altera pro Penſione favore reſignantis, & altera pro proviſione favore reſignatarii, attamen conſtat in facto, quod eiſdem in Dataria veluti adhuc in utero Matris exiſtentibus, reſignatarius tanquam deceptus ex falſa narrativa valoris ſe pœnituiſſe, & conſenſum ſuum revocavit fere poſt Menſem a die tranſmiſſi mandati pro effectuatione reſignationis, & ſtante hoc diſſenſu reſignatio ineffectuata remanſit, quia nec reſignatarius unquam voluit expedire ſuas Litteras reſignationis, nec reſignans Litteras Penſionis, & iſte remanſit ſemper, ut prius, in poſſeſſione Cantoratus; attento autem hoc facto cum reſignatio dicatur ineffectuata hinc inde, 2
nunquam intrare potuit Impetratio ex capite non publicationis, quia actus ineffectuatus habetur pro non facto, & non entis nullæ ſunt qualitates, ut

firmat

Digitized by Google

firmat in ſpecie Card. de Luc. *de Benefic. diſcurſ.* 39. *numer.* 3. Rot. cor. Celſ. *deciſ.* 172. *num.* 3. Roſ. *de Execut. Litter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 15. *numer.* 103. & Me Scribente dictum fuit in *Burgi, ſeu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus* 4. *Decembris* 1703. §. *Hiſce fundamentis*, coram bon. memor. Anſaldo.

Conſtitutio autem Gregoriana loquitur de reſignationibus effectuatis per Expeditionem Litterarum, cum mandat publicari Litteras reſignationis; nam alias ſi deficiunt Litteræ, deficit ſubjectum publicationis; Reſignatio enim non dicitur effectuata,
3 niſi per expeditionem Litterarum, ut ait Pariſ. *de reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 8. *numer.* 47. & 50. nec titu-
4 lus dicitur perfectus ante illam, Pariſ. *ubi ſupra libr.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 5. & *libr.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 11. Rot. *in Cracovien. Canonicatus* 15. *Januarii* 1725. §. *Pontifex*, cor. R. P. D. Calcagnino. Ergo deficiente expeditione Litterarum deficit ipſa diſpoſitio Conſtitutionis Gregorianæ, quæ præſupponit expe-
5 ditionem Litterarum, nam Litteræ ſunt illæ, quæ debent publicari, non autem reſignatio admiſſa per ſolam ſupplicationem, ut ait Card. de Luc. *de Benefic. diſcurſ.* 39. *numero ſexto in fin. verſ. & ſecundo clarius.*

Unde ſi defectus publicationis natus eſt, non quidem ex omiſſione reſignantis, aut reſignatarii, ſed quia reſignatio non fuit acceptata, & effectuata, ex quo reſignatarius noluit expedire Litteras, & expreſſe refutavit Gratiam, non videtur qua ratione applicari poſſit Conſtitutio Gregoriana ſupponens expeditionem Litterarum, & cum hoc ſuppoſito demandans earum publicationem.

6 Fortius autem, quia Gratia ante expeditionem Litterarum reputatur informis veluti fœtus in utero Matris, Pariſ. *de reſign. lib.* 10. *quæſt.* 1. *numer.* 9. & *ſeqq.* neque jus perfecte eſt quæſitum illi, qui habet ſolam ſupplicationem ſignatam, & datatam juxta opinionem indubitatam, quam ſervat Cancellaria, & Camera, quemadmodum teſtantur Garz. *de Benefic. parte quarta, cap.* 2. *numero decimo octavo.* & *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 120. Corrad. *in prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 30. & plene Rot. *dec.* 1936. *num.* 1. *part.* 3. *lib.* 3. *divers.* ubi quod Beneficium
7 reſignatum Litteris non expeditis vacat per mortem reſignantis, Roſa *de execut. Litt. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 79. & 80. ubi quod cum Dataria, & Cancellaria ita ſervet non eſt curandum de opinione Rotæ, quæ contrarium tenet in ſupplicatione ſignata in forma gratioſa, licet Roſa ſuperaddat in puncto Juris ſibi veriſſimam videri opinionem Rotæ.

Quæ concluſio non habet difficultatem, ubi non agitur de Gratia *in forma gratioſa*, quæ dicitur Gratia facta, ubi eſt opinio Rotæ, quod per illam etiam Litteris non expeditis inducatur vacatio contra opinionem Cameræ, & Cancellariæ, quæ ſola attendenda venit, ut ait Garz. *de Benefic.* & Roſa *de execut. ubi ſupra*, ſed agitur de
8 Gratia reſignationis in forma Commiſſaria, ſeu *rigoroſa*, quæ requirit verificationem valoris pro capacitate Penſionis, ſub qua, & non alias facta fuit reſignatio, & verificari etiam debet conſenſus, & obligatio reſignatarii ſuper ſolutione Penſionis, quodque reſignans aliunde habeat unde vivere poſſit, Rot. *in Colonien. Canonicatus*, & *Ferculi* 20. *Aprilis* 1711. §. *Defectus*, cor. Eminentiſs. Falconerio; Hoc enim caſu neceſſaria eſt expeditio Litterarum, imo etiam executio data ab executore, alias ſola Supplicatio ſignata, & datata rem informem reliquit, ut tradunt Garz. *de Benefic. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 17. Corrad. *in prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 26. & 27. Lotter. *de re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 138. Rot. *dec.* 141. *num.* 16. *par.* 22. *recent.* & coram Merlin. *dec.* 156. *ſub num.* 2. & 3. Roſa *de execut. Litt. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 79. & *cap.* 15. *n.* 97. & *ſeqq.* & coram Buratt. *dec.* 830. *n.* 11. & 12.

Si autem quando agitur de Gratia reſignationis in forma Commiſſaria, non eſt perfecte jus quæſitum reſignatario ante executionem datam, fortius ante expeditionem Litterarum, antequam
non dicitur abdicatum jus a reſignante, ut firmat 9
in puncto Spad. *conſil.* 30. *numero decimo tertio, tom.* 2. Roſ. *de execut. Litt. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 91. 94. & 95. Tondut. *quæſt. Benefic. part.* 2. *cap.* 4. §. 7. *num.* 12. & 18. & ſine difficultate quando Litteræ nec fuerunt expeditæ, ex parte reſignantis, nec reſignatarii, quia nempe reſignatarius
noluit acceptare Penſionem revocando ſuum con- 10
ſenſum, propter quod Litteræ hinc inde non fuerunt expeditæ, & remanſerunt in Dataria ſolæ Supplicationes cum totali ineffectuatione reſignationis; in his enim terminis nunquam videtur eſſe locus Impetrationi ob non publicationem Litterarum, attento actu informi, & ineffectuato, & ſignanter quando reſignatarius conſentire recuſavit in Penſionem, & acceptare reſignationem propter falſi valoris expreſſionem, unde major imperfectio, & ineffectuatio actus dari non poteſt, juxta punctualem *deciſion.* 172. *num.* 3. & *ſeq.* coram Celſ.

Ex qua deciſione tollitur objectum, quod etiam in reſignatione nulla, & ineffectuata detur vacatio ob non publicationem, quodque auctoritates in contrarium adductæ procedunt, quando Gratia reſignationis obtenta fuit ſub conditionibus diſcrepantibus a Mandato, corruit enim hujuſmodi diſcurſus Rot. *in allegation. deciſion.* 172. Celſi, ubi dicit non eſſe locum publicationi, quando reſigna-
tio ineffectuata fuit ex defectu conſenſus partis ob 11
non ſervata pacta, vel ex defectu conſenſus Papæ ob non verificatas Litteras in narrativa, & concordat Lotter. *de re Benefic. libro tertio, quæſt.* 21. *numer.* 39. & 40. Garz. *de Benefic. part.* 11. *capit.* 3. *n.* 277. & 279.

Utrumque concurrit in præſenti, diſſenſus enim partis eſt clarus, quia reſignatarius refutavit Gratiam, & nihil adimplere voluit, nec expediendo Litteras, nec ſe obligando ad Penſionem; & pariter aſt alarus diſſenſus Papæ, quia nec fuit juſtificatus verus valor, nec quod reſignans aliunde haberet unde vivere poſſet, & proinde locum
habere non poteſt Conſtitutio Gregoriana, quæ 12
loquendo de reſignationibus nullis non intelligit de nullis ex defectu conſenſus partis, & Papæ, quæ dicuntur nunquam extitiſſe in rerum natura, ut ex Celſo, & Lotterio, & Garz. *ubi proxime*, quibus addo Ventrigl. *in prax. par.* 2. *annot.* 4. §. 2. *num.* 91. Novar. *in Summ. Bullar. part.* 1. *Comment.* 31. *num.* 4.

Et ſane Impetrationes iſtæ fiunt, & ſemper fieri ſolent Litteris expeditis, dum Gregoriana mandat publicationem *cum Litteris confectis*, itaut Impetratio tendat ad privandum, ſeu ſpoliandum reſignatarium, nec unquam impetratur Beneficium contra reſignantem, & manentem in poſſeſſione Beneficii reſignati propter actum reſignationis ineffectuatum, ex eo tantum fundamento, quod ſignatæ reperiantur in Dataria ſupplicationes; Hoc enim modo ſequeretur caſus inhumanus, quod propter ineffectuationem reſignationis cauſatam ex
diſſenſu reſignatarii, reſignans perdere deberet Be- 13
neficium, & Penſionem; quando tamen de natura reſignationis in favorem eſt, ut intelligatur abdicare jus a reſignante, ſi reſignatarius acceptare velit Beneficium reſignatum expediendo Litteras, non autem ſi iſta recuſet, & actus remaneat ineffectuatus, Roſ. *de execut. Litter. Apoſtol. dict. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 121. 125. & 136. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 4. §. 2. *n.* 77. & 83. *verſic. Nec etiam*, Rot. cor. Cavaler. *dec.* 458. *n.* 5.

Hinc propterea regulariter expectari ſolet expeditio Litterarum in Gratiis Apoſtolicis, ea ratione, quod unuſquiſque poteſt favori ſuo renunciare, & Gratiam refutare, illaque non uti omittendo expeditionem, & per conſequens effectuatio Gratiæ reſultare videtur per expeditionem Litterarum; & hac ratione videmus, quod ſi quis reſignare intendat jus, quod habet ex ſola ſupplicatione

cation Litteris nondum expeditis, nunquam ad-
14 mittitur reſignatio, niſi facta expreſſione, quod
Literæ non ſunt expeditæ, & hoc etiam admit-
titur cum magna difficultate, & per viam ceſſio-
nis juris, ut teſtatur Cokier *ad regul.* 43. *ſeu* 44.
Cancell. n. 33. *&* 38. Roſ. *de execut. Litter. Apo-
ſtol. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 206. Pariſ. *de reſignat. lib.* 2.
quæſt. 24. *num.* 1. *& ſeqq.* Et quod ubi reſignatarius
nolit uti Gratia reſignationis non requiratur pu-
15 blicatio, neque intret Conſtitutio Gregoriana, fir-
mavit Rot. *in Virdunen. Canonicatus*, coram Pam-
philio apud Garz. *de Benefic. part.* 1. *cap.* 3. *nume-
ro* 332. Novar. *in Summ. Bullar. part.* 1. *commen-
tar.* 31. *num.* 21. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. libr.* 3.
capit. 15. *numer.* 193. *in fin. verſic. Nec Bulla ob-
ſtat.*

Verum ad meram exuberantiam ulterius obſer-
vo, quod procedendo etiam cum erroneo ſup-
poſito, quod fuiſſet perfecte jus quæſitum reſi-
gnanti per ſolam ſupplicationem Litteris non ex-
peditis, adhuc tamen, cum intra tempus datum
ad publicandum, ſeu vix elapſo menſe a die ſi-
gnatæ ſupplicationis, reſignationis refutaverit hanc
Gratiam, ſequitur, quod ad omne pejus Benefi-
cium vacaſſe diceretur per renunciationem, non
16 autem ex capite non factæ publicationis, prout
firmant Doctores Beneficium vacare per obitum
reſignatarii in caſu, quo intra tempus datum ad
publicandum, reſignatarius deceſſerit non facta
publicatione, ut firmant Garz. *de Benefic. part.* 11.
cap. 3. *numer.* 281. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 2.
numer. 53. *&* 54. & punctualiter Rot. *deciſion.* 270.
num. 8. *& ſeqq. part.* 17. *recent.* ubi quod non va-
cat Beneficium ob non factam publicationem, ſed
per obitum, Roſ. *de executor. Litter. Apoſt. par.* 1.
cap. 15. *n.* 155. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15.
n. 193. *verſ. Nec quando*, Novar. *in Summ. Bullar.*
ubi ſupra n. 19.

Sicut ergo non vacat Beneficium ob non fa-
ctam publicationem, ſi reſignatarius moriatur in-
tra tempus datum ad publicandum publicatione
non facta, ſed vacat per ejus obitum; ita in
præſenti caſu dicendum videtur, quod renuncian-
te reſignatario intra tempus datum ad publicandum,
Beneficium vacaverit per renunciationem, & refu-
17 tationem ſui juris, cum ad effectum vacationis æ-
quiparetur ceſſus, & deceſſus, ut in ſpecie firma-
vit Rot. *in Melevitana Beneficii* 19. *Junii* 1702.
§. *Aut ſaltem*, coram bon. mem. Anſaldo, & in
hac cauſa ſecundum prædictas rationes fuit in Cu-
ria judicatum ab alio Prælato, cui cauſa in gradu
appellationis commiſſa erat, revocatis Sententiis in
contrarium emanatis.

In propoſito autem publicationis Litterarum re-
ſignationis juxta notoriam Conſtitutionem ſan. me.
Gregorii XIII. advertendum eſt, ejus negativam,
ſuper qua fieri ſolent Impetrationes, eſſe difficilis
probationis; Cum enim probanda ſit negativa co-
arctata, idcirco ad eam concludendam regulariter
18 duo modi Impetrantibus aſſignati reperiuntur, nem-
pe oſtendendo confeſſionem partis, vel probando,
quod Litteræ reſignationis non fuerunt expeditæ in-
tra, ſed extra tempus præfixum ad publicandum,
Rot. coram Gregor. *deciſion.* 210. *numer.* 4. coram
Duran. *deciſion.* 948. *numer.* 6. & coram Royas *de-
ciſ.* 98. *numer.* 4. Roſ. *de executor. Litter. Apoſtol.
part.* 1. *cap.* 9. *num.* 15. Lotter. *de re Benefic. libr.* 3.
quæſt. 21. *num.* 14. *&* 15. *& in Monaſterien. Cano-
nicatus* 23. *Aprilis* 1705. §. *Hinc Domini*, coram
bon. mem. Lancetta.

Hinc non probat hanc negativam circumſtan-
tia, quod reſignatarius obtinuiſſet Gratiam reſti-
19 tutoriam ad publicandum lapſo jam termino ad
publicandum præfixo; Hoc enim concluderet con-
feſſionem ſolius reſignatarii circa publicationem
ab ipſo non factam in termino, non tamen pro-
baret defectum publicationis ex parte ipſius reſi-
gnantis, a quo fieri potuit, Novar. *in Summ. Bul-
lar. part.* 1. *tit. de Benefic. reſignat. publican. n.* 38.
Roſ. *ubi ſupra dicto cap.* 7. *num.* 16. Lotter. *ubi ſu-
pra num.* 21. Rot. cor. Gregor. *dec.* 210. *num.* 3. *&*
deciſ. 288. *num.* 2. & Me ſcribente *in Monaſterien.
Canonicatus ſuper Litteris Ernſti* 6. *Decembris*
1706. §. *Et ſane*, cor. bon. mem. Lancetta, *& in
Eiſteten. Præcedentiæ* 25. *Junii* 1717. §. *Nec huic
oneri*, cor. R. P. D. Corio.

Et alia pro veritate conſultus *in una Compoſtel-
lana Beneficii* cenſui non eſſe probatam negativam
publicationis, ex quo reſignatarius obtinuerat pro-
rogari terminum ad publicandum præfixum ad a-
lios ſex menſes, quotidie lapſo termino tam Or-
dinario, quam Prorogato præſentaverat Epiſcopo
Litteras reſignationis, & poſt datam eis executio-
nem facta fuerat publicatio in Eccleſia Cathedrali,
& Parochiali, ex ratione ſuperius inſinuata, quod
Gratia prorogatoria ad publicandum obtenta ex par-
te reſignatarii cum omnibus ſubſecutis non exclu-
debat defectum publicationis ex parte reſignantis,
ac etiam quia ad probandam negativam publicatio-
nis ſatis non erat oſtendere publicationem factam
extra terminum cum publicatio ſit actus reiterabi- 20
lis, quæ non excludit aliam precedenter factam
fuiſſe in termino, ut advertunt Roſ. *de Executor.
Litter. dicto capit.* 7. *numero decimo quarto*, Ad-
den. ad Geegor. *deciſ.* 288. *numero tertio*, & prius
deciſ. 210. *num.* 3. & apud Garz. *de Benefic. par.* 11.
cap. 3. *num.* 330.

Idque procedit ex natura negativæ, ad quam
coarctandam neceſſe eſt excludere omnem poſſi- 21
bilitatem in contrarium, Roſ. *de Executor. dicto
cap.* 7. *num.* 15. *in fin.* in propoſito habui caſum,
ubi facta fuerat impetratio Canonicatus non ſo-
lum ex capite publicationis non factæ in termi-
no, ſed etiam ob non adimplementum aliorum
in Conſtitutione Gregorii XIII. contentorum, ubi
præſcribitur non ſolum publicatio reſignationis fa-
ciendæ intra terminum, ſed etiam, quod reſigna-
tarius teneatur capere poſſeſſionem Beneficii reſi-
gnati, vel ſaltem inſtare coram executore pro il-
la obtinenda in caſu legitimi impedimenti; &
cum Impetrator defeciſſet circa probationem ne-
gativæ publicationis, quæ facta probabatur in ter-
mino, figebat pedes ſuper negativa non captæ
poſſeſſionis intra terminum, nihil obſtante, quod
reſignatarius feciſſet inſtantiam coram executore
ad effectum obtinendi poſſeſſionem, ex quo talis
inſtantia non ſuffragabatur, niſi in caſu probati
legitimi impedimenti in captura poſſeſſionis; Ego
autem ſcribendo contra Impetrantem ſuſtinui, 22
quod ſatis erat inſtantia illa facta coram execu-
tore ad effectum habendi poſſeſſionem, quia præ-
ſumebatur facta propter exiſtentiam legitimi im-
pedimenti, ita & taliter, quod ſpectaret ad i-
pſum Impetrantem probare negativam hujus im-
pedimenti, & conſequenter duo copulative pro-
bare tenebatur, ſcilicet poſſeſſionem non fuiſſe
captam intra terminum, & ſimul non extitiſſe
aliquod legitimum impedimentum ad eam capien-
dam, quo impedimento deficiente ſequebatur non
ſuffragari inſtantiam factam coram executore, &
ita contra Impetrantem in Sacr. Rotæ Auditorio
obtinui *in Leodien. Canonicatus* 23. *Januarii* 1711.
§. *Non relevant*, *&* §. *Alias enim*, cor. cl. mem.
Card. Scotto.

Quæ concluſio poſtea mihi nocuit in alia cau-
ſa, ubi impetratum fuerat Beneficium, ex quo
ejus Poſſeſſor ad legitimam ætatem perventus,
neglexerat ſe promoveri facere ad Sacrum Præſ- 23
byteratus ordinem in eo Beneficio requiſitum;
Cumque Ego defendendo jura Impetrantis dice-
rem probatam fuiſſe negativam non factæ pro-
motionis ad Sacerdotium, reſponſum fuit id non
ſufficere, quia ſola poſſibilitas cujuſcunque impe
dimenti apta erat tollere verificationem negligen-
tiæ ſe promoveri faciendi ad Presbyteratum, ita-
ut neceſſarium fuiſſet oſtendere, quod Poſſeſſor
Beneficii nullum habuiſſet impedimentum, pro-
pter quod excuſari potuiſſet a negligentia non ſu-
ſcepti Presbyteratus, & ſic judicavit Rot. contra
Impetrantem *in Leodien. Beneficii* 27. *Junii* 1718.

§. *Nec*

Google

§ *Nec plenius*, cor. bon. mem. Cerro, ubi allegata fuit ſupradicta Deciſio *in Leodien. Canonicatus*, cor. clar. mem. Card. Scotto.

REGIEN. PENSIONIS,

ARGUMENTUM.

An pro retentione Penſionis in ſtatu Conjugali detur revalidatoria Indulti ad retinendum obtenti tempore non habili poſt matrimonium jam contractum, ſi hoc ſucceſſerit bona fide, & ſub juſta credulitate, quod tempore matrimonii Indultum jam fuiſſet obtentum.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſpecies.*
2 *Datur ſanatoria etiam circa tempus conceſſionis Gratiæ.*
3 *In Gratia diſpenſativa, & ſanatoria non attenditur diſſenſus præjudicium habentis.*
4 *Stylo Summi Pontificis in Gratiis revalidatoriis acquieſcendum eſt.*
5 *Papa utitur jure ſuo ſanando, & diſpenſando.*
6 *In quibus terminis detur Gratia ſanatoria.*
7 *Ex Privilegio Militis Lauretani Penſio retinetur in ſtatu Conjugali.*
8 *Propter bonam fidem, quis excuſatur ab amiſſione juris ſui.*
9 *Nemo fraudari debet Indultis titulo oneroſo obtentis in ſtatu bonæ fidei.*
10 *Ob culpam expeditionarii non præjudicatur domino.*
11 *Equitas qualis ſit.*
12 *Ex qua ratione amittatur Penſio per contractum matrimonii.*
13 *Non perdit Beneficium, qui non habuit voluntatem perdendi.*
14 *Penſio remanet extincta, ſi exigantur ejus termini ante expeditionem Litterarum non admiſſa extraſatione aliqua.*
15 *Tamen Sedes Apoſtolica revalidavit Penſionem ex hoc capite extinctam.*
16 *Exemplis Sedis Apoſtolicæ deferendum eſt.*
17 *Amittitur Penſio per aſſumptionem Militiæ etiam Pontificiæ.*
18 *Tamen Sedes Apoſtolica poſt amiſſam Penſionem ex hoc capite eam revalidavit propter bonam fidem.*
19 *Gratiæ ſanatoriæ dantur propter bonam fidem.*
20 *Quomodo ſit ratificandum matrimonium factum ſine probatione ſtatus liberi.*
21 *Penſio non dicitur extincta per matrimonium, donec pendet lis ſuper ejus validitate.*
22 *Indultum retinendi in ſtatu Conjugali ſupervenium durante lite ſuper validitate matrimonii dicitur obtentum tempore habili.*
23 *Non obſtante, quod poſtea declarata remaneat validitas matrimonii.*
24 *Ad effectum Gratiæ revalidatoriæ ſuffragatur dubietas juris.*
25 *Dubietas iſta ſalvat pœnam amiſſionis Beneficii.*
26 *Revalidatoria pro conſervanda re in eodem ſtatu, & pro damno evitando de æquitate conceditur.*
27 *Præjudicium non conſideratur in reductione, & reſtitutione ad priſtinum ſtatum.*
28 *Exemplum plurium Gratiarum* perinde valere *per Sedem Apoſtolicam conceſſarum in materia Penſionis*, & n. 29. cum ſeqq.

DISCEPTATIO CXLIV.

COmes Alexander de Marſciano Clericus, & Nobilis Romanus cum deſtinaſſet nubere cum Comitiſſa Renea Scotta Nobili Placentina, ſed amittere nollet pinguem Penſionem ſcutorum 500. 1
quam poſſidebat ſuper Menſa Epiſcopali Mutinen. quæſivit remedium retinendi eandem Penſionem in ſtatu Conjugali mediante acquiſitione Officii Lauretani habentis Privilegium retinendi Penſiones in ſtatu Conjugali pro ſumma ſcutorum 350. & mediante impetratione Indulti ſpecialis pro ſumma reſiduali ſcutorum 150. ad quem effectum rogavit Comitiſſam ejus Matrem in Urbe commorantem tranſmittendo inſimul ad ipſam omnes pecunias in ſumma conſiderabili ſcutorum 1300. pro expenſis neceſſariis.

Et pariter manum adjutricem huic negotio præſtitit Sereniſſimus Dux Mutinæ, qui ſcripſit Litteras ejus Miniſtro in Urbe, ut incumberet ſollicite impetrationi, & expeditioni hujuſmodi Indultorum. Cumque expeditionerius pro hujuſmodi negotio aſſumptus certioraſſet ſupradictum Comitem Alexandrum, quod in ſequenti hebdomada expeditio utriuſque Indulti omnino ſecutura erat, ipſe non ſolum expectavit lapſum illius hebdomadæ, ſed trium hebdomadarum, quibus elapſis, jam credendo, quod fuiſſent obtenta Indulta, matrimonium contraxit, quo contracto compertum fuit, quod propter certam difficultatem protracta fuerat reſignatio, & reſpective acquiſitio Officii Lauretani, itaut ſecuta fuerit poſt matrimonium jam contractum.

In hoc infortunio oportuit recurrere ad Summum Pontificem pro obtinenda ſanatoria, & remiſſa inſtantia ad Sacram Congregationem Concilii, ibique ſe opponente, & contradicente Epiſcopo, diſputato dubio = *An ſit locus ſanatoriæ, ſeu gratiæ perinde valere* = Sacra Congregatio non obſtantibus deductis ex parte Comitis Penſionarii *ſub die 19. Septembris* 1722. reſpondere cenſuit *negative*, quod reſponſum mihi tunc Scribenti pro Penſionario viſum fuit rigidum, quod ſpectatis circumſtantiis caſus, qui ſucceſſit, ſperari non potuiſſet; ideoque inferius recenſere exiſtimo rationes, quas ad obtinendam Gratiam in Sacra Congregatione deducebam.

Eſt locus Gratiæ ſanatoriæ, ſeu perinde valere; Quoties enim concurrunt juſtæ, & rationabiles cauſæ, quæ ſuadeant æquitatem, ne Penſionarius incurrere debeat jacturam Penſionis, non obſtante aliquo facto poſitivo, quod ſecum annexam habeat amiſſionem Penſionis, ut eſt aſſumptio Militiæ ſæcularis, nullitas Clericatus, exactio Penſionis ante Litteras expeditas cum ſimilibus, quæ jacturam Penſionis de jure Eccleſiaſtico operantur, in his terminis non eſt novum, quod Summus Pontifex etiam de voto Sacræ Congregationis Concilii paſſim conſueverit concedere Gratias ſive diſpenſativas, ſive ſanatorias juxta caſus contingentiam, & propterea in ſubjecto caſu videtur locus Gratiæ perinde valere, ac ſi Officium Militis Lauretani habens Indultum retinendi Penſiones in ſtatu Conjugali, & aliud Indultum 2
obtentum pro diſpenſatione retinendi integram Penſionem ſcutor. 500. acquiſitum fuiſſet ante contractum matrimonium, ut quod dari ſoleat hæc Gratia revalidatoria, teſtatur Rebuff. *in prax. Benefic. tit. de reſcript. etiam, & perinde valere num. 8.* ibi = *Si timor impetraverit Beneficium, & taceris ſe timorem, impetravit hoc reſcriptum, ut perinde valeat a tali tempore, ac ſi fuiſſet major* = Cardinal. de Luca *de Penſion. diſcurſ. 49. numer. 12. in fine.*

Neque hoc caſu hujuſmodi Gratiæ obſtaculum præſtat diſſenſus Titularis ratione juris ſibi quæſiti ſuper extinctione Penſionis, quia quando juſta concurrit, & rationabilis cauſa in hac mate- 3
ria Penſionum, Summus Pontifex utitur jure ſuo,

nec

nec attendit jus quæſitum Titulari, ſed illi poſitive derogat in his Gratiis diſpenſativis, & ſanatoriis, ut in exemplis, quæ dantur *infra numer. 29. & ſeqq.* Natura enim diſpenſationis ſemper eſt alicui præjudicialis, idcirco conceditur cum derogatione Regulæ de jure quæſito non tollendo, ut firmavit Rota coram Seraphin. *deciſion.* 1445. *numer.* 6. & coram Millin. *deciſion.* 198. *numer.* 4. Eminentiſſimus Petra *ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2. *ad Conſtitut.* 7. *Innocentii IV. ſect.* 1. *numer.* 36. *& ſect.* 2. *numer.* 41. Cardin. de Luca *de præeminent. diſcurſ.* 9. *numer.* 4. *&* 5.

Cum igitur ab exemplis, quæ faciunt ſtylum Sedis Apoſtolicæ, Summus Pontifex in hujuſmodi Gratiis derogare ſoleat Regulæ de jure quæſito non tollendo, & alteri de præſtando conſenſu per Titularem; inde reſultat Summum Pontificem non attendere diſſenſus Titularis, ſive jus illi quæſitum in hac revalidatione Penſionum, quæ datur ex justa cauſa, cui ſtylo tanquam facienti jus acquieſcendum eſſe, tradunt Roſa *de Executor. Literar. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 20. Rota *deciſion.* 356. *numer.* 8. *part.* 1. *recentiorum, & in Forolivien. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. §. *Præmaxime, &* §. *Nec contra* coram bon. mem. Omanna, *& in Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1712. §. *Cum itaque* coram Reverendiſſimo Aldrovando, & juſta quidem ratione, quia in illis exceptionibus, quæ a jure poſitivo proma-
5 nant Summus Pontifex utitur jure ſuo ſanando, & diſponendo, nec cuiquam facit injuriam, ut inquit Lotter. *de re Benef. libr.* 2. *quæſt.* 51. *n.* 23. ibi = *Si Papa favore unius Collitigantis removerit aliquam exceptionem a jure poſitivo promanantem, non poterit alter Collitigans juſte conqueri de jure ſibi quæſito non auferendo*, & infra ibi = *Super jure poſitivo, quod eſt mutabile ad nutum Principis, & qui propterea tollendo exceptionem hanc non videtur cuipiam injuriam facere*.

Sed fortius id procedit, ubi ſive juſta cauſa, ſive bona fides aſſiſtit Penſionario, ob quam æquitatem meretur, & excuſatur ab amiſſione juris ſui, quæ pœna eſt; In his enim terminis non dicitur jus quæſitum Titolari, ſed cauſatur exinde quædam
6 legalis dubietas, quæ ex una parte impedit incurſum pœnæ, ex altera autem gignit æquitatem, ut Gratiam diſpenſativam, & ſanatoriam mereatur, ut in terminis primæ concluſionis, Roſa *de Executor. Literar. part.* 1. *capit.* 5. *numer.* 120. Rota coram Cell. *deciſion.* 314. *numer.* 12. & coram Cerro *deciſion.* 195. *numer.* 13. & in terminis ſecundæ, Corrad. *in prax. diſpenſat. lib.* 4. *cap.* 10. *numer.* 13. Rota *deciſion.* 41. *numer.* 2. *& tertio*, poſt Monacell. *de jur. & oner. Cleric. & in Romana Cappellaniæ* 3. *Junii* 1707. §. *Concurrente* coram clar. memor. Cardinal. Scotto.

Aggrediendo itaque examen cauſarum, ob quas juſta ratione petitur Gratia revalidatoria, pono ante oculos, quod Comes Penſionarius non aliter intellexit contrahere matrimonium, niſi prius obtineret capacitatem retinendi Penſionem in ſtatu Conjugali mediante acquiſitione Officii Militis Lauretani, ac etiam mediante Indulto Apoſtolico pro exta reſiduali Penſionis, quam retinere non poterat ex Privilegio Militis Lauretani; Sicut enim ſi ante contractum matrimonium facta fuiſſet acquiſitio Officii, & Indulti Apoſtolici, Penſio vacare non
7 potuiſſet ob ſubſecutum matrimonii contractum, ut ex Conſtitutione ſanctæ memor. Sixti V. de qua Ricciol. *de jur. Perſon. libr. ſeptimo, capit. tertio, numer.* 1. Tondut. *de Penſ. capit.* 78. *numer.* 29. *&* 30. Rota coram Gregor. *deciſion. decima octava, numer.* 2. Spada *conſil.* 72. *numer.* 17. *lib.* 3. Lotter. *de re Benefic. lib.* 1. *quæſtion.* 40 *numer.* 199. *&* 203. Corrad. *in prax. Benefic. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 226. Adden. ad Buratt. *deciſion.* 791. *num.* 13. *& in recentiorum deciſion.* 253. *numero quinto, part.* 19. *& in Romana Penſionis* 16. *Maii* 1710. §. *Currente* coram clar. mem. Cardinali Scotto.

Ita dum ante matrimonium Penſionarius omnia præordinavit ad effectum acquirendi Officium Lauretanum, & Indultum Apoſtolicum transmittendo pecunias neceſſarias, nec ſolum præordinavit, ſed inſuper certificatus extitit, quod illinc ad paucos dies utraque expeditio utriuſque Gratiæ indubitanter ſequi debebat, eo ipſo, quod expectato tempore, & die, in quo nunciata fuerat futura expeditio, &, multis inſuper diebus ab illa die elapſis, matrimonium contraxit, dicitur illud contraxiſſe bona fide, & juſta credulitate, quod haberet diſpenſationem, cujus Nuncio credere debuit, quod futurus non eſſet fallax; unde quantum ex parte Penſionarii, qui adeo bona fide proceſſit, Indultum haberi debet pro conceſſo ante matrimonium, ne alias ſtulte perdere 8
voluiſſet pecunias ad ventum, & tot ingentes expenſas facere abſque fructu, ut inquit *Text. in leg. Bona fides* 179. *ff. de regul. jur.* ibi = *Bona fides tantundem Poſſidenti præſtat quantum veritas* = Rebuff. *in l. Bona fidei* 110. *verſ. Poſtremo ff. de verbor. ſignific.* & tanta eſt virtus bonæ fidei, ut inter alios effectus producat excuſationem ab amiſſione juris ſui, ut late Gabriel. *commun. concluſ. lib.* 7. *concluſ.* 8. *num.* 1. *& ſeqq.* Card. de Luca *de Benef. diſc.* 119. *numer.* 9. *& de Canon. diſc.* 27. *ſub num.* 18. Rota *dec.* 658. *num* 4. coram Cerro, *& dec.* 187. *n.* 7. coram Priolo.

Et ſane non datur caſus, qui ratione bonæ fidei majorem æquitatem expoſcat neceſſariam ad has Gratias reintegratorias, & revalidatorias, dum adeſt duplicitas miſerabilis pœnarum, & jacturarum; nam Penſionarius, qui nihil deliquit, & ante matrimonium jam erogatis ex parte ſua ingentibus 9
pecuniis pro duplici Indulto, certus erat, aut eſſe debebat jam factam fuiſſe expeditionem Indultorum, ſi ſuccurrendus non foret Gratia reintegratoria, luctuoſe perderet inſignem Penſionem ſcutorum 500. annuorum, & ſimul graviſſimas expenſas erogatas pro Indulto, & Officio Lauretano; æquitas autem expoſcit, ut nemo fraudari debeat Privilegiis, & Indultis titulo oneroſo impetratis, ut bene Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ. quinta* §. *nono, numer.* 77. *& gloſſ.* 28. *numer.* 29. Staffil. *de Liter. juſtit.* §. *Quando numer.* 7. Rota coram Puteo *deciſion.* 314. *in fine lib.* 1. cum æquitas ſit illa, quæ totum fundamentum præſtat hujuſmodi Gratiis, teſte Menoch. *conſil.* 316. *numer.* 6. Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 54. *numer.* 74.

Animadvertendo præſertim, quod non ex parte Penſionarii, ſed ex negligentia Expeditionerii culpa proceſſit, quæ in præjudicium Domini converti non debet, propter quod læſo ſemper ſuccurritur Gratia reſtitutoria, per ea, quæ tradit Odd. *de reſtitut. in integr. quæſtion.* 12. *art.* 9. *numer.* 33. *& ſequentibus*, & confert Rebuff *in prax. Benefic. titul. de reformat. & correctione Bullæ numero decimo ſecundo*, ubi de reintegratione per novam gratiam, quod detur re amplius non integra, non enim humanæ rationi congruum eſt, ut mediante Gratia non ſuccurratur innocenter damnum paſſo ſub clypeo bonæ fidei decepto cum tot graviſſimis expenſis unice directis ad finem, quem citra ſuam culpam conſequi non poteſt, quando in nullo alio caſu magis æqua eſſe poteſt, & clauſis oculis diſpenſari Apoſtolicæ Sedis indulgentia, quam in iſto adeo circumſtantiato in linea bonæ fidei, & juſtæ credulitatis, cum æquitas, quæ in hac materia ſubſtantiat Gratiam, nihil aliud ſit, quam receſſus ab ordinariis communis juris regulis per viam temperamenti prudentialis, & æquitativi, quod ſeveritatem juris temperat, & relaxat Bartol. *in leg. prima numer. finali digeſtis, de legib.* Panormit. *in capit. Ex parte numero ſexto, de tranſact.* Suarez *de legib. libr. ſexto, cap. ſexto, numero quinto, & ſequentibus*, & late Rota *in Romana, ſeu Januen. Legati* 1. *Julii* 1697 §. *Quæ quidem, & quinto, Maii* 1698. §. *Qua Deciſione, &* §. *finali* coram Cardinali de la Tremoille.

Urgente, & ad rem conferente etiam motivo ejus rationis, ob quam Sacri Canones, & reſpective Doctores dicunt per ſtatum Conjugalem amitti Beneficia, & penſiones per Clericum. Quia

tempe iſte mediante matrimonio cenſetur tacite re-
nunciaſſe Penſioni ob aſſumptionem ſtatus incompa-
12 tibilis, ut inquit Sanchez de *Matrimon. lib. 7. quæ-
ſtion. 43. numer. 2.* ibi = *Ratio hujus amiſſionis eſt
tacita renunciatio collecta ex Contrahentis volunta-
te, eo quod ſtatum cum Beneficio incompatibilem aſ-
ſumit* = Benedict. Capra *in Clement. Gratiæ numer.
43. de reſcript.* ibi = *Perditum eſt jus ad illud, cum
ei videatur renunciatum* = Cavaler. *deciſion. 180. nu-
mer. 3. verſic. unde*, Tondut. *de Penſ. capit. 75. numer.
6.* Rota *in Romana Penſionis 16. Aprilis* 1714. §.
Penſionis coram R. P. D. Criſpo; Iſte autem ani-
mus, & hæc voluntas omnino deficit in præſenti
caſu, ubi Penſionarius longe ante matrimonium ob-
tinere curavit diſpenſationem, & ex parte ſua om-
nia præordinavit, & ad actum redacta credidit
tempore matrimonii, & conſequenter deficit princi-
palis ratio, ob quam inducitur amiſſio Penſionis,
& eſt eidem propterea ſuccurrendum contra acci-
13 dens ſecutum ex culpa aliena, ut in iſtis terminis
quando deficit animus, dixerunt Capra *in dicta
Clementina Gratiæ numer. 45. de reſcript.* ibi =
*Non perdit Beneficium, quia non videtur habuiſſe
voluntatem renunciandi* = Prob. ad Monach. *in cap.
unico de Cleric. Conjug. in 6. ſub numer. 15.* ibi =
*Non perdit Beneficium, quia non videtur habuiſſe
voluntatem renunciandi, nec abdicandi a ſe Benefi-
cium* = Sanchez *de matrim. lib. ſeptimo, diſput. 43.
numer. 2.*

Verum ſi ſtare volumus exemplis Sedis Apoſto-
licæ, profecto expoſtulata Gratia intrare videtur de
plano; nam certum eſt Penſionem remanere ipſo
14 jure extinctam, ſi Penſionarius ejus terminos exi-
gat ante expeditionem Literarum, ut tradunt Garz.
de Benefic. part. 4. cap. 2. numer. 43. & 44. Tondut.
de Penſion. capit. 50. numero primo, Rot. coram Man-
tic. *deciſion. 286. & 300. per totas*, ubi inſuper de-
ciſum fuit nullam cauſam in hoc caſu excuſare a
nullitate Penſionis, ut bene Adden. ad Gregor. *de-
ciſion. 440. numer. 8.* ibi = *Nullam cauſam in hoc
caſu excuſare a nullitate Penſionis* = Adden. ad Bu-
ratt. *deciſion. 753. numer. 14.* ibi = *Penſio exacta Li-
teris non expeditis redditur nulla, ſtante Decreto
in reſervatione apponi ſolito, &c. Nulla excuſatio
ſuffragari poteſt ad evitandam nullitatem Penſionis*
= Rota coram Millin. *deciſion. 20. per tot. & deciſ.
127. n. 1. & ſeqq.*

Et tamen habemus, quod non obſtante extin-
ctione Penſionis inducta per exactionem ante lite-
ras expeditas, & jus quæſitum Titulari, Sedes A-
poſtolica revalidavit Penſiones cum derogatione Re-
15 gularum de conſenſu præſtando, & de jure quæſi-
to non tollendo, ut in duplici exemplo *in Nullius
Provinciæ Ravennaten. Roſſanen.* de quibus *infra nu-
mer. 29. & ſeqq.* quæ exempla certe ſunt in terminis
valde fortioribus, dum propter auctoritates proxime
allegatas nulla excuſatio admittitur ad evitandam
nullitatem Penſionis hoc caſu incurſam; Exemplis
16 autem Sedis Apoſtolicæ deferre convenit tanquam
facientibus Jus, ad Text. *in Canon. Si ea deſtruerem,
& in Canon. Eccleſiaſtica 25. quæſtion. 2.* Gonzal. *ad
regul. 8. Cancellar. §. 7. proœmial. numer. 136.* Gigas
de Penſion. quæſtion. 58. numer. 2. Lotter. *de re benefic.
in apparat. numer. 63.* Rota *deciſion. 68. numero octa-
vo, part. 5. recentiorum*, & apud me *Diſceptat. Ec-
cleſ. 6. numer. 5.*

Pariter habemus, quod Clericus per aſſumptio-
17 nem armatæ Militiæ etiam in Copiis Pontificiis ip-
ſo jure amittit Penſiones, non ſecus ac per tranſi-
tum ad matrimonium, ut magiſtraliter diſcoſſo ar-
ticulo Rota *deciſion. 69. numer. 17. & ſequentibus, &
deciſion. 216. & 338. per totas coram* Celſo, *& in
recentiorum, deciſion. 355. numer. 9. part. 14. & in
Peruſina Penſionis 11. Maii* 1716. §. *Tota itaque cum
18 plur. ſequentibus*, coram bon. memor. Herrera: & ta-
men Sedes Apoſtolica diſpenſare conſuevit de Voto
Sacræ Congregationis in præjudicium Titularis,
non obſtante amiſſione Penſionis jam incurſa etiam
quoad terminos in præteritum titulo jam extincto
exactos, ut in *Romana ſub die* 20. *Junii* 1693. quod

proceſſiſſe propter bonam fidem, loquendo de hoc
exemplo teſtatur Rota *in dicta Peruſina Penſionis
11. Maii* 1715. §. *Id quod, & §. Reſponſione non at-
tenta* coram bonæ mem. Herrera.

Similiter concurrunt alia exempla revalidatoria
Penſionum ex defectu Clericatus Tranſlatariorum,
ac inſuper ex capite bonæ fidei ob Clericatum nul-
liter ſuſceptum, & abſque diſpenſatione, ut in plu-
ribus exemplis, de quibus *infra numer. 29. & ſequen-* 19
tibus, in quibus pro cauſa exprimitur bona fides,
& conceditur Gratia cum derogatione omnium con-
trariorum; Tot autem exempla quemadmodum pa-
tenter oſtendunt bonam fidem dare cauſam hujuſ-
modi Gratiis ſanatoriis in materia Penſionum, ita
concurrente eadem ratione in caſu, de quo agitur
veſtigia Pontificum Prædeceſſorum ſequi juſtum, &
rationabile videtur, præſertim quando caſus, de
quo agitur, majorem æquitatem continet, & ma-
jori commiſeratione Summi Pontificis Auxilium,
& Gratiam expoſcit, Cardin. de Luca *de Penſion.
diſc. 71. ſub numer. 3.* Roſa *de execut. literar. part. 1.
cap. 1. numer. 10. & in Monaſterien. Canonicatus 9.
Decembris* 1712. §. *Cum itaque* coram Reverendiſſi-
mo Aldrovando.

Hæc omnia ſi procedunt etiam retento ſuppoſi-
to, quod Matrimonio fuerit contractum ante ob-
tentam diſpenſationem, & Officium Lauretanum,
quid dicemus in caſu iſto, ubi Matrimonium tunc
contractum non fuit legitime juxta formam Eccle-
ſiæ, ſed clandeſtine, omiſſis non ſolum publicatio-
nibus, ſed etiam atteſtationibus ſuper ſtatu libero
ex parte Sponſæ, cujus Pater ſtatim oppoſuit de
nullitate hujus Matrimonii, & judicialiter Cauſam
introduxit in Sacra Congregatione poſtea remiſſa
ad Ordinarium, ita & taliter, quod litigium dura-
vit uſque ad diem 25. Januarii 1716. probatio ſta-
tus liberi haberi non potuit, & oportuit ire per
viam Sacræ Congregationis Sancti Officii, quæ
conceſſit licentiam recipiendi juramentum a Spon-
ſa; & poſthæc ſub die 6. Februarii 1716. fuit ratifi-
catum Matrimonium, prout eſſe faciendum in hoc 20
caſu firmavit Corrad. *in prax. diſpen. libr. 8. capit. 3.
ſub numer. 20.* ibi = *Poſſunt, & debent de novo
contrahere in facie Eccleſiæ &c. & tam ipſi contra-
hentes, quam qui præſentes fuerant primo Matri-
monio clandeſtino graviter ſunt puniendi arbitrio E-
piſcopi.*

In hac facti contingentia oritur Articulus Juris
ſatis dubius, & diſputabilis, an Penſio dici poſſit
de Jure extincta a die contracti Matrimonii clan-
deſtini, vel potius ſubducto tempore Matrimonii
litigioſi incipiat extinctio ſolum a die, quo litigium
ceſſavit, & Matrimonium ratificatum extitit cum
ſolemnitatibus Eccleſiæ; ſi enim ad hoc die ceſſati
litigii, & ratificati Matrimonii deſumenda eſt Pen-
ſionis extinctio, tam Officium Lauretanum, quam
Diſpenſatio Apoſtolica ſupervenerunt tempore ha-
bili.

In quo Articulo habemus rem deciſam in *Sa-
cra Rotæ Auditoria* coram Cavaler. *deciſ. 180.* ubi
contracto Matrimonio, quod poſtea fuit litigioſum,
licet emanaſſet Sententia pro ejus validitate; atta- 21
men cum iſta fuiſſet appellata, cenſuit Rota hoc
tempore litigii penſionem interim non fuiſſe extin-
ctam, ex quo ad effectum extinctionis conſtare
debebat de Matrimonio undique perfecto, ſeu cla-
ro, & indubitato, ut legere eſt *num. 1. & 2.* ibi =
*Licet enim verum ſit per contractum Matrimonii
extingui Penſionem &c. nihilominus hoc intelligi di-
cebant, quando INDUBITANTER conſtat de Ma-
trimonio, de quo in hoc caſu Domini NON ITA
CLARE, ET INDUBITANTER conſtare pu-
taverunt, ut Penſio dici poſſet extincta etiam quod
pro Matrimonii validitate fuerit lata Sententia in
favorem Domini Julii Cæſaris ſtante lites penden-
tia* = quam Deciſionem in ſubjecta quæſtione re-
ferunt, & ſequuntur Tondut. *de penſ. cap. 75. n. 14.*
Ventrigl. *in prax. part. 2. annot. 11. §. 3. n. 16. in fi-
ne*, Adden. ad Gregor. *deciſ. 18. nu. 9.* ibi = *Donec
tamen pendet lis ſuper validitate, vel invaliditate*

Matri-

Matrimonii non poteſt dici penſio extincta, & non obſtante quod ipſemet Penſionarium ſit ille, qui inſtat pro validitate Matrimonii.

Quo ſtante mihi videtur, quod toto tempore intermedio, quo Matrimonium extitit litigioſum veluti contractum abſque probatione ſtatus liberi ex parte Sponſæ, adhuc reſpectu Eccleſiæ, & in foro fori illud non erat in clare, & indubitanter Matrimonium; Non enim erat impoſſibile, quod ſtatus Sponſæ non eſſe poſſet liber, quo caſu fuiſſet nullum; unde donec dè quacumque nullitas Matrimonii ſublata non fuiſſet, certe apud Eccleſiam illud adhuc non erat Matrimonium ſaltem, *ita clare*, & *indubitanter*, prout requiritur ad
22 hunc effectum, ut Penſio dici poſſet extincta, *juxta Deciſionem* Cavalerii, *ubi ſupra*; ideoque ſi interim Penſio non potuit dici extincta, Diſpenſatio Apoſtolica, & Officium Lauretanum dicuntur ſupervenſſe tempore habili, antequam Penſio amiſſa foret, & Penſionarius capax remanet retinendi eam in ſtatu Conjugali, ut tradunt Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 40. *numer.* 167. & 170. Ferentill. *de translat. penſ. cap.* 11. *numer.* 28. Tondut. *de penſ. cap.* 77. *num.* 29. & 30. Rota *deciſion.* 95. *num.* 8. & *deciſ.* 96. *numer.* 6. poſt Vivian. *de Jurepatr.*

Et ratio eſt evidens, quia cum ex Matrimonio ſequatur amiſſio, & jactura Juris quæſiti, ſeu Penſionis, ad incurrendam hujuſmodi jacturam requiritur Matrimonium clarum, & undique certum; ubi autem Matrimonium per litem deſuper motam ponitur in diſcrimine dubietatis, ita & taliter, quod oporteat contrahere de novo, quando, ut in præſenti, attentatum fuit contra formam Eccleſiæ, juxta Doctrinam Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 8. *capit.* 3. *ſub numer.* 20. tali caſu tempus actus litigioſi amiſſionem ſuſpendit ob du-
23 bietatem illius facti, ex qua illa deſcendit, ita & taliter, quod ceſſata poſtmodum lite, & Matrimonio ſolemniter ratificato, non poſſit fieri retroiractio ad ſuum principium propter intermedium obſtaculum ſubſecutæ diſpenſationis, quæ præſtitit Jus quæſitum Penſionarius ſuper capacitate retinendi Penſionem, ut docent Lotter. *de re beneſic. lib.* 3. *quæſtion.* 18. *num.* 62. Tondut. *quæſtion. beneſic. part.* 2. *cap.* 4. *nu.* 7. Roſa *de execut. liter. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 334. *verſ. Quia fictio retroactiva*, & coram Benincaſ. *deciſ.* 35. *numer.* 3. & 4. & coram Bich. *deciſ.* 660. *numer.* 9. & *in Eiſteten. Præcedentiæ* 25. *Junii* 1717. §. *Replicatione* coram R. P. D. Corio.

Cæterum non eſt opus exacte inquirere ſuper hoc Juris Articulo, cum enim hæc Inſtantia promoveatur per viam Gratiæ, non autem Juſtitiæ, ſi Articulus eſſet clarus, neceſſaria non foret Gratia reintegratoria; unde ſatis eſt aliqualis etiam dubietas Articuli ad effectum, ut in caſu iſto facilius diſpenſanda veniat Gratia Apoſtolica in fa-
24 vorem Penſionarii, cum præter bonam fidem ſuperius late demonſtratam ejus favore conſpiret etiam dubietas Juris, ex qua certum non eſt, Penſionem fuiſſe deperditam, & diſpenſationem, & officium Lauretanum ſupervenſſe tempore non habili; cum ad iſtum effectum Gratiæ obtinendæ dubietas Juris non clari multum attendatur, & provocet Summi Principis æquitatem ad diſpenſandum, & ſanandum quidquid ſanationem, & diſpenſationem indiget etiam ad cautelam, ex firmatis apud Card. de Luca *in Relat. Roman. Cur. numer.* 19. & *ſeqq.* & *de judic. diſcept.* 47. *ſub numer.* 9. Mandoſ. *in prax. ſignat. grat. in proœm.* §. *Prius tractandum*, Rot. *in Neap. Cenſus* 20. *Aprilis* 1693. §. *Et jure quidem* coram bon. memor. Hervavulk.

Omnis itaque dubietas in linea rigoris Juris, quamvis non ſufficiat Judici ad Juſtitiam adminiſtrandam, ſatis tamen eſt Supremo Principi ad Gratiam concedendam in linea æquitatis, & inſpecta bona fide Supplicantis, ne ſubeat magnum præjudicium; & gravem jacturam bonorum

ſuorum, ut tradita per Rot. coram Caccin. *deciſ.* 626. *per tot.* Card. de Luca *de beneſic. diſc.* 119. 25
num. 13. ubi quod dubietas ſalvat pœnam amiſſionis Beneficii, & apud Me *Diſcept. Eccleſ.* 42. *numer.* 6. Rota *in Monaſterien. Canonicatus* 13. *Maii* 1713. §. *Ex augetur* coram Eminentiſſimo Falconerio, & *in Paderbonen. Præpoſituræ* 16. *Aprilis* 1717. §. *Maxime* coram bon. memor. Anſaldo.

Præſertim in conſpectu Titularis, qui agit de lucro captando ad excutiendam nempe ex humeris ſuis Penſionem legitime impoſitam, & effectuatam; per contrarium vero Penſionarius agit de maximo, & enormi præjudicio evitando, tam reſpectu Pen- 26
ſionis, quam reſpectu tot Expenſarum, ubi facilius movetur Princeps ad Gratiam, quia vere alteri novum gravamen non infert, ſed antiquum Jus reſtituit, & Rem reducit in priſtinum ſtatum, in quo reperiebatur, removendo obſtaculum ex accidenti ſecutum, juxta caſum maxime æquitate, & commiſeratione dignum, ut bene Rot. *deciſ.* 96. *n.* 18. ubi quod eſt Continuatio, & Conſervatio ejuſdem ſtatus, poſt Vivian. *de Jurepatr.* & *deciſ.* 12. *n.* 35. *p.* 5. *recen.*

Neque hoc caſu ullum conſiderari valet præjudicium Titularis merum lucrum captantis, quia me- 27
diante Gratia ſolum fit reſtitutio ad priſtinum ſtatum Jure quodam poſtliminii, in quo non conſideratur præjudicium alicujus; ut inquit Fagnan. *in cap. Mandato numer.* 56. *de Simon.* ibi = *Tunc non conſideratur præjudicium Tertii, quia Reſtitutio eſt prioris ſtatus Reparatio, & Reſtitutio in priſtinum jus veridici*, & concordant Curt. Junior. *conſil.* 81. *numer.* 24. *lib.* 1. ibi = *Quando Privilegium conceditur alicui, per quod reducitur ad illud jus, quod ſibi antiquitus competebat, non poteſt legitime conqueri ille, cui ex hoc generatur præjudicium* = Gabriel. *de jur. quæſit. non tollen. lib.* 3. *concluſ.* 1. *nu.* 28. ibi = *Decimo limita, quando per diſpoſitionem Principis, per quam præjudicatur Tertio, fit reductio ad priſtinum ſtatum*, Gozzad. *conſ.* 1. *num.* 35. ibi = *Quando aliquid conceditur per Principem, ita quod reducimur ad illud, quod prius antiquitus competebat, tunc valet etiam in præjudicium Tertii, nec poterit quis conqueri* = Gomez *in regul. de jur. quæſit. non toll. quæſt.* 16. *numer.* 1. & 2. Rota *deciſ.* 96. *numer.* 22. poſt Vivian. *de jure Patron.*

Series exemplorum, ex quibus probatur Stylus, & Praxis Sedis Apoſtolicæ concedendi Sanatoriæ Penſionum, quæ fuerunt amiſſæ ex aliquo defectu juxta caſus, qui, ut infra, leguntur.

Pro Franciſco Benigno Clerico Florentino *Perinde valere* ſuper translatione Penſionis triginta ſcutorum ſuper Menſæ Epiſcopalis Avenionen. fructibus &c.

PAULUS EPISCOPUS &c. Dilecto &c. Franciſco Benigno Clerico Florentino &c. Alias ſiquidem accepimus, quod bon. mem. Lanfrancus Tituli S. Petri ad Vincula &c. Cardinalis &c. ex Penſionibus Apoſtolica ſibi auctoritate ſuper Archiepiſcopalis Avenionenſis, & Epiſcopalis Cavallicen. Menſarum fructibus &c. ad favorem Perſonarum a Dilecto Filio Noſtro Scipione &c. Cardinali Burgheſio &c. nominandarum, vigore facultatis ſibi per per Nos vivæ vocis Oraculo conceſſæ tranſtulit &c. & deinde dictus Scipio Cardinalis ad prædictas Penſiones, ut præfertur, translatus, diverſos ipſius Lanfranchi Cardinalis Conſanguineos, & Familiares nominavit &c. Cum autem, ſicut etiam accepimus, inter eoſdem Familiares, Tu, qui ad unam Penſionem triginta ſcutorum ſimilium ſuper Menſæ Archiepiſcopalis Avenionen. etiam Præpoſituræ hujuſmodi fructibus ab illa tibi percipiendam ab eodem Scipione Cardinale nominatus fuiſti tempore translationis per dictum Lanfrancum Cardinalem, ut præfertur, factum Clericali Charactere inſignitus minime exiſteris, licet poſtea, ante factam ab eodem Cardinale Scipione Nominationem, & Diſtributionem, de dicto Charactere inſigniri curaveris &c. Nos qui dudum inter alia vo-

juſtit, & ordinavimus, quod Literæ Reſervationis, vel Aſſignationis, etiam Motu proprio, cujuſvis Penſionis annuæ, ſuper alicujus Beneficii fructibus expediri non poſſet, niſi de Conſenſu illius, qui dictam Penſionem perſolvere tunc deberet, Tibi &c. volumus, & Apoſtolica Tibi Auctoritate prædicta concedimus Tranſlationem, Nominationem, & Diſtributionem ad Tui favorem, ut præfertur, ac quaſcunque Scripturas deſuper confectas, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis Clauſulis, & Cautelis, ac inde ſecuta quæcunque valere, plenamque roboris firmitatem obtinere debere in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi tempore tranſlationis hujuſmodi dicto Charactere inſignitus fuiſſes, necnon pro potiori tua Cautela Penſionem, & Scripturas hujuſmodi adverſus quamcunque illarum nullitatem, & invaliditatem ex præmiſſis quomodolibet reſultantem, & inductam, eadem Auctoritate revalidamus, ac revalidatas eſſe, & fore, necnon præſentes Literas, etiam ex eo, quod intereſſe habentes, aut habere prætendentes ad id vocati non fuerint, ſeu quovis alio prætextu, vel eodem obreptionis, & ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, &c. nullatenus unquam poſſe; Sicque, & non aliter per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alias judicandi, & interpretandi facultate, & Auctoritate, ubique judicari, ac definiri debere, irritum quoque, & inane &c. attentari &c. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1625. ſeptimo Kal. Martii, Pontificatus Noſtri Anno 2.

Dilecto Filio Alexandro Urigo Clerico Spoletanæ Diœceſis.

URBANUS PP. VIII.

Dilecte Fili &c.

IN Te, *Defectum Natalium ex ſoluto*, & ſoluta, vel alias genitum patientem &c. licet tunc temporis Literæ ſuper hujuſmodi Diſpenſatione nondum confectæ eſſent &c. Tranſlationem Penſionis hujuſmodi, ac prout illam concernunt, omnia, & ſingula in Inſtrumento, ſeu Scripturis prædictis contenta, licita tamen, & honeſta, *Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium validamus, approbamus, & confirmamus &c. Perinde ac ſi tempore Tranſlationis hujuſmodi Clericali Charactere inſignitus extitiſſes, Tecumque deſuper prædicto defectu, diſpenſatum fuiſſet, ac Literæ ſuper Diſpenſatione hujuſmodi expeditæ fuiſſent &c. Datum die 20. Auguſti 1623.*

URBANUS PP. VIII.

Dilecte Fili ſalutem &c.

VItæ &c. proſequimur. Alias ſiquidem de *menſe Februarii Anni 1626.* Penſionem annuam centum ſcutorum monetæ ſuper Eccleſia Abbatiæ nuncupatæ S. M. de Strada Beneventanæ Diœceſis Fructibus &c. Apoſtolica Tibi Auctoritate reſervavimus, conſtituimus, & aſſignavimus, prout in noſtris de-
32 ſuper ſub Plumbo expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur, Cum autem ſicut accepimus, Tu tempore Reſervationis, Conſtitutionis, & Aſſignationis Penſionis hujuſmodi Clericali Charactere inſignitus nondum extiteris, ſed illo de menſe Maii ejuſdem Anni dumtaxat *Te inſigniri feceris*: Nos ne propterea de Reſervationis, Conſtitutionis, & Aſſignationis &c. prædictarum validitate, & ſubſiſtentia dubitari contingat, Teque deſuper moleſtari poſſe tempore procedente opportune providere, & præmiſſorum &c. intuitu ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis &c. cenſentes, Motu proprio, ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, Reſervationem, Conſtitutionem, & Aſſignationem Penſionis hujuſmodi, ac deſuper confectas Literas præfatas, cum omnibus in eis contentis Clauſulis, & Decretis dicta Auctoritate tenore præſentium *validamus, & confirmamus, ac Clericalis Characteris*, & quoſcunque alios tam Juris, quam Facti, & ſolemnitatum, & alios etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſiqui deſuper quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel prætendi quoquomodo poſſint, & omnino poſſint, ſupplemus, ſanamus, tollimus, & abrogamus, necnon omnes, & ſingulos dictæ Penſionis terminos hactenus *decurſos, & per Te indebite perceptas iiſdem Auctoritate, & tenore gratioſe remittimus, & condonamus*. Decernentes Reſervationem, Conſtitutionem, & Aſſignationem hujuſmodi, ac prædictas Literas, cum omnibus in eis contentis, validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac *Tibi in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, perinde ac ſi tempore Reſervationis, Conſtitutionis, & Aſſignationis præfatarum Clericali Charactere inſignitus fuiſſes; Penſionem vero hujuſmodi propter præmiſſa minime ceſſaſſe, aut ceſſare, aut extinctam eſſe, ſed illius nunc, & pro tempore Debitorem*, ad hujuſmodi Penſionis ſolutionem debitis temporibus Tibi earundem Reſervationis, Conſtitutionis, & Aſſignationis formam, & tenorem integre faciendam omnino teneri, & obligatum exiſtere; ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam &c. ſublata &c. Facultate, & Auctoritate judicari &c. debere, ac irritum &c. contigerit attentari; *Non obſtan. Regula noſtra de Jure quæſito non tollendo, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis*, necnon quibuſvis, etiam juramento &c. Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plene habentes &c. illis &c. permanſuris hac vice &c. derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum &c. die 16. *Aprilis 1637.*

Dilecto Filio Julio Gervaſis Clerico Conjugato Bellunen.

CLEMENS PAPA X.

Dilecte Fili ſalutem &c.

CUm itaque &c. Canonicatu, & Præbenda Eccleſiæ Bellunen. &c. felic. rec. Alexander 32
Papa VII. Prædeceſſor Noſter &c. in actu proviſionis &c. Penſionem annuam viginti quatuor ducatorum auri de Camera, Perſonæ per eum quandocunque Ei placeret nominandæ &c. ac deinde, nempe menſe Januario 1662. &c. qui tunc exiſtentis pro Republica Venetorum apud eundem Alexandrum Prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam Oratoris familiaris eras, & menſe Auguſto immediate præcedenti Clericalem Characterem ſuſceperas ad dictam Penſionem nominaverit, illamque Tibi conſtituerit, & aſſignaverit, Literæque Apoſtolicæ deſuper ad tui favorem, non ſub Data nominationis hujuſmodi, ſed juxta ſtylum ſub Data Reſervationis Penſionis prædictæ in actu proviſionis, ut præfertur, factæ, videlicet diei 21. Aprilis 1661. quo tempore Tu Clericali Charactere hujuſmodi nondum inſignitus eras, expeditæ fuerint; Et ſucceſſive Tu terminos

Pen-

Penſionis hujuſmodi pro tempore maturatos exegeris &c. ac inſuper Tibi per alias Literas Apoſtolicas ſimili auctoritate indulgeri obtinueris, ut etiam ſi matrimonium cum quavis muliere ſemel, vel pluries, ſucceſſive tamen legitime contraheres, & in Habitu, & Tonſura Clericalibus non incederes, nihilominus Penſionem prædictam, ut prius quoad viveres retinere &c. libere, & licite valeres &c. Cumque (ſicut pariter accepimus) tu poſt obtentum Indultum hujuſmodi uxorem duxeris, *& in præmiſſis omnibus bona fide proceſſeris*; & nihilominus dilectus filius modernus Poſſeſſor Canonicatus, & Præbendæ, ac Decanatus prædictorum prætendens ſe tempore Reſervationis, Conſtitutionis, & Aſſignationis dictæ Penſionis, *nempe Data Literarum præmodictarum Clericali Charactere inſignitum non fuiſſe, litem contra te ſuper nullitate, ſeu invaliditate ejuſdem Penſionis, ac Repetitione, ſeu Reſtitutione illius terminorum a te perceptorum coram Judice Eccleſiaſtico intentaverit, ac ad diverſos actus judiciales devenerit. Hinc eſt, quod nos SUMMAM ÆQUITATIS, QUÆ PRO TE MILITAT, RATIONEM HABERE &c.* Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, Litem, & cauſam hujuſmodi in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, a præfatis, aliiſque quibuſcunque Judicibus ad Nos harum ſerie avocamus, *illaſque perpetuo ſupprimimus, & extinguimus*, ac perpetuum deſuper præfato moderno, & pro tempore exiſtentibus Decanatus, ac Canonicatus, & Præbendæ ſupradictorum Poſſeſſoribus ſilentium imponimus; præterea Reſervationem, Conſtitutionem, & Aſſignationem Penſionis annuæ &c. etiam ab ipſo initio, *ac licet conſenſus moderni Titularis, ſeu Poſſeſſoris prædicti deſuper minime interveniant, revalidamus, & confirmamus, ac eam Clericalis Characteris hujuſmodi*, quam quoſcunque alios juris, & facti, ac ſolemnitatum quarumcunque in ſimilibus etiam de neceſſitate obſervandarum, & alios etiam quantumvis ſubſtantiales defectus &c. pariter etiam ab ipſo initio ſupplemus, & ſanamus, ac penitus, & omnino abolemus, tollimus, & abrogamus, necnon Tibi omnes, & ſingulos, dictæ Penſionis terminos hactenus decurſos, & per Te propter præmiſſa indebite perceptos, ſeu quos indebite percepiſſe &c. remittimus, & gratioſe condonamus. Decernentes, Reſervationem, Conſtitutionem, Reſervationem Penſionis, ac Indultum hujuſmodi, confectaſque deſuper reſpective Literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, *ac Tibi in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, perinde ac ſi tempore Reſervationis, Conſtitutionis, & Aſſignationis prædictarum Clericali Charactere inſignitus fuiſſes &c.* non obſtantibus litis pendentia, aliiſque præmiſſis, ac noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis de jure quæſito non tollendo, & de præſtando conſenſu in Penſionibus &c. Datum &c. 6. Septembris 1670. anno primo.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram &c.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Magiſter Franciſcus Falconerius &c. ac Octavius
Falconerius ejus frater &c. quod alias bon. mem. Le-
33 lius, dum vixit, ejuſdem S.R.E. Cardinalis Falco-
nerius nuncupatus, cui Penſio annua quingentorum ſcutorum monetæ Romanæ ſuper fructibus &c. reſervata, conſtituta, & aſſignata reperiebatur vigore facultatis transferendi ejuſmodi Penſionem &c. pro rata trecentorum in Magiſtrum Franciſcum, & pro rata centum ſcutorum parium in Octavium præfatos reſpective &c. tranſtulit, ſeu transferri curavit &c. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, de validitate Tranſlationis, ſeu Reſervationis hujuſmodi, ex eo quod præfatæ facultatis transferendi Penſiones, Literæ coram Executore exhibitæ non fuerunt, aut quia idem Executor contra illarum formam, per viam ſimplicis Tranſlationis, non autem caſſationis, & extinctionis, ac novæ reſervationis proceſſit, & ſeu propter alias cauſas, & defectus dubitari poſſit &c. Nos igitur ipſos Magiſtrum Franciſcum, & Octavium ſpecialibus &c. volentes &c. hujuſmodi Supplicationibus inclinati, Tranſlationes præfatarum duarum Penſionum annuarum &c. in præfatos Magiſtrum Franciſcum, & Octavium reſpective factas, ut præfertur, confectumque deſuper Inſtrumentum præfatum, cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, auctoritate Apoſtolica, *tenore præſentium ab ipſo initio validamus, & confirmamus, plenumque robur, firmitatem, & efficaciam habere, ac ipſis Magiſtro Franciſco, & Octavio pleniſſime ſuffragari debere &c. Decernimus, & declaramus in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi in eiſdem Tranſlationibus, forma præfatarum Urbani Prædeceſſoris Literarum exacte, & accurate, nihil penitus omiſſo, nec addito, obſervata, & adimpleta fuiſſet*, ac tam præfatos, quam alios quoſcunque juris, & facti etiam formales, & ſubſtantiales, ac tam præfatos, quam alios quoſcunque juris, & facti, ac ad hoc, ut ſanari poſſint de neceſſitate ſpecifice, & individuo exprimendos &c. ſupplemus, & ſanamus &c. ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam &c. Auditores, ac S.R.E. præfatæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoſlibet, quacunque præeminentia &c. fungentes &c. ſublata eis, & eorum &c. judicari, & definiri debere, ac irritum &c. attentari. Non obſtantibus præmiſſis. Dat. Romæ &c. die 14. Januarii 1671. anno primo.

Nullius Provinciæ Ravennaten.

CUrtius Trenta, Ambroſius Lancellottus, Nico-
laus Guilhelmi, necnon Jacobus Vaſelli fami-
liares Eminentiſs. Jacobi Roſpiglioſi (quibus reſpe- 34
ctive fuerunt reſervatæ penſiones infraſcriptæ ſuper fructibus Præpoſituræ in Camerana, ſcilicet Curtio, & Ambroſio, & eorum cuilibet D. 31. ½. Nicolao vero, & Jacobo prædictis ad rationem D. 15. & Julior. 10. etiam pro quolibet) dubitantes de illarum validitate, *quia exegerunt ipſi a Titulari primum terminum prædictarum Penſionum ante Expeditionem Literarum Apoſtolicarum pœnam ceſſationis* illatam ipſo facto incurrendo, ſupplicant pro revalidatione dd. Penſionum, *cum derogatione regularum de præſtando conſenſu in penſionibus, & de jure quæſito non tollendo*, cum decreto ſolius Signaturæ, & dummodo lis ſuper nullitate mota non ſit, & cum alio decreto, quod pecuniæ per Oratores exactæ deponantur in Monte Pietatis ad creditum Titularis.

Fiat, ut petitur B.

Datum Romæ apud S. Petrum 7. Idus Junii anno tertio Innocentii PP. XI.

Roſanen.

ALias Clemens Papa X. ſuper Menſa Archiepi-
ſcopali Roſſanen. per ceſſionem Angeli Ar-
chiepiſcopi vacantis fructibus Penſionem ſcut. 850.
eidem Archiepiſcopo cedenti reſervavit. Quia vero
ſolutionem primi termini, & forſan etiam ſecundi 35
idem cedens ante expeditionem Literarum *bona fide* recepit, lite deſuper nondum mota, *ſupplicat pro revalidatione dictæ penſionis, cum derogatione regularum de præſtando conſenſu, & de jure quæſito non tollendo*, ac aliorum contrariorum.

Fiat, ut petitur B.

Fuerunt expeditæ Literæ hujus revalidationis die 24. Januarii 1684.

Imolen.

INNOCENTIUS PAPA XI.

S. V. Motu proprio concedit revalidationem pen-
ſionis ſcutor. 30. alias ſuper Menſæ Epiſcopalis Imo-
len. fructibus reſervatæ Jo. Baptiſtæ Mazarino Cleri-
co familiari Eminentiſſimi Cybo, *& abſque conſen-*
36 *ſu Titularis*, ea eo quod poſtquam artem Chirur-
giæ exercuerat *bona fide Clericatum ſuſcepit*, *nulla*
ſibi ſuffragante diſpenſatione cum conditione ter-
minorum perceptorum, ac derogationibus oppor-
tunis, & decreto ſolius Signaturæ.

Fiat Motu proprio B.

Datum apud S. Mariam Majorem pridie nonas Junii anno 12. Innoc. XI.

Gratis de ordine Sanctiſſimi.

Æſina.

INNOCENTIUS PAPA XI.

S. V. Motu proprio concedit revalidationem Pen-
ſionum pro ſumma inſimul D. 41. ÷ ſuper duorum
Canonicatuum Cathedralis reſervat. Joanni de Niſez.
37 Clerico Familiari Eminentiſſimi Cybo *etiam abſque*
conſenſu Titularium, ex eo quod ipſe, poſtquam
Artem Medicinæ exercuerat *bona fide Clericatum*
ſuſcepit, *nulla ſibi ſuffragante diſpenſatione* cum
conditione &c. ut in alia.

Fiat Motu proprio B.

Gratis de Ordine Sanctiſſimi datum, ut ſupra.

Romana.

Jacobus Sorbolongus, Clericus Conjugatus Foro-
ſemproniensis, quatuor Penſiones in ſumma ſcutor.
38. 135. monetæ Romanæ ſuper trium Archipresbytera-
tuum Ferrarienſis Diœceſis, ac alteram ſuper Man-
ſionariæ pariter Ferrarien. fructibus, redditibus, ac
proventibus, Apoſtolica authoritate ſibi reſervatas,
ſeu translatas, annuatim percepit. Verum quia tri-
bus ab hinc annis in Vexilliferum Equitum Levis
Armaturæ, vulgo *Cornetta* a ſan. memor. Alexan-
dro VIII. deputatus, & in eodem officio pro cuſto-
dia Summi Pontificis adhuc continuat, licet in eo,
ut notum eſt, *læva non exerceat*; ſupplicat pro-
pterea Orator, cui ſuper ſolutione, necnon extin-
ctione Penſionum præfatarum nunquam fuit mota
lis, pro ſecuritate ſuæ conſcientiæ declarari: An
dd. Penſiones valide retinere, & percipere poſſit,
itaut per exercitium ſupradicti officii non poſſint di-
ci extinctæ.

Die 20. Junii 1693. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit, *Oratorem eſſe diſpenſandum, facto verbo cum Sanctiſſimo*. Et facta per Secretarium de præmiſſis relatione ſub die 24. ejuſdem Menſis Junii, Sanctitas Sua Sacræ Congregationis ſententiam benigne approbavit, Oratorem abſolvit ad cautelam, in præteritum Penſiones hucuſque perceptas condonavit, ac in futurum cum eo diſpenſavit, itaut durante ſervitio inter Cohortes, & ad cuſtodiam Summi Pontificis *Indultum in ſtatu Clerici Conjugati, ampliandum, & extendendum ſit ad hujuſmodi ſtatum militarem, ac proinde Penſiones præfatas percipere, & retinere valeat, ac ſi Militiæ adſcriptus non eſſet*, & prout legitur in illius Authentica fide.

Ex Sacra Congregatione Concilii.

Æſina Penſionis.

Indultum Generale a Sanctiſſimo Domino Noſtro conceſſum Conclaviſtis inter cætera, quæ continet, elargitur diſpenſationem ſuper irregularitate ex defectu natalium illis, qui ea indigerent, ac ſanationem omnium defectuum favore Conclaviſtarum Clericorum, quoad proviſiones eorum Beneficiorum, aut Reſervationes Penſionum, necnon aliam diſpenſationem (quæ creditur comprehendere Conclaviſtas non Clericos) ut poſſint habilitari ad Ordines, quatenus eſſent innodati cenſuris, & irregularitate per hæc verba ibi = *Quodque illa, & eiſdem premiſſis non obſtan. ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines alias rite &c. promoveri libere, & licite valeant, diſpenſamus*.

Vigore hujuſmodi Indulti Blaſius de Clementibus credens, ſe diſpenſatum fuiſſe ſuper irregularitate ab eo contracta, ex quo in ætate annorum duodecim evitare ſe fecit ad conſervandam vocem, nulla prævia diſpenſatione Clericali Tonſura inſigniri, curavit, ut redderetur capax Penſionis, quam poſtea in eum tranſtulit clar. mem. Cardinalis Petruccius in ſumma ſcutorum 50. ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Æſinæ. Cum autem dictus Blaſius modo dubitet, quin ſupradictum Indultum ei ſuffragaretur ad effectum diſpenſationis requiſitæ ſuper dicta irregularitate, nec valens ob ejus paupertatem ſuſtinere litem cum Epiſcopo Æſino prætendente nullitatem prædictæ tranſlationis, ob defectum dictæ diſpenſationis, preces Sanctiſſimo porrexit pro abſolutione ad cautelam, & pro diſpenſatione etiam ſuper nova irregularitate forſan contracta, ex eo quod ad primam Tonſuram, ut ſupra promoveri ſe fecit, necnon pro rehabilitatione ad Clericatum, & Diſpenſatione ad alios Ordines, Beneficia, & Penſiones, & denique pro revalidatione, motuproprio prædictæ Penſionis, ſibi, ut ſupra tranſlatæ, etiam abſque conſenſu Epiſcopi Æſini, quibus precibus ad Eminentiſſimum D. Præfectum, & ad me pro Voto remiſſis, prædictus Eminentiſſimus exiſtimavit, exquirendum eſſe Votum totius Congregationis; Unde ſupplex Orator ab EE. VV. expoſcit.

Primo, *An indigeat Diſpenſatione, ſeu Revalidatione nova Penſionis; Et quatenus affirmative?*

Secundo, *An ſit indulgendum ex Gratia &c.*

Die 13. Maii 1702. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quam Sanctiſſimus Dominus Noſter ſupplicem hunc libellum pro Voto remiſit, utraque Parte informante, cenſuit ſi Sanctitati Suæ placuerit, *poſſe ſupradictam Penſionem revalidari ad cautelam*, & facta per me Secretarium infraſcriptum relatione eidem Sanctiſſimo D. N. Sanctitas Sua Sententiam dictæ Congregationis benigne approbavit, ac Penſionem hujuſmodi etiam cum terminis decurſis revalidavit ſub die 20. ejuſdem menſis Maii 1702.

B. Cardinalis Panciaticus Præfectus.

I. D. Thomatus Epiſc. Cyrenen.
S. C. C. Secret.

Gratis etiam quoad Scripturam.

NEAPOLITANA ADMINISTRATIONIS, ET MULTIPLICI.

ARGUMENTUM.

Regulares, licet exercere poſſint Officium Executoris Teſtamentarii, non tamen aſſumere poſſunt Officium Gubernatoris Montis Multiplici ex Teſtamento ordinati ad commodum Primogenituræ Lai-

calis,

calis, non obſtante in contrarium voluntate Teſtatoris ad materiam, Text. *in Canon. Cyprianus 21. quæſt. 3. & cap. Sacerdotibus & toto Titulo ne Clerici, vel Monachi Sæcular. negot. ſe immiſc.*

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Voluntas Teſtatoris contra honeſtatem Eccleſiæ non ſervatur.*
3 *Teſtator non præſumitur velle illicitum, & prohibitum.*
4 *Clericis etiam Sæcularibus prohibitum eſt ſe immiſcere negotiis Sæcularibus & de ratione.*
5 *Fortius prohibitum eſt Clericis Regularibus* & n. 6. 7. & 8.
8 *Clerici non poſſunt exercere Officium Majoris domus Patrimonii Sæcularis*, & n. 9.
10 *Promiſſum eſt Regularibus Officium Executoris Teſtamentarii.*
11 *Hoc non procedit in Gubernatore Montis Multiplici, qui potius habet Officium Curatoris, & Adminiſtratoris Bonorum.*
12 *Nec in Officio Tutelæ, & Curæ*, & n. 13.
14 *An Religioſi poſſint eſſe Executores Teſtamentarii etiam in Relictis prophanis.*
15 *In Clauſtro Monaſterii prohibetur negotium populare, & pecuniarium.*
16 *Crimen impietatis eſt, neglectis Divinis, ſollicitudines Sæculares ſuſcipere.*
17 *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire.*
18 *Regularibus ſunt interdictæ Adminiſtrationes Sæculares.*
19 *Regulares non poſſunt eſſe Executores Teſtamentarii, ſi Conſtitutiones proprii Ordinis reſiſtunt.*
20 *Non dicitur Teſtamentum ad pias Cauſas ob quædam Legata Pia.*
21 *Nec ſi fuerit ſubſtituta Cauſa pia.*
22 *Quo caſu Regulares de licentia Superioris poſſint aliquid adminiſtrare.*
23 *Capitulum Generale non poteſt reformare Conſtitutiones Papæ*, & n. 24.
25 *Exempla quando non applicantur.*
26 *Abuſus non eſt allegabilis pro exemplo.*
27 *Legatum ceſſat, ceſſante ejus cauſa.*
28 *Curator, & Adminiſtrator Bonorum tenetur præſtare cautionem.*
29 *Bona Monaſterii non tenentur, ſi ejus Religioſus male ſe gerat in Adminiſtratione Sæculari.*

DISCEPTATIO CXLV.

NObilis Matrona olim Donna Lucretia Ruffo Marchioniſſa de Valle in ſuo Teſtamento, cum quo deceſſit de menſe Julii 1722. in omnibus ſuis Bonis aſcendentibus ad conſpicuam ſummam ducatorum centum viginti millium, & ultra, hæredem univerſalem inſtituit = *Il Monte Erigendo ſotto il titolo di Monte di Donna Lucretia Ruffo*
1 *Marcheſe della Valle* = ſub Lege multiplicandi omnes fructus hæreditatis uſque ad terminum 30. annorum, & deinde continuandi pro rata duc. mille in perpetuum, qua dempta, necnon detractis annuis oneribus, & legatis in Teſtamento relictis, voluit omnes fructus diſtribui pro certis annuis portionibus ad favorem Deſcendentium quatuor Nobilium Familiarum ſuorum Fratrum, & Conſanguineorum, nempe Don Pauli Ruffo Caraccioli, Don Caroli Ruffo Ducis Bagnaræ Don Pauli Ruffo quondam Fabritii, & Don Pauli de Mendozza de Alarcon Marchionis de Valle.

Et poſtquam plene conſuluit Deſcendentibus, aſſignando etiam Dotes pro Fœminis, tam ſpiritualiter, quam carnaliter nubendis, necnon annuam Proviſionem ducatorum 1200. Prælatis in Urbe degentibus, vel Sanctæ Sedi Apoſtolicæ quovis modo addictis, & demum annuam proviſionem ducatorum centum Sacerdotibus Sæcularibus, & Regularibus earundem Familiarum, poſtremo totum reſiduum fructuum Montis dividi voluit in duas partes æquales, unam favore D. Paoli Ruffo Caraccioli ejus fratris, ſeu ejus Primogeniti in infinitum, & alteram favorem ſupradicti Marchionis de Valle, ejuſque Primogenitorum pariter in infinitum.

Faſtidioſam hanc molem Gubernii, & Adminiſtrationis commiſit duobus Gubernatoribus, quorum unum eſſe voluit P. Provincialem pro tempore Religionis Clericorum Regularium Minorum Petræ Sanctæ, & in ejus abſentia ab Urbe Neapolis P. Præpoſitum pro tempore Monaſterii S. Mariæ Majoris Civitatis Neapolis ejuſdem Religionis; Alterum vero unum ex Equitibus magis antianum de Familia Ruffa ex illis quatuor ſupra nominatis ad participandum, de fructibus Montis ſub conditionibus, & oneribus, de quibus infra.

Etenim Nobilis Matrona neſcia regularis Inſtituti, & ſolo intuitu fiduciæ quam habebat in his Clericis Regularibus; voluit Clauſtrum Monaſterii Sanctæ Mariæ Majoris, ſeu unam ejus Manſionem inſervire debere pro Apotheca negotii, ſeu Computiſteria univerſæ Adminiſtrationis, & prophani hujus negotii reſpicientis intereſſe Montis, mandando, quod Libri, & Scripturæ concernentes ſervitium Montis ponerentur *in uno ſtipo con due Chiavi, che doveranno conſervarſi una per uno da detti Signori Governatori &c. quale ſtipo voglio, che ſi conſervi ſempre in una ſtanza dentro detta Ven. Caſa di S. Maria Maggiore di Napoli, dove ſi doveranno pure unire ſempre che occorrerà li ſudetti due Governatori per attendere al Governo di detto Monte*, & pro hujuſmodi incommodo voluit ſolvi Monaſterio annuos ducatos centum ex fructibus Montis.

Explicavit poſtea onus, & trafficum Gubernatorum; nam ſtatim poſt ejus obitum voluit primum trafficum, nempe quod illi venderent omnia mobilia, argenta, & gemmas, & pretium inde retrahendum inveſtiretur in augmentum Montis.

Voluit etiam pro regula, quod iſti duo Gubernatores Sæcularis, & Regularis deberent unitim gubernare Montem, & inſimul ſubſcribere Apochas, & Scripturas, tam publicas, quam privatas, necnon ſtipulari contractus.

Voluit inſuper, quod uterque Gubernator Regularis, & Sæcularis ſpatio 30. annorum continuo mercimonio attenderent ad multiplicandos fructus, & Capitalia hæreditatis, mediantibus emptionibus, & acquiſitionibus novorum Capitalium libere, aut cum pacto redimendi, faciendis ex fructibus eorundem novorum Capitalium ſub pluribus cautelis.

Voluit ulterius, quod Gubernatores curſu expleto 30. annorum haberent onus faciendi annuas ſolutiones ad beneficium eorum, quibus participatum fuit commodum Multiplici, & Fructuum Montis, necnon ſolvendi Dotes, & alia onera, & continuandi perpetuis futuris temporibus Multiplicum ex Fructibus pro rata ducatorum mille annuorum; voluit pariter, quod = *in fine di ciaſchedun anno &c. ſi debba fare conto, e bilancio di quanto haveranno fruttato nel corſo dell' anno gl' Effetti, e Capitali di detto mio Monte con contraporſi ciò, che ſi sarà pagato in ciaſchedun' anno &c. acciochè ogn' uno delli ſudetti chiamati habbia puntualmente la metà de frutti.*

Voluit denique Computiſtam, ſeu Ratiocinatorem Montis eſſe debere illum Monaſterii, eoque non extante = *debbiano detti Padri eleggere il d. Rationale per ſervitio del d. mio Monte* = Immo in caſu quo deficerent Familiæ, ex quibus deſignavit unum ex Gubernatoribus Sæcularibus, voluit, quod ambo Gubernatores eſſent Regulares ejuſdem Religionis = *cioè il P. Provinciale pro tempore delli ſudetti PP. Chierici Regolari, ed il Prepoſito pro tempore della ſudetta Ven. Caſa, e*

Digitized by Google

Chieſa di S. Maria Maggiore &c. & in caſo di aſſenza di uno di eſſi, e pure d'ambedue, debba ſupplirſi il governo di detto Monte &c. da uno, e due Padri li più anziani di Religione di detta Ven. Caſa, e Chieſa.

Secuto obitu Teſtatricis, communi intereſſe habentes in Multiplico, & Fructibus Montis hæredia inſtituti agnoverint manifeſtiſſimam incapacitatem PP. Clericorum Regularium Minorum, quoad tenendam in Clauſtro Monaſterii negociatoriam Manſionem, ſeu Computiſtariam, & exercendum per ſeipſos officium Gubernatoris Montis, reſpiciens intereſſe prophanum, induſtrioſum, mercantile, ac perpetuum: & agnoverint etiam præjudicia Hereditatis, & Multiplici, ſi Regulares hujuſmodi Secolaria negocia non bene callentes, quidquid in omittendo, aut committendo hæreditati præjudicarent, in bonis Monaſterii, aut Religionis, reintegrare non poſſent, aut deberent; idcirco antequam Religioſi in opulentiſſimæ Hæreditatis Adminiſtratione manus apponerent, recurſum habuerunt ad Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, & datis tribus dubiis, quorum primum erat: *An liceat PP. Clericis Regularibus Minoribus Sanctæ Mariæ Majoris Petra Sancta nuncupat. aſſumere, & exercere Officium Gubernatoris Montis ad formam Teſtamenti Marchioniſſæ Lucretiæ de Ruffis:* Ego Scribens pro Intereſſatis Montis contra Regulares dicebam hoc primum, & principale dubium eſſe omnino *negative* reſolvendum.

Quamvis enim ex notis principiis ultima voluntas Teſtatorum ſervanda ſit *Canon. ultima voluntas 13. quæſtion. ſecunda*, id tamen procedit in materia licita, & indifferenti, in qua datur unicuique libera diſponendi facultas; ſecus autem in prohibitis, & de jure illicitis, ſive, ut in caſu iſto, per
2 jura Canonica reprobatis, tanquam Eccleſiaſticæ honeſtati adverſantibus, quæ veluti contraria Canonicis legibus, & Inſtitutis ipſo jure vitiantur, & habentur pro non appoſitis, cum nemo facere poſſit, quominus leges in ſuo Teſtamento locum habeant, neque jus publicum Privatorum voluntatibus immutari valet, juxta Text. *in leg. nemo poteſt digeſtis de legat. 1.* ibi = *Nemo poteſt Teſtamento ſuo cavere, ne leges in Teſtamento ſuo locum habeant* = & in auth. *de Eccleſ. Tit. §. Si quis autem, & in cap. Tua de Teſtam.* & in auth. *licet Teſtator Codic. de Epiſcop. & Cleric.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopor. allegat. 72. numer.* 187. Duran. *de mod. & condit. impoſſib. part. ſecunda, capit. primo, numer.* 108. Matant. *reſponſ. 20. numer. 58. & 79. part. prima*, Sanchez *conſil. moral. libro ſecundo, capit. ſecundo, dub. 32. numer.* 1. Rota coram Coccin. *deciſion. 1944. numer. 14. & ſeqq.* Surd. *deciſion. 62. numer. 18. & 29.* & coram bon. mem. Anſald. *deciſion. 49. numer. 32. & in rec. deciſ. 368. numer. 7. part. 18.* & plene habetur apud Me *diſcept. Eccleſ. 15. nu. 11. in fin. & de controv. Patron. alleg. 31. n. 37.*

Dicitur enim conditio impoſſibilis, quidquid Teſtator contra Eccleſiaſtici juris cenſuram diſpoſuit, & maxime ſi contineat aliquod turpe, aut contra Eccleſiaſticam honeſtatem, & diſciplinam, neque
3 propterea ſervandum eſt deſiderium Teſtatoris, cui reſiſtunt Canones, honeſtas Eccleſiæ, & ſtatus Religioſus, immo deficere cenſetur etiam ipſa voluntas Teſtatoris, ſi ſciviſſet id ſibi non licere, cum nemo illicitum, & prohibitum velle præſumatur per Text. *in leg. Lucius §. Imperatores digeſtis ad municipal.* cum aliis apud Barboſ. *axioma 230. numero ſecundo*, & apud Me *de controverſ. Patronor. alleg. 31. numer. 37.* & in terminis hujuſmodi ultimarum voluntatum dixerunt Soccin. Senior. *conſil. 79. numer. 44.* Pariſ. *conſil. 73. numer. 69. libro tertio*, Cravett. *conſil. 200. numero ſeptimo*, Cardin. de Luca *de teſtament. diſcurſ. 55. numero ſecundo*, Rota *deciſion. 110. n. 1. & ſeqq. p. 2. diverſ. & dec. 176. n. 47. & 48. part. 3. recentiorum.*

Quod autem prorſus illicitum, & omni jure tam Civili, quam Eccleſiaſtico damnatum, & reprobatum ſit id, quod Teſtatrix diſpoſuit circa Gubernium Montis, ejuſque Adminiſtrationem commiſſam Clericis Regularibus Minoribus Petræ Sanctæ, nempe P. Provinciali Neapolis, & in ejus defectum Præpoſito Monaſterii S. Mariæ Majoris, clariſſimum remanet, & extra principium dubitandi verſatur, Etenim ipſis etiam Clericis, ſive Sacerdotibus Cleri Sæcularis prohibitum repetitur, ne ſe 4
immiſceant negociis prophanis, pecuniariis, & ſæcularibus, tam ex interdicto juris Civilis in Auth. *Sed hodie Codic. de Epiſcop. & Cleric. & in §. Alium autem auth. de Sanctiſſ. Epiſcop.* quam præſertim juris Eccleſiaſtici, ſeu Canonici in *Canon. Placuit, & Canon. Cyprianus, & Can. Hi qui vigeſimo primo, quæſtion. 3. & in Canon. Clerici de vit. & honeſt. Cleric. & in capit. Sacerdotibus ne, Cleric. vel Monach. Sæcular. negot. ſe immiſceant*, & tradunt Carol. de Grail. *de effect. Cleric. effect. decimo ſexto, numer. 1. & ſequentibus*, Panimoll. *deciſion. 39. numer. 1. & deciſion. 40. numer. 1.* Bellett. *diſquiſit. Cleric. titul. de diſciplin. Cleric. part. 1. §. 21. numer. 32.* Farinacc. *in fragment. in verbo Clericatus numer. 185.* Pignatell. *conſultat. 84. numer. 5. tom. 5.* Fagnan. *in cap. Multo numer. 88. & ſeqq. ne Cleric. vel Monach.* Molin. *de cont. tom. 2. diſcurſ. 339. num. 1.* ubi quod = *turpitudinem continet occupatio Eccleſiaſticorum in negociis Sæcularibus.*

Quæ Eccleſiaſtica prohibitio ſtatuta pro Clericis Sæcularibus, ſeu Sacerdotibus Sæcularibus, ſi locum obtinet propter illam rationem, ut ipſi ſervitiis, & miniſteriis Eccleſiaſticis continuo addicti remaneant, & in eis ſemper vacare debeant, ac etiam quia contra honeſtatem Eccleſiæ eſt, ut Clerici, qui in ſortem Domini ſunt electi, ſæcularibus, & Laicorum negociis ſe immiſceant, ut in *Can. Clericus, & in Can. duo ſunt genera Chriſtianorum quæſtion. prima, & in Can. Cyprianus 21. quæſtion. tertia & in capit. primo, & tot. titul. ne Cleric. vel Monach.* Gloſſ. *de effect. Cleric. effect. 16. numer. 1. & ſequentibus*, Eo majori prohibitionis cenſura co- 5
ercentur, & arctantur ipſi Monaci, ſeu Clerici, & Sacerdotes Regulares intra Clauſtra Monaſterii degentes, qui dicuntur mortui Mundo, & omnibus a ſe abdicatis Sæculi commodis, rebus, & negociis, ſeipſos totaliter vitæ contemplativæ, & Eccleſiaſticis miniſteriis conſecrarunt, ut in *Canon Placuit, Can. Nemo, & Can. de Monach. cum ſequentibus decimo ſexto, quæſtion. prima, & in cap. non magnopere, & in capit. ſed nec procurationes ne Cleric. vel Monach.* Panimoll. *deciſion. 40. numer. 5.* Redoan. *de Spol. quæſt. 2. numer. 22. verſic. Religioſi*, Farinacc. *in Fragment. crim. par. 1. in verb. Clerici numer. 190.*

Hinc ſi quidquid Teſtatrix diſpoſuit, continet abyſſum negocii ſæcularis, ſeu Montis pecuniarii in æternum duraturi, ubi ſemper unus ex Religioſis eſſe debet unus ex duobus Gubernatoribus Montis, immo in defectum Equitum Sæcularium de Familiis deſignatis ambo Gubernatores eſſe debent Religioſi, cum multiplicitate negociorum ſæcularium; vendendo mobilia, argenta, & gemmas, & pretium convertendo in emptionem ſtabilium, multiplicando fructus hæreditarios, & ad hunc effectum continue attendendo ad contractus emptionum, & venditionum, & ſtipulandas, ac ſubſcribendas Apochas, tam publicas, quam privatas; & quod notabile eſt, concurrente circumſtantia, juxta quam Clauſtrum Monaſterii redactum fuit ad Tabernam, ſeu Computiſtariam, ubi Scripturæ, & Libri rationum retineri, & diſpungi debent, ibique ambo Gubernatores congregari pro habendo traffico multiplici, necnon faciendis emptionibus, ſolvendis Salariis, & annuis Præſtationibus, ſeu Legatis; Sane in conſpectu hujus prophanæ Adminiſtrationis tot tricis, faſtidiis, & oneribus involutæ nemo dubitare poteſt, Religioſos Clauſtrales eſſe prorſus incapaces, & omni jure interdictos, cum id contineat turpitudinem contra honeſtatem Eccleſiaſticam, & contra Inſtitutum, tam Clerico- 6
rum Sæcularium, quam multo magis Regularium,

ut in

ut in puncto prohibitionis Regularium in ſuſcipien-
dis hujuſmodi Laicalibus Procurationibus, & Ad-
miniſtrationibus ſunt Text. aperti *in cap. Monaci* 16.
quæſtion. prima, *& in Can. Pervenit* & *Can.* Cre-
do 21. *quæſtion.* 3. ibi = *diſplicere nobis*, *ut qui ſer-*
viunt Deo, *& annexi ſunt Clero accedant ad A-*
ctiones, *ſeu Adminiſtrationes*, *vel ad Procurationes*
Domorum Sæcularium Gratianus Epiſcopus dixit A-
poſtolorum ſtatuta ſunt, *quæ dicunt*: *nemo militans*
Deo implicat ſe negociis Sæcularibus, *& in* §. *Deo*
autem Auth. de Sanctis Epiſcop. & plene Panimoll.
deciſ. 40. *n.* 1.

Unde prohibentur Sacerdotes, tam Sæculares,
quam multo magis Regulares aliorum Tutelam,
7 & Curam ſuſcipere *in Can. Cyprianus* 21. *quæſtion.*
3. ibi = *Jam pridem Concilio Epiſcoporum eſt ſta-*
tutum, *ne quis de Clericis*, *& Dei Miniſtris Tu-*
torem, *ſeu Curatorem Teſtamento nominaverit*,
quandoquidem ſinguli Divino Sacerdotio honorati,
& in Clericorum Miniſterio conſtituti, *nonniſi Al-*
tari, *& Sacrificiis deſervire*, *ac Precibus & Ora-*
tionibus vacare debeant. *Scriptum eſt enim*: *nemo*
militans Deo implicat ſe negociis Sæcularium, *ut*
poſſit placere ei, *cui ſe probavit*, *quod Epiſcopi*, *&*
Anteceſſores noſtri Religioſe conſiderantes, *& ſalu-*
briter providentes, *cenſuerunt*, *ne quis decedens ad*
Tutelam, *vel Curam Clericum nominaret* = &
ſancivit etiam *Imperator in* §. *Deo autem Authent.*
de Sanct. Epiſcop. ibi = *Epiſcopos*, *& Monachos ex*
nulla lege Tutores, *aut Curatores cujuſcunque Per-*
ſonæ fieri permittimus = & tradunt Carol. Anton.
de Graſſ. *effect. Cleric.* 16. *numer.* 4. Catocc. *deciſion.*
decimo ſeptimo, *numer.* 18. *&* 19. Cavalcan. *de Tu-*
tor. & numer. 288. *Speculat. in tit. de Tutor. verſic.*
Opponitur.

Prohibentur etiam multo magis Adminiſtratio-
8 nes ſuſcipere Domorum Laicalium, ut in *dicto*
Can. Credo 21. *quæſtion.* 3. ibi = *Adminiſtrationes*
&c. Domorum Sæcularium =. *& in cap. Sed nec Pro-*
curationes ne Cleric. vel Monach. & in dicto §. *Deo*
autem Auth. de Sanctiſ. Epiſcop. Itaut nequeant
exercere Officium Majoris domus, ſeu Miniſtri,
& Factoria ullius Patrimonii Sæcularis, ut in præ-
allegato §. *Deo autem* ibi = *Fieri Suſceptorem*,
aut exactorem Fiſcalium Functionum &c. aut alie-
narum Poſſeſſionum, *aut Curatorem Domus &c. E-*
piſcopum, *aut Oeconomum*, *aut alium Clericum*, *cu-*
juslibet gradus, *aut Monachum proprio nomine*, *aut*
Eccleſiæ, *aut Monaſterii ſubire non ſinimus*, *ut non*
per hanc occaſionem, *& Sanctis Domibus damnum*
fiat, *& Sacra Miniſteria impediantur*; & in ter-
minis, quod nequeat Clericus eſſe Miniſter, ſive
9 Factor Laicorum, aut exercere Officium Majoris
Domus, tradit Epiſcopus Monte Mart. *in Prax. E-*
piſcop. cap. 77. *numer.* 18. Diaz. *in Prax. Criminal. Ca-*
non. cap. 57. *in verbo Miniſtri Laicorum*, Farinacc.
in Fragmen. Crimin. in verb. Clericus numero 185.
Bellett. *diſquiſit. Cleric. part. prima*, *titul. de Diſcip.*
Cleric. §. *vigeſima primo*, *num.* 32. Panimoll. *deciſion.*
40. *numer.* 1.

Quibus ſtantibus, non obſtat æquivocum, cui
tota innititur defenſio Regularium, quod nempe
Monacis, & Religioſis permiſſum ſit exercere Of-
ficium Executoris Teſtamentarii, quoties accedat
licentia Superioris, juxta Textum *in cap. Religio-*
ſus de Teſtam. in 6. *& Clement. unica eodem titulo*
ſupponendo, & ſibi figurando, quod idem ſit exer-
cere Officium Gubernatoris Montis, ac Officium
Executoris Teſtamentarii, & conſequenter non
ſint applicabiles prohibitiones Canonicæ, de qui-
bus ſupra; Etenim cenſeo longam eſſe differentiam
inter Executorem Teſtamentarium, & inter Guber-
10 natorem Montis, de quo agitur, nam Officium
Executoris Teſtamentarii in tantum permittitur Re-
ligioſis, in quantum eſt opus pietatis, & miſeri-
cordiæ, ut inquit Gloſſ. *in capit. Religioſus in verb.*
obtenta de Teſtament. in ſexto. Sanchez *ad Præ-*
cept. Decalog. libr. ſexto, *cap. decimo primo*, *numero*
octavo Diana *Coordin. tomo ſexto*, *tractat. nono*, *nu-*
mero quarto, Quod Officium pietatis, & miſericor-
diæ conſiſtit in curando, ut adimpleantur omnia
Legata, tam pia, quam prophana juxta voluntatem
Teſtatoris, & quidem intra terminum unius anni,
quo elapſo per negligentiam Executoris devolvitur
Executio ad Epiſcopum ad Textum *in cap.* 3. *de Te-*
ſtament. Dian. *Coordin. ubi ſupra tract.* 9. *numer.* 1.
Craſſ. *in* §. *Executores ultimarum voluntatum quæſt.*
15. *numer.* 1.

Per contrarium vero Officium Gubernatoris Mon-
tis licet reductive, & in conſequentiam tendat ad
exequendam Teſtatricis voluntatem, non tamen di-
recte, & principaliter eſt Officium Executoris Te-
ſtamentarii, ſed eſt Officium proprii Adminiſtrato-
ris, & perpetui negociorum Geſtoris, quod ma-
gis æquiparatur Tutori, & Curatori? Immo Offi- 11
cium gravius eſt, & magis laborioſum ipſa Tu-
tela, & Cura, dum ſit Tutor, & Curator tenetur
vendere mobilia, quæ ſunt ſuperflua, aut ſervan-
do ſervari non poſſunt, eorumque pretium con-
vertere in emptiones Prædiorum, & Stabilium, &
aſſidue invigilare ad utilitatem Patrimonii Pupilla-
ris; eodem modo Gubernatores Montis dati fue-
runt Curatores ad vendenda mobilia, argenta, &
gemmas, eorumque pretium convertendum in em-
ptionem Stabilium, addito etiam onere Multiplici;
ergo Officium Gubernatoris Montis potius acce-
dit ad Officium Curatoris, & Adminiſtratoris Bo-
norum, quam Executoris Teſtamentarii, qui non
habet hoc faſtidium, neque hanc Curam utilizzan-
di Patrimonium Defuncti, ſed tantum curandi, ut
exequantur Legata relicta in Teſtamento, ut ad-
vertunt Bartol. *in leg Tutor.* §. *Primo digeſtis de Ad-*
miniſtrat. Tutor. Sylveſter *in Summ. in verbo Tu-*
tela quæſt prima, *numero primo*, Tabiena *in Summ.*
in verbo Tutela numer. 3. Peyrin. *de Offic. Prælat.*
Regular. quæſtion. 3. *cap.* 5. *verſic. Officium autem Tu-*
toris.

Aliud enim eſt eſſe Executor Teſtamentarius, &
aliud eſſe Curator, & Adminiſtrator Bonorum cum
onere attendendi ad incrementum hæreditatis, &
maxime, ut hic, faciendi aſſiduos Contractus em-
ptionum, & acquiſitionum, deponendi, & inve-
ſtiendi pecunias ad effectum perpetuo multiplican-
di fructus, & fructus fructuum univerſæ Hæredi-
tatis, & Bonorum in futurum acquirendorum uſ-
que ad 30. annos, & deinde in perpetuum pro
annua quantitate ducatorum mille; Hoc enim vo-
catur, & proprie eſt Adminiſtratio œconomica, &
induſtrioſa Patrimonii Sæcularis, quæ nihil com-
mune habet cum Officio Executoris Teſtamenta-
rii, cui non incumbit hæc Adminiſtratio œcono-
mica, & induſtrioſa, neque exercitium negocio-
rum gerendorum ad augendam hæreditatem; ni-
hil obſtante, quod totum hoc fiat in ſequelam vo-
luntatis Teſtatricis: quia exercere id, quod fieri
debet, juxta voluntatem Teſtatorum, non facit E-
xecutorem, ſed attenditur ſubſtantia negocii com-
miſſi; Alias enim diceremus Officium Tutoris Te-
ſtamentarii, quod exercetur in Executionem vo-
luntatis Teſtatoris eſſe officium Executoris Teſta-
mentarii, & eſſe licitum Religioſis, quod tamen
eſt omni jure prohibitum, quia ſubſtantia Tute-
læ, & Curæ diverſificat Tutorem, & Curatorem
ab Officio Executoris propter œconomicam, & in- 12
duſtrioſam Adminiſtrationem Bonorum Laicalium
Regularibus interdictam, juxta Textum *in* §. *Deo*
autem Authent. de Sanctis Epiſcop. & in Canon.
pervenit diſtinct. 86. *&* Canon. *Cyprianus vigeſimo*
primo quæſtion. tertia Caſtropal. *Oper. Moral. tomo*
tertio, *tractat. decimo ſexto*, *diſputat. quarta*, *punct.*
decima tertia, §. 7. *numer.* 1. *a Spiritu Sancto in di-*
rect. Regular. tractat. 3. *diſputat.* 6. *ſect.* 11. *num.* 1467.
Pellizzar. *in Manual. tom.* 2. *tract.* 6. *capit.* 12. *numer.*
23. Peyrin. *de Offic. Prælat. Regul. quæſtion.* 3. *capit.* 5.
numer. 25.

Præterea Officium Executoris Teſtamentarii ul-
tra differentiam notabilem in ſubſtantia, de qua
ſupra, habet aliam reſpectu temporis, dum bre-
viter intra annum hoc Officium expeditur, pro-
pter quod toleratur hæc brevis diſtractio Religioſi,

ſi ab

Digitized by Google

ſi ab Inſtituto Regulari, juxta rationem Text. *in Auth. apud quos oportent Cauſas dicere Monachos, vel Aſceticos* §. *Sed etiam*, ibi = *Ut non mens eorum occupetur circa litis ſollicitudinem, ſed velociter liberati Sacris Operibus obſecundent* = quod non contingit in Officio Gubernatoris, ſicut Tutoris, quod ſi multorum annorum ſpatio occupatum, & implicatum tenet Religioſum, quid dicemus Officio Gubernatoris, quod Prælatos Regulares Clericorum Minorum perpetua Adminiſtratione, & Multiplico, & perpetuis inveſtigationibus, & vigilantiis Traffici burſaſſe tenere debet, ut in puncto aſſignando differentiam inter Executorem Teſtamentarium, & Tutorem, tam circa ſubſtantiam, quam circa tempus, firmavit Carplos *de execut. teſtament. numero vigeſimo ſecundo*, ibi = *Nec obſtant, quod in una Cauſa Epiſcopus, vel Clericus non poſſunt eſſe Tutores, quia diverſitas eſt, cum Tutela multis annis injungatur, & continua indagatione ſit neceſſaria quotidiana Adminiſtratio, quod in Executione commiſſa ceſſat, qua brevi tempore, & per momentum expediri, & perfici valet* = & obſervantiam, Tuſtell. *in Bibliothec. Jur. Can. tom. 1. pag. 93.*

Inſuper quamvis Monachi, & Regulares eſſe poſſint Executores Teſtamentarii, magna tamen quæſtio eſt inter Doctores, an hoc intelligatur in caſu tantum Executoris Legatorum ad pias Cauſas,
30 vel etiam prophanas, in quo articulo licet communior opinio ſit, id licere etiam in Legatis prophanis, quia ſemper pium eſt exequi voluntatem Teſtatoris, attamen non deſunt graves Auctores, qui in prophanis negant Monachos, & Regulares aſſumere poſſe Officium Executoris Teſtamentarii, ne ſe immiſceant negotiis ſæcularibus, ut late Speculat. *in titul. de inſtrument. edit.* §. *Nunc vero aliqua numer. 70. & 72.* ibi = *Poſſunt eſſe Executores in relictis ad Pias Cauſas, & in relictis miſerabilium, & conjunctarum Perſonarum, & non in aliis* = Jacob. a Canonib. *de executor. ultimar. voluntat. part. tertia numer. 40. & ſequentibus*, Anſald. *de Juriſdict. part. ſecunda, titul. decimo ſecundo capit. 29. numer. 12.* omiſſis aliis antiquioribus Canoniſtis, qui hanc ſententiam tuentur: ſed contraria opinio temperatur, ut locum habeat etiam pro exequendis relictis prophanis, dummodo per hoc non diſtrahantur Regulares ab eorum ſerviniis divinis, ut limitat Joan. Andr. *in capit. Joannes numer 18. verſic. Et hoc approbat conſuetudo*, Fagnan. *in cap. Tua nobis numero decimo octavo, & in dicto capit. Joannes numer. decimo primo, de teſtament.* & dummodo Regulares non ſeſe immiſceant negotiis, quæ ipſis Regularibus ſunt interdicta, ut declaravit Sacra Congregatio 17. *Januarii* 1631. apud Lezzan. *in ſumm. quæſtion. Regular. part. prima, capit. nono, numer. 17.*

In propoſito etiam juxta terminos Executoris Teſtamentarii, in quibus iſte caſus non verſatur, impoſſibile eſt licere poſſe Regularibus aſſumere Officium Gubernatoris Montis propter neceſſariam diſtractionem non ſolum ab Officiis tam Divinis, quam Monaſticis, ſed etiam adminiſtrationibus, & Curu Animarum ſibi commiſſarum, & ulterius propter indecentiam, ſcandalum, & violationem Eccleſiaſticæ honeſtatis reflectendo ad ſequentes circumſtantias, ex quibus manifeſte reſultat, neque hoc eſſe Officium Executoris, & quocunque nomine accipiatur eſſe ſemper Officium omnino contrarium Inſtituto Regulari, & nutritivum ſcandali evidentis in perpetuum duraturi, ſicut perpetuum eſſe debet gubernium, & adminiſtratio, & multiplicum Montis.

Prima circumſtantia eſt, quod Teſtatrix voluit aperiri Tabernam, ſeu Telonium intra Clauſtra Monaſterii, ubi retinerentur ſcripturæ, & libri concernentes adminiſtrationem œconomicam, & induſtrioſam patrimonii prophani, ibique voluit teneri Congregationes pro negotiis pecuniariis ab utroque Gubernatore Montis, in quibus perneceſſe intervenire debent Procurator, Advocatus, Computiſta, ſeu Rationalis, nec non Exactor ad hoc negotium deputati, & voluit per Teſtatricem, & perneceſſe intervenire etiam debent Proxenetæ pro faciendis emptionibus, & Inveſtimentis, ibique ſtipulari contractus, & ſubſcribi apochæ, tam publicæ, quam privatæ, fieri ſolutiones, & receptæ pecuniariæ cum fluxu, & refluxu omnium Creditorum, & Debitorum hæreditatis, ita & taliter, quod Clauſtrum Monaſterii erit Menſa pecuniaria, & perpetua Taberna negotii prophani, quod, uo ſi licitum ſit Regularibus, & an hoc vocari poſſit Officium Executoris Teſtamentarii, ſatis dignoſcere poteſt quicunque ſcit *Curvum diſcernere Recto*, cum in his circumſtantiis ſuſtineri nunquam 15
valeat, quod Clauſtro Monaſterii, & in Perſonis Religionis adductis hoc Telonium, hoc Trafficum, hæc denique perpetua ſæcularis Taberna contra honeſtatem Eccleſiaſticam ſit permittenda, de quo Textus aperiſſimi *in Canon. Luminoſo decimo octavo, quæſtion. ſecunda*, ibi = *Ne in Dei Servorum receſſibus, & eorum receptaculis ulla popularis præbeatur occaſio Conventus* = *& in Canon. Pervenit ad med. decima octava, quæſtion. 2. & in Can. Nulli diſtinct. 44. & in Canon. Et hoc diximus 16. quæſtion. 7.*

Secunda circumſtantia eſt natura hujus œconomicæ, & induſtrioſæ adminiſtrationis pinguiſſimæ hæreditatis, quæ vitam Religioſorum immergere debet curis pecuniariis, & perpetuo involucro Contractuum pro incremento Montis cum fructibus, & fructuum fructibus ratione ordinati in æternum multiplici, ubi oportet ſubire prophanas ſollicitudines, & diſtractiones pro venditionibus fructuum in ſpecie conſiſtentium, in exactionibus Creditorum, depoſitis pecuniariis, & emptionibus bonorum, impoſitionibus Cenſuum, creationibus Cambiorum, quotidie ad latus Religioſorum adſtantibus Proxenetis, Mercatoribus, Procuratoribus, Debitoribus, & Creditoribus, Colonis, Affictuariis, & aliis hujuſmodi Perſonis, quod genus Traffici, ſeu negotii adminiſtratorii, cum faciat Regulares deſiſtere in verbi Dei ſtudiis, quibus ſunt ad- 16
dicti; impoſſibile eſt, quod poſſit permitti, aut tolerari contra prohibitionem Eccleſiæ, & contra eſſentiam, & ſubſtantiam Inſtituti Regularis, quod impietatis crimen appellavit S. Clemens Papa *in Canon. de quodam, & Canon. ſicut 6. quæſtion. prima*, ibi = *Ne fidejuſſor exiſtas, ne Advocatus litium fias, neve in ulla aliqua occupatione prorſus inveniaris, Mundialis Officii occaſione perplexus &c. ne præfocatus præſentibus hominum curis non poſſit verbo Dei vacare &c. IMPIETATIS CRIMEN EST tibi &c. neglectis verbis Dei ſtudiis ſollicitudines ſæculares ſuſcipere* = & notat Peregrin. *de Offic. Prælator. Regular. quæſtion. 3. cap. 5. numer. 32.*

Tertia circumſtantia conſiſtit in qualitate Perſonarum Regularium, nempe P. Provincialis, & P. Præpoſiti, quorum uterque adeo ſunt graviſſimis curis Regularibus onerati, ut illis applicare intricatiſſimam molem hujus prophanæ, & laborioſæ adminiſtrationis nihil aliud eſſet, niſi cauſa ſcandalorum, & malorum, reflectendo, quod Provincialis habet adminiſtrationem inceſſantem omnium Monaſteriorum ſuæ Provinciæ, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, ubi aſſiduus eſſe debet in viſitando, & quotidie in conſulendo negotiis Provinciæ; Præpoſitus autem habet eandem Curam Animarum proprii Monaſterii cum adminiſtratione in ſpiritualibus, & temporalibus; unde ipſa etiam ratio incompatibilitatis ad evidentiam exclamat, iſtos non poſſe *duobus Dominis ſervire*, nempe Religioni, & ſæculo, ſive quod idem eſt duabus Provinciis *Regulari, & Sæculari*, una enim 17
ex his perneceſſe peribit, & diſſipabitur, ſeu verius utraque in præceps ibit juxta notum adagium = *Deficit ambobus, qui vult ſervire duobus* = & probat Sacri Canones *in capit. Extirpanda* §. *Qui vero de Præbend. & in Canon. Nemo poteſt 16. quæſtion. 1.*

Quarta

Quarta circumſtantia eſt, quod iſti Superiores
Regulares ſunt in eorum Officiis temporales, &
poſt paucos annos mutari ſolent, juxta conſuetudi-
nem aliarum quoque Religionum, ex quo irrepara-
bile præjudicium, & certa jactura oriretur hujuſ-
modi immenſæ adminiſtrationi perpetuæ, quia uni
Provinciali, aut Præpoſito vix inſtructo de nego-
ciis, & intereſſe Montis ſuccederet alter novus,
non informatus, & ſic deinceps, itaut in manibus
hujuſmodi Perſonarum ſemper hæc hæreditas loco
multiplicandi, tenderet ad decrementum, eoque ma-
18 gis, ſi ſubſiſteret prætenſio iſtorum Regularium
non habendi obligationem de præſtanda cautione,
ubi ſuccederet, quicquid motivavit Vitalin. *in Cle-
ment. unica numero vigeſimo octavo, & vigeſimo no-
no, de Teſtament.* & propter quod eſſe prohibitas
Regularibus hujuſmodi adminiſtrationes, advertunt
Peyrin. *de offic. Prælat. Regul. queſtion. tertia, cap. 5.
numero vigeſimo ſexto, & vigeſimo ſeptimo,* Sanchez
ad Præcept. Decalog. lib. 6. cap. 14. numer. 26. & 28.
Pellizzar. *in manual. tom. 2. tract. 6. cap. 12. num. 23. a
Spirit. Sanct. in direct. Regular. tract. 3. diſp. 6. ſect. 11.
numer.* 1456. *in fine.*

Quæ omnia ſatis aperte convincunt erroneum
aſſumptum iſtorum Regularium, qui credunt ſe
defendere cum ſigurato officio Executoris Teſta-
mentarii, quando hoc eſt poſitivum negotium pro-
phanum, adminiſtratio œconomica, & induſtrioſa
Patrimonii Sæcularis, nec non vera Taberna, &
Telonium perpetui, multiplici, & Intereſſe pecunia-
rii, quod in Clauſtris Monaſterii per Religioſus
Viros exerceri deteſtabile eſt, & omni Jure damna-
torum reperitur.

Sed quid dicendum in caſu iſto, quoties accedit
proprium Inſtitutum hujuſmodi Religioſorum, per
quod prohibitum eis fuit non ſolum hæc admini-
ſtratio œconomica, & induſtrioſa Patrimonii Sæcu-
laris, ſed etiam ipſa ſimplex Executoria Teſtamen-
taria, itaut neque poſſint eſſe Executores Teſtamen-
19 torum, & ultimarum voluntatum, ut legitur in
Conſtitut. Ordin. *part. prima, capit. octavo, titul. de
receſſ. a reb. Sæcular.* ibi = *Nemo noſtrum, aut con-
dendis Teſtamentis, Legatiſve, AUT IPSORUM
EXECUTIONI SE SE IMMISCEAT, neque
negotiorum geſtoris, non Tutoris, ſeu Curatoris mu-
nus ſuſcipiat &c. ſed ſuis Sæcularibus negotia ipſa
gerenda relinquamus* = quarum Conſtitutionum
adeo ſtricta obſervantia demandatur Superioribus
Regularibus, & ut iſti permittentes earum tranſ-
greſſionem ſubjecti fuerint pœnæ privationis vocis
activæ, & paſſivæ, ubi autem reſiſtunt his Regu-
laribus propriæ Conſtitutiones Ordinis, etiam quo-
ad exercendum officium Executoris Teſtamentarii,
ceſſat in radice omnis quæſtio, an gubernium
Montis ſit officium Executoris, vel potius admini-
ſtratio œconomica, & induſtrioſa Patrimonii Sæ-
cularis, dum etiam officium Executoris eſt illis in-
terdictum, ut eſt, Text. *in Clement. Exivi de Pa-
radiſo § Verum etiam de verborum ſignificat.* & tra-
dunt in ſpecie Navarr. *libr. tertio, de reſtitut. capit.
primo. part. tertia, dub. primo, numer.* 167. Capon.
controverſ. 54. *numer.* 31. *&* 32. Fagnan. *in capit. Tuæ
nobis numero decimo octavo, de Teſtament.* Sanchez
ad præcept. Decalog. libr. capit. decimo primo, numer.
24. *a Spirit. Sanct. in director. Regular. tract. 3. diſput.
6. ſect. 11. numer.* 1480. Caſtropal. *oper. moral. tract.* 16.
diſp. 4. punct. 12. numer. 16. Pelizzar. *in Manual. tom.
2. tract. 6. cap. 12. numer.* 24.

Qui omnes communiter aſſerunt, accedente li-
centia Superioris Regularis poſſe Religioſum exer-
cere officium Executoris Teſtamentarii vigore Tex-
tus *in capit. Religioſus de Teſtament. in ſexta*, niſi
ſpeciali Jure, ſeu Conſtitutione id eis prohibeatur;
& propterea dum Conſtitutiones Ordinis Clerico-
rum Minorum prohibent abſolute ſuis Religioſis ip-
ſam quoque Executoriam Teſtamentariam in illis
verbis = *Nemo noſtrum, aut condendis Teſtamen-
tis, Legatiſque, aut ipſorum Executioni ſeſe immi-
ſceat* = Immiſcere ſe executioni Teſtamentorum,
& Legatorum nihil aliud eſt, niſi eſſe Executor
Teſtamentarius, amplius dubitari non poteſt de in-
capacitate illorum, quoad exercendum ipſum quo-
que officium Executoris Teſtamentarii, eo magis
igitur gubernandi Montem pecuniarum, & exer-
cendi adminiſtrationem œconomicam, & induſtrio-
ſam Patrimonii prophani pro manutentione Fami-
liarum Nobilium mediantibus Legatis, & Primoge-
nituris.

Neque his omnibus adverſatur ſuppoſitum, quod
agatur de diſpoſitione facta per Marchioniſſam ad
pias cauſas; Etenim Teſtamentum principaliter di-
rectum fuit ad Primogenituras prophanas, & am-
bitionem mundanam ob perpetuum fideicommiſ-
ſum, & fideicommiſſa inter quatuor familias; Præ-
laturæ autem non pertinent ad cauſam piam, ad
quam nec etiam pertinere cenſentur Dotes fœmi-
narum, quæ titulo paupertatis relictæ non fue-
runt; ultra quod Capellaniæ, Dotes, & Lega-
ta particularia cum minimam univerſæ hæredita-
tis partem attingant, in conſideratione non ha-
bentur, cum omne Teſtamentum ſemper habeat
admixta aliqua legata pia, nec proinde hujuſmo-
di minima, & ſecundaria informant diſpoſitio-
nem principalem, cum omnis humana diſpoſitio
judicetur ex ipſa principali diſpoſitione, quæ oc-
cupat majorem ſubſtantiam totius patrimonii; &
ſic quoties fuerunt inſtituti hæredes prophani in
majori ſubſtantiam Bonorum, non dicitur diſpoſi-
tio ad pias cauſas, propter aliquod legatum factum
pro Anniverſariis, ſeu Capellaniis, alias omne te- 20
ſtamentum prophanum fieret pium, cum nullum
ſit, ubi aliquid non relinquatur pro Anima, ut
in puncto Panimoll. *deciſion.* 96. *numer. primo*, Dian.
*coord. tom. ſexto, tractat. octavo, de teſtament. privi-
leg. reſolut. prima numer primo*, Adden. ad Buratt. *de-
ciſion.* 457. *numero decimo ſeptimo*, Cæſar. de Graſſ.
deciſion. 155. *numer. ſeptimo, de Teſtament.* Rot. co-
ram Cerr. *deciſion.* 572. *numero quarto, verſic. Nec
evitari e & in recentiorum deciſ.* 484. *numer. primo,
part.* 19.

Nihil obſtante, quod extinctis omnibus Familiis,
quarum favore ordinata fuit Primogenitura, ſeu fi-
deicommiſſum, ultimo loco ſubſtitutæ fuerint tres
Operæ piæ, hoc enim facit diſpoſitionem Teſtamen- 21
tariam eſſe ad piam cauſam, quæ debet eſſe inſti-
tuta primo loco, nec ſufficit, quod fuerit ſubſtitu-
ta ultimo loco in eventum remotiſſimum, & vix
ſpatio mille annorum contingibilem, ut firmavit
Adden. ad Buratt. *d. deciſ.* 475 *numer.* 17. ibi = *Hoc
tamen procedit, quando pia cauſa fuit primo loco
inſtituta; ſecus ſi in remotum, & incertum futurum
eventum ſubſtituta, quia teſtamentaria diſpoſitio tunc
dicitur ad pias cauſas, quando fuit primo loco inſti-
tuta pia cauſa* = Card. de Luca *de Teſtam. diſcur.*
28. *num.* 15.

Quod autem Sacri Canones abſolute, & ſim-
pliciter non interdicant Religioſis quaſcunque ad-
miniſtrationes, ſed ſolum, ubi nulla concurrit li-
centia Superioris, eſt grave æquivocum, quod per
fallaciam fundatur in doctrinis male applicatis,
quarum aliquæ loquuntur de adminiſtratione Livel-
li, ſeu Peculii, quod habet Monachus, & quod po-
teſt adminiſtrare de licentia Superioris juxta Text. 22
in cap. 2. de Stat. Monach. in quibus terminis lo-
quuntur Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. numer.
73. verſ. utrum*, Sanchez *ad præceptum decal. libr.
2. cap.* 22. Aliqui dicunt, quod ex cauſa charita-
tis poteſt Monachus de licentia Superioris exerce-
re in aliquo caſu particulari munus Advocati, vel
Procuratoris, vel pro Pupillo, ſeu miſerabilibus
Perſonis, vel pro magno Amico, & Defenſo-
re Monaſterii, ut videre eſt apud Barboſ. *d. cap.
43. numer.* 44. ſed nulla auctoritas ſomniavit falſare
Sacros Canones, & firmare, quod Regulares Clau-
ſtrales intra Monaſterium faciant trafficum, & ape-
riant Bancum induſtrioſæ adminiſtrationis in æter-
num duraturæ pro intereſſe fideicommiſſi, ſeu pri-
mogenituræ, quod eſt horrendum abſurdum inuti-
liter coloratum cum mala applicatione doctri-
narum; Fortius autem, quando his Regularibus
reſiſtunt

reſiſtunt Conſtitutiones Apoſtolicæ proprii Ordinis, de quibus ſupra.

Neque prohibitio Apoſtolica iſtarum Conſtitutionum moderatam fuit ea decreta Capitulorum generalium; cum enim agatur de Conſtitutionibus con-
23 firmatis per duas Bullas Apoſtolicas ſan. mem. Gregorii XV. & Urbani VIII. cum clauſula ſublata, & decreto irritante, abſonum eſt firmare, quod Capitulum generale habuerit facultatem reformandi hujuſmodi Conſtitutiones Apoſtolica auctoritate confirmatas, & contrarium ſtatuendi in ſuis decretis, ut eſt Textus apertus *in capit. Dilecto de Præbend. ibique* Fagnan. *numer.* 22. *& in capit. Cum acceſſiſſent numer.* 22. *de Conſtitut.* Bonaccin. *oper. moral. tom.* 2. *tractat. de legib. diſput.* 1. *quæſtion.* 2. *punct.* 1. *numer.* 16. Lotter. *de re benefic. libr.* 1. *quæſtion.* 14. *numer.* 30. Barboſ. *de Canon. capit.* 3. *ſub numer.* 3. Card. de Luc. *de Canon. diſc.* 6. *ſub numer.* 4. Rot. *in Melevitana Decretorum* 21. *Martii* 1707. §. *Circa namque* coram bon. mem. Anſaldo.

Et in ſpecie, quod Capitulum generale non habeat facultatem variandi, aut immutandi, aut reformandi ea, quæ fuerunt ſtatuta in Conſtitutionibus
24 Ordinis per Sedem Apoſtolicam confirmatis, eo quia illæ dicuntur Papales, communis eſt opinio, de qua Donat. *in prax. quæſtion. regular. tom.* 1. *tractat.* 13. *quæſtion.* 6. *numer.* 4. Barboſ. *Vot. deciſion.* 52. *numer.* 12. Tambor. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſputat.* 5. *quæſtion.* 1. *numer.* 3. *a Spirit. Sanct. in Director. tract.* 4. *diſp.* 8. *numer.* 49. Peyrin. *de privil. minim. ad Conſtit. Pirri numer.* 8. Murg. *ad Conſtit. Apoſtol. conſtit.* 15. *numer.* 9. *&* 22. a S. Ubald. *Quodlibet. Regul.* 10. *dub.* 10. *numer.* 954.

Et demum non obſtant ſuppoſita exempla in contrarium circa alios Religioſos in civitate Neapolis habentes hujuſmodi officia, quia quæ facti ſunt oſtendi debent, & non præſupponi, & propterea adhuc hujuſmodi exempla deſiderantur, quatenus vero adduci contingeret, nunquam aliquid congrueret ad caſum noſtrum, cum exempla ſint
25 ſicut facies hominum, quæ eiſdem partibus compoſitæ, ſemper tamen ſunt diverſæ, dum poſſunt eſſe exempla circa executionem legatorum ad pias cauſas, quæ nihil applicantur ad gubernium, & facturiam adminiſtratoriam Patrimonii ſæcularis, ut per Textum *in leg. Sed licet digeſtis de Offic. Præſid.* firmavit Rot. *in Caſtellana Aperitionis Oris* 19. *Novembris* 1705. *Abſque eo quod* coram bon. memor. Molines, *& in Nullius, ſeu* Fulden. *Juriſdictionis* 27. *Aprilis* 1705. §. *Hincque* coram eodem, & apud me *diſceptat. Eccleſ.* 50. *numero decimo nono, & de controverſ. Patron. allegat.* 47. *ſub numer.* 62. Ultra quod omnis Religio habet ſuas particulares Conſtitutiones, & Regulas; unde ab exemplo unius, vel alterius Religionis male infertur ad illam Clericorum Minorum, in qua vigent Conſtitutiones pro-
26 hibitæ tam adminiſtrationis Patrimonii Sæcularis, quam Executoriæ Teſtamentariæ, Gloſſ. *in cap. Super eo in verbo vitanis de cenſib & inde Can. illud in verba contrario more diſtinct.* 22. Panormitan. *in cap. Cum olim numer.* 4. *&* 7. *de conſuetud.* Rota coram Cavaler. *deciſion.* 95. *ſub numer.* 2. *&* 3. & coram Carill. *deciſion.* 218. *numer.* 6. & demum quomodocunque ſit, exemplis non judicatur, quia poſſunt eſſe abuſus, abſque eo quod fuerint deducti ad Forum ex quibus nunquam fieri poteſt aliqua illatio, & bene advertit Text. *in cap. Jamdudum in fine de præbend.* ibi = *Cum multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente juſtitia, non debeant tolerari.*

Quoad ſecundum dubium = *An Monaſterio debeantur annui ducati centum in eodem Teſtamento relicti a dicta Marchioniſſa* = Nobiles Equites intereſſati Montis non impugnarunt reſolutionem affirmativam quamvis de jure ceſſaret legatum, ceſ-
27 ſante cauſa incommodi, ratione cujus fuit relictum juxta Text. *in leg. Neſennius digeſtis de excuſ. Tutor.*

Tertium dubium erat = *An Patres pro exercendo munere Gubernatoris teneantur præſtare cautionem*, quod remanebat ſuperfluum; ſtante negativa reſolutione primi Dubii, quia de cætero omnis Ad- 28
miniſtrator, & Curator Bonorum tenetur præſtare cautionem tanquam obligatus rationem reddere, per Text. *in Clement.* 1. *de Teſtam.* & tradunt Amoſtaz. *de cauſ. piis lib. primo, cap.* 12. *numer.* 32. Joannes Jacob. a Canib. *in ſuo tractat. de Executor. ultimar. volun.* §. *Repetitis numer.* 3. ibi = *Commiſſarius, Executorque noſter cautiones, de quibus fuerit requiſitus, animo non adverſante præſtabit, quinimo ſpontaneum ſe offeret, quoniam ſatiſdatio ſecuros facit qui expectant, & eum qui præſtat accuratiorem facit* = & Joan. Ondedorp. qui pariter tractatum *de Executor.* compilavit *tit.* 4. ita concludit = *Quemadmodum alii ad alia munera non ſunt idonei, ita nec ad ultimas voluntates paſſim omnes poſſunt deſignari Executores. Primo Monachi arcentur ab iſta functione &c. quod ſi permiſſu Superiorum ſuſceperint provinciam exequendi, tunc ſcire debent ſe nullo privilegio eximi, quominus de fraude, & culpa ad inſtar aliorum conveniri poſſint* = Clement. 1. de Teſtam.

Præſertim quia Teſtatrix voluit quolibet anno fieri computum, & bilancium pro indemnitate intereſſe habentium; alias enim in vanum demandata fuiſſet ratiocinatio, & bilancium pro indemnitate vocatorum, ſi iſti in caſu fraudis non haberent cautionem, ſuper qua ſe ſe relevare poſſent: quia 29
certe in caſu hujus fraudis Monaſterii Bona non teneri, concludunt Peyrin. *de Offic. Prælat. Regular. quæſtion.* 3. *capit.* 5. *numer.* 28. Sanchez *ad præcept. decalog. lib.* 6. *cap.* 14. *numer.* 29. Molin. *diſputat.* 525. *numer.* 3. *verſic. Neque Monaſterium*, Leſſius *de Juſt. & Jur. lib.* 2. *cap.* 27. *dub.* 3. *numer.* 12. Pellizzar. *in manual. tom. ſecundo, tractat.* 8. *cap.* 7. *ſect.* 1. *numer.* 79.

Et ſecundum prædicta judicavit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ſub die 11. Martii 1723. reſpondendo ad primum dubium *negative*.

ARGUMENTUM.

An conſtet de Baptiſmo Infantis Hebrææ ex depoſitione Mulieris baptizantis; Validus eſt Baptiſmus ei collatus, inſciis, & invitis Parentibus Hebræis, quibus reſtituenda non eſt filia baptizata, ſed educanda apud Chriſtianos.

SUMMARIUM.

1 *Ad probationem requiruntur duo Teſtes.*
2 *Fallit in probatione Baptiſmi, ubi ſufficit unus Teſtis.*
3 *Declara quando non adeſt præjudicium Tertii, & quando non adeſt paritas præjudicii hinc inde, ut n.* 4.
5 *Unicus Teſtis ſufficit ad probationem concurrentibus adminiculis.*
6 *Item ſi deponit in facto proprio, & furtivo.*
7 *Confeſſariis, & Capuccinis non revelantur mendacia.*
8 *Teſtis non præſumitur deponere falſum in ſui præjudicium.*
9 *Pœna Carceris inducit juſtum metum.*
10 *Probat unus Teſtis adminiculatus ab aliis, partim de audita, & partim de viſa.*
11 *Baptiſmus collatus Infanti Hebrææ, inſciis, & invitis Parentibus licet illicite, tamen valide eſt collatus.*
12 *Ad Baptiſmi valorem in Parvulis quid requiratur.*
13 *Reprobatur opinio, quæ Baptiſmum in ſupradicto caſu putavit nulliter collatum, & ſignanter Natta.*
14 *Infans Hebræa ſi baptizata fuerit, inſciis, & invitis Parentibus, reſtituenda eſt ei præ-*
ſtita

Digitized by Google

ſtita cautione, & qualis iſta ſit, & n. 15. & 16.

17 *Reprobatur hæc opinio, & firmatur non eſſe reſtituendam Parentibus Hebræis filiam baptizatam.*

18 *Reprobatur Cautela cujuſcumque cautionis præſtandæ a Parentibus Hebræis.*

19 *Mores, & Converſatio, quam habent filii cum Parentibus, imbuunt eos moribus ipſorum.*

20 *Vitia Parentum vitioſos filios faciunt.*

21 *Infans Hebræus, inſciis Parentibus, baptizatus educari debet apud Chriſtianos, vel in Monaſterio, vel apud honeſtam Matronam, & de ratione ibi num. 22.*

23 *Reſolutio Sacr.* Congregat. Concilii *in hoc puncto.*

24 *Reprobantur* Calderin. Burlatt. & alii *tenentes filiam baptizatam reſtituendam eſſe Parentibus Hebræis, præſtita cautione.*

25 *Non attenditur Auctor innixus Doctoribus reprobatis.*

26 *Vel qui nihil firmat, ſeu reſolvit.*

27 *Filii hæreticorum baptizati ſunt reſtituendi Parentibus hæreticis.*

28 *Dubitatur de hac opinione.*

29 *Reprobatur opinio Juris conſulti moderni, qui cenſuit, filium baptizatum eſſe reſtituendum Parentibus Hebræis, præſtita cautione.*

30 *Pueri uſque ad annum 12. ſunt capaciſſimi recipiendi omnes mores, & vitia Parentum Hebræorum.*

31 *Parentes Hebræi habendo ſub educatione filium proprium baptizatum quid agere poſſint ad ejus perverſionem.*

32 *Eſt modus necandi referibilis ad caſum fortuitum, & affertur locus Taciti.*

33 *Quando periculum eſt in mora, non eſt tardanda executio Conſilii.*

DISCEPTATIO CXLVI.

INterrogatus pro veritate quid ſentiam ſuper tribus dubiis inferius exponendis occaſione Baptiſmi, quem furtive, & inſciis Parentibus Chriſtiana Mulier contulit Infanti Hebrææ; Examinatis diligenter tribus Conſultis deſuper emanatis, tam Theologorum, quam legalium Profeſſorum, Ego meam ſententiam aperiendo indubitanter, ut infra, cenſeo reſpondendum.

DUBIUM I.

An conſtet de ſufficienti probatione Baptiſmi ex depoſitione Mulieris baptizantis.

QUamvis juxta Cenſuram Juris Civilis & Sacrorum Canonum ad perfectam probationem
1 ſaltem duo Teſtes requirantur *l. Ubi numerus ff. de Teſtib. cap. in omni negotio, & cap. Licet Univerſis de Teſtib.* Ego tamen in ſubjecto caſu Baptiſmum ſufficienter probatum exiſtimo ex jurata depoſitione mulieris, quæ Infantem Hebræam baptizavit: quia ſpeciale eſt favore hujus Sacramenti, ut, ut quis baptizatum probetur per unicum Teſtem, ut docent
2 Sacri Canones *in Can. parvulos, & Can. Cum itaque, ibique gloſſ. in verb. qui Teſtimonia de conſecr. diſtin. 4. gloſſ. in cap. Nuper in verb. Numerus de teſtib. & in Can. placuit in verb. teſtentur de conſecrat. diſtinct. 4.* cum aliis apud Maſcard. *de probat. concluſ.* 163. n. 1. Farinacc. *de teſtib. q.* 63. n. 16. Coninch. *de Sacrament. q. 66. art. 9. n. 97.* Laym. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 5. n. 3. verſ. dixi tamen* Caſtropal. *p. 4. tract. 9. diſp. un. q. 2. punct. 1. n. 40.* Gabriel. *de Teſtib. concluſ. 1. n. 16.* Pax Jordan. *tom. 3. lucubrat. tit. 18. n. 63. lib. 14.*

Neque ab hac regula cenſeo recedendum, ex quo illa non procedat, ubi agitur de præjudicio Tertii,
3 quidquid ſecus, ſi de alicujus præjudicio non ageretur, ut declarant Maſcard. *ubi proxime num. 5.* Caſtropal. *num. 9. verſ. 1. recipitur, & alii ſupra relati*: Omiſſo enim, an dicatur præjudicium, quod ex una parte ſupponitur reſpectu Parentum Hebræorum, quibus invitis filia ſubtrahitur, & irrogatur injuria, tam quoad ejus conditionem Hebraicam, quam educationem, de qua inferius dicetur; Ex alia autem parte præponderat ſumma utilitas Animæ hujus Infantis, ejuſque æterna ſalus, necnon favor ipſe Catholicæ Religionis, quibus præjudicium infertur, ſi minime attendatur modus probandi per unicum Teſtem de Jure Eccleſiaſtico ſufficiens in hoc Sacramento, in quibus terminis, ubi majus, aut gravius præjudicium ſuffocat minus; aut etiam ſi figuranda eſſet paritas præjudicii hinc inde, caſus remanet in ſua regula admittendi probationem ex unico Teſte, ut in ſimili tradunt 4
Marſil. *in leg. prima, §. cum quis numer. 28. & 29. digeſtis de quæſtion.* Gomeſ. *variar. reſolut. tom. tertio, capit. decimo ſecundo, numero decimo quarto, verſic. Item limita* Farinacc. *de Teſtib. quæſtion. 53. numer. 66.*

Ego ſine principio dubitandi etiam in ſuppoſitum præjudicium Parentum Hebræorum exiſtimo ſufficiens hoc Mulieris Teſtimonium propter concurrentiam adminiculorum, & præſumptionum,
quæ operantur, ut in omni materia, ubi unicus 5
Teſtis plene non probat, plenam, & perfectiſſimam in hoc caſu probationem conſtituat, juxta theoricam Bald. *in leg. 6. Item Cornelio numer. 2. digeſtis de quæſtion. & conſil. 136. lib. 2.* & Decian. *conſil. 92. numer. 8. lib. 1.* concludunt communiter Pax Jordan. *tom. 3. lib. 14. tit. 18. numer. 66.* Farinacc. *de teſtib. quæſtion. 63. numer. 39.* Rota coram Emerix jun. *deciſion. 952. numer. 28.* & coram Coccin. *deciſion 85. numer. 1.* & coram Gregor. *decif. 172. numer. 5.* & coram Caputaquen. *dec. 271. n. 3. p. 3.* Cæſar. de Graſſ. *dec. 3. num. 6. de probat.*

Primum adminiculum eſt, quod Mulier teſtatur in facto proprio, dum ipſa baptizavit Infantem clandeſtine, & in fraudem Matris, quæ in ejus brachiis eam reliquerat; Teſtis autem deponens in
facto proprio etiam plene probat, quando veritas 6
aliunde haberi non poteſt tanquam in facto furtivo, & clandeſtino, quod Mulier tanquam illicitum, & proditorium Matris præſentis, & non advertentis, nullo modo feciſſet, ſi ab aliis obſervata, & viſa fuiſſet, Farinacc. *de Teſtib. quæſtion. 63. numer. 226.* Pax Jordan. *tom. 3. lib. 14. titul. 18. numer. 68.*

Secundum eſt, quod Mulier juxta ſuum examen hoc factum ad perſuaſionem alterius Mulieris revelavit Confeſſario, & poſtea ſuper eo iteratum ſermonem habuit cum P. Guardiano Capuccinorum; quæ circumſtantiæ excludunt omnem ſuſpicionis umbram circa ſinceritatem facti per Mulierem atteſtati, cum mendacia non revelentur Confeſſariis,
& Capuccinis, ſed actus veri, ſerii, & graves 7
propriam conſcientiam reſpicientes, juxta gloſſ. *in cap. Mulier in verb. perjurii de jure juran. & in cap. Significaſti in verb. ſi eſt ita de homicid.* ibique Joann. Andr. *num. 13.* Butr. *numero vigeſimo quarto.* Joann. de Anania *numer. 14.* cum aliis relatis apud Me *diſcept. Eccleſ. 63. n. 6. tom. 3.*

Tertium eſt, quod Mulier in atteſtatione hujus facti incurrebat pœnam per Conſtitutiones indictam contra Baptizantes inſciis Parentibus Hebræorum, vel Infidelium Infantes, prout pœnam Carcerationis ſex menſium ibi comminatam ex indulgentia Principis Mulier paſſa fuit per duos tantum menſes;
Nemo autem credere poteſt; voluiſſe Mulierem te- 8
ſtificare factum ſimulatum, & falſum in ſui præjudicium, ſeu ad effectum incurrendi pœnam Carceris, ut advertunt Soccin. jun. *conſil. 61. ſub numero decimo nono, verſ quod etiam lib. ſecundo,* Surd. *deciſion. 107. numero quinto,* Rota *deciſion. 11. de Jureju-*
rando in nov. & coram Puteo *deciſion. 243. libro ſecundo,* & coram Gregor. *deciſion. 351. numero decimo quinto*, dum potius hæc pœna carceris inducebat juſtum metum, ne Mulier revelaret verum, 9
tantum abeſt, quod revelaverit falſum, aut ſimulatum,

tem, ut pœnam hanc ſubiret ad *text. in l. qui in carcerem ff. de eo quod metus cauſa.*

Quartum denique, omiſſis aliis, conſiſtit in depoſitione jurata duorum Teſtium partim de auditu, & partim de viſu proprio reſpective deponentium ſuper Baptiſmo, & circumſtantiis antecedentibus, & ſubſequentibus: quia Mater Hebræa perventa in Coquinam Palatii cujuſdam Nobilis, ad quam accedere ſolita erat ad effectum ſumendi ignem, depoſuit in brachiis Chriſtianæ Mulieris proprium filium Infantem, & dum ingreſſa in Coquinam alloquebatur cum Coquo furtive illa Mulier ſe retraxit in parvum Atrium Coquinæ contiguum, ubi erat aqua recondita in vaſe terreo, & commiſerando ſtatum perditionis, in quo erat Infans, ut eum redimeret, hoc zelo baptizavit ſumpta aqua vaſis, & madefacto remanente capite, & fronte Infantis ingreſſa Coquinam ſecreto revelavit factum Coquo, & ejus Miniſtro, qui excepto actu Baptiſmi, de quo ſolum deponunt de auditu ab ipſa Muliere, reliqua deponunt de viſu, quod nempe Mater Hebræa conſignavit Infantem in brachiis prædictæ Mulieris, quod hæc Matre commorante in Coquina, ſe retraxerit in parvum Atrium contiguum, quodque acceſſerit ad Aquam Vaſis ibi exiſtentis, quodque demum viderint caput, & frontem Infantis madefactam, & humentem, credendo ex hoc verum eſſe Baptiſmum ſecreto ipſis revelatum, qui

10 duo Teſtes Teſtimonium Mulieris coadjuvant ad Baptiſmi probationem tanquam concordantes in omnibus circumſtantiis cum Muliere, quæ baptizavit, *Parif. conſ. 7. n. 20. & 21. lib. 4.* Caſtropal. *conſ. 435. numer. 5.* Spad. *conſ. 98. n. 7. lib. 3.* Rot. coram Coccin. *dec. 1644. n. 9.* & coram Capitaquen. *dec. 206. n. 4. p. 2.* & coram Dunoz. jun. *dec. 6. n. 4. & 5. & in rec. dec. 44. n. 10. p. 19.*

Dum itaque probatio Baptiſmi non ſolum conſiſtit in depoſitione ipſius Mulieris baptizantis, ſed etiam duorum Teſtium eodem loco, & tempore exiſtentium, qui concordant de viſu cum baptizante in circumſtantiis, & de auditu quoad factum Baptiſmi, & inſuper accedunt adminicula, & fortes præſumptiones, de quibus ſupra, Ego cenſeo non eſſe in minimo dubitandum de Baptiſmo collato huic Infanti.

D U B I U M II.

An validus fuerit Baptiſmus Infantis Hebrææ, inſciis & invitis Parentibus, per Mulierem collatus.

11 IN hoc dubio affirmative concludo, nec ullam invenio rationem dubitandi; Ubi enim, quod Mulier illicite contulerit Baptiſmum ſupradictæ Infanti, inſciis, & invitis Parentibus Hebræis, ut ex doctrina D. Thomæ *ſecunda ſecundæ quæſtion. decima, artic. 12.* concludunt Coninch. *de Sacrament. quæſtion. 68. artic. 10. dub. 1. concl. 2. n. 69.* Bonacin. Layman, & alii relati apud Caſtropal. *part. quarta, tractat. 29. diſputat. unic. punct. 6. numer. 12. & 13.* exceptis nonnullis caſibus apud ipſum relatis *n. 14. & ſeqq.* adhuc tamen communis ſententia Scribentium affirmat, Baptiſmum illicite collatum eſſe validum, & firmum, quamvis miniſtratum fuerit filiis Infide-

12 lium, ſeu Judæorum ante uſum rationis, cum ad Baptiſmi valorem in Parvulis ſolum requiratur materia, forma, & debita intentio Miniſtri, quæ omnia in caſu iſto concurrunt, licet deficiat voluntas infantis Baptiſmum ſuſcipientis, aut ejus loco voluntas Parentum; quia loco voluntatis Parvuli ſeu Infantis ſuccedit voluntas Chriſti Domini, ſeu S. Matris Eccleſiæ, quæ ſupplet illam Parentum Infidelium, ſeu Judæorum, ſeu loco illis ſuccedit, ut plene reſolvunt Baſſæus *in verb. Baptiſmus tertio numer. ſexto,* Henriquez *in Summa lib. 2. capit. 35. numer. decimo,* Reginald. *in prax. for. pænit. lib. 27. numer. 62.* Coninch. *de Sacrament. quæſtion. 68. artic. 2. numer. 2.* Bonacin. *tom. 1. diſputat. 2. quæſtion. 2. punct. 6. numer. 22.* ubi quod ita tenent alii communiter Doctores, quidquid aliqui in contrarium ſenſerint Caſtropal. *part. 4. tract. 19. diſput. unic. punct. 6. numer. 7.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tractat. ſecundo, cap. 6. numer. 10. in princip. & in fin. verſ. dico tertio.* *A Spiritu Sancto tomo primo de baptiſm. tract. ſecundo, diſput. 4. ſect. 2. numer. 143.* Sperell. *deciſion. 1. numer. 36.* Giazlin. *controv. 199. numer. 12.* Afflict. *deciſ. 152. per tot.* Azor. *inſtitut. moral. tom. 1. lib. 8. capit. 25. quæſtion. 8.* ubi hanc propoſitionem dicit eſſe de mente Divi Thomæ, Ferrer. *conſil. 76. n. 6.* Nald. *in verb. Baptiſmus n. 4.* Paſchal. *de patr. poteſt. part. 1. cap. 7. numer. 11.*

Et cum iſta ſit communis opinio, mihi non videtur neceſſarium examinare aliquorum, qui male, & infeliciter contrarium crediderunt, opinionem, & rationes; Ego enim quæſtionem hanc relinquo 13 Scholis, & Academiis ad exercendum ingenium diſcipulorum, ſed in judicando, & in Tribunalibus vanitas eſt hodie in dubium revocare communem ſententiam in praxi, & jure receptiſſimam, quæ omnino tenenda, & ſervanda eſt, fruſtra aliquibus male putantibus contrarium ſenſum habuiſſe D. Thomam, cum iſte ſolum firmaverit illicitum hunc Baptiſmum, ſed ſuppoſuerit validiſſimum poſtquam fuit collatum quamvis illicite, ut præter ſuperius adductam Doctorum catervam firmavit D. Antoninus *p. 2. tit. 12. circa finem.*

Quidquid erronee cogitaverit Natta *conſ. 434. numer. 10.* dicendo, quod ad Baptiſmum non ſufficiat, quod in recipiente non ſit objectus contrariæ voluntatis, ſed requiratur voluntas directa, vel interpretativa, quæ conſiſtit reſpectu Parvuli in fide Parentum, cum alii a Parentibus nullum jus habeant in eo. Cum hanc opinionem tanquam falſam late reprobaverit Sperell. *deciſion. 1. numer. 35. & ſeqq.* illique contradicat communis ſententia Doctorum, de quibus ſupra; ita & taliter, quod pro communi hac ſententia affirmante validitatem Baptiſmi, & impreſſionem Characteris aſſiſtat magis recepta opinio Theologorum, Canoniſtarum, & Legalium Profeſſorum, ſuperfluum Ego puto ſuperaddere ulteriorem diſcurſum.

D U B I U M III.

An Infans baptizata ſit reſtituenda Parentibus Hebræis, vel potius ab eorum conſortio ſegreganda, & apud Chriſtianos educanda.

PRima fronte videtur concludendum, quod Infans reſtituenda ſit Parentibus Hebræis, præſtita ab eis cautione, quod permittent, Infantem libere abire, nec in ſua cohabitatione retinebunt, quando pervenerit ad ætatem legitimam, quæ ſit doli capax, quando Infantem ipſam non ſeducent, ſeu pervertent: quia per talem cautionem ſatis providetur contra ſuſpectus; ſecus autem quando Parentes, vel non poſſent, vel nollent cautionem idoneam præſtare, tunc enim non eſſet facienda reſtitutio Parentibus, ut fuit opinio Calderin. *conſil. 3. numer. ſecundo, de Judæis* quem ſequitur Joann. de Anan. *in capit. ſicut numer. 5. & 6. de Judæis,* & Felin. *numer. 1.* 14

Concordat Burſat. *conſ. 231. n. 6. verſ. ſecundo,* ubi refert ſententiam latam in una *Januen.* per Delegatos Apoſtolicos *de anno* 1539. ubi Puer Hebræus ætatis ſeptem annorum, baptizatus, invitis Parentibus, a 15 quibus aufugerat, fuit per ſententiam eis reſtitutus in contradictorio Judicio, donec ætatem duodecim annorum compleret, præſtita per eos fidejuſſione de illo tunc temporis præſentando Epiſcopo, & interim de illum non ſubornando, vel retrahendo a Chriſtiana Religione.

Sic etiam firmavit Jacobus de Graſſis *in deciſion. aur. part. 2. capit. 23. numer. 23.* ubi ex doctrina Felini, inquit non poſſe filios baptizatos a Parentibus ſeparari poſt ſuſceptum Baptiſmum, ſed debere

apud

apud Chriſtianos, dummodo Parentes idoneam cau-
16 tionem præſtent, quod filios ponent in libertate, & præſentabunt eos cum fuerint ætatis maturæ, & interim quod educantur, non deteſtabuntur ipſis fidem, alias enim Parentibus non reſtituentur, & eo relato Narbon. *de ætat. ann. 7. quæſtion. 10. numer.* 10. & loquendo in terminis licet diverſis de Baptiſmo collato filiis hæreticorum, quod iſti ſint Parentibus reſtituendi, firmat Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 6. n.* 15. Dian. *coord. tom. 1. tract. 1. reſol. 85. n. 2.*

Verum reflectendo ad veritatem totum contrarium exiſtimo verius, ac proinde tenendum, & ob-
17 ſervandum; Etenim clariſſima eſt diſpoſitio Concilii Toletani *quinta, Canon. 55. & 58. cum ſequentibus*, relati apud Text. *in Canon. Judæorum 28. quæſtion. prima, & Canon. ſæpe 28. quæſtion. 1.* ibi = *Judæorum filios, vel filias, ne Parentum ultra involvantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, deputatos, aut Monaſteriis, aut Chriſtianis Viris, aut Mulieribus Deum timentibus* = ubi gloſſa *in verb. proficiant*, dicit, quod iſti filii, vel filiæ Judæorum jam erant baptizati, & in ſubſequenti *Canon. ſæpe 28. quæſtion. 1.* ubi allegatur fortiſſima, & naturalis illa ratio ibi = *Sæpe malorum conſortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui ad vitia proni ſunt; nulla igitur ultra communio ſit Hebræis ad fidem Chriſtianam tranſlatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt, ne forte eorum participatione ſubvertantur; quicunque ergo ex his qui baptizati ſunt, amodo infidelium conſortia non vitaverint, & hi Chriſtianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur.*

Stante igitur adeo clara diſpoſitione Concilii Toletani, omnino prohibitum eſt, quod Infans baptizata reſtituatur Parentibus Hebræis ſub quacun-
18 que cautione ſuperius relata, quæ ſatis frigida eſt tanquam de illis, quæ nihil proficiunt, præſertim in Judæis ſui antiqui Ritus tenaciſſimis, & obſtinatiſſimis, quibus conſignare Infantem eis invitis, & ad eorum injuriam baptizatis, eſſet confidere Agnam Lupis, & eſſet certo, & indubitanter Infantem illam reddere Hebræam ſicut ejus Parentes, & propterea omnis cautio in hac materia multum differenti ab aliis, omnino ridicula eſt, & potius apparentiæ, quam ſubſtantiæ, cum de perverſione, & pravi educatione impoſſibile ſit Teſtimonium habere intra privatos parietes, & temporibus occultæ ſeductioni opportunis, in quibus nemo videre, aut audire poteſt ſeductionem, quam faciunt Parentes; Ultra aliam rationem quod
19 ipſa Converſatio Infantis cum Hebræis tam Parentibus, quam aliis Adhærentibus, & Amicis illam imbuit Ritibus hebraicis ex ipſa natura converſationis, & indole apprehenſionis, & impreſſionis, quæ in Parvulis fortiſſima eſt juxta illud Horatii *in arte poetica* ibi =

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu.

Et juxta aliud Ovidii ſatis notorium ibi =

Principiis obſta, ſero medicina paratur,
cum mala per longas convaluere moras.

Et juxta aliud Juvenalis in Satyr. ibi =

Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Cum ſubeunt animos Auctoribus.

Qui magni Auctores ſunt Parentes, quorum verba, & actiones imbuunt Pueros, viſis, & au-
20 ditis, cum præſertim Infantes educationem recipiant ab eorum Matre, ubi bene proſequitur Juvenalis, dicendo.

An expectas ut tradat Mater honeſtos,
Aut alios mores, quam quos habet?

Adeout cautio, & fidejuſſio, quam excogitarunt præallegati Auctores, ſit omnino deriſoria, & inanis, & merito rejicienda, dum ita exclamat communis opinio Theologorum, & Canoniſtarum, qui agendo de hoc præciſo caſu firmarunt filios Hebræorum, & Infidelium ante uſum rationis baptizatos, inſciis, & invitis Parentibus non eſſe illis reſtituendos, ſed ab eorum conſortio ſegregandos,
& apud honeſtam Chriſtianam Matronam, vel in 21
Loco pio deponendos, & educandos, ut firmat Paſſerin. *in cap. contra Chriſtianos de hæretic. in 6. ſua numer. 6. in fin.* ibi: *Immo licet filii Judæorum non poſſint invitis Parentibus baptizari, ſi tamen baptizentur, Baptiſmus eſt validus, & illi apud Chriſtianos ſunt alendi.* Pignatell. *conſult. 190. numer. 20. tom. 4.* ibi: *Infantes Judæorum, quos Nutrices Chriſtianæ baptizare faciunt, inſciis eorum Parentibus, illis non reſtituuntur, quia ſunt vere baptizati, & eorum Patres tenentur ad præſtandum eis alimenta.*

Quam opinionem inhærendo Decretis Concilii Toletani *ubi ſupra* communiter amplexi fuerunt Theologi, Canoniſtæ, & Legales, ea ratione, quod hujuſmodi filii Judæorum, poſtquam baptizati ſunt,
Eccleſiæ ſubjiciuntur, ejuſque ſunt membra; ergo 22
Eccleſia poteſt, & debet eos a perverſione, ejuſque periculo defendere, & ſic poteſt, & debet eos a Parentibus ſegregare, cum aliter ab evidenti perverſionis periculo liberari non poſſint, ut egregie concludunt Coninch. *de Sacram. quæſtion. 68. artic. 10. dub. unic. numer.* 83. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tractat. 2. capit. 6. numer. 10. in fin. verſic. dico tertia*, Caſtropal. *part. 4. tractat. 19. diſputat. unic. punct. 6. numer.* 8. Afflict. *deciſion. 151. numer. 7. 10. &* 15. Cardin. Parif. *conſil. 2. numer. 40. lib.* 11. Ricciul. *de jur. perſon. lib. 2. capit. 34. numer.* 4. Sperell. *deciſion. 1. numer. 42.*

Accedit huic Sententiæ communi etiam reſolutio S. Congregationis Concilii, ubi reſolutum fuit
in caſu, quo quidam Nobiles Adoleſcentes Infan- 23
tem Hebræum baptizaverant, illum eſſe ſegregandum in loco ubi in fide Chriſtiana poſſet adoleſcere, ut diligenter fuit factum; & cautum, ne ullo modo Parentibus, qui Puerum anxie exquirebant, ad illum educandum via pateret, ſicut ille fuit in pio loco educatus, ut hæc omnia teſtatur Leo in *Theſaur. for. Eccleſ. part. 4 cap. quarto, num. 9.* ubi ſuperaddit rationem ibi = *Nec erat ullo Jure reddendus ne in Sacramenti ſuſcepti contemptum, & ad Chriſtianæ Religionis ignominiam Judaicam Perſonam a Suis denuo cogeretur aſſumere, & erroribus Parentum rurſus involvi &c. cum etiam eo fidem, quam etiam invitis Parentibus acceperat, tenere adigeretur, ne nomen Domini blaſphemaretur, & ſuſcepta fides contemptui eſſet, atque ludibrio &c. præterea contra impreſſionem characteris, cum indelebilis ſit, nulla dari debet reſtitutio, nec poteſt, maxime cum quis invitatur ad meliora.*

Hinc merito ſpernenda eſt auctoritas Calderin.
conſil. 3. de Judæis, & Burſatt. *conſil. 221. ſub numer.* 24
56 quia opinionem Calderini communiter reprobarunt Afflict. *deciſion. 151. numer. 10. & 12.* Parif. *conſil. 2. numer. 40. libr. quarta*, Marguard. *de jur. part. 3. cap. 2. ſub numer. 6.* qui omnes teſtantur contrarium practicari, & concordat Ricciul. *de jur. perſon. libr. 2. cap. 34. numer. 4.* ubi refert opinionem Calderini, ejuſque ſequacium *ante annum* 1587. in Curia Romana judicatam fuiſſe erroneam & falſam, & pariter erroneam demonſtravit opinionem Burſatti, plene diſcuſſo articulo Sperell. *deciſion. 1. numer.* 42. ubi reſpondet ad ſententiam datam per Delegatos Apoſtolicos *de anno* 1539. quam dicit, nullam facere auctoritatem in aliis Tribunalibus, & fuiſſe contra Jus, & fas prolatam, ſtante prohibitione Concilii Toletani relata *in Can. Judæorum 28. quæſtion.* 1. itaut de hujuſmodi Auctoribus reprobatis, & loquentibus contra diſpoſitionem Concilii Toletani nulla ratio haberi debeat tam in Jure, quam in praxi.

Quo vero ad Jacobum de Graſſis facilis reſpon-
ſio eſt, quod ipſe adhæret Felino *in cap. ſicut de* 25
Judæis, qui ſimul, & Joann. de Anania ſunt ſequaces *Conſilii* Calderini una cum iſto reprobati apud Doctores, ut teſtatur Sperell. *dict. deciſ. 1. numer. 42.*

Pariter quoad Narbon. *de ætat. ann. 7. quæſtion. 10. num. 10.*

Digitized by Google

numer. 10. reſpondeo, hunc Auctorem refert ſimpliciter quidquid dixerunt Calderinus, & de Graſſis,
26 ſed in ſubſtantia nihil firmare, dicendo *numer.* 12. hæc verba ibi = *ſed ut ſit* = quæ nihil firmant, ſeu reſolvunt.

Layman. *in Theolog. moral.* quem refert Dian. *ubi ſupra* loquitur in diverſis terminis, nempe de Liberis hæreticorum, ubi diverſa eſt ratio a filiis Infidelium, & Judæorum: quia hæretici Chriſti no-
27 men, & Sacra Chriſtiana non deteſtantur, ut faciunt Infideles, & Hebræi; & propterea ob diverſitatem rationis hæc opinio Laymani non applicatur ad filios infidelium, ut ipſemet Layman. ſe declarat firmando *n.* 10. *in fin.* quod filii Infidelium baptizati ſunt a Parentum Conſortio ſegregandi, ut ſucceſſive *n.* 12. firmando hoc procedere in filiis Infidelium, non autem hæreticorum ob allegatam diverſitatis rationem, ut legere eſt *n.* 13. *verſ. ſed quia hanc doctrinam*.

Sed ulterius, quia etiam quoad filios hæreticorum
28 non eſt tuta opinio, quæ placuit Layman. circa eos reſtituendos Parentibus hæreticis, quia contrarium firmarunt Coninch. *de Sacrament. ubi ſupra dub. unic. numer.* 81. Suarez. *tom tertio, diſputat.* 41. *ſect. quinta*, de facto opinio Laymani non eſt tuta, aut communis, dum eam dumtaxat ſatis probabilem appellavit Dian. *coord. reſol.* 85. *numero ſecundo, in fin.* & Narbon. *de ætat. ann. 7. quæſtion.* 10. *numer.* 11. immo eam non eſſe probabilem dixit Caſtropal. *part.* 4. *tractat.* 19. *diſput. unic. punct.* 6. *numer.* 10. unde tanquam opinio unius Theologi contra opinionem duorum, nempe Coninch. & Suarez, & tanquam ſolum probabilis, non eſt opinio tuta etiam quoad filios hæreticorum.

Ex quibus cenſeo non eſſe adhærendum Conſulto cujuſdam Inſignis Juriſconſulti, qui in alio con-
29 ſimili caſu ſecuto *de anno* 1713. cenſuit, Infantem eſſe reſtituendum Parentibus ſub memorata cautione, dum ipſe ſe fundavit in Calderino, & Bonſatto, & ſequacibus, ut ſupra reprobatis, & rationibus, quæ adduxit in ſuo Conſulto, apud Me nullam habent ſubſiſtentiam.

Etenim cenſuit mediante cautela hujuſmodi cautionis ſatis eſſe conſultum periculo perverſionis Pueri baptizati, ex quo iſte tanquam in ætate infantili conſtitutus, & ſic incapax cognitionis actuum doctrinarum non judicatur eſſe in ſtatu recipiendi perverſionem, quod ratiocinium eſt erroneum: quia Pueri donec perveniant ad ætatem decem annorum
30 cum dimidio, ſive duodecim, ſunt capaciſſimi recipiendi, ſicut cera, omnes mores, & ritus hebraicos, tam ex factis, quam ex verbis Parentum, & Adhærentium Hebræorum, qui præſertim ſciendo
31 Puerum baptizatum, toto animi conatu inſiſtere ſolent per mille modos, ut ille abhorreat fidem Catholicam, & maxime Parentes, qui tam minis, quam precibus, illecebris, & lacrymis non ceſſant nocte, dieque infelicem Puerum vexare, & corrumpere, ut experientia ſatis nota demonſtrat, & ipſa rei veriſimilitudo ſatis convincit.

Immo quod magis eſt, quando expertis, & evacuatis omnibus diligentiis Parentes Judæi inflexibilem agnoſcant animum Pueri, vel Infantis baptizati, etiam in ejus vitam conſpirant, ubi male reſpondetur in præallegato Conſulto, quod talis exceſſus non præſumatur, aut ſit improbabilis, vel quod illi provideri poſſit mediante obligatione Parentum præſentandi Puerum Superiori Eccleſiaſtico, vel Sæculari de tempore in tempus, maxime occaſione infirmitatis Pueri, vel Infantis; Nam dico, quod iſta ſunt bona temperamenta in abſtracto, quæ non tollunt quidquid de facto fieri poteſt, & ſolet, dum humana malitia plures habet modos, quibus proprium exceſſum excuſare, & abſcondere
32 poſſit, quia mors hujuſmodi non committitur palam, nec per modos penetrabiles, ſed occultos, & ad aliam cauſam referibiles, unde recte admonuit Tacit. *lib.* 4. *hiſtor.* ibi = *Fraudem, & dolum occulta, eoque inevitabilia* = & notum eſt exemplum necis per Neronem Matri paratæ in illa nave fu-tili, ut res ad caſum fortuitum maris, & ventorum referri poſſet, ut apud Tacit. *lib.* 14. *annal.* ibi = *Nihil tam capax fortuitorum quam mare, & ſi naufragio intercepta ſit quam adeo iniquum, ut ſceleri aſſignet, quod venti & fluctus deliquerint? additurum Principem defunctæ Templum, & Aras, & cætera oſtendendæ pietatis*.

Cum igitur iſta ſit opinio communis in praxi amplectenda, & ſervanda, maxime ob favorem Chriſtianæ Religionis, idcirco juxta illam in hoc negotio procedendum eſſe cenſeo, & quidem non interpoſita mora ob periculum quod ſuperveniat no-
titia Parentibus Hebræis, & ex notitia conſilium 33
ab eis ſumatur occultandi, aut diſperdendi Puerum, ſuffragante ad hoc illo notabili monito, de quo Tacit. *lib.* 1. *hiſtor.* ibi = *Nullus cunctationi locus eſt in eo conſilio, quod non poteſt laudari, niſi peractum* = prout hoc meum Conſultum ſtatim fuit executum, & ablata Infans Parentibus Hebræis, collocata extitit in Conſervatorio Puellarum.

CORDUBEN. BENEFICII.

ARGUMENTUM.

Reſignatio Beneficii, ad cujus Titulum Reſignationis eſt ordinatus, non abdicat jus ab ipſo, ſi Reſignatarius præmoriatur Literis expeditis, ſed ante captam poſſeſſionem, concurrentibus tamen circumſtantiis, de quibus in corpore.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur Facti ſeries.*
2 *De victoria habita in ſciſſura votorum.*
3 *Qualis dicatur odioſus Impetrator.*
4 *In dubio contra ipſum judicatur.*
5 *Regula de annali habet locum favore Reſignantis.*
6 *Non abdicatur jus a Reſignante præmortuo Reſignatario ante captam poſſeſſionem*, & numer. 7.
8 *Procedit in hoc in literis in forma commiſſaria, non autem gratioſa.*
9 *Procedit etiam in literis in forma gratioſa, & in quo caſu.*
10 *Literæ ex cauſa reſignationis Beneficii, ad cujus Titulum quis eſt ordinatus, non dantur niſi forma commiſſa cum clauſula* conſtito, & dummodo.
11 *Hujuſmodi clauſula reſpicit ſubſtantiam gratiæ, & conditionem ſuſpenſivam.*
12 *Literæ ſuper hujuſmodi Beneficio reſignato debent verificari extato Reſignante.*
13 *Executor in executione illarum ſubrogare debet bona Reſignantis in locum Beneficii.*
14 *Beneficium non vacat per obitum Reſignatarii defuncti ante executas literas hujuſmodi Beneficii reſignati.*
15 *Clauſula* ſibi aſſerenti &c. *æquipollet clauſulæ* conſtito, & dummodo *in literis ſuper Beneficio, ad cujus Titulum Reſignans erat ordinatus.*
16 *Alias ſi non æquipollet, reſignatio remanet nulla ob non expreſſam Papæ qualitatem hujus Beneficii.*
17 *Stylus Datariæ in hac materia qualis.*
18 *Nulla eſt Reſignatio ſi Procurator dubitative expreſſit quidquid aſſertive, & certitudinaliter expreſſum fuit in mandato.*
19 *Pariter ſi non expreſſerit ſpecialiter qualitatem Beneficii, quod nempe ad ejus Titulum Reſignans eſt ordinatus.*
20 *Dictio* forſan *quando reſolvatur in affirmationem.*

21 *Non*

Digitized by Google

21 *Non reſolvitur in affirmativam, quando certa expreſſio requiritur pro forma legis.*
22 *Dictio* forſan *eſt regulariter nota dubitationis.*
23 *Expreſſio falſa in Literis Apoſtolicis cum hac dictione, non eſt verificanda.*
24 *Stylus Datariæ declarat intentionem Papæ.*
25 *Expreſſio Beneficii, ad cujus Titulum Reſignans eſt ordinatus, non ſufficit, quod fiat per æquipollens.*
26 *Expreſſio* forſan *quando admittatur reſpectu Beneficii, ad cujus Titulum Reſignans fuit ordinatus.*
27 *Litera reſignationis interpretatur ex ſupplicatione, non autem ex mandato.*
28 *Procurator non debet variare verba mandati in expreſſionibus.*
29 *Gratia reſignationis conditionata ut ſit verificabilis poſt obitum Reſignatarii.*
30 *Litera in forma commiſſaria continens mandatum de providendo.*
31 *Deficiente cauſa finali reſignationis, deficit reſignatio.*
32 *Nulla eſt reſignatio, ſi procurator non exprimat Papæ cauſam finalem.*
33 *Verba generalia* quo modo *intelligantur.*
34 *Dari non debet contradictio inſtantanea.*
35 *Quando ex pluribus cauſis una dicatur finalis.*
36 *Dictio* acciocche *importat cauſam finalem.*
37 *In reſignationibus in favorem Papa procedit juxta voluntatem Reſignantium.*
38 *Nulla remanet reſignatio ſi quid omiſſum fuerit in ſupplicatione, quod eſt expreſſum in mandato, aut etiam ſi quid fuerit cancellatum in ſupplicatione per Papam.*
39 *Reſolutio Sacræ Congregationis Concilii, quod dictio* forſan *non affirmat, nec ſatis facit expreſſioni requiſitæ per Concilium in beneficio, ad cujus Titulum quis fuit ordinatus, unacum aliis,* & ſeqq.

DISCEPTATIO CXLVII.

POſſidebat Lucas de Puerto Beneficium ſimplex, præſtimonium nuncupatum, in Eccleſia Parochiali Villæ de Almodovar Cordubenſis Diœceſis, ad cujus Titulum ipſe fuerat ordinatus, quando Blaſius Beltran de Guevara Clericus in minori-
1 bus Ordinibus conſtitutus paupertate preſſus, nec habendo unde poſſet promoveri ad Ordines majores, eidem Lucæ ſupplicavit, ut ſibi charitatis Officio reſignare vellet prædictum Beneficium, ut poſſet ad illud ordinari; qui propterea ſolo pietatis intuitu erga Pauperem, anno 1718. fecit mandatum procuræ ad effectum reſignandi in favorem ſupradicti Blaſii hoc Beneficium in manibus Papæ, aſſerendo, quod fuerat ad ejus Titulum ordinatus: ſed habebat alios redditus Eccleſiaſticos, ex quibus commode vivere poſſet exprimendo cauſam finalem reſignationis, ut nempe Reſignatarius aſcendere poſſet ad Ordines majores, ut legitur in mandato, ibi = *E conſiderando, che D. Biagio Beltran de Guevara Chierico d' Ordini Minori &c. ſi trova ſenza entrata Eccleſiaſtica collativa* PER POTERE ASCENDERE ALL' ORDINI MAGGIORI, ET ACCIOCHE SI POSSA ORDINARE, *& adempire il deſiderio, ch' ha di ſeguire lo Stato Eccleſiaſtico &c. riſegnava, e riſegnò nelle mani di ſua Santità, & a favore del ſudetto D. Biagio &c. il ſudetto Preſtimonio Beneſizio ſemplice della Chieſa della Villa d' Almodovar, acciocchè lo poſſa ottenere, e godere, durante la ſua vita &c. dichiara reſtargli &c. altre entrate Eccleſiaſtiche &c. colle quali ſi puole mantenere commodamente ſecondo la ſua qualità, o ſtato &c. e che è ſtato* ORDINATO *A TITOLO della detta Preſtamera d' Almodovar.*

Tardavit per annum, & ultra a die recepti mandati Procurator in effectuanda reſignatione ob difficultates ab Officialibus Datariæ oppoſitas ratione qualitatis Beneficii, ad cujus Titulum Reſignans fuerat ordinatus, unde ad facilitandam reſignationem contra, & præter formam mandati, non expoſuit in ſupplicatione certitudinaliter, quod Lucas fuerat ad Titulum hujus Beneficii ordinatus, ſed dubitative, mediante dictione = *forſan* = ut ſic obtineret, prout obtinuit, literas in forma gratioſa, ſciendo quod facta narrativa certa Beneficii, ad cujus Titulum Reſignans fuiſſet ordinatus, non potuiſſet obtinere Literas, niſi in forma rigoroſa, ſeu in forma commiſſaria, mediante clauſula de ſtylo Datariæ apponi ſolita ad formam Concilii Tridentini *ſeſſ. vigeſima prima, capit. ſecundo, de Reformat.* nempe = *Conſtito, vel dummodo Reſignans habeat unde aliunde commode vivere poſſit.*

Vix expeditis, & tranſmiſſis Literis reſignationis ad Civitatem Cordubenſem; Blaſius Reſignatarius, antequam illas præſentaret Executori, aut poſſeſſionem obtineret, immatura morte præventus fuit de menſe Aprilis anni 1720. Unde Lucas Reſignans ſicut ante manebat in poſſeſſione Beneficii, ita etiam poſt in illa continuavit pacifice per ſpatium unius anni, & ſeptem fere menſium; quo tempore elapſo ad ſpoliandum viventem ſuo Beneficio inſurrexit Petrus Velaſchus Impetrator, qui proviſionem Apoſtolicam contro-verſi Beneficii obtinuit tanquam vacantis, ut prius, *per Reſignationem*, & poſtea tanquam vacantis *per obitum* Reſignatarii, facta in hanc formam correctione literarum ad formam ſupplicationis, juxta decretum Reverend. Patr. Dom. Rogerii Cancellariæ.

Diſputata igitur in Sacræ Rotæ Auditorio executione literarum hujus impetrationis, Deciſiones favorabiles obtinuit Impetrator, Me ſcribente in contrarium in magna tamen ſciſſura votorum Sacri Tribunalis, in quo acerrime Cauſa hæc de-
2 certata fuit, & deciſiones ſemper emanarunt, uno tantum ſuffragio ſuperante, & prævia ſemper dubitatione Sacri Tribunalis, ubi reſpectu victoris, & victi non immerito dici poteſt illud Lucani in *Pharſal. libr. primo*, ibi = *Magno ſe Judice quiſque tuetur* = Etenim in prima propoſitione habita 15. *Martii* 1723. coram Rev. Pat. Dom. Cotio reſponſum fuit = *iterum proponatur* = in ſecunda habita *ſub die* 11. *Junii* 1723. dictum fuit = *iterum proponatur, & videant quinque, & ſextus* = & licet in tertia, & quarta propoſitione ſub diebus 21. *Januarii, &* 27. *Novembris* 1724. reſolutum fuerit pro executione literarum, in quinta tamen propoſitione *ſub die* 10. *Decembris* 1725. iterum graviter dubitando Sacrum Tribunal reſpondit = *Iterum proponatur, & videant omnes* = Cum vero in ſexta propoſitione 18. *Martii* 1726. ob præponderantiam unius voti reſponſum fuerit = *In deciſis* = deinde cauſa extincta remanſit per concordiam, in qua condonatis fructibus, & expenſis relaxatum fuit Beneficium favore Impetrantis.

Exiſtimo igitur deducere rationes, quæ in hujuſmodi cauſa allegatæ fuerunt contra Impetrantem ad oſtendendum, quod ego non libidine ingenii, aut calore defenſionis ſcripſerim contra Literas Apoſtolicas: ſed quod impulſu veritatis crediderim, prout adhuc credo, illas nullo modo fuiſſe exequendas propter inſubſiſtentiam rationum, quibus contrariæ Deciſiones adhæſerunt.

Dicebam itaque, quod agebatur de odioſo Impetratore, & de gratia piſcatoria, qualis ſemper illa reputatur, quæ tendit ad ſpoliandum viventem Beneficio per eum poſſeſſo, ut notat Lottet. *de re Benefic. libr. ſecundo, quæſtion. 44. numero ſecundo*, & in præciſis terminis Beneficii poſſeſſi per Reſignantem Rota coram Certo *deciſion.* 128. *numer.* 2. & pro-

propterea dubiſſima, & per rigidam cenſuram procedendum erat contra hujuſmodi Impetrantem, qui niſi concludentiſſima, & ſuperlativo modo juſtificaſſet narrata in litteris, aut niſi iſtæ ea omni parte omnem haberent claritatem, in quavis dubieta-
4 te contra hujuſmodi odioſam gratiam judicandum foret, juxta vulgatam Hoſtien. Theoricam *in cap. Cum in cunctis de reſcript. in 6.* Rot. *in Auguſtana ſummæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis Litteris 21. Junii 1718. §. Moti*, coram Eminentiſſ. Falconerio, *& in Paderbonen. Præpoſituræ 16. Aprilis 1717. §. Fundamentum* coram Anſaldo, *& in Compoſtellana Beneficii 15. Martii 1717. §. final.* cor. Eminentiſſ. Alhann, *& in Nullius, ſeu Piſcien. Benefic. 15. Maii 1719. §. Arbitr. & 13. Maii 1720, §. ſiquam* cor. R. P. D. Gamaches.

In propoſito contra hujuſmodi gratiam impetrationem, omiſſa nullitate inducta ex regula *Cancellar. de Annal.* ex quo agebatur contra Lucam pacificum annalem Poſſeſſorem controverſi Beneficii per annum, & ultra poſt obitum Reſignatarii prædefuncti, quem Impetrator infra ſex menſes ad judicium non evocaverat, nec cauſam infra annum uſque ad ſententiam proſecutus fuerat, quæ
5 regula locum habet etiam favore Reſignantis, qui poſſidet contra tertium Impetrantem, ut eſt communis opinio, de qua Mandoſ. *in regul. 39. Cancell. quæſt. 29. num. 2.* Rot. cor. Creſcent. *deciſ. 15. de renunc.*

Obſtabat ſubreptio ob falſam expreſſionem, quod Beneficium vacaſſet per obitum Reſignatarii; Cum enim non ageretur de reſignatione ſimplici, per quam ſtatim dicitur abdicatum omne jus ab ipſo Reſignante, ſed reſignatio fuiſſet in favorem, & ſic conditionalis, de cujus natura eſt, ut nunquam dicatur abdicatum jus, & poſſeſſio ab ipſo Reſignante; niſi beneficium plene, & perfecte fuerit acquiſitum Reſignatario, ut apud Pariſ *de reſignat. libro primo, quæſt. quinta, numero 37.* Rota coram Othobon. *deciſion. 106. numero quarto, & ſeq.* & coram Dunozett. jun. *deciſ. 881. numero quarto*, & poſt Tondut. *de penſionib. deciſ. 26. numero tertio*, inde ſequebatur, quod cum effectuari non potuerit reſignatio ob præmortentiam Reſignatarii, qui deceſſit Litteris tantum expeditis, ſed nondum obtenta executione illarum ab Executore, necnon ante
6 captam poſſeſſionem Beneficii, hoc nunquam vacare potuerit per obitum Reſignatarii, ſed jus, & poſſeſſio remanſerit, ut prius apud Reſignantem, ut eſt communis opinio, de qua Pariſ. *de reſignation. lib. 1. quæſt. 7. numer. 10. & ſeqq.* ibi = *Cum hujuſmodi reſignatio habeat hanc conditionem, ut jus non abdicetur in Reſignante, niſi fuerit acquiſitum CUM EFFECTU RESIGNATARIO, ut eſt communis concluſio ab omnibus recepta &c. pleno autem non dicitur acquiſitum, NISI FUERIT CAPTA POSSESSIO JUXTA COMMUNEM OPINIONEM* = *& libro decimo, quæſt. ſeſta, numero tertio cum ſeqq.* ubi quod jus quæſitum ex collatione non eſt firmum, & efficax, antequam Proviſus acceptet, & capiat poſſeſſionem, *& de confiden. quæſt. 25. numer. 14. & ſeq.* ibi = *Jus nequaquam abdicatur a Reſignante, niſi Beneficium reſignatum acquiſitum Reſignatario &c. quod intelligitur, ſi cum effectu jus fuerit acquiſitum, QUOD SUCCEDIT CAPIENDO POSSESSIONEM, nam verba intelliguntur cum effectu* = Tondutus *quæſt. Benefic. part. 1. cap. 68. numer. 18. & part. 2. cap. 4. §. 7. num. 5.* Rebuff. *in prax. Benefic. tit. de reſign. cond. num. 15. uſque ad 18.* Garz. *de Benefic. part. 2. cap. 1. n. 138.* Card. de Luca *de Benef. diſc. 34. num. 5. & 6.*

Hanc vero opinionem, quod ut dicatur Beneficium perfecte quæſitum Reſignatario, requiratur executio Litterarum cum captura poſſeſſionis, ſemper tenuit Sacræ Rotæ Auditorium, tam in antiquis, quam modernioribus Deciſionibus, ea ratione, quod acquiſitio Beneficii cum effectu conſiſtit in actuali captura poſſeſſionis, juxta Gloſ. *in cap. ſi tibi conceſſa in verb. vacare de Præbend. in 6.* ibi = *Quia non eſt adhuc adeptus pleno &c. nam licet res data ſit, vacua poſſeſſio tradita non eſt, & ſic ad plenum accepiſſe non videtur* = Lotter. *de re Benefic. lib. 2. quæſt. 20. numer. 11.* Achill. de Graſſ. *deciſ. 9. numer. 6. de privileg.* ibi = *adeptio poſſeſſionis perficit aſſecutionem*, & in præciſis terminis noſtræ quæſtionis Rot. coram Put. *deciſ. 138. numer. 1. & ſeq. lib. 3. in correct.* ibi = *Quia Reſignans in favorem certæ Perſonæ videtur conditionaliter reſignare, videlicet, dum tamen Beneficium illi quæratur &c. donec ergo & poſſeſſio, & titulus ſit Reſignatario quæſitus, non eſt a Reſignante ablatus* = & coram Coccin. *deciſion. 1954. numer. 4. & ſeqq.* ibi = *Neque obſtat, quod Hieronymus reſignaverit hoc Beneficium, per quam reſignationem fuit abdicatum omne jus, & poſſeſſio ab ipſo &c. quia prædicta vera ſunt in reſignatione ſimplici &c. at ſecus eſt in reſignatione conditionali, illa ſcilicet, quæ fit ad favorem certæ Perſonæ &c. in iſtis enim terminis poſſeſſio, & jus remanent in pendenti penes Reſignantem, donec conditio purificetur, quouſque ſcilicet acquiratur poſſeſſio & jus penes Reſignatario* = & coram Manzan. *deciſion. 911. numero ſecundo & quinto*, & coram Otthob. *deciſ. 86. num. 4. & ſeqq.* & cor. Ubag. *dec. 7. num. 13. & 14.* & Me ſcribente *in Mediolan. Benef. 2. Julii 1703. §. Et potiſſimum* cor. bon. mem. Caſſarello.

Huic fundamento contrariæ Deciſiones reſponderunt ſub diſtinctione illa, quod aut Litteræ 8
Reſignationis ſunt in *forma dignum*, nempe *in forma Commiſſaria*, & hoc caſu illud locum habeat; Aut vero ſunt *in forma Gratioſa*, quales eſſe prætendebatur iſtas, de quibus erat quæſtio, & in his terminis cenſuerunt remanere abdicatum jus ab ipſo reſignante per ſolam expeditionem Litterarum, etiam ante Executionem, & Capturam Poſſeſſionis; ſed hæc Reſponſio ſufficiens mihi viſa non fuit ex tribus motivis. Primo, quia licet in abſtracto, & generaliter locum haberet, non tamen in concreto Caſu, ubi Reſignans intellexerat effectuationem Reſignationis, mediante captura Poſſeſſionis, juxta verba 9
Mandati ibi = *acciocche lo poſſa ottenere, e godere* = & ſic applicabantur auctoritates per me ſuperius relatæ, rejecta diſtinctione inter Litteras in forma Commiſſaria, & Gratioſa, quia mens Reſignantis attenditur in hac materia, & non formalitas materialis Litterarum, Rota coram Mohedan. *deciſ. 8. numer. 3. de Jurepatr.* Lotter. *de re Benefic. lib. 3. quæſt. 14. numer. 38.* Rota *deciſion. 26. num. 3.* poſt Tondut. *de Penſion.* & Secundo præallegata diſtinctio procedebat in ſolo Caſu, quo agatur inter Reſignatarium, & Reſignantem, inter quos vertatur quæſtio, nunquam vero inter Reſignantem, & Tertium, qui prætendat Beneficium vacaſſe ex Perſona Reſignatarii, prout ita diſtinguit Cardin. de Luca *de Beneficiis diſcurſ. 37. numer. 11. & 12.* Tertio dicebam hujuſmodi diſtinctionem procedere in aliis Beneficiis reſignatis, quæ ſunt liberæ, & abſolutæ Reſignationis, nunquam vero in Beneficiis reſignari prohibitis, niſi ſub certa forma, & conditione, ut ſunt illa, ad quorum Titulum aliquis eſt ordinatus, ut præciſe eſt Caſus iſte, ubi agebatur de Beneficio, ad 10
cujus Titulum Reſignans fuerat ordinatus, ubi Concilium Tridentinum diſpoſuit non poſſe fieri Reſignationem, niſi ſub iſta forma ibi = *Id vero Beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum ſit promotus, neque ea Reſignatio admittatur, niſi CONSTITO, quod aliunde vivere commode poſſit, ET ALITER FACTA RESIGNATIO NULLA SIT* = & propterea in hoc genere Beneficii inconcuſſus Datariæ Apoſtolicæ ſtylus eſt, & ſemper fuit, quod Litteræ Reſignationis de hujuſmodi Beneficio, ad cujus Titulum Reſignans fuit ordinatus, ſemper concedantur in forma Rigoroſa, & Commiſſaria, mediante ſupradicta Clauſula = *Conſtito &c.* ſeu *Dummodo &c.* = quæ facit Gratiam conditionalem, non quidem quoad

Execu-

Executionem, ut contrariæ Deciſiones ſuppoſuerunt, ſed quoad ejus totalem, & intrinſecam ſubſtantiam, ut quod talis Clauſola ſemper apponatur in Litteris Reſignationis hujuſmodi Beneficii, teſtatur Cardin. de Luca *de Benefic. diſc.* 37. *numer.* 14. ibi = *Datariæ inconcuſſus ſtylus eſt non admittendi Reſignationem, niſi cum Clauſula, dummodo Reſignans habeat aliunde vivere, quæ ſine dubio importat conditionem ſuſpenſivam* = Roſ. *de Execut. Litter. part. prima capit.* 15. *numer.* 6. Rot. *in Colonien. Canonicatus, & Ferculi* 20. *April.* 1711. §. *Defectus, &* 3. *Julii* 1712. § *Final.* coram Eminentiſſ. D. Card. Falconerio.

Et quod mediante hujuſmodi clauſula *CON-*
11 *STITO &c. Vel DUMMODO &c.* juxta formam Concilii apponi ſolita induceretur conditio ſuſpenſiva, quæ non reſpicit tantum Gratiæ executionem, ſed vere, ac indiſpenſabiliter concernit ejus præciſam ſubſtantiam, firmabant communiter Pariſ. *de reſignat. libr.* 2. *quæſt.* 6. *numer.* 41. ibi = *Et ideo hæc clauſula appoſita in Supplicatione, quia Reſignans habet aliunde, unde vivat, reſpicit ſubſtantiam Gratiæ, nam attento ſtylo alias non ſolet concedi* = *& libr.* 2. *quæſt.* 14. *numer.* 6. ibi = *In renunciatione apponitur clauſula, quia habet aliunde unde vivere poſſit de ſtylo, quæ clauſula reſpicit ſubſtantiam Gratiæ* = Garz. *de Benefic. part.* 2. *capit.* 5. *numer.* 201. ibi = *In qua quidem Curia non admittitur Reſignatio alicujus in Sacris conſtituti, niſi cum clauſula, quod Reſignans aliunde habeat, unde commode vivere poſſet, quæ reſpicit ſubſtantiam Gratiæ; Nam attento ſtylo alias non ſolet concedi* = Gratianus *diſceptat. Forenſ. cap.* 991. ibi *Quæ magis procedunt in Caſu noſtro, quia fuit admiſſa Reſignatio per Papam cum clauſula conſtito, ſeu dummodo Reſignans haberet unde ſe alat, quæ reſpicit ſubſtantiam Gratiæ* = Amayden. *de ſtylo Datar. lib.* 1. *cap.* 16. §. 1. *num.* 16. ibi = *Propterea quælibet probatio non ſufficit, ſed plena requiritur, cum reſpiciat ſubſtantiam Gratiæ* = Roſ. *de execut. Litter. in addit. ad cap.* 15. *num.* 7. *&* 9. ibi = *quia dicta clauſula*, dummodo, *importat conditionem &c. & reſpicit ſubſtantiam Gratiæ juxta Decretum S. Concilii* = Rot. *dec.* 31. *n.* 2. *p.* 16. *rec.*

Quod adeo verum eſſe dicebam, ut quando agitur de Beneficio, ad cujus titulum Reſignans eſt ordinatus, non ſolum Litteræ aliter concedi non ſoleant, niſi in forma commiſſaria cum ſupradicta clauſula = *CONSTITO*, vel *DUMMODO* = propter allegatum Decretum Concilii Tridentini, ſed etiam poſtea requiratur verificatio hujus clauſulæ coram Executore formaliter explen-
12 da per Reſignatarium, citato etiam Reſignante, qui interim Beneficium poſſidet, ut tradunt Roſ. *de Executor. Litter. Apoſtol part.* 1. *cap.* 15. *numer.* 66. Rota coram Ottobon. *deciſion.* 106. *numer.* 6. & coram Buratt. *deciſion.* 270. *numer.* 4. *& in recent. deciſion.* 205. *numer.* 9. *part.* 11. immo ulterius Executor conſtito ſibi per ſufficientes probationes, quod Reſignans aliunde habeat unde commode vivere poſſit, tenetur ſubrogare bona, quæ Reſignans habet in locum Beneficii, quod reſignavit ad effe-
13 ctum, ut hæc remaneant inalienabilia, veluti Patrimonium Ordinati juxta diſpoſitionem Concilii, ut bene Roſa *de Executor. Litter. Apoſtol. part.* 1. *capit.* 15. *numer.* 13. ibi = *Tunc etiam Executor debet ſubrogare Bona, quæ Reſignans habet unde commode vivere poſſit in locum Beneficii, quod reſignat, ad cujus titulum ordinatus fuit, ne ſit Sacerdos abſque Patrimonio ſufficienti* = quæ ſubrogatio requiritur juxta Decretum Sacr. Congr. apud Monacell. *in Formul. For. Eccleſ. part.* 4. *in ſupplem. ad tom.* 2. *n.* 440.

Ex quibus retorquebatur diſtinctio inter Litteras in forma gratioſa, & in forma commiſſaria in ſubjecto caſu Reſignationis Beneficii qualificati, ad cujus titulum Reſignans erat ordinatus, dum propter formam Decreti Conciliaris in
14 hoc genere Beneficii ſemper Litteræ conceduntur, & concedi ſolent in forma Commiſſaria cum clauſulis prædictis = *CONSTITO* = vel = *DUMMODO* = & conſequenter, juxta contrarias Deciſiones ſtantibus Litteris in forma Commiſſaria, quales intelligi debebant iſtæ, de quibus agebatur, conſequens erat, ut præmortuo Reſignatario Litteris tantum expeditis, & nondum obtenta illarum executione una cum poſſeſſione, non diceretur Jus abdicatum ab ipſo Reſignante, nec Beneficium vacaret per obitum Reſignatarii, optime Rota *deciſion.* 480. *numer.* 8. *& ſeqq. part.* 15. & coram Coccin. *deciſion.* 1509. *numer.* 11. *&* 12. *&* coram Ottobon. *deciſion.* 106. *numer.* 8. *&* 9. *deciſion.* 194. *numer.* 10. *& in Aurien. Canterin* 14. *Junii* 1697. §. *Nec pariter* coram bonæ memor. dell'Olmo *impreſſ. ad ornat.* Cardin. de Luca *de Beneficii deciſion.* 13. *numer.* 8. *& in dicta Colonien. Canonicatus, & Ferculi* 20. *April.* 1711. §. *Defectus, &* 3. *Julii* 1712. §. *Final.* coram Eminentiſſimo Falconerio.

Motivum hoc fatale non tollebatur dicendo, quod procedebat, ubi in ſubjecto caſu Litteræ conceſſæ fuiſſent in forma commiſſaria, & conditionate cum ſupradictis clauſulis = *CONSTITO* = vel *DUMMODO* = ſecus autem quando fuerant conceſſæ in forma gratioſa, non obſtante, quod in illis dictum fuiſſet = *Tibi aſſerenti Lucam ALIUNDE COMMODE VIVERE VALERE* = *& ſub dicti Beneficii titulo ad Sacros Ordines FORSAN promotum fuiſſe* = quaſi quod iſta verba non reſpicerent ſubſtantiam Gratiæ, ſed duntaxat ejus executionem, itaut quando eſſet verificabile, quod Lucas revera haberet aliunde vivere, Gratia diceretur pura uſque ab initio, & Jus perfecte quæſitum Reſignatario, per cujus proinde obitum vacaſſet Beneficium reſignatum.

Deſtruebatur enim hoc objectum per dilemma prorſus inevitabile, quod nempe, aut verba illa = *Tibi aſſerenti &c.* = æquipollebant Clauſulis ſupra expreſſis = *Conſtito* = vel *Dummodo* =, & tali caſu Litteræ nunquam dici poterant in forma Gratioſa, ſed perneceſſe reſolvebantur in forma Commiſſaria tanquam conditionatæ per conditionem, quæ reſpicit ſubſtantiam Gratiæ omnino verificandam coram Executore, itaut ante verificationem, & capturam Poſſeſſionis non dicatur Beneficium vacare per obitum Reſignatarii, qui, pendente conditione, deceſſit, ubi non intrat amplius Reſponſio, quod agatur de Conditione reſpiciente Executionem Gratiæ, non autem ſubſtantiam, quod ſufficiat conditionem eſſe verificabilem etiam poſt obitum Reſignatarii, dum hoc eſſet admittere, & negare diſtinctionem inter Litteras in forma Gratioſa, & in for-
ma Commiſſaria; Si enim Litteræ in forma Com- 15
miſſaria reſolvuntur in mandatum de providendo, & tales iſtæ dicuntur, quando habent clauſulam = *Conſtito*, vel *Dummodo* = quæ reſpicit ſubſtantiam, & non executionem, utique verificata, quod per Clauſulam æquipollentem = *Tibi aſſerenti &c.* = Litteræ reſolvuntur in forma Commiſſaria, verificata remanet pars ſupradictæ diſtinctionis, quod Beneficium non vacat per obitum Reſignatarii, qui deceſſerit ante verificatam conditionem ſubſtantialem Gratiæ, & ſic ante obtentum Mandatum de providendo, ut firmat *prima Deciſio* hujus Cauſæ 21. *Januarii* 1722. § *Altera*, 27. *Novembris* 1724. §. *Ejuſdemque*, coram R. P. D. Corio, & plene firmat Roſ. *de Executor. Litter. part.* 2. *capit.* 15. *n.* 135. *&* 136. Rota *in Burgenſis Canonicatus* coram Cardinale Hieronymo Pamphilio 28. *Aprilis* 1597. apud Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 1. *deciſion.* 44. *numer.* 4. *fol.* 143. & coram Merlin. *deciſion.* 538. *numer.* 11.

Aut vero ſupradicta verba = *Tibi aſſerenti &c.* = non æquipollebant Clauſula prædictis = *Conſtito*, vel = *Dummodo*, itaut non redderent Gratiam
conditionalem, & ſuſpenſam, ſicuti Manda- 16
tum de providendo, & tali caſu Reſignatio re-

manebant evidentiſſime nulla, ex quo Papa dicitur circumventus ad concedendas Litteras in forma Gratioſa de Beneficio, ad cujus Titulum Reſignans erat ordinatus, dum quando ſcivisſet Beneficium fuiſſe aliud, ad quod Reſignans erat ordinatus, nunquam violaſſet Decretum Concilii Tridentini, & inveteratum, ac inconcuſſum ſtylum Datariæ, juxta quem nunquam conceduntur Litteræ in Forma Gratioſa, ſed tantum in forma Commiſſaria, juxta Decretum Concilii, ubi agitur de tali Beneficio qualificato, & hoc probabam ex ex ſpecialiſſima authoritate Cardin. de Luca *de Benefic. diſcur. 37. numer.* 14. ubi in puncto teſtatur, quod ſi exponitur Papæ Beneficium eſſe illud, ad cujus titulum Reſignans eſt ordinatus, tunc non aliter conceduntur Litteræ, niſi cum Clauſula = *Dummodo* = importante conditionem ſuſpenſivam; ubi vero agitur de Beneficio, ad cujus Titulum
17 Reſignans non eſt ordinatus, & tunc conceduntur Litteræ ſine Clauſula = *Dummodo* = & ſolum cum Clauſula = *Tibi aſſerenti aliunde habere commode vivere* = quod non importat conditionem, & ejus verba ſunt hæc =

Aut enim agitur de Beneficio, ad cujus Titulum, quis ordinatus eſt, & tunc ex Decreto Sac. Concilii Tridentini ſeſſ. 21. *de reform. capit.* 2. *oportet de eo facere ſpecialem mentionem; Unde aut non fit mentio, & tunc reſignatio eſt incontinenti nulla ob Decretum irritans contentum in eodem Decreto Conciliari; Aut vero fit mentio, & TUNC DATARIÆ INCONCUSSUS STYLUS EST non admittendi Reſignationem, niſi cum Clauſula* = Dummodo = *Reſignans habeat aliunde vivere* = *QUÆ SINE DUBIO IMPORTAT CONDITIONEM SUSPENSIVAM &c.*

Aut Beneficiatus ordinatus non ſit ad Titulum illius Beneficii, ſed alterius ad Titulum Patrimonii, & tunc non intrat dictum Decretum Conciliare, neque congrua ſuſtentatio adjici ſolet per viam conditionis cum d. Clauſula = Dummodo = *ſed Officiales Datariæ ſe regulando ex Conſtitutione S. Pii V. inſurgente Locorum Ordinariis, ne admittant Beneficiorum Reſignationes, niſi eis conſtet, Reſignantes habere aliunde vivere ex quodam ſtylo id adjiciunt PER VIAM ASSERTIVÆ, nempe TIBI ASSERENTI ALIUNDE COMMODE VIVERE &c. quod non importat formalem conditionem intrinſecam, cujus precedens juſtificatio precise, & pro forma fieri debeat, minuſque id importat irritationem Proviſionis, cum neque ipſa Conſtitutio S. Pii V. neque ipſæ Litteræ Proviſionis contineant aliquod Decretum irritans.*

Ex hac dilucidatione utriuſque ſtyli, & modi de providendo in una, vel altera ſpecie Beneficii reſignati, ad cujus Titulum quis fuit ordinatus vel non, manifeſte inferebam, quod Papa in tantum conceſſerat Litteras in forma Gratioſa cum prædicta Clauſula = *Tibi aſſerenti* = non autem in Forma Commiſſaria cum Clauſula = *Conſtito*, vel = *Dummodo* = in quantum ex narratis non intellexerat Beneficium fuiſſe illud, ad cujus Titulum Reſignans fuiſſet ordinatus, dum alias, ſi intellexiſſet ad hoc Beneficium Reſignantem fuiſſe ordinatum, non receſſiſſet ab inconcuſſo ſtylo concedendi Litteras in forma Commiſſaria cum Clauſula = *Conſtito* = neque violaſſet Decretum Concilii Tridentini ſub pœna Nullitatis Reſignationis hoc fieri demandantis: & propterea Reſignatio in his terminis fuit apertiſſime nulla, ex quo Procurator excedendo fines Mandati non expreſſit Papæ, prout exprimere debebat, ad formam Mandati, & etiam multo magis ad formam Concilii, Reſignantem fuiſſe ordinatum ad hoc Beneficium: ſed ad extorquendas Litteras in forma Gratioſa dubitative, & ſub involucro hoc expreſſit per illa verba = *& ſub dicti Bene-*
18 *ficii titulo ad Sacros Ordines FORSAN promotum fuiſſe* =, quando in Mandato Procuræ ſine ulla dubitatione Reſignans expreſſerat = *che e ſtato ordinato a titolo della detta Preſtamera*; Expreſſio autem iſta, quæ cauſam dedit obtinendi Litteras in forma Gratioſa ex duplici capite, nullam prorſus reddidit Reſignationem; primo ſcilicet, quia Procurator non poteſt excedere in minimo limites Mandati, nec variare verba certa in dubitativa, cum aliud ſit exprimere dubitative, & aliud certitudinaliter, & abſolute ad Textum *in leg. Diligenter digeſt. mandati*, Pariſ. *de Reſignat. libr.* 9. *quæſt.* 8. *numer.* 11. Roſ. *de Execut. Litter. part.* 1. *capit.* 15. *numer.* 26. *verſic. Et cum Procurator*, Rot. *deciſion.* 145. *num.* 16. *& ſeqq. part.* 9. *recen.* ubi quod nec etiam in modico Mandati fines excedi poſſunt, attenta præſertim Clauſula Mandati in caſu iſto, ſpecialiſſime adjecta ibi = *conforme nel medemo contenuto, & non alias aliter, nec alio modo* = quæ nullam minimam variationem admittit, & in individuo habetur apud Me *Diſcept. Eccleſ.* 48. *num.* 3. *&* 4. & optime Cardin. de Luca *de Benefic. diſcept.* 76. *num.* 18. *verſ. Verum*, & in terminis variationis, ſeu diſcordantiæ inter Mandatum, & Litteras, Amayden. *de ſtylo Datar. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 84. Mandoſ. *ad Reg. de non judicando juxta formam ſupplicationis quæſt.* 24. *n.* 6.

Et ſecundo, quia violata fuit forma Concilii circa expreſſionem in eo demandatam ſpecialiter, ibi = *niſi facta mentione, quod ad illius Beneficii Titulum ſit promotus* = quod importat mentionem individuam, & ſpecialem firmat Roſ. *de Execut. Litter. part.* 1. *capit.* 15. *numer.* 4. *&* 5. ibi 19
= *INDIVIDUAM hujus rei mentionem eſſe faciendam* = Cardin. de Luca *de Benefic. diſc* 37. *numer.* 10. ibi = *oportet de eo facere SPECIALEM MENTIONEM* = Addend. ad Greg. *deciſ.* 441. *num.* 9. Toudut. *quæſt. Benefic. part.* 2. *cap.* 1. §. 11. *num.* 41.

In conſpectu adeo claſſicæ, & notoriæ nullitatis, quæ reſultabat *ex facto Hominis, & Legis* quandam iracundiam lugenti mihi provocabat Reſponſio, quod verbum *Forſan* dubitativum, reſolveretur in affirmativum. Etenim ſub diſtinctione dicebam, quod aut agitur de aſſertionibus alicujus rei mere voluntariis Supplicantium, ut contingit in diſpenſationibus, in quibus Supplicantes petunt diſpenſari, aſſerendo crimen, ſeu defectum 20
per verbum = *Forſan* = de quo caſu loquitur Rebuff. *in forma Mandati Apoſtolici fol.* 715. & in Gratia = *perinde valere* = ubi aſſeritur nullitas, & ſubreptio per verbum = *Forſan* = & in Gratia pro Præſentato, ubi narratur poſſeſſio cum Clauſula, *Poſſeſſione forſitan adepta* = juxta terminos Rot. *in Melphiten. Beneficii* 5. *Decembris* 1712. § *Cum autem* coram bon. mem. Lancena, vel in expreſſione facta per Legem, de qua loquitur Fagnan. *in capit. Niſi cum pridem numer.* 16. *de renunciat.* ubi allegat notiſſimum Carmen = *Sub dubio forſan reſpondent ſæpe Periti* = in quibus terminis loquebatur Gloſ. *in cap. ſuper Litter. de Reſcript. & in cap. Tuæ Fraternitatis de Procurator. & in cap.* 2. *ut lit. non conteſt.* ubi ſermo habetur de expreſſione, & narrativa Papæ in ſuis Litteris, ſeu Conſtitutionibus, ea ratione, quod Papa, & Princeps in eorum Legibus, & Reſcriptis reſpondent de jure; & quando hæc dictio ponitur ſuper jure non inducit dubitationem, ut bene diſtinguit Barboſ. *dict.* 127. *num.* 5. cum talis dictio ſit temperamentum Philoſophicum, Gloſſa *in leg. Si duo verbum Fortaſſe ff. de recept. Arbitr.*

Aut vero agitur de aſſertionibus Perſonarum ſupplicantium *pro certa forma* tanquam neceſſariis, & requiſitis per Legem, ſeu Diſpoſitionem 21
Sacri Concilii Tridentini, ut in ſubjecto caſu, ubi Concilium pro forma decrevit nullam valere Reſignationem, niſi facta mentione Beneficii, ad cujus Titulum Reſignans eſt ordinatus; & in his terminis exclamabam, quod nulla reperiri poterat, vel adduci auctoritas, quæ dixiſſet

formam

Digitized by Google

formam Concilii, ſeu Legis adimpleri poſſe per verbum dubitativum, & expreſſionem dubitativam *Forſan*, quod eſſet valde abſurdiſſimum, ut dubitatio faceret figuram Affirmationis, & quod, quidquid certo eſt affirmandum *pro forma Legis* poſſet non certo, ſed incerto exprimi per dubitationem, ut in ſpecie Gonzales *ad regul. 8. Cancellaria gloſs.* 32. *numero decimo & undecimo* ubi *Regula 8. Cancellaria* præſcribente pro forma expreſſionem Menſis, in quo vacavit Beneficium, firmat non eſſe ſatisfactum huic formæ per aſſertionem cum verbo *Forſan*, vel *Fortaſſe* ibi — *inferetur non eſſe ſatisfactum Regulæ noſtræ, nec ſufficeret, ſi narrativa Menſis fieret dubitative, veluti ſi diceretur, quod forſan vacavit in tali Menſe: Nam quando dictio FORSAN, vel FORTASSE apponitur, nil affirmatur, & ideo non eſt neceſſaria verificatio ejus, quod per tales dictiones aſſeritur* — & totidem verbis proſequitur Corrad. *in prax. Benef. lib. 3. cap. 6. numero* 47. Cokirr. *ad regul. 8. Cancell. gloſs.* 13. *numero 3. & 4.* Gatz. *de Benef. part. 5. cap. 1. numero* 656. Barb. *diction.* 136. *num.* 1.

Et quod regulariter dictio hæc *Forſan* ſit nota dubitationis, & quod ſolum aliquando inflectatur in veritatem, docet Gloſ. *marginalis in allegata leg. Si duo ff. de Recept. arbitr.* ibi — *Nota quod verbum illud* forſitan, *vel* fortaſſe *eſt Temperamentum Philoſophicum, ET PROPRIE DESIGNAT DU-*
22 *BIETATEM, aliquando tamen eſt expreſſivum veritatis* — optime reprobatis contrariis Barboſa *diction.* 126. *num. 1. & ſeqq.* ibi — *Quando hujuſmodi dictiones apponuntur, nihil affirmatur, & ideo non eſt neceſſaria verificatio ejus, quod per tales dictiones aſſeritur &c. ALIQUANDO ſunt notæ aſſertionis, juxta tradita per* Rebuffum *&c. REGULA EST, quod hujuſmodi Dictiones IN FACTO importans dubitatem FACTI, non dubitatem Juris &c. & ſignanter, quod dictio* forſitan, *ſit nota dubitationis deprehenditur ex leg. Gallus §. Forſitan. ff. de liber. &* Poſthum. *in leg. 1. §. Si quis neſciat ff. de Jur. & fact. ignor. & in leg. Julia 2. ff. de ritu Nuptiar.* — Rot. *deciſ.* 533. *numer. 3. part. 4. tom. 1. recent.* ibi — *utitur hoc verbo,* forſitan, *quod eſt dubitativum* — idem Barboſa *diction.* 127. *numer.* 1. ibi — *Regulariter hæc dictio eſt nota dubitationis, QUANDO FACTUM RESPICIT &c. & ideo narrata per dictionem* forte *non ſunt neceſſario verificanda &c. Unde qui loquitur per dictionem* forte *nihil concludit, & ex tali modo loquendi non reſultat confeſſio* — Rebuffus *in leg. Oſtentum in verb. Forte, de verbor. ſignificat.* ubi dicit, quod reſpectu Papæ, non autem Partis hæc verba aſſertionem important, Gonzal. *ad reg. 9. Cancell. gloſ.* 32. *num. 10. & 11.*

Ergo expreſſio facta per verbum *Forſan* in materia Facti, an ageretur de Beneficio, ad cujus Titulum Reſignans erat ordinatus, fuit ſemper dubitativa, & nunquam Papa ex illa certitudinaliter habere potuit notitiam, quod eſſet Beneficium illius naturæ, quæ ſub verbo dubitativo expreſſa fuit; Et patet ex ratione, quia Doctores advertunt, & firmant, quod expreſſio facta per verbum hoc dubitativum nullam requirit verifica-
23 tionem in Litteris Apoſtolicis, ut ait Gunzal. *ad regul. 8. Cancellaria gloſs. 32. numer. 10. & 11.* Roſ. *de Execut. Litterar. par. 1. cap. 7. num.* 175. Rot. *deciſ.* 119 *numer. 4. part. 11. recent.* Cæſar. de Graſs. *deciſ. 2. numer. 8. de probation.* Si igitur expreſſio facta per verbum hoc *Forſan* non eſt verificanda in Litteris Apoſtolicis, quomodo ſtare poteſt cum illa forma inducta per Concilium Tridentinum, quod ea tali expreſſione voluit in Litteris Apoſtolicis apponendam eſſe obligationem, ſeu conditionem verificandi Coram Executore in forma Commiſſaria, quod Reſignans habeat *unde aliunde vivere poſſit*, ſub pœna nullitatis Reſignationis aliter ſecutæ.

Et ad quid dubitare, quod per hujuſmodi dictionem *Forſan* non fuerit ſatisfactum formæ Conciliari, nec Papa intellexerit pro affirmativa hanc expreſſionem dubitativam, quando habemus ipſum factum, & mentem Papæ, qui dedit Litteras in forma Gratioſa, concedi ſolitas in eo ſolum caſu, quo Reſignans non eſt ordinatus ad Titulum Beneficii Reſignati cum diverſa clauſula — *Tibi aſſerenti habere aliunde vivere* — quæ non requirit juſtificationem, quando tamen ſi expreſſio dubitativa dediſſet Papæ ſcientiam certam de Beneficio, ad cujus titulum Reſignans fuiſſet ordinatus, ſolum conceſſiſſet Litteras in forma Commiſſaria juxta Decretum Concilii, & juxta inconcuſſum ſtylum Datariæ, quod ſolum reflectere ſatis eſt, ut cognoſcatur, quomodo Papa intellexerit aſſertionem dubitativam, nempe concedendo in una forma, quidquid concedere debebat in alia diverſa, juxta ſtylum, qui ſecundum omnes declarat voluntatem, & intentionem Papæ, ut notat Cardinal. de Luca *de Benefic. diſc.* 24
51. *numero 17. & de penſion. diſc. 12. numero 7. & de regal. diſc. 49. numero 11. & de feud. diſc. 39. numero* 10. Rot. coram Mantic. *deciſion.* 214. *numero* 4. coram Card. Capiara *deciſ.* 688. *numer.* 22.

Et ita rigoroſa eſt expreſſio qualitatis hujuſmodi Beneficii juxta formam Concilii, ut non ſolum aſſertio dubitativa non ſufficiat, ſed nec etiam expreſſio facta per æquipollens, ex qua Papa cognoſcere poſſit Reſignantem fuiſſe ordinatum ad Titulum Beneficii reſignati juxta declarationem Sacræ Congregationis Concilii ſuper hoc puncto edi- 25
tam, apud Gatz. *de Benefic. part. 2. capitulo 5. numero 192. & ſeqq.* Gonzal. *ad reg. 8. gloſs. 5. §. 10. numero* 55. Adden. ad Greg. *deciſ.* 441. *numero* 9. Lotter. *de Re Benef. lib. 3. quæſt. 14. numero* 85. Rot. cor. Merlin. *deciſ.* 246. *numero* 13. & cor Burati. *deciſ.* 816. *numero 2. & in recent. dec. 85. numer. 14. 15. part.* 10. Ergo ſilere tandem debebat hoc aſſumptum, quod in materia adeo zelotypa, & prohibita, ne Beneficiati remaneant denudati ſuſtentatione ſua ex Beneficio, ad cujus Titulum fuerunt ordinati, admitti poſſit expreſſio ſub involucro, & per meram dubitationem, quæ nihil affirmat, & nullam verificationem expoſcit.

Fruſtra autem adducebatur auctoritas Corradi *in* 26
prax. benef. libro 1. capitulo 1. numero 43. qui potius contrarium dicebat, ſcilicet requiri pro forma expreſſionem certam & ſolum admitti dictionem *forſan*, ſi tempore reſignationis *ignoretur, an Reſignans fuerit promotus ad Titulum illius Beneficii*, & in hoc ſenſu intelligebatur atteſtatio Officialium Datariæ, quæ in contrarium exhibita fuerat, quod non erat applicabile ad Caſum ubi Procurator ſciebat ex Mandato Procuræ Reſignantem fuiſſe promotum ad Titulum hujus Beneficii.

Magis vana remanebat alia reſponſio, quod Expreſſio dubitativa *forſan* deberet interpretari ex Mandato, quia Litteræ interpretantur ex ſupplicatione, non autem ex Mandato, alias actum eſſet de nullitatibus, quæ paſſim committuntur per Procuratores excedentes formam Mandati, aut illud ad unguem non addimplentes, ſed con- 27
tra, vel præter formam; quando tamen Papa de aliis notitiam habere non dicitur, niſi de expreſſis in ipſa ſupplicatione, non autem Mandato, ut noviſſime deciſum fuit in Sacræ Rotæ Auditorio in *Taden. Canonicatus* 24. *Novembris* 1724. §. *Adhuc animadvertebant* coram R. P. D. Ratto ibi — *ad ſubſtinendam gratiam, & ad inducendam ſcientiam in Summo Pontifice attenditur id, quod fuit expreſſum in ſupplicatione, & præſertim in Summariolo ejuſdem ſupplicationis, quod exhibetur oraculis Pontificis, NON AUTEM ID, QUOD FUIT EXPRESSUM IN MANDATO PROCURÆ deſerviente ad præſtationem conſenſus poſt jam conceſſam Gratiam* — Imo retorquebatur hæc circumſtan-

igitur coram Eminentiſſimo Falconeio, & bene Gratian. *diſcept.* 924. *numero* 20. ibi = *fuit cauſa finalis ipſius donationis propter illam dictionem, UT, per quam proprie oſtenditur cauſa, & ratio finalis.*

Dicebatur in contrarium, quod in Reſignationibus Papa non attenderet voluntatem Reſignantis, quod ſane erat contra communem opinionem Doctorum in Reſignationibus in favorem, ubi Papa procedit adhæſive ad voluntatem Reſignantis, nec citra, nec ultra intendit, exceptis tantum conditio-
37 nibus illicitis, ita & taliter, quod fiant ſæpe ſæpius correctiones Supplicationum ad formam Mandati, ut apud Amayden. de *Styl. Datar. libr. primo capit.* 32. *numero* 48. Mandoſ. *ad regul. de non Judicand. juxta ſupplicat. quæſt.* 24. *numero ſexto*, alias ſequeretur, quod Papa non conferret Perſonis deſignatis per Reſignantem, non reſervaret Penſionem, nec admitteret pacta per reſignantem beneviſa, quod eſt omnino novum, cum Papa ſemper admittat Reſignationes ad Vota Reſignantium, dummodo ſint licita, ut inquit Pariſ. *de reſignat. libr. primo, quæſtion. decima octava, numero nono* ibi = *quamvis ſit mera gratia recipere reſignationes &c. tamen videmus Papam illas de ſtylo admittere AD VOTA RESIGNANTIUM* = Caſſodor. *deciſion.* 31. *numero nono in fin. ſuper regul.* ibi = *licet a voluntate Superioris pendeat admittere, vel non, reſignationes &c. tamen ut plurimum admittuntur, & providetur AD VOTA RESIGNANTIUM* = & punctualiſſime Amaydenſis *de Stylo Datariæ libr. primo capit.* 42. *numer.* 85. *cum duobus ſequentibus*, quem ſequitur Roſ. *de Execution. Litterarum part. prima, capit. decimo quinto, numer.* 24. Tondut. *quæſtion. Benefic. part.* 2. *capit.* 15. *numer.* 29. Rota coram Otthobon. *dec.* 11. *num. decimo quinto.*

Quæ Auctoritas firmant adeo rigoroſe ſervandum eſſe omne id, quod continetur in Mandato Reſignantis, ut etiamſi aliquod cancellatum,
38 & admiſſum non fuiſſet in ſupplicatione per Papam, adhuc nulla remaneret Reſignatio, idemque procedat in omiſſione ejus, quod legitur in mandato, quæ facta fuiſſet in ſupplicatione, aut Litteris, ut apud Roſ. *ubi ſupra numer.* 24. Amadyden. *de Styl. Datar. libro primo, capitul.* 32. *num.* 85. *& ſeq.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſtion.* 17. *numer.* 133. *&* 134. ibi = *Et in ſumma mandati fines ſunt per Procuratorem datum ad reſignandum cuſtodiendi diligenter &c. & ſtricte ac ſtrictiſſime mandatum eſt interpretandum &c. & per conſequens, ubi mandatum non obſervatur RENUNCIATIO EST NULLA, UT EST COMMUNIS OPINIO OMNIUM DOCTORUM, quod procedit etiamſi Summus Pontifex geſta Procuratoris admitteret; nam nihilominus ſi mandatum non fuit obſervatum, invalida eſt renunciatio &c. namque CONCESSIO GRATIÆ VIDETUR HABERE TACITAM CONDITIONEM, SI MANDATUM OBSERVETUR* = Tondut. *dicto capitul. quinto, numero vigeſimo nono*, Roſ. *ubi ſupra numero decimo quarto*, Rot. coram Otthobon. *deciſ.* 11. *num.* 15.

Reſolutiones S. Congregationis Concilii in Lancianen. 9. Februarii 1726.

ARchiepiſcopus Lancianen. per ſuas Litteras, tam Eminentiſſimo Præfecto, quam mihi Secretario conſcriptas, expoſuit, ſe quærere oraculum hujus Sacr. Congregat. ſuper nonnullis dubiis, quæ ipſi occurrunt occaſione executionis Litterarum Apoſtolicarum ſuper reſignationibus Beneficiorum, ad quorum titulum Renunciantes fuerunt ordinati.

Dubia autem ab eodem Archiepiſcopo propoſita conſiſtunt in ſequentibus punctis; an Ordinatus ad titulum Beneficii teneatur in illius reſignatione individualiter exprimere, ſe fuiſſe ad titulum ejuſdem ordinatum; an dicta individua ex-

preſſio, quatenus requiratur, ſuppleatur per aſſertionem *forſan Ordinatus*; an conſtare debeat probationes concludentes Reſignantem habere unde commode vivere poſſit; an hæc probatio cenſeatur adimpleta per ſolam confeſſionem Reſignantis; & an Reſignans teneatur poſt ſecutam reſignationem aliud Beneficium poſſeſſum, vel alia bona ſubrogare.

Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſion.* 21. *cap.* 2. *de reformat.* loquens de Beneficio, ad cujus titulum aliquis eſt ordinatus, hæc habet: *Id vero Beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum ſit promotus: neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quod aliunde vivere commode poſſit, & aliter facta reſignatio nulla ſit*, & Sanct. Pius V. in ſua *Conſtitutione* 58. *Bull. tom. ſecundo*, in qua enumeravit reſignationes, quæ admitti poſſunt per Epiſcopos, & alios Collatores, §. 3. inquit: *Sed nec horum ullus Sacro Ordini mancipatus, niſi Religionem ingreſſurus, valeat ullo modo Beneficium, vel Officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commode ſuſtentari.*

In eo, quod attinet ad Textum Concilii Tridentini, quærunt Doctores, an individua expreſſio, quod Reſignans fuerit ad ejus titulum ordinatus, ſit neceſſaria, vel ſufficiat expreſſio per æquipollens, & communior, & vera opinio eſſe vi- 39
detur, quod individua expreſſio ſit neceſſaria, Garzias *de benefic. ſecunda part. capit. quinto, numero* 192. Gonzales *ad regul.* 8. *Cancellariæ Gloſſ.* 5. §. 10. *numer.* 35. Adden. ad Ludoviſ. *deciſion.* 441. *numer.* 9. Barboſa *ad cap.* 2. *ſeſſion.* 21. *de reformat. num.* 23.

Et quod caput eſt, Sacra hæc Congregatio alias reſpondit, individuam mentionem eſſe neceſſariam, & non ſufficere per æquipollens, & huic ſententiæ in obſequium hujus Sacræ Congregationis etiam adhæſit Rota *deciſion.* 146. *numer.* 12. *&* 13. cor. Millino, *& dec.* 85. *n.* 15. *& ſeqq. part.* 10. *recentior.*

Et in eo, quod ſpectat ad Bullam Sanct. Pii V. licet eadem loquatur de reſignationibus factis coram Ordinario, dicunt Doctores, quod extenditur etiam ad eas, quæ fiunt in Curia, Pariſ. *de* 40
reſignat. libro quinto, quæſt. ultima, numer. 176. Riccius *reſolut. part. prima, reſolut.* 282. *in fin.* Barboſ. *ad capit.* 2. *ſeſſion.* 21. *de reformat. num.* 24. excitataque controverſia, an pro validitate reſignationis Beneficii, ad cujus titulum aliquis fuit ordinatus, poſt Bullam Pianam ſufficiat clauſula, *dummodo aliunde vivere poſſit*, itaut non ſit amplius neceſſaria expreſſio, quod ad ejus titulum reſignans fuerit ordinatus, licet Spada *conſil.* 82. *numer.* 2. *&* 3. *tom. ſecundo*, ſenſerit ſupradictam clauſulam ſolam ſatis eſſe, Communis tamen opinio videtur eſſe contraria, juxta late firmata apud Roſam *de execut. litter. Apoſt. cap. decimo quarto, num. quarto, & ſeqq.* itaut pro regula habeatur duo eſſe in hiſce reſignationibus exprimenda, hoc eſt quod Reſignans fuerit ad titulum Beneficii ordinatus, & quod habeat aliunde, quo vivere poſſit, Gratian. *diſceptat.* 991. Ricc. *part.* 1. *reſolut.* 282. *ſive* 283. *num.* 1. *&* 2. Tondut. *quæſt. benefic. part.* 2. *cap.* 1. §. 11. *num.* 41. *&* 42. de Marinis *reſolut. juris libro primo, cap.* 37. *num.* 1.

Suppoſito, quod Reſignans debeat exprimere à ſe habere, quo aliunde commode vivere poſſit, clara videtur littera Concilii Tridentini in ordine ad neceſſitatem probationis concludentis ſuper prædicta circumſtantia; Concilium etenim vult, quod conſtet, ibi = *niſi conſtet, quod aliunde commode vivere poſſit*; & non poteſt dici conſtare de aliqua re, ſi eadem non ſit probata per concludentes probationes, idque operatur, ut confeſſio ipſius Reſignantis, etiam jurata, non ſufficiat, ut in his præciſis terminis firmavit Rota *deciſion.* 348. *numero ſeptimo & ſeqq. part. decima nona recent.*

Ultima remanet punctus circa ſubrogatio-

tionem alterius Beneficii, vel aliorum bonorum loco Beneficii reſignati, nec hujus puncti ſenſus diſputabilis alius eſſe poſſe videtur, quam
42 hic, qui ſequitur, an ſcilicet declaratoria requiratur ſuper ſubrogatione, ad hoc, ut ſuper Beneficio de novo obtento, vel ſuper bonis, quibus Reſignans impoſterum vivere debet, impoſitum cenſeatur onus, quod erat ſuper primo Beneficio, quod ex diſpoſitione Concilii Tridentini reſignari non poterat, niſi facta mentione Ordinationis ad ejus titulum receptæ, & commoditatis aliunde vivendi, uti ſupra dictum eſt, ad evitandas etiam fraudes, quæ ſine prædicta cautela contingere poſſunt.

Sacrum Concilium Tridentinum de memorata cautela non loquitur, nec de eadem pariter loquitur, quando paulo poſt decernit, non poſſe Ordinatum ad titulum Patrimonii, vel Penſionis renunciaſe, vel extinguere ſine licentia Epiſcopi, & niſi Beneficium adeptus ſit, vel alia bona quibus commode vivere poſſit, ibi, *atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſit, donec Beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere poſſint.*

In terminis hujus poſtremi caſus, cum ſæpe Parentes Patrimonia filiis conſtituant cum clauſula donec, & quouſque fuerint de aliquo Beneficio Eccleſiaſtico proviſi, vel aliunde habeant, quo commode vivere poſſint, diſputatum fuit in hac Sacra Congregatione die 12. Julii 1687. ſequens dubium: *An bonis ad commodam ſuſtentationem poſita quæſitis vel beneficio ſufficienti adepto, ſtatim Patrimonium evaneſcat, vel potius requiratur expreſſa ſubrogatio bonorum, ſeu beneficii affecti ab Epiſcopo facienda loco Patrimonii, qua ſubrogatione expreſſe non facta, Patrimonium adhuc vigeat, nec expiret, prædicta clauſula non obſtante,* & huic dubio reſponſum fuit, quod *darentur decreta.* & inter decreta adeſt unum editum *in Cauſa Tarracin.* 20. *Julii* 1619. *libr.* 17. *decret. pag.* 17. in quo Sacra Congregatio cenſuit, *Patrimonium, ad cujus titulum aliquis eſt promotus, poſſe utique de licentia Epiſcopi permutari cum aliis bonis liberis non minoris redditus, aut valoris, ſed debere Epiſcopum declarare bona ex permutatione acquiſita eſſe ſubrogata in locum prioris Patrimonii, itant deinceps alienari nequeant, niſi ſervata forma a Concilio præſcripta,* quod ipſum confirmatum fuit aliis Decretis tum aliarum, tum hujus Sacr. Congregat. uti habetur apud Monacel. *in formul. legal. tom.* 1. *pag.* 70. *num. ſecundo, & tom.* 2. *pag.* 72. *numer.* 18. *& tom.* 4. *pag.* 80. *numer.* 440. & apud Choel. *ad Bull. Bon. Regim. cap.* 35. *numer.* 54. *& ſeqq.*

Subrogatio facienda per Epiſcopi declaratoriam, de qua in his decretis, procedit in caſu alienationis Patrimonii: ſed an eadem ſit extendenda ad caſum reſignationis Beneficii, ſtatuendum videtur ab hac Sacr. Congregat. quæ eſt privativa interpres Sacr. Concil. Trident. in punctis pertinentibus ad diſciplinam.

Adeoque dignabuntur EE. VV. reſolvere.

I. *An Ordinatus ad titulum Beneficii teneatur in illius reſignatione individualiter exprimere ſe fuiſſe ad ejus titulum ordinatum.*

II. *An hac individua expreſſio ſuppleatur per aſſertivam, forſan Ordinatus.*

III. *An conſtare debeat per probationes concludentes Reſignantem habere quo commode vivere poſſit.*

IV. *An hæc probatio cenſeatur adimpleta per ſolam confeſſionem juratam Reſignantis.*

V. *An Reſignans teneatur aliud Beneficium habitum, vel alia bona ſubrogare Beneficio reſignato.*

VI. *An hæc ſubrogatio facienda ſit per Epiſcopi declarationem in caſu &c.*

Die 9. Februarii 1726. Sac. Congregatio Eminentiſſ. S. R. E. Cardinalium Concil. Trident. Interpretum reſpondit. Ad primum = *affirmative* = Ad ſecundum = *negative* = Et ad mentem, & mens eſt, quod hujuſmodi reſolutio locum habeat in futuris reſignationibus. Ad tertium = *affirmative* = reſpondit. Ad quartum = *negative* = Ad quintum, & ſextum = *affirmative.* 43

MAJORICEN. SUCCESSIONIS.

ARGUMENTUM.

Si quis in hæreditate inſtituerit, ſeu vocaverit Animam ſuam, & pro ea Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, an ſucceſſio debeatur Epiſcopo, vel Eccleſiæ Parochiali, vel Eccleſiæ Sepulchrali, ſeu Tumulanti.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſpecies.*
2 *Si quis inſtituat hæredem Animam ſuam, intelligitur vocata Eccleſia.*
3 *Quæ Eccleſia intelligatur, an Parochialis, vel Tumulans.*
4 *Hæredes inſtituto Domino Noſtro Jeſu Chriſto, cenſetur vocata Eccleſia Parochialis.*
5 *Id non procedit, quando Teſtator inſtituit Animam ſuam.*
6 *Quia intelligitur vocata Eccleſia Tumulans.*
7 *Hæc cenſetur vocata in locum Parochialis.*
8 *Congruum eſt, ut in Eccleſia, ubi adeſt incommodum Sepulturæ, maneat commodum ſucceſſionis bonorum.*
9 *Teſtator poſt mortem dicitur Domiciliarius, & perpetuus Parochianus Eccleſiæ Tumulantis.*
10 *Electio Domicilii in morte prævalet Domicilio in vita.*
11 *Miſſæ ſunt dicendæ in Eccleſia Tumulanti.*
12 *Affectio præſumitur potius ad Eccleſiam ubi adeſt Sepulchrum Majorum comparative ad Parochialem.*
13 *Quale intelligatur Sepulchrum Majorum.*
14 *Defunctus, qui habitu Religioſo ſe juſſit humari in Eccleſia Religioſorum, cenſetur illi ſuam hæreditatem applicari voluiſſe.*
15 *Legata relicta Eccleſiæ demonſtrant affectionem Legantis.*
16 *Voluntas Teſtatoris declaratur ex conſuetudine Regionis.*
17 *Tempore legum Juſtiniani Imperatoris nondum aderant diſpoſitiones Canonicæ* in cap. 1. & cap. Cum liberum de Sepult.
18 *Eccleſiæ Parochiales hodie minus diliguntur, quam aliæ.*
19 *Ratio Domicilii in loco, eſt ratio affectionis,* & num. 24.
20 *Ad judicandum cui Eccleſiæ Teſtator in dubio reliquerit, attenditur major affectio.*
21 *Eccleſia Parochialis, in quibus habeat recompenſam ratione adminiſtrationis Sacramentorum quoad Defunctum.*
22 *Cui debeatur relictum Teſtatoris, qui duas habebat Eccleſias Parochiales.*
23 *Ultimæ voluntates interpretantur ex affectione Teſtatoris.*
25 *Si Teſtator mandet aliquid faciendum in Foro, intelligitur de Foro ſui Domicilii ob affectionem.*
26 *Legatum pro Pauperibus intelligitur de Pauperibus Loci Domicilii Teſtatoris.*
27 *Conjecturæ validiores certificant, de qua Eccleſia ſenſerit Teſtator.*

28 *Epi-*

28 *Epiſcopus non conſequitur hæreditatem ad pias cauſas, niſi quando illa certa Eccleſia non eſt relicta.*
29 *Expreſſum dicitur etiam ex conjecturis.*
30 *Epiſcopus non poteſt facere lucrum in diſtribuendis relictis ad pias cauſas.*
31 *Nihil magis proficuum eſt Animæ, quam ſuffragium Miſſarum.*
32 *Miſſæ ſunt dicendæ in Eccleſia potius Tumulanti, quam alia*, vide n.34.
33 *Eccleſia Parochialis hodie minus frequentatur per Chriſtifideles.*
35 *Hæreditas ad pias cauſas debetur Epiſcopo ad diſtribuendum.*
36 *Inſtitutio Animæ ſuæ, & Chriſti Domini in hæreditate, quem faciat hæredem.*
37 *Relictum Eccleſiæ cenſetur relictum pro Anima.*
38 *Eccleſiæ Parochiali non debetur hæreditas relicta Animæ, ſed Epiſcopo*, & num.43. 44. & ſeqq.
39 *Oblationes ſpectant ad Parochum, privative ad Epiſcopum.*
40 *Verba indeterminata comprehendunt omnem caſum.*
41 *Hæreditas relicta Animæ debetur Epiſcopo, ut diſtribuat in Operibus Piis, habita ratione Eccleſiæ Parochialis, ac Tumulantis.*
42 *Ordinarii judicio conſiduat Sacri Canones.*

DISCEPTATIO CXLVIII.

Hieronymus Barcellò in Teſtamento condito de anno 1656. prætерita Eccleſia Parochiali, mandavit ejus Cadaver tumulari in Eccleſia Conventus Sancti Dominici Majoticarum in Sepulchro
1 apud Capellam Sanctiſſimæ Virginis de Roſario,
ubi ſepultus erat ejus Avunculus, cjuſque prima Uxor, & inſtituto hærede univerſali filio primæ Uxoris, & deinde ejus Deſcendentia maſculina, & fœminina, hac deficiente, hæredem relinquit Animam ſuam his verbis = *Tali caſu voce in omni mea hæreditate, & ſucceſſione Bonorum meorum ANIMAM MEAM, & pro ea DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, facta inferius declaratione, quod hoc caſu ex hæreditate fiant Opera pia.*

Purificata ſubſtitutione in favorem Animæ Teſtatoris, inſurrexerunt in Curia Epiſcopali Majoricen. tres Competitores, qui ſe vocatos eſſe prætendebant ad hæreditatem, nempe ipſe Epiſcopus Majoricen. ſeu Proviſor Operum piorum, Eccleſia Parochialis, & demum Eccleſia Tumulans, ſeu Sepulchralis Sancti Dominici; In Curia autem Majoricen. prodiit Sententia favore Epiſcopi; In gradu appellationis in Curia Romana A. C. pronunciavit favore Eccleſiæ Parochialis; Delata autem Cauſa ad Sacram Rotam, reſolutum fuit = *Danda eſſe immiſſionem Proviſori Cauſarum piarum juxta modum*, & modus fuit, quod immiſſio eſſet concedenda ad effectum quidem faciendi Opera Pia per Teſtatorem demandata, cum hoc tamen, quod Proviſor in diſtributione Bonorum rationem haberet de utraque Eccleſia, tam Parochiali, quam Sepulchrali, non tamen relicta arbitrio Epiſcopi hac diſtributione, ſed Sacræ Rotæ, cujus judicio fuit reſervata circa quotam unicuique Eccleſiæ diſtribuendam, necnon circa declarationem Operum Piorum, in quibus Bona hæreditaria eſſent applicanda pro ſuffragio Animæ Teſtatoris, *ut ex Deciſ. edita 16. Junii* 1710. coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano, confirmata 23. *Februar.* 1711. coram eodem; ubi ulterius Rota declaravit, quod ſibi reſervaverat declarationem quotæ hæreditatis utrique Eccleſiæ diſtribuendæ: ſed circa reſiduum ipſius hæreditatis non reſtringebat Ordinarias facultates Epiſcopi in eligendis Operibus Piis ſibi beneviſis: ſed ſolum, quod Epiſcopus tranſmitteret Sacræ Rotæ Relationem, ſeu Informationem de Operibus Piis, quas ipſe eligere voluiſſet, ut deinde ſuperaccedente approbatione Sacræ Rotæ, nulli amplius pateret locus reclamandi contra factum, & judicium Ordinarii, & præviis duabus Deciſionibus expedita fuit Sententia Rotalis, deinde confirmata in gradu appellationis, prævia Deciſione 15. *Apr.* 1712. coram clar. mem. Card. Scotto, & ſic cauſa terminavit.

Ego aſſumptus ad defenſam Eccleſiæ Tumulantis, dum Cauſa erat in Curia coram A. C. in primo Congreſſu deſuper habito cum aliis Advocatis ſuper directione Cauſæ, ejus exitum prævidi, & uſque tunc in linea juſtitiæ dixi, ſucceſſionem ſpectare ad Epiſcopum ad effectum diſtribuendi Bona hæreditaria in Operibus Piis, itaut partem Bonorum diſtribuere deberet inter utramque Eccleſiam, partem vero erogandam in aliis Operibus Piis.

Verum in judicio omnes tres Competitores privative ſibi contendebant ſpectare hæreditatem; unde Ego ad excluſionem Eccleſiæ Parochialis, & Epiſcopi ſcribens in Rota ita ſuſtinebam.

Et ſane dicebam, quod cum Teſtator vocaſſet Animam ſuam, & pro ea Dominum Noſtrum Je-
ſum Chriſtum, intelligeretur vocaſſe Eccleſiam, 2
juxta doctrina Bartol. *in leg.* 1. §. *Ad municipium ff. ad legem Falcidiam*; An autem iſta Eccleſia intelligeretur de Parochialis, vel potius Eccleſia Tumulanti, pendebat ea affectione Teſtatoris verificanda ex conjecturis legitimis, & præponderantibus, quæ in caſu iſto conſpirare videbantur pro Eccleſia
Tumulante ad excluſionem Parochialis, juxta ſpe- 3
cialem auctoritatem Marant. *reſponſ.*4. *num.*89. 91. & 98. *lib.*1. non obſtante, quod ea Parochialis allegaretur aſſiſtentia juris *in leg. Quoniam Codic. de Sacroſanct. Eccleſ. & §. Si quis in nomine Auth. de Eccleſiaſt. tit. ult.* ubi, hærede inſtituto Domi-
no Noſtro Jeſu Chriſto, decernitur vocatam intel- 4
ligi Eccleſiam ejus loci, in quo Teſtator Domicilium habuit, in quo Eccleſia Parochialis totam fundabat intentionem.

Etenim advertebam, quod Teſtator non inſtituit hæredem principaliter Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, in quibus terminis loquuntur Tex-
tus *proxime adducti*: ſed vocavit Animam ſuam, 5
juxta caſum, de quo loquitur, Maranta *reſponſ.* 4. *per tot. libr.* 1. unde propterea licet poſt vocatam Animam ſuam adjecerit, *& pro ea Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum*, attamen dicebam, quod ſemper principaliter reſpexerat Animam ſuam in adjutorio, & miſericordia Domini Dei Noſtri, mediante diſtributione hæreditatis in Opera Pia, ut ipſe Teſtator expreſſerat, ut infra *numer.* 32. 37. & 46. & conſequenter vocata intelligebatur illa Eccleſia, quæ magis proficua eſt Animæ, & magis correlativa eſt ad Animam, qualis ſine dubio eſt Eccleſia, ubi Corpus Teſtator requieſcit, propter mutuam correlationem Corporis, & Animæ, & propter rationem illam,
quod Eccleſia, ubi electa fuit Sepultura, dicitur 6
magis prædilecta ſupra omnes alias Eccleſias, Marant. *dict. reſponſ.* 4. *num.* 102. & 103. ibi = *Ad quod affectum, & devotionem habuiſſe Teſtatricem non leve argumentum præſtat electio Sepulturæ per eam inibi facta* = Ventrigl. *in prax. parte ſecunda, annotat.* 28. §.1. *num.*34. *verſ. Conjectura*, Menoch. *de præſumption. lib.*4. *præſumption.*114. *numero octavo verſ. Et prima*, Tiraquell. *de Privileg. Piæ Cauſæ quæſt. decima ſeptima, in princ. numero decimo ſexto verſ. Vel ſi in altera*, Mantic. *de conject. lib.*8. *tit.*6. *num.*6. *verſ. Sed advertendum in fine*, Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.*15. *num.* 7. *verſ. Vel ubi*, Paſqualig. *de Sacrific. Miſſ. quæſt.* 1010. *numero tertio*, Rota coram Seraph. *dec.*1149. *num.* 11. Merlin. *dec.* 456. *n.* 40.

Hinc propterea concurrere non poterat ad ſucceſſionem Eccleſia Parochialis ad formam memoratarum Legum, dum iſtæ procedunt cum ſuppoſito, quod in eadem Parochiali Teſtator elegerit Sepul-

Digitized by Google

Sepulturam; prout antiquitus omnes Chriſtiani ibi ſepeliebantur; ſecus autem quando, ut in caſu iſto, Teſtator prætetita Parochiali elegit Sepulturam in Eccleſia Sancti Dominici, tunc enim tota affectio dicitur tranſlata ad Eccleſiam Tumu-
7 lantem, quæ ſola dicitur prædilecta, & vocata, & ſubrugata in locum Parochialis, ut tradunt Bordon. *de legat. cap.1. numer.101. in fine*, ibi *Videtur legaſſe Parochiali ſi ibi habet Sepulturam, aliter alteri ubi habet Sepulturam, ad quam præſumitur habere majorem affectionem* = Amoſtaz. *de Cauſ. Piis lib.1. cap.11. nu.22. in fine*, ibi = *Eccleſia Parochiali illius debebitur legatum, niſi alibi ſepeliatur, nam ibi debebitur legatum* = Ventrigl. *in prax. part.2. annot.28. §.1. n.36.* ibi = *Debetur Eccleſiæ Parochiali, in qua erat tempore mortis, niſi alibi elegerit ſepelliri* = Mantic. *de conjectur. lib.8. tit.6. ſub n.6. circa fin.* Paſqual. *de Sacriſic. Miſſ. q.1000. n.3.*

Plures autem rationes adducebam ad ſuadendum vocatam cenſeri ſolam Eccleſiam Tumulantem, & ſignanter, quia ſicut Eccleſia Tumulans habet incommodum, & onus humationis, ita etiam ibi
8 congruum eſt emolumentum Bonorum collocari, ut advertit Mantic. *de conject. lib.8. tit.6. ſub numer.6.* ibi = *Item ſi in altera Teſtator juſſit ſe ſepeliri, tunc ei relictum debet intelligi, ut ubi ſit onus ibi etiam lucrum collocetur; nam & abſurdum videtur alium habere commodum, & alium onus ſuſtinere*, & paulo infra ibi = *Accedit etiam probabilis conjectura, quam æquitas ſuggerit, ut illi Eccleſiæ, quæ ſuſtinet onus Sepulturæ Teſtator legare voluerit gratia remunerationis* = Marant. *dict. reſponſ. quarta, numer.101.* ubi præciſe loquendo de eo, qui Animam ſuam ſcripſerat hæredem, ſic ait = *Id ratio ipſa ſuadet, ut ſi ſuſtinet Eccleſia Humationis onus, referat quoque nec incongrue Bonorum emolumentum* = Præſertim quia communis conſuetudo eſt, ut iis Eccleſiis intelligatur relictum, in quibus Teſtatores proprii corporis Sepulturam elegerunt, Mantic. *de conjectur. lib.8. tit.6. num.6. in fin.* ibi = *Quia hæc eſt communis conſuetudo, ut iis Eccleſiis reliquatur, in quibus eligitur Sepultura.*

Sed ulterius, quia *Juſtinianus in legibus ſupra citatis* conſideravit affectionem ex Domicilio Teſtatoris in vita; ergo hæc ratio Domicilii dicitur aſſiſtere illi Eccleſiæ, in qua Teſtator elegit Sepulturam: quia per talem electionem dicitur ibi eligere in mortem Domicilium perpetuum, ibique remanere perpetuus Parochianus, juxta illud Pſalmiſtæ
9 = *Sepulchra eorum, Domus eorum in æternum*, & in individuo Panormitan. *conſil.99. numero quarto, in fine, & numero quinto*, ibi = *Teſtator habuit Domicilium illius loci, præſertim cum ibi ſepultus ſit, cum ibi elegerit quodammodo Domicilium poſt mortem* = Portel. *in dub. Regular. tom.1. part.2. caſ.19. num.1. verſ. Videlicet*, ibi = *Quia locus Sepulturæ EST DOMICILIUM ELECTUM A DEFUNCTO* = Thuſc. *practic. concluſ. litt. P. concluſ.99. num.3.* ibi = *Sepulti in Eccleſia efficiuntur PAROCHIANI PERPETUI ILLIUS* = Barb. *de jure Eccleſ. lib.2. cap.10. n.33.* ubi quod Sepultura inter mortuos comparetur Domicilio inter vivos, Portell. *in dub. Regul. tom.1. part.2. caſ.19. n.1. verſ. Videlicet.*

Prævalet enim ratio Domicilii perpetui electi per Teſtatorem in morte, alteri Domicilio, quod habebat vivens in Parochia; quia ſicut vivens Teſtator transferendo Domicilium de Parochia ad
10 Parochiam, diceretur transferre affectionem, ut inquit Rubeus *de Teſtament. quæſt.69. numer.117.* Paſqualig. *de Sacriſic. Miſſ. quæſt.1007.* ita etiam dicendum eſt, ſi transferat Domicilium poſt mortem in alia Eccleſia, maxime cum illud ſit perpetuum, & irrevocabile, itaut Eccleſia Sepulturæ dicatur Eccleſia Domicilii Teſtatoris, in qua verificatur ratio legum Juſtiniani, ut explicat Panormit *dict. conſ.99. numero quarto, & quinto lib.2.* ibi = Textus *in §. Si quis in nomine Auth. de Eccleſ. tit.* ubi dicitur, quod ſi quis in nomine Dei Magni, & Salvatoris Jeſu Chriſti hæreditatem, ſeu legatum reliquerit, non deſignato ſpecifice cui debeat aſſignari, quod eo caſu hæreditas, vel legatum ſic relictum debeat pervenire ad Eccleſiam illius loci, in quo Teſtator haberet Domicilium in illa Civitate, ubi ſepultus eſt &c. ſed in caſu noſtro Teſtator habuit Domicilium illius loci, præſertim cum ibi ſepultus ſit, cum ibi elegerit quodammodo Domicilium poſt mortem &c. Relictum autem factum Eccleſiæ aliter non ſpecificatæ, & declaratæ, intelligitur factum Eccleſiæ, cujus Parochianus eſt ipſe Teſtator &c. ergo præſumendum eſt Teſtatorem ſenſiſſe de illa Eccleſia, in qua Teſtator eligit Sepulturam, cum ipſius dicatur in futurum Parochianus &c. ex his omnibus præſumitur Teſtator ad illam Eccleſiam habuiſſe majorem affectionem; ergo de illa ſenſiſſe præſumendum eſt.*

Inſuper Teſtator declaraverat vocando *Animam ſuam* intellexiſſe, quod fierent Opera pia; Iſta autem Opera pia volita dicuntur pro Anima hærede inſtituta, ut a pœnis Purgatorii ſublevaretur, ut obſervat Marant. *dict. reſponſ.4. numer.63. & 74.*
Certum eſt autem, quod cum majus ſuffragium A- 11
nimæ in Celebratione Miſſarum conſiſtat, vocata cenſetur Eccleſia Sepulchralis, ubi univerſa Schola Doctorum concordat, Miſſas eſſe dicendas tanquam ibi magis proficuas, juxta Panormit. *dicto conſ.99. numer.4. & 5. lib.2.* Pignatell. *conſult.151. num.5. tom.4. & conſultat.32. num.1. tom.3.* Rot. coram Cavaler. *dec.494. n.3.* & coram Seraphin. *dec.1149. num.11.*

Accedebat circumſtantia, quod in Eccleſia Sancti Dominici habebat Teſtator Sepulchrum Majorum, ſcilicet Avunculi, in quo etiam tumulata fuerat ejus prima Uxor, quod particulariter expreſſit in Teſtamento, ibi = *Eligo Sepulturam Cadaveri meo ſiendam in Eccleſia Sancti Dominici &c. in Sepulchro Nobilis Domini Joannis Mir Avunculi mei, ubi ſepulta eſt Dom. Catherina Morelles Barcello prima Uxor mea*; Unicuique enim no-
tum eſt, quod Eccleſia Sepulchri Majorum in af- 12
fectione Teſtatoris prævalet Eccleſiæ Parochiali, imo ſuccedit loco ipſius Parochialis, quia ſiquis decedat, Sepultura non electa, non in Parochiali, ſed in ſepulchro Majorum tumulandus eſt; ideoque vere Eccleſia prædilecta, & propria Teſtatoris dicitur illa, in qua ejus Majores conquieſcunt, & iſta anteponitur Parochiali, Joann. de Anan. *in capit. Fraternitatem de Sepultur. numer.3.* ibi = *Repetitio corporis &c. competit Eccleſiæ, ubi ſunt ſepulti Majores, & ſic præfertur Eccleſiæ Parochiali*, Antonell. *de regim. Eccleſ. libro primo cap.12. num.1.* ibi = *Majorum enim Sepulchra Parochiali Eccleſiæ præponuntur* = Paſqualig. *de Sacriſic. Miſſ. quæſt. 1000. numero quarto* ibi = *Eccleſia Sepulturæ eſſet præferenda Parochiali, ſiquidem, non obſtante, quod de jure eſſet ſepeliendus in Parochiali, illi antepoſuit Eccleſiam electam* = Sperell. *deciſion. 88. numero quarto* ibi = *Sepulchrum Majorum, quod quidem Parochiæ præfertur.*

Nec dubitari poteſt, quin illud eſſet Sepulchrum Majorum, non ſolum quia ſepulta ibi fuerat prima Uxor Teſtatoris, quæ de jure ſepelienda eſt in Sepulchro Antenatorum Mariti, per Textus *in canon. Unaquæque 13. quæſt.2.* Riccius *in prax. part.4. reſolut.294.* Murga *de ſepultur. tract.octavo diſquiſit. 2. ſect.2. dub.31. num.1. & 2.* Sperell. *deciſion.88. num.16.*

Sed etiam quia in memorato Sepulchro tumulatus fuerat Avunculus, cum appellatione Sepulchri Majorum veniat etiam illud, ubi ſepulti ſunt Attinentes etiam per cognationem, Garzias *de expenſ. cap.6. numero quarto* ibi = *Omnes Agnati, & Cognati in familia eſſe intelliguntur, quantum attinet ad jus Sepulchri familiaris* = Etiamſi Majores ibi ſepulti, non ſint Aſcendentes, ſed ſimpliciter Attinentes, Butr. *in cap. Fraternitatem de Sepult. numer.4.* ibi = *Debet ſepeliri in loco Patrum, & Parentum ſuorum, nota hic Textum apertum, quod*

appel-

*appellatione Parentum aliquando comprehenduntur Aſ-
ſtinentes, & non Aſcendentes.*

Altera circumſtantia, ob quam vocata dicebatur
Eccleſia ſepulchralis, conſiſtebat in eo, quod Te-
ſtator juſſit ejus Cadaver veſtiri habitu S. Domini-
ci, cujus erat Eccleſia ſepulchralis; quod perinde
videbatur, ac ſi Teſtator mori voluiſſet Religioſus
Sancti Dominici, & tanquam ejus Religioſus vo-
14 luiſſet Bona ſua, & hæreditatem deferri, & applica-
ri Monaſterio, per Text. *in Auth. ingreſſi Codic. de
Sacroſanct. Eccleſ.* & in ſpecie Matant. *d. reſponſ. 4.
n.92. 98. & ſeqq. tom. 2.*

Præterea Teſtator multis legatis honoravit Eccle-
ſiam Sancti Dominici, ubi etiam habebat Religio-
ſum ejus Nepotem, legando illi unam Miſſam per-
petuam *de Salve Radix* in qualibet die Veneris,
necnon tres Miſſas de Requiem in die Commemo-
rationis Defunctorum, & quamplura alia legata,
15 quæ leguntur in Teſtamento, ex quibus reſultare
maximum affectionis argumentum, dicunt Pignatell.
conſultat. 151. *num.* 5. *tom.* 4. Balduc. ad Ramon. *dec.* 5.
n. 28. *tom.* 4.

Quibus accedebat conſuetudo Regionis univer-
ſaliter vigens, quod in inſtitutionibus Animæ, &
Domini Noſtri Jeſu Chriſti hæreditas delata fuerit
ad Prælatos, & Superiores Eccleſiarum tumulan-
tium; Indubitati autem juris eſt, quod voluntas Te-
16 ſtatoris ex conſuetudine Regionis declaratur, per
Textus *in leg. Si Servus plurium §. finali digeſtis
de legat.* 1. & in puncto Mantic. *de tacit. libro octa-
vo tit. 6. ſub num. 6. verſ. Et quia hec eſt communis
conſuetudo.*

His omnibus non obſtabant fundamenta, quæ
adducebantur pro Eccleſia Parochiali, non quidem
prætenſa aſſiſtentia juris, ex Textum §. *Si quis in
nomine Authent. de Eccleſ. titul. & in l. Quoniam
Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Etenim ultra reſponſionem
ſuperius deductam *numer.* 5. & *infra numer.* 38. re-
ſpondebam quod præallegati Textus Juſtiniani lo-
quuntur cum ſuppoſito affectionis de jure præſum-
ptæ erga Parochialem, ubi Teſtator Domicilium
habebat, quæ affectio antiquis temporibus Chriſtia-
norum erat indubitata, dum frequentabantur ſolæ
Parochiales tam in audiendo Miſſam, & Concio-
nem, quam in Divinis *cap. Ut Dominicis de Pa-
rochiis*, omneſque ſepeliebantur in Parochialibus,
17 quia nondum ſupervenerat diſpoſitio Textus *in cap.
Cum liberum de Sepultur.* ubi conceſſa fuit Chri-
ſtianis electio Sepulturæ extra Parochialem per Paſ-
chalem Secundum, qui ſedit de anno 1099. ut a-
pud Gonzales *in capit.* 3. *numer.* 3. *de ſepultur.* quæ
electio ſepulturæ fuit jus ſpeciale introductum con-
tra diſpoſitionem juris communis, ut advertunt
Joannes Andr. *in cap.* 1. *de ſepultur. in* 6. *numer.* 5.
Monach. *numer.* 3. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 2. *num.* 12.
de ſepultur. Pignatell. *conſultat.* 205. *num.* 21. *in fine
tom.* 4.

Nec minus tempore Juſtiniani ſupervenerat di-
ſpoſitio Text. *in capit.* 1. *de ſepultur.* ubi Leo III.
qui regnavit de anno 795. diſpoſuit, quod unuſ-
quiſque in Sepulchro Majorum ſuorum jaceret, &
propterea leges Juſtiniani hodiernis temporibus,
ubi reperiuntur Eccleſiæ Tumulantes, & Sepulchra
Majorum, nullatenus applicari valent, niſi quando
agatur de Eccleſia Parochiali ſimul & Tumulanti,
prout ita intelligit Amoſtaz. *de Cauſ. piis lib. primo
cap.* 11. *num.* 22. Matant. *dict. reſponſ.* 4. *num.* 98. &
ſeqq. tom. 1. Bordon. *de legat. cap.* 1. *numer.* 101. *in
fine*, quia nempe erga illam affectio Teſtatoris re-
18 tenta oſtendatur etiam in electione Sepulturæ; nam
alias Eccleſiæ Parochiales hodie minus diliguntur,
quam aliæ, ut ait Paſqualig. *de Sacrif. Miſſ.* q. 1100.
per tot.

Si enim ſcire leges non eſt verba earum tenere,
ſed vim ac poteſtatem *leg. Scire leges ff. de legib.*
utique examinando rationem legum Juſtiniani, de
quibus ſupra, clara patebat eam omnino ceſſare,
quando Teſtator præteriit Parochialem, & elegit
Sepulturam in diverſa Eccleſia; expreſſa ſiquidem
ratio legitur in illis legibus, nempe affectionis pro-
pter *Domicilium* Teſtatoris in loco, ubi aderat Ec-
cleſia, ut ait Ramon. *conſil.* 408. *numer.* 5. & *ſeſto*, 19
Amoſtaz *de Cauſ. piis libro primo, cap.* 11. *num.* 22.
ibi = *Ob affectionem, quam præſumitur habere Ec-
cleſia, ubi Sacramenta recipit, ac denique ſepelitur*
= Ventrigl. *in prax. part.* 2. *tit.* 28. §. 1. *numero deci-
mo tertio*, ibi = *Quia in eodem loco præſumitur Te-
ſtatorem habuiſſe majorem affectionem* = Et probat
ipſemet Textus *Juſtiniani in leg. Quoniam Codic. de
Sacroſanct. Eccleſiis*, ubi in hoc genere relicti ſe re-
fert ad affectionem erga Eccleſiam, ibi = *Siquidem
in aliquo illorum defunctus frequenter verſabatur, ut
majorem erga illum habebat affectionem, illi Templo
videri relictum.*

Eo autem ipſo, quod ſupponimus, Teſtatorem
ſuam præterire Parochialem, & in alia Eccleſia ſibi
Sepulchrum eligere, ceſſat in radice ratio affectio-
nis erga Parochialem, vel ſaltem datur intelligentiam
eſſe minus dilectam, aliam vero magis dilectam;
& ſic ſequimur majorem affectionem Teſtatoris in
judicando cui Eccleſiæ fuerit relictum, Menoch. *de* 20
præſumpt. lib. 4. *præſumpt.* 114. *numero octavo verſ. Et
prima*, Mantic. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 6. *numero ſeſto
verſ. Sed advertendum in fine*, Merlin. *dec.* 456. *nu-
mer.* 40.

Neque attendi poterat illud ſuppoſitum, quod
leges Juſtiniani voluerint judicare relictum favore
Parochialis in recompenſam adminiſtrationis Sacra-
mentorum; hoc enim non ſubſiſtebat in facto; quia
Teſtator omnino præterire voluit Parochialem, &
in recompenſam adminiſtrationis Sacramentorum,
ei reliquit certam ſummam; in jure autem recom-
penſa adminiſtrationi Sacramentorum data reperi- 21
tur Eccleſiæ Parochiali in perceptione emolumen-
torum funeralium, ſi ibi ſepeliatur Defunctus, vel
in quarta funeralia, ubi alibi ſepeliatur, ad Text. *in
cap.* 1. *cap. Relatum*, & *cap. De his de Sepultu-
ris*, Roderic. *in Compendio quæſt. Regul. reſolut.* 18.
n. 1. Riccius *in prax part.* 4. *reſolut.* 300. *n.* 1. Barboſa
de Paroch. cap. 25. *n.* 25.

Quod patet manifeſte ab exemplo legati, ſeu
hæreditatis relictæ per Teſtatorem alicui Eccleſiæ
in genere, quando Teſtator duas habebat Eccleſias
Parochiales, & duo Domicilia; Quærunt enim
Doctores in hoc caſu, cui Eccleſiæ relictum de-
beatur, & ſane, ſi verum foret, quod Teſtator di- 22
ceretur contemplari recompenſam Parochi pro admi-
niſtratione Sacramentorum, dicendum foret relictum
eſſe dividendum pro æquali inter utramque Parochia-
lem, dum utraque laboravit, & Sacramenta mini-
ſtravit: & tamen contrarium aſſerunt communiter
Doctores concludendo, quod vocata cenſeatur illa
tantum Eccleſia Parochialis, in qua Teſtator ſepe-
liri voluit, ita ſequendo rationem majoris affectio-
nis, & non aliam, ut probant Cinus *in leg. prima
Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. numero octavo verſ. Re-
currendum eſt ad conjecturas*, Anchar. *in cap. Rela-
tum in ſecundo de Teſtament. numero octavo* Mantic.
de conject. libro octavo, tit. 6. *numero decimo quarto
verſ. Item ſi in altera*, Ventrigl. *in prax. part.* 2.
tit. 28. *n.* 34. §. 1. *verſ. Conjectura*, Rubeus *de Teſt.
cap.* 68. *n.* 91.

Et ſic falſum eſſe dicebam, Leges Juſtiniani eſ-
ſe fundatas in ratione recompenſandi labores Pa-
rochi ex cauſa adminiſtrationis Sacramentorum,
cum id repugnet principiis ultimarum volunta-
tum, quæ ubi dubiæ ſunt interpretationem reci- 23
piunt ex affectione Teſtatoris, dum iis Perſonis
dicitur relictum, & de iis ſenſiſſe cenſetur Teſta-
tor, quæ ſibi in vita magis gratæ, & prædilectæ
fuerunt, ut tradit Mantic. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 6.
ſub numero ſeſto verſ. Unde ſi in Parochia, Menoch.
de præſumpt. lib. 4. *præſumpt.* 114. *numero octavo* ubi,
ſpretis omnibus aliis conjecturis, exiſtimat unam
tantum conjecturam attendendam eſſe, ſcilicet ma-
joris dilectionis, ibi = *Exiſtima unam tantum eſſe
conjecturam, nempe majoris dilectionis, qua quidem
dilectio colligitur a prædictis ſignis electionis ſcilicet
Sepulturæ, vel frequentioris converſationis, vel alio
ſimili ſigno.*

Quod.

Digitized by Google

Quodque ratio domicilii demonſtret Affectio-
24 nem Teſtatoris ad effectum intelligendi, cui Eccle-
ſiæ ejus Legatum factum cenſeatur, probat Ma-
rant. *reſponſ.* 88. *num.* 28. *part.* 4. ibi = *non ergo
mirum erit, ſi ex ipſius Affectione interpretationem
admittat Legatum hoc, in quo habitatio ipſa con-
templata fuit; ut ipſi daretur Eccleſia &c.* = hoc
etiam firmat Menoch. *lib.* 4. *dicta præſumption.* 114.
ſub numero ſexto verſ. & ii quidem, Ventrigl. *in pra-
xi part.* 2. *annotat.* 18. §. 1. *numero decimotertio* ibi =
*diſtribuendum eſſe pauperibus loci, in quo Teſtator ha-
buit domicilium, quia in eodem loco præſumitur Te-
ſtatorem habuiſſe majorem Affectionem* = Mant. *de
conjectur. libr.* 8. *tit.* 5. *num.* 2. ibi = *intelligitur de
iis, qui eo loci commorantur in quo Teſtator habuit
domicilium, quia majorem Affectionem ad eum lo-
cum habuiſſe creditur* = & in puncto ad explicatio-
nem Legum Juſtiniani, quod procedant ratione Af-
fectionis tenet Rot. *deciſ.* 574. *num.* 18. & 19. *par.* 5.
tom. 2. *recentior.* ibi = *dicit quod ſi Teſtator man-
det aliquid in Foro, intelligitur de Foro domicilii
ob majorem Affectionem, quam de eo habuiſſe cenſe-
tur, & numero ſexto, idem dicit de Legato facta Ec-
cleſiæ, quod cenſeatur ſenſiſſe de Eccleſia domici-
lii*,

Quodque Leges Juſtiniani fundentur in ſola ra-
tione Affectionis Teſtatoris, non autem motivo re-
compenſandi Parochum de laboribus, probabam
ulterius ad evidentiam; quia nempe Juſtinianus eas
25 leges fundavit ſuper quodam reſponſo Jaboleni ex-
preſſo *in leg. quæ conditia* §. *cum ita ff. de con-
dition. & demonſtration.* ut ibi notavit Baldus *nu-
mero primo dicens* = *Ubi ſit mentio de Foro, in du-
bio intelligitur de Foro domicilii, PER ISTUM
TEXTUM determinatur, quod ſi Teſtator relin-
quit Eccleſiæ, non intelligitur de Eccleſia Romana,
ſed de Eccleſia ipſius Teſtatoris in Authent. de Ec-
cleſiaſt. tit.* §. *ſi quis in nomine*, & Menoch. *libro
quarto dict. præſumption.* 114. *numero tertio*, hoc
autem reſponſum Jaboleni *in leg. quæ conditia* diſ-
ponit, quod cum Teſtator mandat aliquid in Fo-
ro fieri *in ejus municipii Foro faciendum, in quo,
is, qui Teſtamentum fecerit, domicilium habuerit*,
= Qui Textus ſine difficultate procedit ratione
majoris Affectionis erga Forum domicilii, non au-
tem ex alia cauſa, ut firmat Roman. *dicto conſil.*
408. *numero quinto* ibi = *Si Teſtator mandet aliquid
in Foro, intelligitur de Foro domicilii OB MAJO-
REM AFFECTIONEM, quam de eo habuiſſe
cenſetur* = Rot. *dicta deciſ.* 574. *numer.* 18. *part.* 5.
tom. 2. *recentior.* Hoc etiam ex eo convincitur, quod
ſi Teſtator faciat Legatum pro pauperibus, hoc in-
telligitur factum pauperibus loci domicilii, quia
25 præſumitur ratione hujus domicilii majorem ad il-
lum habuiſſe Affectionem, Surd. *de aliment. titul.* 1.
quæſt. 93. *numer.* 13. Mantic. *de conjectur. libr.* 8. *tit.* 5.
numer. 2. Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annotat.* 28. §. 1.
num. 13.

Hinc excluſa Parochiali, dicebam remanere et-
iam excluſum Epiſcopum, qui tanquam Executor
26 generalis Operum piorum venire non poterat, niſi
quando certum foret, quod voluntas Teſtatoris nul-
li certæ Eccleſiæ aſſiſteret; ſecus quando inter Pa-
rochialem, & Eccleſiam Tumulantem conjecturæ
validiores ſtabant pro Eccleſia Tumulante, ut ait
Mantic. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 6. *verſ. & hoc intel-
ligis* ibi = *Et hoc intelligit, quando conjectura pro
altera Eccleſia non ſunt validiores* = & *num.* 14.
ibi = *Niſi ex conjecturis alia Teſtatoris voluntas
colligatur veluti ſi unam magis, quam alteram dili-
gebat, item ſi in una magis, quam in altera ver-
ſari conſuevit, item ſi in altera elegit ſibi Sepultu-
ram*.

Epiſcopus ergo venire non poterat ad ſucceſſio-
nem, niſi quando Teſtator nullam reſpexiſſe cer-
28 tam Eccleſiam; ſecus vero ſi conſtat, etiam per
conjecturas, de qua Eccleſia ſenſerit, & cui relin-
quere voluerit, ut docet Textus *in leg. ſi quis ad
declinandam Cod. de Epiſcop. & Cleric.* ubi Textus
figurat, quod Teſtator hæredes ſcripſerit captivos,
ſeu pauperes, determinando utroque caſu hæredi-
tatem eſſe accipiendam ab Epiſcopo ad effectum di-
ſtribuendi pro captivis, vel pauperibus: ſed poſtea
totum limitat, & declarat his verbis ibi = *Hæc ta-
men omnia locum habere ſancimus, quando non cer-
ti Xenonis, vel certi Prototrophii, vel certa Ec-
cleſiæ nominatio a Teſtatore ſubſecuta eſt, ſed in-
certus eſt ejus ſenſus; ſin autem in Perſonam cer-
tam, vel incertam Venerabilem Domum reſpexeris,
ei tantummodo Hæreditatem, vel Legatum competere
ſancimus*.

Expreſſum autem, & nominatim relictum dicitur
etiam id, quod ex conjecturis, & mente Teſtatoris
colligi poteſt, Surd. *deciſ.* 254. *num.* 37. Flores de
Mena *variar. reſol. lib.* 2. *quæſt.* 21. *numer.* 27. cum 29
aliis apud Barboſ. *axiom.* 89. *numer.* 11. & tradunt
in ſpecie Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 6. *ſub num.* 6.
verſ. ſed advertendum, Menoch. *dict. præſumpt.* 114.
numero octavo verſic. crediderim lib. 4. cum aliis *in
Romana Fideicommiſſi de Ruſpolis* apud Balduc. ad
Roman. *tom.* 4. *deciſion.* 5. *num.* 29. *in fine*, & *nu-
mer.* 30.

Dicebam quoque, quod Epiſcopus in relictis
ad pias cauſas, eſt merus diſtributor, & executor
voluntatis Teſtatoris, qui non poteſt aliquod pro 30
ſe retinere, juxta Text. *expreſſ. in dict. leg. ſi quis
ad declinanda Cod. de Epiſcop. & Clericis* ibi =
*nulla penitus ex hoc lucro, vel Oeconomo, vel Epiſ-
copo, vel Sacroſancta Eccleſia relinquendo* = & *in
fine*, Textus ibi = *In omnibus autem hujuſmodi caſibus
cæleſtes iracundias &c. expectent ſi qualecunque lu-
crum ex hujuſmodi Gubernationibus ſibimet acquiſie-
rint*; unde inutilis remanebat prætenſio Epiſcopi,
quantum ad diſtributionem Hæreditatis ad cauſas
pias, quam Sacra Rota facere deberet ſuccedendo
in locum Epiſcopi in vim *Clem. auditor. de reſcript.*
& ordinare in quibus operibus piis eſſet facienda hu-
juſmodi diſtributio, quæ propterea amplius ad ar-
bitrium Epiſcopi pertinere non poterat.

Quantum igitur ad effectum, ad quem danda
eſſet immiſſio in hæreditatem, dicebam eſſe dan-
dam ad effectum faciendi opera pia, hæc autem
opera pia eſſe intelligenda pro majori parte, vel
ſaltem pro medietate de celebratione Miſſarum;
Nihil enim magis proficit Animæ, quam ſuffra-
gium Miſſarum, ut ait Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de
Purgatorio*, ibi = *Purgatorium eſſe animaſque ibi
detentas Fidelium ſuffragiis potiſſimum vero accepta-
bili Altaris Sacrificio juvari* = & *ſeſſ.* 22. *capit.* 2.
de Sacrificio Miſſæ, ibique Barboſ. *numer.* 6. & in
puncto Marant. *dict. reſponſ.* 4. *numer.* 61. ibi = *ac
cum primis, & ſuper hæc omnia ſummæ ſatisfacto-
rium Altaris Sacrificium offeratur* = Coninch. *de
Sacrament. diſputat.* 11. *tit. de Purgatorio dub.* 7.
numer. 52. Lavor. *lucubr. tit.* 2. *capit.* 15. *numer.* 99.
& 100.

Iſtas autem Miſſas eſſe perpetuo dicendas pro A-
nima Teſtatoris per Erectionem, & Fundationem
tot Capellaniarum, & ſpectare ad Eccleſiam Tu-
mulantem, juxta communem Sententiam omnium
Canoniſtarum, quod Miſſæ ſunt dicendæ in illa
Eccleſia, ubi Corpus Teſtatoris conquieſcit, & in
hoc Eccleſia Tumulans habet prælationem ſupra Pa-
rochialem, omneſque alias Eccleſias, juxta allega-
tum *Conſil.* 99. Abbatis *lib.* 2. *per totum*, Paſqualig.
de Sacrific. Miſſ. quæſt. 1000. & *ſeqq.* Card. Tuſch.
pract. concluſ. litt. P. concluſ. 99. *numer.* 3. Pignatell.
conſultat. 32. *numero primo tom.* 3. & *conſultat.* 151.
num. 5. *tom.* 4. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 114. *num.* 8.
Rodriguez *quæſt. Moral. tom.* 4. *cap.* 15. *in verbo
Miſſa num.* 3. Capon. *diſceptat.* 196. *num.* 20. *tom.* 3.
Rot. cor. Cavaler. *dec.* 494. *n.* 3. & cor. Seraphin.
dec. 1149. *n.* 12.

Aliam vero partem eſſe intelligendam de eleemo-
ſynis in uſus pauperum, vel pro Dotibus pauperum
Puellarum, pro Carceratis, & pro Monaſterio
Mulierum Pietatis, cui Teſtator reliquit bis mille
libras, quando eſſet caſus purificatæ ſubſtitutionis
ad favorem Animæ, vel aliis Operibus piis arbitrio
Sacræ Rotæ, quæ daret legem ſuper hoc non præ-

tereun-

tenendam ab illa Eccleſia, cui danda erit immiſſio, cum hujuſmodi immiſſio ſolum ſit danda ad effectum diſtribuendi hæreditatem in tot Operibus piis, prout voluit Teſtator ibi = *Ex ea fiant Opera pia, quod erit in caſu, quo ſubſtituam habeo animam meam, ac pro illa Deum Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum* = & docet Text. *in dict. leg. quoniam C. de Sacroſ. Eccleſ.*

Quibus non obſtantibus, Sacra Rota cenſuit, & bene, neutri Eccleſiæ dandam eſſe immiſſionem: quia non conſtabat Teſtatorem contemplaſſe certam Eccleſiam cui relinquere voluiſſet hæreditatem; ſed imo conſtabat oppoſitum, eo ipſo, quod vocando Animam ſuam, & pro ea Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum expreſſe declaraverat per hoc intelligere, quod ea hæreditate ſua fierent opera pia; & ſic Sacra Rota dedit immiſſionem Epiſcopo tanquam generali Executori operum piorum reſpectu hujus hæreditatis relictæ pro faciendis Operibus piis; Deficientibus enim Executoribus Teſtamentariis, quibus loco hæredis ſpectabat diſtributio hæreditatis in Operibus piis, de jure ſucceſſerat Epiſcopus tanquam generalis Executor Operum piorum in caſu iſto, ubi Teſtator certam Eccleſiam non reſpexerat, juxta Textus *in leg. nulli, & leg. ſi quis ad declinandam Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Sub ea tamen lege, quod hæreditas ſpectaret ad Epiſcopum ad effectum diſtribuendi bona in Operibus piis, quæ diſtributio participanda eſſet utrique Eccleſiæ tam Parochiali, quam Tumulanti, reſervata Judicio Sacræ Rotæ quota utrique diſtribuenda, necnon declaratione qualitatis Operum piorum; Unde in ſubſtantia partem victoriæ utraque Eccleſia reportavit, & recte Sacrum Tribunal diſtributionem Bonorum pro operibus piis tam Miſſis, quam aliis juſſit participari etiam Eccleſiæ Parochiali, contra quam ego ſcribebam, qui concurrebant etiam ejus favore plures conjecturæ affectionis Teſtatoris, & de cætero his ſecluſis licet hodie in Civitatibus, & locis, ubi plures ſunt Eccleſiæ, Chriſtifideles nullam aliam Eccleſiam minus frequenter, quam Parochialem, nec regulariter in iſta audire ſoleant Conciones,
33 & Miſſas, ut teſtatur Rubeus *de Teſtament. cap. 68. num. 79. & ſeqq.* Rot. *deciſion. 552. numero tertio, verſic. licet hodie*; ſemper tamen verum eſt, quod tanquam Eccleſia, quæ adminiſtrat Sacramenta,
34 & laborem Curæ Animarum pro ſuis Parochianis, & ſubditis, præſumitur beneviſa, & grata Teſtatori ejus ſubdito, cujus proinde affectio erga illam ſemper præſupponenda eſt; ideoque merito conceſſa illi fuit participatio bonorum hæreditariorum, ſive Miſſis, ſive aliis Operibus piis deſtinatorum.

Prima deciſio hujus Cauſæ repetitur jam impreſſa apud Me *de controverſ. Patronor. allegat. 15. num. 33.* Aliæ vero deciſiones ſunt illæ, quas hic adjungo.

R. P. D. ALDROVANDO.

Nunc Reverendiſſ. Sacræ Rotæ Decano.

Majoricenſis Succeſſionis.

Lunæ 23. Febr. 1711.

Viribus adeo ſubnixa viſa eſt reſolutio coram Me capta 16. Junii 1710. Partibus Venerab. Eccleſiæ, & Conventus S. Dominici pro immiſſione ad controverſam hæreditatem Hieronymi Barcello favore Reverendiſſimi Epiſcopi Majoricen. ſeu Proviſoris Cauſarum piarum, ut in hodierna Audientia illi libentiſſime acquieverint. Non ita tamen Parocho Ven. Eccleſiæ Parochialis S. Jacobi, qui admiſſus ad novam Audientiam, a prædicta hæreditate tam Epiſcopum, quam Eccleſiam S. Dominici excludere ſategit. Sed mature penſatis fundamentis per ejus Scribentes deductis, prævaluerunt apud Dominos illa deciſionis, in qua juxta modum inferius pandendum perſiſtendum exiſtimarunt.

Inconcuſſum quippe compertum fuit fundamentum, quod vocatio Animæ, quam fecit Hieronymus Teſtator poſt defectam utramque lineam maſculinam, & fœmininam ſuorum filiorum non aliud in jure præſeferat, quam erogationem, ſeu diſtributionem univerſi ejus Patrimonii in piis operibus ad ſuffragandam illius Animam, ex auctoritatibus allegatis in deciſione quæ revidetur §. *Ad*
ſenſum; Cum autem pro implemento, & execu- 35
tione piæ hujus voluntatis hodie ſuperſtites amplius non ſint neque hæredes, neque Teſtamentarii Executores, danda idcirco venit immiſſio Epiſcopo, qui tanquam generalis Executor ex diſpoſitione juris ſuccedit in defectum Executorum ſpecialium ad effectum diſtribuendi bona in piis Operibus per Teſtatorem indeterminatis, ſicuti ad litteram ſtatutum reperitur *in leg. nulli 28. verſic. ſin autem, & in leg. ſi quis ad declinandam 38. verſ. hæc tamen omnia Cod. de Epiſcop. & Cleric. & in §. Si quis autem pro Redemptione Captivorum*, Auth. *de Eccleſiaſt. tit.* & in Sacr. Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8. de reform.* cum Doctoribus, & Canoniſtis relatis *in præterita deciſion. §. Verum quia.*

Quæ quidem juris diſpoſitio Epiſcopo Aſſiſtens in nihilo offuſcabatur ex eo, quod Teſtator vice,
ſeu loco Animæ vocavit Deum D. M. Jeſum Chri- 36
ſtum ibi, *Voco animam meam in omni mea hæreditate, & pro ea Deum Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum*; quando autem aliquid relinquitur Deo, certi juris eſt relictum cenſeri Eccleſiæ ex Bartol. *in leg. 1. §. Ad municipium numero primo ff. ad l. falcid.* Magdalen. *de num. Teſtam. cap. 1. numer. 27.* Afflict. *dec. 244. num. 3. & 5.* Molignat. *de appel. verb. utriuſque juris ſignific. numer. 201.* ſolaque quæſtio reſtringitur ad interpretationem mentis diſponentis, an potius de una, quam de altera Eccleſia intellexerit, magiſque communiter definitum eſt favore Eccleſiæ Parochialis, intra cujus fines Teſtator domicilium habuit, ut in terminis Inſtitutionis D. N. Jeſu Chriſti ad litteram determinavit Imperator. *in l. quoniam 16. Codic. de Sacroſanct. Eccleſ. & in §. Si quis in nomine magni Dei authent. de Eccleſ. titul.* Padill. *in leg. cum quidam 24. numero 9. ff. de legat. 2.* Sanch. *conſil. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 60. ſub numero ſexto* Mant. *de conjectur. ult. volunt. libro octavo, tit. 6. num. 1.* Leoncil. *de privil. pauper. part. 2. privil. 99. numero quarto*, Molignat. *de appellat. verb. utriuſque juris ſignificat. num. 676.* Thoro *de privil. cauſar. piarum privileg. 254. fol. 125. poſt* Tiraquell. *eodem titul.* Cancer. *variar. reſol. par. 3. cap. 20. n. 122. & 123.* Amoſtaz. *de cauſis piis libro quarto, cap. 1. numero primo & 2.*

Ac in terminis relicti, ſeu vocationis *Eccleſiæ* nulla nominatim ſpecificata Eccleſia, quod intelligatur de Parochiali, docuerunt ex argumento, Textus *in leg. qua conditio §. Cum ita ff. de condit. & demonſtration.* Bartol. *ibidem numero primo*, & Caſtrenſ. *numero ſecundo*, Abbas *in cap. judicante num. 4. in fin. ibique* Zabarell. *num. 6. de Teſtament.* Jaſon. *in leg. non utique §. Si quis inſula ſub numero primo verſ. pro ſupradicta ff. de eo quod cert. loc.* Coſta *in cap ſi Pater verbo Pauperes ex num. 12. de Teſt.* Alexand. *conſil. 213. numero ſecundo verſ. Quinto quæritur*, Rubeus *de Teſtam. cap 69. num. 101.* Ayllon. ad Gomez *de Legat. cap. decimo ſecundo numer. 51. verſ. quod Legatum*, Camarell. *de Legat. lib. 2. quæſt. 2. per tot.* Ventrigl. *in praxi Fori Eccleſ. part. ſecunda §. 1. ſub num. 32.* Mantic. *de conjectur. dict. lib. 8. tit. 6. ſub num. 6.* Valdes *de Eleemoſ. part. 3. fol. 80. num. 3. verſic. 5. quæritur*, Franc. Rocca *reſponſ. 76. numer. 55. lib. 1.* Marcheſ. *de commiſſ. part. 2. numer. 440. fol. 91.* Cancer. *dict. part. 3. cap. 20. num. 110.* Graſſ. *de ſucceſſ. §. Legatum quæſt. 64. num. 4. verſic. ſed contrarium*, Theſaur. *quæſt. for. lib. 1. quæſt. 65. numero ſecundo*, Antonell. *de loco legal. lib. 2. cap. 9. num. 99.*

num. 99. *& de regim. Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 5. Borgnin. Cavale. *part.*3. *dec.*17. *num.*56. *& ſeqq.* Addeo, ad Ceppatell *deciſ. Toloſan.* 57. *numer.* 4. Rot. *dec.*574. *n.*19. *par.* 5.

Animadverſum namque fuit per Dominos jura, & auctoritates mox allegatas procedere, prout loquuntur in duobus caſibus, vel quando *abſolute* fuit inſtitutus *Deus D. N Jeſus Chriſtus*, vel quando *ſimpliciter* vocatur *Eccleſia*, in quorum neutro verſatur caſus præſens, ubi Hieronymus Teſtator inſtitutionem primario direxit *in animam ſuam*, non autem ad Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, quæ diſpoſitio diverſam a duobus relatis caſibus habet juris determinationem; cum importet bona relicta cenſeri ad effectum illa in totum diſtribuendi in piis Operibus in genere, quorum adimplementum a jure commiſſum eſt Epiſcopo piarum diſpoſitionum univerſali Executori, quemadmodum declarat præcedens deciſio §. *Præcitati*.

Negotium non faceſſente, quod nulla ſit differentia inter relictum Deo, vel Eccleſiæ ſimpliciter, & relictum adjectis cauſalibus verbis pro ſalute animæ, dum id, quod relinquitur Eccleſiæ ſemper cenſetur relictum pro anima, Menoch. *de præſumpt. libro quarto præſumpt.* 189. *numero* 137. Magdalen. *de num. Teſt. cap. primo numero* 27. Genuen. *practicab. Eccleſ. quæſt.* 165. *numero tertio*, Rub. *de Teſtament. capit.* 21. *numer.* 146. *&* 147. & relictum Eccleſiæ pro anima intelligitur relictum Eccleſiæ Parochiali, Concer. *variar. reſolut. libro tertio cap.* 20. *num.* 180. Quia licet verum ſit, quod relictum Eccleſiæ, cenſeatur relictum pro anima, non tamen onere relictum pro anima in genere
37 cenſetur relictum Eccleſiæ, cum potius præſumatur relictum hæredibus, vel Executoribus Teſtamentariis, vel in horum defectum Epiſcopo ad effectum faciendi Opera pia in Beneficium animæ. Quo circa ad intentum Eccleſiæ Parochialis nihil operatur promiſcua inſtitutio de anima, & de Domino Noſtro Jeſu Chriſto, quoties conſtat, ut hic, Teſtatorem principaliter reſpexiſſe effectum importatum per inſtitutionem ſuæ animæ, non vero illum inſtitutionis Dei: In hoc enim caſu inſtitutio Dei tanquam ſubrogata acceſſorie ad animam inducere debet omnes illas qualitates, & effectus procedentes ab inſtitutione animæ, ex ponderatis in alia deciſione §. *Quemadmodum*, & comprobat Marant. *reſp.*15. *num.*29. *&* 30. *part prima*.

Ceſſante in hoc Themate quæſtione, utrum Teſtator primario vocare intellexerit Deum Domin. Noſtr. Jeſum Chriſtum, vel potius animam ſuam, in qua Scribentes invicem ſeſe involvebant prætendentes Defenſores Eccleſiæ Parochialis principaliter fuiſſe contemplatam inſtitutionem Dei, ideoque Parochialem cenſeri inſtitutam: Quoniam omnem quæſtionem diremit ipſe Teſtator, qui ſeipſum gloſſando per modum regulæ declaravit, quod quandocunque purificaretur ſubſtitutio favore animæ, & pro ea Domini Noſtri Jeſu Chriſti ex ſua hæreditate fierent tot opera pia ſub illis verbis opportune repetendis = *Volo, quod perveniente medietate prima hæreditatis mea, ut ex ea fiant Opera pia, quod erit in caſu, quo ſubſtitutam habeo animam meam, & pro illa Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, quod de hac medietate dentur libra biſmille Domui Mulierum Pietatis &c.* Unde exprimendo effectum illum, quem ſecum neceſſario de jure trahebat inſtitutio animæ, Teſtator dedit intelligere ſe principalius reſpexiſſe ad inſtitutionem favore animæ.

Quin ſubſiſtat, quod iſta declaratio ſit expreſſio ejus, quod tacite de jure inerat in ipſa inſtitutione Dei Domini Noſtri Jeſu Chriſti, eo quia etiam talis inſtitutio præſeferebat eundem effectum diſtribuendi bona in piis Operibus, ita & taliter, ut
38 Eccleſia Parochialis hæreditatem capere deberet, ut illam erogaret in pauperum, & inopum beneficium, ut diſponit idem Textus in *dicta l. quoniam Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* ſiquidem ad terminos inſtitutionis Dei, vel Eccleſiæ Capitale remanſiſſet ſemper inalienabile penes ipſam Parochialem, ſolique fructus potuiſſent erogari in ſublevamen pauperum: quia bona relicta Deo, vel Eccleſiæ ſtatim evadunt Patrimonium Eccleſiaſticum, & Spirituale, & efficiuntur de dominio Dei, & Eccleſiæ, ex deductis per Fagnan. *in cap. cum ſecundum numero ſexto de Prebend.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſtion. tertia, numer.* 33. *& ſeqq.* Morra *poſt tractat. de cauſis conſiſtor. in addit. de reddit. Eccleſ. a numer. ſecundo ad quintum*, Paſqualig. *quæſt. moral. Canon.* 101. *in fin. cent. ſecunda*, Pacion. *de Locat. capit. decimo quarto, numero decimo ſecundo & ſub numero decimo ſeptimo §. Dum igitur*: Cum autem hoc ſit alienum a voluntate Hieronymi Teſtatoris, qui voluit totum, & integrum Capitale ſuæ hæreditatis eſſe diſtribuendum in piis Operibus, quod ſupponit illud nullatenus evaſiſſe Eccleſiaſticum, vel de dominio alicujus Eccleſiæ, hinc tantum abeſt, ut dicta declaratio potuerit virtualiter contineri in vocatione Dei, ut potius eſſet huic vocationi, & diſpoſitioni contraria: Eo ipſo igitur, quod Teſtator expreſſe manifeſtavit ſuum deſiderium circa effectum conſecutivum vocationi animæ, non autem vocationi Dei, ſemper conſiſtit conſequentia innegabilis, illum primario reſpexiſſe ad inſtitutionem animæ ſuæ, a qua debet informari, & abſorberi altera inſtitutio Dei illi acceſſoria, ut ſuperius diximus in §. *Negotium*.

Nec applicantur aliæ auctoritates firmantes, quod oblata Sacris Imaginibus, ut fiant Opera pia, ſpectent ad Parochum, qui contra Epiſcopum habet intentionem fundatam in jure ſuper omnibus oblationibus, quæ fiant intra limites ſuæ Parochiæ ad effectum illas erogandi in Opera pia, juxta *dec.*257. 39
a numero ſecundo ad 11. coram Merlino *repetita in rec. dec.*57. *part.*5. cum aliis *in Gerunden. Admiſſionis ad diſtributiones* 18. *Februarii* 1707. §. *Poſito cum ſeqq.* coram Me; Procedunt enim quando agitur de oblationibus factis habito principali reſpectu ad aliquas certas, & determinatas Imagines intra limites Parochiæ exiſtentes, in quibus terminis Parochus cenſetur executor ſpecialis, juxta *Deciſionem Merlini*. Secus autem quando agitur de Operibus piis in genere, & indeterminate demandatis abſque ullo reſpectu, vel intuitu ad certum locum, vel Sanctum, cum tunc Epiſcopus fundet ſuam intentionem in jure pro exequenda pia voluntate Teſtatoris ad Textus individuales allegatos in ſuperiori §. *Inconcuſſum*.

Quibus poſitis minus recte in facto ſuſtineri prætendebatur præmiſſam declarationem reſpicere ſolum illum caſum, in quo medietas hæreditatis per extinctionem lineæ maſculinæ deferretur ad lineam fœmininam, qui non evenit; Minime autem concernere alium caſum, qui modo contingit extinctionis utriuſque lineæ: Nam talis reſtrictio ad prædictum primum caſum apertiſſime excluditur ex verbis ſuperius tranſcriptis, ex quibus conſtat, Teſtatorem voluiſſe quidem adveniente dicto primo caſu providere de *libris biſmille* Domui Mulierum Pietatis, abſque eo quod ad hujuſmodi effectum expectanda eſſet purificatio ſecundi; Cæterum erogatio hæreditatis in Opera pia fuit indiſtincte volita, & ordinata 40
ſub illis verbis = *fiant Opera pia, quod erit in caſu, quo ſubſtitutam habeo animam meam, & pro illa Deum &c.* quæ uti indeterminata utrumque caſum complectuntur per Textus *in leg. Julianus ff. de Legation. tertio* Bartol. *in leg. Generali §. Uxori num.* 2. *& ſeq. ff. de uſufr. legat. ut deciſ.* 615. *n.*3. *part.*19.

Conjecturæ denique, quæ afferebantur ad ſuadendum Teſtatorem habuiſſe affectionem erga Eccleſiam Parochialem, concernebant determinationem alterius quæſtionis ſuper prælatione inter ipſam Parochialem, & Eccleſiam tumulantem Sanct. Dominici, quæ remanſit ſuperflua, quia Epiſcopus

utram-

Digitized by Google

utramque excloſis, ut verificaretur illud, *inter duos litigantes tertius gaudet*. Bene tamen verum eſt, quod adductæ conjecturæ, etſi inefficaces ad
41 declinandam aſſiſtentiam juris Epiſcopo faventem, adhuc tamen effecerunt, ut Domini rurſus approbarent modum in altera deciſione, quæ revidetur, adjectum in ea parte, in qua reſolutum fuit in diſtributione per Epiſcopum facienda habendam eſſe rationem de utraque Eccleſia Parochiali Sancti Jacobi, & Sepulchrali S. Dominici ſibi reſervando declarationem quantitatis, utriuſque Eccleſiæ diſtribuendæ, & in hoc ipſi Defenſores Epiſcopi acquieſcebant, ad quem effectum Domini vigore *Clementine Auditor de reſcriptis* ſuccedentes loco Epiſcopi eidem inſinuandum, putarunt, ut tranſmitteret exactam informationem ſtatus hæreditatis, ad hoc ut examinatis illius viribus unicuique jus ſuum attribuere poſſent, juxta veriſimilem voluntatem diſponentis.

In ea vero parte, in qua dicebatur DD. ſibi reſervaſſe declarationem Operum piorum, in quæ bona hæreditaria ſint ſpecialiter applicanda pro ſuffragio animæ Teſtatoris, Domini hodie declararunt id intelligendum eſſe circa ea bona hæreditaria diſtribuenda præfatis duabus Eccleſiis, quia quoad reſidualem hæreditatem nunquam eorum intentionis fuit reſtringere Ordinarias facultates ipſius Reverendiſſimi Epiſcopi in ſeligendis, & exequendis Operibus piis, ſed ad amputanda ulteriora litigia, audiendam exiſtimarunt ejuſdem Epiſcopi relationem, ſeu informationem ſuper deſtinatione piorum Operum, ut inde ſuperaccedente Tribunalis approbatione nulli ſuperſit locus reclamandi a Judicio Ordi-
42 narii, de quo Sacri Canones plurimum confidunt ad tradita per Fagnan. *in cap. ſua nobis numero tertia & 12. de Teſtament.* & per Rotam cor. Emerix jun. *dec.* 1326. *n.* 6.

Et in hunc modum Domini perſtiterunt in deciſis utraque Eccleſia, & Ordinario auditis.

R. P. D. SCOTTO

Poſtea S. R. E. Cardinali,

Majoricen. Succeſſionis.

Luna 15. *Aprilis* 1712.

DElegata mihi Cauſa appellationis, interpoſitæ a ſententia R. P. D. mei Aldrovandi, in qua ad normam Teſtamentariæ diſpoſitionis Hieronymi Barcellò, decernitur Immiſſio Proviſori Cauſarum piarum Civitatis Majoricen. ad omnia Bona dicti Teſtatoris juxta modum pandirum in deciſionibus ſub diebus 16. Junii 1710. & 23. Februarii ſuperioris anni coram eodem R. P. D. meo Aldrovando editis, & quæ de more præceſſerunt ſententiam Rotalem, cum ſuper illius viribus in hodierna Audientia DD. ſub conſueto dubio conſuluerim, agnita non minus validitate, quam juſtitia ejuſdem ſententiæ, pro illius confirmatione non dubitarunt reſpondere.

Frequens namque in illis Regionibus diſponendi modus, cum quo Teſtator poſtremum ſuum exaraverat Teſtamentum, ſubſtituendo videlicet poſt defectum lineæ tam maſculinæ, quam fœmininæ Animam ſuam, & pro ea Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, cum ad ſenſum juris nil aliud præſefe-
43 rat, quam erogationem univerſi Patrimonii in Operibus piis ad ſuffragandam animam Teſtatoris hæredem ſubſtitutam, juxta traditionem Bartoli *in leg.* 1. *n.* 64. *C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, quem ſequuntur communiter DD. relati pleno calamo *in prima deciſione* R. P. D. mei Aldrovandi §. *Ad ſenſum*, nec pro tam pia voluntate exequenda, hæredes, vel executores Teſtamentarii amplius ſupererant, hinc jure merito conceſſa extitit Immiſſio Epiſcopo, ſive illius Proviſori, qui in defectum Executorum ſpecialium ſuccedit in iſtorum locum tanquam Executor datus a lege ad diſtribuenda bona in piis operibus per Teſtatorem generaliter, & indeterminate demandatis, *leg. nulli* 28. *verſ. ſin autem C. de Epiſc. & Cler.* Covar. *in cap. Joannes* 19. *num. primo de Teſtam. tom.* 1. Amoſtaz. *de cauſis piis libr. tertio, cap.* 7. *n.* 23. & probat *utraque deciſio* R. P. D. Aldrovandi, prima nempe §. *Verum*, & ſecunda §. *Inconcuſſum*.

Ad arcendum autem Epiſcopum ab hac legali Executoria piorum operum, quæ Teſtator exoptavit pro anima ſua, quidquam non relevabat, quod idem Teſtator ſubſtituta Anima illius vice, & nomine vocaverit etiam Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem diſponendi modum cenſetur datus certus hæres, videlicet Eccleſia, quæ de jure intelligitur pro Parochiali, in qua Teſtator domicilium habet, juxta diſpoſitionem Text. *in leg. cum in multis Codic. de Sacroſanct. Eccleſ. & in Novell.* 131. §. *Si quis in Nomine de Magni Dei* 44
Authent. de Eccleſ. tit. Rub. de Teſtament capitul. 68. *numer.* 103. Quoniam, ut eleganter expendunt præcedentes deciſiones, citati Textus procedunt in caſu, in quo fuerit vocatus vel abſolute Deus, vel Eccleſia, quæ intelligitur de Parochiali; tunc enim ceſſat executoria Epiſcopi, dum concurrit certus, & determinatus hæres *cap. ſi hæres* 6. *de Teſtament.*

Diverſimode autem res ſe habet in caſu noſtro, in quo Teſtator neque Eccleſiam vocavit, neque principaliter Deum inſtituit, ſed directe, & primario hæredem ſuam ſubſtitutam voluit Animam, in quibus terminis dd. Text. remanent inapplicabiles, quia vocatio Animæ, cum de jure importet erogationem Patrimonii in piis operibus incertis, & ab Executoribus determinandis; ideoque certum non det hæredem, in defectum executorum, ſuccedit Epiſcopus uti Executor legalis, quamvis Teſtator magis pietatem diffundens Animæ ſuæ directe volitæ acceſſorie adjecerit, & ſubrogaverit etiam Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, quia non per hoc tollitur effectum diſpoſitionis, & inſtitutionis primario factæ de Anima, in cujus locum, & vicem vocatur, & ſubrogatur Deus, cum eadem diſpoſitio militare debeat in ſubrogato, quæ militat in illo, in cujus locum ſubrogatus, juxta naturam ſubrogatorum, Rota *in Romana annua præſtationis* 45
29. *Novembris.* 1701. §. *Non obſtat* coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & præciſe probat Marant. *reſp.* 15. *num.* 29. & 30. *part. prima*, ac expendunt præcedentes deciſiones, prima nempe §. *Quemadmodum*, & ſecunda §. *Negotium non faceſſente*.

Quod autem Teſtator revera principaliter inſtitutionem non direxerit in Deum, vel Eccleſiam, ſed in Animam, abſque alia gloſſa, vel interpretatione, ſatis aperuit ipſe Teſtator, qui quandocunque purificaretur ſubſtitutio favore Animæ, & pro ea Domini Noſtri Jeſu Chriſti expreſſe demandavit, ut ex ſua hæreditate fierent tot opera pia, juxta verba Teſtamenti in utraque præcedenti deciſione tranſcripta, & hic non inutiliter repetenda ibi = *Volo quod perveniente medietate prima hæreditatis meæ, ut ex eo fiant opera pia, quod erit in caſu, quo ſubſtitutam habeo Animam meam, & pro illa Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum*, Ex quibus verbis perſpicuum ſit Teſtatorem principaliter voluiſſe inſtitutionem Animæ, dum expreſſe voluit erogationem ſuæ hæreditatis in operibus piis, quod aſt effe- 46
ctus conſecutivus de jure neceſſario emergens ex inſtitutione Animæ; alias enim data inſtitutione in Deum, vel Eccleſiam principaliter directa, non potuiſſent ex alienatione hæreditatis fieri opera pia, prout voluit Teſtator, quia tunc ſoli fructus erogari valerent in ſublevamen pauperum, ſed capitale hæreditatium illico evaſiſſet Patri-

Patrimonium Eccleſiaſticum, & inalienabile; ad tradita per Fagnan. *in capit. cum ſecundum numero ſecundo de Prabend.* Paſqualig. *quæſt. moral. canon.* 101. *in fin vers. ſecunda* cum aliis *in ſecunda dec.* Reverend. P. Dom. mei Aldrovandi §. *Quin ſubſiſtat.*

Firmata ex his Juſtitia conceſſæ Immiſſionis Epiſcopo, ſeu illius Proviſori DD. rurſus approbantes modum adjectum in deciſionibus, quæ præceſſerunt Sententiam Rotalem, dixerunt, quod in diſtributione piorum Ordinum per Epiſcopum facienda habeatur ratio de Eccleſia Parochiali Sancti Jacobi, & de Sepulchrali Sancti Dominici, erga quas Teſta-
47 tor peculiarem habuerat affectionem, & ſibi reſervando declarationem quantitatis diſtribuendæ utrique Eccleſiæ, ut hæc juxta vires hæreditatis, & ad tramites juris fieri poſſet; rurſus injunxerunt, ut quanto citius tranſmitteretur exacta informatio ſtatus hæreditarii, ex quo temperamento inopportuna viſa ſunt ea omnia, quæ hodie cumulabantur per Defenſores Eccleſiæ Parochialis ad probandam illius paupertatem, & inopiam, ex qua de ea diſtributione facienda major habenda eſſet ratio, quam de alia Eccleſia Sepulchrali; nam hoc videndum erit poſt tranſmiſſam Informationem ſtatus hæreditarii, juxta cujus vires, & concurrentium indigentias junctis omnibus aliis circumſtantiis Domini vigore *Clementin. Auditor de reſcriptis,* ſuccedentis loco Epiſcopi, unicuique jus ſuum tribuent ad tramites non minus legis, quam veriſimilis voluntatis Teſtatoris.

Non intendentes de reliquo quoad diſtributionem reſidui hæreditatis præter quantitatem pro dd. duabus Eccleſiis juxta eorum mentem erogandam in minimo lædere, vel reſtringere ordina-
48 rias facultates Epiſcopi pro facienda diſtributione in aliis piis operibus, ſolumque ad reſecandas ulteriores controverſias, exiſtimantes audiendam eſſe relationem ipſius Epiſcopi ſuper deſtinatione operum piorum, ut accedente eorum approbatione Partibus amplius datus non ſit locus reclamandi, uti latius explicant præcedentes deciſiones, & ſignanter poſtrema §. *Conjectura cum ſequent.* ad quas DD. remiſſive ſe habuerunt.

Et ita quamvis non unus tantum ex DD. dubitaverit ſuper reſolutione capienda, attenta ſuperventa vacatione Sedis Epiſcopalis, reſolutum fuit, Eccleſia Parochiali, & Sepulchrali tantum informantibus.

CAMERINEN. PRÆEMINENTIARUM.

ARGUMENTUM.

Epiſcopo Pontificalia exercenti in Eccleſia Collegiata, quando debeatur aſſiſtentia ab ejus Dignitate, & Canonicis, non autem Dignitatibus & Canonicis Cathedralis; Quomodo ſedere debeant in Synodo Canonici Cathedralis & Collegiatæ.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopo Pontificaliter celebranti in Collegiata quando aſſiſtere debeant Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ,* & numero ſecundo.
2 *Corpus Collegiale dignius eſt Perſonis ſingularibus, etiam majoris dignitatis.*
4 *Quomodo intelligatur Concilium Tridentinum obligans Canonicos Cathedralis aſſiſtere Epiſcopo.*
5 *Collegiata S. Venantii Camerini coæquata fuit Cathedrali.*
6 *Judicatum Papa facit ſtatum pro aliis etiam cauſis.*
7 *Archiepiſcopo Pontificaliter celebranti in Collegiata S. Petronii Bononiæ aſſiſtunt ſoli ejus Canonici, non autem Cathedralis.*
8 *Collegiata Inſignes æquiparantur Cathedralibus.*
9 *Teſtes quando attendantur.*
10 *Obſervantia ſequens uniformem præſumit antecedentem.*
11 *Habetur pro aſſiſtentia juris in Præeminentialibus Amplia n. 12.*
12 *Continuata gratia per longum tempus non præſumitur.*
14 *Duo Capitula ſimul unita faciunt unum Corpus.*
15 *Præcedentia manus dexteræ diſtinguit prærogativam Perſonæ dignioris.*
16 *Obſervantia ex decretis proviſionalibus inducta, aliquando eſt continuanda.*
17 *Reſolutiones S. Congregationis non attenduntur, ſi circumſtantiæ variant.*
18 *Seſſio in Synodo eſt unus ex actibus publicis.*
19 *Verbum* Congregati *importat adunantiam Collegialem.*
20 *Dictio* omnibus *comprehendit omnes actus publicos etiam diverſos ab expreſſis.*
21 *Laudum acceptatum, & obſervatum eſt omnino exequendum.*
22 *Occaſione Synodi fit Proceſſio ad Eccleſiam per totum Clerum.*
23 *Eadem paritas, quæ ſervatur incedendo in Proceſſionibus, ſervari debet in ſedendo in Synodo, & Eccleſia.*
24 *Novitatibus eſt obviandum in materia præeminentiali.*
25 *Quando congruum ſit ſervari ſolitum, & nihil innovari.*

DISCEPTATIO CXLIX.

SCribebam in Sacra Congregatione Rituum pro Capitulo Collegiatæ Sancti Venantii, & quoad primum dubium, ubi diſputabatur = *An Epiſcopo Pontificalia exercenti in Collegiata Sancti Venantii debeatur aſſiſtentia a Dignitatibus, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, ſeu potius a Priore, & Canonicis ejuſdem Collegiatæ* = Dicebam, eſſe reſolvendum negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam; Præmiſſo enim Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis prætendere aſſiſtentiam Epiſcopo, ut ſupra celebranti in caſu, quo ipſi accedunt uti ſinguli ad eandem Collegiatam, non autem in corpore, ſeu capitulariter; inde clariſſima conſurgit aſſiſtentia Juris, ut quando Epiſcopus pontificaliter celebrat in Collegiata pertineat ad Priorem, & Canonicos ibi capitulariter congregatos Jus aſſiſtendi Epiſcopo in eorum Eccleſia celebranti ad excluſionem Canonicorum Cathedralis ſingularium, ſeu ſingulariter interveniencium, ut in puncto diſtinguendo firmatis Pignat. *conſultat. decima octava, numero ſeptimo, tomo tertio,* ibi = *Præcedentiam ſcilicet prædictis Canonicis Cathedralis in eo ſolum deberi in dicta Collegiata Eccleſia de Templo, quando capitulariter ad illam accedunt, quia tunc repræſentant propriam Eccleſiam Cathedralem &c. Secus autem quoties tales Canonici incedunt ſine Cruce, & uti ſinguli, nam in hujuſmodi caſu, quamvis aſſociarent Epiſcopum, non poſſunt præcedere Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ &c. & ratio eſt, quia Canonici, & Dignitates, licet inferiores in propria Eccleſia ratione officii quo funguntur, digniores Canonicis Cathedralis ad Collegiatam uti ſingulis accedentibus exiſtimantur.*

It

Et ſub eadem diſtinctione procedunt omnes Doctores, & Deciſiones, non obſtante diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 6. de reformat.* quæ ſolum procedit, quando Canonici Cathedrali collegialiter interveniunt repræſentando propriam
2 Eccleſiam Cathedralem; Secus autem ubi accedunt uti ſinguli, in quibus terminis nullam repræſentantiam Cathedralis facere poſſunt, neque propterea aſſiſtentia Epiſcopo pontificaliter celebranti ad ipſos pertinet, ſed ad Dignitates, & Canonicos illius Collegiatæ, in qua Epiſcopus invitatus pontificaliter celebrat, ut proſequitur Pignatell. *dicta conſult.* 18. *num.* 8. Cardin. de Luc. *de præem. diſc.* 17. *num.* 4. & 5. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 21. *numer.* 85. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 25. *numer.* 38. Rot. *in Ampurien. & Civitaten. Præcedentiæ* 19. *Aprilis* 1660. coram Melzio, quam referunt Cardin. de Luca *ubi proximè num.* 1. & Pignatell. *dict. conſult.* 18. *num.* 6. & 7. *tom.* 3.

Ea ratione, quod quælibet Univerſitas, ſeu Corpus Collegiale, ſemper dignius reputatur perſonis ſingularibus, licet in majori Dignitate conſtitutis,
3 ut tradunt Gratian. *diſcept.* 111. *num.* 8. *cum ſeqq.* Adden. ad Buratt. *deciſ.* 903. *num.* 14. & 15. Card. de Luca *de præem. diſc.* 17. *num.* 5. & reſolvit Sacra Congregatio *in Viterbien.* 20. *Decembris* 1601. *apud* Barboſ. *de Jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 85. Et propterea dum in Eccleſia propria Prior, & Canonici collegialiter exiſtunt, ſemper ipſis competit aſſiſtentia Epiſcopo celebranti ad excluſionem Canonicorum Cathedralis, qui ubi ſingulariter interveniunt, non dicuntur repræſentare Eccleſiam Cathedralem; Et per contrarium Capitulum in propria Eccleſia omnibus aliis præfertur, Mantiquez *de præcedent. quæſt.* 32. *num.* 2. Salgad. *de reg. pract. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 59. Franceſ. *de Eccleſ. Cathed. cap.* 33. *num.* 158. & *cap.* 34. *num.* 103. Barboſ. *de Paroch. cap.* 3. *num.* 9.

Unde nullum obſtaculum præſtat diſpoſitio Concilii *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de Reformat.* quatenus diſpo-
4 nit, Canonicos teneri aſſiſtere, & inſervire Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, cum intelligatur de Canonicis collegialiter intervenientibus, non autem ut ſingulis, in qua figura non repræſentant Eccleſiam Cathedralem, ut declaravit Rot. *in dict. Ampurien. & Civitaten. Præcedentiæ* apud Pignatell. *dicta conſultat.* 18. *num.* 8. Cardin. de Luca *de Præeminent. dict. diſc.* 17. *num.* 16. Quia de cætero in Canonicis Cathedralis ſingulariter accedentibus nulla reperitur auctoritas, quæ præcedentiam eis tribuat in concurſu Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ, quibus de Jure competit facultas præſtandi aſſiſtentiam Epiſcopo in propria eorum Eccleſia celebranti, Ceccoper. *lucubrat. Canon. lib.* 3. *num.* 83. Rota *in Novarien. Interventus in Pontificalibus* 27. *Junii* 1704. §. *Motivum*, coram bon. mem. Omanos.

Quæ ſi procedunt in puris terminis Juris communis, ac etiam in terminis Canonicorum Colle-
5 giatæ inferioris, & diſtinctæ ab ipſa Cathedrali, certè in caſu iſto nullam admittunt rationem dubitandi, attento quod Collegiata S. Venantii unita reperitur, & coæquata Eccleſiæ Cathedrali, mediante motu Proprio ſan. mem. Pauli III. in quo de duobus Capitulis Cathedralis, & Collegiatæ efformatum fuit unicum Corpus in ordine ad functiones Eccleſiaſticas propter inſignes Præeminentias hujus prænobilis Collegiatæ, ordinando quod utrumque Capitulum æqualiter incederet, & promiſcuè Canonici unius cum Canonicis alterius, & Dignitas unius cum Dignitate alterius Eccleſiæ, quod etiam confirmatum fuit in Laudo anni 1552. ſemper pacificè obſervato. Data autem hac unione utriuſque Cleri inſimul coæquati, non poteſt amplius allegari differentia Majoritatis, & Præcedentiæ inter unum, & alterum Capitulum, ita & taliter, quod in propria Eccleſia pertineat aſſiſtentia Epiſcopo pontificaliter celebranti ad ejuſdem Eccleſiæ proprios Canonicos, & Dignitates, abſque eo quod Canonici Cathedralis ſeſe intromittere valeant in hac Functione extra propriam Cathedralem fieri ſolita ab Epiſcopo invitato ſine Canonicis Cathedralis, ut in puncto Capituli Cathedralis Aretii, & Collegiatæ Sanctæ Mariæ ejuſdem Civitatis Aretii judicatum fuit per duos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Florentinum, & de Salviatis Judices Deputatos per ſan. mem. Clementem VIII. ubi habetur hæc præciſa circumſtantia, quod in Proceſſionibus vexilla utriuſque Capituli procedebant a pari propter unionem illorum; & propterea deciſum fuit, quod aſſiſtentia Epiſcopo Pontificalia celebranti in Eccleſia Collegiata ſpectaret ad Canonicos Collegiatæ, ibi *Sedente Epiſcopo in Eccleſia Collegiata, & ibi celebrante, vel Pontificalia exercente eidem aſſiſtant, miniſtrent, &*
inſerviant Canonici ejuſdem Collegiatæ; quod Ju- 6
dicatum legitur confirmatum per ſan. mem. Clementem VIII. die 8. Junii 1596. Notum eſt autem, quod hujuſmodi Judicatum licet emanatum in alia Cauſa facit Statutum, & Legem etiam in caſu iſto, ubi eadem concurrit circumſtantia unionis, & parificationis utriuſque Capituli, maximè cum ſit Judicatum Papæ ob ejus approbationem prævia deputatione Cardinalium ab eodem facta, juxta Textum *in cap. In Cauſis de Sentent. & re judicat. & in cap. Ex multa de Vot. & Vot. redempt.* Fagnan. *in cap. Quoniam ſub num.* 67. *de Conſtitut.* Monet. *de Decim. cad.* 9. *quæſt.* 2. *numer.* 39. Rota *in Mindonien. prætenſæ Obſervationis Conſtitutionis* 12. *Januarii* 1703. §. *Adſtipulabatur*, & 1. *Martii* 1706. *Verum in fine*, coram bon. memor. Anſald.

Suffragante etiam altero exemplo Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Petronii Bononiæ, ubi occaſione feſtivitatis Sancti Titularis, & Patroni Civitatis Archiepiſcopo in illa Eccleſia pontificaliter celebranti aſſiſtunt duntaxat Canonici ipſius Collegiatæ, 7
abſque eo, quod ſeſe unquam intromiſerint Canonici Cathedralis; quod quidem exemplum pariter eſt in terminis Collegiatæ inſignis, & coæqualis Cathedrali, propter quod ſpectat ad ipſius Eccleſiæ Canonicos prærogativa aſſiſtendi Epiſcopo in eorum Eccleſia celebranti, cum notum ſit Collegiatas inſignes ipſis Cathedralibus æquiparari, ad
Text. *in cap. Sæpe contingit de elect. in* 6. *gloſſ. in* 8
cap. Statutum in verbo Cathedralium de reſcript. in 6. Corrad. *in prax. benefic. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 4. Ceccoper. *lucubrat. Canon. libr.* 1. *num.* 77. Ricciul. *de Jur. perſon. libr.* 1. *capit.* 13. *numer.* 56. Rot. *deciſ.* 29. *numer.* 8. *verſ. Confirmantur part.* 2. *diverſor.*

His omnibus accedit obſervantia, dum nunquam Canonici Cathedralis acceſſerunt ad Eccleſiam Sancti Venantii ad effectum aſſiſtendi Epiſcopo ibi pontificaliter celebranti, & ſolum aſſiſtentiam præſtiterunt Prior, & Canonici ejuſdem Collegiatæ, ut conſtat ab obſervantia ſub tribus antecefforibus Epiſcopis, quorum gubernium excedit curſum 55. annorum, quorum tempore, quoties Epiſcopi pontificaliter celebrarunt in dicta Eccleſia, nunquam illis aſſiſtentiam præſtiterunt Canonici Cathedralis, juxta hodierni Epiſcopi relationem, juxta depoſitione teſtium hoc deponentium de viſu proprio temporibus trium Epiſcoporum anteceſſorum, qui teſtes de viſu proprio deponentes, & corroborati ex relatione Epiſcopi plenam conſtituunt probationem hujus obſervantiæ quoad controverſam aſſiſtentiam affirmativè quoad Canonicos Sancti Venantii, & negativè quoad Dignitates, & Canonicos Cathedralis, Rot. coram Emerix Jun. *deciſ.*
113. *numer.* 5. & coram Seraphin. *deciſ.* 1163. *nu-* 9
mer. 6. & coram Celſ. *deciſ.* 312. *numer.* 4. & 5. & coram Benincaſ. *deciſ.* 7. *numer.* 3. & *in Pampilonen. Juris ſedendi* 28. *Januarii* 1707. §. *Atque in hoc propoſito*, & *in Pampilonen. Exemptionis* 4. *Junii* 1707. §. *Tum etiam* coram bon. mem. Anſaldo.

Hæc autem obſervantia ſub Epiſcopatibus trium Epiſcoporum cum excedat curſum quinqua-

quaginta quinque annorum, præſumere facit uniformem extitiſſe obſervantiam præcedentem, & quidem retro uſque in infinitum, niſi contrarium pro-
10 betur per Canonicos Cathedralis, juxta receptam in Jure propoſitionem, quod obſervantia ſubſequens conſimilem, & uniformem præſumit obſervantiam antecedentem, ut habetur apud Rotam *deciſ.* 57. *num.* 9. *part.* 6. *& deciſ.* 68. *num.* 19. *& an. part.* 8. *& deciſ.* 344. *num.* 19. *part.* 16. *& deciſ.* 660. *num.* 12. *part.* 19. *Recent. & deciſ.* 176. *num.* 2. coram Buratto, *& in Giennen. Adjunctorum prima Maii* 1704. §. *Et tamen*, coram bon. mem. Molines, *& in Saliſburgen. Vicariæ* 31. *Januarii* 1714. §. *Nec in aliqua*, cor. Eminentiſſimo Falconerio, *& 4. Februarii* 1715. §. *Abſque eo quod*, coram R. P. D. Criſpo, *& in Compoſtellana Beneficii* 15. *Martii* 1717. §. *Verum etiam*, cor. Eminentiſſimo Althann.

Nemo autem in conſpectu adeo longævæ, & centenariæ Obſervantiæ dubitare poteſt de pertinentia controverſæ aſſiſtentiæ ad ſolum Priorem, & Canonicos hujus Collegiatæ, quando in ſubjecta materia præeminentiali, & in functionibus Eccleſiaſticis, & Sacris Ritibus verſanti non magis at-
11 tenditur quidquid Jus diſponat, quam quidquid fuerit obſervatum, cum obſervantia, ubi pervenit ad quadragenariam, abſque ulla difficultate præſtet legitimum titulum, non ſecus ac aſſiſtentia Juris; Ipſa enim conſuetudo aſſiſtentia Juris eſt, ut inquit Menoch. *conſ.* 126. *num.* 4. *in fin.* Rot. *deciſ.* 781. *num.* 6. *part.* 18 *Recent.* ibi = *Iſti dicuntur ratione talis conſuetudinis habere Juris aſſiſtentia* = Gratian. *diſceptat.* 845. *num.* 4. Rota coram Penia *deciſ.* 817. *num.* 3. & late *in Pampilonen. Præeminentiarum* 3. *Februarii* 1700. §. *Fortius*, ibi = *Cum in hujuſmodi præeminentiis omnino attendenda ſit conſuetudo, cum illa tribuat Jus, & faciat totum* = *& 7. Mar-*
12 *tii* 1701. §. *Iterum cum ſeqq.* coram bon. mem. dell' Olmo, ubi quod attenditur Conſuetudo etiam ſi Juris diſpoſitio repugnaret, & contraria foret ipſi Conſuetudini.

Cum itaque Dignitates & Canonici Cathedralis ab immemorabili nunquam turbaverint prærogativam Capituli Collegiatæ circa præſtandam aſſiſtentiam Epiſcopo in eorum Eccleſia celebranti cum ſpatio 55. annorum conſtet de privativa hujus Capituli, abſque eo quod Canonici Cathedralis oſtendere poſſint ullo unquam tempore hanc præſtitiſſe aſſiſtentiam, hinc tanti temporis ſpatio allegari non poteſt gratuita abſtinentia Capituli Cathedralis ab aſſiſtendo proprio Epiſcopo: ſed hoc tribuendum venit recognitioni juris, & prærogativæ Capituli Collegiatæ, cum toties continuata abſtinentia ex ſimplici voluntate non præſumatur, ſed ex recognitione juris alieni, Tondut. *quæſt. benef.* 169. *num.* 8.
13 *& 9.* Rocc. *diſput. jur. cap.* 167. *num.* 47. *& 48.* Rot. coram Seraphin. *deciſ.* 212. *num.* 2. & coram Merlin. *deciſ.* 583. *num.* 8. *& in recent. deciſ.* 85. *num.* 8. *part.* 5. *& in Urgellen. Servitutum* 15. *Martii* 1697. §. *Tertio quoque*, coram bon. mem. Urſino *& in Saliſburgen. Vicariæ* 16. *Januarii* 1719. §. *Regula vero*, coram Eminentiſſimo Falconerio.

Deſcendendo ad ſecundum dubium = *Ubi, & quomodo occaſione Synodi ſedere debeant Dignitates, & Canonici Eccleſiæ Cathedralis, & Prior & Canonici d. Collegiatæ*, dicebam eſſe reſpondendum Dignitates, & Canonicos utriuſque Capituli ſedere debere in linea coæquali, data præcedentia Canonicis Cathedralis in manu dextera, Canonicis autem Collegiatæ in ſiniſtra; Etenim in functionibus Eccleſiaſticis utrumque Capitulum fuit unitum, & ad inſtar unici Corporis redactum juxta motum proprium ſanctæ memoriæ Pauli III. & Laudum emanatum de anno 1552. nam inceſſus in Proceſſionibus fit cum Crucibus utriuſque Capituli a pari procedentibus, & juxta motum proprium incedebant Canonici bini bini, unus Cathedralis a dexteris, & alter Collegiatæ a ſiniſtris, & juxta Laudum promiſcue incedunt Canonici Cathedralis, & Canonici Collegiatæ cum præcedentia illorum ſupra iſtos; Qua data parificatione, & Unione, licet duo ſint Capitula, attamen dicuntur redacta ad
modum unici Corporis inſimul confuſi, & uniti, 14
juxta punctualiter firmata apud Rot. *in Colonien. Præcedentiæ*, coram bon. mem. Muto impreſſa apud Antonell. *de jurid. & oner. Cleric.* *deciſ.* 21. *per tot. ſignanter num.* 9. *& 10.* & coram Coccin. *dec.* 1023. *num.* 4. & cor. Emerix Jun. *deciſ.* 162. *& dec.* 1014. *per totas repetit. poſt* Monacell. *tom.* 2. *dec.* 16. *num.* 1. *& dec.* 17. *num.* 1. *& dec.* 18. *& 19. utrobique num.* 1. *& in Romana Præcedentiæ* 5. *Maii* 1710. §. *Ad effectum*, *& §. Tanto magis*, cor. R. P. D. Criſpo.

Ex hac autem parificatione certa naſcitur conſequentia, quod ſine ullo juridico fundamento prætendat Capitulum Cathedralis ſedere altius ſeu in ſcamno per unum gradum eminentiori reſpectiva ad Priorem, & Canonicos Collegiatæ, & quod iſti ſedere debeant in gradu humiliori, & in ſcamno poſito retro terga ipſorum Canonicorum Cathedralis, quando hoc totaliter repugnat, & contrarium eſt Bullæ Pauli III. & Laudo tanquam diſpoſitionibus, quæ parificarunt utrumque Capitulum, & in æqualitate conſtituerunt, data tantum præcedentia Canonicis Cathedralis; Repugnat enim unioni, & parificationi, quod unus ſedeat in altera Sede, & alter in infima, & poſt tergum alterius, quod eſſet deſtruere unionem Corporis, illamque paritatem, & promiſcuitatem, quæ non patitur, neque admittit ſervum, & Dominum, nec altum, & infimum locum, ſed omnes in æquali linea conſtituit, data tantum diſtinctione, ſeu præcedentia manus dexteræ, & ſiniſtræ, in quo conſiſtit, & conſervatur major prærogativa Canonico-
rum Cathedralis abſque hac pomposa altitudine Se- 15
dis, & poſtergatione Canonicorum Collegiatæ, Pignatell. *conſul.* 25. *n.* 10. *to.* 4. ibi *Non dicunt attribuendum Canonicis locum altiorem, ſed digniorem, illumque habent Canonici, cum ſedent Epiſcopo viciniores.*

Hoc etiam determinatum legitur uſque de anno 1652. ex decreto R. P. D. de Gentilibus Epiſcopi Anagnini Præſidentis deputati ab R. P. D. de Alteriis poſtea fan. mem. Clemente X. ubi orta controverſia circa ſeſſionem in Presbyterio, dictum fuit, quod ambo Capitula Cathedralis, & Collegiatæ *Sedere debeant extra Presbyterium in ſcamnis æqualibus, & æque diſtantibus a Sede Dominationis Suæ Illuſtriſſimæ, unum a dextris, nempe Capitulum Cathedralis, & alterum a ſiniſtris, nempe Capitulum Collegiatæ*. Et hoc ipſum ſervatum fuit de anno 1714. ex decreto Cardinalis Caſini. Quæ decreta licet proviſionalia, cum tamen longo tempore fuerint obſervata ab anno 1652. uſque in præſens, habent magnam præſumptionem Juſtitiæ ad effectum,
ut ita ſit continuandum, cum veriſimile non ſit fuiſ- 16
ſe per modum proviſionis ordinatum quidquid eſſet incedens, & contra diſpoſitionem Cæremonialis, ad Text. *in cap. Bonæ de poſtulat. Prælat.* Adden. *ad deciſ.* 254. *num.* 286. *part.* 9. *recent.* & cor. Ubag. *deciſ.* 30. *num.* 7. & cor. Serapin. *deciſ.* 1415. *num.* 5. & coram Buratt. *deciſ.* 538. *num.* 3.

Neque adverſantur reſolutiones Sacr. Congregationis in *Novarien. Juris ſedendi in Synodo*, quia nihil applicantur ad rem iſtam, dum Capitulum Collegiatæ S. Gaudentii, de quo loquuntur, non habebat pro ſe Conſtitutionem Apoſtolicam, & Laudum, quæ parificaſſent illud Capitulo Cathedralis in functionibus Eccleſiaſticis; Et propterea in caſu iſto, ubi agitur de Capitulo qualificato, quod in inceſſu proceſſionali, & aliis functionibus parificatum fuit Capitulo Cathedralis, intrare non poſſunt *allegatæ reſolutiones*, quia nil repugnat: ſed congruum eſt, ut Canonici Collegiatæ inſignis in linea coæquali ſedere debeant cum Canonicis Cathedralis, quando de Jure ſpeciali introducta fuit parificatio, & coæqualitas inter duo corpora circa præeminentiam, & honorem in Proceſſionibus, & aliis actibus publicis, quæ parificatio diſtinctionem iſtam non admittit reſpectu Sedis altioris, & humilioris, alias deſtructa remaneret hæc paritas juſte introducta ob ſpecialiſſimas prærogativas Collegiatæ, ex quibus digna fuit, ut diſtingueretur

ab aliis

ab aliis Collegiatis reſpectu honoris, & præemi-
17 nentiæ; Unde quidquid fuit deciſum contra Capi-
tulum S. Gaudentii non eſt allegabile contra Ca-
pitulum S. Venantii, quoniam ubi circumſtantiæ
variant caſum, reſolutiones non attenduntur, per
ea, quæ advertit Cardin. de Luc. *in annotat. ad
Concil. diſc. 1. num. 11.* Pignatell. *conſult. 1. numer.
18. tom. 1.* Rot. *in Caſtellana aperitionis oris 19.
Novembris 1703. §. Abſque eo quod*, coram bon.
mem. Molines *impreſſa apud me de controv. Par. al-
leg. num. 87.*

Quod vero motus proprius Pauli III. omnimo-
dam æqualitatem, & parificationem ſtatuerit in-
ter utrumque Capitulum, etiam ad effectum ſeſ-
ſionis in Synodo, manifeſte declaratum habetur
in Laudo anni 1552. ubi poſtquam dictum fuit
in Proceſſionibus inceſſum utriuſque Capituli eſſe
debere unitum, ſeu promiſcuum, itaut proceden-
tibus a pari Crucibus, præirent Clerici Collegia-
tæ, & poſtea illi Cathedralis, & ſic deinde Bene-
ficiati Collegiatæ, & illi Cathedralis, & ſic etiam
Canonici utriuſque Eccleſiæ, & ultimo loco Archi-
diaconus Cathedralis a dextris, & Prior Collegia-
tæ a ſiniſtris, poſtea ibi definitum extitit quod · *Or-
do præmiſſus incedendi, & procedendi ſervetur in
omnibus, & per omnia inter dictos Canonicos &c.
in omnibus Proceſſionibus, ALIISQUE OMNI-
BUS ACTIBUS PUBLICIS, quibus contigerit,
ſeu expediens fuerit QUOMODOLIBET ad invi-
cem incedi, ET CONGREGARI, SEU CON-
VENIRI*; ex quibus verbis reſultat Laudum deter-
minare voluiſſe etiam caſum iſtum ſeſſionis in Sy-
nodo, dum hic dicitur unus ex actibus publicis,
18 quibus contingit utrumque Capitulum ad invicem
congregari, ut in præciſis terminis firmavit Rot.
*in Hiſpalen. Præcedentiæ 3. Februarii 1721. §. Se-
cunda inſpectio*, coram bonæ memoriæ Lancetta De-
cano, *& 12. Januarii 1722. §. Neque vero*, coram
R. P. D. Coeio.

Cum Laudum ſe non reſtringat ad ſimplices a-
ctus, in quibus datur inceſſus, ut ſunt Proceſſio-
nes, ſed etiam in quibus datur Congregatio utriuſ-
que Corporis, qualis eſt ſeſſio in Synodo, ut præ-
ſeferunt illa verba = *ad invicem incedi, & congre-
gari, ſeu conveniri* = importantia adunantiam Colle-
gialem ad Text. *in Canon. Cœtus diſt.* Alberic. *in Di-*
19 *ction. in verbo Conventus eſt*; Et ſic verificantur in
Synodali adunantia, & congreſſu, maxime propter
univerſalitatem aliorum verborum ibi · *aliiſque om-
nibus actibus publicis* · quæ nullam patiuntur reſtri-
ctionem tanquam comprehendentia omnes actus
20 publicos, etiam omnino diverſos a Proceſſionibus,
ut advertit Barboſ. *dict. 26. num. 5.* Grat. *conſ. 163.
num. 19. lib. 1.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 3.
num. 45. cum ſequentibus*, Gratian. *diſcept. 163. num.
21.* Rot. coram Coccin. *deciſ. 1680. num. 25. & in
Romana communicationis bonorum ſuper negotio prin-
cipali 12. Aprilis 1708. §. Abſque eo, quod* coram
Reverendiſſimo Aldrovando Decano.

Si autem in Proceſſionibus datus fuit iſte Ordo
parificativus utriuſque Capituli, juxta quem exce-
pta tantum præcedentia manus dexteræ inſimul
coæquati fuerunt Canonici, & Clerus utriuſque
Eccleſiæ; Idemque ſtatutum fuit in omnibus aliis
actibus publicis, quibus utrumque Capitulum con-
gregari contigerit; inde manifeſtum remanet, quod
ſi iſte Ordo parificativus ſervari debet juxta Lau-
dum, abſurda convincatur prætenſio, quod in Sy-
nodo Canonici Cathedralis debeant in pomposa
ſedis altitudine elevari, poſtergatis Priore, & Ca-
nonicis Collegiatæ in ſcamno humiliori retro Ca-
nonicos Cathedralis, juxta quem modum viola-
ta remaneret parificatio inducta, & volita per Lau-
dum cum ſola præcedentia Cleri Cathedralis quo-
ad manum dexteram; Et propterea obſtat clara di-
ſpoſitio Laudi, quod ſicut fuit a Capitulo Cathe-
dralis acceptatum, & pacifice ſemper obſervatum;
ita non poteſt in caſu iſto violari, ſed eſt omnino,
21 & inviolabiliter exequendum, ad Text. *in cap. 1.
& 3. de pact. in 6. & in leg. Cum te C. de tranſact.
& in leg. Poſtquam liti Cod. de pact.* Rot. *deciſ. 489.
num. 1. part. 19. recent. & in Placentina prætenſæ
Collegialitatis 20. Junii 1695. §. Conſtare*, coram E-
minentiſſimo Scotto, *& in Burgen. Jurium Parochia-
lium 11. Decembris 1716. §. De ſententiarum*, co-
ram Eminentiſſ. Card. Falconerio.

Immo magis obſtat determinatio Laudi, quia
occaſione Synodi fit Proceſſio, & proceſſionaliter
inceditur ad Eccleſiam per totum Clerum, ut vi-
dere eſt apud Piſcara *in prax. Cæremoniar. libr. 1.* 22
ſeſſ. 10. num. 4. Gavant. *in prax. Diœceſan. Synod.
cap. 14. de Proceſſion. Synodal. num. 1.* Dum itaque
utrumque Capitulum incedit proceſſionaliter ad
Synodum, hinc ſequitur, quod ſicut in Proceſſio-
ne utrumque Capitulum per modum unius Corpo-
ris parificatur, & omnimodam habet æqualitatem,
maxime cum Archidiaconus Cathedralis incedat a
dexteris cum Priore Collegiatæ; ita eadem parifi-
catione procedendum ſit circa ſeſſionem in ipſa
Synodo; Cum de cætero monſtruoſum eſſet, quod
ubi Canonici utriuſque Capituli in inceſſu Proceſ-
ſionali coæqualiter incedunt, itaut Archidiaconus
ſimul cum Priore a pari procedant, poſtea in ſe-
dendo Archidiaconus in altiori ſede collocatus vi-
deatur cum Canonicis Cathedralis, ſedente vero
in profundiori loco Priore cum Canonicis Colle-
giatæ, quando eadem paritas, quæ ſervatur in in-
cedendo, ſervari etiam debet in ſedendo, neque
modus ſedendi inter eaſdem perſonas debet eſſe di-
verſus a modo incedendi, ut in ſpecie inquit Pi- 23
gnatell. *conſultat. 47. numer. 1. tom. 7.* Rot. coram
Coccin. *deciſ. 1697. num. 2.* ibi *Ideo ſicuti debe-
tur in actu ipſius Proceſſionis, ita etiam debetur in
Eccleſia, & deciſ. 1731. num. 26.* ubi loquitur in
præciſis terminis Mandati modum procedendi præ-
ſcribentis; *tam in prædictis Proceſſionibus, QUAM
ALIIS QUIBUSCUNQUE ACTIBUS, in qui-
bus conveniri, aut intereſſe contigerit*: firman-
do eandem methodum eſſe ſervandam in Proceſ-
ſione, ac in ſeſſionibus, quæ habentur in Ec-
cleſiis.

His omnibus accedit motivum evitandi novita-
tem productivam ſcandalorum, & inconvenienti-
um, ſi poſt immemorabilem, ſeu longævam Con-
ſuetudinem hodie intervetteretur illa paritas, &
coæqualitas ſeſſionum, mediante introductione uſur-
tendenti in abjectionem, & dedecus Collegiatæ,
ejuſque Capituli: quia ſemper novitatibus eſt ob-
viandum ob periculum inconvenientium, maxime
in his materiis præeminentialibus, & in ſubjecto
caſu, ubi facile non eſt, quod Canonici Colle-
giatæ ſe videant abjectos, & depreſſos in Sede in- 24
feriori, & poſtergata abſque illis novitatibus, quæ
regulariter inſurgere ſolent, & quas Sacri Cano-
nes ſemper deteſtati fuerunt, ut *in cap. Cum con-
ſuetudinis de conſuet.* ibi · *Cum conſuetudinis uſuſ-
que longævi non ſit levis auctoritas, & plerumque
diſcordiam pariant novitates* · *& in Can. Quis ne-
ſciant diſt. 11, & in cap. Quod dilectio de ætat. &
conſanguin.* ibi · *Conſultius duximus multitudini,
& obſervantiæ conſuetudini deferendum, quam aliud
in diſſenſionem, & ſcandalum Populi novitate qua-
dam adhibita ſtatuendum* · & notat in propoſito
Pignatell. *conſult. 25. num. 14. tom. 4.* Cardin. de
Luc. *in Miſcell. Eccleſ. diſc. 39. num. 17. in fine*,
& bene Rot. *in Colonien. Præcedentiæ*, coram bon.
mem. Muto *impreſſa* poſt Antonell. *de Jurib. &
Oner. Cleric. deciſ. 19. num. 23. in fine, & in Hiſpa-
len. Proceſſionis ſuper ſecundo Dubio 28. Junii 1700.
§. Et ſane, & §. Ut enim*, coram bonæ memoriæ
Anſaldo.

Quod ſi motus proprius Pauli III. necnon i-
pſum quoque Laudum anni 1552. tanta maturita-
te, & ſtudio ſtatuerunt parificationem utriuſque
Capituli in Proceſſionibus, aliiſque actibus publi-
cis ad hunc præciſum effectum tollendi diſcordias,
& inconvenientia inter utrumque Capitulum, ut in
motu proprio ibi · *Scandalum præbuerunt, & præ-
bebant eidem Civitati* · & legitur etiam in Laudo
ibi · *Pro bono pacis, & concordia dictorum Ca-*

pitulorum, & totius Civitatis prædictæ, ET AD SCANDALUM CESSANDUM = non videtur in his circumſtantiis permittenda novitas, per quam fiat reverſio ad antiqua abſurda, quibus obviandis emanarunt Conſtitutio Apoſtolica, & Laudum; dum ex prædictis manifeſte apparet, quod ſpatio centum annorum, & ultra fuerunt exercita Pontificalia ab Epiſcopo in Eccleſia Collegiata S. Venantii, & fuerunt peractæ Synodus, & tamen ſemper Capitulum hujus Collegiatæ aſſiſtentiam præſtitit Epiſcopo, & reſpective ſeſſionem habuit coæqualem in Synodo cum Canonicis Cathedralis, abſque eo quod iſti oſtendent, vel oſtendere poſſint per ullum minimum actum turbaſſe Canonicos Collegiatæ in utriuſque actus tam aſſiſtentiæ, quam ſeſſionis conſuetudine, & poſſeſſione; Et ſic verificatur hanc eſſe meram novitatem, cui ſicut obviare ſtuduerunt Breve Pauli III. & Laudum anni 1552, ita ſequendo mentem hujuſmodi diſpoſitionum ea de medio tollenda venit tanquam radia productiva diſcordiarum, & abſurdorum; Ideoque juſtum, & congruum videtur in ſubjecto caſu, ut nihil ſit innovandum, & ſervetur quidquid ha-
36 ctenus ſervatum fuit, ut tradunt Valenzuol. *conſ.* 184. *num.* 5. Capon. *diſcept.* 85. *num.* 12. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 73. Pignatell. *conſ.* 7. *num.* 7. *tom.* 7. *& conſult.* 54. *num.* 10. *tom.* 10. Quia nihil innovare ſecurius eſt in ambiguis, ſive ubi occurrunt difficultates, & pericula inconvenientium juxta ſententiam *Piſonis*, quam amplexus fuit Senatus Romanus in negotio mutandi, ſeu vertendi Alveum fluminibus excurrentibus in Tyberim, apud Tacit. *lib.* 1. *annal. in fin.* ibi = *Seu difficultas operum, ſive ſuperſtitio valuit, ut in Sententiam Ciſonis concederetur, qui nil mutandum cenſuerat.*

Et ſecundum præmiſſa ſic judicavit Sacr. Congregatio Rituum ad relationem Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini mei Cardinalis Zondadari, quæ ſub die 3. Auguſti 1726. reſpondit.

Ad I. quoad primam partem = *Negative* = & quoad ſecundam = *Affirmative.*

Ad II. = *Servetur Decretum Eminentiſſimi Caſini, nempe quod Capitulum Cathedralis ſedeat a dexteris Sedis Epiſcopalis; Capitulum vero S. Venantii a ſiniſtris in linea æquali, & Synodus celebretur in Eccleſia, & extra Presbyterium.*

ARGUMENTUM.

Contra *regulam* 8. *Cancellariæ*, & Concordata Germaniæ præſcribi non poteſt jus conferendi in menſibus reſervatis in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, non obſtante Immemorabili, & Centenaria.

SUMMARIUM.

1 *Vacatio Beneficii non præſumitur in menſe reſervato, ſed Ordinario*, & num. 18.
2 *Pontifex Nicolaus V. fuit Auctor* regulæ 8. Cancellariæ, *& Concordatorum Germaniæ.*
3 *Immemorabilis non datur contra regulam, & Concordata, & quare*, & num. 26.
4 *Nec etiam datur Centenaria ob Decretum irritans*, & num. 24. & 27.
5 *Conſtitutio Clementis VII. prohibuit poſſe præſcribi contra Concordata etiam Centenariam*, & num. 28.
6 *Non ſuffragatur Centenaria contra regulam reſervatoriam, quæ renovatur per ſingulos Pontifices.*
7 *Contra reſervationes Apoſtolicas non ſufficit Centenaria ſine qualitate coactiva* & num. 23.
8 Regula 8. *derogat Privilegiis etiam in limine fundationis conceſſis.*
9 *Lex, quæ revocat Privilegium verum, eo magis præſumptum.*
10 Regula 8. *derogat etiam conſuetudines immemorabiles diſponendi de Beneficiis reſervatis.*
11 *Ratio ob quam præſcribi non poſſunt Concordata in præjudicium Sedis Apoſtolicæ*, & num. 29. 30. & 31.
12 *Regulæ reſervatoriæ, ubi ſunt dubiæ, poſſunt interpretari per Centenariam.*
13 *Reprobantur auctoritates, quæ admittunt præſcribi poſſe Concordata in præjudicium Sedis Apoſtolicæ*, & num. 25.
14 *An pro certo Beneficio ſuffragari poſſit immemorabilis, & Centenaria ad evitandas reſervationes.*
15 *Lex præſumpta fundationis ceſſat ceſſante Centenaria.*
16 *Beneficium liberæ collationis poteſt habere Fundatorem Laicum.*
17 *Centenaria æquiparatur immemorabili, amplia ut ibi.*
19 *Collationes factæ per reſignationem non faciunt obſervantiam in caſu liberæ vacationis.*
20 *Præſumptio militat contra non exhibentem, & quando.*
21 *Collationes Ordinarii contra Reſervationes Apoſtolicas non conſtituunt conſuetudinem.*
22 *Ex natura unius Beneficii arguitur ad naturam alterius in eadem Eccleſia exiſtentis.*

DISCEPTATIO CL.

CUm in pluribus Cauſis mihi contigerit Articulus, an per obſervantiam, ſeu conſuetudinem præſcribi poſſit contra *regulam* 8. *hodie Cancellariæ* reſervatoriam menſium, & pariter contra Concordata Germaniæ, aliqua breviter annotabo juxta opinionem in praxi firmatam, & reſultantem ex numeroſis Deciſionibus Sacræ Rotæ, de quibus infra emanatis in cauſis, in quibus ſcripſi ad defenſam.

Ego igitur crederem, quod tam contra *regulam* 6. *Cancellariæ*, quam Concordata non poſſit ullo modo præſcribi per inferiores Collatores vigore immemorabilis, aut Centenariæ, juxta quam prætendere ſolent nunquam factas fuiſſe proviſiones Apoſtolicas Beneficiorum, licet iſtorum vacatio ſucceſſerit in menſibus reſervatis, ut neceſſarium eſt probare ad hujuſmodi effectum, alias 1
præſumptio eſt pro vacationibus ſecutis in menſe Ordinario, ut apud Gonzal. *gloſ.* 11. *num.* 43. & in terminis Rot. *in Praten. Beneficii prima Decembris* 1719. §. *Verum* coram Rever. Pat. Dom. Criſpo, *in Monaſterien. Vicariæ* 12. *Martii* 1706. §. *Atque hinc*, coram Omanna, *in Barchinonen. Beneficii* 3. *Junii* 1729. §. *finali*, coram bon. mem. Certo, *& in Monaſterien. Decanatus* 11. *Januarii* 1723. §. *Verum enim*, coram R. P. D. Calcagnino, *& in Tridentina Archipresbyteratus* 3. *Februarii* 1727. §. *Verum*, coram eodem.

Ratio ita judicandi eſt, quod agitur de materia, ubi Immemorabilis dari non poteſt ante Concordata, & Regulam reſervatoriam, quæ cœperunt ſub Nicolao V. aſſumpto ad Pontificatum de 2
anno 1447. ut firmavit Rota *in Parmen. Beneficii* 18. *Januarii* 1701. §. *Quoniam*, coram clar. mem. Card. Scotto *impreſſ. apud me Diſcept. Eccleſiaſtic.* 25. *ſub num.* 51. Et ſic ante introductam reſervationem menſium fruſtra Ordinarii Collatores, eorumque Proviſi allegare ſolent immemorabilem conſuetudinem, quæ certe dari, & introduci non poteſt 3
contra illam legem, quæ nondum facta, ſeu nata fuit, ſcilicet Legem reſervatoriam menſium? Nihil enim introduci poteſt contra illud, quod adhuc in rerum natura non exiſtit, ut bene Rota coram Bichio *deciſ.* 486. *num.* 32. *& in Toletana Decimarum de Capilla ſuper Congrua* 17. *Aprilis* 1722.

§. Sed

§. *Sed diſcurſus* coram Eminentiſſimo Faleonerio *inter ejus impreſſ. deciſ. 5. num. 15. de Decim.* & in puncto Concordatorum Germaniæ ita firmavit Rota coram Cerro *deciſ. 572. num. 9. & 10. & in Tridentina Archipresbyteratus 4. Junii 1723. §. Nec valuit, & 3. Decembris ſubſequentis §. Etſi autem, & 26. Junii 1724. §. Adverſus*, coram R. P. D. Gamacha, *& 3. Februarii 1727. §. Maxime*, coram R. P. D. Calcagnino.

Poſt vero Regulam reſervatoriam menſium, & Concordata, quæ cœperunt ſub Nicolao V. ad nihil ſuffragatur Centenaria cum omnibus concluſionibus, & regulis generalibus fundatis in virtute, & potentia Centenariæ, quia contra Sedem Apoſtolicam nulla Centenaria poteſt tollere Reſervationes, & contractum Concordatorum. Etenim duo initio infallibili ex Concordatis per viam contractus, & pacti inter Sedem Apoſtolicam, & Nationem Germanicam, exinde inſurgit mala fides, quæ impedit ipſam Centenariam, dum iſta perdit totam virtutem ob vitium malæ fidei inductum ex initio Concordatorum, quia neque etiam Millenaria aliquid ſuffragatur, aut operatur propter malam fidem, ut in terminis, ita contra Immemorabilem, quæ prætendebatur adverſus Concordata reſpondit Rota coram Cerro *deciſ. 572. numer. 11. & 12. & in Monaſterien. Decanatus 26. Aprilis 1709. §. Non obſtat, & 13. Junii 1710. §. finali*, coram bon. mem. Caffarello, *& in dicta Moguntina Decanatus 15. Januarii 1712. §. finali*, coram bon. mem. Lancetta, *& in dicta Tridentina, ubi ſupra §. Tertia demum*, coram Rev. P. D. Calcagnino.

Ulterius poſt *regulam 8. Cancellar.* & Concordata, impoſſibile eſt dare Centenariam ob Decretum irritans adjectum in regula reſervatoria, &
4 Concordatis, quod Decretum ſicut inficit poſſeſſionem, & conſuetudinem contrariam, ita reſiſtit ab initio ejus introductioni, & operatur, ut nunquam poſſit incipere ipſa Conſuetudo, & ipſa Centenaria, ut ait Rota *deciſ. 580. numer. 24. & 26. part. 4. tom. 3. recent.* & pluries reſpondit Sacræ Rotæ Auditorium in tot aliis Cauſis; in quibus allegabatur Centenaria poſt Reſervationes, & Concordata, coram Caprara *deciſ. 535. num. 12. & in Monaſterien. Vicaria 18. Martii 1707. §. final.* coram bon. mem. Omanoa, *& in dicta Moguntina Decanatus ubi ſupra §. final.* coram bon. mem. Lancetta, *& in dicta Praten. Beneficii ubi ſupra §. Verum*, coram R. P. D. Criſpo, *& in dicta Monaſterien. Decanatus, ubi ſupra*, coram R. P. D. Calcagnino, *& in dicta Tridentina §. Pariformiter* coram eodem.

Et reſpectu Concordatorum accedit circumſtantia, quod fel. mem. Clemens VII. anno 1534. *in ejus Conſtit. 41. Bullar. Roman. tom. 1.* antequam introducta fuiſſet Centenaria a die Concordatorum, agnoſcendo abuſum, quod aliqui Eccleſia-
5 rum Prælati in Germania non ſervabant Concordata in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, declaravit omnes collationes ab Ordinariis — *Contra tenorem, & formam dictorum Concordatorum quomodolibet factas, ET IN POSTERUM FACIENDAS &c. nullum titulum, vel colorem ipſa Beneficia poſſidendi tribuiſſe AUT IN FUTURUM TRIBUERE, ſed & illa pro malæ fidei Poſſeſſoribus, & mere intruſis ab omnibus haberi, & cenſeri, ac fructus &c. perceptos, & percipiendos nullo unquam tempore ſuos facere, ſed ad illorum reſtitutionem in utroque foro efficaciter obligatos eſſe* — decernendo, & ſtatuendo, quod in futurum obſtare non poſſet quicunque lapſus temporis, & quæcunque tolerantia, ibi — *Et quemcunque temporis fluxum, ſeu patientiam, vel tolerantiam minime obſtare debere, quominus contra dictos intruſos, & introducendos QUOCUNQUE TEMPORE judicialiter experiri valeant* — adjecto Decreto irritanti in forma ampliſſima; Qua Conſtitutione attenta, impoſſibile eſt dari poſſe in futurum introductionem cujuſcunque Conſuetudinis etiam Centenariæ, & Millenariæ, eo ipſo quod Papa per adeo efficaciſſimam, & prægnantiſſimam Bullam declaravit adeſſe MALAM FIDEM in præſcribentibus adverſus Concordata, & voluit derogare cuicunque Conſuetudini in futurum cujuſcunque temporis longiſſimi, & centenarii, ut ex verbis ſupra relatis ibi — *Quemcunque temporis fluxum, ſeu patientiam, vel tollerantiam minime obſtare debere* — itaut contra hanc Conſtitutionem non poſſit amplius introduci Centenaria, aut Milenaria tanquam inobſervantia, & abuſus contra legem pacti, & Concordatorum: ut in terminis contra allegationem Immemorabilis, & Centenariæ hanc Conſtitutionem adduxit, & conſideravit Rota *dicta deciſ. 572. numer. 13.* coram Cerro, *& in dicta Moguntina Decanatus 15. Januarii 1712. §. final.* coram bon. mem. Lancetta, *& in dicta Monaſterien. Decanatus 26. April. 1709. §. Non obſtat*, coram bon. mem. Caffarello, *& in Deciſionibus Cauſa 4. Junii 1723. & 3. Decembris ejuſdem anni §. Accedente*, coram R. P. D. Gamaches, *& in dicta Tridentina §. Altera*, coram R. P. D. Calcagnino.

Quinimmo Regula reſervatoria menſium eſt incapax recipiendi contra ſe aliquam Conſuetudinem centenariam, & biſcentenariam, ea ratione, quod regulæ Cancellariæ renovantur in craſtinum aſſumptionis ad Pontificatum per quoſcunque Romanos Pontifices, per quam renovationem Regulæ reſervatoriæ per Summos Pontifices de tempore in tempus aſſidue factam ſemper interrupta remanet, ac interverſa Conſuetudo per impedimentum, quod ſemper prohibet ejus, ſive initium, ſive complementum, cum prædicta renovatio de tempore 6
in tempus reponat ſemper in ſua viridi obſervantia Regulam reſervatoriam ad impediendam Conſuetudinem, & impediendum ejus complementum in linea Centenariæ, ut individuo firmarunt Garz. *de Benefic. part. 5. cap. 1. numer. 454. 557. & 678. verſ. Quamvis ergo*, Rota coram Caprara *deciſ. 536. num. 11. & deciſ. 553. num. 13. & in dicta Monaſterien. Decanatus 11. Januarii 1723. §. Imme*, coram Rev. P. Dom. Calcagnino, ibi — *Quia relatæ menſium reſervationes a ſingulis reiterantur, renovanturque Pontificibus, ideoque nullum conſuetudinis, ſeu præſcriptionis etiam IMMEMORABILIS præſidium quanquam ab initio fuiſſe attentatum quivis habere progreſſum, cum fuerit a dictis iteratis renovationibus præpeditum* — *& in Cracovien. Cantoria 7. Martii 1701. §. final.* cor. bon. mem. Lancetta.

Inſuper ſpeciale eſt in hac materia, ut niſi exhibeatur qualitas coactiva hujus Conſuetudinis etiam centenariæ, ipſa in nihilo ſuffragatur, quia nempe oſtendi debent collationes factæ in menſibus reſervatis per Ordinarios, non ſolum cum ſcientia, & patientia Datariæ, quæ non ſufficit *juxta allegatam Conſtit. 41. Clem. VII* ſed etiam in concurſu Proviſi Apoſtolici, qui in contradictorio 2
judicio rejectus fuerit cum acquieſcentia ſubſecuta, & deinde obſervantia continuata per Centenariam; quidquid enim in contrarium dici ſoleat, quod tale requiſitum non ſit neceſſarium in Centenaria, punctus eſt, quod iſta concluſio non procedit in hac materia, quæ eſt differens ab aliis propter Decretum irritans, & propter relatam *Conſtitut. 41. Clementis VII.* ac propter renovationem *regul. Cancell.* fieri ſolitam per omnes Pontifices, ubi propterea neceſſarium eſt requiſitum rejectionis Proviſi Apoſtolici in contradictorio judicio, ut in puncto firmavit Rot. *in dicta Monaſterien. Decanatus 11. Januarii 1723. §. Verum*, coram R. P. D. Calcagnino, ibi — *Nihil eidem hæc ſimplex probatio profutura fuiſſet, niſi identidem per firmiorem facti probationem docuiſſet de patientia ſimul, atque conſcientia Sedis Apoſtolicæ; Inſuper ac vacatione Decanatus in menſe reſervato, inſimulque de rejectione Proviſi Apoſtolici per contradictionem a Proviſo per Ordinarium, alias ex temporis effluxu ETIAM METAM ANNORUM MILLE tangente, deficientibus pronunciatis*

circumſtantiis nullum detrimentum, aut præjudicium juribus Sanctæ Sedis quoad collationem Beneficiorum ob regulam de reſervato irrogatum fuiſſe conſtat — *&* *in dicta Tridentina* §. *Maxime quod ad inducendam*, & in terminis Centenariæ, quod requiratur hæc qualitas coactiva in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, late firmatum fuit *in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus* 22. *Januarii* 1730. §. *Proindeque* coram bon. mem. Molines, ubi quod cum rejectione Proviſi Apoſtolici requiritur etiam ſcientia Pontificis, *&* 30. *Januarii* 1702. §. *Sed quatenus* cor. clar. mem. Cardin. Priolo, *& in Hildeſimen. Decanatus* 14. *Junii* 1723. §. *final.* coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano.

Addo prædictis, quod contra Regulam Reſervatoriam inutilis eſt Centenaria, & immemorabilis; hæc enim nihil plus poſſet præſumere, quam Privilegium Apoſtolicum, vigore cujus Ordinarii obtinuiſſent jus conferendi etiam *in reſervatis*, & tamen hoc Privilegium non præſumptum, ſed litte-
8 rale, & expreſſum, ſi adeſſet, remaneret vanum,
& inutile tanquam derogatum *ex regula* 8. *hodie* 9. *Cancell.* ubi derogatum fuit omnibus Privilegiis etiam in limine erectionis conceſſis cum quibuſcunque clauſulis ampliſſimis, itaut Privilegium ab uno Papa conceſſum duret quantum durat vita ipſius Papæ concedentis: ſed poſt ejus obitum ſtatim cadat ſub revocatione facta per *regul.* 8. ut bene Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 39. *num.* 15. *& ſeqq.* Rot. coram Gregor. *deciſ.* 240. *num.* 1. *& in Virdunen. Abbatia* 26. *Junii* 1693. §. 20. coram bon. mem. Molines, & apud Me *de Controv. Patron. alleg.* 100. *num.* 207.

Nec ſolum hæc derogatio Privilegiorum de conferendo in reſervatis continetur in regula ipſa reſervatoriam menſium, ſed magis expreſſe *in regula* 15. *Cancell.* in qua derogatum fuit hujuſmodi Privilegiis in præjudicium Sedis Apoſtolicæ conceſſis, cum quibuſcunque Derogatoriis Derogatoriarum, ita & taliter quod iſta Privilegia poſt obitum Papæ concedentis ſtatim revocata maneant, ut late Rot. *deciſ.* 285. *per tot. par.* 9. *recentior.* & coram Cardin. Caprara *deciſ.* 673. *ſub num.* 9. *&* 10. ibi — *Illud remanſerit revocatum per regulam* 15. *Cancell. poſtea ſuperventam, in qua expreſſe revocantur omnia Privilegia contra Apoſtolicas reſervationes per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores quibuſvis Perſonis conceſſa; etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, & Apoſtolica poteſtatis plenitudine, cum quibuſvis clauſulis etiam Derogatoriarum Derogatoriis* — *& in dicta Virdunen. Abbatia* 26. *Junii* 1699. §. 20. *cum ſeqq.* coram bon. mem. Molines, *& in Tiraſonen. Prioratus* 29. *Aprilis* 1697. §. *Eoque facilius* coram bon. mem. Urſino, & noviſſime *in Urgellen. Archidiaconatus* 23. *Februarii* 1725. §. *Abſque eo quod* coram Rev. P. D. Corio, *& in Juvenacen. Præpoſitura* 23. *Aprilis.* 1725. §. *Parum attento*, *&* 10. *Maii* 1726. §. *In nihilo* coram Eodem.

Si ergo ubi exhiberetur Privilegium expreſſum alicujus Pontificis, hoc eſſet inutile tanquam revocatum *ex regul.* 8. *&* 15. *Cancell.* hinc ex ſuppoſita Centenaria in vanum allegatur Privilegium præſumptum, quia ſi verum eſt revocatum, multo magis præſumptum, & concordat Rot. *deciſ.* 240.
9 *num.* 6. coram Gregor. *& deciſ.* 406. *numer.* 10.
coram Duran. *& in dicta Virdunen. Abbatia ubi ſupra* §. *Et voluntas*, *&* 3. *Aprilis* 1702. §. *Minuſque* coram Molines, *& in dicta Moguntina Decanatus* 15. *Januarii* 1712. §. *Quinimmo* coram bonæ memoriæ Lancetta, quinimmo ceſſare videtur omne principium dubitandi, ex quo *Regula* 8. *hodie* 9. *Cancell.* non ſolum derogavit Privilegiis etiam in limine fundationis conceſſis, ſed etiam Conſuetudinibus immemorabilibus, ibi — *Ac*
10 *conſuetudines etiam immemorabiles* — Et propterea
etiam ſubſtulit Centenariam, & omne Privilegium ejus virtute præſumptum, ſive omnem alium Titulum meliorem de Mundo allegari ſolitum virtute immemorabilis, & Centenariæ, ut in puncto Gonzal. *ad hanc regul. gloſſ.* 33. *numer.* 13. *&* 14. & melius *gloſſ.* 35. *numer.* 21. *cum ſeqq. uſque ad numer.* 30.

Ex quo patet, non eſſe allegabilem neque Immemorabilem, neque Centenariam ad tollendas reſervationes Apoſtolicas, & maxime reſpectu Concordatorum; Sicut enim iſta continent contractum inter Papam, & omnes Epiſcopos, & Principes Germaniæ: & ſicut Papa ex ſua parte obſervat illis Concordata; ita claudicare non po-
teſt contractus, ut Concordata non obſerventur 11
Papæ per Nationem Germanicam, quod eſt contra pactum naturale, & contra juſtitiam, ubi nulla valet Conſuetudo etiam Millenaria, juxta Text. *in cap. final. de Conſuetud.* Covar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *ſub numer.* 5. Gabriel. *de Præſcript. concluſ. prima num.* 32. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 33. *num.* 9. *& ſeqq.* Ex alia etiam ſtringenti ratione, quod ſicut omnes alii Archiepiſcopi; Epiſcopi, & Principes Germaniæ obſervant Concordata; ita non poteſt unus tantum, vel alter Ordinarius allegare contrariam obſervantiam etiam Centenariam, quia Concordata facta ſunt cum univerſo Corpore Nationis Germaniæ, ubi ſi major Pars hujus Corporis, immo totum reliquum Corpus obſervat Concordata, hæc obſervantia conſervat jura Sedis Apoſtolicæ in totum, itaut unus, vel alter Ordinarius non poſſit diverſo jure cenſeri, nec allegare contrarium jus, quod ſervat univerſum Corpus, ut plene Rot. *deciſ.* 130. *numer.* 12. *part.* 9. *tom. prima*, *& deciſ.* 671. *numer.* 2. *&* 3. *part.* 18. & coram Gregor. *deciſ.* 417. *num.* 8. & cor. Othobon. *deciſ.* 3. *num.* 25. & coram Cardinali Caprara *deciſ.* 594. *num.* 8. *&* 10. & in ſpecie *d. Tridentina* §. *Quod certe*, *&* §. *Quod validius* coram R. P. D. Calcagnino.

Hodie inapplicabiles remanent omnes Auctoritates generales ſuper Centenaria extra caſum Re-
ſervationum, & Concordatorum; Aliæ vero, quæ 12
agunt de Reſervationibus, ſolum firmant regulas reſervatorias Cancellariæ, quando ſunt dubiæ, eſſe ſubjectas obſervantiæ interpretativæ, ut legere eſt *in deciſ.* 608. *num.* 6. *part.* 2. *recent.* Adden. ad Gregor. *deciſ.* 184. *num.* 8. & apud me *Diſceptat. Eccleſ.* 27. *num.* 21. Auctores autem Germani qua-
les ſunt Engel. Zip. Vveinſtner, & alii Scriben- 13
tes ad opportunitatem ſuorum Præſulum, in quorum Diœceſibus exiſtebant, nullam auctoritatem faciunt in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, ut alias dixit Rot. *in Auguſtana Canonicatus* 1. *Julii* 1715. §. *Æque irrelevans* coram clar. mem. Card. Scotto, ſed multo minus ratio ulla haberi poteſt de his Auctoribus, quando eos ſpecialiter, ac nominatim reprobarunt alii Auctores Germani, nempe Nicolaus *ad Concordat. German. tit.* 3. *dub.* 2. §. 3. *&* §. 6. Branden. *in Concordat. quæſt.* 4. *num.* 45. Pyring. *in jus Canonic. libr.* 3. *titul.* 5. *num.* 363. *verſic. Adde quod*, Anaclet. *in jus Canonic. libr.* 3. *titul.* 5. §. 19. *numer.* 541. *verſic. Volens declinare Concordata*, & demum quia Sacræ Rotæ Auditorium approbavit perpetuo contrariam opinionem Nicolaii, & Branden. in omnibus Cauſis, in quibus actum fuit de hujuſmodi Articulo, *ut in dicta deciſ.* 572. *num.* 13. *in fin.* coram Cerro, *& in dicta Monaſterien. Vicaria* 12. *Martii* 1706. §. *Atque hinc*, *&* 18. *Martii* 1707. §. *final.* coram bonæ memoriæ Ottauna *& in dicta Monaſterien. Decanatus* 11. *Januarii* 1723. §. *Verum cum ſeqq.* coram R. P. D. Calcagnino, & in aliis ſupra allegatis, & bene *in dicta Tridentina* §. *Profecto*, coram R. P. D. Calcagnino.

In ſumma non eſt dare caſum, quod præſcribi valeat adverſus *regul.* 8. *Cancellariæ*, & Concordata Germaniæ in vim Centenariæ, & Immemorabilis, juxta rationes, de quibus ſupra; & ſolum dubitari poſſet, an hoc procederet in caſu, quo re-
ſpectu unius tantum particularis Beneficii allegare- 14
tur, & probata fuiſſet Immemorabilis, & Centenaria, vigore cujus etiam in menſibus reſervatis ſemper collatio facta fuiſſet per Ordinarium Collatorem.

nun-

Digitized by Google

nunquam vero per Sedem Apoſtolicam; videretur
enim, quod reſpectu certi, & particularis Benefi-
cii, Immemorabilis, & Centenaria præſumeret le-
gem fundationis Laicalis, in qua adjecta fuiſſet
excluſio reſervationum, cum Centenaria præſumat
fundationem, quæ contineat hanc legem earum
excluſivam, *ut in Compoſtellana Beneficii* 15. *Mar-*
tii 1717. §. *Idque eo certius* coram Eminentiſſimo
Althan, *& in Legionen. Parochialis* 2. *Julii* 1706.
§. *Quibus poſitis* coram bon. mem. Kauniz & Ego
ſcripſi *de controv. Patron. alleg.* 98. *num.* 14. *&* 15.
tom. 2.

Verum id verificari videtur ſolum in Beneficiis
de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, ubi Fundator Lai-
cus præſumeretur ita dediſſe legem rei ſuæ, juxta
ea, quæ habentur *in Parmen. Beneficii, & aliis*
Deciſionibus impreſſis apud Me *diſcept. Eccleſiaſt.* 34.
& de controverſ. Patron. allegat. 48. *numer.* 27. *&*
ſeqq. & in dicta Compoſtelana, & Legionen. Secus
autem in Beneficiis liberæ Collationis, in quibus
ſemper urgent omnes rationes, quas ſuperius addu-
xi ad probandum, non ſuffragari Immemorabilem,
& Centenariam ad præſcribendum Jus conferendi
in menſibus reſervatis, & ſignanter, derogatio
Immemorabilis facta per *regul.* 8. *Cancellariæ, &*
Conſtitutio Clementis VII. quoad Concordata, quo-
ties enim derogata eſt, ſeu deficit Centenaria,
non poteſt illa amplius allegari ad præſumendam
15 legem Fundationis, qui eſt effectus, ſeu virtus
Centenariæ *leg. Adigere* §. *Quamvis ff. de Jurepatr.*
cap. Cum ceſſant de appellat. niſi tamen quoad cer-
tum, & particulare Beneficium probaretur Cente-
naria, ſeu Immemorabilis *qualificata*, quod nem-
pe illud in quibuſcunque vacationibus etiam in
Menſe reſervato ſemper proviſum fuiſſet unice, &
privative ab Ordinario Collatore *cum enunciativa*
fundationis Laicalis eum Collatorem privativum de-
notante, idque conſtaret per duas enunciativas an-
tiquas, aut ſaltem Teſtes hoc deponentes de audi-
tu, ſeu publica voce, & fama hujuſmodi Funda-
tionis una cum effectiva probatione Collationum
ſemper continuatarum ab Ordinario in Menſibus
reſervatis; nil enim repugnat Beneficium eſſe libe-
ræ Collationis, & ſub hac lege privativi Collato-
ris ab origine habuiſſe Fundatorem Laicum, qui ex
16 motivo pietatis, & meræ devotionis libere funda-
verit abſque Jurepatronatus, juxta Text. *in cap. Si-*
gnificavit de Teſtib. Card. de Luc. *de Jurep. diſc.* 55.
num. 20. Corrad. *in prax. Benef. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 25.
Rota *in Vulturarien. Beneficii* 29. *Januarii* 1720.
§. *Attendi* coram bon. mem. Fuſcato, & hic ad-
jungere cenſeo Deciſionem Me ſcribente, & obti-
nente emanatam, & ſuperius pluribus locis allega-
tam *in Tridentina Archipresbyteratus* coram R.P.D.
meo Calcagnino.

R.P.D. CALCAGNINO

Tridentina Archipresbyteratus.

Luna 3. *Februarii* 1727.

IMpetrato a S. Sede Archipresbyteratu Eccleſiæ
Collegiatæ S. Mariæ de Arco per Jacobum Be-
nuzzi Sacerdotem Originarium dicti Loci, emana-
vit ejus favore Sententia noſtri Tribunalis pro
executione Litterarum Apoſtolicarum præviis tri-
bus Deciſionibus ſub die 4. Junii, & 3. Decem-
bris anni 1723. & 4. Februarii anni 1724. adver-
ſus Gaſparem Antonium Chiuſole Exterum ab Or-
dinario proviſum, licet Communitatibus Comita-
tus dicti Loci de Arco conquerentibus, uti præ-
tendentibus, proprios Originarios ab antiquiſſimo
tempore fuiſſe in poſſeſſione obtinendi dictum Ar-
chipresbyteratum ad excluſionem Exterorum, quo-
ties apud S. Sedem, vel apud ipſum Ordinarium
vacatio contigiſſet; Ideoque in ſequelam dictarum
Reſolutionum expeditis Litteris Executorialibus,
quibus cum debitam obedientiam non præſtitiſſet
dictus Chiuſole, fuerunt relaxatæ Declaratoriæ,

præfixo termino duorum menſium: In hoc autem
temporis ſpatio Reverendiſſimus Epiſcopus Triden-
tinus, ac Gaſpar Antonius Chiuſole ab eo provi-
ſus obtinuerunt a Sanctiſſimo ſignari novam Com-
miſſionem mihi directam cum clauſula -- *De Cau-*
ſis -- unde fuit diſputatum dubium coram Me -- *An*
conſtet de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis
in integrum -- proditque reſponſum -- *Conſtare de*
re judicata.

Omiſſa validitate rei judicatæ, quæ non contro-
vertebatur, tota quæſtio reſtricta erat ad examen
Juſtitiæ Rotalis Sententiæ, quæ duplicis reſervatio-
nis capiti innitebatur; ſcilicet, vel quia agitur de
Archipresbyteratu, qui ſit Dignitas principalis in
Eccleſia Collegiata, & conſequenter reſervato *ex*
regul. 4. *Cancellariæ*, ſive de Archipresbyteratu ſim-
plicis Parochialis Eccleſiæ ob ejus vacationem ſecu-
tam de menſe Mai Sedi Apoſtolicæ reſervato olim
ex reg. 8. *hodie* 9. & juxta Concordata Germaniæ,
ut firmant *Deciſiones Cauſæ* 4. *Junii* 1723. §. *Nul-*
la, & 3. *Decembris ejuſdem anni* §. *Subſiſtere*, 26.
Junii 1724. §. *Duo autem erant fundamenta* coram
R.P.D. Gamarhes,

Contra ſecundum reſervationis Caput, nempe
ob vacationem Beneficii in menſe reſervato objicie-
batur biſcentenaria obſervantia, qua per ſpatium
duorum Sæculorum Epiſcopi Tridentini pacifice ſem-
per contulerunt Archipresbyteratum, de quo agitur,
ſive vacaverit in menſe Ordinario, ſive etiam in 17
menſe Apoſtolico, quæ adeo longæva obſervantia,
non ſolum æquipollet immemorabili, ſed ipſa im-
memorabili validior quodammodo eſſe reputatur,
Rot. *deciſ.* 57. *num.* 9. *part.* 6. *deciſ.* 244. *num.* 19.
part. 16. *& deciſ.* 560. *num.* 22. *part.* 19. *recent. &*
in Saliſburgen. Vicariæ ſuper bono Jure 4. *Februarii*
1715. §. *Sed ultra* coram Reverendiſſimo Criſpo,
& in Lucana Unionis 1. *Aprilis* 1716. §. *Deinde, &*
11. *Decembris* 1719. §. *Hac tamen* coram Eminen-
tiſſimo Falconerio.

Verum longævam hanc obſervantiam nullatenus
obſtare cenſuerunt Domini; Primum, quia non
concludenter, ut opus erat, probabatur. Nam de-
ſcendendo ad ſingulas Collationes, quæ afferre-
bantur ad probandam prætenſam biſcentenariam.
Collationes expletæ per Ordinarium anno 1527.
1559. 1594. 1618. & 1709. factæ comperiuntur
in menſibus Ordinarii, non autem in menſibus
reſervatis, ut neceſſarium erat ad effectum pro-
bandi prætenſam obſervantiam, quam efficacem,
ac validam inducere nullatenus prætendi poteſt
adverſus Romani Pontificis reſervationes, niſi
proponantur certæ, & indubitatæ Collationes fa-
ctæ ab Ordinario in menſibus reſervatis, cum
alias præſumptio ſit, vacationes in menſibus Or- 18
dinarii ſecutas eſſe, & earum vigore ad Benefi-
ciorum vacantium Collationem Ordinarium pro-
ceſſiſſe, ut dictum fuit *in Praten. Beneficii* 1. *De-*
cembris 1719. §. *Verum* coram Reverendiſſimo Cri-
ſpo, *& in Monaſterien. Vicariæ* 12. *Martii* 1706.
§. *Atque hinc* coram Omanna, *& in Barchino-*
nen. Beneficii 3. *Junii* 1720. §. *final.* coram bo-
næ memoriæ Cerro, & in *Monaſterien. Deca-*
natus 11. *Januarii* 1723. §. *Verum enim* coram
Me.

Neque majoris ponderis æſtimari debent aliæ
Collationes annorum 1535. 1544. 1547. utpote
factæ per reſignationem in favorem certæ, ac de-
terminatæ Perſonæ; Ideoque nihil conferunt ad in-
tentum Partis opponentis obſervantiam præſumpti- 19
vam, cum reſervationes locum non habeant, niſi
in caſibus liberæ vacationis, non autem Collatio-
nis neceſſariæ, ut firmavit Rota *in Parmen. Bene-*
ficii 13. *Junii* 1701. §. *final.* coram clar. memoriæ
Cardin. Scotto, *& in Gerunden. eleemoſynæ Panis*
14. *Martii* 1718. §. *Nec e contra*, coram bonæ
mem. Cerro.

Ex reliquis autem tribus Collationibus, quæ
factæ prætenduntur in menſibus reſervatis, Colla-
tio facta anno 1630. in Perſonam Alexandri Zano-
ni in nulla conſideratione haberi poterat, cum talis

Collatio Archipreſbyteratus vacantis per obitum Tomei in menſe reſervato, non aliunde probetur, niſi ex quadam memoria, ſeu annotatione ſcripta in Libro Eccleſiæ, in qua ſimpliciter aſſeritur · *nel medeſimo anno fui dichiarato Arciprete* · relinquendo in incertum, a quo Collatio facta fuerit, an ab Ordinario, an potius a Dataria Apoſtolica, ut pro Collatione Apoſtolica arguere licet ex eo, quod 10 hæc Collatio non eſt in numero, neque in Catalogo aliarum Collationum, quæ ſine dubio expletæ per Ordinarium demonſtrantur, Rota *in Monaſterien. Vicariæ* 12. *Martij* 1706. §. *Atque hinc* coram Omanna, *& in Moguntina Decanatus* 15. *Januarij* 1712. §. *Nec ſupradicta*, *&* §. *Ceſſat* coram bon. mem. Lancetta,

En magis, quod admiſſo, etiam de anno prædicto 1630, Archipreſbyteratum fuiſſe collatum ab Epiſcopo Tridentino, id tamen nil relevaret ad effectum, de quo agitur; quia ex eadem memoria, ſeu annotatione conſtat, Archipreſbyteratum vacaſſe menſe Julii anni 1630., fuiſſe autem collatum menſe Septembris ſequentis anni, & conſequenter dicendum eſt, collatum fuiſſe Beneficium ab Epiſcopo, licet Collatio ſpectaret ad Sanctam Sedem, non quia Ordinarius conferre poſſet Beneficia etiam vacantia in menſibus reſervatis, ſed ex eo, quod jamdiu elapſum eſſet trimeſtre ad conferenda Beneficia præſcriptum in Concordatis Germaniæ.

Rejectis igitur prædictis Collationibus, tota biſcentenaria obſervantia reducitur ad duas Collationes anni 1672. & 1707., quæ non modo non probant biſcentenariam, ſed neque aptæ ſunt conſtituere quadragenariam, & remanent deſtructæ, & irri- 11 tæ ad hunc effectum ex decreto irritanti appoſito in regulis Cancellariæ, & Concordatis, Rota coram Cavaler. *deciſ.* 91. *num.* 6. *& ſeqq.* & coram Card. Caprara *deciſ.* 536. *num.* 10. *in fin.*, *& numer.* 11. *&* 12. *& deciſ.* 553. *num.* 13. *& in recent. dec.* 105. *numer.* 6. *part.* 19. *& in Monaſterien. Vicaria* 12. *Martii* 1706. §. *Atque hinc*, *&* 18. *Martii* 1707. §. *fin.* coram Omanna, *& in Praten. Beneficii* 1. *Decembris* 1719. §. *Verum* coram Reverendiſſimo Criſpo.

Nihil autem obſtat, quod per Proviſum Apoſtolicum nullatenus doceatur, controverſum Archipreſbyteratum ullo unquam tempore Sedem Apoſto- 12 licam contuliſſe; Siquidem hoc probationis onus non incumbit Proviſo Apoſtolico, qui ſufficit aſſiſtentia regularum Cancellariæ, & Concordatorum, quorum omnimoda obſervantia de Jure præſumitur, & etiam ſuadetur ex Collatione facta per Datariam anno 1660. cujuſdam Canonicatus ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ de Arco, ex qua Collatione Sedis Apoſtolicæ tanquam de Beneficio ſimilis naturæ, & in eadem Eccleſia, probatur ſubeſſe reſervationi etiam Archipreſbyteratum, Rota *in dicta Moguntina Decanatus* 15. *Januarii* 1712. §. *Ceſſat difficultas* coram bon. mem. Lancetta, *& Deciſiones Cauſa* 4. *Junii* 1723. §. *Maxime*, *&* 3. *Decembris ejuſdem anni* §. *At vero* coram R. P. D. meo Gamachea.

Maxime, quod ad inducendam obſervantiam præſumptivam Jurium Sedis Apoſtolicæ ex Concordatis Germaniæ contra Tertium non ſatis eſt afferre Collationes factas ab Ordinariis in menſibus reſervatis, niſi etiam doceatur de patientia ſimul, atque ſcientia Sedis Apoſtolicæ, & ſimul de rejectione Proviſi Apoſtolici per contradictionem a Proviſo per Ordinarium, alias deficientibus præfatis circumſtantiis, nullum detrimentum, aut præjudicium 13 Juribus Sedis Apoſtolicæ irrogatum cenſetur. Sed ea ſemper illæſa, atque illibata manent pro Collatione Beneficiorum vacantium in menſibus ei reſervatis, Rota *deciſ.* 803. *num.* 7. *par.* 1. *diverſ. & deciſ.* 91. *numer.* 6. *& ſeqq.* coram Cavaler. *in Monaſterien Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *Non obſtat* coram Caſſarello, *in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus* 22. *Junij* 1703. §. *Proindeque* coram bon. mem. Molines, *&* 20. *Januarii* 1702. §. *Sed quatenus* coram Card. Prioſo, *& in Monaſterien. Decanatus* 11. *Januarii* 1723. §. *Verum* coram Me, *& in Hildeſimen. Decanatus* 14. *Junii* 1613. §. *fin.* coram Reverendiſſimo Aldrovando Decano, *& in Deciſione hujus Cauſæ* 3. *Decembris* 1723. §. *Poſthabita* coram R. P. D. meo Gamaches.

Quod ſane eo fortius procedere debet, quia a noſtro Auditorio recepta videtur opinio Doctorum, qui tenent ex centenaria conſuetudine, & lapſu longiſſimi temporis, non intelligi præſcripta Jura Sedis Apoſtolicæ conferendi Beneficia vacantia in 24 menſibus reſervatis, juxta Concordata Germaniæ, ut videre eſt *in deciſ.* 572. *num.* 13. *in fine* coram Cerro, *& in Monaſterien. Vicaria* 12. *Martii* 1705. §. *Atque hinc*, *&* 18. *Martii* 1707. §. *fin.* coram Omanna, *& in dicta Monaſterien. Decanatus* coram bon. mem. Caſſarello §. *Non obſtat*, *& in altra Monaſterien. Decanatus* 11. *Januarii* 1723. §. *Verum cum ſeq.* coram Me.

Profecto hanc ſententiam excluſivam cujuſcunque præſcriptionis in præjudicium Jurium, & facultatis competentis Sedi Apoſtolicæ ex Concordatis Germaniæ, non ſolum ſequuntur Doctores Ciſalpini, ſed etiam eam approbarunt, atque amplexi ſunt graviſſimi Authores Germani, & Tranſalpini, ut Nicolaus *ad concordat. German. tit.* 3. *dub.* 2. §. 3. *&* §. 6. Brandeo. *in concordat. quæſt.* 4. *numer.* 43. Pyringh. *in Jus Canonic. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 353. *verſ. Ad quod.* Anaclet. *in jus Canonic. lib.* 3. *tit.* 5. §. 19. *num.* 541. *verſ. Volenſ. declinare Concordata.* Parum refert, quod ab iſtis diſſentiant Hengel. *in jus Ca-* 25 *nonic. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 54. Zipæus *ad eundem tit.* 5. *de præbend. lib.* 3. *conſult.* 3. *numer.* 38. Veiſtner, *ibidem num.* 21. Schmier. *in jus Canonic. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *ſect.* 355. *de concord. Germaniæ num.* 479. *& ſeq.* Quoniam iſti ſcribentes ad opportunitatem ſuorum Præſulum, & in eorum Diœceſibus manentes, nullam authoritatem faciunt in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, ut dixit Rota *in Auguſtana Canonicatus* 8. *Julii* 1715. §. *Æque irrelevans* coram clar. mem. Card. Scotto.

Maxime, quod contraria opinio ab aliis Germanis Doctoribus, ut dixi, amplexa pluribus & graviſſimis rationibus innititur; Et primum ante editas regulas Cancellariæ, ſeu inita Concordata, manifeſtum eſt, quod contraria conſuetudo recipi, ac introduci nequivit, cum deficeret ſubjectum, ſeu 26 reſervationes, contra quas contrarius uſus, ſeu conſuetudo præſcriptiva invaleſceret, Rot. coram Cerro *deciſ.* 572. *num.* 9. *&* 10. coram Bich. *deciſ.* 386. *num.* 22. *& in Toletana Decimarum de Capilla ſuper Congrua* 17. *Aprilis* 1712. §. *Sed diſcurſus* coram Eminentiſſimo Falconerio, *& in Deciſione præſentis Cauſæ* 4. *Junii* 1723. §. *Nec voluit* coram R. P. D. meo Gamaches.

Pariformiter neque poſt inita Concordata poſſibile eſt, ut introducatur contraria conſuetudo ob decretum irritans appoſitum in Concordatis, cujus virtute præpeditur ingreſſus cujuſcunque præſcriptivæ conſuetudinis, cum ab initio inficiat poſſeſſionem, & reſiſtat introductioni contrarii uſus, ut nunquam ipſa centenaria incipere queat, Rota *deciſ.* 580. *nu-* 27 *mer.* 24. *&* 26. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* coram Caprara *deciſ.* 535. *num.* 12. *& in Monaſterien. Vicaria* 18. *Martii* 1707. §. *fin.* coram Omanna, *& in dicta Moguntina Decanatus, ubi ſupra* §. *Verum* coram Reverendiſſimo Criſpo, *& in dicta Monaſterien. Decanatus* §. *Immo validiori* coram Me.

Altera ratio eſt, quod priuſquam ulla centenaria conſuetudo contra Germaniæ Concordata introduceretur, animadvertens Clemens VII. quod aliqui Prælati in Germania Concordata non ſervabant in grave præjudicium Sedis Apoſtolicæ per ſuam Con- 28 ſtitutionem *la* 41. *in Bullar. Roman. tom.* 1. damnavit expreſſe inobſervantia Concordatorum, & nullas, atque irritas declaravit omnes Collationes factas contra formam Concordatorum, & in futurum faciendas, voluitque nullum titulum Poſſeſſoribus tribuiſſe, nec in futurum tribuere, & quemcunque temporis curſum, ſeu patientiam, vel tolerantiam minime obſtare debere, quominus contra dictos intruſos, & introducendos judicium intentari valeat,

prout

prout in citata Conſtitutione *Ia 41.* Hongel. *in Jus
Canonic. lib. 3. tit. 5. de Prebendis num. 26. Bran-
den. de concord. German. quaſt. 4. num. 45.* adeout
contra Concordata, & hanc Conſtitutionem nulla
amplius conſuetudo introduci poſſit, cum omnis a-
ctus tanquam abuſivus, & malæ fidei nullus, &
irritus declaratus, nullam unquam vel per longiſ-
ſimum temporis ſpatium vim præſcriptivam adipi-
ſcatur, Rot. *dicta deciſ. 572. num. 13.* coram Cerro,
*& in dicta Meguntina Decanatus 15. Januarii 1712.
§. final.* coram bo. mem. Lancetta, *& in dicta Mo-
naſterien. Decanatus 26. Aprilis 1709. §. Non obſtat*
cor. bo. me. Caffarello, *& in Deciſionibus Cauſa 4. Ju-
nii 1723. & 3. Decembris ejuſdem anni §. Acceden-
te* coram R. P. D. meo Gamaches,

Tertia demum ratio eſt, quod dato initio indu-
bitato conferendi Beneficia ex Germaniæ Concor-
datis initis per viam contractus, & pacti inter Se-
dem Apoſtolicam, & inclytam Nationem Germa-
nam, exinde inſurgit mala fides profluens ex inne-
29 gabilis contractus adeo celebris, & ſolemnis ſcien-
tia, quæ impedit centenariam, vel biſcentenariam,
omnemque ei vim præſcriptivam adimit ob vitium
malæ fidei, ut contra immemorabilem, quæ præ-
tendebatur adverſus Concordata, reſpondit Rot. cor.
Cerro *deciſ. 572. num. 11. & 12. & in Monaſterien.
Decanatus 26. Aprilis 1709. §. Non obſtat, & 13.
Junii 1710. §. finali* coram bo. mem. Caffarello, *&
in Meguntina Decanatus 15. Januarii 1712. §. finali*
coram bo. mem. Lancetta,

Quod certe evidentem habet rationem, & æqui-
tatem, quia, cum Concordata contineant ſpeciem
contractus tranſactionis, ſeu concordiæ initæ inter
Papam, & omnes Epiſcopos, & Principes Germa-
niæ, ſicut Papa ex ſua parte religioſe obſervat Con-
30 cordata ita claudicare non debet contractus, ut
Concordata non obſerventur per Nationem Germa-
nicam, quod eſſet contra Jus Gentium, & natura-
lem æquitatem, & Juſtitiam, ubi nulla valet con-
ſuetudo etiam millenaria, Text. *in cap. fin. de con-
ſuetud.* Covar. *var. lib. 3. cap. 13. ſub numer. 5.* Ga-
briel. *de præſcript. concluſ. 1. num. 32.* Gonzal. *ad reg.
8. Cancell. gloſſ. 33. num. 9. & ſeqq.*

Quando validius procedit ex ea ratione, quod de
facto omnes alii Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prin-
cipes Germaniæ obſervant Concordata; Ideoque non
31 poteſt unus tantum Epiſcopus allegare contrariam
obſervantiam etiam centenariam; quia Concordata
facta ſunt cum univerſo corpore Nationis Germa-
niæ, & conſequenter, ſi major pars, vel totum
propemodum Illuſtris Nationis corpus obſervat Con-
cordata, hæc obſervantia conſervare videtur Jura
Sedi Apoſtolicæ in totum, itaut unus, vel alter E-
piſcopus non poſſit diverſo Jure cenſeri, nec alle-
gare contrarium ejus, quod Illuſtris Nationis uni-
verſitas ſervat, Rot. *deciſ. 130. num. 12. par. 9. rec.
tom. 1. & dec. 771. num. 2. & 3. part. 18.* & coram
Gregor. *deciſ. 417. num. 8.* & coram Card. Caprara
deciſ. 595. num. 8. & 10.

Et ita Dominis in reliquis remiſſive ſe habenti-
bus ad ſolide firmata in anteactis Cauſæ Deciſio-
nibus, utraque parte informante definitum fuit.

CALARITANA DISMEMBRATIONIS.

ARGUMENTUM.

Valida eſt Diſmembratio fructuum Eccleſiæ
Parochialis facta per Papam pro augendis
diſtributionibus Eccleſiæ Cathedralis, nec
cenſetur revocata per aliam Diſmembra-
tionem pro eodem, vel etiam diverſo ef-
fectu obtentam, non facta mentione de
prima; Pro Diſtributionibus Chori per-
mittitur tam diſmembratio fructuum,
quam ſuppreſſio Canonicatus.

SUMMARIUM.

1 *Diſmembratio facta per Papam præſumitur va-
lida.*

2 *Diſmembratio fructuum pro augendis diſtributio-
nibus eſt valida, & de ratione ibidem* n. 3.

4 *Prima Diſmembratio non revocatur per ſecun-
dam.*

5 *Plures Diſmembrationes poſſunt concurrere ad
providendum eidem cauſæ, nec una derogat
alteri.*

6 *Plures Gratiæ concurrere poſſunt cumulative ad
eundem effectum ſufficienter providendi eidem
Perſonæ.*

7 *Secus tamen quando plures gratiæ ſunt inter ſe
incompatibiles, &* n. 23.

8 *In acquiſitione ſecundi Beneficii facienda eſt men-
tio primi obtenti.*

9 *Secus in aliis Gratiis, ſeu Conceſſionibus, &
Unionibus,* & n. 10.

11 *Secunda Unio eſt valida, non facta mentione
primæ.*

12 *In Gratiis, ubi requiritur mentio primæ, non in-
ducitur nullitas primæ, ſed ſecundæ.*

13 *Præſumptio cedit veritati.*

14 *Modicum,* & *nihil æquiparantur, ad effectum
excludendi ſubreptionem.*

15 *Per ſecundum Privilegium, quando non cenſea-
tur revocatum primum, &* n. 20.

16 *Fructus diſmembrati amplius non ſpectant ad
Eccleſiam diſmembratam.*

17 *Dictio* Omnes *intelligitur de iis tantum, quæ
comprehendi poſſunt.*

18 *Per clauſulam* non obſtantibus *appoſitam in ſe-
cundo Privilegio non cenſetur revocatum pri-
mum;*

19 *Clauſula generalis nihil operatur ubi requiritur
ſpecialis,* & n. 20.

21 *Clauſula* ſine præjudicio *oſtendit voluntatem
Summi Pontificis non præjudicandi Gratiæ
alteri factæ.*

22 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur etiam in
alienatione inter Perſonas ejuſdem Eccle-
ſiæ.*

24 *Concilium Tridentinum mandat diſmembrari
fructus Dignitatum, & Canonicatum pro di-
ſtributionibus quotidianis.*

25 *Valor narratus per non exceſſum verificatur et-
iam in obulo.*

26 *Pro ſupplendis diſtributionibus Eccleſiæ Colle-
giatæ, aliquando Papa ſuppreſſit ejus primam
Dignitatem.*

27 Concilium Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 15. de re-
form. *non comprehendit Dignitatem Eccle-
ſiæ.*

28 *Nulla melior Interpretatio, quam deducta ex ob-
ſervantia Centenaria.*

29 *Intellectus datus ab obſervantia prævalet alteri
etiam veriori, amplia, ut* n. 30.

31 *Tenuitas redditaum Canonicatus ex quo probe-
tur.*

32 *Ad hunc effectum non conſiderantur ſoli reddi-
tus Præbendæ, ſed etiam diſtributiones, &
incerta.*

33 *Reſolutio Sacræ Congregationis in hac Cau-
ſa.*

DISCEPTATIO CLI.

EX omni parte ſuſtinetur Diſmembratio ex fru-
ctibus Eccleſiæ Parochialis de Nurri rite, ac
recte facta per Summum Pontificem Clementem
VIII. pro augendis diſtributionibus Eccleſiæ Cala-
ritanæ, necnon pleniſſime effectuata, & obſervata
longævo ſpatio 120. annorum.

Quoties enim Gratia Diſmembrationis facta Au-
ctoritate Summi Pontificis eſt valida, quia nullum
habet in ſe vitium ſubreptionis, aut obreptionis, 1
nemo dubitare poteſt quo minus ſuſtineatur *capit.*

Si

Digitized by Google

Si Capitulo de conceſs. Prebend. Rota *deciſ.* 817. *num.* 13 *part.* 18. *recent.* & *deciſ.* 721. *num.* 7. coram Coccino; Fortius autem quando emanavit ex aden juxta, & legitima cauſa augendi diſtributiones Eccleſiæ Cathedralis, ob quarum tenuitatem Canonici in præjudicium cultus Divini officiaturam Chori deſerebant, & hanc eſſe cauſam rationabilem, & juſtam declaravit Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformat.* Quia ratio cultus Divini reſpicit utilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ, ob
3 quam Beneficiorum Uniones, Suppreſſiones, & Diſmembrationes paſſim apud Sacros Canones permittuntur *cap. Expoſuiſti de Prebend.* Rot. coram Penninger. *deciſ* 86. *num.* 6. & 13. & *in rec. dec.* 68. *num.* 7. *part.* 7. & *in Leodien. Beneficii* 20. *Januarii* 1717. §. *Nullitae*, & 7. *Junii ejuſdem anni* §. *Ponderato igitur*, cor. R.P.D. Criſpo.

Poſita autem validitate Diſmembrationis, in vanum illa *ab extrinſeco* impugnatur ſub eo ſuppoſito, quod poſtmodum remanſerit revocata, aut ineffectuata, ex quo Capitulum paucos poſt menſes a die ſupradictæ Diſmembrationis obtinuit pro eadem Cauſa augendi Diſtributiones aliam Diſmembrationem ex redditibus aliarum Eccleſiarum deſtinatis pro ejus fabrica, & ornamentis, tempore, quo nondum effectuata fuerat prima Diſmembratio,

Etenim ultra æquivocum facti, quia tempore ſecundæ Diſmembrationis obtentæ 15. Kalendas Maii anni 1600. jam effectuata fuerat prima, dum juxta ejus formam Capitulum exegerat pro annata totius anni 1600. quantitatem diſmembratam, erat objectum apertiſſime etiam in jure, quia nun-
4 quam audita fuit hujuſmodi concluſio, quod ad ſubveniendum indigentiæ diſtributionum, obtento uno ſubſidio per primam Unionem, ſeu Diſmembrationem, ſi poſtea obtineatur pro eadem indigentia aliud ſubſidium per ſecundam Diſmembrationem ex diverſo Corpore, ſeu Capitali, hæc ſecunda Diſmembratio veniat ad deſtructionem, & correctionem primæ; cum ſit propoſitio trita, nec ab aliquo inter Doctores dubitata, quod plures Uniones, & Diſmembrationes tanquam plura ſub-
5 ſidia poſſunt ſimul concurrere ad ſufficienter providendum uni, & eidem cauſæ, Perſonæ, vel rei, neque idcirco unum derogat alteri, immo venit cumulative, & additive ad alterum, ut eſt Textus *in leg. Hac ſaluberrima in fin. Cod. de Prapoſit. agentium in reb. lib.* 12. Gloſſ. *in cap.* 1. *de reſcript. in verb. ut libere verſic.* & *Privilegium*, *ibique* Panormitan. *num* 6. optime Gonzal. *ad regul* 8. *Cancell. gloſſ.* 53. *num.* 45 & *ſeqq.* ibi - *Nunquam namque primum Privilegium tollitur per ſecundum* &c. *ſicut nec una Gratia tollit alteram Gratiam SUPER EADEM RE CONCESSAM* &c. *nec unum remedium excludit alium remedium, ſed potius INSIMUL CONCURRUNT, ac intereſt noſtra plura habere remedia* &c. *ſic etiam admittitur multiplicatio diverſorum Titulorum* Spad. *conſil.* 62. *num.* 9. & 10. *libr.* 3. Adden. ad Buratt. *dec.* 926. *num.* 15. Rot. *dec.* 218. *num.* 16. *part.* 6. *rec.*

Et paſſim id experimur in praxi tam reſpectu Perſonæ, quam rei. Si enim aliquis ad ſui ſuſtentationem a Sede Apoſtolica obtinet Penſionem, ſi deinde obtineat aliam etiam pinguiorem, nunquam exinde dicitur renunciaſſe primæ, aut per ſecundam prima revocata, & de medio ſublata; & pariter, ſi uni Collegio, vel Seminario, vel Monaſterio, aut alteri Loco pio ad eorum ſuſtentationem, & provedimentum fiat prima Unio, vel Diſmembratio, ſi poſtea obtineatur ſecunda, immo tertia, quarta, & ſic deinceps, nunquam auditum fuit, quod prima tollatur per ſecundam, ſecunda per tertiam, & ſic deinceps, licet in eandem cauſam, eandemque perſonam, & rem concurrat hæc plura-
6 litas Unionum, ſeu Proviſionum, dum agitur de cauſa, quæ recipit multiplicationem Gratiarum, & Titulorum, & iſti inſimul concurrunt, & cumulative obtineri, & concedi cenſentur ad ſufficienter, & pinguius uni, & eidem cauſæ providendum, abſque eo quod una Gratia unquam intelligatur venire ad correctionem, ſeu derogationem alterius, ſeu præcedentis, ut docent Repetentes *in leg. Si Rufinus C. de Teſtament. Milit.* ſignanter ibi Jaſon. *num.* 4. Alex. *num.* 4. Decius *in cap. Cum acceſſiſſent num.* 17. *verſic. Quinto intelligitur de Conſtit.* Gloſſ. *in cap. Veniens in verb. renunciaſſe de præſcript. ibique* Butr. *num.* 5. Felin. *num.* 4. Ancharan. *num.* 6. *in fin.* Creſcent. *deciſ.* 15. *de Privileg.* Mohedan. *dec.* 7. *num.* 1. *de Prebend.* Rot. *dec.* 90. *num.* 12. & 14. *part.* 17. *recent.*

Unde contrarium aſſumptum omnino aberrat ab omnino principiis, ſtando in terminis ſubjecti caſus, ubi agebatur de providendo Maſſæ diſtributionum exhauſtæ, ſeu inſufficienti ad alliciendos Canonicos, ne omitterent Officiaturam Chori, & Servitium Eccleſiæ, quidquid ſecus in alia materia,
ubi conſiderari poſſet incompatibilitas, & contra- 7
rietas ſecundæ Gratiæ cum prima, quæ idcirco ſimul ſtare, & cumulative concurrere non poſſent: In hoc enim ſolo caſu verificatur concluſio, quod Obtinens ſecundam Gratiam, vel ſecundum Privilegium, aut Reſcriptum cenſetur renunciare primo, & primum cenſetur ſublatum per ſecundum, quatenus hoc ſit validum, ut declarat Gloſſ. *in dicto cap. Veniens in verb. renunciaſſe de præſcript. ibique* Butr. *num.* 15. Caputaquen. *deciſ.* 309. *num.* 2. *part.* 1. bene Gonzal. *dict. gloſ.* 53. *num.* 57. quem ſequitur Rot. *d. dec.* 218. *num.* 21. *part.* 6. *rec.*

Vanum quoque eſt objectum, quod in Litteris ſecundæ Diſmembrationis facta non fuerit mentio de prima: quia cum prima Diſmembratio fuiſſet valida, & ſimul effectuata de tempore ſecundæ, male agitur, quod ſi prima in ſuo robore perſiſtere debuiſſet, plane de ea facta fuiſſet expreſſio in ſecunda Diſmembratione: quia quidquid ſit in
materia Beneficiali, ubi cautum reperitur, facien- 8
dam eſſe mentionem Summo Pontifici de primo Beneficio, quod antea quis obtinuit, in acquiſitione ſecundi, juxta Text. *in cap. cum adeo*, & *cap. in noſtra de reſcript.* cum aliis apud Rot. *dec.* 9. *num.* 1. poſt Antonell. *de jurib.* & *onerib. Clericor.* etiamſi primum Beneficium eſſet modicum *Cap. Si Motu proprio de Preb. in* 6. certum eſt in jure cautum non reperiri, quod in aliis Conceſſionibus, ut ſunt
Uniones, & Diſmembrationes, neceſſaria ſit men- 9
tio primæ, quando obtinetur ſecunda, ſed hæc validiſſima eſt ſine mentione prioris, ut in ſpecie Innoc. *in cap. veniens de præſcript.* quem refert, & ſequitur Panormit. *ibidem num.* 13. ibi -- *Et concludendo Innocentius dicit ſic: aut ei conceditur aliud privilegium ſuper ſeparatis: aut ſuper iiſdem* &c. & *non eſt neceſſe, quod de prima fiat mentio, quia hoc nullibi cavetur; ſolum enim propter odioſam pluralitatem Beneficiorum cautum hoc reperitur in materia Beneficiorum* - concordat Butr. *num.* 10. & *ſeqq.* Felin. *num.* 2. & egregie Gonzal. *dicta gloſ.* 53. *num.* 56.
ubi poſtquam firmavit ut ſupra, quod una Gratia 10
non tollit alteram ſuper eadem re alicui conceſſam, ita ſuperaddit ibi - *Quæ omnia procedunt, quamvis in ſecundo Privilegio mihi conceſſo non facerem mentionem de primo, prout facere non teneor, cum nullibi cautum reperiatur, niſi ſit Gratia Beneficialis* -- Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 22. *num.* 5.

Et in terminis punctualiſſimis, quod valida ſit
Unio ſecunda facta Menſæ Epiſcopali abſque men- 11
tione præcedentis, firmavit Turricell. *de union. cap.* 9. *num.* 94. ibi -- *Si Papa uniret Beneficium Menſæ Epiſcopali, cui per Pontifices Prædeceſſores etiam alia Beneficia fuerint unita, tenet Unio, etiamſi Epiſcopus de Beneficiis ſuæ Menſæ prius unitis mentionem non fecerit* -- & *capit.* 4. *numer.* 25. ibi -- *Sexto infertur, unionem Eccleſiæ, cui aliud Beneficium fuerat per prius unitum, non eſſe ſubreptitiam, licet non ſit facta mentio de Beneficio eidem Eccleſiæ antea unito* -- quæ eſt opinio Sacr. Rotæ *deciſ.* 13. *de rebus Eccleſ. non alien. in antiquis* ibi -- *Utrum unio de quodam Beneficio facta per Papam Menſæ Epiſcopali cujuſdam Eccleſiæ, ſeu Epiſcopi, cui per Prædeceſſores ſuos etiam ante fuerunt facta nonnulla alia*

unio-

Digitized by Google

uniones de quibuſdam aliis Beneficiis, ſit nulla, quia Epiſcopus] non fecit mentionem de aliis Beneficiis ſibi unitis, vel Menſa ſua? TENENT, QUOD NON, & coram Puteo *deciſ.* 240. *num.* 4. *libr.* 1. *in correctis*.

Sed præter claram inſubſiſtentiam, ut ſupra, hoc objectum ſuper non facta mentione primæ Diſmembrationis etiam apertiſſime retorquetur: quia
12 nempe ſi neceſſaria fuiſſet hæc mentio, prout neceſſaria non fuit *ex allegatis*, ejus omiſſio non probaret inſubſiſtentiam, aut revocationem primæ Diſmembrationis, ut ſupponitur, ſed ſolum nullitatem ſecundæ, remanente prima in ſuo robore, & ſubſiſtentia, ut in terminis conceſſionis factæ uni, & eidem Perſonæ eſt Text. *in cap. Veniens de præſcript. ubi Innoc. num.* 4. Panormitan. *num.* 14. Imola *num.* 6. Felin. *num.* 2. Butr. *num.* 20. Anchara. *num.* 8. *&* 9. Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 22. *num.* 6. Rota *deciſ.* 91. *num.* 3. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ.*

Sic etiam non urget hoc argumentum, nempe quod, ſicut pro obtinenda ſecunda Diſmembratione facta fuit Papæ eadem expreſſio narrata in prima quoad tenuitatem diſtributionum quotidianarum vix aſcendentium ad julium unum; ita ex hoc arguatur, primam Diſmembrationem remanſiſſe ineffectuatam, alias fuiſſet mendacium narrare tenuitatem diſtributionum in eodem ſtatu: Etenim ſilere debet argumentum præſumptæ ineffectuationis, quan-
13 do ex facto probatur effectuatio prioris Diſmembrationis, ut dictum eſt ſupra, cum omnis præſumptio cedat veritati, ad Text. *in leg. Continuus* §. *Cum ita ff. de verborum obligat.* Cardin. Pariſ. *conſil.* 29. *num.* 82. *&* 85. *lib.* 2. Menoch. *de præſumpt. libr.* 1. *præſumpt.* 31. *num.* 2. *& ſeqq.* & ulterius quando ſuppoſitum mendacium, quatenus concurreret, inficeret ſecundam, non vero primam Diſmembrationem, quæ ſola impugnatur.

Verum neque mendacium, nec argumentum ex eo deductum ſubſiſtentiam habet propter circumſtantiam, quod, mediante prima Diſmembratione, nihil accreverat Maſſæ diſtributionum, niſi miſeria unius aſſis pro quolibet ex Canonicis, & Beneficiatis, quibus debentur diſtributiones; ergo ceſſat contrarium argumentum, cum tali caſu mendax dici
14 non poſſit narrativa ejuſdem primævæ tenuitatis diſtributionum, quia modicum, & nihil æquiparantur, Leg. *Quamvis ff. de condit. & demonſtrat. Cap.* Coram dilecto *de offic. delegat.* Antonin. *var. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 18. *num.* 6. Menochius *conſ.* 184. *num.* 3. neque hoc modicum cauſavit ſubreptionem, dum etiam Papæ expreſſum, nec retraxiſſet, nec difficiliorem eum reddidiſſet ad ſecundam, Gloſſ. *in cap. Si proponente* 42. *in verb. minus competentes in fin. de reſcript.* ibi — *Et bene dicunt, quod non eſt neceſſe, quod de modico teneatur facere mentionem* — Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *numer.* 104. Roſa *de execut. Litt. Apoſtol. part.* 1. *capit.* 7. *num.* 165. Rota coram Bich. *deciſ.* 310. *num.* 6. & apud Poſth. *de manut. deciſ.* 634. *num.* 17. & coram Duran. *deciſ.* 285. *num.* 5.

Minus concludit alia Diſmembratio fructuum pro dote novi Canonicatus facta per ſanctæ mem. Clementem VIII. ex eadem Parochiali Loci de Nursia, ex qua proceſſit prior Diſmembratio, pro Maſſa diſtributionum, quaſi Summus Pontifex diſmembrando, & concedendo omnes fructus prædictæ Eccleſiæ pro dote novi Canonicatus, dempta tantum congrua ducatorum 110. pro Rectore, dicatur revocaſſe præcedentem Diſmembrationem.

Quoties enim in Bulla Diſmembrationis pro dote novi Canonicatus facta non legitur ulla ſpecialis mentio de præcedenti Diſmembratione, nunquam prætendi valet revocata in præjudicium alterius Gratia antecedens, quando eſt principium
15 communiter receptum, quod per ſecundum Privilegium nunquam revocatum cenſetur primum ſine ejus mentione ſpeciali, juxta Gloſſ. *in cap.* 1. *de reſcript. in verb. ut libero verſic. & Privilegium*, ibique Panormitan. *num.* 6. Barboſ. *num.* 4. *& ſeqq.* Gloſſ. *in cap. Veniens in verbo nullam de præſcript.* ibi — *Patet expreſſe, quod ſecundum Privilegium debet facere mentionem de primo ad hoc, ut revocet illud. Et in cap. Cum ordinem in verb. non facta mentione de reſcript.* Layman. *in Theologia moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *ſub num.* 27. Pellizar. *in Manual. tr.* 8. *cap.* 1. *ſect.* 5. *num.* 99. Rot. *dec.* 48. *num.* 8. *par.* 1. *& dec.* 213. *num.* 23. *&* 24. *part.* 17. *& dec.* 9. *num.* 22. *& ſequentibus part.* 19. *recent.* & coram Carill. *deciſ.* 97. *num.* 12.

Quo ſtante, verſantur in patenti æquivoco contrariæ objectiones. Nihil enim ſuffragatur, quod Summus Pontifex pro dote novi Canonicatus diſmembraverit omnes fructus Eccleſiæ Parochialis, exceptis ducatis 150. pro congrua Rectoris: quia cum hoc tempore certa pars fructuum jam fuiſſet diſmembrata ab Eccleſia pro augendis diſtributionibus Eccleſiæ Cathedralis, hinc ſecunda Diſmembratio *de omnibus fructibus* verificatur in illis tantum, quæ remanſerunt Eccleſiæ, deductis iis jam præcedenter diſmembratis, qui amplius dici non 16 poterant fructus ſpectantes ad Eccleſiam, ut in puncto, Rota *deciſ.* 279. *num.* 2. coram Millio. ubi quod portio diſmembrata non computatur in fructibus loquendo in terminis Penſionis perpetuæ favore Loci Pii, *& in Melevitana Penſionis prima Julii* 1695. §. *Sed neque*, coram clar. mem. Cardin. Priolo ibi — *Tanquam aſſignatio perpetua dicitur onus intrinſecum, & fixum, & deducendum venit a tota maſſa fructuum, quia in effectu importat Diſmembrationem fructuum &c. expreſſio facta de fructibus, intelligitur, deductis oneribus* — & regulare eſt, quod dictio *omnes* intelligatur de iis, quæ poſſunt comprehendi tanquam fructus ſpectantes ad Eccleſiam, non autem de iis, quæ comprehendi non poſſunt tanquam avulſi, & alienati ab Eccleſia, & ad alium ſpectantes, ad Text. *in cap. ſi tibi conceſſo de Prabend. in* 6. & generaliter Barboſa *dict.* 241. *num.* 17
18. Cravett. *conſil.* 256. *num.* 8. Rota *in Volaterrana Beneficii* 7. *Junii* 1709. §. *Neque dictio* cor. bon. mem. Anſaldo.

Et propterea male allegabatur incompatibilitas ſecundæ Diſmembrationis pro dote novi Canonicatus cum prima facta pro augendis diſtributionibus, propter Diſmembrationem omnium fructuum, & propter ſolam exceptuationem ducatorum 150. pro congrua: quia cum tempore ſecundæ Diſmembrationis Eccleſiæ Parochialis non haberet fructus primo loco diſmembratos, poſterior Diſmembratio, generaliter facta de omnibus fructibus tunc ſpectantibus ad Eccleſiam, cum verificetur in reliquis, quos ipſa tunc habebat, nulla conſiderari poteſt incompatibilitas, ſed immo compatibile eſt, 18 ut firma remanente prima Diſmembratione, alia ſubſequens complectatur omnes fructus diſmembrabiles, quos ſolos Eccleſia habebat.

Mala etiam ad effectum revocationis primæ Diſmembrationis allegatur generalitas clauſulæ, *Non obſtantibus &c.* adjecta in fine Litterarum ſecundæ Diſmembrationis; Nam receptum eſt apud omnes, quod ubi agitur de primo Privilegio, ſeu Conceſſione ſpeciali facta favore alicujus, poſterior conceſſio, ſeu gratia nunquam intelligitur derogare præcedenti per generalitatem ſupradictæ clauſulæ, *Non obſtantibus &c.* ſed requiritur mentio individualis, & ſpecialis, ut bene probat Frideric. de Sen. *conſil.* 233. *num.* 7. ibi — *Privilegium &c. non tollitur per ſecundum Privilegium, niſi faciat mentionem de illo: Ita certum eſt, quod ad hoc, ut tollatur Privilegium, non ſufficit generalis mentio, ſed requiritur ſpecialis expreſſio, quod generalis clauſula non ſufficiat ad tollendum actum certum, & determinatum notat Archidiacon. &c.* & generaliter traditur, quod clauſula generalis parum, vel nihil operatur per ſe, ubi alias requiritur ſpecialis, Roman. *conſil.* 327. *num.* 8 Decius *conſil.* 395. *ſub num.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. §. 3. *num.* 8. Rota *deciſ.* 524. *num.* 16. *part.* 19. *recent.* ibi — *Cujus juribus re-* 19 *gulariter nunquam cenſetur derogatum per ſubſequentes conceſſiones, ſine ſpecifica, & expreſſa mentione; inde ſequitur ſufficiens non eſſe, ut in ſecundo Privilegio*

Digitized by Google

vilegio fiat derogatio Privilegiis in genere, quidquid enim requiritur cum ſpeciali mentione, non adimpletur, aut ſuppletur per generalitatem.

Sic etiam extranea concluſio eſt, quod in diſmembratione tanquam Gratia de ſui natura præjudiciciali, non requiratur derogatio juris alteri quæſiti: hoc enim intelligitur reſpectu ejus, quod diſmembratur in præjudicium Eccleſiæ, ejuſque Rectoris, non autem reſpectu ejus, quod amplius non eſt diſmembrabile, ſed reperitur jam diſmembratum favore alterius, cujus jus quæſitum ex prima diſmembratione nunquam cenſetur ſublatum, & præjudicatum per Summum Pontificem, cui nulla mentio facta fuit de prima diſmembratione, & qui illi ſpecialiter, & individuo non derogavit, juxta authoritates ſuperius adductas, quibus addo Gonzal. *in cap. Veniens in verbo nullam de praeſc. Jov. de ſolemn. in contract. minor. gloſ.* 8. §. 3. *num.* 82. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 18. *quaeſt.* 6. *num.* 17. Rota coram Cavaler. *dec.* 97. *num.* 12. & coram Othobon. *dec.* 46. *num.* 4. *& ſeqq.* & coram Seraph. *dec.* 1293. *num.* 5. *&* 6.

Extra difficultatem, quando Summus Pontifex erectionem novi Canonicatus, & applicationem fructuum pro ejus dote diſmembratorum ab Eccleſia Parochiali facere declaravit cum clauſula præſervativa alieni præjudicii -- ibi -- *ſine alicujus præjudicio* -- hoc enim caſu natura Gratiæ præjudicialis operatur quidem diſmembrationem ejus, quod remanſerat Eccleſiæ in fructibus, in ejus, & ſui Rectoris præjudicium: nunquam vero operatur diſmembrationem diſmembrationis in præjudicium alterius, cujus favore præcedenter facta fuerat, ſtante ſuperius expreſſa clauſula *ſine præjudicio* -- quæ oſtendit expreſſam Summi Pontificis voluntatem de non præjudicando juri alteri quæſito per anteriorem diſmembrationem eidem Papæ incognitam, ſeu non expreſſam, ut firmat Mandoſ. *conſ.* 10. *num.* 14. Rebuff. *in prax. benef. tit. de erect. in Collegiat. verſic. & hæ erectiones*, Barboſ. *clauſ.* 157. *num.* 7. Rot. *in dec.* 23. *num.* 13. *part.* 9. *recent. & in Calaguritana Decimarum de Ocon* 16. *Martii* 1685. §. *Obiciebatur*, cor. bon. mem. Paulucio.

In æquivoco pariter verſatur altera Concluſio, quod regula de *jur. quaeſit. non tollen.* procedat favore Tertii habentis primam Gratiam, ſeu Conceſſionem, non autem favore unius, & ejuſdem Perſonæ, quæ obtinuit ſecundam Gratiam: quia jam ſupra oſtenſum fuit in jure, quod una, eademque Perſona poteſt obtinere duas Gratias, abſque eo quod per ſecundam intelligatur renunciare primæ, ſed per ſecundam ſibi pinguius, & cumulative ſubvenire, & providere, ut utraque ſimul fruatur, excepto caſu duarum Gratiarum inter ſe incompatibilium, juxta Doctrinam Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 53. *num.* 45. *& ſeqq.* Spad. *con ſil.* 62. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 3. cum aliis ſupra allegatis *num.* 5. *& ſeqq.* In facto autem non ſubſiſtit, quod agatur de eadem Perſona, cujus favore utraque diſmembratio facta fuerit ex fructibus Eccleſiæ Parochialis, quia prima diſmembratio facta eſt pro augendis diſtributionibus Chori, & hoc reſpicit intereſſe Maſſæ Capitularis tangens omnes, & ſingulos Canonicos: ſecunda autem diſmembratio reſpicit intereſſe Dotis novi Canonicatus, & ſic unius Canonici ſingularis, itaut ſicut diverſa eſt una cauſa ab altera, & diverſum intereſſe Perſonarum, ita diverſa reputatur Perſona, & propter hoc receptum in Jure habetur, quod cum iſta ſint Corpora diverſa, & diſtincta in Eccleſiis, non poteſt fieri alienatio redituum unius Corporis, ut applicetur alteri, abſque Beneplacito Apoſtolico, etiam inter
23 Perſonas unius, & ejuſdem Eccleſiæ, licet ab iſta nihil alienetur in extraneos, ut firmant Turricell. *de reb. Eccleſ. non alienan. cap.* 8. *num.* 12. Cardin. de Luc. *de alienat. diſc.* 54. *num.* 8. *verſ. ſic ſecus autem, & num.* 9. Rot. *deciſ.* 3. *num.* 31. *part.* 7. *rec.* Immo magis privilegiata eſt cauſa diſtributionum, ſeu ejus Maſſæ, quam dotis novi Canonicatus: quia Concilium Tridentinum pro ſupplendis diſtributionibus mandat potius diſmembrari partem fructuum tam Dignitatum, quam Canonicatuum Eccleſiæ, & in diſtributiones quotidianas converti, *ut in ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *de reform.* Garz. *de benef.* 24
par. 3. *cap.* 2. *num.* 46. Barboſ. *de Canon. cap.* 12. *num.* 26.

Vanum quoque fundamentum eſt illud, quod contorquetur ſuper expreſſione fructuum Eccleſiæ diſmembratæ in ducatis 400. per aſcenſum, ubi ſi deducatur congrua Rectoris ducatorum 150. & pariter quota antecedenter diſmembrata pro diſtributionibus in duc. 200. auri de Camera, reliqui fructus pro dote Canonicatus ad modicam quantitatem redigerentur; Advertendum eſt enim, quod valor fructuum in præcedenti diſmembratione pro diſtributionibus augendis expreſſus fuit in ducatis 500. auri de Camera per non exceſſum, & ſic etiam in ſecunda diſmembratione facta fuit expreſſio valoris per non exceſſum in diſpoſitiva, quæ attendi ſolum debet; Unde cum narrativa valoris per non exceſ- 25
ſum ſit verificabilis etiam in obulo, bene verificatur in ſumma reſiduali fructuum, qui remanſerant Eccleſiæ, deductis illis jam præcedenter diſmembratis pro augendis diſtributionibus Eccleſiæ Cathedralis, Roſ. *de Executor. litter. part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 20. Rot. coram Celſ. *deciſ.* 239. *num.* 9. & coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 880. *numer.* 7. & apud Ms *Diſcept. Eccleſ.* 33. *num.* 21.

Inutilis ergo remanet omnis diſcurſus in contrarium ſuper expreſſione valoris facta in diſmembratione pro dote novi Canonicatus, quando tamen, ſi quid conſiderari poſſet non bene, ſeu inſufficienter expreſſum circa valorem, id potius retorqueretur, quia nempe probaret ſecundam diſmembrationem pro dote novi Canonicatus eſſe ſubreptitiam, non autem quod prima Gratia diſmembrationis, Summo Pontifici non expreſſa, dici poſſit abrogata; Regulare enim eſt, ut corruat illa gratia, quæ habet in ſe vitium valoris non bene expreſſi, juxta *Regulam* 55. *Cancell. de valore*, eoque magis attenta ſubjecta materia, & mente Summi Pontificis, qui nunquam præſumitur pro dote Canonicatus erigendi ſpoliata voluiſſe maſſam diſtributionum, quæ magis niget favore Cultus Divini, attenta ſuperius relata diſpoſitione Concilii Tridentini *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *de Reformatione* mandantis pro ſupplenda tenuitate diſtributionum diſmembrari partem fructuum Canonicatuum, & Dignitatum Eccleſiæ, *& ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reform.* ubi in caſu, quo aliunde provideri 26
non poſſit tenuitati diſtributionum, permiſit deveniri ad ſuppreſſionem alicujus ex Canonicatibus ejuſdem Eccleſiæ; Et probat exemplum S. M. Clem. VIII. Præpoſituram primam Dignitatem Eccleſiæ Collegiatæ S. Georgii Colonien. univit, & incorporavit Menſæ Capituli ejuſdem Eccleſiæ ad effectum, ut redditus Præpoſituræ applicarentur ad diſtributiones quotidianas pro Capitularibus perſonaliter deſervientibus duntaxat, *ut ex litteris Apoſtolicis 9. Auguſti* 1606. idemque noviſſime reſolvit Sac. Congregatio Concilii *in Colonien.* 26. *Januarii* 1726. *&* 4. *Maii* 1727. ubi ſuppreſſa Præpoſitura prima Dignitate, ejus redditus fuerunt pro parte applicati in augumentum diſtributionum Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ ad gradus, ubi erat Præpoſitura, ſub ea lege, quod Decanatus ſecunda Dignitas ſubingrederetur locum primæ Dignitatis Reſervationibus Apoſtolicis ſubjectæ, Me ſcribente in contrarium, & allegante, quod potius ſuppreſſio facienda erat de uno, vel duobus Canonicatibus, non autem de Dignitate, quæ non comprehendi- 27
tur ſub Concilio *ubi ſupra cap.* 15. & probat ibi Barboſ. *numer.* 12. Ricc. *reſolut.* 303. *numer.* 5. *part.* 1.

Cæterum non agitur de aliqua diſmembratione recenter facta, ubi locus eſſet deducendi conjecturas, & illationes ad effectum demonſtrandi eam revocatam, ineffectuatam, & de medio ſublatam: ſed agitur de diſmembratione antiquiſſima facta de anno 1599. centum viginti quinque ab hinc annis, & pacifice ſemper effectuata, & obſervata ab initio

uſque

uſque in præſens, & quod notabile eſt, effectuata ex facto primi illius Rectoris, ſeu Parochi, nempe Coſmi Excarzoni, qui Eccleſiam poſſidebat ante primam diſmembrationem, qui ſolvit penſionem diſmembratam, & factus fuit Canonicus novi Canonicatus, ut ſupra erecti. Attenta autem hac effectuatione, & Obſervantia centenaria diſmembrationis, præcipitant omnes concluſiones, & ratiocinia in contrarium, dum ad effectum dignoſcendi, an ſecunda diſmembratio pro eiſdem diſtributionibus, aut ſecunda diſmembratio pro dote novi Canonicatus cenſeatur abrogaſſe, & reſpective renunciaſſe primam diſmembrationem, nullum melius ratiocinium, & nulla melior interpretatio dari poteſt in toto jure, quam illa deducta ex Centenaria, cum

28 hæc ſit proba, & fideliſſima interpres omnium humanarum diſpoſitionum, & conſequenter ad exuberantiam interpretatur, quod prima diſmembratio fuerit effectuata, nec ullo modo revocata, renunciata, aut de medio ſublata, ut per Textum *in cap. Cum Dilectus de conſuetud.* firmant Turricell. *de Union. cap.* 10. *num.* 18. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 59. *n.* 12. *part.* 10. *& deciſ.* 48. *num.* 23. *part.* 13. *& dec.* 318. *n.* 20. *part.* 18. *& in Friſingen. Juris deputandi Curatos* 24. *Martii* 1713. §. *Ac propterea*, coram bon. mem. Anſaldo, *& in Saliſburgen. Vicariæ* 31. *Januarii* 1714. §. *Si inſuper*, coram Eminentiſſimo Domino Card. Faleoncio, *&* 4. *Februarii* 1715. §. *Sed ultra*, coram R. P. D. Criſpo.

Fruſtra enim ambulatur per argumenta, & concluſiones, an prima diſmembratio fuerit effectuata, ſi habetur in facto probatam effectuationem ab initio uſque in præſens per ſpatium Centenariæ, & ultra: & fruſtra prætenditur ex inductionibus, & argumentis, quod prædicta diſmembratio fuerit renunciata per Capitulum, aut revocata per Summum Pontificem, quando non obſtantibus Bullis ſubſecutis Clem. VIII. ſuper nova diſmembratione ex redditibus fabricæ, & ſuper alia pro dote novi Canonicatus, conſtat in facto, primam diſmembrationem ſemper firmam remanſiſſe, necnon pacifice continuaſſe cum ſolutionibus factis per omnes pro tempore Canonicos novi Canonicatus, cui reddituus Parochialis diſmembratæ fuerunt applicati. Eſt enim vanus ingenii conatus, poſt Obſervantiam centum, & ultra annorum, ponere in campo hanc diſputationem, *an diſmembratio ſuſtineatur*, promovente præſertim hanc inſtantiam Canonico ſucceſſore tot præcedentium Canonicorum, qui ſpatio Centenariæ, & ultra agnoverunt validitatem, ſubſiſtentiam, & effectuationem primæ diſmembrationis, cum ſit trivialis, & notoria propoſitio apud omnes, quod Centenaria ſilere facit omnes interpretationes in contrarium, non ſolum inſubſiſtentes, cujus generis ſunt illæ, quæ deducuntur, ſed etiam legales,

29 & juridicas: quia intellectus datus ab obſervantia prævalet cuicumque ratiocinio, & interpretationi etiam legali, & veriori, ut communiter firmant Hondæd. *conſ.* 92. *num.* 30. *lib.* 1. Adden. ad Gregor. *dec.* 183. *num.* 8 Rot. coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 966. *num.* 17. & coram Emerix Jun. *deciſ.* 24. *num.* 8. *&* 9. *& deciſ.* 242. *num.* 10. *&* 11. *& in Urbanien. Canonicatus* 23. *Januarii* 1697. coram bon. memor. dell' Olmo *impreſs.* apud. me *diſceptat. Eccleſ.* 4. *num.* 88. *& in Uladiſlavien. ſeu Gedanen. Parochialitatis* 30. *Junii* 1719. §. *Nec ad declinandam cum ſeqq.* coram bonæ memoriæ Foſcaro, *& in Placentina Decimarum* 16. *Martii* 1712. §. *Poſtremo*, coram bon. mem. Anſaldo.

Quod vero productio tituli vitioſi, & infecti tollat virtutem Centenariæ eſt concluſio male applicata ad caſum, tanquam procedens in terminis, quibus Poſſeſſor habens titulum evidenter infectum, & nullum prætendat ex Centenaria deducere præſumptive alium validum, & meliorem; ſecus autem in caſu iſto, ubi diſmembratio intrinſece validiſſima, necnon rite, ac recte facta extitit, & ſolum ab extrinſeco deduci prætenditur ejus ineffectuatio, ſeu renunciatio, & revocatio per meras ſpeculationes, argumenta, & ratiocinia; licet enim iſta ſint apertiſſime inſubſiſtentia, eſto tamen, quod haberent aliquem colorem: ſemper tamen verum eſt, iſtam eſſe quæſtionem mere interpretativam, dubiam, & diſputabilem, quæ prorſus obtruncata remanet ex Obſervantia centenaria, quæ demonſtrat effectuationem, non autem ineffectuationem: demonſtrat durationem, & perſeverantiam, non autem revocationem, aut renunciationem diſmembrationis; ut in fortioribus terminis Obſervantiæ contra inter- 30
pretationem de jure veriorem inductæ firmavit Rota *deciſ.* 256. *num.* 6. *part.* 2. *diverſ.* ibi = *Etiamſi intellectus datus pro obſervantia eſſet malus, vel de jure non tenendus, nihilominus ſtandum eſt tali obſervantiæ* =, *& deciſ.* 608. *num.* 6. *part.* 2. *Recent.* & coram Emerix Junior. *deciſ.* 24. *num.* 8. *&* 9. *& deciſ.* 252. *num.* 10. *&* 11. coram eodem, & apud me *de controverſ. Patronor. alleg.* 17. *num.* 13. *verſ. obſervantia autem.*

Denique extra punctum allegatur inopia redditum Canonicatus, quæ locum haberet, quando iſte Canonicatus fuiſſet diſmembratus in ſuis redditibus pro parte applicatis ad Maſſam diſtributionum, in quibus terminis quæſtio non verſatur, ſed potius in terminis omnino contrariis: quia Parochialis eſt illa, quæ paſſa fuit primam diſmembrationem pro augendis diſtributionibus Eccleſiæ Cathedralis, & in hoc ſtatu diſmembrationis ſucceſſit alia diſmembratio pro dote novi Canonicatus; unde etiamſi modici extiterint ipſi redditus diſmembrati pro novo Canonicatu, id nihil influit in præjudicium primæ diſmembrationis, & ſic gratiæ anterioris factæ pro Maſſa diſtributionum, cum diſmembratio afficiat illos tantum fructus, qui deductis jam diſmembratis ſupererant Eccleſiæ; ultra quod deficit probatio inopiæ redditunm Canonicatus; aut enim ſupponitur inopia uſque ab initio erectionis, idque evidenter excluditur ex Obſervantia centenaria, juxta quam tot pro tempore Canonici acceptarunt hunc Canonicatum, ſine querimonia tenuitatis, incipiendo a primo, qui fuit Coſmus Excarzonus ille Parochus, quo poſſidente, ſucceſſerunt diſmembrationes: Si enim tot Canonici, qui per Centenariam fuerunt, nunquam conqueſti ſunt, & ſemper extiterunt, qui libentiſſime acceptarunt talem Canonicatum, exinde deſtructa remanet in radice omnis probatio tenuitatis redituum Canonicatus, dum per centum viginti annos obſervata fuit Penſio diſmembrata pro diſtributionibus, & obſervata fuit erectio, & proviſio hujus Canonicatus, qui 31
ſemper habuit Poſſeſſores, quando, ſi tenuitas redditum vera fuiſſet, aut nunquam, aut raro, ſeu cum difficultate reperti fuiſſent, qui acceptare voluiſſent Canonicatum, ut bene firmavit Rota coram Peuting. *deciſ.* 169. *num.* 3. *& deciſ.* 200. *num.* 8. *& in Recent. deciſ.* 210. *num.* 9. *part.* 15. *& Leodien. Beneficii* 20. *Januarii* 1716. §. *Et hæc neceſſitas*, *&* 7. *Junii ejuſdem anni* §. *Hujuſmodique cum ſequent.* cor. R. P. D. Criſpo.

Aut vero ſupponitur modernis temporibus inductam fuiſſe figuratam tenuitatem redditum, & hoc etiam non probatur, cum debeat conſiderari ſola quantitas Præbendæ, ſed etiam illa, quæ provenit ex Diſtributionibus, & aliis incertis, Card. de Luc. *de Iurepatr. diſc.* 10. *num.* 2. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 449. *part.* 14. *recent.* & apud me *Diſcept. Eccleſiaſtica* 33. *ſub num.* 18.

Hæc dicebam ſcribens in Sacr. Congregatione Concilii, quæ utraque parte informata cenſuit diſmembrationem ſuſtineri *ſub die* 18. *Novembris* 1724. & meo judicio nihil in hac Cauſa proponebatur, quod juridicam difficultatem præmiſſis contrariam habere videretur.

Digitized by Google

ROMANA, SEU REGINEN. PENSIONIS,

ARGUMENTUM.

Valor Beneficii reſignari ad effectum ſuſtinendi Penſionem probatur per decennium diſtributum per quinque annos ante, & quinque poſt reſervationem Penſionis, nec requiritur probatio per decennium antecedens, niſi quando de tempore impugnatæ Penſionis quinquennium poſt ejus reſervationem non eſſet elapſum:

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur facti ſpecies.*
2 *In prophanis valor probandus eſt per decennium, per quinque annos ante, & quinque poſt contractum.*
3 *Eodem modo probandus eſt in Beneficiis juxta theoricam* Sarnenſis, *& Sacra Rota.*
4 *Limitatur hac theorica in duobus caſibus, & quales ſint.*
5 *Probatio valoris per quinque annos ante, & quinque poſt admiſſa ſemper fuit per Sacram Rotam.*
6 *Reprobatur opinio* Mandoſ. *& aliorum,*
7 *Probatio valoris per quinquennium ante, & quinquennium poſt dicitur rigoroſa.*
8 *Auctoritates, & Deciſiones accipiuntur, prout jacent, non autem per ſubauditos intellectus.*
9 *Abſurdum eſt præſumere errorem in opinionibus inveteratis in foro.*
10 *Probatio valoris non conſtituitur in uno anno, ſed decennio.*
11 *Hoc decennium non deſumitur totum a parte ante, nec totum a parte poſt.*
12 *Probatis extremis, probatur valor temporis intermedii.*
Media ab extremis declarantur, ut ibi.
13 *Aliud eſt, quod valor ſit probandus de tempore actus: aliud vero, quod ejus juſtificatio deſumatur a parte ante, & poſt.*
14 *In probatione valoris attenditur rei veritas, non quid aliquis ſciat, vel ignoret.*
15 *In permutatione ſufficit probatio valoris per duos annos ante, & unum poſt.*
16 *Ad ſuſtinendam Penſionem ſufficit probatio valoris per ſex. annos partim ante, & partim poſt,* & n. 17.
18 *Ex iis, quæ ſequuntur, ſumitur declaratio valoris temporis præcedentis.*
19 *Clauſula* Ut aſſeris *reſpicit tempus præſens.*
20 *In materia valoris tempus præteritum non concludit ad præſens.*
21 *Valor temporis antecedentis, & ſubſequentis juſtificat intermedium.*
22 *Probatio, ſeu juſtificatio, quæ ſubſequitur, eſt patefactio præteriti latentis.*
23 *Probatio valoris per quinque annos ante, & quinque poſt, intelligitur, quando quinque anni poſt elapſi fuerint,* & n. 24.
25 *Prædicta* Sarnen. *circa valorem per quinquennium ante, & poſt non procedit, quando redditus ex poſt fuiſſent aucti, & quando.*
26 *Probatio valoris ad impugnandam Penſionem ſpectat ad Titularem.*
27 *Ad repetendum indebitum, quod eſt duriſſimum, magis rigoroſa probatio exigitur.*
28 *In dubietate opinionum non fit condemnatio ad condictionem indebiti.*
29 *Nihil in jure noſtro ſic eſt indubitatum, ut non poſſit in quæſtionem verti.*
30 *In dubio non datur repetitio indebiti, nec nullitas actus judicatur.*
31 *Benigne proceditur in linea valoris ad effectum ſuſtinendi Gratiam.*
32 *Penſio reſervata ſuper Beneficio ad favorem Reſignantis non eſt odioſa, ſed favorabilis.*
33 *Nec eſt odioſa, ſi propter magnitudinem Penſionis hæc diſtribuatur partim ſuper Beneficio reſignato, & partim ſuper accomodato per Tertium.*
34 *Stylus unam Penſionem diſtribuendi partim ſuper Beneficio reſignato, & partim ſuper accomodato.*
35 *In valore computantur diſtributiones, quando Penſio reſervata fuit etiam ſuper illis.*
36 *Verba* Juribus, & Obventionibus univerſis *quid comprehendant.*
37 *Appellatione incertorum quid veniat.*
38 *Diſtributiones dantur ratione laboris, non autem Canonia.*
39 *Nulla eſt differentia inter diſtributiones, & inter emolumenta redacta ad inſtar illarum.*
40 *De aſſignatione redditum facta per Catholicam Majeſtatem Baſilica S. Mariæ Majoris, & de duplici illorum ſpecie.*
41 *Quod quis fructus non perceperit, non probat, percipere non debuiſſe.*
42 *Licet diſtributiones non dentur abſentibus, tamen ſuper illis valide imponitur Penſio.*
43 *Penſio impoſita ſuper duobus Beneficiis debetur ex ſingulis pro virili.*
44 *Non dicitur unica, & individua reſpectu utriuſque Beneficii, itaut corruat in totum non verificato valore unius,*
45 *Reprobatur* Fattinell. reſponſ. 54. lib. 2.
46 *Penſiones, an imponantur ſuper juribus Regum, & Principum ſub clauſulis generalibus.*
47 *Quando concedatur Remiſſoria tam in prima, quam ulteriori inſtantia,* & n. 48.
49 *Teſtes nulliter examinati præſtant fumum pro Remiſſoria.*
50 *Petens Gratiam ſanatoriam quid dubitare oſtendat.*
51 *Valor probandus eſt per decennium ante Gratiam, ſi quinquennium poſtea non ſit elapſum.*
52 *Probandus eſt per quinquennium ante, & quinquennium poſt elapſum poſt Gratiam.*
53 *In expoſitis alternative unum, & non utrumque eſt probandum.*
54 *Remiſſoria quando concedatur abſque retardatione.*

DISCEPTATIO CLII.

OB reſignationem Canonicatus Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris factam ab olim R. P. D. Nicolao Picolomineo in favorem R. P. D. Leti reſer- 1
vata fuit eidem Picolomineo Reſignanti auctoritate Apoſtolica Penſio annua ſcut. 500. expreſſo valore reddituum Canonicatus in ſc. 560. qui cum eſſent incapaces totius Penſionis, dum juxta ſtylum Penſio ad ſummum excedere non ſolet medietatem fructuum Beneficii reſignati; propterea Penſio diviſa fuit in duas partes coæquales, & pro rata ſcutorum 252. reſervata fuit ſuper fructibus Canonicatus, pro alia vero coæquali rata ſuper fructibus Abbatiæ Sancti Martini de Meza tunc poſſeſſæ per Andream Maraldum, qui conſenſit reſervationi hujus ratæ Penſionis, ſub obligationem tamen R.P.D. Leti Reſignatarii Canonicatus eum relevandi indemnem, & ſolvendi totam Penſionem impoſitam ſuper Canonicatu, & Abbatia.

Poſt ſolutam pacifice hanc Penſionem ſpatio ſe ſe 20. annorum R. P. D. Letus dimiſit Canonicatum, de quo proviſus clar. mem. Cardinalis Horatius Philippus Spada tunc Prælatus, qui poſtquam etiam ipſe perſolvit Penſionem, deinde ejus nullitatem ſupponendo ob non verificatum valore fructuum Canonicatus, introducto judicio in Tribunali Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ diſputari fecit Dubium - *An conſtet de nullitate Penſionis, itaut termini perſoluti ſint reſtituendi, & a quo tempore* & prodiit reſolutio ipſi favorabilis *ſub die 4. Aprilis* 1707. ſcilicet *conſtare de nullitate Penſionis,*

ſionis, & terminos eſſe reſtituendos, Ponente nunc R. P. D. Nicolao Judice nunc meritiſſimo S. R. E. Cardinali, & ratio ita judicandi fuit quædam opinio firmata ab aliquibus Doctoribus, quod valor quoad Canonicatum eſſet probandus per continuum decennium ante reſervationem Penſionis, nec ſufficeret ejus probatio per quinquennium ante, & quinquennium poſt reſervationem, dum ſi attendebatur decennium antecedens fructus Canonicatus, computatis omnibus, aſcendebat dumtaxat ad ſcuta 534. annua, & falſa remanebat narrativa in ſcutis 560. ſi vero attendebatur decennium decurſum per quinque annos ante, & quinque poſt reſervationem, valor aſcendebat ad ſcuta 584. itaut excederet valorem narratum.

Ego aſſumptus ad defenſam ex parte Rev. P. D. Picolominei ad effectum ſuſtinendi Penſionem demonſtravi falſum eſſe, quod non ſufficeret probatio valoris per quinque annos ante, & quinque poſt reſervationem; & propoſita Cauſa *ſub die* 13. *Junii* 1710. reſponſum fuit in paritate Votorum -- *Non liquet* -- deinde autem repropoſita *ſub die* 18. *Martii* 1711. Sacrum Tribunal reſpondit -- *Recedendum eſſe a deciſis* -- quæ reſolutio confirmata fuit *ſub die* 15. *Aprilis* 1712. mediante reſcripto --
1 *Ju. ſecundo loco deciſ.* -- & ad formam hujuſmodi reſolutionum prolata fuit Sententia Cameralis *ſub die* 13. *Maii* 1712. Unde memoratus Cardinalis Spada renonciavit liti acceptando judicatum per acta Cameræ *ſub die* 19. *Auguſti* 1713. Inutile ergo non erit referre omnia, quæ Ego deducebam in diſputationibus Cauſæ, præſertim quia R. P. D. Fattinellus tunc Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Clericus, qui ſemper votaverat in contrarium, poſtea ſuum Votum publicavit illud imprimendo in ſuis Operibus, nempe *in reſp.* 54. *lib.* 2. ubi æquivocavit in ſuppoſito facti, quod Cauſa extincta fuerit per concordiam, quando terminavit per renunciationem litis.

Dicebam itaque Scribens pro ſuſtinenda validitate Penſionis, quod ex triplici capite ejus nullitas deſumebatur. Primo, quia valor Canonicatus ſolum juſtificatus fuerit per quinque annos ante, & quinque poſt reſervationem, quando juſtificari debebat per integrum decennium ante reſervationem. Secundo, quia calculata fuerint annua ſcuta 60. aſſignata per Catholicam Majeſtatem pro aſſiſtentia præſtanda tribus Miſſis ſolemnibus. Et tertio, quod in omnem caſum, etiam juſtificato valore Canonicatus, adhuc Penſio corruat ob non juſtificatum valorem Abbatiæ Sancti Martini de Mezs propter ſomniatam unicitatem, & individuitatem unius Penſionis ſcutorum 300. tanquam ſuper duobus fundis impoſitæ in ſolidum.

Quo igitur ad primum neceſſarium duxi oſtendere, quod probatio valoris facta per quinquennium ante, & quinquennium poſt reſervationem eſſet optima, legaliſſima, & ab omnibus Doctoribus approbata; immo, quod iſte eſſet modus magis rigoroſus ad effectum juſtificandi valorem expreſſum, ad quod propterea aſſequendum, opinionem hanc examinabam primo per numerum, & auctoritatem Doctorum, & deinde per rationes.

Sciendum eſt itaque, quod primus omnium Bartoll. *in leg. Pretia rerum §. Nonnulla num.* 3. *ff. ad leg. Falcidiam* aſſignando modos legitimos pro juſtificatione valoris rerum, & bonorum in pro-
2 phanis, poſuit iſtam theoricam, nempe, quod probatio fieri deberet per aliquot annos ante, & aliquot poſt contractum, dicendo ibi -- *Debes te referre ad tempus, & dices: tali die valuit tantum & ante, & poſt per multos annos* -- unde in prophanis abſoluta eſt regula, quod ſi diſceptari contingat ſuper læſione contractus venditionis, licet valor ſit probandus, & coarctandus de tempore ipſius contractus, adhuc probatio rigoroſa, & perfecta reputatur, quando articulatur per Teſtes valor per decennium, nempe per quinque annos ante, & quinque poſt venditionem, ut ſequendo theoricam Bartholi communiter ſcripſerunt Alex. *ibi numer.* 10. & alii repetentes Sabell. *in Summa diverſ. tract. §. Valor numer.* 4. Gratian. *diſcept.* 461. *per totam, & diſcept.* 581. *num.* 20. & paſſim firmavit Rota, *ut in deciſ.* 258. *numer.* 2. *poſt ſecundum volumen conſiliorum*, Farinacc. Seraph. *dec.* 1340. *num.* 1. Dunoz. jun. *deciſ.* 113. *num.* 23. Rota *dec.* 343. *num.* 8. *part.* 17. *recent.* & coram Penia *deciſ.* 176. *num.* 1. Coccin. *deciſ.* 1714. *num.* 5. Otthobon. *deciſ.* 172. *num.* 4. & 5.

Hinc hujuſmodi theoricam in prophanis traditam Doctores noſtri applicarunt etiam in Beneficialibus, ſeu ad probandum valorem Beneficii, ita & taliter, quod uſque ab antiquis temporibus quibus vivebat Ludovicus Gomes Sacræ Romanæ Ro- 3
tæ Auditor, & poſtea Epiſcopus *Sarnen.* iſta opinio in Beneficialibus tranſiverat in practicam adeo tritam, & vulgatam, ut eſſet nota etiam famulis ſollicitatorum in Urbe, ut teſtatur idem Gomeſ. *in regulam de valore quæſt.* 12. *numer.* 1. ibi -- *Quare quomodo probetur valor Beneficiorum ſolutio? Iſta quæſtio hodie TRITA EST, ET NOTA JAM FAMULIS SOLLICITATORUM IN URBE, qui habent ſua formularia impreſſa, quibus articuli in formis ſcribuntur; & ideo ſuper hac re breviſſimus ero; Valor igitur ſecundum communem ſtylum Rotæ, ita probari debet, videlicet, quod Beneficium, de quo agitur, tempore proviſionis, & oneribus deductis, valet in portatis tantum, & per quinque annos ante, & poſt anno fertili cum ſterili computata, communi æſtimatione tantum valuit, & ita Teſtis de tali Beneficio notitiam habens dicit ſe ſcire, & ſi plus, vel minus valeret, ipſe non ignoraret. Iſta practica colligitur ex pluribus dictis Doctorum ſimul junctis, videlicet Bartholi, & modernorum in leg. Pretia rerum §. final. ff. ad l. Falcid.*

Hæc practica, quæ fuit originaliter introducta per Sacram Rotam, juxta verba Sarnen. proxime relata ibi -- *ſecundum communem ſtylum Rotæ* communiter appellata per Doctores, *practica Sarnen.*, ex quo ipſe primus illam retulit, nunquam poſtea reperitur rejecta per eandem Rotam, ſed uniformiter perduravit per duo ſæcula a temporibus Sarnen. uſque in præſens, ſolumque limitata fuit in duobus caſibus. Primo ſcilicet, quando moveretur lis, an-
4 tequam decurſum foret quinquennium poſt Gratiam, quæ impugnatur ex capite valoris; nam tunc ſufficit probare valorem per totum decennium ante Gratiam; & ſecundo quando in quinquennio ex poſt fructus eſſent aucti per augumentum extrinſecum, ut magiſtraliter probat Achill. de Graſſis *deciſ.* 24. *de probat.* ibi -- *Valor ſecundum Sarnen. & communem ſtylum Rotæ debet probari per quinque annos ante, & quinque annos poſt, tamen in una Giennen. de Pliego*, coram Domino Antonio Auguſtino *de anno* 1550. *fuit limitatum dupliciter; & primo, quod illud non procedit, quando non daretur quinquennium poſt vacationem Beneficii, ſed incontinenti moveretur lis, quia tunc ſufficiunt decem anni ante; ſecundo limitabatur, quando adeſſet aliquod augumentum extrinſecum, quia tunc ſufficiebat, quod tempore vacationis probaretur.*

Præter has duas limitationes practica iſta reperitur communiter recepta, & millies canonizata in Tribunali Sacræ Rotæ, ut patet ex longa ſerie ſequentium Deciſionum de anno in annum editarum, ubi firmatur talis opinio pro re clara, triviali, & nunquam controverſa. Sic enim cenſuit Rota *in una Tyburtina de anno* 1598. coram Penia *deciſ.* 706. *num.* 6. ibi -- *In valore Beneficii probando non ſoleat inſpici valor unius anni, ſed ante, & poſt per quinque annos*, Achille Sarnen. *in regul. de valore* 5
&c. & in deciſ. 176. coram eodem *num.* 2. *juncto* Adden. ibi -- Rota *valorem computat ex anno fertili cum ſterili, & ſaltem debet eſſe de quinque annis ante, & quinque poſt.*

Anno 1646. ita etiam fuit deciſum in terminis præciſis juſtificandi Penſionem *in una Romana Penſionis*, coram Cerro *deciſ.* 206. *num.* 6. ibi -- *Pro juſtificanda Penſione deſiderantur integri decennii, ſci-*

licet

ſicep per quinquennium ante, & quinquennium poſt diem reſervationis -- idem de anno 1657. reſolutum fuit in *deciſ.* 282. *num.* 4. *part.* 12. ibi -- *Calculando fructus per quinque annos ante tranſlationem, & quinque poſt, qui eſt modus à Rota approbatus probandi verum valorem Beneficii*, ad tradita per Sarnenſem -- & *deciſ.* 288. *num.* 7. *part.* 12. *recent.* ibi -- *Per decem ſcilicet annos, quinque videlicet reſervationem precedentes, & quinque poſtea ſubſequentes juxta praxim in hoc Sacro tribunali receptam* -- & de anno 1671. coram Vicecomite *in deciſ.* 6. *num.* 4. *part.* 17. ibi -- *Per quinque annos ante, & quinque poſt reſervationem Penſionum, juxta praxim* à Rota *ſervari ſolitam, de qua teſtatur* Sarnen. -- & anno 1673. coram Cardin. *Taya in deciſ.* 158. *num.* 2. *&* 3. *part.* 18. *tom.* 1. *recent.* ubi notabiliter hæc ait -- *& ex jure jamdiu res eſt TRITA, ET NOTA jam tempore Ludovici Gomeſii ultra ſeſquiſeculum FAMULIS SOLLICITATORUM IN URBE probari debere, quod Beneficium tempore proviſionis, & oneribus deductis, valet in portatis certam ſummam, & per quinque annos ante, & poſt, anno fertili cum ſterili computato communi æſtimatione cantum valet*, ut ſcripſit Gomeſ. *ad regul. de valore* -- & pariter de anno 1675. coram Rondinino *in dec.* 745. *num.* 2. *&* 3. *part.* 18. *tom.* 2. *recent.* ibi *Quia per quinque annos ante, & pariter quinque annos poſt reſervationem cenſetur facta adaquatio temporum fertilium, & ſterilium pro uniformi ratione valoris exinde deducenda.*

Pariter de anno 1684. idem tenuit, coram Emerix jun. *deciſ.* 634. *num.* 7. ibi *Teſtes ab eo inducti deficiunt &c. in deponendo de eodem valore per annos decem continuos, ſcilicet per quinque annos ante, & quinque poſt, prout rigoroſe requiritur, ut fuit originalis ſententia* Sarnen. *& in Romana Penſionis* 4. *Junii* 1685. §. *Omiſſis quippe*, coram bon. mem. Florez, *& in Compoſtellana Parochialis* 26. *Junii* 1693. coram Caprara *deciſ.* 183. *num.* 9. *& in Calaritana Penſionis* 11. *Januaris* 1697. §. *In hypotheſi* coram bon. mem. Muto,

Cum igitur hæc opinio, ſeu practica Sarnen. per duo fere ſæcula eſſet alte radicata in foro, & uſque de tempore ipſius Sarnen. eſſet nota ipſis quoque famulis Sollicitatorum in Urbe; difficile erat non admirari, quomodo contrarium ſuſtineri prætenderetur opponendo pectus contra torrentem in hoc odioſiſſimo judicio repetitionis indebiti, adducendo in medium tres miſerabiles Doctores: nempe Man-
6 doſ. *ad regul.* 22. *Cancell. quæſt.* 5. *num.* 2. quem cæca fide ſecuti ſunt duo ſimplices Collectores, ſcilicet Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 233. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1396. *ſub num.* 48.

Iſtorum nanque auctoritas potius reprehendenda, quam attendenda erat, non ſolum, quia non intellexerunt practicam Sacræ Rotæ relatam apud doctiſſimum Sarnen., ut inferius oſtenditur, ſed etiam quia eos nominatim reprobat, ac multum lacerat Lotter. *de re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 92. *in fine*, *& numer* 93. & ſucceſſive Tribunal Sacræ Rotæ ſemper fuit conſtans in ſequendo practicam Sarnen. neglecta opinione Mandoſi, Garziæ, & Maſcardi, quæ non habuit ſequaces: ſed tanquam nata in æquivocis infeliciter exolevit, & ſepulta remanſit, quodque poſt hujuſmodi trium Doctorum opinionem adhuc Rota perſeveraverit in practica Sarnen. legere eſt in ſerie Deciſionum ſuperius tranſcripta, & teſtantur etiam moderniores Scribentes, ſcilicet Cardinal. de Luca *de Benefic.*
7 *diſc.* 90. *numer.* 24. dicentem hanc praxim eſſe illam rigoroſam, ibi -- *Valor exigit plenam, & concludentem probationem, quæ percutiat integrum decennium, nempe per quinque annos antea, & quinque poſtea, juxta rigoroſam praxim, quæ vulgo tribuitur* Sarnenſi, *quem ſequitur* Rota -- necnon Roſa *de Executor. Litter. Apoſtolic. in addit. ad par.* 1. *cap.* 7. *num.* 349. ubi regiſtrat de verbo ad verbum practicam Sarnenſis pro articulanda probatione valoris.

Ita & taliter, quod illi tres Doctores eſſent ponendi ad partes, nec ullo modo connumerandi pro Contradictoribus tanquam reprobati per Lotterium, & ſimul neglecti per Sacram Rotam, quæ poſt eorum ſcripta non receſſit à practica. Sarnen. ſed illam, ut prius, tenuit, approbavit, & uſque in præſens canonizavit, ut tradunt Cardin. de Luca *de Penſ. diſc.* 83. *ſub num.* 9. Balducc. *deciſ. & rer. judic. cit.* 3. *deciſ.* 59. *num.* 18. Manſ. *conſult.* 596. *num.* 16. *tom.* 6. & dixi *Diſcept. Eccleſ.* 6. *ſub num.* 13. *verſ. Ubi licet referas*,

Et ſic reſpectu numeri, & auctoritatis Doctorum evidens eſt, quod omnes ſtant pro Sarnenſe, exceptis tribus reprobatis, *ut ſupra*, cum nulla ratio habenda ſit de nonnullis Deciſionibus, quæ dicunt probationem valoris faciendam eſſe per integrum decennium, ſcilicet Rota coram Othobon. *deciſ.* 41. *num.* 12. Royas *deciſ.* 169. *num.* 2. *deciſ.* 184. *num.* 4. Arguell. *deciſ.* 53. *num.* 22. *& recent. deciſ.* 275. *num.* 10. *part.* 19. quia difficultas eſt, an iſtud decennium debeat computari per quinque annos ante, & quinque poſt reſervationem Penſionis, ad quod individuum hæ Deciſiones non deſcendunt, non obſtante quod aliquæ ex illis allegant Garziam, quia dicta Doctorum, & Deciſionum recipiuntur, prout jacent, non autem gloſſantur, & trahuntur per ſubauditos intellectus, & præſertim ad firman-
dum aliquid contra communem, ut advertunt A- 8
lexand. *in leg* 1. *num.* 28. *verſ. Non multum ff. de legat. primo*, Burſatt. *conſ.* 184. *num.* 55. Surd. *conſ.* 85. *num.* 39. Bellon. jun. *conſ.* 73. *num.* 21. Manſ. *conſult.* 674. *num.* 5. *tom.* 7. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 70. *num.* 4. cum aliis apud Rotam *deciſ.* 822. *num.* 6. coram Seraphin.

Firmato ex his, quod omnes Auctoritates, & Deciſiones ſtant pro Sarnenſe, ſeu ejus practica, neceſſarium non erat quærere ulterius ſuper ratione, quia opinio communis ſequenda eſt: opinio communis facit jus: opinio communis obligat Judicem: opinio communis non evertitur, ſi ratio non adducatur; nam ea præſumitur, & dubitare non licet, poſtquam per duo fere ſæcula Sapientiſſimi Patres Sacræ Rotæ Romanæ opinionem hanc firmiter tenuerunt, cum nedum abſurdum, ſed ani-
moſum quoque ſit præſumere errorem in opinioni- 9
bus aſſentatis, & inveteratis in foro; & ſi volumus revangare longævas theoricas Majorum noſtrorum, erit ſane bonum exercitium pro Academiis, & Scholis ad acuendum ingenium, ſed in Tribunalibus, & foro res erit deſperata, & inanis, Marthia *in præfation. ad conſil. cit. de method. ſcriben. in jure num.* 38 *&* 39. Alexander *conſ.* 95. *num.* 2. *lib.* 2. Cardin. de Luc. *de fideicomm. diſc.* 110. *num.* 7. *verſic. Tum etiam quia*, ibi *Quidquid deſuper in Scholis, & Academiis in ratione diſputativa in iſta quæſtione dici poſſit, in foro tamen ubique præſertim vero in Rota & Curia recepta eſt opinio.*

Verum ne Theorica Sarnen. careret videretur ratione ſufficienti, dicebam hunc modum probandi valorem per quinquennium ante, & quinquennium poſt, reſervationem in ea ratione fundari; quod cum in Beneficialibus probatio valoris reſtringi non poſſit ad tempus præſens ipſius reſervationis, ſicut
in prophanis ad tempus contractus, ne alias pro- 10
batio in uno anno conſtituatur, ut advertit Rot. *deciſ.* 65. *num.* 14. *part.* 2. *diverſor.* & coram Penia *dec.* 706. *ſub num.* 5. *verſ. Et ratio eſt*, inde fit, ut pro juſtificando hoc valore temporis præſentis, neceſſario recurrere debeamus ad aliud tempus, & conſequenter ad decennium.

Hoc autem decennium non poteſt totum deſumi
à parte antea, quia circa valorem non bene argui- 11
tur à tempore præterito ad præſens; minuſque poteſt totum deſumi *à parte poſtea*, quia valor temporis futuri non eſt valor temporis præſentis, ut tradunt Adden. ad Buratt. *deciſ.* 538. *num.* 22. Poſth. *de ſubhaſtat. inſpect.* 60. *num.* 16. *&* 17. Rot. coram Coccino *dec.* 833. *num.* 7. *& dec.* 926. *num.* 2. *& in recent. deciſ.* 343. *num.* 9. *& dec.* 390. *num.* 3. *&* 4. *part.* 17. *recent.* ideoque optimum temperamentum fuit illud Barboſi referre probationem valoris ad tempus, partim

antea,

antea, & partim poſtea, quia probatis extremis duo-
12 rum temporum, iiſque ſimul conjunctis declaratus
remanet valor temporis intermedii, ſeu præſentis,
juxta regulam, quod media ab extremis declaran-
tur, de qua Rota *dec.* 111. *n.* 43. ibi = *Media ab
extremis declarentur* = *p.* 5. *tom.* 1. *rec.* & *dec.* 333.
n. 4. *p.* 17. & *dec.* 134. *n.* 4. *p.* 19. Seraph. *dec.* 1141. *nu-
mer.* 3. Adden. ad Burat. *dec.* 172. *n.* 32. & *dec.* 875.
ſub n. 2. & 3.

Quibus ſtantibus, ante præberi non poterant in-
congruis ratiocinis in oppoſitum excogitatis ad in-
volvendam theoricam hanc claram: & ſane ſper-
nenda erat illa aſſertio, quod verificatio valoris nar-
rati de tempore præſenti pendere non debeat a fu-
turo, quia nemo niſi Propheta poteſt aſſerere quic-
quid adhuc non evenit, & divinare, an quinquen-
nium futurum debeat eſſe fertile, vel ſterile, pre-
tiumque fructuum magnum, vel tenue.

Fallacia enim argumenti erat rotunda, & evidens
propter æquivocum, quod incurrebatur in termi-
nis; aliud enim eſt, quod valor narratus juſtifica-
13 ri, & verificari debeat de tempore narrativæ Sum-
mo Pontifici factæ, ſicut etiam in prophanis verifi-
cari debet de tempore contractus; aliud vero eſt,
quod iſta juſtificatio deſumatur a probatione valo-
ris tempore anteriori, & poſteriori; iſta enim quæ-
ſtio verſatur ſuper modo probationis valoris, non
autem, an debeat verificari narrativa valoris de
tempore gratiæ, quinimo dicendum eſt juſtificari
hanc narrativam de tempore gratiæ, quotieſcunque
per quinquennium ante, & quinquennium poſt ſi-
mul junctum, facta computatione anni ſterilis cum
fertili, valor repartitus in ſingulos annos juſtifica-
tur eſſe tantus de tempore reſervationis quantus
Papæ expoſitus fuit, ut in puncto fallax argumen-
tum iſtud confutavit Rot. *dicta dec.* 65. *n.* 14. & 15.
& 20. *par.* 2. *diverſ.* ibi = *Et quamvis hæc Bartoli
Theorica impugnetur &c. ex illa communi concluſio-
ne, quod valor rei inſpici debet tempore contractus;
nihilominus animadvertendum eſt ſtare ſimul iſta duo,
nempe valorem rei inſpici tempore contractus, &
probationem valoris fieri non tempore contractus, ſed
anteriori, & poſteriori; nam Bartolus in dicta leg.
Pretia rerum loquitur de modo articulandi, & pro-
bandi valorem rei, non autem de tempore, quo rei
valor ſit attendendus* = quod inferius repetit *nu-
mer.* 20. ibi = *Non obſtante &c. quod attendendum
ſit tempus contractus, quia id verum eſt ad effectum
inſpiciendi valorem rei, qui non aliis temporibus,
ſed tempore contractus debet attendi, nontamen pro-
cedit ad effectum probationis rei tempore contractus
conſiderati, quæ probatio debet fieri ex tempore an-
teriori, & poſteriori* = idemque firmat Grattan. *di-
ſcept.* 461. *num.* 5.

Et ſic ceſſabat motivum divinandi more Prophe-
tarum tempus futurum propter aliud æquivocum,
quod incurrebatur ſupponendo, quod ſupplicans fa-
ciat Prophetam, quando narrat Papæ certum valo-
rem, habendo nempe reſpectum ad tempus futurum,
quando tamen ratio iſta procederet, ſi totum decen-
nium deſumeretur *a parte poſtea*, ſecus quando di-
viditur ejuſque medietas deſumitur *a parte antea*,
unde fit, quod ex quinquennio anteriori ſupplicans
fuerit inſtructus de tanto valore quantum Papæ nar-
ravit, ut in præſenti caſu verificabatur, dum in
quinquennio præcedenti valor Canonicatus aſcende-
bat ad ſummam narratam de tempore reſervationis,
& ſupplicans per hanc narrativam non dicitur di-
vinare, ultra quod in hac materia attenditur rei
veritas, non autem, an quis ſciat, vel ignoret va-
lorem quem expreſſit, & ſine alio requiſito, ſatis
14 eſt valorem narratum in rei veritate eſſe tantum
quantum demonſtrat ejus probatio deſumpta tempo-
re anteriori, & poſteriori, ut tradunt Mangill. *de
ſubhaſt.* q. 42. *n.* 15. Poſth. *eod. tract. inſpect.* 60. *n.* 23. &
ſeqq. & Rot. *poſt ipſum dec.* 43. *n.* 9. Grat. *diſcep* 461. *n.* 1.

Et ſi verum foret contrarium aſſumptum, opor-
teret ceſſare omnes Theoricas tot Doctorum, &
Deciſionum, qui in hac materia valoris communi-
ter voluerunt probationem eſſe deſumendam etiam
ab annis ſubſequentibus in futurum etiam extra ca-
ſum probationis per decennium; nam in materia 15
permutationis, quod ſufficiat probatio per duos an-
nos ante, & per unum poſt illam dixit Rota *dec.*
159. *n.* 13. *p.* 5. *tom.* 1. *rec.* Adden. ad Burat. *deciſ.* 538.
n. 22. *in fin.* & in materia probandi valorem, ut quis
ſubſtentari valeat ex fructibus Beneficii, quod pro-
batio fiat per duos annos ante, & duos poſt, Ro-
ſa *de Execut. lit. Apoſt. in addit. ad p.* 1. *cap.* 7. *n.* 349.
verſ. Ita etiam Bich. *dec.* 535. *n.* 5. immo in terminis
noſtris, quod ad effectum ſuſtinendi gratiam reſer-
vationis Penſionis ſufficiat probatio per ſex annos 16
decurſos partim ante, & partim poſt reſervationem,
dixit Rot. coram Dunoz. jun. *deciſ.* 552. *n.* 10. immo
ſufficere probationem per duos annos ante, & per 17
unum poſt, tradit Panim. *dec.* 136. *n.* 40. & paſſim
circumfertur in materia prophana, ut apud Poſth.
de ſubhaſt. inſpect. 60. *n.* 27. Adden. ad Burat. *dec.* 538.
n. 22. *verſ. Verum* Rota.

Ex quo ſequebatur argumentum oppoſitoris eſſe
inſubſiſtens, & deſtructivum Theoricarum Legalium,
nec ideo attendendum, maxime in adeo exorbitanti
judicio repetitionis indebiti: & ratio eſt, quia illa
probatio valoris deſumpta ex annis ſubſequentibus
juncta cum annis præcedentibus venit declarando
verum valorem temporis intermedii, & præſentis,
de quo Penſio fuit reſervata, non autem venit pro-
bando valorem temporis futuri; unde probatio lici-
ta eſt, & legaliſſima, quando agitur de declaratio-
ne, quæ fieri poteſt etiam *ex poſtea*, & regulariter 18
retrotrahitur, & declarat valorem temporis præce-
dentis, ut late oſtendit Rota *dec.* 159. *n.* 13. *cum ſeqq.
p.* 15. & *dec.* 41. *n.* 13. *p.* 16. & *dec.* 616. *n.* 23. *p.* 18. &
dec. 534. *n.* 4. & 7. *p.* 19. *tom.* 2. *rec.* & cor. Bich. *deciſ.*
20. *n.* 14. & *dec.* 614. *n.* 12.

Et hinc patebat ad nullum propoſitum facere clau-
ſulam = *ut aſſeris* = adjectam in reſervatione A-
poſtolica, quaſi, quod iſta ſupponat veritatem valo- 19
ris de tempore, tam præſenti, quam præterito: quia
negabam abſolute, quod hæc clauſula reſpiceret tem-
pus præteritum, ſed dicebam notum eſſe Lippis, &
Tonſoribus, quod reſpicit tempus præſens, quia ſup-
plicans enarrat valorem de præſenti, non de præ-
terito: & regula eſt non controverſa, quod valor
ſemper eſt judicandus de præſenti, ſeu de tempore
reſervationis, non autem de præterito, quia in ma- 20
teria valoris præteritum non concludit ad præſens,
ut præter allegatos in puncto, inquit Roſa *de Exe-
cut. lit. Apoſt. p.* 1. *cap* 7. *n.* 132 ibi = *Cæterum vide-
tur, quod probatio valoris per ultimos annos antea
non concludat ad aliud tempus de præſenti*, Rota
cor. Verall. *dec.* 330. *n.* 1. *p* 3 Pariſ. *de reſign. libr.* 10.
q. 2. *n.* 51 Lotter. *de re Beneſ. lib* 3. *q.* 20. *n.* 57. Rota
dec. 92. *n.* 16. penes Tooc … *de Penſion* Sicut ergo pro-
batio valoris de tempore præterito non concludit
ad tempus præſens, ita ad effectum, ut bene con-
cludat facienda eſt probatio etiam temporis futuri,
ut ſic probatio extremis tempus præſens, quod eſt
intermedium remaneat juſtificatum, & ſic probatus 21
valor de tempore reſervationis, ut optime Maſcard.
de probat. concluſ. 730. *n.* 1. ibi = *Extremis proba-
tis emergit, & oritur probatio medii* = Calcan.
conſ. 32. *n.* 3. Tiraq. *de præſcript.* §. 1. *gloſſ.* 5. *verſ. Id-
que regulare eſt*, Bellam. *dec.* 421. *n.* 1.

Magiſque intolerabile erat aliud æquivocum, quod
Gratia Papæ hoc modo ſtaret in pendenti, quia nul-
la pendentia hic conſiderari valebat, dum facta ex-
preſſione valoris, exempli gratia in *Centum* ejus ju-
ſtificatio deſumitur a tempore antecedenti, & ſubſe-
quenti, non autem tota a ſubſequenti, & futuro:
nec minus per hoc aliquid ſuſpenditur, ſeu exiſtit in
pendulo, ſed tantum probatur, declaratur, & dilu-
cidatur ille valor expreſſus Papæ tempore reſervatio-
nis, nec unquam audita fuit hæc Theorica, quod
probatio ſuſpendat actum, ſed bene nos Doctores
dicere ſolemus, quod juſtificat actum, verificat a-
ctum, & declarat actum ex tali probatione nullate- 22
nus ſuſpenſum, nullatenus conditionatum, ſed pu-
rum, ſed puriſſimum, ſed perfectum, cum hæc pro-
batio ſit patefactio præteriti latentis, ut advertit

Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 51. *num.* 41. *&* 42. ibi = *Cum illa juſtificatio, quæ ſubſequitur, ſit ſimplex pateſactio præteriti latentis, non cenſetur aliquid adjicere* = Rot. cor. Bich. *dec.* 189. *n.* 5. *& ſeqq. & in Barchinon. Benefic.* 2. *Dec.* 1701. cor. Capr. inter ejus impreſſas *dec.* 575. *n.* 29.

Neglectis omnino frigidiſſimis conſiderationibus Mandoſii *in reg.* 22. *Cancell. n.* 2. & Garz. *de Benef. p.* 5. *c.* 3. *n.* 225. quorum primus dicit, quod admiſſa probatione quinquennii ſequentis, juxta practicam Sarnen. ſequeretur abſurdum, quod omnes litigantes probare habentes expectarent poſt quinquennium a die impetrationis; ſecundus autem dicit, quod validitas, vel invaliditas Gratiæ non debet pendere a futuro; hæc enim ratio Garziæ circa pendentiam a futuro ſatis proxime rejecta fuit tanquam erronea in ſuppoſito; illa autem ratio Mandoſii fundatur in æquivoco, quod practica Sarnen. locum habeat in quibuſcunque Proviſis; & tamen ipſe non intellexit practicam Sarnenſis, quæ non loquitur quoad Proviſos de Beneficiis, quorum reſpectu applicari non poteſt eadem practica, dum Proviſi per obitum ſtatim expediunt ſuas Literas, & coram Executore reportant executionem Literarum, prævia verificatione valoris, qui proinde non poteſt deſumi ex quinquennio ſubſequenti, ne abſurde dicamus proviſum a die ſuæ proviſionis expectare debere per quinquennium, antequam petat executionem literarum coram Executore ad effectum, ut ibi tempore congruo juſtificaret valorem per quinquennium ante, & poſt proviſionem.

Sed practica Sarnen. loquitur de impetrantibus Beneficia ob non expreſſum verum valorem, & in aliis caſibus odioſe, & ſignanter, quando nulla prætenditur reſervatio Penſionis ob non expreſſum verum
23 valorem, & ſuppoſitis terminis habilibus, quod nempe elapſum fuerit quinquennium poſt reſervationem Penſionis, ante proviſionem Apoſtolicam; in his namque terminis locum habet probatio, ſeu practica Sarnen. quam nec Mandoſius, nec alii duo contrarii Doctores intellexerunt, ut bene animadvertit Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 20. *n.* 92. *cum quatuor ſeqq.* ibi = Garzias *&c. a quo eſt tamen pluſimum cavendum &c. non ſatis diſcernendo, in quibus terminis loquatur* Sarnenſis, *quod nec diſcreverunt* Mandul. *&c.* & Maſcard *&c. niſi enim iſta practica reſtringatur ad impetrantem ob non expreſſum verum valorem, utique eſſet impracticabilis in Proviſis, in quibus non cadit terminus habilis de quinque annis ante, & poſt &c. eademque neceſſitas prorſus teneret eum, qui Gratiam Apoſtolicam ſuper reſervatione penſionis ex hoc capite valoris falſo expreſſi impetret; ſubeſt enim eadem ratio, & denique in quacunque alia impugnatione narrativæ valoris hujuſmodi*, ut ex Antonio Auguſtino *&c. pronunciavit* Rota.

Neque ad defendendum errorem horum Doctorum reprobatorum tam per Lotterium, quam per Centenariam opinionem Sacræ Rotæ juvabat replicare, quod ſicut in ſenſu Lotterii practica Sarnenſis inpracticabilis eſt in Proviſis, ita etiam dicendum ſit quoad impetrantes ob non expreſſum verum valorem, ex motivo quod impetrationes hujuſmodi non poſſunt dari niſi intra triennium, nam eo elapſo tutus eſt poſſeſſor ex regula de Triennali.

Reſpondebam enim, quod etiam in hoc caſu practicabilis eſſe poteſt practica Sarnen. dum poteſt eſſe, quod intra triennium quis non fuerit pacificus Poſſeſſor, ante etiam poteſt eſſe, quod in fine triennii quis porrigat ſupplicationem ſub die præſentatæ ſignari, & datari ſolitam, quodque expeditio tardetur per duos annos, itaut terminatum ſit quinquennium tempore, quo impetrans coram Executore accingitur ad juſtificandum valorem; unde quod eſt poſſibile in praxi dicendum non eſt impracticabile, licet caſus non ſit adeo frequens, & hanc conſiderationem habuerunt tam Sacra Rota, quam Doctores,
24 qui practicam Sarnen. dixerunt limitari, quando lapſum non eſſet quinquennium a die impetrationis, ita prævidendo, & diſſolvendo contrarium objectum, ut optime obſervat Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 20. *n.* 93. ibi = *Quod etiam reſpectu impetrantium, eſt civiliter intelligendum, ſi inter Gratiam, quæ prætenditur nulla, & ipſam impetrationem, tantum temporis ſit defluxum* (nempe quinquennium) *ſi enim tot non incurrant anni poſt proviſionem utique non poſſunt articulari, ſed nihilominus conſervatur idem rigor, ut articuletur valor per tantum temporis ante, quo integretur decennium.*

Hoc idem conſideravit Rota coram Achill. de Graſſ. *dec.* 24. *de probat. n.* 2. ibi = *Et primo, quod illud non procedit, quando non daretur quinquennium poſt vacationem Beneficii, ſed incontinenti moveretur lis, quia tunc ſufficiunt decem anni ante* = & quod iſte caſus ſit dabilis in praxi ſufficiat allegare Rotam *dec.* 634. *per totam* coram Emerix jun. ubi agebatur de impetrante, cujus gratia fuerat rejecta, eo quod non probaverat valorem per quinquennium ante, & quinquennium poſt impetrationem, dicendo quod iſta probatio eſſet neceſſaria, excepto tantum caſu, quod poſt impetrationem non fuiſſet effluxum quinquennium, ut legere eſt *ibid. n.* 7. *&* 8.

Et melius tradit Rot. *in Aurien. Parochialis* 5. *Julii* 1688. §. *Præmiſſo*, coram bon. mem. Molin. ibi = *Prætermiſſa diſputatione, an computatio decennii facienda ſit per quinque annos ante gratiam, & quinque poſt, juxta opinionem* Sarnen. *&c. nam hoc procedit præſuppoſitis terminis habilibus, nempe quando poſt obtentam impetrationem effluxerunt quinque anni, illis vero non elapſis, recurritur ad decennium antecedens.*

Reſpondebam quoque, quod licet per malam hypotheſim non eſſet dabilis caſus ſervandi practicam Sarnen. quoad impetrantes, ſicut quoad Proviſos exinde tamen non ſequeretur, quod practica non eſſet bona in omnibus aliis caſibus, ubi rigor probationis requiritur, nempe probatio valoris per decennium; cum ergo unus ex caſibus quotidianis ſit iſte impugnandi reſervationem Penſionis ob non expreſſionem veri valoris, utique in hoc caſu, in quo tota conſiſtebat quæſtio, ſatis erat, quod practica Sarnenſis locum habeat, ſitque recepta, & paſſim canonizata per Doctores, & Sacram Rotam, ut tradit Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 26. *n.* 95. & firmant omnes deciſiones ſuperius allegatæ *n.* 5. quæ præciſe loquuntur de iſto caſu juſtificandi reſervationem Penſionis.

Minus ſuffragari poterat, non eſſe procedendum cum practica Sarnen. eo quia in quinquennio poſt reſervationem redditus fuerant aucti, dum hoc procedebat, quando augmentum redditiuum fuiſſet *extrinſecum*, ubi nempe in illo quinquennio per legata, 25
vel donationes collati fuiſſent in maſſam Capitularem alii redditus; ſecus vero dum remanſerant iidem redditus, qui prius aderant, & ſolum creverant menſualitates *intrinſece* ob valorem fructuum, eorumque opulentiam, & fertilitatem anni, ut in ſpecie, quod practica Sarnen. non limitetur, niſi quando augmentum fuit extrinſecum firmavit Rota coram Achill. de Graſs. *dec.* 24. *de probat. n.* 3. ibi = *ſecundo limitabatur, quando adeſſet aliquod augmentum extrinſecum* = Card. de Luca *de benef. diſc.* 90. *n.* 64. ibi = *cum id provenire potuerit ex augmentum extrinſeco.*

Hinc ſuperfluum erat videre, ad quem pertineret onus probandi valorem, nempe ad Penſionarium, vel Titularem; etiamſi enim pertineret ad Penſionarium, iſte fecerat rigoroſam probationem per decennium diviſum in quinque annos ante, & quinque poſt reſervationem, juxta practicam Sarnen. hactenus vindicatam ab objectis, & tamen male ſupponebatur, Eminentiſſimum Titularem non eſſe Actorem, & probare non debere, quoniam cum ipſe ageret pro nullitate Penſionis ad effectum repetendi indebitum, nemo dubitare poterat, quod ageretur 26
de caſu, quo Titularis eſſet Actor, adeoque Titularis probare teneretur valorem per quinquennium ante, & poſt, quia veniebat impetrando Gratiam Apoſtolicam ſuper reſervatione Penſionis, juxta punctualiſſimam Doctrinam Lotterii *diſt. libr. tertio, quæſtion. vigeſima, numer.* 93. in verbis ſupra tranſcriptis, & hic neceſſario repetendis, ibi = *eademque prorſus neceſſitas* (ideſt quinquennium, ante, & poſt) *eum teneret, qui* GRATIAM APOSTOLICAM

CAM SUPER RESERVATIONE PENSIONIS
ex hoc capite valoris falſo expreſſi impetret, ſubeſt
enim eadem ratio &c. & denique in quacunque alia
impugnativa valoris hujuſmodi = & in terminis,
quod probatio pertineat ad Titularem, qui agitat
pro annullatione reſervationis Penſionis ſcripſerunt
Gigas *de Penſion. quæſtion.* 19. *numer.* 9. Maſcard. *de*
probat. concluſ. 1396. *n.* 49. Rota coram Verall. *deciſ.*
329. *n.* 1, *lib.* 3.

Fortius autem, quando litem hanc promovit ad
effectum repetendi indebitum, ſeu terminos Penſio-
nis jam ſolutos, ut pariter erat dubium = *Utrum*
termini ſint reſtituendi = quod ſignificat contro-
verſiam, & Judicium ſuper nullitate Penſionis ibi
= *An conſtet de nullitate Penſionis* = eſſe inten-
tatum pro ſimplici repetitione indebiti, ubi propte-
rea exclamabant ad ſidera omnes fundamentales Re-
gulæ Juris duriſſimum, & amariſſimum putantes,
27 quod quis pecunias receptas a ſponte ſolvente ex
cauſa Tituli legitimi reſtituere teneatur, & per con-
trarium quis veniat contra factum proprium dicen-
do ſolviſſe indebite, & per errorem, ad Textum
in leg. Cum de indebito digeſtis, de probation. Rota
deciſion. 94. *numer.* 2. coram Coccino, *& deciſion.*
74. *numer.* 10. *part.* 9. *recentiorum*, & coram Emerix
Jun. *deciſion.* 29. *numer.* 6. *& deciſion.* 140. *n.* 10. *& in*
Mediolanen. Pecuniaria 15. *Januarii* 1691. §. *Etenim*
& 16. *Januarii* 1692. §. *Ea efficaciſſima*, coram Mo-
lines.

Unde oriebatur aliud fortiſſimum motivum ad
concludendum pro validitate Penſionis, quia nem-
pe cum ageretur de inferendo nullitatem, ex quo
practica *Sarnenſis* non eſſet bona, quod concernit
Articulum Juris, utique etiam in dubietate opinio-
28 num nunquam poterat Penſionarius condemnari ad
reſtituendum, quod recepit, & nulla declarari reſer-
vatio Penſionis obſervantia per 30. annos, & ul-
tra, quia bona fides excuſat, & actum ſuſtinet,
pro cujus validitate ſemper in dubio pronuncian-
dum venit per Text. *in leg. Quoties ff. de reb. dub. &*
in leg. Si quando digeſtis, de legat. 1. Alciat. *de præ-*
ſumpt. regul. 1. *præſumpt.* 30. *numer.* 5. Roman. *conſil.*
180. *numer.* 4. *& ſeqq.* Rot. *deciſion.* 469. *numer.* 3. *par.*
2. *recentiorum*.

Et iſte videbatur primus caſus, qui fuiſſet audi-
tus in praxi, nempe quod quis condemnatus foret
ad reſtituendum terminos Penſionis per tot anno-
rum ſpatium receptos ex motivo prætenſæ inſubſi-
ſtentiæ Articuli Juris firmati, & canonizati per
200. Annos in Rota ſub allegatione duorum, vel
trium Doctorum infeliciter æquivocantium, & lo-
quentium contra Communem cum adornamento ra-
tiocinorum, quæ in omni materia legali ſunt ob-
29 via, & naturalia, cum nihil in Jure noſtro ſic re-
periatur indubitatum, ut ex ſubtilitate ingeniorum
non poſſit adhuc quandam ſuſcipere ſollicitam du-
bitationem, ut ait *Imperator in § Si vero authen-*
tic. de Tabellionib. ibi = *nihil inter homines, ſic eſt*
indubitatum, ut non poſſit, licet aliquid ſit valde
juſtiſſimum tamen ſuſcipere quandam ſollicitam dubi-
tationem = & Advertunt Pignatell *conſult. Canonic.*
tom. 10. *conſult.* 187. *numer.* 38. & Ego ſcripſi *Diſcept.*
Eccleſ. 4. *n.* 126. *& diſcept.* 28. *n.* 3 *par.* 1. Rot. coram
R. P. D. Anſaldo *deciſion.* 63. *numer.* 1. *& in Albara-*
cinen. Canonicatus 10. *Maii* 1700. §. *Nulla enim*, co-
ram Molines.

Concludebam per dilemma, quod aut admitteba-
tur practicam *Sarnenſis* eſſe receptiſſimam, ac in-
dubitatam, & valida erat Penſio: aut credebatur
eſſe dubitabilem, prout talis non eſt, & adhuc ipſa
Articuli dubietas operari non poterat effectum adeo
ſiniſtrum, ut in dubio ſit concludendum pro Acto-
re, in dubio ſit condemnandus Reus, in dubio ſit
pronunciandum pro nullitate actus, denique in du-
bio ſit admittenda odioſiſſima repetitio indebiti,
quæ omnia repugnant principalibus Regulis, &
30 Theoricis Juris noſtri, de quibus in *leg. Favorabi-*
liores ff. de regul. jur. & in leg. Quoties ff. de reb. dub.
l. Neque natales Codic. de probation. & capit. In præ-
ſentia eodem titul. Rota *deciſion.* 63. *numer.* 14. *&*

dec. 168. *n.* 18. *p.* 18. *tom.* 1. Coccin. *dec.* 94. *n.* 2. *& in*
rec. dec. 74. *n.* 10. *p.* 9. *tom.* 1.

Immo in his terminis, & circumſtantiis nemo
Doctorum reperitur, qui nullam exiſtimet Penſio-
nem ad effectum repetendi terminos ſolutos, et-
iamſi valor non juſtificetur per integrum decen-
nium, ſed bene ob favorabilitatem materiæ reſpe-
ctu rei, & Poſſeſſoris ultra triginariam poſſidentis,
& ob odioſitatem actionis ad repetendum indebi-
tum, ſatis eſt, quod per aliquot annos præcedentes
probetur verus ille valor, cujus intuitu Papa Pen-
ſionem reſervavit, ſicut in præſenti per quinque an-
nos ante juſtificabatur, ut diſtinguendo inter mate-
riam odioſam, & favorabilem, probat Lotter. *dicto* 31
lib. 3. *quæſtion.* 20. *numer.* 92. Rota coram Dunozet.
Jun. *deciſion.* 552. *numer.* 10. & late *in deciſion.* 1246.
numer. 11. coram Emerix Jun. Cardin. de Luc. *de Be-*
nefic. diſcurſ. 90. *n.* 58. ubi loquitur etiam in caſu,
quo probatio valoris pertineat ad Penſionarium ibi
= *Alter caſus juſtificationis faciendæ per Penſiona-*
rium eſt, ubi Titulari Impetrantem negatoriam, at-
que principaliter excipiente de gratia invaliditate ob
non verum valorem, iſtius juſtificatio Penſionario fiat,
& tunc, cum non agatur de materia objectiva ad
firmandam gratiam, ſed pro illa ſubſtinenda, tol-
lendoque objecto pariter ita benigne proceditur tam
circa probationes adminiculativas, quam circa non
neceſſarium longum curſum decennii, ejuſque per æqua-
tionem, & nupertime dixit Rota *in Calaritana Pen-*
ſionis 11. *Januarii* 1697. §. *In hypotheſi*, coram bon.
mem. Muto.

Male autem ſuaderi prætendebatur, hanc Penſio-
nem eſſe odibilem, & de fraude ſuſpectam, pri-
mo, quia contra mentem Sacr. Canonum Reſignans
voluerit gaudere cunctis fructibus Canonicatus, &
ſecundo, quod eſſet Penſio impoſita ſuper Beneficio
pleno.

Etenim neutrum habebat imaginabilem colorem,
aut baſem dubitandi; nam primum procedit, quan-
do quis onerat ſuum Beneficium, reſervando ſibi
omnes fructus illius, quod ceſſabat in præſenti,
ubi medietas, ſeu medietate minus fuit impoſitum
ſuper Canonicatu, alia vero rata fuit impoſita ſu-
per Abbatia, & ſic Beneficio diverſo; altera au-
tem ratio allegabatur cum æquivoco, ubi enim quis
reſignat reſervata ſibi Penſione, iſta non dicitur
Impoſita Beneficio pleno, ſed vacante per reſigna-
tionem, quæ Penſio eſt favorabilis, ut qui habet 32
omnes fructus in Canonicatu habeat partem me-
diante Penſione, cujus intuito reſignavit, non ob-
ſtante repartimento Penſionis etiam ſuper Abbatia,
nec idem dicendum, quod Penſio iſta ſit odibilis,
dum nihil magis vulgatum eſt, quam iſta praxis re-
ſignandi unum Beneficium, reſervata Penſiona ſu-
per duobus Beneficiis altero reſignato, & altero ad
hunc effectum accomodato per aliquem Titularem
propter incapacitatem fructuum Beneficii reſignati,
& Dataria Apoſtolica, & Summi Pontifices admit-
tunt, & reſervant hujuſmodi Penſiones nihil haben- 33
tes amari, & nihil odibilitatis; dum Succeſſor in
Beneficio reſignato, (excepto primo, qui ita voluit,
& concordavit) non ſupportat totam Penſionem,
ſed ſolam ratam, quo caſu Penſio non dicitur odio-
ſa, quæ talis exiſtimatur ſolum quando gravata re-
maneret ſuper omnibus fructibus illa unica Eccle-
ſia reſignata, ſeu illud unicum Beneficium in præ-
judicium tam Collatoris, quam ſucceſſoris, unius
nihil dantis, & alterius nihil recipientis; neque
hæc ſunt ratiocinia, nec ideales conſiderationes,
ſed motiva fundata in praxi approbata ex facto Sum-
mi Pontificis, dum frequentia ſunt exempla de his
Penſionibus, ita reſervatis, ut apud Cardin. de Luc. 34
de Penſion. diſc. 72. *numer.* 1. ubi de Penſione, quæ
pro una rata reſervata fuit ſuper Eccleſia reſignata,
pro alia vero ſuper quibuſdam Beneficiis poſſeſſis per
Cardinalem Spadam, & Cincium Tertius Benefi-
ciatios, & plene *in Romana Relevationis Indemni-*
tatis 1. *Decembris* 1684. *in principio*, *&* 23. *Mar-*
tii 1685. coram bon. memor. Pauluccio, *&* 1. *Fe-*
bruarii 1688. coram bon. memor. Molines, *&* 28.

Jan. 1689 *coram* Hervavuld. *& in Romana Penſionis* 15. *Febr.* 1683. §. *Hinc cum Dominicus*, coram clar. mem. Card. Matth. *impreſſa in dec.* 648. *ſub n.* 8. *& ſeqq p.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Superata ex his prima nullitate, minus relevabat ſeconda ex eo deducta, quod annua ſcut. 60. provenientia ex fundatione Catholicæ Majeſtatis pro aſſiſtentia præſtanda tribus Miſſis ſolemnibus non eſſent computanda in valore, eo quia non dantur ratione Canonicatus, ſed pro ſervitio particulari in augmentum diſtributionum quotidianarum; Etenim Catholica Majeſtas in ſua fundatione reliquit certam ſummam in maſſa communi pro diſtributionibus quotidianis, in qua ſumma continentur prædicta annua ſcut. 60. debita pro aſſiſtentia præſtanda tribus Miſſis ſolemnibus, & formalis verbis dixit, quod tota hæc ſumma relicta pro diſtributionibus cenſeri, & regulari deberet juxta conſuetudinem, & ad inſtar maſſæ communis aliarum Eccleſiarum Collegiatarum; unde plana erat conſequentia, quod cum Penſio reſervata fuiſſet, nedum ſuper fructibus, & redditibus certis, ſed etiam ſuper diſtributionibus quotidianis, computari deberent etiam con-
35 troverſa ſcutor. 60. tanquam ex lege fundationis redacta in maſſam communem pro diſtributionibus quotidianis, ut firmavit Rota *deciſion.* 550. *numer.* 5. *part. prima, recentiorum*, & coram Renia *deciſion.* 1661. *numer.* 3. Cardin. de Luca *de Benefic. dict. diſc.* 90. *numer.* 69. ubi quod nulla eſt difficultas, quando *expreſſe dicatur etiam ſuper diſtributionibus*, *vel incertis.*

Facilius autem, quando penſio impoſita fuerat ſuper omnibus etiam incertis, & diſtributionibus quomodocunque provenientibus, & in quacunque re conſiſtentibus ibi = *Super dictorum Canonicatus, & Præbendæ etiam incertis, ac diſtributionibus quotidianis, aut alios quomodolibet nuncupatis*, *ET UNDECUNQUE, ET QUOMODOCUNQUE PROVENIENTIBUS præſentibus, & futuris, & in quacunque re conſiſtentibus* = quæ ſunt verba extenſiviſſima, & comprehenſiva omnis generis diſtributionum, & incertorum etiam aliunde provenientium, quam ratione Canonicatus ut tradunt Garz.
36 *de benefic. part.* 1. *capit.* 5. *numer.* 381. ubi quod verba illa, quæ ſunt minus generalia, nempe = *Juribus, & obvenientibus univerſis* poſita in reſervatione Penſionis comprehendunt omnes redditus, cujuſcunque qualitatis exiſtunt, Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſtion.* 39. *numer.* 36. ubi quod appellatione incertorum veniunt etiam ea, quæ per Titularem
37 percipi potuerunt, & propter ejus negligentiam, vel ſocordiam percepta non fuerunt, Palma Nepos *alleg.* 25. *numer.* 11. & 12. Rota *dec.* 33. *ſub num.* 4. *verſ. Non obſtat part.* 19. *rec.* & in *Romana Penſionis* 4. *Junii* 1685. § *Quinto demum*, coram bon. mem. Florez.

Nihil obſtantibus auctoritatibus in contrarium, quia nulla ex illis loquitur, quando expreſſe Penſio fuit reſervata ſuper omnibus incertis, quæ undecunque, & quomodocunque percipiuntur; ſeu proveniunt; ſed quando ſimpliciter fuit reſervata ſuper fructibus, & redditibus Beneficii, in quo ſenſu cantat Buratt. *deciſion.* 354. Cerr. *deciſion.* 18. *part.* 8. *recentiorum deciſion.* 85. non attenta applicatione, quod generalitas verborum, & clauſularum non includat ea, quæ ſpecialem expreſſionem requirunt; cum enim expreſſæ fuerint diſtributiones, quæ dantur ratione laboris, & aſſiſtentiæ in Divinis, non autem ratione Canoniæ, Addeo. *ad deciſion.* 576. *numer.* 34.
38 *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *rec.* inde ſequebatur, quod ultra diſtributiones expreſſio aliorum incertorum *undecunque, & quomodocunque provenientium* pernecesse includere illa etiam alia emolumenta, quæ ad inſtar ipſarum diſtributionum non ratione Canonicatus, ſeu laboris Canonicorum debentur, itaut annua ſcutor. 60. debita pro diſtributionibus, & aſſiſtentia præſtanda tribus Miſſis ſolemnibus eſſent literaliter comprehenſa.

Neque ſubſiſtebat, quod non præſumeretur Papam cogitaſſe de hac ſumma, quæ proveniebat ex diſpoſitione Regis Catholici; quia cum iſte aſſignaverit certam ſummam pro diſtributionibus; com-
39 prehendendo inter diſtributiones prædictam totam ſcutorum 60. & dicendo, quod regulari deberet juxta ſtylum maſſæ communis aliarum Eccleſiarum, nulla erat differentia inter iſtas diſtributiones, ac illas aliarum Eccleſiarum, & nulla aderat ſpecialitas, quæ eas diſtingueret, ac redderet ſpeciali nota dignas.

Et ſilebat difficultas reflectendo ad manifeſtam diſcretivam Regiæ fundationis, ubi diſtincte procedendo inter unam aſſignationem ab altera, quod illam, quæ reſpicit diſtributiones, ac tres Miſſas
40 ſolemnes, dixit facere aſſignationem ad miniſtrandam, & regulandam, juxta conſuetudinem aliarum Eccleſiarum; quo vero ad aliam aſſignationem, quæ extra corpus maſſæ Capitularis facta fuit decem tantum Canonicis, noluit poſſe gravari Penſionibus, & aſſignationem diſtribui juſſit per cedulam Regiam, unde ſicut ubi voluit, Rex fundator diſtinxit unum redditum ab altero, prohibendo unum ex illis Penſionibus gravari, ita expreſſiſſet quoad alium redditum aſſignatum pro diſtributionibus, & Miſſis, ſi illum diſtinguere voluiſſet, & eximere ab impoſitionibus Penſionum dum ergo non expreſſit, ſignum evidens, quod noluit eſſe differentem ab ordinariis diſtributionibus, & redditibus maſſæ communis, & ſic voluntas Regia retorquebatur, Rota *deciſ.* 36. *numer.* 11. *part.* 61. *& dec.* 182. *num.* 14. *part.* 15. *& dec.* 186. *num.* 6. *part.* 17. *& deciſ.* 393. *n.* 11. *&* 12. *p.* 18. *tom.* 1. *rec.* & coram Bichio *dec.* 516. *n.* 5.

Prout non obſtabat Eminentiſſimum Titularem vigore indulti percipiendi in abſentia fructus Canonicatus, & Præbendæ, necnon alias obventiones dari ſolitas præſentibus, & intereſſentibus, adhuc non percepiſſe controverſa annua ſcutorum 60. Ultra quod enim hoc nihil concludebat, niſi proba-
41 retur, quod Eminentiſſimus Titularis petierit prædictam ſummam, & judicialiter inſteterit, & tamen fuerit rejectus alias ipſius omiſſio, ſed generoſitas non petendi, non poterat conſtituere obſervantiam, ex firmatis per Cravett. *conſil.* 319. *numer.* 13. *verſic. Decimo nono præſumptio*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 23. *numer.* 2. *&* 5. Rota *deciſ.* 70. *num.* 4. *part.* 16. *recentiorum*, *& in Cavallicen. Juris Intereſſendi* 2. *Maii* 1701. §. *Cæterum*, *& in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus* 22. *Januarii* 1703. §. *Proindeque*, coram Molin. urgebat reſponſio, quod ex tali circumſtantia non eſſet bona conſequentia inferre, quod hoc emolumentum non potuerit Penſione gravari, eo quia non datur abſentibus etiam vigore Indulti, cum Penſiones imponantur ſuper diſtributionibus, quæ dantur præſentibus, & non abſentibus, qui ſibi imputare debent ſi fuerint abſen-
42 tes, cum ſtare ſimul poſſint iſta duo, quod nempe fundator voluerit non poſſe dari abſentibus, & tamen, quod poſſit etiam ſuper illo imponi Penſio, quando hoc fundator non prohibuit, ſed immo permiſit prohibendo tantum impoſitionem Penſionis quoad alium redditum per cedulam dari ſolitam decem Canonicis, per Text. *in Can. qualis diſt.* 25. *verſic. quod autem* ibi = *quod autem de uno negatur, conſequens intellectus patet, quod de quibuſdam conceditur.*

Remanebat tertia nullitas ex non probato valore fructuum Abbatiæ de Meza cum ſuppoſito, quod concurreret unicitas Penſionis: ſed præter alias reſponſiones dicebam, quod tunc poſſet Penſio reddi nulla ob non juſtificatum valorem Abbatiæ, quando tota ſumma ſcut. 500. fuiſſet impoſita in ſolidum ſuper duobus Beneficiis, nempe Canonicatu, & Abbatia; ſecus quando fuit diviſa in duas ratas, quarum una impoſita fuit ſuper fructibus Canonicatus; altera vero ſuper fructibus Abbatiæ; hoc enim caſu ſicut pro tota Penſione Penſionarius non habet a-
43 ctionem ad fructus alterius Beneficii, ſed iſta debetur proportionabiliter ex ſingulis fundis pro virili, ut probat in puncto Lotter. *de re Benefic. libr.* 1. *q.* 38 *n.* 19. *& ſeqq.* Tondut. *de penſion. cap.* 23. *numer.* 4.

Ita

Digitized by Google

Ita Penſio non dicitur unica, nec taliter individua inter ſe, ut ſi valor fructuum unius Fundi, ſeu Beneficii non verificatur, corruat in totum, etiamſi verificetur valor fructuum alterius Beneficii: ſed tali caſu propter diviſionem factam in duas ratas, earumque diſtributionem in duobus fundis diſtinctis Penſiones dicuntur duæ, & non unica, juxta punctualem Doctrinam Gambari *in tract. de Poteſt. a Latere lib.* 6. *n.* 668. *necnon* Pariſ. *de reſign. lib.* 6. *q.* 2. *n.* 64.

Et ex prædictis obtinui Reſolutiones, & Sententiam pro validitate Penſionis, & non reſtitutione terminorum, & juſtiſſimum fuit judicatum, quidquid in contrarium votaverit R. P. D. Fattinellus,
45 juxta rationes ab eo relatas *reſponſ.* 54. *numer.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. dum ſupponit adeſſe multas Auctoritates, & Deciſiones requirentes probationem valoris per decennium ante, quarum plures nihil concludent tanquam ſimpliciter dicentes probari valorem per decennium ante conceſſionem, *ut in deciſion.* 189. *numer.* 4. *part.* 10. *recentiorum*, *& deciſion.* 189. *numer.* 4. *part.* 1. *diverſor.* quæ intelligi debent in caſu, quo elapſum non fuerit quinquennium poſt conceſſionem Gratiæ, & ſic etiam intelligitur Kochier. *in regul.* 61. *Cancellar. numer.* 27. cum aliis auctoritatibus, in oppoſitum adductis; Minuſque obſtaculum facit Rota *deciſion.* 1627. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſor.* cum aliis nihil ad rem dicentibus, nempe Put. *deciſion.* 374. *lib.* 3. & Buratt. *deciſion.* 409. *numer.* 3. *&* 8. itaut ſoli Doctores, qui examinant quæſtionem, ſint illi ſuperius adducti, & reprobati *numer.* 6. & denique hanc eandem opinionem, pro qua judicavit Sententia Rev. Cameræ tenuit contemporanee, me ſcribente, Sacr. Rota *in Roſſanen. Archipresbyteratus ſuper Remiſſoria* 19. *Januarii* 1711. coram R. P. D. Criſpo, quæ infra regiſtratur.

Quæ vero ſuperaddit R. P. D. Fattinell. circa aſſignationes redditium factas per Catholicam Majeſtatem, ſuper quibus non intelligatur reſervata Penſio, nullam habent ſubſiſtentiam ex ſupra deductis *numer.* 35. *& ſeqq.* Unde nihil ad rem concludit illa
46 propoſitio, quod Penſiones non reſervantur, nec reſervatæ cenſentur ſuper juribus Regum, & Principum per quaſcunque generales, & ampliſſimas clauſulas, & derogationes, juxta *regul.* 42. *Cancell.* & juxta auctoritates adductas per Rev. Padr. Dom. Fattinell. *reſponſ.* 54. *numer.* 12. Hæc enim procedit ſuper Beneficiis ad Regiam nominationem ſpectantibus juxta Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 13. *numer.* 6. Tondut. *de Penſ. cap.* 25. *numer.* 29. & alios allegatos *in eodem reſp.* 54. *ſub numer.* 12. quod nihil commune habet cum redditibus per regiam Majeſtatem libere donatis Eccleſiæ pro diſtributionibus ad effectum, ut regulari deberent juxta conſuetudinem, & ad inſtar Maſſæ communis aliarum Eccleſiarum; unde corruit aſſumptum prædallegati Auctoris, doctiſſimi cæteroquin Viri, tanquam contra communem, & contra Sententias, & judicata tam Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, quam Sacræ Rotæ Romanæ.

R. P. D. CRISPO.

Roſſanen. Archipresbyteratus ſuper Remiſſoria.

Lunæ 19. Januarii 1711.

SUb duplici narrativa non expreſſionis, nempe veri valoris, & ſimoniacæ pravitatis, quibus literæ Apoſtolicæ reſignationis Baltaſſaris infectæ contendebantur, impetravit Felix Archipresbyteratum Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ de Platea Coriolani, ac coram Reverend. Pad. Dom. meo Scotto utriſque proviſis ſuarum literarum executionem petentibus, quantum prona ſe oſtendit Rota in decernenda executione favore Baltaſſarris Reſignatarii, tanto magis renuens apparuit in exequendis literis impetrantis Felicis quoad eum reſpondendo = *Non intrare arbitrium*. Coram me igitur Cauſa appellationis devoluta propoſui Dubium = *An eſſet procedendum ad legitimam executionem literarum dicti Baltaſſarris*; Et affirmativum habui reſponſum, prout in contextuali Deciſione. Contemporanee vero ad inſtantiam Felicis alterum propoſui Dubium ſuper Remiſſoria ad effectum melius juſtificandi ſuæ impetrationis narrativam, & ad ejus favorem reſcribi obtinui = *Eſſe concedendam Remiſſoriam, ſed ſine retardatione*.

Aſſiſtunt ſiquidem pro conceſſione Remiſſoriæ elementaria illa principia, quod quando non agitur de cauſa, quæ tangat titulum Beneficii, quæ dicitur prophana; Et materia articulata relevans appareat, faciendæ probationis fumus præbeatur, tunc 47
noſtrum Tribunal non ſoleat denegare facultatem explendi meliores probationes, ut paſſim dixit *in rec. deciſ.* 1. *ſub numer.* 4. *part.* 11. coram Merlin. *deciſ.* 15. *ſub numer.* 2. *&* 3. *in Conſtantien. Præpoſituræ* 9. *Junii* 1702. §. *Quo vero*, coram R. P. D. meo Priolo. Idque procedit, ſive petatur in prima, quam in ulteriori, & peremptoria etiam inſtantia; quia probationes non ſunt anguſtiandæ, ut coram Emerix jun. *deciſ.* 684. *numer.* 4. *recentiorum*, *deciſ.* 354. *num.* 1. *part.* 18. *& in Burgen. Juriſd. ſuper Remiſſoria, & Compulſoria* 26. *Junii* 1709. §. *Cum enim*, coram R. P. D. meo Lancetta.

Probationes autem, quæ per Felicem fuerunt articulatæ, continere apparent maximam relevantiam, ac prorſus tendunt ad Cauſæ reſolutionem; contendit enim probare, quod valor per Baltaſſarrem per non exceſſum in duc. 24. de Camera, nullatenus verus exiſtat, & quod inciderit in pœnam expreſſionis falſi valoris, ſub cujus intuitu Beneficium, ſeu Archipresbyteratum ipſo impetravit, & quod verus elucescat valor ab eodem in contrarium narratus: quibus quidem probationibus legitime, & valide expletis certum remanet literas Apoſtolicas Baltaſſarris non eſſe executionem promereri, ut admiſſum fuit in contextuali Deciſione. Inde propterea cum materia articulata deſtruat fundamenta contrariæ re- 48
ſolutionis, & ipſi Felici victoriam conducat, ſequitur ut omni jure articuli ſint admittendi, & reſpective concedenda Remiſſoria, Rot. *in Vercellen. Reintegrationis ſuper Remiſſoria* 17. *Februarii* 1702. § *Revocata*, coram Eminentiſſimo de la Tremoille, *& in dicta Burgen. Juriſdictionis ſuper Remiſſoria* 26. *Junii* 1709. §. *Relevantia autem*, cor. R. P. Dom. meo Lancetta.

Fumus vero materiæ articulatæ ſatis haberi dicitur ex depoſitione plurium Teſtium, qui licet nulliter examinati, prout dictum fuit in altera Deci
ſione ſuper negotio principali, adhuc ſi in linea 49
concludentis probationis non ſunt recipiendi, ad effectum tamen præſtandi fumum materia articulata exuberare videntur, ut dictum fuit *in recentiorum dec.* 1. *ſub n.* 4. *part.* 11. coram Priolo *dec.* 284. *num.* 14. coram Celſ. *dec.* 262. *num.* 9. coram Merlin. *deciſion.* 15. *ſub num.* 2. *&* 3. Addito ſignanter, quod eorum ſumma augetur ex valore expreſſo in altera proviſione Apoſtolica anni 1658. Taxa Seminarii, quæ ad annuum redditum fructuum certorum ex Synodali Conſtitutione regulanda, majorem valorem, quam a Baltaſſarre fuit expreſſum, quodammodo præſeferre videtur, atque demum accedente, quod Baltaſſar expetiit Gratiam Apoſtolicam ſanatoriam *Perinde valere*, ex cujus petitione etiam oritur fumus, quod ipſe dubitaverit forſan de majori redditu hujus Parochialis, juxta deducta *in Majoricen. Parochialis de Monacor.* 2. *Julii* 1708. §. *fin.* coram Reverendiſſ. Omanna Epiſcopo Giennen.

Abſque eo quod ad effectum articulos rejiciendi 50
attendendum veniat, quod ſicuti valor ab impetrante impugnative ad Gratiam alterius debet probari per integrum decennium, dictum decennium juſtificari debeat per quinque annos ante, &
quinque poſt reportatam Gratiam proviſionis, ita 51
articuli hac forma non concepti irrelevantes dici debeant. Hæc ſane probationis formula in præſenti ſervari minime poteſt, quia eadem lo

rum obtineret quoties poſt reſignationem, & impetrationem Parochialis quinquennium eſſet elapſum, in quibus terminis prædicta formola probationis requiritur conjungendo redditus quinquennii antece-
52 dentis cum ſubſequenti juxta practicam Sarnenſis a noſtro Auditorio approbata, ut teſtator Card. de Luca *de Benef. diſc.* 90. *n.* 24. Rot. *dec.* 288. *n.* 7. *p.* 12. *&* *dec.* 6. *n.* 4. *p.* 17. *rec.* ſed cum in caſu, in quo verſamur tale quinquennium non effluxerit, inde ſequitur, ut valor probari ſufficiat per integrum decennium antecedens, prout fuit articulatum, & optime diſtinguit Rota coram Achill. de Graſſis *dec.* 24. *numer.* 2. *de probat.* & *in Aurien. Parochialis* 5. *Julii* 1688. §. *Præmiſſo*, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano; quam diſtinctionem amplectitur etiam Rota coram Emerix jun. *dec.* 634. *n.* 7. in contrarium allegata, cui conſonat Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 20. *n.* 92. *&* *ſeqq.* ubi tef.llit, ſeu explicat Gratiam, & alios.

Minoris irrelevantiæ eſſe videtur, quod Felicis impetratio innixa ſit duplici narrativæ, ſcilicet ſimoniæ, & falſæ expreſſionis, prorſus inefficax inde veniret reputandum ad ſuſtinendam ſuam Gratiam impetrationis probare falſitatem valoris, niſi copulative juſtificetur objecta ſimoniæ, de qua non fuit articulatum. Pro remotione namque objecti ſe offert, quod dictæ narrativæ non apparent copulative conceptæ, ſed tantum alternative, ideoque juxta notam regulam, quod in hac contingentia ſufficit unum ex alternatis verificari, ſatis eſſe videtur alterum ex Capitibus, quibus eſt innixa Gratia infirmatoria
53 prioris proviſionis, ut juſtificetur, nec utrumque probari compellatur, prout in puncto monet Roſa *de Execut. literar. Apoſtol. cap.* 6. *n.* 32. Rot. *in Monaſterien. Canonicat.* 23. *Aprilis* 1707. §. *Licet enim*, coram R. P. D. meo Lancetta.

Quamvis autem Domini ex his fuerint ſatis convicti, ut Remiſſoria ad effectum melius juſtificandi valorem narratum a Felice in ſua impetratione, & falſitatem alterius expreſſi a Baltaſſarre veniret omnino concedenda; tamen cum literæ Apoſtolicæ ipſius Baltaſſarris, quarum executio fuit coram R. P. D. meo Scotto decreta, & hodie coram Me contemporanee confirmata, nullum habeant vitium intrinſecum, quod illarum retardationem ſuadeat, &
54 de ſui natura celerem expoſcant executionem, necnon etiam omnis ratio militat, ut Parochialis amplius de Paſtore viduata non remaneat, eo ſuerunt præfatam Remiſſoriam eſſe concedendam, ſed ſine retardatione juxta alios caſus, qui frequenter eveniunt, *ut in dicta Conſtantien. Præpoſitura* 9. *Junii* 1702. §. *finali* coram R. P. D. meo Priolo.

Et ita utraque &c.

NULLIUS, SEU ASCULANA EMPHYTEUSIS.

ARGUMENTUM.

Inveſtitura Emphyteutica Bonorum Eccleſiæ non ſuſtinetur abſque Beneplacito Apoſtolico; niſi concurrat ſolitum concedendi per unam Inveſtituram ſolemnem, aut duas minus ſolemnes, neque una ex his ſuppletur per enunciativas, neque una ſolemnis intelligitur cum Beneplacito præſumpto; Etiam in Bonis concedi ſolitis, renovatio facienda eſt cum evidenti Eccleſiæ utilitate & facta præventive durante prima Inveſtitura an ſuſtineatur.

S U M M A R I U M.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Solitum locandi Bona Eccleſiæ probatur per unam Inveſtituram ſolemnem, aut duas minus ſolemnes.*
3 *Quæ continere debent eademmet Bona, quæ reconceduntur, non autem diverſa.*
4 *Duæ Inveſtituræ minus ſolemnes probandæ ſunt per diſtincta Inſtrumenta, & n. 13.*
5 *Adminicula, & conjectura non ſupplent unam ex inveſtituris unius ſolemnibus.*
6 *Nec una ex his probatur per Teſtes, nec per enunciativas, ut n. 9. & 12.*
7 *Vacatio Eccleſiæ non præſumitur, niſi poſt quindecim annos.*
8 *Negativa probatur ex Libris.*
10 *Probatio non reſultat ex actu, qui in quæſtione eſt.*
11 *Canon ponitur pro Cenſu, & ſynonyme accipitur cum illo.*
14 *Ad probationem etiam in antiquis non ſufficit una enunciativa, ſed duæ requiruntur.*
15 *Stante defectu Beneplaciti in conceſſione Bonorum Eccleſiæ, hujus obſervantia etiam antiqua non ſuffragatur.*
16 *Ratificatio non præſumitur facta per Titulares ſucceſſores quoad actum nullum, & ignoratum.*
17 *Sicut expreſſe alienari non poſſunt Bona Eccleſiæ abſque Beneplacito, ita nec etiam tacite per receptionem Canonum.*
18 *Solitum concedendi Bona ex Inveſtitura ſolemni verificandum etſi de tempore nova Inveſtituræ.*
19 *Qualitas requiritur tempore Contractus, nec attenditur ſuperveniens.*
20 *Contractus circa validitatem pendere non debet ab eventu, & tempore futuro.*
21 *Inveſtitura ſolemnis intelligitur cum Beneplacito expreſſo, non autem præſumpto.*
22 *Centenaria tribuit Beneplacitum præſumptum; Beneplacitum præſumptum non ſuffragatur, ubi requiritur expreſſum, ibidem.*
23 *Etiamſi præſumptum deducatur ex Centenaria.*
24 *Renovatio, ſeu nova Conceſſio Bonorum Eccleſiæ, quæ ſolita ſunt concedi, fieri debet cum evidenti utilitate.*
25 *Ad quem pertineat probatio hujus utilitatis, nempe Eccleſiam, vel Inveſtitum.*
26 *Laudemium tanquam fructus cedit commodo Abbatis abſque onere inveſtiendi.*
27 *Solutio pro Intratura, & Laudemium non cauſant utilitatem Eccleſiæ, & n. 30.*
28 *Expenſa in Bonis Emphyteuticis pro uberiori fructuum recollecta non redundat in beneficium Eccleſiæ.*
29 *Reſtauratio Domus Ruſticæ in Bonis Emphyteuticis Eccleſiæ pertinet ad Emphyteutam.*
31 *Nova Conceſſio Bonorum Eccleſiæ fieri debet cum ejus utilitate conſiderata de ejus tempore, non autem primæ Conceſſionis.*
32 *Deficit utilitas Eccleſiæ ſi Canon non augeatur.*
33 *Ejus utilitas conſideratur reſpective ad fructus rei tempore Conceſſionis.*
34 *Reprobantur Auctoritates non requirentes augmentum Canonis in nova Conceſſione.*
35 *Canon non augetur pro renovatione neceſſaria in Bonis ab initio ſterilibus melioratis ab Emphyteuta, declara, ut ibi n. 36.*
37 *Qualitas fructifera Bonorum ab initio Conceſſionis quomodo probetur.*
38 *Læſio Eccleſiæ adeſſe dicitur, ubi Canon non correſpondet fructibus rei conceſſæ, & n. 39.*
40 *Quando Eccleſia non eſt in lucro, non dicitur læſa.*
41 *Conceſſio Bonorum Eccleſiæ non eſt utilis, quando Abbas exercuit liberalitatem erga Laicos.*
42 *Inveſtitura collata in tempus Succeſſoris remanet nulla.*
43 *Maxime ob defectum utilitatis Eccleſiæ, quæ præventive ignoratur pro tempore futuro.*
44 *Ratificatio Succeſſoris quando non præſumatur.*
45 *Quomodo ſit facienda reſpectu Inveſtituræ præventive factæ per Anteceſſorem.*
46 *Quid requiratur ad ratificationem inducendam.*

47 *Mera*

Digitized by Google

47 *Mera dubitatio excludit ratificationem.*
48 *Jus dandi de nullitate Inveſtituræ factæ per Anteceſſorem competit omnibus Succeſſoribus, non autem primo, & immediate.*
49 *Exitus Cauſæ.*

DISCEPTATIO CLIII.

ABbatia S. Eutitii, Ordinis S. Benedicti de Nurſia poſſidebat ab antiquo plures Grangias, ſeu Ec-
1 cleſias eidem Abbatiæ unitas in Spiritualibus, & Temporalibus, inter quas erant duæ Eccleſiæ; Altera nuncupata *Sancti Gregorii de Murra*, & altera *Sancti Silveſtri in Octava* cum ſuis Juribus, & Obventionibus, Decimis, & Terrenis, Paſcuis, Nemoribus, Aquis, & Molendinis quæ erat Bona dotalia hujuſmodi Grangiarum, juxta Bullas Apoſtolicas *Cæleſtini III.* de anno 1196. *Innoc. IV.* de anno 1253. & *Martini V.* de anno 1429. in quibus confirmatur ad favorem Abbatiæ Poſſeſſio hujuſmodi Eccleſiarum, earumque Bonorum.

Hanc vero Eccleſiam *S. Gregorii de Murra* Abbates Monaſterii Sancti Eutitii olim ſolebant conferre in Titulum Presbyteris Sæcularibus cum onere ſolvendi Caldarellum unum olei eidem Monaſterio pro recognitione ejus Dominii, juxta Collationem factam Proſpero de Felcis de anno 1480. ubi exprimitur, quod hoc Tributum ſolvebatur pro Beneficio S. Gregorii tanquam *Membro Monaſterii S. Eutitii*, per cujus Proſperi obitum vacata iterum Eccleſia Sancti Gregorii de anno 1539. Joannes Menſuratus Abbas Monaſterii illam contulit Firmano Joannis Andreæ Alexii Clerico Sæculari, ubi pariter expreſſum fuit hanc Eccleſiam eſſe membrum immediate ſubjectum Monaſterio cum Tributo unius Caldarelli olei pro recognitione Dominii.

Poſt hanc Collationem, quæ præſumptione juris ad vitam ſupradicti Clerici duraſſe cenſetur per quindecim annos, & ſic uſque ad annum 1554. non conſtabat de alia Collatione hujus Eccleſiæ: ſed poſt breve ſpatium ſex annorum propter occupationem omnium ejus Bonorum factam per Nobilem, & præpotentem tunc Familiam de Malaſpina, Abbas, & Monachi Sancti Eutitii de anno ſcilicet 1561. quia forte expellere non poterant hujuſmodi Detentores, devenerunt ad Inveſtituram favore illorum, de Eccleſia, ejuſque Bonis Temporalibus *ad tertiam Generationem*, & ſine ullo Beneplacito Apoſtolico, & cum falſa aſſertiva, quod Bona hujuſmodi Eccleſiæ = *per ſpatium longi temporis* fuiſſent retenta, & poſſeſſa per Capitaneos, Camillum, & Antonium Franciſcum de Malaſpina, & hæc Inveſtitura facta extitit pro Canone quatuor Calderolarum olei ad favorem Monaſterii, ibique ulterius Abbas, & Monachi, remiſerunt, & condonarunt eiſdem de Malaſpina omnes fructus perceptos tempore eorum occupationis ſub figurato titulo Cenſus, ſeu Canonis non ſoluti, fatendo literis apertis, hæc omnia continere meram liberalitatem ibi = *Volentes Liberalitatis Liberalitatem addere, juſtis de cauſis animum eorum moventibus* =

Poſtquam Inveſtitura pervenit ad tertiam Generationem, quæ cœpit in Franciſco Malaſpina, iſte nactus occaſionem temporis, quo Abbatia commendata reperiebatur Cardinali Polo nihil informato, de anno 1646. oblata illi ſumma ſcutor. 100. pro Intratura, extorſit anticipatam, ſeu præventivam Inveſtituram pro ſuis filiis ad aliam tertiam Generationem, non quidem incipiendam tempore ſuæ vitæ, ſed poſt ejus obitum, *& non prius* = emiſſa falſa narrativa, quod hæc bona poſſeſſa fuiſſent per Familiam de Malaſpina ſpatio 300. & plurium annorum, & ſub eodem tenui Canone Calderolarum quatuor olei, & ad colorandum contractum, cum deteriorata eſſent Bona per Emphyteutam, iſte promiſit ſub nomine melioramentorum quidquid erat refarcimentum damnorum, ſcilicet plantare centum arbores vitiferas, quia defecerant antiquæ, necnon reædificare Domum ex negligentia dirutam, & ruinam minantem ſita in Terris Emphyteuticis.

Hujuſmodi Inveſtituram renovatoriam anni 1646. ab effectu conſtabat fuiſſe anticipatam per annos 50. ante obitum Franciſci Malaſpinæ defuncti de anno 1696. longe poſt obitum Cardinalis Poli ſecutum de anno 1653. cujus Inveſtituræ nullitas recognoſci non potuit per Commendatarium Succeſſorem, nempe clar. memor. Cardinalem Thauruſium breviſſimo tempore, quo vixit, donec R. P. Dom. Paſſerinus Succeſſor Commendatarius, habita de omnibus opportuna notitia, ſpolium Eccleſiæ vindicando, Franciſcum de Malaſpina modernum Poſſeſſorem pulſavit in Judicio coram A. C. Gentili, & reportavit favorabilem Sententiam ſuper nullitate Inveſtituræ anni 1646. una cum reintegratione ad Poſſeſſionem Bonorum.

Verum devoluta Cauſa ad Sacræ Rotæ Auditorium, contraria emanavit deciſio *ſub die* 27. *Januarii* 1719. coram R. P. D. Cotio, in quo ſtatu Ego aſſumptus ad defenſam Cauſæ, pro receſſu a deciſis contra Inveſtituram anni 1646. tres nullitates deducebam.

Et ſane primam nullitatem ego fundabam in defectu Beneplaciti reſervati in Inveſtitura, & tamen non obtenti juxta notoriam cenſuram, Text. *in Ex-* 2
travag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. ad quod Beneplacitum evitandum oſtendi debebat, & concludentiſſime probari ſolitum concedendi hæc Bona in Emphyteuſim, quod non aliter juſtificari poſſe dicebam, niſi per duos modos: aut nempe probando unam præcedentem Inveſtituram ſolemnem, mediante *expreſſo* Beneplacito Apoſtolico, aut ſaltem duas Inveſtituras minus ſolemnes pacifice tamen obſervatas per ſpatium 40. annorum, cum hac tamen declaratione, & circumſtantia, quod iſtæ duæ minus ſolemnes Inveſtituræ non ſint factæ iiſdem Perſonis, ſed diverſis, & ſint ſeparatæ inter ſe, itaut una non ſit renovatio alterius, ut in ſpecie tradunt Rubr. *in ſuis ſingular. part.* 4. *obſervat.* 6. *numer.* 5. *circa alien. rer. Eccleſ. tom.* 2. Pacion. *de locat. capit.* 14. §. 4. *numer.* 9. Turricell. *de reb. Eccleſ. non alien, capit.* 15. §. 2. *n.* 50. Rot. coram Seraphin. *deciſ.* 1490. *n.* 6. coram Dunan. *dec.* 250. *numer.* 20. coram Priolo *dec.* 33 *numer.* 3. & coram Coccin. *dec.* 2264. *numer.* 44. *&* in *rec. dec.* 36. *n.* 9. *p.* 7. *& dec.* 39. *num.* 47. *part.* 8.

Corruebat autem aſſumptum deciſionis non bene ſupponentis, quod in caſu iſto dici poſſet adeſſe ſolitum ex duabus Inveſtituris minus ſolemnibus, ad quem effectum calcabat illam anni 1561. ſimul cum altera anni 1628. veritas namque erat, nullam aliam adeſſe Inveſtituram, niſi illam anni 1561. dum alia Inveſtitura ſubſequens anni 1628. non loquebatur de Eccleſia, & Bonis *Sancti Gregorii de Murra*, ſed de altera diverſa Eccleſia, ejuſque Bonis, nempe de Eccleſia *S. Silveſtri in Octavo*, cujus Bona poſſidebantur per alios diverſos Poſſeſſores; & propterea ad effectum probandi ſolitum per duas Inveſtituras minus ſolemnes, iſtæ debebant comprehendere eadem ipſiſſima Bona, ne- 3
que miſceri poterant duæ Inveſtituræ inter ſe diverſæ, de diverſis Bonis loquentes, ut in puncto advertit Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 4. *numer.* 11. Beninterd *deciſion.* 13. *numer.* 8 ibi = *Et licet verum ſit, quod res ſolita concedi in emphyteuſim poſſit concedi ſine ſolemnitate &c. procedit quando eademmet res, de qua agitur, eſt ſolita concedi; ſecus ſi conſtaret, alias res eſſe ſolitas concedi, & non illam, de qua ageretur: quia tunc de uno ad aliud tanquam diverſum non fieret illatio.*

Et ſtante unica tantum inveſtitura anni 1561. fruſtra recurrebatur ad circumſtantias, & enunciativas, ex quibus ſimul junctis prætendebatur ſuppleri poſſe aliam Inveſtituram, quæ deficiebat; Etenim hujuſmodi aſſumptum primo loco non ſubſiſtebat in jure, cum nulla Authoritas habeatur, quæ hactenus dixerit, quod ex duabus Inveſtituris minus ſolemnibus, ſi una tantum concur-

rat, altera, quæ deficit, poſſe ſuppleri per adminicula, ſeu circumſtantias, & enunciativas ſimul jungendas ad effectum probandi ſolitum, Sed tota
4 Tribunalium, & Doctorum opinio clamat in contrarium, quod nempe ſolitum juſtificari debeat per duas Inveſtituras, & quidem exhibendas per publica Inſtrumenta inter ſe diſtincta, & ſeparata, tradunt Pacion. *de locat. capit.* 14. §. 4. *numer.* 9. ibi = *Requiruntur duæ &c. & de eis conſtare debet PER INSTRUMENTA DISTINCTA* = Rota *deciſ.* 36. *numer* 9. *part.* 7. *rec.* ibi = *Opus eſt docere de duabus Inveſtituris ſeparatis, ac diſtinctis PER DISTINCTA, AC SEPARATA INSTRUMENTA diverſis temporibus celebrata* = Turricell. *de rebus Eccleſ. non alien. cap.* 15. §. 2. *numer.* 46. ibi = *Ad effectum prædictum opus eſt, ut ſint duæ Conceſſiones ſeparatæ, ac diſtinctæ PER DISTINCTA, AC SEPARATA INSTRUMENTA* = Et propterea niſi corporeis oculis exhiberentur tam una, quam altera Inveſtitura, nullo jure cavebatur, quod adminicula, conjecturæ, & circumſtan-
5 tiæ facerent figuram unius Inveſtituræ, quæ deficiebat, ad faciendum numerum duarum cum altera anni 1561. ut in terminis, quod non attendantur enunciativæ, & ſimiles circumſtantiæ communiter aſſerunt Ric. in *Prax. part.* 1. *reſolut.* 26. *numer.* 2. *verſ. Intellige*, Turricell. *ubi ſupra numer.* 47. Pacion. *ubi ſupra numer.* 9. Manſ. *conſultat.* 75. *numer.* 2. Panimoll. *deciſion.* 60. *annotat.* 3. *numer.* 82. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcopor. part.* 3. *allegat.* 95. *numer.* 22. *in fin.* Rot. *deciſion.* 341. *numer.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. *& deciſion.* 36. *numer.* 9. *part.* 7. *recentiorum*, *& deciſion.* 160. *numer.* 4. *part.* 4. *diverſor.* & coram Seraphin. *deciſion.* 1451. *numero* 4. & coram Coccin. deciſion. 2264. *numero* 42.

Ita & taliter, quod in hac materia nullum verſetur arbitrium Judicis, cum agatur in prohibitis, & de graviſſima conſequentia inferendi præjudicium Eccleſiis, earumque Bona alienandi pro libito Rectorum abſque Beneplacito Apoſtolico, ubi nihil arbitrii dari poteſt, ſed ſtricte ſtandum eſt communi Theoricæ, quod ſolitum non aliter judicari poſſit, niſi per unicam Inveſtituram ſolemnem, ſeu duas non ſolemnes, ſed tamen corporeis oculis exhibendas, non autem per conjecturas, aut adminicula, quæ jura noſtra non admittunt in ſubjecta materia, & præſertim ad favorem Laicorum, quibus indulgendum non eſt reſpective ad præjudicium Eccleſiæ, & hoc adeo rigide procedit, ut ſi unam ex his duabus Inveſtituris, quæ deficit, quis vellet probare per Teſtes, adhuc repelleretur, ut in
6 individuo denegavit remiſſoriam ad faciendam probationem hujus ſoliti per Teſtes, Rota coram Merlin. *deciſion.* 756. *numer.* 2. *& in recentiorum*, *deciſion.* 243. *numer.* 2. *part.* 7.

Verùm neque etiam in facto ſubſiſtentiam habebant circumſtantiæ in oppoſitum conſideratæ pro hujuſmodi ſolito; Prima enim fundata ſuper enunciativa inveſtiturarum anni 1561. & 1646. ceſſabat ex facto; Cum enim de anno 1561. enunciaſſent Contrahentes, quod Bona controverſa detenta fuerant ab Antenatis de Malaſpina = *per ſpatium longi temporis* = & inſuper de anno 1646 in controverſa inveſtitura dixiſſent, quod hæc Bona antiquis temporis conceſſa fuerant pluribus aliis de Familia Malaſpina = *& continuata ſpatio* 300. *& plurimum annorum in Deſcendentes ex eadem Familia* = palam convincebatur, iſtas enunciativas fuiſſe totaliter falſas, & in fraudem Eccleſiæ excogitatas, quia bona Eccleſiæ S. Gregorii de Murro nunquam exierant ab ipſius Eccleſiæ Beneficiato, ſeu Rectore, necnon Monaſterio Abbatiali S. Eutitii, dum ex Brevi Apoſtolico *Martini V. de anno* 1429. conſtabit tunc temporis, iſtam Eccleſiam cum omnibus ſuis Bonis ſtetiſſe in manibus Abbatis pro tempore, qui poſt Bullam Martini ſupradictam Eccleſiam cum omnibus ſuis Bonis ſolitus fuerat dare in titulum Beneficii Presbyteris Secularibus, juxta Proviſiones annorum 1452. 1480. & 1539. & conſequenter illi de Malaſpina non potuerant habere Bona Eccleſiæ Sancti Gregorii in Emphyteuſim, aut alio titulo, quoties probatur, Eccleſiam ſemper fuiſſe proviſam de ſuo Rectore, ſeu Beneficiato cum omnibus redditibus, & proventibus ſuis uſque ad annum 1539. ubi proviſus extitit Clericus Firmanus, qui præſumitur vixiſſe, & poſſediſſe per alios 15. annos, uſque ſcilicet ad annum 1554. per quinque, vel ſex annos ante Inveſtituram Eccleſiæ, & Bonorum factam de anno 1561. quia non docto de contrario, præſumptio eſt, quod Eccleſia ſemel pro- 7
viſa non vacaverit, niſi poſt quindecim annos, ut firmavit Rota *deciſion.* 474. *numer.* 19. *part.* 9. *recentiorum*, Cardin. de Luca *de Benefic. diſcurſ.* 89. *ſub numer.* 3.

Ergo falſiſſima convincebatur enunciativa utriuſque inſtrumenti 1561. & 1646. quod nempe ſpatio longi temporis, aut etiam ſpatio 300. annorum, & ultra omnia Bona Eccleſiæ Sancti Gregorii poſſeſſa fuiſſent ab illis de Malaſpina, quando poſſeſſa ſemper fuerant per Monaſterium, ſeu Beneficiatum uſque ad annum 1554. itaut ſolum quinque, aut ſex annis potuerint hæc Bona teneri ab eiſdem de Malaſpina poſt obitum ultimi Beneficiati, quæ ſexennalis detentio nec etiam potuerat eſſe in Emphyteuſim, quæ non conceditur ad ſex annos, ſed ad Generationes; & quod hujuſmodi brevi tempore illi de Malaſpina non potuiſſent retinere hæc Bona, niſi per meram intruſionem, & ſine titulo Emphyteuſis, reſultabat, ex libro debitorum Canonum Abbatiæ, ubi apparebat non reperiri deſcriptos illos de Malaſpina, ſed ſolum Beneficiatum Eccleſiæ Sancti Gregorii, & illos de Malaſpina ſolum deſcriptos reperiri uti debitores Canonum poſt obtentam Inveſtituram anni 1561. Ex quo propterea coarctatum remanebat, quod illi nunquam retinuerant controverſa Bona ante inveſtituram anni 1561. ex ſuppoſito titulo Contractus Emphyteuſis, juxta doctrinam Baldi *in capit. quoniam contra numer.* 56. 8
de Probat. Rocca *diſputat. jur. capit.* 177. *numer.* 2. Pacion. *de Probat. libr. prima, capit.* 44. *numer.* 14. Cyriac. *controverſ.* 451. *numer.* 42. & in ſpecie firmat Fulgin. *tit. de contract. Emphyt. numer.* 34. Boer. *deciſion.* 12. *numer.* 13. *& in Auguſtana Canonicatus* 15. *Februarii* 1717. §. *Prædictamque*, coram R. P. Dom. Criſpo.

Sed ulterius demonſtrabam in jure inſubſiſtentem eſſe hanc propoſitionem, quod in prohibitis ſtari poſſet confeſſionibus, & enunciativis Contrahen- 9
tium, quando communis opinio eſt in contrarium, quod ad probandum ſolitum nihil deferatur enunciativis, veluti ſuſpectis, ac etiam quia, ſi jura noſtra requirunt duas Inveſtituras, non ſufficit una cum enunciativa alterius, ut per Ricc. *in prax. par. prima, reſolut.* 26. *numer. ſecundo, verſic. intellige*, Pacion. *de Locat. capit. decimo quarto* §. *quarto, numer.* 9. ibi = *itaut non ſatis ſit, quod in una enuncietur alia* = Turricell. *de reb. Eccleſ. non alien. capit.* 15. §. *ſecundo, numer.* 46. ibi = *itaut non ſufficiat, quod in ſecunda fiat explicita mentio de prima, niſi de ea etiam aliunde conſtet, quia in prohibitis non ſtatur aſſertioni Partium* = & omiſſis aliis, hæc fuit perpetua opinio Sacræ Rotæ, *ut in deciſion.* 39. *numer.* 9. *part.* 7. *recentiorum*, *& deciſion.* 160. *numer.* 4. *part.* 4. *diverſor.* & coram Coccin. *deciſion.* 2264. *numer.* 42. & coram Seraphin. *deciſion.* 4451. *numer.* 4. *cum aliis ſupra allegatis numer.* 4. *&* 5.

Quo caſu remanebat inſubſiſtens illa diſtinctio contrariæ Deciſionis putantis, id procedere in enunciativis recentibus, non autem in antiquis; nam primo ponenda erat ad partes enunciativa Inveſtituræ anni 1646. quæ veluti illa, de cujus nullitate agebatur in Judicio, non poterat idcirco ſubminiſtrare aliquod genus probationis, ad Text. *in capit. ex eo* 10
de reg. Jur. in 6. Rota coram Coccin. *dec.* 1144. *n.* 4. & coram Bich. *dec.* 169. *num.* 21. *& dec.* 522. *numer.* 20. prout ponenda erat ad partes enunciativa Inveſtituræ præcedentis anni 1561. cum enunciaret per illos de Malaſpina fuiſſe quidem Bona hæc re-

ten-

tenta; non tamen in titulum Emphyteuſis; non
obſtante — quod Abbas, & Monaci dixiſſent ibi,
*fecerunt remiſſionem de omni cenſu, & Canone hu-
cuſque non ſoluto* — cum hæc verba pariter emphy-
teuſim non concluderent, ſed verificari poſſent in
ſimplici locatione, & affictu, ratione cujus ſolvitur
11 cenſus, ut de his ipſiſſimis tradunt Fulgin. *de Jur.
emph. in prælud. quæſt.* 15. *numero* 16. Mantic.
de Tacit. lib. 22. *tit.* 8. *num.* 9. Pacion. *de Locat.
cap.* 3. *numero* 20. Grat. *diſcept.* 566. *num.* 14. ibi —
Cum etiam aliquando Canon ponatur pro Cenſu —
Mantic. *dec.* 134. *num.* 3. Duran. *deciſ.* 426. *num.*
13. Merlin. *dec.* 545. *num.* 12. ibi — *Pro Cenſu,
& Canone, quæ vox Canonis ſolet confundi cum
Cenſu, & ſinonyme accipi* — Emer. Jun. *dec.* 1245.
num. 7. *& ſeqq.* & in præciſis terminis non conclu-
dendi ſolitum, Rota cor. Seraph. *deciſ.* 1451. *ſub.
num.* 4. ibi — *non obſtante quietantia, quia non con-
cludunt aliquam conceſſionem, nec qualitatem con-
ceſſionis, & ſolutiones potuerunt fieri ratione Poſſeſ-
ſionis.*

Secundo autem dicebam, quod Enunciative iſtæ,
etiamſi concluderent Emphyteuſim, adhuc omnino
ſpernendæ, nec attendendæ erant, non obſtante di-
ſtinctione inter antiquas, & modernas, cum hæc
diſtinctio non habeatur apud omnes Doctores, &
Deciſiones ſuperius adductas, generaliter firmantes
in hac materia prohibita circa ſolitum non eſſe de-
ferendum enunciativis, & confeſſionibus Partium,
veluti ſuſpectis, & in fraudem legis: dum alias
actum eſſet de Beneplacito Apoſtolico, quia Bene-
ficiati alienare volentes pro libito Bona Eccleſiæ,
haberent hanc viam enunciandi alias Inveſtituras
jam factas pro conſingendo ſolito: quæ quidem ra-
tio cum locum habeat in omni genere enunciativa-
rum, ſive ſint recentes, ſive antiquæ, idcirco in-
diſtincte militat concluſio etiam in enunciativis an-
tiquiſſimis, ut patet ex ipſis doctrinis allegatis per
contrariam deciſionem in objecto, nempe Saminiat
12 *contr.* 2. *numero* 11. ubi de enunciativa antiquiſſi-
ma ab annis 161. & ſic longe ſupra Centenariam,
Rot. *deciſ.* 39. *numero* 46. *part.* 8. *rec.* ubi de ſi-
mili enunciativa facta anno 1528. reſpectu litis,
quæ mota fuerat de anno 1638. ibi — *non ob-
ſtat; quod in dicta conceſſione anni* 1528. *dica-
tur, quod Epiſcopus renovavit emphyteuſim, & ſic
videantur adeſſe locationes: quia quod res ſit ſo-
lita locari non ſtatur aſſertioni Partis, ſed de-
bet aliunde probari* — bon. mem. Anſald. *in addit.
ad deciſ.* 36. *numero* 32. ubi de enunciativa emiſ-
ſa ab anno 1437. Rota *deciſion.* 160. *numero* 4.
parte 4. *diverſor.* ubi enunciativa ab annis octua-
ginta, & *deciſ.* 494. *numero* 27. *in fine parte*
19. *recent.* & *in Nullius, ſeu Grypta Ferrata
Reintegrationis* 20. *Martii* 1716. §. *Citra*, cor. bon.
mem. Cerro, ubi de Enunciativa ab annis 90.

Et citra applicationem ad caſum iſtum allega-
batur Deciſio *in Aſculana Bonorum* 15. *Januarii*
1780. coram Card. Vicecomite; Ejus namque ca-
ſus erat de pluribus Bonis Menſæ Epiſcopalis per
diſtinctas Inveſtituras conceſſis, & diverſis perſo-
nis, & aderat ſolitum locandi in quolibet corpo-
re, ſeu Prædio, excepto tantum Prædio nuncupa-
to — *di Campo alcuno* — ubi aderat una renovatio
cum Enunciativa antiquioris Inveſtituræ, quæ fi-
nem habuerat per devolutionem; Unde cum age-
retur de cumulo plurimum Bonorum conceſſorum
per ſeparata Inſtrumenta pluribus, & diverſis per-
ſonis: nihil mirum, ſi probato ſolito quoad Uni-
verſitatem omnium iſtorum Bonorum, Rota reſpe-
ctu unius petioli Terræ — *di Campo longo* — cen-
ſuit adeſſe ſolitum etiam in iſto Prædio mediante
una Inveſtitura cum enunciativa alterius finitæ per
13 devolutionem, quia ſolitum non ſiſtebat in illa
enunciativa, ſed in circumſtantia devolutionis cum
ſolito univerſali aliorum Bonorum, alias eſſet con-
cluſio contra communem, nec attendenda, Rot.
deciſ. 36. *numero* 9. *part.* 7. *rec.* ibi — *nec relevat,
quod in dicta Inveſtitura anni* 1553. *aſſeratur, di-
cti Franciſci Anteceſſores Jure emphyteutico, & ei
per quinquaginta annos præcedentes poſſediſſe, & con-
ſequenter videatur fieri mentio de alia antecedenti
conceſſione, proinde que non unitam tantum; ſed duas
adeſſe, quoniam JUXTA OPINIONEM, QUAM
ROTA SEQUITUR ad iſtum effectum, opus eſt
docere de duabus Inveſtituris ſeparatis, & diſtin-
ctis per diſtincta, & ſeparata Inſtrumenta diver-
ſis temporibus celebrata, itaut non ſufficiat, quod in
ſecunda ſiat expreſſa mentio de prima* — & *deciſ.*
39. *numero* 46. *part.* 8. cum aliis Deciſionibus apud
Panimoll. *deciſ.* 60. *annot.* 3. *num.* 22.

Sublata hac circumſtantia ſuper enunciativis,
quando de cætero non adeſt, niſi unica anno 14
1561. quia de altera ex prædictis ratio haberi non
poteſt, quæ unica enunciativa etiam in antiquis
non attenditur, cum requirantur duæ etiam in
aliis materiis non ſuſpectis, Rota cor. Pamphil.
deciſ. 670. *numero* 7. ubi de enunciativa ab an-
nis 160. & cor. Dunozet. *deciſ.* 770. *numero* 13.
ubi de enunciativa ab annis 200. & *deciſ.* 749.
numero 2. & cor. Coccio. *deciſ.* 60. *numero* 9.
Adden. ad Buratt. *deciſ.* 172. *numero* 33. majo-
ri facilitate; corruebat in facto altera circumſtan-
tia, quam *vehementem* appellaverat contraria De-
ciſio, fundata in ſuppoſito, quod controverſa
inveſtitura fuiſſet obſervata per annos 70. hæc e-
nim facta legabatur cum pacto, quod incipere
deberet poſt obitum Franciſci Senioris complentis
tertiam generationem primæ Inveſtituræ an. 1561.
dum ergo Franciſcus deceſſerat anno 1696. ab hoc
tempore deſumenda erat obſervantia hujus Inveſtitu-
ræ, quæ continebat tempus non 70. ſed 20. circi-
ter annorum, quamvis hæc circumſtantiam etiam
in jure nihil ſubſiſteret; nam quando deficit Bene-
placitum, & deficit ſolitum, obſervantia inveſtitu-
ræ etiam per antiquiſſimum tempus eam ſanare non
poteſt, ut de obſervantia 90. annorum, Rot. co- 15
ram Cerro *deciſ.* 673. *numero* 2. & de obſervantia
82. annorum, Rot. *deciſ. in nullius, ſeu Grypta
Ferrata reintegrationis, & Laudemiorum* 20. *Martii*
1716. §. *Quamadmodum circa fin.* cor. bon. mem.
Cerro.

Et demum corruebat tertia circumſtantia, quod
controverſa Inveſtitura ab ullo ex Succeſſoribus in
Abbatia non fuiſſet contradicta, imo ab ipſo etiam
R. P. D. Paſſerino moderno Commendatario emo-
logata extitiſſet per receptionem Canonum; Quia ſi
ſermo erat de Prædeceſſoribus Commendatariis, cum
præſumatur in his ignorantia, niſi probetur ſcientia,
nullo modo videbatur allegabilis ratificatio, ſeu ap-
probatio, ut puncto Fulgio. *de Jur. emphyt. quæſt.* 16
22. *numero* 10. Actolin. *reſol.* 110. *numero* 48. Man-
tic. *de tacit. libro* 22. *tit.* 33. *numero* 12. Rot.
cor. Bich. *deciſ.* 452. *num.* 25. *& ſeqq. & dec.* 527.
numero 25. *& Papien. emphit.* 6. *Maii* 1718. §. *fin.*
cor. bon. mem. Herrero Si autem ſermo erat de
omnibus, comprehenſo etiam moderno Commenda-
tario, & adhoc nihil officiebat ad hunc effectum
receptio Canonum; nam quando inveſtitura eſt nul-
la ex defectu Beneplaciti, ſicuti expreſſa ratificatio
Titularis eam ſanare non poteſt ab hoc defectu Be-
neplaciti, ita nec etiam tacita, quæ ex Canonum
receptione reſultat; ut in individuo ad objectum 17
reſpondet Rot. coram Pen. *deciſ.* 2240. *num.* 6. *&
ſeqq. juxta impreſſion. Lugdunen. & dict. Papien.
emph.* 15. *Jan.* 1717. § *Minus*, cor. Eminentiſſ.
Althann. *confirmata* 6. *Maii* 1718. §. *final.* coram
bonæ memoriæ Herrero.

Excluſo ſolito ex defectu duarum Inveſtiturarum
non ſolemnium, minorem ſuſtinentiam habebat al-
terum Deciſionis fundamentum ſupponentis, quod
ſaltem conſtaret de ſolito per unicam Inveſtituram
ſolemnem anni 1561. firmando, quod licet illa
non contineret Beneplacitum expreſſum, adhuc ha-
beret præſumptum, quodque licet non ſufficeret præ-
ſumptum ex lapſu 30. annorum, ſaltem ſufficeret
præſumptum ex Centenaria, quæ licet non com-
pleta ante Conſtitutionem Urbanam, ſatis foret,
quod

Digitized by Google

quod eſſet integre decurſa ante motam litem juxta firmata in *Nepeſina Devolutionis* cor. Card. Thauruſio, & bon. mem. Molinez. Etenim hujuſmodi quoque aſſumptum non ſubſiſtebat in facto, neque de cætero in jure poterat ſuſtineri.

In Ordine ad factum deficiebat Centenaria, ſumendo tempus Inveſtituræ anni 1561. uſque ad controverſam Inveſtituram anni 1646. quia de uno tempore ad aliud numerabantur tantum anni 85. ea ratione, quod cum Poſſeſſor ad evitandam nullitatem ſecundæ Inveſtituræ ex defectu Beneplaciti excipiat de ſolito per unam Inveſtituram ſolemnem, quæ præceſſerit, certum eſt in his terminis, Inveſtituram præcedentem, quæ ex Centenaria efficitur ſolemnis, non poſſe calculari circa tempus ſuæ obſervantiæ, niſi -- *a parte* -- ſcilicet ante ſecundam Inveſtituram, cujus nullitas allegatur ex defectu Beneplaciti, ad quod evitandum neceſſe eſt, ut de præciſo tempore ſecundi contractus verificetur ſolitum, & ſic Inveſtitura ſolemnis antecedens; Cum igitur de anno 1646. præcedens Inveſtitura anni 1561. nondum eſſet facta ſolemnis per Centenariam ob decurſum duntaxat 85. annorum, ceſſabat proinde hæc Centenaria ſolemnizans primam Inveſtituram, & ſic ceſſabat Inveſtitura ſolemnis de tempore controverſæ Inveſtituræ, de quo requiritur verificatio ſoliti, non autem ſufficit, quod verificetur ſo-
18 litum per ſolemnitatem Inveſtituræ acquiſitam *ex-poſt*, ſive *ex tempore futuro*, ut in puncto Saminiat. *controver.* 2. *numero* 21. ſicuti regulare eſt, & paſſim vulgatum in omni Contractu, qualitas, ex qua illius validitas definitur, ineſſe debet de præciſo tempore, quo actus geritur, nec
19 ſuffragatur, ſi poſt ſuperveniat, & inducitur, per Textus *in capitulo ſi eo tempore*, ubi Gloſ. *in verb. effectus de reſcrip.* in 6. Zabbatell. *conſ.* 14. *numero* 4. Rota coram Buratto *deciſ.* 682. *numero* 7. & coram Ottobon. *deciſ.* 16. *numero* 19. ubi quod attenditur ſolum tempus Contractus & coram Priolo *deciſ.* 23. *numero* 14. *& deciſ.* 218. *numero* 13. *& in recent. deciſ.* 99. *numero* 3. *part.* 7. *& deciſ.* 180. *numero* 12. *&* 13. *part.* 9.

Ad effectum enim, ut Cardinalis Polus dici poſſet feciſſe Inveſtituram validam abſque Beneplacito Apoſtolico, neceſſe erat, ut de illo tempore conceſſæ Inveſtituræ de anno 1946. concurreret, & verificaretur ſolitum, & proinde nulla remanebat conceſſio, ſi tempore, quo actus geſtus fuit abſque Beneplacito, hoc ſolitum non erat verificatum per unam Inveſtituram ſolemnem, cum certe non ſit expectanda verificatio hujuſmodi ſoliti ab eventu temporis futuri, quandiu durata fuiſſet prima Inveſtitura in vita Franciſci conſtituentis
20 tertiam & ultimam generationem, cum nunquam Contractus circa ſui validitatem pendere debeant ab eventu, ſeu tempore futuro, ad Text. *in leg. ſi voluntate in fin. C. de reſcin. vend. gloſ. in capitulo cum dilecto in ver. tunc. valentem de empt. & vend.* Cyriac. *contr.* 259. *numero* 15. Rota cor. Seraph. *deciſ.* 665. *numero* 5. & cor. Gregor. *deciſ.* 570. *numero* 5. & cor. Peuting. *deciſ.* 49. *numero* 1. quod procedit etiam in Contractu, cujus effectus collatus fuit in futurum eventum, Rot. coram Bominc. *dec.* 22. *num.* 6.

Etiam in Jure ceſſabat contrarium aſſumptum; nam in propoſito ſoliti probandi per Inveſtituram ſolemnem, hæc debet probari cum Beneplacito ex-
21 preſſe non autem ex præſumpto, Turricell. *de reb. Eccleſ. non alien. capitulo* 15. *numero* 44. ibi -- *ut dicatur ſolemnis requiritur, quod vere, & realiter intervenerit Beneplacitum Apoſtolicum* Saminiat. *contr.* 1. *numero* 17. *& controv.* 3. *numero* 9. *como* 1. Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 2. *capitulo* 6. *numero* 62 *circa fin.* Rot. cor. Royas *deciſ.* 48. *numero* 16. & cor. Beninc *dec.* 2. *num.* 5. & cor. Duran. *deciſ.* 250. *numero* 20. & cor. Priolo *deciſ.* 330. *num.* 3. *& in recen. deciſ.* 39. *numer.* 45. *part.* 8. *& dec.* 165. *numero* 14. *part.* 10. Et quoties talis eſt propoſitio, & opinio iſta communiter recepta, quod requiratur pro Inveſtitura ſolemni Beneplacitum verum, & reale expreſſum, non autem præſumptum, non erat admittenda diſtinctio inter præſumptum ex lapſu 30. annorum, & inter præſumptum ex lapſu centum, vel ultra annorum; ſemper enim agebatur de præſumpto Beneplacito, quod non admittitur;
& ſemper ſtandum erat communi Theoricæ, quod 22
præſumptum non ſuffragatur, ubi requiritur verum, & reale, Rota in *Aſten. Prioratus ſuper pertinentia* 11. *Junii* 1708. §. *Abſque*, cor. bon. mem. Lancett. *&* 7. *Decemb.* 1708. §. *final.* cor. Rev. Aldrov. *& in Papien. Emphyt.* 15. *Januar.* 1717. §. *altera autem*, cor. Eminen. Althan. & quod Centenaria ſemper tribuat præſumptum, firmat Rot. *deciſ.* 268. *numero* 18. *parte* 13. *& dec.* 155. *numero* 8. *parte* 16. *& deciſ.* 308. *numero* 2. *parte* 17. & cor. Priolo *deciſ.* 393. *& deciſ.* 218. *utrobique numero* 9. & Card. de Luca *de Jurep. diſc.* 57. *num.* 25.

Et de facto nulla Auctoritas id firmavit in puncto ſoliti probandi per Inveſtituram ſolemnem, ſed omnes requirunt Beneplacitum verum, & reale expreſſum, excludendo indiſtincte tam præſumptum ex 30. quam 100. annorum decurſu, ut recognoſci valet ex Authoritatibus ſupra relatis, & ſignanter Saminiat. *contr.* 1. *numero* 17. *& contr.* 3. *numero* 1. *&* 9. ubi loquitur in terminis obſervantiæ 161. annorum, ſuſtinendo id non ſufficere pro Inveſtitura ſolemni, & hoc ipſo ſuſtinui in *altera* diverſa cauſa, de qua *in controv.* 153. *num.* 33. ubi loquitur de lapſu 180. annorum; accedit Authoritas Sacr.
Rotæ coram Coccin. *deciſ.* 2264. *num.* 40. ubi de 23
Inveſtitura conceſſa ſupra centum annos, ut legere eſt *numero* 18. ibi -- *Nec placuit DD. quod inveſtitura prædicta fuerit obſervata ultra centum annos* -- ideo cum aſſiſteret Regula: quod Beneplacitum requiritur expreſſum excluſive ad præſumptum, dicebam nihil referre, an præſumptum proveniat ex 30. vel centum annis, quia ſemper eſt præſumptum, quidquid ſit ad alios effectus, ubi Centenaria licet in linea tituli præſumpti, adhuc attenditur, & ſuffragatur pro meliori titulo de Mundu.

Secundam nullitatem Inveſtituræ ego conſtituebam in defectu utilitatis Eccleſiæ Abbatialis, imo in concurſu læſionis, & præjudicii; Quamvis enim ageretur de Bonis concedi ſolitis, hoc tamen ſolitum eximit quidem ab ipſo Beneplacito repor-
tando, non tamen eximit ab illa evidenti utili- 24
tate, quæ ex nova conceſſione reſultare debet in favorem Eccleſiæ, juxta diſpoſitionem ipſius Extravag. *Ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alien.* ubi -- *Et tunc cum Eccleſiarum evidenti utilitate* -- & tradunt Gratianus *diſceptat.* 379. *numero* 22. *& diſceptat.* 813. *numero* 37. *&* 41. Manſ. *conſultat.* 76. *numero* 6. *tom.* 30. Rota coram Seraphio. *deciſ.* 413. *numero* 2, coram Bich. *deciſ.* 411. *num.* 2. & coram Merlin. *deciſ.* 885. *numer.* 20. & cor. Cerro *deciſ.* 860. *numer.* 6. *& in recent. deciſ.* 252. *numer.* 16. *part.* 7. *& in Papien. Emphyt.* 15. *Jan.* 1171. §. *Neque*, coram Eminentiſs. Althan. *&* 6. *Maii* 1718. §. *Et quidem*, coram bonæ memoriæ Herrera.

Super hoc puncto non bene contraria Deciſio cenſebat non ſpectare ad Inveſtitum onus probandi evidentem utilitatem, ſed ſpectare ad Eccleſiam onus probandi læſionem; Etenim diſtinctio eſt communiter recepta, quod, aut agitur de conceſſione Bonorum facta cum Beneplacito Apoſtolico deſuper neceſſario, quia nempe non concurrit in illis ſolitum locandi, & tali caſu
quando Beneplacitum fuit obtentum cum ſolita 25
clauſula -- *ſi in evidentem*, & poſtea executum cum obſervantia, præſumitur utilitas interveniſſe, & Eccleſia, quæ de læſione excipit eam probare tenetur, nec ſpectat ad Inveſtitum onus probandi utilitatem; Aut vero agitur de Bonis, in

quibus

quibus tanquam concedi ſolitis non requiritur interventus Beneplaciti, aut præciſive ab hoc ſolito, ſi Beneplacitum, quod intervenire debebat, non intervenit, & utroque hoc caſu Inveſtitus eſt ille, qui tenetur probare concludenter manifeſtam Eccleſiæ utilitatem, cujus præſumptio non eſt allegabilis, ceſſante interventu Beneplaciti, ejuſque executione, ut in terminis primi caſus circa rem locari ſolitam dicunt Saminiat. *controverſ. prima, numer. vigeſimo nono, & 32.* = Jov. da *ſolemnit. in in contract. min gloſſ. vigeſima ſecunda, §. vigeſimo ſexto, numer.* 82. Pacion. *de locat. capit. decimo quarto, §. quarto, numer.* 23. Panimoll. *dict. deciſion.* 60. *annot. ſecunda, numer.* 20. Rota coram Seraphin. *deciſion* 413. *numero primo, & deciſion.* 603. *numer.* 1. *part. prima, diverſor. & deciſion.* 36. *numero decimo tertio, part.* 17. *recentiorum*, & in terminis ſecundi caſus circa alienationem factam abſque Beneplacito, vel ſine ejus interventu, & executione diſtinguendo, probat Turicell. *de reb. Eccleſ. non alienan. cap.* 21. *numer.* 3. *&* 4. ibi = *prima concluſio procedit, quando alienatio caret ſolemnitate, nec adeſt confirmatio Apoſtolica, aut Judicis Commiſſarii; tunc enim utilitas eſt probanda per eum, in quem fuit facta alienatio &c. at quando alienatio fuit facta cum debitis ſolemnitatibus, vel per Papam, aut ſententiam Judicis Commiſſarii confirmata, tunc onus probandi læſionem incumbit Eccleſiæ* = Saminiat. *controverſ.* 1. *numer.* 29. *&* 30. *& controverſ.* 2. *numer.* 60. *tom.* 1. Rota coram Duran. *deciſion.* 250. *num.* 8. & coram Coccin. *deciſion.* 1336. *numer.* 11. *& in recentiorum, deciſion.* 319. *num.* 8. *part.* 4. *tom.* 2. *& deciſion.* 103. *n.* 4. *p* 8.

Hæc igitur manifeſta Eccleſiæ utilitas probata non remanebat per Inveſtitum ex illis conditionibus, & pactis adjectis in Inveſtitura anni 1646. Non enim aliquam utilitas Eccleſiæ deſumi poterat ex ſolutione ſcut. 100. pro Laudemio, ſeu nova Inveſtitura, quæ contraria Deciſio ſupponebat fuiſſe inveſtita ad commodum Abbatiæ, quia hoc Inveſtimentum non oſtendebatur, nec erat de jure neceſſarium, cum receptiſſimum ſit, hujuſmodi ſolutionem pro Laudemio, ſeu inveſtitura eſſe fructum directi Dominii, & pertinere ad burſam abbatis abſque ullo opera reinveſtiendi favore Eccleſiæ, ut
26 tradunt Honded. *conſil.* 52. *in fine tomo primo*, Saminiat. *controverſ. prima, numero decimo ſexto*, Fartinell. *reſponſ.* 44. *per totum libr. ſecundo*, & in terminis terminantibus, quod ſolutio ſcutorum centum pro Iuratura, ſeu jucundo introitu, non dicatur cauſare utilitatem Eccleſiæ, præter Honded.
27 *ubi ſupra* firmavit Rota coram Coccin. *deciſ.* 1454. *numer. decimo quarto*, = ibi = *Et quamvis ſoluta fuerint ſcutor.* 100 *pro jucundo Introitu, attamen non ex hoc reſultat utilitas Eccleſiæ* = & in ſpecie Laudemii ſoluti in notabili ſumma ſcutor. 550. dixit Rota *deciſion.* 165. *ante numer.* 18. *part. decima, recentiorum*.

Sic etiam conventio plantandi centum arbores vitiferas apta non erat ullam præbere utilitatem Eccleſiæ; illarum enim plantatio reducebatur ad tenuiſſimam impenſam ſcutor. 10 ſcilicet nullo modo conſiderabilis, merum veluti reſarcimentum, & reſtitutio damni loco vitium demortuorum, ſive etiam quia tanquam deſtituta pro uberiori fructuum recollectione, & perpetuo non duratura, involvis
28 potius commodum, & utilitatem Emphyteutæ, ad quem pertinet utilitas, & nihil redundat in Beneficium Eccleſiæ, ut in ſpecie advertit Rota coram Bichio *deciſion.* 375. *numero quarto*, præſertim conſiderando hanc modicam impenſam fuiſſe pactionatam tempore durantis adhuc primæ Inveſtituræ anni 1561. quæ duravit per alios 50. annos in futurum, & poſtea incipere debebat hæc alia controverſa Inveſtitura ad tres generationes, itaut illæ centum arbores vitiferæ, neque etiam eſſent duraturæ ad totum tempus utriuſque Inveſtituræ, tantum aberat, quod aliquid utilitatis in Eccleſiam perventuram foret poſt earum terminationem.

Pariter reædificatio domus ruinam minantis, ſine ullo fundamento referebatur ad utilitatem Eccleſiæ; Cum enim hujuſmodi domus jam præexiſteret in Tectis Emphyteuticis, ſpectabat ad neceſſarium onus Emphyteutæ obligatio hanc Domum ruſticam manutenendi, conſervandi, & reſtaurandi ex ipſa natura Emphyteuſis, unde novum valde erat, quod 29
habendum foret pro utilitate Eccleſiæ in nova Inveſtitura, quidquid vigore antiquæ obligatus erat adimplere ipſe Emphyteuta etiam ſine neceſſitate hoc exprimendi per pactum, ad quod de jure tenebatur, & compelli poterat, ut in terminis aſſerunt Fulginius *de Jure Emphyteutic. titul. de melior. quæſtion. decima nona, numero primo, & ſeptimo*, D. Jacobus de Comitibus *deciſion. Florent.* 20. *numero ſecundo, tomo ſecondo*, Rota coram Pen. *deciſion.* 168. *per tot. & deciſ.* 1183. *num.* 6. *in rec. deciſ.* 193. *numer.* 9. *part.* 18. & in terminis fortioribus, in caſu ſcilicet, quo Inveſtitus ultra ſummam ſcut. 100. per jucundo introitu, ſe obligaverat expendere ſcut. 200. in melioramentis, quod adhuc id totum non 30
probaret conceſſionem factam in evidentem utilitatem Eccleſiæ, firmavit Rota coram Coccino *deciſ.* 1454. *numer.* 11. = ibi = *Et quamvis fuerint ſoluta ſcuta* 100. *pro jucundo introitu, & aliam, quod in melioramentis expenderentur ſcut.* 200. *quæ devolvebantur ad Eccleſiam, attamen non propter hoc reſultat evidens utilitas, quæ debet eſſe clara, & indubitata* = *confirmata in deciſion.* 1287. *numer.* 1. *&* 3. coram eodem.

Majori æquivoco opponebatur, quod ad effectum utilitatis in caſu renovationis ſecum ferentis in coactivam æquitatem renovandi non eſſe facienda rigida commenſuratio, quæ adhibenda foret in prima conceſſione ex integro facienda: ſed ſufficeret ſervari pacta antiquæ Inveſtituræ, quodque habita veterum conventionum ratione læſio Eccleſiæ excluſa remaneret.

Hoc enim demonſtrabam eſſe aſſumptum communiter reprobatum, veluti tendens ad deſtructionem litteraliſſimi Textus *in extravag. Ambitioſæ de rebus Eccleſ non alienan* qui præciſe agendo de Bonis *concedi ſolitis*, ubi permittit alienationem abſque Beneplacito, literis claris requirit, ut in iſtis 31
Bonis concedi ſolitis, nova conceſſio fieri debeat cum evidenti utilitate Eccleſiæ, non quidem conſiderata juxta conditiones, & pacta antiquæ Inveſtituræ, ſed juxta ſtatum præſentem Bonorum de tempore renovationis ibi = *De rebus, & bonis in Emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & TUNC Eccleſiarum evidenti utilitate* = quemadmodum Doctores, & Deciſiones ponderando illam Dictionem = *TUNC* = reſtrictivam ad tempus renovationis, communiter firmarunt in quacunque renovatione neceſſarium eſſe, ut concurrat iſta evidens utilitas Eccleſiæ, non tempore, quo res cœpit alienari, ſed tempore, quo ſit renovatio, ut reprobato Bero *conſil.* 86. *lib.* 1. hæc fuit perpetua opinio Sacr. Rot. Auditorii coram Cæſare de Graſ. *deciſion.* 4. *numer.* 1. *& ſeqq. de reb. Eccleſ. non alien. ubi numer.* 17. dicit = *Non obſtat auctoritas* Afflict. *&c.* & Beroii *conſil.* 86. = & coram Merlino *deciſion.* 736. *numer.* 15. ibi = *In conceſſione rei ſolitæ alienari debet adeſſe evidens utilitas Eccleſiæ etiam inſpecto tempore præſenti, quo ſit renovatio, non autem tempore, quo cœpit res alienari, ſeu in Emphyteuſim concedi primo loco* = Turicell. *de reb. Eccleſ. non alienan. cap.* 17. *num.* 15. ibi = *Quia tempus ultimi, & non primi contractus attenditur* = Panimoll. *deciſion.* 60. *annot.* 3. *numer.* 87. ubi innumeros allegat concordantes ibi = *Sublimitas procedere, ſi de tempore ultimæ, & novæ conceſſionis adſit evidens Eccleſiæ utilitas, adeo ut non ſufficiat adfuiſſe in antiqua &c. etiamſi Bona ſint locari ſolita* = & coram Seraphin. *deciſ.* 411. *num.* 20. ibi = *Quia renovatio rei ſolitæ locari fieri non poteſt abſque evidenti utilitate, inſpecto tempore quo illa ſit*, = *& in rec. dec.* 36. *num.* 12. *par.* 7. ibi = *Etiamſi de prætenſo ſolito conſtaret, adhuc tamen conceſſio ſuſtineri non poſſet ex defectu evi-*

dentiæ

dentis utilitatis, quæ requiritur etiam quando Bona ſunt ſolita locari, = & per hæc præciſa verba ſine neceſſitate ea ulterius tranſcribendi proſequuntur alii *Doctores, & Deciſiones*, nempe Honded. *conſil.* 51. *numer.* 61. *libr.* 1. Cherubin. *ad Bull. Paul. II. Schol.* 2. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 17. *& de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 95. *numer.* 34. Saminiat. *controverſ.* 3. *numer.* 85. *&* 86. *& controv.* 5. *num* 5. Jov. *de ſolemn. in controv.* Min. *gloſſ.* 22. §. 26. *ex numero* 59. *cum pluribus ſeqq.* ubi ex profeſſo diſputat articulum, & ita concludit *numero* 75. *& ſeqq.* & coram Coccin. *deciſ.* 1336. *numer.* 9. & noviſſime Me ſcribente firmatum fuit in *dict. Papien. Emphyt.* 15. *Januarii* 1715. §. *Neque* coram Eminentiſſ. Althan. ibi = *Evidens eſſe debebat, & quidem inſpecto tempore præſenti, quo fit renovatio, non autem tempore, quo res cœpit alienari, ſeu in Emphyteuſim concedi* = *confirmata* 6. *Maii* 1718. §. *Et quidem*, coram bon. mem. Herrera, = ibi = *Et quidem conſtito etiam de evidenti Eccleſiæ proprietariæ utilitate ab ipſa diu facta renovationis, ſeu nova conceſſionis commenſuranda* = *Et in Bitontina nullit. locat.* 26. *Junii* 1719. §. *Adhuc*, coram Marym. *&* 11. *Martii* 1720. §. *Quod ſi*, cor. R.P.D. Cotio.

Non itaque attendi merebatur contrarium aſſumptum veluti contra diſpoſitionem Textus, contra perpetuam opinionem Sacræ Rotæ, & quod magis eſt, in exemplare præjudicium Eccleſiarum, & contra ipſam rationis evidentiam: quia cum cauſa finalis concedendæ Emphyteuſis ſit melioratio, hoc ipſum Beneficium meliorationis nunquam ſentiret Eccleſia, ſi Prælatus tam melioratam ſemper obligatus eſſet relocare pro eodemmet Canone ſtatuto in præcedenti Inveſtitura; Ubi enim Canon non
32 augetur inſpecto tempore præſenti, quo fit renovatio, ſemper dicitur deficere utilitas Eccleſiæ proprietariæ, ut inquit Rota *deciſion. decima, numero ſeptimo, part. nona recentior.* ibi = *Cum eodem Canone, & conſequenter ſine aliqua utilitate, prout requiritur* = Cum ſit æſtimandum, quod ſtatus rei reddere poſſit de tempore renovationis ad effe-
33 ctum commenſurandi utilitatem Eccleſiæ, ut optime Surd. *deciſion.* 168. *numero vigeſimo ſecundo*, Ciarlin. *controverſ.* 8. *numer.* 52. Mareſcott. *variar. libro ſecundo, cap.* 76. *num.* 28. Saminiat. *controverſ.* 3. *num.* 112. Rota coram Pen. *deciſ.* 287. *numer.* 3. *& deciſ.* 302. *num.* 1. *& in recentior. deciſ.* 241. *num.* 23. *& deciſ.* 284. *numer.* 3. *part.* 4. *& deciſ.* 243. *numero decimo ſexto, parte ſeptima*, & coram Bich. *dec.* 517. *numer.* 28. *& in dicta Papien. Emphyteut.* 15. *Januarii* 1717. §. *Talis*, coram Eminentiſſ. Althann, *&* 6. *Maii* 1718. §. *Et quidem*, coram bon. memor. Herrera. Non curatis auctoritatibus in contrarium veluti communiter reprobatis; Etenim Berous reprobatus fuit apud Rotam *in ſupra relata deciſ. quarta*,
34 coram Cæſar de Graſſ. *de rebus Eccleſ. non alien.* aliæ vero Auctoritates Gratian. Afflict. & Saminiat. omnes confutatæ leguntur apud Rot. *Lucen. in ejus deciſion. impreſſ.* apud Saminiat. *controverſ. ſexta*, ubi reſpondet ad omnia deducta in Conſultationibus ſcribentium in contrarium impreſſis apud eundem Saminiat. *controv.* 1. *&* 4. & hanc Deciſionem Lucenſem cum omnibus fundamentis refert, & ſequitur Jov. *de ſolemnitat. in contract. min. gloſ.* 22. *ex numero* 56. *ad plureſ. ſeqq.* ubi nominatim reprobat Sabellum, & alios *qui in hac Cauſa allegabantur.*

Retenta hac indubitabili opinione Textuali, quod requiratur utilitas Eccleſiæ de tempore renovationis, nec ſufficiat utilitas juxta conditiones, & pacta primæ Inveſtituræ, nihil faciebat ad rem coactiva æquitas renovandi prorſus extranea ab iſto caſu veluti procedens in Bonis, quæ ab initio da-
35 ta fuerunt ſterilia, ſaxoſa, & paludoſa, & ingentibus deinde expenſis Emphyteutæ meliorata, ut declarando Deciſionem Otthobon. & alios obſervat Saminiat. *controverſ.* 3. *numer.* 122. quod nec etiam ſufficit, niſi concurrat Conſuetudo immemorabili renovandi in præjudicium Eccleſiæ, quando ipſa velit Bona retinere per ſe, quidquid ſecus, ſi vel- 36
let extraneum inveſtire juxta firmata in *Mantuana Bonorum* 14. *Januarii* 1707. coram bonæ memoriæ Molines *&* 7. *Maii* 1708. coram Reverendiſſimo Aldrovando, Bona autem de quibus agebatur, uſque ab initio data fuerant, fertilia, & optimæ qualitatis, veluti olivata, vitata, & arborata, ex quorum redditibus vivebat Beneficiatus, cui Eccleſia conferebatur in Titulum cum onere ſolvendi Monaſterio Caldarellum unum olei in recognitionem directi Dominii, ex quo remanebat ſatis probata hujuſmodi Bonorum qualitas fructifera, ut advertit 37
in ſpecie Rota coram Royas *deciſion.* 96. *numer.* 20. *& in recentior. deciſion.* 34. *ſub numero decimo tertio parte* 18.

Verum hic non ſiſtebat defectus utilitatis, quando probabatur apertiſſima læſio Eccleſiæ; etenim omiſſis aliis Bonis, & Juribus, quæ habebat Eccleſia ab antiquo, poſtea diſperſis, ſeu incognitis, Bona conſiſtebant in rubris 11. Terreni in fructifero, & florido ſtatu, utpote olivatis, vitatis, arborivis, & ſilvatis uſque de anno 1561. poſtmodum vero de anno 1616. quo ſecuta fuit permutatio Bonorum Emphyteuticorum inter tunc temporis inveſtitos, hæc Bona appretiata eo tempore extiterunt a Peritis tunc communiter electis in floren. 2000. & ultra, de anno autem 1646. quo fuit facta renovatio, erant majoris valoris propter ſolutionem ſcutorum 100. *pro* Intratura, quæ dari non ſolet, niſi pro magno capitali, ut in puncto advertit Rota *deciſ.* 36. *num.* 14. *part.* 7. unde ſi valor Capitalis conſiſtebat in floren. 2000. & ultra, cujus fructus juxta taxam legalem tunc currentem aſcendebant ad ſcuta centum annua, & juxta modernam inferiorem taxam ad ſcuta 80. annua, inde convincebatur patentiſſima læſio, dum pro Bonis annui reddi- 38
tus ſaltem ſcutorum 80. nil aliud recepit Eccleſia, niſi miſeriam Canonis quatuor Caldarolarum olei non excedentis julios 18. circiter, quod oſtendebat apertiſſimum, & intolerabile præjudicium Eccleſiæ ita damnificatæ ad utilitatem Laicorum, ut paſſim in hac circumſtantia defectum utilitatis, & læſionem Eccleſiæ uno ore decantant Doctores, & Deciſiones, quæ ex hoc capite pronunciarunt ſuper nullitate hujuſmodi Conceſſionum, ut apud Ciarlin. *controverſ.* 5. *numer.* 48. *libro primo*, ubi de Prædio annui redditus ſcutorum 200. conceſſo pro Canone ſcut. 50. Panimoll. *deciſ.* 60. *annotat.* 2. *numero quinto in fine*, ubi de domo annui redditus ſcutorum 70. pro Canone ſcutorum 12. Rot. coram Seraphin. *deciſ.* 1497. *poſt num.* 7. ubi de Domo annui redditus ſcutorum 40. conceſſa pro Canone ſcutorum ſex, & coram Coccin. *deciſ.* 1287. *num.* 3. ubi de Domo locata pro ſcut. 90. & conceſſa pro Canone ſcut. 33. & coram Merlin. *deciſ.* 702. *numer.* 55. ubi de fructu annuo ſcutorum 100. pro Canone ſcutorum 80. & coram Bichio *deciſion.* 411. *numer.* 10. ubi de domo annui redditus ſcutor. 77. pro Canone ſcut. 12. & coram Emerix Jun. *dec.* 480. *num.* 1. ubi de bonis annui redditus ſcut. 64. conceſſis pro ſolo Canone ſcut. 40. Rota *deciſion.* 65. *numer.* 24. *part. ſecunda diverſor.* ubi de Bonis annui redditus ſcut. 65. pro Canone ſcut. 40. & cor. Priolo *deciſ.* 330. *num.* 11. *& deciſ.* 186. *num.* 7. *part.* 7. *recentior.* & Me ſcribente *in Neapolitana, ſeu Nucerina Manutentionis* 3. *Junii* 1711. §. *finali*, cor. clar. mem. Cardin. Scotto, ubi de Prædio annui redditus ducatorum 68. conceſſo pro ſolitis ducatis 38. *& in dict. Papien. Emphyt.* 15. *Januar.* 1717. §. *Talis*, cor. Eminentiſſ. Althan.

Cum igitur pro Bonis ſaltem annui redditus ſcutorum 80. non plus datum fuerit Eccleſiæ, quam miſerabilis quantitas juliorum 18. quantum important quatuor Caldaroleoli olei, & tantum, quantum erat primævus Canon, inde non ſolum exclusa remanebat utilitas, ſed imo probatum Ec- 39
cleſiæ damnum, ut bene Saminiat. *controv.* 1. *num.* 37. *in fin.* ibi = *Contractus dicitur non utilis, ſed damno-*

Digitized by Google

damnoſius ipſi Eccleſiæ quotieſcunque non plus illi detur, quam eſſet ſolita percipere in præcedenti Inveſtitura = Rot. Lucen. *apud eundem controverſ.* 6. *num.* 37. *&* 38. Jov. *de ſolemnitat. ubi ſupra Gloſſ.* 22. §. 26. *numer.* 64. Panimoll. *deciſion.* 60. *annotat.* 2. *numer.* 2. Turricell. *de rebus Eccleſ. non alien. capit.* 18. *numer.* 22. Rota *deciſion.* 37. *numer.* 14. *& deciſion.* 94. *numer.* 55. *part.* 7. *recentiorum*, *& deciſion.* 9. *numer.* 7. *parte* 7.

Adeo enim ſtricta eſt menſura in hoc puncto, ut
neque etiam ſufficiat dare Canonem æquivalentem
fructibus, quos reddere poſſunt Bona de tempore
renovationis, ſed neceſſe eſt, ut Eccleſiæ detur ali-
40 quid plus, ut verificetur iſta evidens utilitas; Quan-
do enim Eccleſia non eſt in lucro, propter hoc
tantum dicitur læſa, & damnificata, ut hanc con-
cluſionem quæ nimia videtur, tradunt Samin. *controverſ.* 1. *numer.* 43. Jov. *ubi ſupra gloſſ.* 22. §. 26. *numer.* 64. Turric. *de rebus Eccleſ. non alien. capit.* 18. *numer.* 26. Rot. *deciſion.* 241. *numer.* 23. *verſic. itemque part.* 4. *tom.* 2. *recentiorum*, *& in dicta Papien. Emphyt.* 15. *Januarii* 1727. §. *Talis*, coram Eminentiſſimo Althan.

Quam læſionem ego graviorem eſſe dicebam ponderando ulterius, quod Inveſtitura anni 1646. dilata fuerat quoad effectum poſt obitum Franciſci Senioris, qui obiit de anno 1696. de quo tempore Bona fuerant meliorata per Emphyteutam comprehenſum in prima Inveſtitura; unde ſi damnum Eccleſiæ probatum fuit de anno 1646. quo facta fuit renovatio, eo magis augebatur, quoties conſtabat de melioramentis de tempore, quo effectum habuit iſta renovatio poſt ſpatium nempe 50. annorum, intra quod ſucceſſit melioratio, ut firmat in puncto Pacion. *de locat. capit.* 14. §. 12. *numer.* 18. & tradunt Cardin. de Luca *de alien. diſcurſ.* 1. *numer.* 45. Gratian. *diſcept.* 379. *numer.* 22. Rota coram Bich. *deciſion.* 411. *numer.* 2. & coram Coccin. *deciſion.* 1336. *numer.* 11. & coram Priolo *deciſion.* 330. *numer.* 11. *& in recentiorum, deciſion.* 252. *numer.* 23. *part.* 17. *& in dicta Papien. Emph. uti ſup.* coram Eminentiſs. Althan. & bon. mem. Herrera.

Et denique ad hunc effectum addebam non eſſe opus ulteriori diſcurſu, cum ipſe Abbas, & Monachi confeſſi fuiſſent in Inſtrumento anni 1561. quod gratificabant, & donabant Laicis, non autem intendebant ad utilitatem Eccleſiæ ibi = *Volentes liberalitati liberalitatem addere juſtis de cauſis animum eorum moventibus* = ergo nunquam illi Monachi eo tempore conſulere voluerant utilitati Eccleſiæ, quando profeſſi fuerant addere liberalitati liberalitatem, & quod magis eſt, non dicendo, ſe
moveri ex utilitate Eccleſiæ, ſed = *juſtis de cauſis
animum eorum moventibus* = Clauſula hactenus non
41 audita in alienationibus rerum Eccleſiæ, ita ut men-
ſura utilitatis Eccleſiæ non eſſet deſumenda ab hac
Inveſtitura tanquam principio irregulari, & incongruo, quod in ſeipſo oſtendebat læſionem Eccleſiæ, non autem utilitatem, ex deductis apud Turricell. *de Union. cap.* 20. *numer.* 27. *& ſeqq.* Rota *deciſion.* 36. *numer.* 10. *in fin. poſt* Cenſ. *de Cenſ. & in rec. dec.* 78. *n.* 14. *p.* 8. *rec.*

Tertia demum nullitas conſiſtebat in actu renovationis præventivæ, qui habebat in ſe defectum Poteſtatis una cum læſione Eccleſiæ; Cum enim Franciſcus Senior, durante prima Inveſtitura anni 1561. obtinuiſſet a Cardinali Polo Commendatario Abbatiæ cum eodem Canone novam Inveſtituram pro ſuis filiis, & deſcendentibus ad aliam tertiam generationem, eum pacto, quod hæc renovatio non aliter habitura eſſet effectum, niſi poſt terminatam primam Inveſtituram anni 1561. per obitum ſupradicti Franciſci, ex duplici capite inde oriebatur nullitas inevitabilis; Primo, quia iſta anticipatio facta per anteceſſorem operatur, ut ſi prius decedat anteceſſor, qui fecit Inveſtituram, quam iſta cœperit habere effectum, nullitas ſit clara, quia mortuus non poteſt incipere Inveſtituram, & ſucceſſor illi ſtare non tenetur, ut inquit Gratianus *diſceptat.* 818. *numer.* 5. = Pacion. *de locat. capit.* 14. §. 12. *num.* 18. ibi = *altera quia collata in tempus, quo forte non poterit fieri a faciente, cum poſſit morte præveniri* = Dum itaque præmortuus fuerat Cardinalis Polus de anno 1653. deinde vero obierat Franciſcus de anno 1696. utique renovatio de hoc tempore effectum habere non potuerat propter extrema non habilia, mortuo ſcilicet Commendatario, qui de hoc tempore non habebat amplius poteſtatem faciendi Inveſtituram, ut in puncto advertunt Parisſ. *conſ.* 22. *n.* 41. *&* 44. *tom.* 1. Gratian. *Diſcept.* 818. *n.* 1. Cald. *de renov. Emphyt. lib.* 1. *q.* 20. *numer.* 4. *& ſeqq.* Rota coram Coccin. *dec.* 2264. *n.* 33. *& dec.* 39. *n.* 36. *p.* 8. *& dec.* 165. *n.* 9. *p.* 10. *& deciſ.* 492. *n.* 9. *p.* 18. *rec.*

Et ſecundo, quia quando Prælatus anticipatam
facit Inveſtituram, durante adhuc prima, ſcire non
poteſt valorem Bonorum temporis futuri, juxta cu-
jus valoris menſuram regulare debet utilitatem Ec-
cleſiæ reſpectu Canonis, & ſic anticipare non pot- 43
eſt facere Inveſtituram cum evidenti Eccleſiæ utili-
tate, ſicuti facere tenetur, ut in puncto ſic judicatum teſtatur Rebuff. *in compend. alienat. rerum Eccleſ. num.* 18. ibi = *non valet &c. locatio ante tempus finitum, unde anno* 1539. *die* 4. *Decembris in magna Camera, me audiente, fuit annullata Emphyteutica conceſſio facta a Capitulo, eo quod ante tempus finitum facta erat, non enim poterant ſcire valorem temporis futuri*, Caroce. *de Locat. part.* 3. *tit. de rebus Eccleſ. loc. concluſ.* 26. *fol. mihi* 136. idem Rebuff. in *leg. Neratius* §. *Item anno*, *ff. de verbor. ſignific.* ibi = *fuit per Senatum annullata datio in Emphyteuſim facta &c. eo quod multo ante primam &c. Emphyteuſim finitam, facerent ſecundam, tum quod non poterant ſcire futurum rei valorem &c. Quamobrem in hoc Eccleſia lædi poterat*. Pacion. *de Locat. cap.* 14. *n.* 18. ibi = *quia non poteſt ſciri valor de tempore, in quo collata eſt locatio, ut dignoſcatur, an ſit utilis contractus*; Unde cum anno 1696. Bona Emphyteutica reperirentur meliorata, inde ſequebatur nullitas ob læſionem Eccleſiæ, dum valor ſpatio 50. annorum creverat per meliorationem.

Vana autem remanebat reſponſio; quod ſicut Franciſcus Senior ultimus de comprehenſis in Inveſtitura ann. 1561. poterat ſe de medio tollere renunciando Emphyteuſi in manibus ejuſdem Cardinalis Poli, ita dum petiit renovationem, eamque reponavit commodo filiorum, tacite renunciaſſe cenſeatur priori Inveſtituræ, ut locum faceret ſecundæ, quæ idcirco non ſubjaceret vitio præventivæ, quoniam nec expreſſe, nec tacite Franciſcus Senior voluerit ſe tollere de medio, ut faceret locum ſecundæ Inveſtituræ, ſed literis rotundis adjecerat pactum, quod hæc renovatio fieri deberet, ſeu effectuari = *tunc & per quando ſecutus fuerit obitus dicti Franciſci, ET NON PRIUS, ET NON ALIAS* = & ſic reſponſio corruebat in facto.

Minus attendi poterat alia reſponſio, quod contra hanc renovationem non reclamaſſet Cardinalis Thaurufius immediatus ſucceſſor, immo illam ratam habuiſſet recipiendo Canones, ſicuti etiam ratificaſſet R. P. D. Paſſerinus exigendo Canones, cum expreſſa relatione ad hanc renovationem factam per Cardinalem Polum.

Reſpectu enim Card. Thaurufii cum ille deceſſiſſet 27. Decembris 1697. nempe poſt annum a die mortis Franciſci, qui deceſſit de anno 1696. brevi temporis ſpatio, quo vixit iſte ſucceſſor, regulariter ignarus de geſtis per anteceſſorem, nulla poterat
induci ratificatio ex receptione unius termini Cano-
nis facta non per ipſum, ſed per ejus exactorem abſ- 44
que ſcientia renovationis, cujus mentio facta non
fuit in receptione Canonis, ut tradit Surd. *conſil.* 49. *numer.* 23. *& ſeqq.* Rot. *deciſion.* 324. *numer.* 18. *part.* 11. *recentiorum*, *& in dicta Papien. Emphyteuſis* 6. *Maii* 1718. §. *fin.* coram bon. memor. Herrera
quando in his terminis, ut præventiva Inveſtitura
ſuſtineatur, neceſſaria eſt expreſſa confirmatio ſuc- 45
ceſſoria, ſeu conceſſio de novo per ipſum facienda, ut in puncto Bero *conſil.* 106. *numero vigeſimo*,

tom. 1.

Digitized by Google

tom. 2. ibi = *Quando fuit facta Inveſtitura, vivente primo Emphyteuta ſub conditione, & moriatur Inveſtitor, vivente adhuc illo, cui fuit prius conceſſa, ad hoc ut illa inveſtitura ſub conditione facta valeat, & effectum ſortiatur, requiritur, quod per ſucceſſorem Prælatum fuerit confirmata, ſeu de novo conceſſa illi, cui Prælatus Prædeceſſor conceſſerat.*

Eademque reſponſio procedebat reſpectu Reverendiſs. Padr. Dom. Paſſerini, non obſtante, quod feciſſet expreſſam relationem ad Inveſtituram Cardinalis Poli in unica quietantia facta in decurſo 40. annorum; Non enim exinde ſequebatur ejus approbatio, quæ cum habere debeat vim novæ conceſſionis oportet, ut fiat ab illo Prælato, qui habeat plenam ſcientiam omnium circumſtantiarum, & nullitatum facti, & juris, quibus infecta erat In-
46 veſtitura Cardinalis Poli, ut tradunt Jov. *de ſolemnitat.* Gloſs. 22. §. 23. *numer.* 90. & 95. Palma Nep. *allegat.* 145. *numer.* 19. *libr.* 2. Actolin. *reſolut.* 34. *numer.* 30. Surd. *conſil.* 183. *numer.* 35. Othobon. *deciſion.* 191. *numer.* 20. Peutinger. *deciſion.* 67. *numer.* 8. & *in recentiorum, deciſion.* 98. *numer.* 9. *part.* 11. Hæc autem ſcientia omnium circumſtantiarum, & nullitatum omnino deficiebat, cum ad iſtum effectum non ſufficeret, quod R. P. D. Paſſerinus ſcivisſet renovationem fuiſſe factam per Cardinalem Polum; ſed neceſſarium erat, quod ſciret obitum Franciſci Senioris, & ſimul Cardinalis Poli, ut combinando tempora dignoſceret, quod prius obiiſſet Inveſtiens, quam incœpiſſet nova Inveſtitura, ſine qua circumſtantia comprehendere non potuit nullitatem, Rota coram Duran. *deciſion.* 458. *numer.* 9. Ad hunc enim effectum ſatis eſt ſimplex credulitas, quod in vita Cardinalis Poli effectuari potuiſſet nova Inveſtitura, immo etiam ſola dubitatio, quæ excludit
47 ratificationem, Natt. *conſil.* 162. *numer.* 32. Menoch. *conſil.* 164. *numer.* 21. Jov. *ubi prox. numer.* 96. Rota *deciſion.* 166. *numer.* 10. coram Othob. *deciſion.* 191. *numer.* 21.

Hæc autem nullitas abſque fundamento prætendebatur reſervata immediato ſucceſſori, ſeu Cardinali Thaurufio, non autem moderno Commendatario; hoc enim non erat jus particularium perſonarum, ſed Eccleſiæ, quæ repræſentantur ab omni-
48 bus ſucceſſoribus, & quibus in genere id reſervatum eſſe probat Text. *in capit.* 1. *qui ſucceſſor. Feud. dare tenen.* ibi = *ſucceſſores eorum non cogantur eam Inveſtituram facere* = ideoque ſi primus ſucceſſor non reclamat, & non approbat, hoc jus tranſit ad ſecundum, & ulteriorem ſucceſſorem, ut in puncto Gratian. *diſceptat.* 818. *numer.* 19. ibi = *Et non tantum Prælatus immediatus Eccleſiæ, ſed etiam quilibet ejus ſucceſſor.*

Hæc omnia deducebam contra deciſionem in hac cauſa emanatam, & Sacræ Rotæ Auditorium *ſub die* 9. *Junii* 1719. ob paritatem ſuffragiorum reſpon-
49 dit *Iterum proponatur*; repropoſita autem cauſa, reſponſum pariter fuit *Iterum proponatur, & videant quintus, & ſextus*; in aliis vero duabus repropoſitionibus, perſeverante eadem votorum diſcordia, deinde reſponſum fuit, quod *fiat omnino concordia, aucto Canone ad annua ſcuta viginti quinque.* Unde ſubſcriptis ab utraque parte Capitulis concordiæ juxta mentem Sacræ Rotæ, ſub conditione tamen impetrandi Beneplacitum Apoſtolicum, Summus Pontifex ejus confirmationem remiſit Sacræ Congregationi Concilii, quæ de voto Eminentiſſimi Domini Cardinalis Belluga ad referendum deputati denegavit confirmationem, reſpondendo *negative*; Unde cum effectum habere non potuerit concordia, reintegratum fuit cauſæ examen in Sacræ Rotæ Auditorio, quod ſub die 25. Junii 1723. reſcripſit *Iterum proponatur, & videant omnes*, & tandem omnibus ſuffragantibus receſſum fuit a deciſis juxta deciſionem 11. *Februarii* 1724. confirmatam in alia propoſitione 11. *Decembris ejuſdem anni* coram Reverendiſs. Padr. Dom. Corio, in quibus deciſionibus approbatæ fuerunt omnes tres nullitates Inveſtituræ anni 1646. per Me ſuperius deductæ, cum quibus deciſionibus demandata fuit expeditio cauſæ ſub *die* 7. *Februarii* 1725. Unde pars victa ad novam concordiam devenit augendo Canonem ultra ſcuta quadraginta, & ſic cauſa finem habuit in maximam utilitatem Eccleſiæ, propter eximiam, & nunquam ſatis laudatam vigilantiam Reverendiſs. Padr. Dom. Felicis Paſſerini æque docti, ac practici Romanæ Curiæ Prælati, olim Signaturæ Juſtitiæ Decani, & nunc digniſſimi Reverend. Cameræ Apoſtolicæ Clerici, ac Signaturæ Gratiæ Votantis, qui ob ſummam in cauſis judicandis experientiam, inſubſiſtentem recognovit ſuperius diſputatam Inveſtituram ob prædictas ejus nullitates.

ARGUMENTUM.

Nova Proviſio cum diſpenſatione non conceditur Clerico nulliter Proviſo ob irregularitatem contractam ex cauſa homicidii voluntarii; Sententia Judicis Laici an probet delictum contra Clericum non incedentem in habitu, & tonſura, ſaltem in linea puri facti ad Textus *in cap. An ſi Clericis de judic.*

SUMMARIUM.

1 *Refertur facti ſpecies.*
2 *Irregularis eſt incapax aſſequendi Beneficia, & Dignitates.*
3 *Infamibus Porta non patent Dignitatum.*
4 *Clericus propter homicidium privandus eſt Beneficiis obtentis.*
5 *Et eſt inhabilis ad futura.*
6 *Sententia Judicis Laici contra Clericum non probat, nec irrogat infamiam.*
7 *Maxime ſi lata ſit in contumaciam.*
8 *Clericus non incurrit irregularitatem ex ſententia Judicis Laici ſuper homicidio.*
9 *Procedit hoc ubi conſtat de innocentia ſententiati.*
10 *Judex Eccleſiaſticus tenetur petere a Curia Laicali Proceſſum contra Clericum cum abolitione ſententiæ.*
11 *Valet ſententia Curiæ Laicalis contra Clericum non habentem requiſita Sacri Concilii Tridentini.*
12 *Sententia Judicis Laici contra Clericum non probat ad effectum condemnandi, ſecus ad probationem nudi facti.*
13 *Judex Eccleſiaſticus tenetur ſtare Proceſſui Judicis Laici ad inſtructionem.*
14 *Proceſſus Curiæ Sæcularis contra Clericum probat ſi Teſtes ibi examinati ſint mortui.*
15 *Delictum Clerici ex propria ejus confeſſione reſultans ex Proceſſu Judicis Laici probat, aut infamat, & quando.*
16 *Probat Proceſſus Judicis Laici legitimatus cum alio Proceſſu Curiæ Eccleſiaſticæ.*
17 *Sacerdos, & Beneficiatus homicida eſt deponendus, & privandus Beneficiis.*
18 *Homines ſanguinarios abbominatur Dominus.*
19 *Homicida voluntarius eſt perpetuo inhabilis ad Beneficia, & Ordines Sacros.*
20 *Papa diſpenſare non ſolet homicidam voluntarium ad Sacros Ordines, & Beneficia,* vide n. 21. 22. 23. 24. & 25.
24 *Qualis ſit maximus gradus diſpenſationis.*
26 *Cum homicida voluntario* Fagnan. *dixit nunquam ſe meminiſſe diſpenſatum.*
27 *Inſtantia etiam in materia Criminali de jure Canonico eſt perpetua.*

28 *Abſo-*

Digitized by Google

28 *Abſolutus cum clauſula* = Ex hactenus deductis = *poteſt ex novis indiciis moleſtari.*
29 *Non eſt prudentia promovere eum, qui poteſt cras pro delicto ad Carceres revocari.*
30 *Diſpenſatio non conceditur, niſi habita pace cum heredibus Defuncti, & Epiſcopo concordate.*
31 *Sacerdos abſolutus ab homicidio cum clauſula* = Ex hactenus deductis = *non diſpenſatur.*
32 *Nec damnatus in contumaciam, niſi reperçata revocatione Sententiæ condemnatoriæ.*
33 *Non dicitur jus quæſitum, quod adhuc pendet ſub Judice, an ſit concedendum.*
34 *Etiam in jure quæſito ſuſpenditur executio propter diffamationem de delicto.*
35 *Reſolutio Cauſæ.*
36 *Exempla denegatæ diſpoſitionis quoad inquiſitos de homicidio.*

DISCEPTATIO CLIV.

NObiles Juvenes Didacus Clericus ſimplex, & Franciſcus Laicus occaſione acceſſus ad nocturna colloquia amatoria cum duobus puellis, quibus nubere deſtinaverant, deprehenſi ab illarum
1 patruo, iſtum de nocte redeuntem ad propriam domum ictibus duorum ſcloporum in capite percuſſum interfecerunt, propter quod Curia Laicalis compilato Proceſſu cum examine illarum puellarum, earumque familiarium, illos in pœnam ultimi ſupplicii condemnavit, & hæc Sententia condemnatoria confirmata fuit per aliam Sententiam in alio ſupremo Tribunali prolatam.

Hujuſmodi Sententiæ proceſſerunt in contumaciam reorum, qui perquiſiti fuerunt per Civitatem, & omnia loca immunia cum licentia, & aſſiſtentia Ordinarii: ſed propter fugam ſtatim arreptam inveniri non potuerunt; Tractu autem temporis Franciſcus habita pace cum conſanguineis occiſi ſe compoſuit cum Fiſco; per contrarium vero Didacus ſemper profugus nullam pacem ab ipſo inſtanter requiſitam obtinere potuit, & ſpatio quatuordecim annorum in hoc ſtatu remanſit, & perventus ad Urbem impetravit ſubreptitie reſcriptum Sacræ Congregationis Concilii, quod ipſe non incurriſſet irregularitatem, ſub falſa narrativa, quod nullas partes habuiſſet in homicidio, & deinde pariter ſubreptitie in Dataria Apoſtolica obtinuit proviſionem certæ Dignitatis in Eccleſia Metropolitana.

Contra ipſum inſurrexit Fundandus petendo in Dataria impetrationem Dignitatis tanquam nulliter obtentæ per Didacum homicidii reum: & porrecta ſupplicatione, ad impediendum ejus effectum, Didacus aliam ſupplicationem porrexit pro obtinenda nova proviſione Dignitatis cum abſolutione ab irregularitate ad cautelam, quia ſupplicatione remiſſa ex reſcripto Cardinalis Datarii ad Sacram Congregationem Concilii, acriter ibi diſputatum fuit, an oppoſitio irregularitatis obſtaret tam primæ Proviſioni obtentæ, quam alteri de novo obtinendæ cum diſpenſatione ut ſupra; In qua cauſa Ego ſcribens pro Ferdinando impetrante contra Didacum ſuſtinebam obſtare irregularitatem tam proviſioni obtentæ, quam obtinendæ.

Reſpectu enim Proviſionis obtentæ clariſſima erat ſubreptio propter occultatam Papæ irregularitatem contractam ex cauſa homicidii, attento Proceſſu, & Sententiis Criminalibus condemnatoriis ad pœnam ultimi ſupplicii, cum irregularis ſit ipſo jure
2 incapax aſſequendi quæcunque Beneficia, & præſertim Dignitates in Cathedralibus, & Metropolitanis, juxta theoricam Innocentii *in capit. Cum in noſtris de conceſſ. Præbend.* & Concil. Tridentin. *ſeſſ. decima quarta, capit. ſeptimo, de reformat.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. part. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 03. numer. primo*, Farinac. *in prax. crimi. de homicid. quæſtion.* 119. *numer.* 58. Pignatell. *conſultat.* 19. *numer.* 6. *tom. ſeptimo*, Panimoll. *deciſion.* 73. *numer.* 7. Garz. *de benefic. part. ſeptima, capit. undecimo, numer.* 6. ibique *numer.* 52. refert reſolutionem Sacræ Congregationis, Sayr. *de Cenſur. lib.* 1. *cap.* 0. *numer.* 21. Bonacin. *de irregular diſputat.* 7. *quæſtion.* 1. *punct.* 4. *numer.* 6. Monacell. *in Formular. For. Eccleſ. part.* 3. *in prælud. numer.* 183.

Abſurdiſſimum namque erat, ut homicidio damnatus in pœnam capitis impetraſſet conſpicuam Dignitatem Metropolitanæ, itaut major, & magis claſſica ſubreptio dari, & excogitari non poſſet, concurrente irregularitate, ac ſimul infamia ex hoc delicto inflicta per diſpoſitiones Canonicas, ut in Canon. *Infames 6. quæſtion.* 1. *& cap. Infamibus* 87. *de regul. jur. in* 6. His enim irregularibus, & ſimul infamia notatis ob delictum portæ non patent Di- 3
gnitatum, ad Textus *in leg. Judices 2. de Dignitatibus libr.* 12. Immo ſicut ratione homicidii Clericus privandus eſt illis etiam Beneficiis, quæ habebat, Lotter. *de re beneficiar. lib.* 3. *quæſtion.* 33. *numer.* 59. *& ſeqq.* ita ad Beneficium, & Dignitatem in futurum obtinendam abſque dubio remanet perpetuo in- 4
habilis, & incapax, Gloſs. *in Canon. Satis perverſum diſtinct.* 56. Lotter. *de re beneficiar. lib.* 3. *quæ-* 5
ſtion. 33. *numer.* 59. *& ſeqq.* Rota *deciſion.* 323. *numer.* 20. *part.* 16. *& deciſion.* 172. *numer.* 4. *& ſeqq. par.* 17. *& in Senogalien. Canonicatus de Lucchi* 23. *Junii* 1710. §. *En quibus*, coram Reverend. D. Aldrovando Decano.

Quæſtio itaque reſtringebatur ad novam Proviſionem cum diſpenſatione, ubi dicebatur in contrarium non conſtare de homicidio, ex Proceſſu, & Sententiis Curiæ Laicalis tanquam ipſo jure nullis
contra Didacum Clericum, juxta Textum expreſſum 6
in capit. At ſi Clerici de judic. itant per hujuſmodi Sententias Laicales neque etiam Clericus dicatur contraxiſſe infamiam, ut notat Addend. *ad* Panormitan. *in eodem capit. At ſi Clerici in verb. Infamia* ibi = *Et tene menti, quod Sententia lata ſuper crimine etiam infamante a Judice incompetenti non infam.* = & docet Textus *in leg. Si Pater Codic. ne de ſtatu defuncti Archidiac. in Canon. Multò verſic. Non tamen ſecunda, quæſtion. prima*, Sanchez *conſil. Moral. libr. ſexto, capit. tertio, dub ſexto, numer. decimo quarto, verſic. Secus*, maxime quando agitur de Sententiis latis in contumaciam, ex quibus non incurritur infamia, ut docent Canoniſtæ
in allegato capit. At ſi Clerici ſignanter Panormit. 7
numer. 28. Baldus *numer.* 15. Butrius *numer.* 27. Dec. *numer.* 190. *& ſeqq.* Campanill. *in diverſ. Juris Canon. rubr.* 11. *capit.* 18. *numer.* 7. Sperell. *deciſion.* 116. *numer.* 59. Reynal. *obſervat. Criminal. tom.* 1. *in addition. ad capit.* 8. §. 1. *poſt numer.* 45. *verſic. Primus caſus*, Rota coram Bich. *deciſion.* 408. *numer.* 21. *&* 22.

Et allegabatur in terminis reſolutio Sacræ Con- 8
gregationis Concilii *ſub die* 25. *Maii* 1613. quæ declaravit, Sacerdotem non contraxiſſe irregularitatem ex Sententia contumaciali Judicis Laici ejus condemnatoria ex cauſa ſecuti homicidii, etiam ſi in Diœceſi adeſſet infamia facti per publicam vocem, & famam, quod ille Sacerdos fuiſſet particeps homicidii, quam reſolutionem referunt Fagnan. *in cap. Veſtra numer.* 139. *de cohabit. Cleric. & Mulierib.* Pignatell. *conſultat.* 99. *numero* 24. *tomo* 6.

Ego autem dicebam hæc omnia nihil applicari ad caſum: quia reſolutio Sacræ Congregationis loquebatur de Sacerdote, qui vere compertus fuerat innocens, & non reus homicidii, ut ſonant
verba reſolutionis ibi = *In contumaciam a Judice* 9
Laico condemnatus uti particeps cujuſdam homicidii, cujus vere ipſe innocens erat = Quo vero ad ſuperius allegatam diſpoſitionem Textus *in capit. At ſi Clerici de judic.* reſpondebam, quod Didacus tam ante, quam tempore commiſſi homicidii

Digitized by Google

micidii dimiſſo habitu, & Tonſura Clericali ince-
debat, ut Laicus, immo indutus habitu militari,
itaut Fiſcus Laicus proceſſerit contra illum abſque
ſcientia Clericatus, accedente præſertim circumſtan-
tia, quod oppoſitus non fuerat Clericatus ab ipſo,
ejuſque Conſanguineis, quando Curia Sæcularis ac-
ceſſit ad domum Rei ad effectum deſcribendi, &
confiſcandi bona, una cum altera circumſtantia,
quod Curia Eccleſiaſtica nunquam reclamaverat an-
te, & poſt adverſus Proceſſum, & Sententiam,
prout reclamare tenebatur, ſi in habitu Clericali
Didacus deliquiſſet, quia tenebatur petere a Judice
10 Sæculari, ut Proceſſum ſibi remitteret, & Senten-
tiam latam penitus aboleret, ut communiter firmat
Alex. de Nævo *conſil. 96. per tot.* Raynald. *obſerv.
Criminal. in ſupplem. ad capit. 1. numer. 474. & ſup-
plem. ad cap. 2 ſupplet. 2. numer. 17. & 18.* Genuen.
in prax. Archiep. cap. 6. ſub numer. 5. Spetell. *deciſ.
18. numer. 7.* Farin. *de inquiſit. quæſt. 8. num. 33. &
35.* Pignatell. *conſult, 20. numer. 1. & ſeqq. tom. 3.*
Danza *de pugn. Doctor. tit. de Cleric. cap. 4. num. 3.*
Monacell. *in formul. For. Eccleſ. part. 2. tit. 15. for-
mul. 4. num. 11. & ſeqq. & formul. 8. num. 2.* Pani-
moll. *deciſ. 14. annot. 1. num. 1. & ſeq.*

Ex quo verificabatur, quod Didacus tempore
commiſſi homicidii dimiſſo habitu Clericali, indu-
tus Laicali, & militari, amiſerat ipſo jure privile-
gium fori, juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tri-
dentini *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* dum ita decla-
ravit circumſtantia, quod nec Parentes occiſi, nec
Curia Eccleſiaſtica oppoſuerant Clericatum, & in-
competentiam fori reſpective ad effectum inhibendi
Judici Laico Proceſſum, & Sententiam, aut iſta
penitus abſoluta petendi remiſſionem Proceſſus:
ſed, quod magis eſt accedebat etiam circumſtantia,
quod Curia Eccleſiaſtica dedit manus adjutrices Ju-
dici Laico, dum pro facienda perquiſitione Dida-
ci in locis immunibus, nempe Eccleſiis, Monaſte-
riis, & Collegiis aſſiſtentiam illi præſtiterat Vica-
rius Generalis, & propterea ſi Didacus ob inceſ-
ſum in habitu Sæculari amiſerat privilegium Fori,
idque recognoverant parentes, & ipſe Superior Ec-
cleſiaſticus, cujus erat intereſſe circa ſuam juriſdi-
11 ctionem, hinc dicebam non applicari, Textus *in
dicto capit. At ſi Clerici*, ſed validiſſimus fuerat
Proceſſus Judicis Laici, ejuſque Sententia Capita-
lis, ut firmat Panimoll. *deciſ. 14. annotat. prima
numer.* 36. & bene in terminis validitatis Proceſſus
Judicis Laici contra Clericum delinquentem in ha-
bitu Laicali, & cujus Clericatus non fuit oppoſi-
tus, firmavit Graſſ. *de effect. Clerical. effect. 1. nu-
mer. 234. & 236.* ibi *Limitatur modo prædicta
ampliatio, & primo, quando Proceſſus eſſet forma-
tus contra Clericum, qui dimiſerat habitum, &
Tonſuram &c. limitatur tertio, quando neſcitur,
an Clericus citatus ſit Clericus, nec allegatur Pri-
vilegium Clericatus, quia interim habetur pro Lai-
co* ET VALET PROCESSUS — Cardin.
Zabarell. in *Clementin. prima §. Nonnulli numero
primo, verſic. Et dic de exceſſib. Prælat.* ibi *Et dic
per dictum capit. Si Judex, quod ſi neſcitur eſſe
Clericus, nec allegatur,* TENET PROCES-
SUS JUDICIS LAICI, *quia interim habe-
tur pro Laico* — Calderin. *conſ. 12. ſub numero pri-
mo de Judiciis & foro competent.* ibi — *Jura dete-
ſtari quem eſſe modo Clericum, modo Laicum, ſicut
cum inciderit, deliquiſſet incedendo ſine Tonſu-
ra, & neſciretur Clericus, & fuiſſet contumax, &
maxime in minoribus, qui recedere poteſt ab habi-
tu Clericali &c.* POTUIT PER JUDICEM
LAICUM PUNIRI — Decius *conſil. 125. nu-
mer. ſeptimo,* Ambroſin. *de immunitat. capit. 16.
ſub numer. 17. verſic. Quia & ſi,* Zuff. *de legitim.
Proceſſ. quæſt. 176. numer. 19. & 20.* Monacell. *in
formular. forum Eccleſ. parte 2. titul. 15. formular.
8. numer. 8. verſic. Quando Proceſſus, & verſic. Ve-
rum in.*

Sed ulterius reſpondebam, quod, ubi etiam
dicendum foret ex defectu juriſdictionis non va-
lere Proceſſum, & Sententiam Tribunalium Lai-
corum, adhuc hujuſmodi nullitas nihil relevaret,
dum iſta quidem ſuffragatur, quando ageretur de
condemnando Didacum in pœnam ultimi ſuppli-
cii in executionem Proceſſus, & ſententiarum, in
quibus terminis loquitur Textus *in capit. At ſi
Clerici de judic.* non autem ſuffragatur, quando
agebatur de probando puro facto homicidii ab eo
commiſſi ad effectum ex hoc facto dignoſcendi ir- 12
regularitatem maximam ab ipſo incurſam, ea ra-
tione, quod ad probandum factum ſufficit etiam
actus nullus ex defectu juriſdictionis, ut obſervat
Rota coram Emerix jun. *deciſ. 1195. numer. 3.
& deciſ. 1271. numer. 3.* & apud Me *de Controv.
Patronatus allegat. 97. numer. 17.* & in præciſis
terminis, quod probatio deducta ex Proceſſu Ju-
dicis Laici contra Clericum faciat fidem de deli-
cto coram Judice Eccleſiaſtico in linea meri, ac 13
nudi facti, notavit Anchatan. *in capit. At ſi Cle-
rici numer. 7. in fin. & numer. 8. de judic.* ibi —
*Tertio extra Gloſſam ad illud opponitur, & vide-
tur, quod talis confeſſio, vel probatio emiſſa in ju-
dicio faciat fidem coram Judice Eccleſiaſtico, quia
etiam judicium hæreticorum certificat Eccleſiam, &
Sententia in uno judicio data faciat fidem in alio
&c. ſimiliter ſit fides Judici Sæculari per Judicem
Eccleſiaſticum* — Butrius *ibidem numer. 15. verſic.
Tertio* ibi — *In his quæ ſunt puri facti, & a fa-
cto ſurgunt, non attenditur loci, aut Judicis compe-
tentia, nec etiam agendi modus* — ibique cæteri Ca-
noniſtæ.

In quo clarus videtur Textus *in §. Si vero cri-
men Auth. de Sanctiſſ. Epiſcop.* ubi Clericus con-
feſſus coram Judice Laico remittitur cum Proceſ-
ſu ad Epiſcopum, ut in judicando Epiſcopus illi
Proceſſui innitatur, & advertit Maſcardus *de pro-
bation. concluſ. 498. numer. 6. & 7.* ubi plures al-
legat Baldus *in Auth. Clericus numer. 11. Codic. de
Epiſcop. & Cleric.* ubi quod Judex Eccleſiaſticus
tenetur ſtare Actis, ſeu Proceſſui Judicis Laici ad 14
Inſtructionem, non autem ad punitionem, Fari-
nacc. *de Inquiſit. quæſt. 7. numer. 43. in fin.* Graſſ.
de effect. Cleric. effect. 1. numer. 231. & 232.
ibi — *Et intelligas, ut ad propoſitum noſtrum re-
deamus, quod Judex, cui fit remiſſio, non tenetur
ſtare Proceſſui ſibi tranſmiſſo ad effectum condemnan-
di, vel abſolvendi, ſecus ſi tranſmiſſio Proceſſus
ſit* AD INSTRUCTIONEM IPSIUS
JUDICIS *&c.* QUIA TUNC TENETUR
EXISTERE Bald. in *Authent. Clericus &c.* Fa-
rinacc. *quæſt. 7. numer. 43. in fin.* ubi aſſerit, iſtam
eſſe communiter opinionem; nec videtur poſſe dubi-
tari, quod Judex Eccleſiaſticus attendat Proceſſum
Judicis Laici in linea inſtructionis nudi facti con-
tra Clericum, ut docuit Baldus *in leg. Eos §. Su-
per iis numer. 2. verſ. Ego puto Cod. de appellat.* Pi-
gnatell. *conſult. 128. numer. 13. & ſeqq. tom. 1.* ubi
refert reſolutiones Sacræ Congregationis Genuen. *in
prax. Cur. Archiepiſcop. capit. 7. numer. 3.* & admit-
tit Spetell. *deciſ. 18. ſub numer. 10. verſ. Ceſſante
autem.*

Alia inſuper circumſtantia convincebat ſtan-
dum eſſe Actis, & Proceſſui Judicis Laici in Cu-
ria Eccleſiaſtica *ad meram probationem facti,
ſeu delicti* per Clericum patrati, quia nempe
non agebatur de proceſſu recenter facto per Fi-
ſcum Laicum, ubi facile ſit recipere, & examina-
re Teſtes ſuper delicto; ſed agebatur de Proceſ-
ſu facto quatuordecim retro annis ſuper delicto,
de quo tanquam peracto horis valde nocturnis
deponere non poterant niſi Perſonæ examinatæ in 15
Proceſſu Judicis Laici tanquam de viſu proprio,
quæ *in linea puri facti* probabant poſt tot an-
nos in ſubſidium, ubi non poterant reperiri alii
Teſtes informati de homicidio, & duo ex illis,
qui depoſuerunt in Proceſſu erant defuncti, Graſ-
ſus *de effect. Clerical. effect. 1. numer. 239.* ubi
quod iſte Proceſſus probat contra Clericum, quan-
do probationes, & Teſtes de novo recipi non
poſſent

Digitized by Google

poſſent; ut quia Teſtes eſſent mortui, quem refert
Monacell. *tom. 2. tit. 15. formul.* 8. *num.* 8. qui ta-
men hoc reſtringit ad Proceſſum contra Clericum,
qui dimiſerat habitum, & Tonſuram, confunden-
do hunc caſum diverſum cum alio ſubſidiario, ubi
aliæ probationes haberi non poſſunt, prout utrum-
que diſtinguit Craſſ. *ubi ſupra numero* 234. 236.
& 239.

Fortius autem, quando Teſtes examinati in Pro-
ceſſu Judicis Laici convincebant delictum ex con-
feſſione propria ipſius Didaci, quæ confeſſio ſem-
per urgebat, & infamabat de delicto, licet dedu-
cta eſt Teſtibus examinatis in Proceſſu nullo: quia
ſaltem poterat tali caſu Judex Eccleſiaſticus deman-
dare eorum, qui vivarent, formale examen, ſeu
repetitionem, ut concludunt Canoniſtæ *in cap. At ſi
Clerici de judic.* nempe Panormit. *numer.* 16. Felin.
num. 5. *& ſeqq.* & alii, Zuff. *de Legitim. Proceſſ.
quæſt.* 96. *numero* 16. *&* 17. Monacell. *in Formul.
tom.* 2. *tit.* 15. *formul. octava numero octavo* Farinac-
cius *de Inquiſit. quæſt.* 7. *numero* 43. *verſic. Subli-
mis a.*

Ex quibus ſimul junctis ceſſabat dubium, addita
etiam duplici circumſtantia, & primo, quia Curia
Eccleſiaſtica in ſequelam Reſcripti Sac. Congrega-
tionis pro Juſtificatione facti requiſivit Proceſſum
ab ipſa Curia Laicali; & Judex Laicus mandavit
Proceſſum eidem conſignari; & ſecundo, quia Ar-
chiepiſcopus mandavit compilari Proceſſum, prout
compilatus fuit Proceſſus quinque Teſtium Sacer-
dotum, qui de publica voce, & fama concluſe-
runt homicidium fuiſſe commiſſum a Didaco cum
omnibus circumſtantiis id convincentibus compro-
bative ad Proceſſum Tribunalis Laici, & omnia in
eo contenta; quoties autem una cum Proceſſu Ju-
dicis Laici concurrebat etiam Proceſſus Judicis Ec-
cleſiaſtici, non poterat amplius intrare quæſtio ali-
qua ſuper probatione homicidii, dum tali caſu
Proceſſus Curiæ Eccleſiaſticæ dicebatur legitimare
Proceſſum Curiæ Laicalis, & Archiepiſcopus me-
diante requiſitione Proceſſus Curiæ Laicalis, nec
non proprii Proceſſus compilatione videbatur rati-
16 ficaſſe, & pro repetitis habuiſſe Teſtes Proceſſus
Laicalis, & unum cum alio Proceſſu ſuppleviſſe
ad plenariam probationem delicti, ut probant in
terminis Zuff. *de Legitim. Proceſſ. quæſt.* 176. *n.* 20.
Monacell. *in formular. part.* 2. *tit.* 15. *formul.* 8. *n.* 8.
verſ. Et repeti poſſunt, Pignatell. *conſult.* 32. *num.* 57.
& 61. *tom.* 7.

Stante igitur probatione homicidii ſaltem in li-
nea puri facti, ut ſupra ad evidentiam probata
ex duplici Proceſſu tam Curiæ ſæcularis per Te-
ſtes de viſu, quam Eccleſiaſticæ per Teſtes de pu-
blica voce, & fama, dicebam, quod diſpenſatio
ex cauſa homicidii voluntarii nunquam erat de ge-
nere conceſſibilium; Si enim homicida etiam Sa-
17 cerdos, & Beneficiatus propter hoc horrendum
ſcelus eſt deponendus, necnon privandus Beneficiis,
cum abhorreant Sacri Canones in Jure Divino fun-
dati virum ſanguinolentum miniſtrare in Altari,
ut legitur Exod. *cap.* 21. ibi = *Si quis per induſtriam
occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab Alta-
ri meo evelles eum, ut moriatur* = & in Can.
Tabernaculum de conſervat. diſtinct. 1. ibi = *Sed
propter multum ſanguinem, quem effuderat, prohibi-
tus eſt* = & late Fagnan. *in cap. Henricus numer.*
27. *& ſeqq. de Cleric. pugn. in duell.* Abſurdum
erat, quod ſimplex Clericus, qui commiſit homi-
cidium promoveri poſſet ad eximiam Dignitatem
Metropolitanæ, & ad Ordines Sacros, & Presby-
18 terales, quos Dignitas requirit, nam ſanguinarios
homines in Eccleſia recipi, & Altari miniſtrare
abominatus Dominus, *ut in cap. Sicut dignum §.
final. de Homicid.* ibi = *Perpetuo non ſolum ab Al-
taris miniſterio deponendos eſſe cenſemus, ſed etiam
quod in Eccleſiis nullo unquam tempore lectiones le-
gant* = *& in cap. Presbyterum eodem titul.* ibi =
*Qui quendam puerum &c. percuſſit in capite, cum
poſt paucos dies expiraſſet tam ab omni Altaris
miniſterio debet perpetuo removere, quam ab Offi-*

cio Sacerdotali deponere, *& in cap. De cætero*, *&
in cap. final. de Homicid.* Barboſ. *de Poteſtat. Epiſc.
part.* 2. *allegat.* 39. *numer.* 60. Paolinoll. *deciſion.* 73.
numer. 1. *& ſeqq.* Vallenſ. *de Beneſic. lib.* 1. *cap.* 20.
num. 2. Card. de Luc. *de Penſion. diſcurſ.* 81. *num.* 17.
Leo *in Theſaurar. For. Eccleſiaſt. part.* 2. *capit.* 3.
num. 24.

Quod autem homicida voluntarius perpetuo re-
maneat inhabilis ad obtinendum Beneficium, &
Ordines Sacros diſpoſuit acerrima prohibitio Sacr.
Concilii Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de reformat.* ibi 19
= *Qui ſua voluntate homicidium perpetraverit, et-
iamſi crimen id NEC ORDINE JUDICIARIO
PROBATUM, NEC ALIA RATIO-
NE PUBLICUM, SED OCCULTUM
FUERIT, nullo tempore AD SACROS OR-
DINES promoveri poſſit, nec illi aliqua Eccle-
ſiaſtica Beneficia, etiamſi Curam non habeant Ani-
marum, conferri liceat, SED OMNI ORDINE,
AC BENEFICIO, ET OFFICIO ECCLESIA-
STICO PERPETUO CAREAT* = Attenta au-
tem hujuſmodi ſtrictiſſima prohibitione Conciliari
fundata in jure Divino, licet non dubitetur de po-
teſtate Papæ, hoc unum infallibile eſt, quod Papa
nunquam diſpenſare ſolet homicidam voluntarium,
ut poſſit ad Sacros Ordines promoveri, & ad Be- 20
neficia Eccleſiaſtica, præſertim Dignitates, ut eſt
communis opinio, de qua teſtatur Gloſſ. *in c. Sicut
dignum in verb. Conſilium de Homicid.* ibi = *Aut
committitur homicidium voluntate &c. non ſolum
non debet promoveri, ſed in perpetuum debet depo-
ni &c. ET CUM TALI NUNQUAM DIS-
PENSATUR* = ibique Hoſtien. *numer.* 14. ibi =
*Si actu voluntario committat homicidium diſtincte ir-
regularis ſiet &c. ET OMNINO EST INDI-
GNUS DISPENSATIONE* = *& in cap. Suſce-
pimus num.* 7. *de Homicid.* ibi = *Homicida volunta-
rius omnino Irregularis eſt, NEC CUM EO DIS-
PENSATUR* = Ancharan. *num.* 12. ibi = *Primo
igitur quæro, an homicida poſſint ad Ordines pro-
moveri, dicit Gloſſa, quod committitur homicidium
facto, conſilio, præcepto, & defenſione, & quocun-
que iſtorum modorum voluntarie committatur non de-
bet promoveri, & promotus debet perpetuo deponi.
NEC CUM TALI DISPENSATUR* = Specu-
lat. *in tit. de Diſpenſat. § Juſta numer.* 63. ibi =
*CURIA ROMANA NON DISPENSAT CUM
CLERICO IN HOMICIDIO VOLUNTARIO* =
Rebuff. *in prax. Beneſic. tit. de Diſpenſat. cum ter-
por. vitiat. numero* 19 ibi = *Super homicidio vero
voluntario PAPA NON DISPENSAT, maxime
quoad Altaris Miniſterium etiam in Regulari* =
Majol. *de Irregular. tit. de Homicid. lib* 5. *cap.* 48.
n. 3. ibi = *Papa cum voluntario homicida NUN-
QUAM DISPENSAT.*

Bene verum eſt, quod alii Doctores dixerunt,
Summum Pontificem cum homicida voluntario
non diſpenſare, non tamen, quod exinde detur
impoſſibilitas diſpenſandi, ſed ſolum de raro, & 21
cum difficultate præmaxima, & quando concur-
runt cauſæ graviſſimæ, ut firmat Filliuc. *oper. mo-
ral. tom.* 1. *tract.* 20. *de Cenſur. cap.* 2. *numero* 52.
ibi = *hanc irregularitatem etiam in ordine ad Pa-
pam ESSE QUODAMMODO INDISPEN-
SABILEM, IDEST VALDE DIFFICILEM
OBTENTU, neque enim ſolet concedi, niſi graviſ-
ſimis de cauſis, quod probat uſus, & congruentia,
quæ ducitur ex eo, quod homicidium ſit valde alie-
num a Divina lenitate, & miſericordia erga ho-
mines, quam tamen maxime debet repræſentare Sa-
cerdos* = Lezzan. *in Summ. in verb. Irregularitas
n.* 72. Majol. *de Irregular. dicto cap.* 48. *num.* 3. ibi =
niſi magna Cauſa intervenerit, ob quam diſpenſet =
Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 39. *numer.* 64.
ubi quod verba Concilii = *non operantur omni-
modam impoſſibilitatem diſpenſandi, ſed DIF-
FICULTATEM PRÆMAXIMAM* =
Bonacin. *opera moral. tom. primo titul. de irre-
gularitate diſputatio ſeptima quæſt.* 7. *punct. ultim.
num.* 1. ibi = *quamvis Summus Pontifex MAGNA*
S CUM

CUM DIFFICULTATE ſoleat in homicidio voluntario diſpenſare = Tabien. *in Summ. in verb. Irregularitas* 5. *num* 1. alii vero dixerunt, quod Papa ſolum diſpenſare ſolet cum eo, qui Religioſus ſit, vel eſſe velit in aliquo Mendicantium Monaſterio, ut ait Covar. in *Clem. ſi furioſus de homicid. part.*2. §.3. *numero tertio verſic. in hoc tamen* ibi = *Conveniunt omnes difficillime obtineri hanc diſpenſationem a Summo Pontifice, niſi pro eo qui Religioſus ſit, vel eſſe velit in aliquo Mendicantium Religioſorum Monaſterio* = ubi allegat Ludovic. Gomeſ. & Staphil. & concordat Piringh. *in jus Canonic. libr.*5. *titu.*5. *de homicid. ſect.*5. §.3. *numer.* 125. ibi = *ſolet autem Papa fere tantum diſpenſare cum eo, qui Religioſus eſt, vel eſſe vult in Ordine aliquo Religioſorum Mendicantium* =

In hac autem duplici opinione Doctorum, quorum aliqui dixerunt Papam nunquam diſpenſare; Alii vero non diſpenſare, niſi cum difficultate præ-
22 maxima, & graviſſimis de cauſis, vel pro Religioſo, aut qui velit fieri Religioſus in Ordine Mendicantium, Sedes Apoſtolica in praxi recepit diſtinctionem, quod in jam Promotis Papa multoties diſpenſat, nunquam vero in Promovendis, ut teſtatur Fagnan. olim Secretarius utriuſque Sacræ Congregationis tam Concilii, quam Epiſcoporum, & Regularium in *cap. Henricus numer.*34. *& ſeqq. & n.* 41. *de Cleric. pugn. in duell.* ubi diſtinguendo ait, quod licet in Promotis dari ſoleat diſpenſatio, nunquam tamen ipſe meminit fuiſſe diſpenſatum cum Promovendis in homicidio voluntario ibi = *hanc Irregularitatem jure Pontificio humano inductam fuiſſe*, *LICET CUM PROMOVENDIS IN HOMICIDIO VOLUNTARIO NUNQUAM MEMINERIM DISPENSATUM* = Monacell. *in formul. for. Eccleſ. tom.*4. *in ſupplement. ad tom.*2. *num.*321. *fol.*66. ubi conſiderando obſtaculum Concilii Tridentini, hæc ait, ibi = *Quarto quia hodie Irregularitas, quæ provenit ex homicidio voluntario, præſertim publico*, *EST INDISPENSABILIS ADEOUT ETIAM PAPA ABSTINEAT A DISPENSATIONE. ET RARISSIME, VEL NUNQUAM REUM HABILITAT attenta diſpoſitione* Concilii *ſeſſ.*14. *cap.* 7. *de reformat.* = Rol. *de Execut. Litter. part.*1. *cap.*6. *n.*343. ibi = *in his diſpenſationibus, ſeu abſolutionibus notandum eſt, quod quando homicidium eſt voluntarium difficillime diſpenſatur per Sedem Apoſtolicam, & facilius cum Promoto*, *CUM PROMOVENDO VERO QUASI NUNQUAM, UT OBSERVANT PRACTICI, ET EGO SICUIDI OBSERVATUM IN CURIA.*

Et juxta hanc opinionem, quæ viget in praxi, cum Promovendis non conceditur diſpenſatio ad
23 Sacros Ordines, aut Beneficia Sacrum Ordinem annexum habentia, ut de ſtylo teſtatur Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.*4. *cap.*1. *num.* 14. ibi = *ſic etiam praxis iſta ſervatur in diſpenſatione ſuper homicidio per Clericum prima tantum Tonſura patratum, quo caſu committitur Ordinario, ut ſecum diſpenſet quoad uſum Clericalis characteris, illiuſque privilegiorum, & ad quatuor minores Ordines, ac ad ſimplicia, ſeu alias ſine cura, & Sacrum Ordinum non requirentia Beneficia Eccleſiaſtica tantum, vel CITRA DISPENSATIONEM, & ASCENSUM AD SACROS ORDINES, ET BENEFICIA CURATA, AUT ALIAS SACRUM ORDINEM ANNEXUM HABENTIA* = & concordat Nicol. *in Floſcul. in verb. Irregularitas ſub num.*20. Amayden. *de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*13. *n.*7. ibi = *hæc narrativa eſt neceſſaria, ut ex ea appareat homicidium expoſitum eſſe caſuale, non voluntarium*, *NAM IN VOLUNTARIO NON DISPENSATUR SALTEM QUOAD ORDINES*, *juxta diſpoſitionem* Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *& numer.* 27. *circa fine* ubi *numer.* 29. refert caſum homicidii multum excuſabilis, in quo Sacra Congregatio adhuc Diſpenſationem denegavit, & concordat Matam. *reſponſ.* 67. *numero decimo ſexto tom.* 4.

Quæcunque iſtarum opinionum accipiatur, certiſſimum eſſe mihi videbatur, quod Didacus tanquam homicida voluntarius non eſſet diſpenſabilis, neque dabatur exemplum, aut caſus conceſſæ Diſ- 24
penſationis cum hujuſmodi homicida ad effectum ut promoveri poſſit ad Ordines Sacros, vel Beneficia Ordines Sacros ſibi annexos habentia, juxta opinionem quæ habetur in praxi firmatam ex communiori opinione Doctorum, de quibus ſupra, ea ratione, quod iſte appellatur maximus gradus Diſpenſationis, ut ait Fagnan. *in dicto capit. Henricus numer.* 24. ibi = *tres ſunt gradus Diſpenſationis; primus cum diſpenſatur in aliquo homicidio voluntario, ut miniſtret in Minoribus Ordinibus; ſecundus cum diſpenſatur, ut miniſtret in Majoribus; tertius cum diſpenſatur in eo*, *QUI NON EST PROMOTUS, ET HIC EST MAXIMUS GRADUS DISPENSATIONIS* = Unde merito non conceditur, nec concedi ſolet hujuſmodi Diſpenſatio in gradu maximo, juxta praxim, & ſtylum Sedis Apoſtolicæ, quæ probat voluntatem Summi Pontificis; nam qualis eſt praxis, & ſtylus Datariæ, & Sedis Apoſtolicæ, talis eſt voluntas Pa- 25
pæ, & quod fieri non ſolet, dicitur impoſſibile, ut firmant Cardin. de Luca *de Juriſdict. diſcurſ.* 7. *&* 24. *ſub numer.* 13. Rot. *deciſ.*603. *numer.* 28. *& ſeqq. part.*5. *& deciſ.*107. *num.*10. *part.*8. *recentior. & in Colonien. Canonicatus* 7. *Decembris* 1725. §. *Ita*, *&* 1. *Julii* 1726. §. *Attentis potiſſimum*, cor. R. P. D. Nunez.

Immo ſi attendatur etiam opinio in genere aliorum Doctorum, de quibus ſupra, dicentium, Diſpenſationem hanc non concedi per Papam, niſi cum difficultate præmaxima, aut rariſſime, & graviſſimis de cauſis, adhuc, juxta hanc opinionem non percipiebam, quomodo prætenderetur adeo exorbitans Diſpenſatio, dum non conſtabat de his graviſſimis cauſis, quæ tales dicuntur, ubi reſpiciunt utilitatem publicam; In caſu autem iſto nulla concurrebat cauſa imaginabilis nec publica, nec privata, nec maxima, nec minima, in qua fundari poſſet exorbitantia gratiæ adeo maximam difficultatem habentis, urgente ſemper illo notabili, Fagnan. dicto *in allegato cap. Henricus num.*41. nempe quod = *cum promovendis in homicidio voluntario nunquam meminerim diſpenſatum.*

Immo advertebam urgere cauſam gravem non diſpenſandi in ſtatu, in quo Didacus reperiebatur, quia aderat inimicitia cum conſanguineis occiſi, qui 26
nunquam pacem dare voluerant: aderat Sententia mortis Curiæ Laicalis una cum ſupradicto Proceſſu Curiæ Eccleſiaſticæ; In his autem circumſtantiis incongruum, & inauditum prorſus erat, quod iſte homicidii Reus prætenderet Diſpenſationem pro conſpicua Dignitate obtinenda in Eccleſia Metropolitana, quia cum Inſtantia de jure Canonico ſit perpetua etiam in materia, & judicio Criminali, 27
Berous *conſil. primo numer.* 17. *libr.*3. Fagnan. *in cap. Venerabilis numer.* 2. *de judiciis*, Fenzon. *ad Statut. Urb. cap.*8. *num.*20. Scacc. *de judic. libr.* 2. *cap.* 2. *num* 37. Antonell. *de tempor. legal. libr.* 12. *cap.*51. *numer.*7. Card. de Luc. *de Juriſdict. diſc.*12. *num.* 4.

Inde ſequebatur, ut dare novam proviſionem cum hujuſmodi exorbitanti Gratia Diſpenſationis eſſet periculoſum genus promotionis in grave detrimentum, & dedecus Eccleſiæ Metropolitanæ, & Ordinis Eccleſiaſtici, dum ad inſtantiam conſanguineorum occiſi Tribunal Laicum procederet ad capturam condemnati in pœnam capitis, & videremus promotum ad Dignitatem collocatum in Carceribus Curiæ, & in periculo ultimi ſupplicii; Si vero Curia Eccleſiaſtica contenderet cauſam avocare, intraret periculum captoræ tam reſpectu unius, quam alterius Curiæ; interim coacto Didaco fugam arripere deſerta penitus Eccleſia, & Juſtitia ſic exigente, quando ex defectu Juriſdictionis Curia Eccleſiaſtica vinceret pro avocatione Cauſæ, & confectione Proceſſus, jam delictum eſſet in aperto, quia Proceſſus Eccleſiaſticus nullam

habe-

Digitized by Google

haberet exceptionem, & in iſto Teſtes Proceſſus Laici, exceptis Teſtibus mortuis, repetendi forent, & ſic eſſet mittere ad Eccleſiam adeo Inſignem unum Clericum non ſolum proceſſatum, ſed etiam exiſtentem ſub periculo ultimi ſupplicii inflicti per Curiam Laicalem, aut renovandi per ſententiam Judicis Eccleſiaſtici cum privatione Beneficiorum, & Dignitatum, & Bonorum; cum in fortioribus receptum ſit, quod ubi Reus de homicidio non
28 ſit definitive abſolutus, ſemper poteſt ex novis indiciis iterum moleſtari, quamvis fuiſſet abſolutus cum clauſula = *ex hactenus deductis* = quemadmodum communiter firmarunt Farinacc. *q.*4. *num.*23. Lotter. *de re Benefic. lib.*2. *quaſt.*31. *num.*145. *uſque ad* 149. Pignatell. *conſult.* 19. *n.* 9. *tom.*7. Chartar. *deciſ. Criminal.* 72. *n.*79. Rot. cor. Bich. *deciſ.*653. *num.*15. *&* *deciſ.*669. *n.*14. & cor. Priol. *deciſ.*94. *num.* 5.

In quo ſane rerum diſcrimine non adeſt caſus, nec exemplum, quod unquam conceſſa fuerit Diſpenſatio, quia = *non eſt prudentia promovere eum, qui poteſt cras pro eodem delicto ad Carceres revocari, prout ſupervenientibus novis indiciis poſſe ad*
29 *Carceres illum revocari, & pro delicto moleſtari, probant* Farinac. &c. Cabal. &c. Chartar. Rot. = quæ ſunt verba Raynald. *obſerv. Crimin. tom.* 4. *in ſupplem. ad cap.*32. *ſupplet.*7. *num.*241. & conferri Pignatell. *conſult.*19. *num.*5. *tom.*7. & probat praxis in hac materia recepta, quod in hujuſmodi caſu diſpenſationis quoad Promotos fieri ſolet expreſſio,
30 quod Orator habuit pacem cum hæredibus Defuncti, ac Fiſcum concordavit, ut notat Ruſ. *de execut. litter. p.*1. *cap.*6. *n.*345.

Neque aliter Sacra Congregatio Concilii procedere ſolet, ut, omiſſis aliis exemplis, ſervatum fuit
31 *in S. Severina*, ubi Sacra Congregatio denegavit diſpenſationem Sacerdoti, qui habebat ſententiam abſolutoriam cum clauſula = *ex hactenus deductis* = ſuper aſſerta complicitate in homicidio, & aliam ſententiam in Urbe latam, quæ eum dimittendum eſſe definiverat, & relaxandum cum cautione de ſe repræſentando: & Sacra Congregatio denegavit illi licentiam celebrandi Miſſam, eo quia vigebant adhuc jura Fiſci novis ſupervenientibus indiciis, *ut ex Reſolutionibus* 12. *Januarii*, *&* 13. *Aprilis anni* 1626. quæ dantur infra *n.*36.

Sic etiam in una *Uratiſlavien.* quidam ex cauſa homicidii ſibi falſo objecti propter quod fuit in contumaciam ad ſententiam Capitis damnatus, ſupplicavit Papæ pro Diſpenſatione ad effectum,
32 ut ad Sacros Ordines promoveri poſſet; & Sacra Congregatio audito Ordinario, qui eum innocentiſſimum eſſe retulerat, & pro Diſpenſatione Votum ſuum dederat, non aliter concedere voluit Diſpenſationem, ſed reſcripſit = *reportata revocatione ſententia, ſupplicet pro diſpenſatione ab Irregularitate: ut ex reſolutione* 19. *Auguſti* 1724. quæ datur infra *n.* 36.

Opponebatur inutiliter, quod ageretur de jure quæſito amittendo, nempe de Gratia facta cum notabili diſpendio, quod ſane erat æquivocum, dum ſtante nullitate primæ Proviſionis, Didacus petebat novam Proviſionem cum Diſpenſatione, quæ erat Gratia facienda, & conſequenter jus quærendum, non vero quæſitum; nunquam enim dicitur jus quæſitum, quod adhuc pendet ſub Judice, an ſit concedendum, vel non, juxta Text. *in d. cap. Omnipotens de accuſat. & in leg. Reus Cod. de Reis po-*
33 *ſtulant. libr.*11. & plene Gonzal. *in cap. Omnipotens de accuſat.* & Textus *in Can. infames* 6. *quaſt.* 1. Lotter. *de re Beneſ. lib.*3. *q.*33. *n.*59. *& ſeqq.* Rot. *dec.*323. *n.*20. *par.*16. *rec.*

Textus *in cap. accedens de accuſat.* retorquebatur, etiamſi concurreret ſimplex diffamatio; nam primo loquitur de eo, qui habebat jus quæſitum in Beneficio, quod ei collatum fuerat, & ſecundo dicit, quod executio Collationis adhuc dari non deberet, ſi ille *de homicidio publice fuerit diffamatus*, quo caſu attenta diffamatione etiam in jure quæ-
34 ſito non poteſt dari executio, ſed abſtinendum eſt; fortius ergo reſpectu ejus, qui non habet jus quæſitum, mediante legitima collatione, ut inquit Gloſſa *in dicto cap. accedens in verb. publice*, ibi = *hæc alia ratio eſt, quia jam fuerat Inſtitutus per Dominum Papam, nec deerat ſibi niſi ſola poſſeſſio, unde mitti debet in poſſeſſionem, niſi eſſet publice infamatus, propter quod differtur, quia etiamſi jam eſſet in poſſeſſione, propter tantam infamiam, & ſcandalum deberet ſuſpendi uſque ad purgationem: ſed ubi non eſt infamatus, non debet differri executio, ſecus in iis, qui adhuc non habent plenum jus.*

Propoſita hac Cauſa, in qua ſcribebam, ut ſupra, Sacra Congregatio reſpondit = *Iterum proponatur* = *de menſe Septembris* 1726. Sed in ſubſtantia omnes Eminentiſſimi Votantes cenſuerunt, quod in ſtatu, & terminis, in quibus iſte Clericus reperiebatur, non eſſet de novo providendus, 35
& diſpenſandus, dum medietas Votorum reſpondit *negative* quoad novam Proviſionem cum Diſpenſatione; altera vero medietas reſpondit, quod *Didacus ſe conſtituat in Carceribus*, ex quo ſuſtinebatur pro ejus parte, quod non commiſiſſet homicidium; inde tenebatur probare hanc ſuam innocentiam contra Proceſſum, & Sententias Curiæ Laicalis, & contra alium Proceſſum Curiæ Eccleſiaſticæ probantem delictum de publica voce, & fama; & propterea Didacus per Concordiam ceſſit omni juri ſuo ad favorem Ferdinandi Impetrantis, qui obtinuit Proviſionem Apoſtolicam.

S. SEVERINÆ.

SAcerdos Leonardus Cscutri uſque de anno 1710. inquiſitus de complicitate in homicidio, & Sententiam abſolutoriam reportavit ab Ordinario cum clauſula *ex hactenus*.

In ſequelam hujus Reſcripti Sacerdos Miſſam celebravit ſpatio 15. annorum; Reaſſumptaque Cauſa ad Auditorem Cameræ revocata fuit 1723. Sententia in Partibus lata = *Ex hactenus deductis &c.*

Sacerdos ſponte ſe conſtituit in Carceribus Urbis, diſcuſſaque Cauſa die 28. Junii 1725. publicata fuit Sententia, in qua dictum fuit, eum dimittendum eſſe, & relaxandum cum cautione de ſe præſentando in ſumma ſcutorum biſcentum, & proviſum, ne oriantur ſcandala, eidemque inhibendum, ne accedat ad Civitatem, & Diœceſim Sanctæ Severinæ ſub pœnis etiam corporalibus.

Poſt emanatam hanc Sententiam Orator ſupplicavit pro licentia Miſſam celebrandi, auditoque Domino Florellio, hic ſenſit non eſſe locum petitæ licentiæ *ratione publica diffamationis, & vigere adhuc jura Fiſci reaſſumendi infra biennium Inquiſitionem, novis ſupervenientibus Judiciis.*

Cohærentes ad hæc in Congregatione habita die 22. Junii 1726. reſponſum fuit *lectum*, cumque Sacerdos renovet preces in præſenti, reſcriberem *In Decretis.*

Die 13. Aprilis 1726. *In Decretis.*

ULADISLAVIEN.

DUplici Irregularitate irretitus Boguslaus Somlcbi Uladiſlavien. ex cauſa Bigamiæ, ſcilicet eo quia duas duxit Uxores Viduas, & ex cauſa homicidii ſibi falſe objecti, propter quod fuit in contumaciam ad Sententiam Capitis damnatus; Supplicavit Sanctiſſimum Dominum Noſtrum pro diſpenſatione, ad effectum, ut ad Sacros Ordines promoveri poſſit; Remiſſiſque a ſede ſua precibus ad hanc Sacram Congregationem, auditoque Ordinario Uladiſlavien. ipſe omnia expoſita comprobavit, atque Oratorem eſſe Innocentiſſimum, & fuiſſe in tantum ad pœnam Capitis in contumaciam damnatum, in quantum voluit ex ſolo amore proximi non revelare, concludendo tamen poſtremo exorat idem Ordinarius, ut petita Diſpenſatio concedatur, cum Orator extrema inopia

laborat, & ſcientia, morumque probitate adeo præſtiturus ſit, ut Eccleſiæ futurus ſit utilis, & neceſſarius.

Die 19. Auguſti 1724. *reportata revocatione Sententiæ ſupplices pro Diſpenſatione ab Irregularitate*,

VALLISOLETANA PRIORATUS.

ARGUMENTUM.

Electio ſuſtinetur, non obſtante excluſione Vocalis, qui proſecutus non eſt contemptum ſuum; quaſi poſſeſſio eligendi non acquiritur ex admiſſione ad Capitulum cum proteſtatione. In electione ſecreta Vocalis dubius non eſt admittendus, etiam cum proteſtatione ad *Text. in cap. Cumana de elect.*.

SUMMARIUM.

1 *Laudabilis eſt mutatio Sententiæ, & correctio ſui ipſius.*
2 *Ordinarius Judex poteſt revocare Sententiam ſuam.*
3 *Præſumptio eſt pro validitate actus.*
4 *Pertinet ad Oppoſitorem probare nullitatem electionis.*
5 *Hæc præſumitur valida, ſi fuit confirmata.*
6 *Confirmatio eſt quædam Sententia.*
7 *Præſumptio eſt pro Juſtitia Sententiæ.*
8 *Veritas ex plurimorum Sententiis invenitur.*
9 *Judex quantum fieri poteſt ſuſtinere debet electionem factam, & confirmatam.*
10 *Poſſeſſor juris eligendi manutenendus eſt, alias caſſatur electio facta eo excluſo.*
11 *Poſſeſſor juris eligendi non eſt ſpoliandus, niſi defectus proprietatis ſit clarus, & quando talis ſit.*
12 *Sententia eſt nulla, ſi fuerit prius ſententiatum, quam probatum*, vide n. 54.
13 *Electio facta Vocali contempto non eſt nulla ipſo jure, ſed ſolum annullanda ad ejus inſtantiam.*
14 *Non autem ad inſtantiam alterius, immo nec etiam Officio Judicis.*
15 *Electoribus currit novus terminus a die notitiæ renunciationis primi Electi.*
16 *Approbatio Sententiæ reſultat ex ejus ſcientia, & non reclamatione.*
17 *Se ſubjiciens Judicio Judicis, qui ſententiavit, non dicitur appellaſſe.*
18 *Vocalis contemptus dicitur acquieviſſe, etiamſi reclamet ab initio, ſi non ſequatur contemptum.*
19 *Vocalis contemptus non auditur poſt Electionem confirmatam.*
20 *Appellatio contra Electionem non ſuffragatur lapſo termino decennii.*
21 *Standum eſt relationi Secretarii, & Officialis publici.*
22 *Acclamatio Electi ratificat Electionem.*
23 *Qui acceptavit Electionem, non poteſt eam amplius impugnare.*
24 *Electioni contradicendum eſt ab initio, & intra decennium.*
25 *Mendax in uno mendax in omnibus.*
26 *Jus eligendi pertinet ad ſolos Religioſos ejus Conventus, de cujus gremio exiſtunt.*
27 *Monachus ad alterum Monaſterium translatus non habet vocem in Capitulo primi Monaſterii, amplia ut ibi.*
28 *Libri Conventus plene probant contra Religioſos.*
29 *Officialibus plena fides præſtanda venit.*
30 *Liber adminiculatus ex Teſtibus plene probat.*
31 *Judicis non creditur ad ſuſtinendam propriam Sententiam; & quando ſecus.*
32 *Reſpondere recuſans videtur cognoſcere veritatem rei, ſuper qua interrogatus eſt.*
33 *In præjudicium occultantis probationes iſtæ habentur pro factis.*
34 *Poſſeſſio eligendi non acquiritur ex Electionibus ineffectuatis pro non acceptationem Electi.*
35 *Vocalis admiſſus ad eligendum cum proteſtatione non acquirit poſſeſſionem*, & n. 36.
37 *Actus proteſtatus impedit quaſi poſſeſſionem.*
38 *Et probanda eſt proprietas.*
39 *Jus eligendi Regularibus competit non jure privato, ſed a Sede Apoſtolica.*
40 *Admiſſus per Capitulum ad eligendum non acquirit quaſi poſſeſſionem legitimam, & quando*, declara, ut n. 41.
42 *Vocalis qui ſit amens dubius admittendus eſt cum proteſtatione.*
43 *Secus Vocalis, qui eſt dubius ratione proprietatis, & poſſeſſionis.*
44 *In Electione ſecreta Vocalis dubius non eſt admittendus cum proteſtatione.*
45 *Præſes Capituli debet legitimare Vocales.*
46 *Et excludere Vocalem, cui obſtat inhabilitas ſubſtantialis, non autem culpabilis; & qualis ſit una, vel altera.*
47 *Qui non habet habilitatem ſubſtantialem, non dicitur privari, ſi excludatur ab Electione.*
48 *Quando requiratur quaſi poſſeſſio eligendi per conſuetudinem præſcriptam.*
49 *Caſſanda eſt Electio, in qua votavit Vocalis dubius, qui jus votandi non habebat; & quando ſecus.*
50 *Præſes Capituli poteſt excludere Vocalem dubium declarando eum inhabilem, non autem Capitulum.*
51 *Privationes Vocum non attenduntur, niſi præceſſerint per menſem ante Electionem.*
52 *Electio eſt nulla ob admiſſionem Vocalis inhabilis.*
53 *Conſtitutio Ordinis Prædicatorum, quod inſtante Electione nullus ſit privandus voce, & Statutum Capituli Toloſani, quomodo intelligantur.*
55 *Provincialis in Ordine Prædicatorum habet facultatem declarandi Vocalem eſſe inhabilem.*
56 *Proteſtationes factæ per eos, qui ſe prætendunt Vocales, quando inducant, vel non caſſationem Electionis.*
57 *Provincialis habens facultatem mittendi Vicarium ad præſidendum in Capitulo in certis caſibus poteſt extra illos eum mittere ſine Voto.*
58 *Etiam extraneus poteſt admitti in Capitulo ſine Voto.*
59 *Standum venit declarationi Delegantis.*
60 *Quod factum fuit attendi debet, non quod aliter fieri poterat.*
61 *Qui habet auctoritatem Ordinariam poteſt delegare juriſdictionem.*
62 *Præſes Electionis poteſt eam confirmare.*
63 *Præſes Capituli quam facultatem habeat.*
64 *Quæ facultas ſit illi delegabilis per Provincialem.*
65 *Auctoritas confirmandi Electionem involvit etiam auctoritatem alia annexa faciendi.*
66 *Recurſus ad Judices Laicos quando non ſit illicitus.*

DISCEPTATIO CLV.

SCribo veritatis impulſu, non defenſionis, linguæ juſtitiæ, & non affectionis inter Partes mihi, neque amore, neque injuria cognitas ſuper cauſa electionis, quam de Priore Conventuali Monaſterii Sancti Pauli fecerunt Vocales, approbavit Conſilium Sapientiorum Patrum Collegii Salmanticenſis, Hiſpaniæ autem Provincialis confirmavit; Quamvis enim Reverendiſſimi, &

omnium

Digitized by Google

omnium conſenſu integerrimi Superioris Generalis judicium pro hujuſmodi electionis caſſatione inclinaverit, gaudeo tamen cauſam eandem tanti Viri iterum ſubire cenſuram, iterum revocare diſcuſſionem, tanquam ejus, qui tota plaudente Curia acclamatus, recti Cuſtos inviolabilis, & vere cognatam æquitati, & docilitati mentem indutus, ſi humana ratio convincat, ſeſe conformare non erube-
1 ſcit cum ſenſu Imperatoris Juſtiniani, qui habetur in Auth. *de Nuptiis* §. *Nos autem*, ibi = *Exiſtimavimus autem oportere nunc Conſiliis perfectioribus cauſam conſiderantes, etiam quædam corrigere, non alterum ſolummodo, ſed etiam QUÆ A NOBIS IPSI ſancita ſunt, non enim erubeſcimus, ſi quid melius etiam horum, quæ ipſi prius diximus, adinveniamus, hoc ſancire, & competentem Prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare corrigi legem* = quod notabile dictum extollit Rota *in firmana Juriſpatronatus* 21. *Aprilis* 1704. §. *Nunquam*, coram bon. mem. Muto.

Neque de cætero dubitari poteſt, quo minus Judex Ordinarius gravamen a ſe illatum, etiam pendente appellatione, revocandi poteſtatem habeat, quemadmodum ex doctrina Franchi *in capit. Cum ceſſante ſub n.*14. *&* 16. *de appellat.* deducit Lancellott. *de attentat. part.*2. *cap.*12. *limit.*4. *num.* 7. Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 19. *remed.* 1. *concluſ.*6. *ſub n.*59. *verſ. Quia reſpondeo*, & videtur
2 Textus apertus *in cap.Si a Judice de appellat. in* 6. eoque facilius, ubi ſententia Judicis Ordinarii juridicum patiatur defectum citationis, per ea, quæ probat Scacc. *de ſentent. & re judic. gloſſ.*14. *q.*26. *n.*1. *& ſeqq.*

Aggrediendo itaque examen electionis, præmitto duas Regulas elementares ante oculos Judicis habendas, quarum prima conſiſtit in præſumptione,
3 quæ regulariter aſſiſtit pro validitate cujuſcunque actus humani per Textum *in l. Quoties ff. de reb. dub. & l. Quoties ff. de verb. oblig.* quod late exornat, & ampliat Barboſ. *axiom.*12. *num.* 17. *& ſequent.* & quantum ad rem noſtram electionis validitas de jure præſumitur, ita, & taliter, quod non
4 electo onus probandi validitatem, ſed oppoſitori onus nullitatem electionis probandi pertinere ſit communis aſſertio, de qua Lapus Abbas in *capit. Licet Epiſcopus n.*3. *& ſeqq. de Prabend. in* 6. ibique Geminian. *num.*12. Paſſerin. *de election. cap.*32. *num.*69. Rota *dec.* 289. *num.* 25. *&* 26. *part.* 6. *& dec.*244. *num.*34. *part.*8. *recent. & in Albaracinen. Canonicatus* 10. *Maii* 1700. §. *Sed antequam*, coram bon. mem. Molines impreſſa apud Me *Diſcept. Eccleſ.* 4. *n.* 127.

Altera æque valida juris regula eſt, quod talis electio majorem pro ſe obtinet præſumptionem pro validitate, quoties etiam confirmata reperitur per
5 legitimum Superiorem, cui jus confirmandi pertinet; ut eſt Hiſpaniæ Provincialis, tunc enim eo magis valida præſumitur electio ſive ex parte formæ, ſive ex parte perſonæ; nam jura noſtra præ-
6 ſumunt pro qualibet ſententia Judicis, & ſic etiam pro Confirmatore, qui rite, & recte præſumitur ad confirmationem proceſſiſſe; confirmatio enim quædam ſententia eſt, ut ait Paſſerin. *de elect. cap.* 32. *num.* 32. omniſque ſententia præſumitur ju-
7 ſta, & ad juſtitiæ terminos prolata per Text. *in cap. Bona de election.* ibi = *Pro his, quæ a Judice ſunt acta præſumitur, quod omnia rite fuerint celebrata* = præcipue ubi confirmatio proceſſit re maturius examinata de Conſilio, & voto duodecim graviorum Patrum Collegii Salmanticenſis, quia
8 ſecundum Sacros Canones veritas apud multos facilius invenitur, & integrum eſt judicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur, ut ait Cœleſtinus Tertius *in cap. Prudentiam de offic. Delegat.* & Innocent. Papa in Can. *de quibus diſtinction.* 20. *& in Can. extra conſcientiam diſt.*64. Hinc dicit Imperator, quod per ampliores homines perfectiſſima veritas revelatur *in leg. Quæſtionem Cod. de fideicommiſſ.* quod ſequuntur gloſſæ juris Canonici *in dicto Can. de quibus in verbo pluribus diſtinction.* 20. *& in Can. extra conſcientiam in verbo plurimorum diſt.*64. *& in cap. Prudentiam in verbo plurimorum de offic. Deleg.*

His generalibus præmiſſis apud Me certum videtur, quod ut deſtruatur duplex hæc præſumptio, quæ aſſiſtit tam electioni, quam confirmationi, requirantur vitia, & defectus tales, qui nullam patiantur dubietatem, ſed manifeſtiſſimis, & liquidis probationibus convincantur; alias enim recedendum non eſt a regula, quæ inſinuat Judici validitatem actus, 9
& quæ Judicem movere debet, ut quantum fieri poteſt actum ſuſtineat, & valide factum interpretetur, ut in præciſis terminis electionis confirmatæ, ex profeſſo tradit Lezzan. *oper. moral. tom.*4. *conſult.*53. *n.*67. *& ſeq.* Rot. *dec.*13. *n.*2. *de conceſſ. prabend. in antiq.* Amyden. *de ſtyl. Datar. cap.*15. §. 6. *num.* 54. Rot. cor. bon. mem. Anſald. *dec.*61. *n.*13. *&* 14. *& in rec. dec.*476. *n.*1. *&* 2. ubi quod plena requiritur, ac concludens probatio contra præſumptam validitatem electionis *part.*19. *tom.* 2.

Inclinantibus tot regulis pro validitate actus, videndum eſt qualia ſint vitia, & defectus, quibus infecta ſupponitur controverſa electio, ut exinde corruat acceſſoria ejus confirmatio; Et ſane majorem oppoſitionem video fundari in excluſione P. Voxmediano a jure votandi in Capitulo ex defectu boni juris, ſeu proprietatis, ex quo ſcilicet ille non fuiſſet aſſignatus in Conventu S. Pauli, neque idcirco eſſet de gremio Capituli Conventualis; Dicitur enim quod cum ipſe reperiretur in quaſi poſſeſſione votandi in eodem Capitulo Conventuali in duabus præcedentibus electionibus, non potuerit occaſione novæ electionis excludi ab intereſſendo, & votando in Capitulo; quia Poſſeſſor eſt manutenendus, quamvis in judicio proprietatis legitimo titulo deſtitutus foret, juxta deciſionem Text. *in cap. Cum Eccleſia* 10
Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & proprietar. ubi caſſata fuit electio facta per Canonicos Eccleſiæ Sutrinæ, excluſis Clericis, qui votaverant in tribus præcedentibus electionibus, & allegantur in Concordantes Poſth. *de manuten. alleg.* 42. *an n.* 74. *ad plur. ſeqq.* Barboſ. *vot. dec.* 106. *num.* 65. idque procedere ſupponitur etiam in electore dubio, qui adhuc ratione dubietatis excludi non valet ab eligendo, ſed debet admitti cum proteſtatione, juxta doctrinam Paſſerin. *de elect. cap.*14. *n.* 47.

Hoc tranſire dicitur in majorem evidentiam, ex quo creditur non adeſſe in P. Voxmediano defectum proprietatis ita clarum, & manifeſtum, ut nullam admitteret rationem dubitandi, in quibus terminis applicatur ſubalterna concluſio, quæ dictat eo minus ſpoliandum eſſe Poſſeſſorem jure ſuffragii, quando 11
defectus proprietatis non reſultat ex illo trino genere probationis, re ſcilicet judicata, publico Inſtrumento, aut confeſſione Partis, ut relatis concordantibus habetur apud Rot. *in Mutheranen. Parochialis* 11. *Januarii* 1712. §. *Quod autem*, coram Eminentiſſimo Falconerio, *& in Piſana Prioratus* 11. *Aprilis* 1712. §. *Atque ad ipſum*, *& in Bononien. Beneficiorum de Caſtello* 12. *Decembris* 1712. §. *Abſque eo quod*, coram R. P. D. Criſpo.

Dicitur etiam haberi non poſſe pro re judicata ſententiam Provincialis declaratoriam non juris Patris Voxmediano tanquam inaudita Parte latam, & expreſſe reclamatam per eundem P. Voxmediano ante electionem, addendo, quod ſine probatione lata fuerit ſententia, ex quo poſtea Vicarius miſſus per Provincialem ad præſidendum electioni quæſivit probationem ex ore ipſius Patris Voxmediano, illum interrogando, ut reſponderet, an eſſet aſſignatus Conventui Zamoren. aut Sanct. Pauli ſub præcepto cum comminatione excommunicationis, cui interrogationi ipſe reſpondere recuſavit dicendo ſe reſponſurum Patri Provinciali; ex hoc enim, & nonnullis Teſtibus deinde examinatis ad probandam aſſignationem hujus Religioſi in Conventu Zamoren. dicunt oppoſitores ſententiam Provincialis nullam, & injuſtam, ex quo fuerit prius ſententiatum, quam probatum contra expreſſum Text. *in Can. primo ſemper* 2. *q.*1. ibi = *primum probate, & poſtea charitati*

rativam ſententiam proferre = & dicit Rot. *in Cremonen. Beneficii 14. Maji 1706 §. Ex quo facto*, cor. bon. mem. Kaunitz.

Et denique, omiſſis aliis levioribus, addunt Oppoſitores non ſubſiſtere illam peremptoriam exceptionem, quod Pater Voxmediano acquieverit, quia nemo alius præter Vocalem contemptum agere poſſit ad annullandam electionem, quia reſpondent hujuſmodi Religioſum ſemper reclamaſſe tam ante electionem, quam poſtea, tam ab illa, quam ejus confirmatione, prout juſtificant ex quadam atteſtatione Fr. Joannis Religioſi Conventualis S. Pauli, qui ſe appellavit Secretarium electionis.

Hæc omnia in compendio ſunt, objecta, ſuper quibus Oppoſitorum intentio revolvitur pro uno ex principalibus vitiis controverſæ electionis; Ego autem reflectendo ad veritatem, his non obſtantibus in contrariam ſententiam inclino, & abſolute cenſeo, non poſſe ex hoc capite invalidari, aut invalidam declarari electionem, & duplici moveor fundamento.

Primum meo judicio ſolidum, ac legaliſſimum videtur, quod excluſio Vocalis etiam legitimi nunquam de jure apta ſit nullam reddere electionem,
13 niſi eo volente, & proſequente contemptum ſuum, unde moventur Doctores ad communiter aſſerendum, quod electio facta excluſo aliquo Vocali de jure non excludendo, non eſt ipſo jure nulla, ſed tantum ope exceptionis caſſanda, & annullanda ad illam inſtantiam Vocalis excluſi, juxta Text. *in c. Quod ſicut de elect.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. prima cap.19. num.115.* Lavor. *var. lucubr. tom.1. tit. quarta cap 17. numer.17.* Peyrin. *de offic. ſubdit. Regul. tom.1. quæſt.1. cap.31. §. Noto ſecundo verſ. Et ideo electionem* Rot. coram Coccin. *dec. 2021. numer. 37. & 38.* & cor. bon. mem. Anſald. *dec.52. num.16. & dec.86. n.8.*

Quæ concluſio eo uſque protenditur, ut locum habeat excluſive ad omnes alios nedum Capitulares, quibus prohibitum eſt proſequi contemptum alterius Vocalis contempti, ſed etiam excluſive ad
14 ipſum Judicem, qui neque ex officio talem habet facultatem deveniendi ad caſſationem electionis propter hunc, vel illum Vocalem, qui ad votandum non fuerit admiſſus; eſt enim intereſſe privatum, & perſonalis exceptio ipſius Vocalis contempti nequaquam alteri communicabilis, neque ab altero etiam Judice allegabilis, juxta ſingularem theoricam Panormit. *in cap. In geneſi num. 10. de elect.* ibi = *Præterea dico, quod nec Adverſarii, nec Judex ex officio ſuo poſſit allegare contemptum, ex quo ille, qui fuit contemptus TACET, quia cum hoc caſu agatur de favore privato, non autem publico; non poteſt Judex ſupplere ex officio ſuo &c. quod autem hoc concernat commodum privatum, & non publicum, probo ex eo, quod ipſe contemptus poteſt ratificare electionem &c. quod non poſſet ſi verſaretur ibi publica utilitas, quia non poteſt quis renunciare juri introducto in favorem publicum &c. ad hoc facit gloſſa &c. quæ dicit, quod mortuo Canonico contempto non poteſt amplius allegari contemptus, etiam per ſucceſſorem in Canonicatu; Item quemadmodum Canonicus poteſt a principio non intereſſe electioni, ita poteſt ex poſt facto contemptum non proſequi, & ſi ipſe non curat, nec Judex curare debet, quare ergo puta, quod ſolus contemptus poteſt allegare contemptum ad effectum, ut retractetur electio, dum nec Judex, nec alii de Capitulo, ILLO TACENTE, poterunt contemptum allegare.*

Quam Doctrinam veluti ſolidis principiis innixam communiter referunt, & ſequuntur Canoniſtæ, ut omnes Sigiſmondus *de elect. dub 9. num. 3.* Caſtellin. *eodem tractat. cap.8. num. primo* Donat. *in prax. quæſt. regul. tom.2. tractat 4. quæſt 21. num. quinto* Paſſerin. *de elect. cap.11. num. 120.* Rot. coram Buratt. *deciſ.351. num.4. & in recentior. deciſ.467. num.35. part. 19. tom. 2. & in Gerunden. Juris eligendi 27. Martii 1703. §. Sed dato etiam*; coram clar. mem. D. Card. Priolo & eſt concluſio receptiſſima in foro.

Applicando ad rem video juſtificatum in facto, quod Pater Voxmediano nequaquam proſecutus fuerit contemptum ſuum, diſtinguendo duo tempora; unum ante electionem, & uſque ad ejus confirmationem factam per Provincialem; alterum vero poſt confirmationem, & uſque in præſens; agendo enim de primo tempore invenio in facto, quod P. Provincialis die 22. Februarii 1713. protulit ſententiam de conſilio graviorum Patrum Conventus Salamantini, in qua declaravit P. Voxmediano, & P. a Trinitate non habere votum in futura electione tanquam non aſſignatos in Conventu Sancti Pauli, quæ ſententia prolata fuerat ante notitiam novæ electionis faciendæ habitam in Capitulum Conventuale Sancti Pauli propter non acceptationem Prioratus Fr. Guttierez electi, quæ notitia habita fuit die 8. Martii 1713. de mane, in quo comparuit Fr. Ambroſius Martinez Vicarius, & Præſes notificando epiſtolam Provincialis, in qua mandabat deveniri ad novam electionem ob non ſecutam acceptationem Prioris electi; a die enim 15
hujus notitiæ incipit currere Vocalibus novus terminus unius menſis ad eligendum ad Text. *in cap. ſi electio de electeon. in 6.* ibi = *Si electio ex eo non ſortiatur effectum, quia electus conſentire recuſat &c. electores &c. habebunt a diſſenſu &c. ac ſi vacatio nova eſſet tempus integrum ad electionem aliam celebrandam.*

Hac autem die 8. Martii 1713. cum Vicarius notificaverit ordinem deveniendi ad novam electionem, contemporanee etiam notificavit, & legi fecit ſententiam declaratoriam Provincialis, in qua declarabat P. Voxmediano ex defectu aſſignationis in Conventu S. Pauli non habere votum in futura electione, & tamen publice, & palam lecta hac ſententia in Capitulo Conventuali, in quo præſens erat P. Voxmediano, iſte nec reclamavit, nec appellavit a lectura hujus ſententiæ, quæ quidem taciturnitas, non reclamatio, & acquieſcentia demonſtrat memoratum Religioſum Juſtitiæ ſententiam agnoviſſe, dum alias tunc inerat neceſſitas viva voce appellandi, juxta 16
Text. *in l. 2. ff. de appellat. & in leg. Litigatoribus Cod. de appellat.* dixerunt Scacc. *de appellat. libr. 3. cap 2. q 4. n.19.* Ridolphin. *in prax. part.1. cap.13. num. 37.* Maranţ. *in prax. part.6. tit. & quandoque appellatur n.14.*

Bene verum eſt, quod poſtquam iſte Religioſus ad lecturam ſententiæ non reclamavit viva voce, deinde poſt quatuor dies paulo ante electionem proteſtatus eſt contra ſententiam tanquam attentatam, requirendo P. Provincialem, ut novum faceret Judicium, & audita Parte ſententiaret: & interim, quia Vicarius, & Præſes Capituli recuſavit illum admittere ad votandum, proteſtatur eſt de nullitate electionis faciendæ; Provincialis autem in actu confirmandi electionem, cauſa plene diſcuſſa, & examinata proteſtatione P. Voxmediano, confirmavit ſuam priorem ſententiam, quod ipſe non haberet votum, & convenit ad confirmandam electionem; Sed hoc probat P. Voxmediano tempore ante electionem nunquam appellaſſe contra ſententiam Provincialis, ſed ſolum poſtulaſſe, ut ipſo audito iterum ſententiaret, prout ſententiavit, & propterea hujus Religioſi 17
reclamatio terminavit uſque ad ſententiam Provincialis, cujus Judicio ſe ſubjecit, juxta verba proteſtationis ſuperius relatæ, per Text. *in leg. ad ſolutionem Cod. de re judic*, Caſtellin. *de elect. cap.8. n.1. verſ. ſi vero*, Tamburin. *de Jure Abbat. tom. primo diſput.5. q.3. n.3. & 9.* Rot. *dec.467. n.32. & 33. part.19. tom.2. rec.*

Quod autem iſte Religioſus ſe ſubjecerit novo 18
Judicio Provincialis, neque amplius deſideraverit, quam quod cauſa cognita, ipſoque audito iterum ſententiaret animo acquieſcendi ſententiæ ejus; manifeſtum facit ſecundum tempus poſt confirmationem electionis; dum non reclamavit, neque appellavit ab hac ſententia confirmationis electionis, ſed tacuit, & acquievit, ſolumque reclamarunt, & appellarunt quidam alii Religioſi; Si igitur poſt confirmationem nulla amplius legitur

recla-

reclamatio, aut proteſtatio P. Voxmediano, evidentiſſimum redditur, quod ipſe acquievarit ſententiæ Provincialis, illique ſtare voluerit, neque idcirco licitum eſt aliis proſequi contemptum Patr. Voxmediano, quem ipſa proſecutus non fuit, ut in terminis individualibus, quod non ſufficiat, ut con-
17 temptus proteſtetur, & reclamet, ſed requiratur, quod non deſiſtat, ſed proſequatur contemptum ſuum, alias dicatur acquieviſſe, firmavit Rot. d. deciſ.467. num.30. & 33. part.19. tom.2. & regulariter contemptus non auditur amplius poſtquam electio eſt confirmata, dum ante confirmationem
18 tantum audiri ſolent hujuſmodi oppoſitiones, prout ex Text. in cap. final. de elect. in 6. deducunt Addent. ad Panormitan. in cap. in Geneſi n.10. litt.B. de elect. Lezzan. oper. moral. tom.4.conſult.53. n.80. Rot. dec.467. n.36. part.19. tom.2. rec.

19 Sed fortius in caſu iſto, ubi video etiam illos ſex Religioſos, qui appellarunt, à ſententia confirmationis, non appellaſſe in termino juris; ex quo ſententia confirmationis prolata fuit die 25. Martii 1715, appellatio autem legitur ſubſcripta 24. Maii ſequentis, & ſic jam elapſo termino decennii ad appellandum præfixo; unde hæc appellatio ſicut non
20 ſuffragatur illis Religioſis, qui appellarunt, & quos audiendos non eſſe dicunt, Barboſ. in cap. ut circa num.17. de elect. in 6. Paſſerin. de election. cap.32. n.39. Caſtellin. eodem tract. cap.16. n.5. Rot. coram Coccin. dec.2088. num. 48. & ſeqq. ita multo minus juvare poteſt reſpectu P. Voxmediano, qui nullo modo appellavit, & ſic deſtitit a proſecutione ſui contemptus, Rot. d. dec. 467. num. 44. & 45. part. 19. tom.2. rec.

Immo, quod P. Voxmediano acquieverit ſententiæ Provincialis convincitur ex relatione Secretarii Capituli Conventualis S.Pauli, qui refert poſt latam ſententiam confirmationis, omnes Religioſos eam acceptaſſe, & recognoviſſe P.Villamaodos in eorum legitimum Prælatum; Si ergo omnes, qui reperiebantur in Conventu etiam Religioſi Laici recognoverunt, & acclamarunt Priorem electum; abſque ulla contradictione, utique dicendum eſt, quod etiam P. Voxmediano fuerit unus ex iſtis, qui acceptavit, & acclamavit Priorem electum; ergo nil clarius ad probandum, quod ipſe contemptum ſuum proſequi noluerit, & ratam habuerit electionem, quia relationi Secretarii Capitularis omnino ſtandum
21 eſt tanquam publici Officialis in materia, quæ proprium reſpicit Officium, Rot. dec.487. numer.7. & 12. part.18. tom.2. recent. & loquendo in terminis Secretarii Capitularis, Me ſcribente, dixit eadem Rota in Monaſterien. Canonicatus 18. Martii 1707. §. Inſubſiſtens, & 20. Januarii 1708. §. Neque demum, coram clar. mem. Card. Scotto, & quod talis acceptatio, & acclamatio inducat ratificationem electionis, ejuſque validitatem, Me ſcribente, deci-
22 ſum fuit in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus 20. Junii 1701. §. Viſum eſt cum ſeqq. & 10. Martii 1702. §. Qui ſane cum ſeqq. coram clar. memor. Card. Caprara impreſſæ apud Me Diſcept. Eccleſ. 24. n.57. & ſeqq.

Si autem dubitari poteſt, quod illimet ſex Religioſi, qui deinde appellarunt, non ſint audiendi, quando acceptarunt electum, ac ſimul intra decen-
23 nii limites non appellarunt, juxta litteralem deciſionem Text. in cap. nulli liceat de elect. in 6. Lezzan. dicta conſultat. 53. num. 81. & ſeqq. & plene Ego ſatipſi Diſceptat. Eccleſ.24 num.35. Caſtellin. de elect. cap. quinta num.30. Paſſerin. cap.32. num.34. quid ſane dicendum erit reſpectu Patr. Voxmediano, qui ratificavit, ut ſupra, electionem, & acceptavit electum, ſed tamen poſtea non variavit voluntatem, nec appellavit, ſicut appellarunt, licet intempeſtive, ſex illi Religioſi, & in fortioribus docet Text. in leg. Imperatores in fine ff. de decurion. ubi quod reclamandum eſt ab initio electionis Lezzan. oper. moral. tom.4. dicta conſult.53. num.88. & ſeqq. & concordat optimus Text. in cap. concertationi de appellat. in 6. ubi de illo, qui non appellavit intra decennium ab electionibus, & qui-

huſlibet aliis actibus, immo his conſenſit, quod amplius audiri non poſſit, quem Textum ponderat Lezzan. d. conſult.53. n.70. tom.4.

Neque obſtare puto unicum oppoſitorum refugium conſiſtens in relata atteſtatione Fr. Joannis, ſe intitulantis Secretarium electionis Capituli Conventualis; huic enim Religioſo, qui talis non erat, nulla fides præſtari poteſt, dum habet contra ſe relationem legitimi Secretarii, ac etiam quia commenticius Secretarii titulus dedit illi fidem in omnibus, quæ ad complacentiam atteſtari placuit, 24
juxta Text. in Can. Pura 3. quæſt. 9. ibi = plerumque teſtis dum ad ſeriem geſtorum aliquid ex ſuo adjicit totam Teſtimonii fidem Partis mendacio decolorat = & tradunt Bald. in leg. ſi ex falſis n.25. Cod. de tranſact. Rota coram Carill. deciſ.186. n.11. & in Giennen. Adjunctorum 27. Martii 1685. §. Vel quatenus, cor. bon. mem. Molines.

Sed quando præciſive ab hoc inſuperabili, & hactenus relato fundamento deſcendendum, foret ad examinandum, an bene, vel male P. Voxmediano fuerit declaratus non habere votum, ſive excluſus ab electione, adhuc bene diſcuſſis circumſtantiis crederem hunc Religioſum fuiſſe legitime excluſum, & bene fuiſſe ſententiatum per Provincialem, quod ipſe votum non haberet.

Ratio inclinandi in hunc ſenſum deſumitur ex illo principio, quod ad effectum votandi, ſeu eligendi in Capitulo debet vocalis habere conditio- 25
nes, & qualitates neceſſarias, quæ ex lege, vel ſtatuto requiruntur, & quibus deficientibus dicitur extraneus ab ipſo Collegio, ſeu Capitulo; ideoque cum P. Voxmediano non eſſet aſſignatus in Conventu S. Pauli, & conſequenter non eſſe de Corpore Capituli, ſed extraneus, juſte declaravit Provincialis illum non habere votum, & juſtiſſime fuit ab electione excluſus; hoc autem requiſitum aſſignationis in Conventu ſtatutarium eſt in hac Religione, prout ſecundum ejus Conſtitutiones Frater aſſignatus in uno Conventu non habet vocem in electione alterius Conventus, quemadmodum videre eſt in Conſtitutionibus Ordinis diſtinct.2. ſub lit.Q. titul. de elect. Prioris Conventual. Caſtellin. de elect. cap.4. numero tertio Paſſerin. eadem tractat. capit. 3. num.50. & ſeqq. & num.60. & capit. decimo a numero 26. & 11. ac etiam de jure eſt, ut jus eligendi pertineat ad eos tantum Religioſos illius Conventus cui ſunt aſſignati, & de cujus corpore exiſtunt, 26
juxta Text. in cap. primo de elect. & in cap. cum dilectus de conſuetud. Rota deciſ.65. numer.5. part.1. recentior. Paſſerin. de elect. cap.10. numer.24. Cum itaque P. Voxmediano eſſet aſſignatus in Conventu Zamorenſi, utique non poterat habere votum in Capitulo Conventuali Sancti Pauli tanquam extra- 27
neus, ut eſt Textus apertus in cap. conſtitutis 47. ubi Gloſſ. in verb. vocem in Capitulo de elect. ubi quod Monachus ad alterum Monaſterium tranſlatus non poſt habere vocem in Capitulo prioris Monaſterii etiam de conſenſu ejus Abbatis, & Monachorum, ubi Panormitan. num.3. Butr. num. decimo ibi = Quia non poteſt Monachus tenere locum in duobus Monaſteriis = Gonzal. num.7. ubi quod Monachus ad aliud Monaſterium tranſlatus = non admittitur tanquam extraneus ad electionem Prælati prioris Monaſterii, & concordat Textus apertiſſimus in cap. ne nimia de relig. domib. ibi = illud etiam prohibendus, ne quis in diverſis Monaſteriis locum Monachi habere præſumat = ſequuntur Lavor. de elect. cap.15. num.81. Paſſerin. de elect. cap. decima numer. 26.

Quod autem P. Voxmediano eſſet aſſignatus in 28
Conventu Zamoren. probatur ex pluribus. Primo ſcilicet ex depoſitionibus Teſtium, qui jurarunt fuiſſe illum aſſignatum ad Conventum Zamoren. & in illo ſteriſſe per unum annum, & ultra; & alii etiam deponunt de confeſſione ipſis facta ex ore ipſius Religioſi aſſignati. Secundo reſultat ex quodam Libro Operis Pii relicti per Reverendiſſ. Bajona circa ſubminiſtrandum viaticum Religioſis exeuntibus e Conventu Vallisoletano ad alios Con-

ventus, in quo libro regiſtrantur partitæ viaticorum, quæ ſolvuntur Religioſis ad alium Conventum aſſignatis charactere P. Procuratoris Generalis; neque ſolvuntur viatica, niſi poſtquam fuit facta aſſignatio, & notificata Conventui Valliſoletano, & inſuper prævia ſchedula Prioris ipſius Conventus teſtantis de aſſignatione jam facta. In hoc autem libro ſcripta reperitur hæc partita, ibi = *Tali die cum ſchedula P. Prioris dedi 24. regalia Fr. Franciſco Voxmediano, qui ibat aſſignatus Conventui Zamorenſi* = Dubitari autem non poteſt quo-
28 minus partita hujus libri plenam probationem faciat adverſus ipſos Religioſos per ea, quæ de ſimilibus libris tradiderunt Dec. *conſil.* 147. *num.* 14. Riminal. jun. *conſ.* 506. *num.* 19. Cardin. de Luca *de judic. diſcurſ.* 30. *num.* 5. Rota coram Buratt. *deciſ.* 870. *num.* 5. & coram Martin. Andr. *dec.* 76. *n.* 3. & *in recentior. dec.* 451. *num.* 4. *part.* 4. & *dec.* 222. *num.* 3. *part.* 11. & in *Monaſterien. Canonicatus* 17. *Martii* 1707. §. *Inſubſiſtens*, cor. clar. mem. Card. Scotto.

Præſertim, quia probatio non tantum deſumitur ex libro quantum ex ſchedula ipſius Prioris ibi enunciata, quæ continet aſſignationem P. Voxmediano in Conventu Zamorenſi juncta auctoritate P. Procuratoris Generalis, qui partitam proprio charactere ſcripſit; unde concurrit auctoritas duorum Superiorum, nempe Prioris, & Procuratoris ſi Generalis ſuper hac aſſignatione, quibus ſane Officiali-
29 bus plena fides præſtanda venit, & hinc majorem ſumit vim probatio deducta ex hujuſmodi libro, per Text. in *Can. Nobiliſſimus diſt.* 97. & *in capit. ad audientiam de præſcript.* Rota *deciſ.* 510. *numer.* 11. coram Emerix jun. & *deciſ.* 10. *num.* 12. cor. Cavaler. & *deciſ.* 910. *num.* 8. coram Buratt. & *deciſ.* 427. *num.* 7. & 11. *part.* 18. *recent.* & ſignanter concurrentibus Teſtibus ſupra relatis, qui tanquam cum libro concordantes adminiculantur, & librum re-
30 ſpective adminiculant, juxta Text. *in leg. Inſtrumenta Cod. de probat.* Sutd. *deciſ.* 105. *num.* 5. & *ſeqq.* & coram Emerix jun. *dec.* 510. *num.* 3. & *in recent. dec.* 325. *num.* 1. & 2. *part.* 10. & coram Benincaſa *dec.* 372. *n.* 5.

Creſcit vis probationis, quia Provincialis in ſua ſententia declarando P. Voxmediano non habere votum in electione Prioris Valliſoletani, aſſeruit illum *non eſſe aſſignatum in Conventu Valliſoletano*, cum non modicum adminiculum præſtet aſſertio facta in ſententia per Provincialem ſuper certioratione, quam ipſe habere potuit ex Regeſtis Provinciæ apud ſe exiſtentibus, vel aliunde; nam licet
31 Judici non credatur ad ſuſtinendam propriam ſententiam, juxta Text. *in capit. Quoniam contra de probat.* hoc tamen procedit, quando nullæ concurrunt probationes, & totum fundari prætenditur in ore Judicis, non autem quando ſufficientes concurrunt probationes: quia tunc aſſertio Judicis ſemper illis adjungit pondus, & Juſtitiæ præſumptionem facit, quia ſemper pro Judice Jura præſumunt *l.* 1. *in fine ff. de Offic. Præſ. l. Miles §. Ducem ff. de re judicata*, Menoch. *conſ.* 100. *num.* 1. & *ſeqq.* Rota *in Majoricen. Beneficii* 1. *Febr.* 1709. §. *finali*, cor. Eminentiſs. Falconerio.

Obſervo ulterius, quod poſt ſententiam Provincialis declaratoriam, ut ſupra, Vicarius, & Præſes electionis ad abundantiorem cautelam per modum poſitionis interrogavit ipſum P. Voxmediano, cui Conventui aſſignatus foret, & quidem ſub præcepto, & nihilominus ipſe videndo, quod immine-
32 bat electio reſpondere recuſavit; hæc autem recuſatio, & renitentia in reſpondendo interrogationi Judicis, ſine dubio malam præſumptionem ingerit, & rei quæſitæ veritatem ab interrogato cognitam demonſtrat, per Text. *in cap.* 2. *de confeſſ. in* 6. Scacc. *de Judic. cap.* 7. *numer.* 476. & *ſeqq.* Michalor. *de polit. cap.* 61. *num.* 15. ſicut dicimus de occultante probationes, illaſque impediente, ubi ſit præſum-
33 ptio contra illum, & probationes habentur pro factis, Card. *de Judic. diſcurſ.* 28. *num.* 28. Rot. *dec.* 183. *n.* 7. & 10. coram Cerr. & *in Mantuana bonor.* 14. *Januarii* 1707. §. *Quarto*, cor. bon. memor. Molines.

Quo ſtante, nihil ſuffragari videtur illa exceptio, quod P. Voxmediano ſaltem eſſet poſſeſſor Juris votandi in Capitulo Conventuali in electionibus præcedentibus, ideoque excludi non poſſet ab electione, alias eo excluſo caſſanda ſit electio, ad terminos Textus *in cap. Cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Etenim apud Me non videtur concurrere hujuſmodi decantata poſſeſſio; aut enim hæc deſumitur, ex quo Pater Voxmediano votaverit in electionibus P. Blanca, necnon P. Auguſtini Gutierez, & ſuppoſitum non regit, quia tales electiones non habuerunt effectum, dum una fuit caſſata, & altera reſoluta per non acceptationem electi, ut quod tali caſu non dicatur electio effectum ſortita, docet Text. *in cap. Si electio de elect. in* 6. Panormitan. *in cap. Cum Vintonen. n.* 13. *de elect.* Electio 34
autem quando eſt ineffectuata producere non poteſt quaſi poſſeſſionem votandi, ad quem effectum requiritur, ut electio ſit confirmata, & electus obtinuerit, poſſeſſionem Officii, ſeu Prioratus, ad quem fuit electus, ut in puncto Paſſerin. *de election. cap.* 14. *num.* 28. & 29. = *ad hujuſmodi quaſi poſſeſſionem acquirendam &c. plura requiruntur; nam requiruntur, quod ipſe elegerit ex intentione habendi Jus eligendi, & quod admiſſus fuerit ſciente, & patiente Collegio &c. & præterea neceſſe eſt, ut electio ſuum effectum ſortita fuerit, itaut electio fuerit confirmata, & electus obtinuerit Eccleſiam illius electionis Jure*.

Remanet ergo unicus tantum actus electionis Prioris, qui fuit electus in triennio præcedenti, & hic unicus actus ad nihil meo judicio deſervire potuit ad acquirendam quaſi poſſeſſionem ea ratione, quod in hujuſmodi Capitulo Conventuali non practicatur libera admiſſio Vocalium, ſed ante electionem Præſes nomine Capituli ad formam Conſtitutionum, quas legit, emittere ſolet proteſtationem illam, quæ regiſtratur *in capitulo Cumana de elect.* dicendo ſcilicet, & ter repetendo alta voce, ibi = *Dico primo, quod non eſt mea intentio admittere aliquem de jure non admittendum, neque excludere aliquem de jure non excludendum*, = Cum autem hæc proteſtatio introducta fuerit præciſe ad hunc finem, non communicandi extraneis de Capitulo Jus, & poſſeſſionem eligendi, ſane videre non poſſum, quomodo ex hoc unico actu ſit proteſtatio potuerit Pater Voxmediano ullam acquirere quaſi poſſeſſionem votandi, quia proteſtatio removet conſenſum ab actu, & deficere facit illud ſubſtantiale requiſitum 35
ad quaſi poſſeſſionem acquirendam neceſſarium, nempe ſcientiam, & patientiam Capituli, ut per Barboſ. *in cap. Cum Eccleſia Sutrina numer.* 20. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Panormitan. *in cap. Bona* 4. *de poſtul. Prælat. num.* 20. *ibique* Bald. *numer.* 15. & 16. Lavor. *de elect. cap.* 15. *num.* 11. Peregrin. *de elect. cap.* 14. *n.* 28.

In quibus terminis male applicata fuit deciſio Text. *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* dum ibi ſecundum omnes Canoniſtas concurrebat poſitiva ſcientia, & patientia Canonicorum Eccleſiæ Sutrinæ, qui Clericos Eccleſiarum inferiorum admiſerant ſine ulla proteſtatione ad ſecum votandum in tribus electionibus trium Epiſcoporum ſed bene his terminis applicatur deciſio 36
alterius Textus *litteraliſſimi in cap. Cumana* 50. *de elect.* ubi decernitur, ſtante hujuſmodi proteſtatione, non acquiri quaſi poſſeſſionem votandi, & caſſata fuit electio, quia votaverant, qui votare non debebant, ut diſtinguendo quando emiſſa, vel non emiſſa fuit proteſtatio, firmat gloſſ. *in dict. cap. Cumana in verbo proteſtatione* ibi = *Sed valuit hic proteſtatio, ut patet in fine; alias ſi proteſtatio non præceſſiſſet bene habuiſſent vocem in electione CUM ESSENT IN QUASI POSSESSIONE INFRA DE CAUSA POSSESSION. CAP. CUM ECCLESIA &c. & ideo quod hic negabatur ab initio illos debere intereſſe, nec admittebant illos ſine proteſtatione &c. vox illorum non valuit*,

NEC

NEC PROFUIT, QUOD INTERFUERUNT DUABUS ELECTIONIBUS, ibique Panormit. *num. 6. & ſeqq.* Zabarell. *verſ. quare* ibi = *Proteſtatio hic operetur, quod iſtis non prodeſt quaſi poſſeſſio eligendi* Joann. de Anan. *num. 2.* ibi = *Nota, quod non ſufficit, quod probetur ſola quaſi poſſeſſio Juris eligendi, nec obſtat CAP. CUM ECCLESIA INFRA DE CAUS. POSSESS. ET PROPRIET. quia reſpondeo ut hic per Doctores, quod aliquando illis, qui ſunt in quaſi poſſeſſione, excluduntur &c. aliquando admittuntur, & aliquando proteſtatione, & aliquando ſine proteſtatione; primo caſu habet vim cujuſdam ſpoliationis, ut cap. cum Eccleſia, & ſecundo caſu valet electio &c. tertio caſu non prodeſt eis quaſi poſſeſſio, niſi probent titulum, ut hic in caſu noſtro*, Innoc. *num. 2. in fine* Bellam. *num. 6.*

Corruit ergo totum hoc ſuppoſitum de poſſeſſione P. Voxmediano, quæ ſtante proteſtatione impoſſibile eſt, quod acquiri potuerit in præjudicium proteſtantium, juxta punctualem Canoniſtarum opi-
37 pionem; de qua ſupra, & ſingularem deciſionem Text. *in cap. Cumana de elect.* & generaliter, quod actus ita proteſtatus impediat quaſi poſſeſſionem, tradiderunt Garz. *de benefic. part. 5. cap. 5. numer. 65.* Vivian. *de jurepatron. part. 2. lib. 5. cap. 2. numer. 12.* Adden. ad Burat. *deciſ. 633. numer. 16.* Poſth. *de manut. obſervat. 22. numer. 16. & ſeqq.* Rot. coram Gregor. *deciſion. 412. numer. 4.* quod tali caſu proban-
38 dum eſt in petitorio, quod jus habeat ſic admiſſus cum proteſtatione, ut explicat ibi Adden. *numer. 12.* Poſth. *ubi ſupra numer. 17.* Rot. *in Landin. Canonicat. 3. Martii 1697. §. Eoque certius*, coram clar. mem. Card. Tremoille.

Ex defectu igitur *voluntatis* Capituli P. Voxdiano non potuit ullam acquirere quaſi poſſeſſionem ex illo unico actu, ſed multo minus concurrente defectu *poteſtatis*; illa enim proteſtatio de non admittendo aliquem de jure non admittendum practicatur de jure, & ſecundum Conſtitutiones ordinis, neque aliter fieri poteſt ex defectu poteſtatis, cum nequeat Capitulum admittere extraneum, illique communicare jus, & poſſeſſionem eligendi tanquam ipſis prohibitum veluti non jure privato competens, ſed ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, & ſic a Sede Apoſtolica, & Summo
39 Pontifice, ut bene probat Paſſerin. *de election. cap. 3. numer. 35. & cap. 35. & cap. 10. numer. 27. &* plene a Sanct. Ubald. *quodlibet regular. quodlibet 12. dub. 7. numer. 1243.* ibi = *tertio quod ſit de Corpore illius Collegii &c. vel de familia illius reſpectu Capituli Conventuali; unde nullus præter ſupradictos poteſt habere vocem in præfatis reſpective Capitulis, nec etiam de conſenſu omnium de Capitulo &c. cum electione jus eligendi non veniat ex jure eligentium, ſed a Sede Apoſtolica, nec conſequenter conveniat niſi cui eadem Sedes conceſſerit.*

Ex quo deſcendit altera reſponſio ad malam applicationem Textus *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* quod nempe loquatur in caſu, ubi erat in facultate Capituli admittere extraneos ad eligendum, & ubi juvabat factum admiſſionis, & quaſi poſſeſſio in tribus electionibus
40 quæſita; ſecus quando Capitulum caret tali facultate admittendi extraneum, & adeſt expreſſa juris reſiſtentia; tunc enim non juvat poſſeſſio, quæ dicitur malæ fidei ob reſiſtentiam juris, & ideo ſubſiſtunt electio, excluſis his poſſeſſoribus malæ fidei, ut in puncto eſt Tex. *in capit. Conſtitutis 47. de elect.* ubi Panormit. *ſub numer. 3.* ita egregie diſcurrit ibi = *poteſt ergo intelligi, quod iſti fundabant ſe ſuper poſſeſſione petentes electionem caſſari utpote factam eis excluſis, qui erant in poſſeſſione, & tunc ad contrarium reſpondeo &c. quod cum iſti eſſent in hac poſſeſſione malæ fide, quia jure reſiſtente per rationes ſupra allegatas non tenebatur Capitulum ipſos vocare ad electionem, quia Poſſeſſor malæ fidei nullum commodum poteſt habere, nec ſuffragium ſuum debet computari in numero aliorum* = loquitur autem Panormit. in caſu allegati Textus de Monacho ratione poſſeſſionis prætendente habere ſuffragium in alio Conventu, a quo fuerat translatus ad alium.

Quodque in propoſito non attendatur quævis poſſeſſio, ſed requiratur, quod ſit præſcripta ſaltem ſpatio 40. annorum, bene oſtendit Paſſerin. *de elect. cap. 3. num. 27. & cap. 11. numer. 14.* ibi = *qui eſt in poſſeſſione eligendi, nedum non debet excludi ab electione, ſed ut advertit* Gloſ. *in cap in Geneſi talis valide eligit &c. Sed hoc dictum* Gloſ. *&c. non credo procedere univerſaliter: quia ad valorem actus non ſufficit poſſeſſio cum communi errore, ſed ulterius requiritur titulus coloratus a legitimo Superiore collatus, ideo diſtinguendum eſt: nam ubi elector eſt de Collegio ſaltem coloratè, & inſtitutus eſt a legitimo Superiore, ſi ſit in poſſeſſione pacifica eligendi valide eligit, ſed ad hoc ut extranei non habentes titulum ad eligendum electio valeat, non ſufficit poſſeſſio, & bona fides, & communis error niſi poſſeſſio ſit legitime præſcripta, & ſit conſuetudo* = hoc ipſum, quod dicit Paſſerinus literalibus verbis, bene declaravit Panormit. *in d. cap. Conſtitutis de elect. ſub num. 3. verſic. ſecundo, quia poteſt intelligi*, & per hoc ſatisfactum credo huic objecto circa poſſeſſionem P. Voxmediano, & circa applicationem Text. *in cap. Cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* cum præter Doctores ſupra relatos in præciſis terminis hujus noſtri caſus habeamus in contrarium duas Decretales in *cap. Conſtitutis, & cap. Cumana de elect. cum ſuis gloſſis.*

Ex his corruit objectio, quod iſte P. Voxmediano non eſſet excludendus, ſed admittendus 42
cum proteſtatione, quia procedit in Poſſeſſore bonæ fidei ſecundum terminos, in quibus loquuntur omnes, & ſignanter Paſſerin. *de election. capit. 14. numer. 47.* ubi loquitur, & bene de non excludendo amente dubio, qui reperiatur in poſſeſſione uti Vocalis legitimus, ſuper quo dubium non cadit; & ſole dubietas eſt circa qualitatem dementiæ,
quæ tendit ad privandum voce vocalem de cetero 43
legitimum Poſſeſſorem; hoc autem nihil applicatur ad illum, qui neque eſt aſſignatus in Conventu, neque habet ullam poſſeſſionem ſive bonæ, ſive malæ fidei tanquam impeditam acquiri ea proteſtatione, de qua ſupra; hoc enim caſu iſte debet excludi, quia nulla ipſi fit injuria, cum non habeat titulum, neque poſſeſſionem manutenibilem, ut tradit Paſſerin. *de election. cap. 14. num. 44. & 52. verſ. circa eum.*

Movetur iſte Auctor validiſſima ratione diſtinguendo inter electionem, ubi nomina eligentium
publicantur, & inter ſecretam, ubi non publican- 44
tur, dicendo, quod extra terminos electionis publicæ, ubi nullum fit præjudicium electoribus legitimis, ſi elector dubius admittatur cum proteſtatione, ubi poteſt ſciri in quam partem abierit votum electoris dubii, utique in electione ſecreta, quæ ita fieri debet ex cenſura Sacri Concilii Tridentini, Elector dubius, ſi certo non poſſidet, non debet admitti cum proteſtatione, quia fieret præjudicium legitimis electoribus, illorumque electioni, dum, quia ſciri non poteſt in quem electum conſpiraverit votum electoris dubii, conſtito apud confirmatorem, quod ille admitti non debebat, electio eſſet caſſanda, ut bene Filiucc. *Oper. Moral. tom. 1. tractat. 12. capit. 6. num. 151. verſic. 4.* idem Paſſerin. *de elect. cap. 10. num. 79. verſic. & ſi electione facta.* Ideoque in hac electione ſecreta vocalis dubius tam ratione proprietatis, quam poſſeſſionis non eſt admittendus cum proteſtatione, ſed excludendus per Capitulum, Paſſerin. *ubi ſupra numer. 44.* ubi adducit rationem, quod nemo ex Jure dubio debet immitti in poſſeſſionem, vel in dubia poſſeſſione manuteneri, ſequitur Pignatell. *conſult. 30. num. 14. & 16. tom. 10.*

Verum ulterius dico, quod iſta praxis admittendi cum proteſtatione etiam vocalem dubium reſpectu tituli, ſed Poſſeſſorem certum, habet locum reſpectu eligentium, & Capituli, quod facultatem non habet auctoritate privata excludendi

hunc

ſuum poſſeſſorem; in quibus terminis loquitur Pa-paroſſun. *in cap. Cumana num. 2. de election.* Paſſe-rin. *de election. cap. 14. numer. 9.* ibi = *Non eſt ergo de facto ſine Judicis decreto poſſeſſione ſpoliandus &c. & eſt propterea in ſua poſſeſſione manutenendus, donec per Judicem aliter decernatur* = nullatenus enecem primis iſta intelligitur, nec locum habet contra Judicium, ut in præſenti; ubi Provincialis per ſententiam pronunciavit P. Vaxmediano votum non ha-

45 bere: hoc enim nedum licitum eſt, ſed neceſſarium, nam ante electionem facienda eſt legitimatio vocalium per Præſidem, vel alium Superiorem, juxta ea, quæ tradit Paſſerin. *de elect. capite 14. numer. 31. & 75.* a Sanct. Ubald. *quodlibet. regular. dub. 6. numer. 1289.* Peyrin. *in formular. litter. C. capit. 3. numer. 10.* & Morga *ad Conſtitut. Apoſt. conſtitut. 6. numer. 666.*

Ridiculum autem foret dicere, quod Præſes Capituli, vel Superior deberet clauſis oculis tolera-

46 re, quod omnes, & quicumque volunt ſe intrudere poſſent ad votandum in Capitulo, nec Superiori licitum foret inquirere de qualitatibus neceſſariis ad eligendum, & an iſte, vel ille habeat veſtem nuptialem; Præſcindendo enim ab altero diverſo articulo circa vocales legitimis requiſitis indutos, ſed tamen quibus opponitur aliquod crimen, quod inducat privationem vocis, ubi agitur de Jure quæſito tollendo, & quæ dicitur inhabilitas culpabilis, & pœnalis, ego loquor de legitimatione vocalium circa conditiones de jure neceſſarias, quibus non probatis, non poteſt quis eſſe vocalis, quæ dicitur inhabilitas ſubſtantialis, prout eſt videre, an quis habeat legitimam ætatem, an ſit Sacerdos, vel Subdiaconus, ſive, ut in propoſito, an ſit de gremio Capituli, tempore in Conventu aſſignatus; in hoc enim caſu Præſes Capituli debet inquirere, an qui prætendit votare ſit de corpore Capituli, & habeat aſſignationem in Conventu, ut bene diſtinguit, & probat Paſſerin. *de elect. cap. 14. num. 43. cum ſeq.* ibi = *ratione de quibus delictis dubii, aut pœna dubia nullus excludendus eſt a voce activa &c. quia elector dubius, excommunicatus, aut delinquens, alias eſt in poſſeſſione electionis, quia ſi illi deficeret aliquid per quod non eſſet de Collegio electorum jam eſſet ejiciendus etiamſi non eſſet excommunicatus, aut delinquens &c. unde duplex habilitas, & inhabilitas diſtingui debet; Alia eſt ſubſtantialis, quæ conſurgit ex eo quod quis habet, vel non habet conditiones a Jure requiſitas, & quæ unico verbo illam exprimendo conſiſtere dicitur in hoc, quod quis ſit de Collegio electorum, unde habilis dicatur, qui eſt de Collegio, & inhabilis, qui non eſt de Collegio, quia verbi gratia, vel non habet uſum rationis &c. vel non eſt Subdiaconus, aut Sacerdos &c. aut in Conventu electionis aſſignatus hujuſmodi enim eſt ſubſtantialiter inhabilis, quia non habet conditiones, quas Jura requirunt tanquam de ſubſtantia ad hoc, ut aliquis ſit elector, ſed alia eſt habilitas, & inhabilitas culpabilis, & pœnalis, quæ in carentia delicti, aut in delicto, & pœna delicti conſiſtit &c. aſſertio poſita intelligi debet de habilitate, & inhabilitate ſubſtantiali.*

Proinde non applicatur Conſtitutio Ordinis *Cap. 16. Text. 4.* ubi inſtante electione nullus poteſt ſententialiter privari voce activa, vel paſſiva, niſi ob cauſas contentas in *Capit. de graviori culpa*, loquitur enim de privandis legitimis vocalibus ſua voce propter inhabilitatem culpabilem, & pœnalem ratione delicti, nunquam vero ſommiavit loqui de inhabilitate ſubſtantiali, in qua conſiſtit legitimatio vocalium facienda per Præſidem, ubi non dicitur quis privari voce, quam habet, ſed

47 dicitur impediri, ne acquirat vocem, quam non habet ex defectu conditionum neceſſariarum, quas Jura requirunt ad votandum, & quæ conditiones ſunt probandæ per illum, qui votare prætendit, quia non præſumuntur; juxta Panormit. *in cap. poſtquam numer. 7. de elect.* Paſſerin. *dicto capit. 14. numer. 43.* ibi = *conditiones requiſitæ ad vocem activam, ut plurimum ſunt extrinſecæ, quæ non præſumuntur, ſed probari debent.*

Clarum eſt igitur, quod etiam poſſeſſor poteſt excludi ab electione per ſententiam Judicis, quando non docet de requiſito neceſſario, aut quod habeat titulum aſſignationis, aut quod reperiatur in 48
quaſi poſſeſſione præſcripta per conſuetudinem, quæ bonam fidem inducit cum titulo colorato, ut, præter auctoritates ſupra relatas, tradit Gonzal. *in capit. Conſtitutis numer. 7. in fine de elect.* ubi reſpondet ad Textum *in capit. Cum Eccleſia Sutrina*; & ratio eſt evidens; nam ſi ſtas admittendo etiam cum proteſtatione vocales deſtitutos titulo legitimo conditionum neceſſariarum eſſet præjudicare electionibus ſecretis, dum electio eſſet poſtea caſſanda, in qua votaſſet poſſeſſor malæ fidei, imo etiam bonæ, ut ait Paſſerin. *de Elect. d. capit. 3. n. 27.* ibi = *Igitur in hac parte non eſt diſcrimen ſi aliquis ſine proprietate, & veritate actu bona, vel mala fide poſſidet Jus eligendi, ſed utrobique ubi non conſtet poſſeſſores non habere proprietatem Juris eligendi, electio verum eſt ſuſtinenda, & ubi conſtet eos non habere hanc proprietatem, electio eſt caſſanda etiamſi eſſent poſſeſſores bona fidei, quia licet eſſent poſſeſſores de facto non erant de jure, nec erant veri Domini, ideo ad valorem electionis, ſeu ad valorem ſuffragii præſtiti per electorem non ſufficit quod elector ſit poſſeſſor bona fidei, ſed quod vel a lege, vel ex conſuetudine legitime præſcripta habeat proprietatem, & verum dominium Juris eligendi* = hoc etiam dicit Text. *in capit. Cumana de elect.* & Gloſ. *in cap. in Geneſi in verb. Poſſeſſione de election.* quod ſane abſurdum mihi videtur nequaquam in Jure admittendum, ex quo ſecundum oppoſitorum aſſumptum non admittere electorem titulo deſtitutum licet malæ fidei Poſſeſſorem, ſed illum excludere, eſſet dare cauſam caſſandi electionem ad inſtantiam excluſi; admittere autem cum proteſtatione nihil pariter juvaret, quia in electionibus ſecreti, ubi ſciri non poteſt cujus favore votaverit vocalis proteſtatus, juxta ea, quæ ſcripſit *diſceptat. Eccleſ. 4. num. 132.* etiam admiſſio hæc cum proteſtatione non impediret caſſationem electionis, dum conſtito apud Confirmato- 49
rem, quod in electione votaverit, qui votare non debebat, electio eſſet adhuc caſſanda propter incertitudinem, an vocalis illegitimus ſuffragatus fuerit electo per majorem partem, vel potius alteri per minorem electo, juxta doctrinam Filliuce. ſupra citatam *oper. moral. tom. primo tract. 12. cap. 6. numer. 151. verſ. quanto*, Paſſerin. *de Election. cap. 10. numer. 79. verſic. & ſi dictione*, ubi firmat in caſu quo conſtaret etiam ex ſcrutinio ſecreto, quod electus fuiſſet electus ex numero ſufficienti vocalium habilium, tunc enim electio eſſet valida; ſed quomodo id conſtare poſſit in ſcrutinio ſecreto, Paſſerin. non explicavit, & ego dicerem id conſtare, ſi quis fuiſſet electus cum uno voto ſuperfluo ultra majorem partem E. G. ex viginti vocalibus habuiſſet vota duodecim, quia dempto uno adhuc electus eſſet per majorem partem, & ſic quamvis dubium eſſet, quod vocalis dubius eum elegiſſet, adhuc dempto ejus voto valida remaneret electio ex ſufficienti numero vocalium habilium, id tamen non tollit præjudicium legitime electionis in caſu quo aliquis fuiſſet electus per majorem partem abſque uno voto ſuperfluo, ob incertitudinem, quod in hac majori parte ſteterit ſuffragium vocalis dubii, Paſſerin. & Filiuc. *ubi ſupra.*

Firmum igitur remanet, quod etiam poſſeſſor potuit per ſententiam Judicis, ſeu Provincialis declarari inhabilis ad votandum ex defectu conditio- 50
nis neceſſariæ, qualis erat aſſignatio in Conventu, ut de Præſide Capituli, vel alio Judice, tradunt Paſſerin. *de election. capit. 14. num. 32. verſ. Et poſſidentes, & capit. 10. num. 127. 130. & 139. & cap. 9. num. 30.* Pellizar. *in manual. tom. 2. tract. 9. capit. 2. ſect. 2. num. 86. & 87.* Lezana *in Summ. quæſtion. regul. parte 3. titulo de Capitul. & Congr. Regul. cap.*

13. num.

19. *numer.* 30. & ſic. licet vocales nequeant excludere poſſeſſorem eorum auctoritate privata, ſed teneantur admittere cum proteſtatione, id tamen non procedit quando Judex per ſententiam declarat poſſeſſorem nullum jus habere, ut diſtinguit Panormit. *in capit. Cum Vintonen. numer.* 14. *in fin. de elect. Innocent. ibi numer.* 6. *verſic. Et ſi objicias*, eo magis quando Pater Voxmediano nullatenus erat poſſeſſor, quia nunquam poſſeſſionem acquirere potuit, ut ſupra probavi, neque enim reſpectu hujus declaratoriæ Judicis obſtat Conſtitutio ſupra relata de non faciendo privationes vocum, imminente electione, ut in individuo firmat Pater Matthæucc. *in Official. Cur. Eccleſ cap.* 18. *num.* 61. *in fin.* præſertim in electione ſecreta ad evitandum abſurdum, de quo ſupra, cum nunquam Conſtitutio applicari poſſit maxime in hoc genere electionis ſecretæ, ne de imprudentia, aut abſurdo redarguatur, ad Text. *in l. Salvius Ariſto ff. de legat præſtan. & in l. Meminerint in ſi. C. unde vi.*

Et ita me ſcribente judicavit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium *in Baren. Provinciæ Sancti Nicolai Capituli Provincialis* 19. *Februar*, 1712. ubi non obſtante, quod in Religione Ordinis Sancti Franciſci Minoris Obſervantiæ vigeat hujuſmodi decretum, quod Decreta, & Sententiæ Su-
51 periorum circa privationes vocum non fiant, & factæ non attendantur, niſi præceſſerint, aut intimatæ fuerint per menſem ante electionem, ut apud Lambuſc. *in Theatr. regul. in verbo Cauſa, ſeu Lis numer.* 2. attamen quia Viſitator imminente electione proceſſaverat nonnullos vocales ſuper non adimplemento Miſſarum ad formam Conſtitutionis In-
52 nocentianæ infligentis privationem vocis ipſo Jure, & hi proceſſati, licet prævijs contradictionibus, & oppoſitionibus, fuerant admiſſi ad ſuffragandum in electione ſecreta, deciſum fuit pro nullitate electionis propter incertitudinem, an vocales proceſſati votaſſent favore Provincialis electi, ut habetur ſupra *diſcept.* 94. *num.* 19. *lib.* 3.

Hinc etiam applicari non puto Statutum Capituli Toloſani de Anno 1628. quod refert Fontana *titul. de elect. numer.* 3. ibi = *Declaramus inſtante electione non poſſe mitti Commiſſarios ad inquirendum, an vocales rite, & ſecundum Jus gaudeant voce, ſed procedendum eſſe ad electionem, & dubia ſi quæ fuerint ad Confirmatorem eſſe mittenda* = quia nihil plus dicit ſupra id, quod cavetur in Conſtitutione Ordinis mox relata, illique propterea applicantur omnes reſponſiones jam datæ eidem Con-
53 ſtitutioni: ſed creſcit hic inapplicabilitas, dum nihil commune habet miſſio Commiſſariorum ad inquirendum, quæ eſt actus extraordinarius, cum legitimatione vocalium, quæ neceſſario fieri debet per Præſidem Capituli, aut cum declaratione, quæ ſpectat ad Provincialem circa inhabilitatem ſubſtantialem, quæ reſpicit conditiones de Jure requiſitas, ut quis dicatur elector, quidquid ſecus de inhabilitate culpabili, de qua poteſt, & debet intelligi Capitulum Toloſanum, juxta diſtinctionem Paſſerin. *de elect. capit.* 24. *numer.* 45. *& ſeqq. juncto numer.* 50. & 52.

Oppoſitiones contra ſententiam Provincialis relevare non puto; quod enim poſt illam latam Vicarius electionis quæſiverit probationes interrogando Patrem Voxmediano, in quo conventu fuiſſet aſſignatus, nihil concludit, quia Sententia lata fuerat prævijs probationibus ſuis adhibito conſilio Patrum Collegii Salmantini, Vicarius autem fecit
54 ſupradictam interrogationem ad majorem exuberantiam, ut nempe ſententia etiam ex confeſſione Patris rata maneret, quod fieri poſſit dixit Rota, me ſcribente *in Cremonen. Beneficii* 3. *Decembris* 1706. §. *Non obſtat*, coram bon. mem. Lancetta; quod vero eadem ſententia inaudito, & indefenſo P. Voxmediano emanaverit, pariter obſtaculum
55 non facit, quia Provincialis habet facultatem faciendi has declarationes etiam tempore Capituli de conſilio Patrum, ut probat Paſſerin. *de elect. cap.* 14. *num.* 75. *& ſeqq.* ad hanc declaratoriam proceſſit ad tollendas difficultates, ſuper quibus dubitari audivit, de cætero injungens, ut declaratoriam legi faceret Vicarius *per Secretarium Conventus ante proximam futuram electionem*, prout lecta fuit non appellante, neque tunc reclamante ad lecturam P. Voxmediano, qui poſt aliquos dies ſolum proteſtatus eſt, quod Provincialis iterum ſententiaret eo audito, & Provincialis confirmando electionem tacitum confirmavit Sententiam declaratoriam latam contra P. Voxmediano, ejus juribus, & rationibus auditis, & examinatis, & ſic ceſsat defectus Partis indefenſæ, & inauditæ; iſtæ enim proteſtationes, quæ fiunt ante electionem per eos, qui ſe prætendunt vocales ſolum operantur, ut electio maneat in pen-
dulo, & dependeat ab eo, an proteſtationes ſint juſtificatæ, & de juſtitia recognitæ apud Confirmatorem, vel non juſtificatæ, aut injuſtæ; ſi enim convincuntur juſtæ, caſsatur electio; ſi injuſtæ, confirmatur. ut bene Panormit. loquens de poſseſſore malæ fidei prætendente Jus votandi in Conventu, a quo fuit translatus *in cap. Conſtitutis num.* 2. *verſic. Secundo quia poteſt intelligi*, Gonzal. *num.* 7. *in fine*, Paſserin. *de elect. cap* 3. *numer.* 29. *& cap.* 32. *numer.* 24. 26. & 30. ea ratione, quod ſententia retrotrahitur ad tempus ante electionem, Paſserio. *de elect. cap.* 10. *numer.* 131. eſt enim ſimplex patefactio præteriti latentis, quæ aliquid de novo non inducit *leg.* §. *Cum quis ff. de acquir. rer. domin.* & maxime ubi ante electionem præceſſit terminus a quo, prima, nempe Sententia, quæ fuit poſt electionem confirmata, ut tradunt Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 51. *numer.* 41. *& ſeqq.* Rot. *in Derthuſen Beneficii* 2. *Decembris* 1701. §. *fin.* coram clar. mem. Cardinal. Caprara. 56

Remanet examinandum quidquid geſſit Pater Provincialis in hoc negotio electionis reſpectu deputationis, & miſſionis Vicarii ad effectum præſidendi electioni cum facultate confirmandi, & caſſandi electionem; dicunt enim Oppoſitores, quod non potuerit mitti Vicarius extra illos duos caſus in Conſtitutionibus Ordinis præfinitos, ſcilicet, aut quando concurrit magna diſſenſio eligentium, aut quando in Conventu non exiſtit, qui ſciat electionem dirigere, ſed objectum credo inſubſiſtens ex quo Conſtitutiones loquuntur in caſu, quo mit- 57
tatur Vicarius ad præſidendum, & ſimul habendum votum activum in electione: ſecus autem, quando mittitur Vicarius ſine voto, quia tunc mitti poteſt quandocunque etiam extra illos duos caſus in Conſtitutionibus expreſſo, ut in puncto diſtinguendo inter Vicarios cum voto, & ſine voto, firmarunt Fontan. *titul. de Vicar. cap.* 12. *num.* 1. & 2 *& in cap General. Valent.* 1647. *declarat.* 7. Caſtellin. *de elect. cap.* 12. *numer.* 10. *& ſequent.* Paſserin. *eodem tractat. capit.* 3. *numer.* 39. ea ratione, quod etiam extraneus ſine voce admitti poteſt in Capitulo, ut electores adjuvet, nimirum, ut eos dirigat, ut ex 58
Panormit. *in Cap. cum Eccleſia Sutrina de Cauſ. poſſeſſ. & Propriet. numer* 43. *verſic. quam enim non ſit contra Jus*, Donat. *in Prax. tom.* 2. *tractat.* 2. *de loco elect. quæſt.* 15. *num.* 4. Paſserin. *de elect. cap.* 3. *num.* 58. *& cap.* 14. *num.* 25.

Reſpondent Oppoſitores, quod Provincialis in Litteris patentibus non ademerit Vicario facultatem votandi, quæ idcirco ſubintelligitur, licet non expreſſa tanquam competens Vicario vigore Conſtitutionum: ſed facilis reſponſio eſt, quod hæc tacita, & ſubintellecta facultas nunquam arguitur, aut infertur, quando ipſemet Provincialis deputans contrarium declaravit, ſtandum proinde venit declarationi ipſius Delegantis, non autem 59
in abſtracto dicendum, & ſofiſticandum, quod Vicarius debeat de Jure habere votum, quia quod factum fuit attendi debet, non autem, 60
quod aliter fieri poterat, Rot. *deciſion.* 36. *numer.* 6. *part.* 17. *recent.* Barboſ. *axiom.* 93. *numero* 15. Rota *in Aſten Prioratus ſuper Pertinentia* 11. *Junii* 1708. §. *Non attenta*, coram bonæ memo-

tæ Lan-

Digitized by Google

ſim Lancetta, & 7. *Decembris ejuſdem anni* §. *Nihilque refert*, coram Reverendiſſimo Aldrovando, *& in Senogallien. Canonicatus de Luchis* 23. *Junii* 1710. §. *Inutiliterque*, cor. eodem.

Controvertunt oppoſitores, quod Vicario dari non potuerit facultas confirmandi, & reſpective caſſandi electionem; ſed eſt objectum meo judicio inſubſiſtens; nam cum facultas confirmandi com-
61 petat Provinciali authoritate ordinaria, idcirco eſt actus alteri delegabilis per Text. *in capit. inter cætera de offic. Ordin. & capit. cum Epiſcopus eodem tit. in 6.* a S. Ubald. *quodlibet.* 11. *numer.* 1074. *& quodlibet.* 13. *numer.* 1472. & in ſpecie referendo caſus Vicariorum cum facultate confirmandi, tradit Paſſer. *de election. capit.* 36. *num.* 50., & docet recepta praxis; immo ſicut Vicarius fuit deputatus Præſes electionis, ita Præſes habet de Jure facultatem
62 confirmandi, ut teſtatur Paſſerinus *de elect. cap.* 40. *n.* 92., ibi = *Quia regulariter, qui confirmare poteſt, eſt Præſes, qui adeſt electioni.*

Et demum vana eſt oppoſitio, quod Vicarius, & Præſes non habuerit facultatem ſe ingerendi circa legitimationem Vocalium, & ſignanter Patris Voxmediano recipiendo probationes ſibi oblatas, quia præcipua ſubſtantia Præſidis Capituli in hoc reſidet, ut omnia rite, & recte fiant in electioni-
63 bus, & habet juriſdictionem circa legitimationem Vocalium, & in figura Judicii, audita Partibus, procedendi ad includendos, vel excludendos Vocales, ut liquet ex Paſſerin. *capit.* 14. *numer.* 51, & 52. & hanc facultatem, & majorem tribuit Provincialis Vicario in litteris patentibus non ſolum confirmandi, ſed etiam alia faciendi, quæ ipſe perſonaliter facere poſſet, cum indubitatum ſit hanc facultatem eſſe delegabilem per Provincialem, tanquam ordinariam, ut in individuo refert Paſſerin. *de elect. capit.* 14. *numer.* 76., itaut talis Vicarius, & Præſes habeat Juriſdictionem, & Tribunal tanquam delegatus ad univerſitatem cauſarum, & dubiorum, quæ reſpiciunt electionem, & Capitulum
64 Conventuale cum poteſtate tam in capite, quam in membris, ut inquit Paſſerin. *in Tribunal. Regular. quæſtion.* 2. *articul.* 3. *numer.* 32. & inſuper ad nihil inſerviret authoritas confirmandi, niſi haberet Vicarius iſte Juriſdictionem inſeparabiliter neceſſa-
65 riam pro judicandis, & decidendis omnibus dubiis, juxta ipſum Capitulum Toloſanum de anno 1628., ibi = *Et dubia ſi quæ fuerint ad confirmatorem eſſe mittenda* = & probat Peyr. *de offic. ſubdic. regul. q.* 1. *cap.* 31 §. 10 *per totum.*

Viſo hoc meo Conſulto in ſenſu veritatis edito P. Generalis abſtinendo a confirmatione, vel revocatione ſuæ ſententiæ, remiſit Cauſam Sac. Congregationi Epiſcoporum, & Regularium, quæ de menſe Aprilis 1715. ad relationem clar. mem. Cardinalis Caſſini ſuſtinuit controverſam electionem ex rationibus per me ſuperius deductis, non obſtante quod ex parte oppoſitorum allegatus fuiſſet recurſus ad Judices Laicos, ſive ad Præſidem Regiæ Audientiæ Valliſoletanæ, ut ſupponebatur, habitus ex parte Prioris electi, quia nempe cum iſte eſſet in poſſeſſione Prioratus per duos menſes, & ultra vigore electionis confirmatæ, violenter expulſus, & ſpoliatus fuerat de facto per quendam Vicarium tranſmiſſum in vim ſententiæ P. Generalis, qui caſſaverat electionem, inaudito, & indefenſo electo, non obſtante appellatione per ipſum interpoſita, & ſæpius iterata ad S. Sedem; Recognitum namque fuerat, quod tunc
66 temporis deficiebat Nuncius Apoſtolicus, ad quem recurſus haberi potuiſſet pro impediendo hujuſmodi ſpolio violento in ſpretum appellationis ad S. Sedem; & propterea non fuit illicitus recurſus ad Præſidem Regiæ Audientiæ, dum factus non erat ad impediendam Juriſdictionem Eccleſiaſticam, ſed vim privatam, ne pendente appellatione Prior electus ſua poſſeſſione ſpoliaretur, donec Judex Eccleſiaſticus provideret, & judicaret, & interim occurreretur violentiæ de facto illatæ, ut alias ita judicavit Rot. coram Emer. Jun. *deciſ.* 508. *numer.* 1. & 2. & coram Ubag. *deciſion.* 54. *numer.* 13. & coram Penia *deciſion.* 1093. *num.* 13., & concordant Poſth. *de manut. obſerv.* 6. *numer.* 26. Barboſ. *Vot. deciſion.* 48. *numer.* 17. *libr.* 2. Rota apud Farinacc. *conſ.* 68. *numer.* 14. *tom.* 1. Donat. *in prax. quæſt. Regular. tom.* 1. *Tract.* 10. *quæſtion.* 43. *per tot.* a Spirit. Sanct. *in direct. Regular. tom.* 3. *tract.* 3. *diſput.* 6. *ſect.* 5. *num.* 676. & 677.

ALEXANEN. VICARII CAPITULARIS.

ARGUMENTUM.

Electio Vicarii Capitularis facta ſuffragiis publicis, non autem ſecretis, an ſuſtineatur, ſtante præſertim Conſuetudine immemorabili ita eligendi; Non ſuſtinetur deputatio hujus Vicarii facta per Metropolitanum jure devoluto ob electionem factam per Capitulum cum nullitate excuſabili.

SUMMARIUM.

1 *Impugnans electionem tenetur eam probare nullam.*
2 *Electio Vicarii Capitularis facta ante humatum cadaver Epiſcopi non eſt nulla, & de ratione ibidem n. 3.*
4 *Electio Vicarii Capitularis facta ſuffragiis publicis, & non ſecretis valida eſt.*
5 *Et ſufficit conſenſus naturalis Capitularium publice expreſſus.*
6 *Etiam ex judicato Sacræ Congregationis Concilii.*
7 *De jure Canonico electio per vota ſecreta requiritur in electionibus propriis.*
8 *Vicarius Capitularis non dicitur proprie electus.*
9 *Non eſt admittenda ratio, quæ nimis probat.*
10 *Vocatio ſecreta pro Vicario Capitulari eſt ad melius eſſe.*
Et ejus omiſſio non vitiat, ibidem.
11 *Reſolutiones Sac. Congregationis applicantur juxta circumſtantias.*
12 *Ceſſante harum ratione ceſſant.*
13 *Valida eſt electio Vicarii Capitularis per publica ſuffragia propter conſuetudinem immemorabilem Eccleſiæ.*
14 *Cui derogaſſe non cenſentur reſolutiones Sacræ* Congregationis.
15 *Quando dicatur conſuetudo potius ſecundum jus, quam contra jus.*
16 *Quadragenaria dicitur antiqua conſuetudo.*
17 *Servanda eſt conſuetudo, niſi ſit nutritiva peccati, aut ſcandaloſa.*
18 *Conſuetudo ſufficit ad ſuſtinendam electionem.*
19 *Quando per ſcripturam probetur Immemorabilis.*
20 *Obſervantia negativa comprobat affirmativam.*
21 *Immemorabilis non cenſetur comprehenſa, & derogata in qualibet reſolutione Sacræ Congregationis abſque mentione ſpeciali.*
22 *Metropolitanus non habet jus deputandi Vicarium Capitularem, niſi ob negligentiam Capituli.*
23 *Secus autem facta electione per Capitulum, ſed nulliter, diſtingue, ut ibi.*
24 *Electio Patronorum facta nulliter contra formam non dat locum devolutioni.*
25 *Electio Vicarii Capitularis in perſonam non Doctoris licet nulla non dat locum devolutioni ad Metropolitanum.*
26 *Bona fides, & juſta credulitas in electione nulla excuſat a devolutione*, & n. 27.
28 *Devolutio eſt pœna.*
29 *Ad cauſandam bonam fidem ſufficit opinio unius Doctoris.*

30 Stante

30 *Stante bona fide pro validitate electionis ex circumſtantiis iſta dicitur colorata, & electores excuſantur a nullitate.*

31 *Ubi nullitas electionis non eſt culpabilis, indulgetur Capitulo, ut deveniat ad novam electionem.*

23 *Ubi electio eſt nulla, ſed habet conſenſum naturalem omnium Capitularium, vel confirmatur cum Sanatoria, vel electus ex integro deputatur, &* n. 33.

34 *Reſolutio Cauſa in Sacra Congregatione Concilii.*

DISCEPTATIO CLVI.

Diſputabatur in hac Cauſa primum dubium = *An electio Vicarii Capitularis in Perſonam Cantoris aptata ſuſtineatur* = ubi pro affirmativa reſolutione dicebam ſcribens in Sacra Congregatione Concilii, quod electio præſumitur valida, & canonica tam ex parte formæ, quam perſonæ, & ſufficit electo ſolum Inſtrumentum electionis oſtendere, abſque neceſſitate ejus validitatem proban-
1 di, tanquam de jure præſumptam, illamque impugnanti incumbit onus liquidis probationibus nullitatem oſtendendi, juxta Theoricam Lapi *in c. Licet Epiſcopus num. 3. & ſeq. de prabend. in 6. ibique* Geminian. *numer.* 12. Rot. *decif.* 289. *numer.* 25. *&* 26. *pars.* 6. *& decif.* 244. *numer.* 34. *part.* 8. *rec. & in Albaracinen.* Canonicatus 10. Maii 1700. §. *Sed antequam*, cor. bon. mem. Molines Decano impreſſa apud me *diſcept. Eccl.* 4. *n.* 127.

Et ſane contra validitatem electionis obſtare non poterat, quod illa fuiſſet intempeſtive celebrata antequam Cadaver Epiſcopi defuncti fuerit Sepulturæ traditum; nam quidquid ſit de honeſtate, certa eſt Canoniſtarum opinio, quod electio fieri valet, ſtatim Epiſcopo defuncto, & facta ſuſtinetur etiam
2 ante humatum Cadaver Prælati, prout omnium primus cenſuit Innocen. *in cap. bona* 36. *de election. n.* 3. ubi quod nullo jure prohibitum reperitur, quominus ſtatim poſt mortem fieri poſſit electio, referens ita judicatum in Eccleſia Hillerden. ibi = *cum nullum decretum inveniatur, ubi prohibeatur, ante Sepulturam tractatus electionis, immo, quod plus eſt, ipſa electio, quinimo cum ſtatim poſt mortem de jure poſſit fieri electio, quia morte Viri ſoluta eſt Uxor, ideſt Eccleſia a Lege Viri, nubere poteſt cui vult, ergo & eligere Epiſcopum, & ſic fuit judicatum in Eccleſia Hillerden. ſcilicet quod a tempore mortis poteſt fieri electio*, & doctrinam Innocentii omnes communiter ſequuntur graviores Canoniſtæ in dicto
3 *Cap. bona*, ſignanter Buttrius *num.* 16. ubi allegat rationem, quod a die mortis currit tempus ad eligendum, & abſurdum eſſet, tempus currere, & electionem fieri non poſſe Bald. *num.* 2. Panormit. *numer.* 11. Bellamet. *numer.* 4. *in fine*, Joann. Andreæ *num.* 12. Caſtellin. *de election. cap.* 6. *num.* 2. Lavor. *eodem tractat. cap.* 18. *num.* 20. Paſſerin. *capit.* 13. *numer.* 13. *verſ. ſed e contra.*

Sic etiam non ſubſiſtebat altera objectio, quod ſecuta fuiſſet electio non ſecretis, ſed publicis Suffragiis; Etenim in puncto juris ego ſemper inſubſiſtentem cenſui opinionem, quod electio Vicarii
4 Capitularis expleri debeat ſecretis ſuffragiis, & per ſcrutinium, ex quo Concilium Tridentinum hoc non præſcripſit in electione Vicarii Capitularis; de jure autem votatio ſecreta non requiritur, ex quo iſta proprie non eſt electio, cui applicatur Scrutinium, & Secretum, ſed eſt ſimplex deputatio Officialis Capituli ad tempus, & qui ſtatim ac fuit deputatus, non indiget confirmatione Superioris, & quæ propterea, ſi hujuſmodi confirmatione non indiget, non eſt proprie electio, ut hac ratione moti ita ſuſtinent Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 2. *lib.* 12. *titul.* 2. *numer.* 41. ubi ad hoc ponderat verba Concilii non utentis verbo electionis, ſed aliis verbis, ibi = *conſtituere, ſeu conſtituant*, nec non altero verbo *deputatio*, & concordat Garzia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 7. *numer.* 21. *&* 22. Barboſ. *de jure Eccleſ. capit.* 32. *numer.* 28. *tom.* 1. Pignatell. *conſult.* 34. *numer.* 11. *tom.* 8. & plene Card. de Luca *ad Concil. diſc.* 31. *numer.* 24. *& de Canonic. diſc.* 24. *n.* 3. *& diſc.* 26. *numer.* 4. Zerol. *in prax. Epiſc. part.* 1. *in verbo Capitulum* §. 3.

Quodque in hujuſmodi deputationibus, quæ abuſive vocari ſolent Electiones, non eſſet neceſſario ſervanda forma Secreti, ſeu Scrutinii, ex quo illæ non indigent confirmatione, dicebam bene probari apud Paſſerin. *de elect. cap.* 10. *quæſt.* 8. *num.* 53. *verſ. Sed neque*, Pax Jordan. *ubi ſupra num.* 41. ibi = *Vicarius Capituli non cenſetur proprie electus, quoniam electio cadit in eum, qui confirmatione indiget* = Cardin. de Luca *de Canonic. dicta diſc.* 26. *numer.* 4. ibi = *quoniam iſtam per noſtrum modum loquendi dicimus electionem, ſed vere non eſt talis* = *Et ad Concil. diſc.* 31. *num.* 24. ibi = *cum iſta vere non ſit electio, ſed ſimplex deputatio, per quandam ſpeciem traditionis mandati, adeo ut alia non exigatur Superioris confirmatio, vel ſolemnitas* = Ex quo principio ſequebatur, neque de jure communi, neque ex verbis Concilii neceſſarium eſſe formam votandi per ſecreta Suffragia, ſed ſufficere conſenſum 5
naturalem Capitularium alta, & publica voce expreſſum, prout quotidie practicatur in electionibus, quas faciunt Capitula Cathedralium, & Collegiatarum ad Canonicatus, & Dignitates, ut pleniſſime firmavit Rot. *dec.* 210. *num.* 15. *verſ. licet enim cum ſeqq. part.* 9. *rec. & in Adrien. Canonicatus* 3. *Aprilis* 1699. §. *Altera*, coram bon. mem. Lancetta, *& in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Decanatus* 20. *Junii* 1701. §. *Viſum enim, &* 10. *Martii* 1702. §. *Cum enim, & ſeqq. & §. finali*, coram clar. mem. Card. Caprara, Ceccoper. *lucubrat. Canon. lib.* 4. *ſub num.* 86. *circa finem verſ. advertendum*, & plene apud me *Diſcept. Eccleſ.* 24. *num.* 2. *& ſeqq.*

Addebam non ſolum hunc fuiſſe ſenſum Doctorum, de quibus ſupra, ſed fuiſſe etiam opinionem Sac. Congregationis Concilii, quæ ita judicavit in 6
una *Mathraten.* de anno 1632. cujus verba refert Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 22. Card. de Luc. *de Canonic. diſc.* 26. *numer.* 4. Pignatell. *dicta conſult.* 34. *num.* 11. *tom.* 8. & per conſequens cum aſſiſterent ſex punctuales authoritates, reſolutio Sacræ Congregationis, ac demum rationes manifeſtæ, utique electio publicis Suffragiis celebrata de nullitate redargui non valebat.

Fortius autem, quia penetrando viſcera rationum, quæ in contrarium adduci poſſent, eas non ſubſiſtere demonſtrabam; Quod enim Vicarius exerceat juriſdictionem, nihil concludit, cum eam exerceat veluti Miniſter dependens a Capitulo ejus Superiore, a quo etiam removeri poteſt, ut ſupra *Diſcept.* 123. *numer.* 11. *& ſequentibus*, ultra quod jure cautum non reperitur, quod deputatio Miniſtrorum, & Officialium, ex quo exercere debent juriſdictionem, ſecretis Suffragiis explenda ſit; nam de jure Canonico forma Secreti ſtatuta tantum re- 7
petitur in electionibus propriis confirmatione indigentibus, nempe ad Prælaturas, per quarum obitum Eccleſia dicitur viduata, juxta Text. *in capit. quia propter de election.* ubi Gloſſ. *in verbo Eccleſia viduata*, quod non applicatur Vicario Capitulari, qui non dicitur proprie electus, nec talis, per quem provideatur Eccleſiæ viduatæ, ut, præter allegatos, tradit Quarant. in *Sum. Bullar. in verb.* Capitulum, *Sede vacante ſub num.* 15. *circa finem* ibi = *Sciendum eſt etiam, quod Vicarius Capitularis non poteſt dici proprie electus, cum electio cadat in eum, qui confirmatione indiget, & ideo notanter* Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *utitur verbis* = *Scilicet Officialem conſtituant, & deponant.*

Minus ab hoc veriſſimo juris aſſumpto recedi poſſe dicebam ex motivo liberius votandi, & ne alias oriantur rixæ, & inimicitiæ inter Capitulares; hæc enim ratio nimis probat, dum juxta illam oporteret omnes actus, qui fiunt ab Univerſitatibus, & Col- 8
legiis, explendos eſſe ſecretis Suffragiis in caſu, quo

unus

Digitized by Google

onus de gremio Collegii eſſet eligendus, aut ageretur de intereſſe alicujus de gremio, & tamen niſi
concurrat jus ſpeciale in contrarium, jus Canonicum, exceptis electionibus propriis, generaliter contentatur conſenſu naturali quomodolibet explicato
9 ſive publice, ſive ſecrete, ſive verbis, ſive factis,
juxta firmata in *dicta deciſ.* 210. *numer.* 9. *& ſequentibus part.* 9. *recent. in dicta Leodien. ſeu Aquil. gravam. Decanatus*, apud me *Diſcept. Eccleſ.* 24. *per to-*
10 *tam*, & ſolum concludi poterit hanc ſecretam votationem dari ad melius eſſe, non autem de neceſſitate juris; quæ autem determinantur ad melius eſſe, etiam omiſſa non irritant actum, Ceccoper. *lucubrat. Canon. libr.* 4. *nu.* 86. *in fin.* Caſtropal. *oper. moral. par.* 1. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 9. *num.* 1. *& ſeqq.*
Paſſerin. *de elect. cap.* 10. *n.* 37.

Quibus omnibus obſtaculum facere non poſſe videbatur aliqua Sacr. Congreg. reſolutio apud Monacel. *tom.* 1. *formul.* 2. *numer.* 11. Etenim agnoſcebam in hoc difficultatem, & cum reſpondere non liceret quod contrariæ ejus Reſolutiones mihi non placerent, dicebam quod cum illæ emanare ſoleant juxta contingantias, & circumſtantias facti, nunquam applicari poterant, tanquam loquentes in caſibus u-
11 bi ſubeſſe potuit periculum rixarum, aut ſuſpicio ſubverſionis votorum in electionibus factis in diſcordia, & ſciſſura vocalium, cujus in præſenti totum oppoſitum concorrebat, dum agebatur de Viro digniſſimo, in quem viva voce conſpiraverant univerſi Capitulares, nemine diſcrepante, & poſt peractam electionem, nemine diſcrepante, dederant mandatum ad ſuſtinendam controverſam electionem; Unde ſi omnes Leges, & decreta emanare ſolent propter aliquam cauſam, vel rationem, uſque dum in hujuſmodi electione deficiebat ratio Inconvenientium, in qua ſundantur Reſolutiones in contrarium allegabiles, deficere etiam deberet obſtaculum
12 prohibitivum juxta communem regulam a ratione ceſſante deductam in omni Lege validiſſimam, de qua Text. *in l. adigere* §. *Quamvis ff. de jurepatronat.* Anchatan. *conſ.* 47. *n.* 4. ubi quod regula hæc generalis eſt in Legibus, contractibus, & aliis diſpoſitionibus, Caldas *de poteſtat. eligen. cap.* 10. *n.* 2. *& ſeq.* Leo *in Theſaur. for. Eccleſ par.* 1. *cap.* 15. *n.* 3. Rot. *dec.* 437. *n.* 1. *par.* 1. *rec.* 144. *num.* 4. *part.* 16.

Cæterum præcipue inſiſtebam in Conſuetudine ita eligendi Vicarium, attento, quod modus eligendi
13 Vicarium Capitularem publicis Suffragiis non erat novus in hac Eccleſia, ſed antiquiſſimus, & per immemorabilem conſuetudinem practicatus, non ſolum nanque aducebam ultimum Statutum anni 1695. in quo fuerat electus alter Vicarius per vota publica, ſed etiam anteriorem Statutum anni 1666. ubi eodem modo fuerat peracta electio: Si autem verum eſt electionem Vicarii non eſſe ſubjectam Secretæ votationi, ſed de jure fieri poſſe apertis Suffragis, juxta Doctores, & reſolutionem Sac. Congregatio-
14 nis de anno 1632. eſto etiam, quod aliqua adeſſet Reſolutio Sac. Congregationis in contrarium, hæc nunquam haberet locum in illis Eccleſiis, in quibus contraria vigeret Conſuetudo, cum non cenſeatur S. Congregatio in generali ſermone abſtuliſſe laudabiles, ſeu de jure non improbatas conſuetudines Eccleſiarum particularium, per ea, quæ in propoſito advertunt Marius Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 103. *n.* 17. Valenzuol. *conſ.* 184. *n.* 28. *&* 29. & ſcripſi Ego *in Parergon. ad diſcept. Eccleſ part.* 2. *n.* 73.

Cum dubitare non poſſet, Conſuetudinem hanc, quatenus etiam ſimpliciter quadragenaria foret, eſſe omnino ſufficientem, & attendendam in hac materia juris vutandi, quando roborata reperitur opinione tot Doctorum, immo etiam reſolutione Sacræ Congregationis, de qua ſupra, quo caſu erat judi-
15 canda potius Conſuetudo ſecundum jus, quam contra jus, ſufficiens, etiamſi decennalis foret, ut plene apud me *diſcept. Eccleſ.* 16. *ſub num.* 18. *verſic. advertendo in fin.* Rota *deciſion.* 615. *part.* 1. *diverſ.* ac coram Cavaler. *deciſion.* 93. *nu.* 2. *& dec.* 356. *num.* 1.
16 & cor. Emerix jun. *deciſ.* 640. *n.* 3. *&* 4. fortius Conſuetudo quadragenaria; quæ dicitur antiqua Conſuetudo, Rot. cor. Emerix. jun. *dec.* 764. *n.* 12. Cava- 17
ler. *dec.* 459. *num.* 4. Rot. *in Hiſpalen. juris ſedendi Synodo* 21. *Junii* 1697. §. *Ex hoc tamen*, coram bon. mem. Muto Carolus Antonius de Luc. ad Gratian. *diſcept.* 111. *ſub num.* 3. *in fine*,

Certi autem Juris eſt conſuetudines Eccleſiarum eſſe attendendas, non obſtante etiam diſpoſitione juris in contrarium: quia Conſuetudo ſervanda eſt, dummodo non ſit nutritiva peccati, aut ſcandaloſa, Rota *deciſ.* 28. *num.* 1. *part.* 3. *rec. & deciſ.* 560. *n.* 10. *part.* 19. *tom.* 2. quidquid male hunc vocando abuſum putaverit Monacell. *in Formular. tom.* 1. *form.* 2. *numer.* 11. & citra difficultatem, ubi allegatur Conſuetudo ad evitandam dontaxat pœnam, qualis eſt nullitas Actus, & viceverſa ad ſuſtinendam e- 18
lectionem, pro quo ſufficere bonam fidem ex ultimo etiam Statu deductam, firmavit Rot. *in Romana Capellania* 3. *Junii* 1707. §. *Concurrente*, cor. clar. mem. Card. Scotto.

Fortius igitur, ubi Conſuetudo dici debebat immemorabilis, attento quod in Inſtrumento electionis Anni 1666. dictum fuit, ibi = *publicis Suffragiis, ut moris eſt* = Cum enim de hoc tempore ſupponatur, & enunciatur conſuetudo præexiſtens, ibi = *ut moris eſt* = abſque eo quod conſtet de principio, utique habebat oculos retro ad tempus indeterminatum, 19
& infinitum, & ſic probabat Immemorabilem, ut in ſpecie firmavit Rot. *in Dertbuſen. Juriſdictionis* 6. *Februarii* 1696. §. *Hac autem*, cor. bo. mem. Pen.

Quæ Immemorabilis enunciata, ut, ſupra in ſtatu Anni 1666. majus fomentum probationis recipiebat, eo ipſo, quod non dabatur in contrarium non ſaltem electio Vicarii Capitularis, quæ facta fuiſſet ſecretis Suffragiis, quæ obſervantia negativa comprobabat affirmativam, Rota *in Barchinonen. Benef. dec.* 661. *n.* 15. *par.* 19. *tom.* 2. *rec. & in Parmen. Beneficii* 20
16. *Januarii* 1702. §. *finali* cor. bo. me. Anſaldo, *&* 27 *Junii* 1703. §. *finali* cor. bo. me. Molines, & concurrente Immemorabili ſilere debebat omnis difficultas, etiamſi mille reſolutiones adeſſent in contrarium, cum in qualibet Lege, vel Conſtitutione etiam derogatoria Conſuetudinis ſemper excepta dicatur Imme- 21
morabilis, niſi de ea facta fuerit mentio, & derogatio ſpecialis, ut in terminis reſolutionum Sacræ Congregationis bene advertit Pignattell. *conſult.* 208. *n.* 18. *t.* 4. Gratian. *diſcept.* 492. *n.* 2. & dixi Ego *diſcept. Eccleſiaſt.* 50. *num.* 23.

Hinc deſcendendo ad examen ſecundi dubii = *an deputatio facta a Reverendiſſ. Metropolitano ſuſtineatur* dicebam eſſe negative reſolvendum, etiamſi contingeret dubitari de ſubſiſtentia electionis; & movebat ex ipſa Littera Sact. Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de refor.* ubi decernitur Jus deputandi Vicarium devolvi ad Metropolitanum in caſu tantum, quo Capitulum fuerit negligens in illum eligendo intra limites octo dierum, ibi = *Capitulumque, ut prefertur, negligens fuerit*, in qua quidem negligentia fundari devolutionem ad Metropolitanum obſer- 22
vat Pignattel. *conſul.* 34. *n.* 13. *&* 20. *tom.* 8. & Ego ſcripſi *in Parergon. ad Diſcept. Eccleſ. part.* 2. *n.* 123. *in fine*, quoties autem ſupponebatur factam fuiſſe Electionem, ceſſabat negligentia Capituli, & conſequenter devolutio ad Metropolitanum.

Nihil obſtante Regula, quod paria ſunt non eligere in tempore, ac nulliter eligere; hæc enim Regula declaratur cum diſtinctione unius nullitatis ab altera; aut enim electio eſt nulla, ex quo deficit conſenſus majoris partis Capitularium E. G. facta per medietatem, aut etiam eſt nullam propter defectum privantem electores Jure eligendi E. G. admittendo excommunicatos, aut aligendo per ſubornationem, 23
ſimoniam, vel abuſum Laicæ Poteſtatis: & in his terminis electio habetur pro non electione, & datur locus devolutioni; aut vero electio facta fuit non ſolum per majorem partem, ſed etiam per totum Capitulum, & ineſt defectus aliquis circa ſcrupulum formæ, & tali caſo nunquam electio habetur pro non electione ad effectum incurrendi pœnam devolutio.

lutionis, ut bene diſtinguit Paſſerin. *de elect, cap.* 13. *n.* 41. *&* 42. cujus verba ſont hæc:

Vidi ſæpe aliquos errantes in hoc puncto, & volentes electionem nullam haberi pro non electione; unde dum electores elegerunt intra menſem, ſed nulliter, electio devolveretur ad Superiorem, quia idem ſit nulliter eligere, & non eligere, quod evidenter eſt falſum: quia devolutio electionis eſt pœna lata contra Negligentes eligendi, non contra eligentes defectuoſe; hic igitur attendi debet, an in electione aliquis ſit nominatus a majori parte ultra medietatem vocalium, vel non; Si non quia illa electio evidenter non eſt electio, ideo ſi electores intra terminum aliam electionem non habeant, devolvitur electio, ſed ſi aliquis a majori parte ultra medietatem nominatus fuerit, quia tunc eſt Capitularis, & ad hunc effectum ſatis Canonica electio, etiamſi poſtea talis electio reprobetur propter defectum electionis, non devolvitur ad Superiorem, niſi talis ſit defectus, pro quo electores ſint Jure privati voce ad noviter eligendum &c. & inferius, ibi = *Si evadit aliquis electus a majori parte electorum, electio eſt in hoc puncto Canonica, licet poſſit eſſe deficiens, & vel nulla ipſo jure, vel caſſanda, nec ad effectum devolutionis electio nulla haberi poteſt pro non electione, quia pœna devolutionis non imponitur electioni nullæ, ſed negligentiæ eligendi vel nulliter, vel valide.*

Simile habemus exemplum in materia Juris præſentandi, ſeu eligendi ſpectantis ad patronos collegialiter eligentes, prout ſunt Univerſitates, quæ ſi eligant per majorem partem votorum, ſed nulliter ex aliqua nullitate peccante circa formam, non tamen 24 exinde jus devolvitur ad Superiorem, ſed a die declaratæ nullitatis habet Univerſitas novum terminum ad eligendum, ut in terminis Parochianorum habentium jus eligendi, ſeu præſentandi collegialiter, qui nulliter electionem fecerant per vota ſingularia, decaſum fuit Me ſcribente per Rot. *in Bononien. Parochialis* 2. *Martii* 1708. §. *finali* cor. Card. Priolo, *&* 26. *Januarii* 1711. §. *Firmata*, cor. bon. mem. Caffarello, & in terminis pluries judicavit Sacra Congregatio Concilii circa electionem Vicarii Capitularis nulliter factam in perſonam non Doctoris, 25 ubi interrogata, an hoc caſu intraret devolutio, negative reſpondit, reſolvendo tantum electionem eſſe nullam, *ut in Companien.* 4. *Aprilis* 1637. *& in Raguſina* 2. *Aprilis* 1650. ubi reſpondit, ut Capitulum deveniret ad novam electionem unius ex Doctoribus Capitularibus, quas reſolutiones tranſcribit Pignatell. *dicta conſult.* 34. *n.* 13. *& ſeqq. tom.* 8. reddens rationem, quod pœna devolutionis impoſita propter negligentiam non extenditur ad caſum, quo actus quidem geſtus fuit, ſed nulliter, cum minus ſit peccare in qualitate, quã in ſubſtantia.

Quod ſi ſimpliciter procedit, ubi electio eſt nulla ex aliquo defectu circa formam, ſeu ſolemnitatem, utique in caſu iſto dicebam caſum eſſe de indubitabili, ex quo nullo modo peccarunt Capitulares contra formam, eligendo per publica ſuffragia propter relatam Conſuetudinem, vel ſaltem ultimum, & penultimum ſtatum annorum 1666. & 1695. quæ quidem Conſuetudo, & ultimi ſtatus, quidquid etiam eſſet, an ſuſtinere valerent electionem, ſemper tamen verum, & infallibile erat, quod cauſarunt in Capitularibus ſaltem bonam fidem, & juſtam credulitatem opinandi: quod ſicut duæ præcedentes electiones Vicarii Capitularis expletæ fue-26 rant per vota publica, & effectum ſuum validum habuerant, ita etiam eodem modo, & forma procedere, & continuare potuerint in hac tertia, & ſequenti electione Vicarii Capitularis, & hæc bona fides, & juſta credulitas, ſi non ſufficiebat ad ſuſtinendam electionem, ſemper ſufficiebat ad excuſandum a pœna devolutionis, ut in punctualibus terminis judicavit Rota *in Barchinon. Beneficii* 20. *Junii* 1701. §. *Nam hoc objectum cum ſequen.* cor. clar. mem. Cardinali Priolo *impreſſa* apud Monacell. *in Formul. part.* 2. *deciſion.* 41. *numer.* 2. *& ſeqq.* ubi in caſu, quo Patronus nulliter præſentaverat Clericum contra formam fundationis requirentis præſentationem Sacerdotis, proviſio facta per Ordinarium jure devoluto fuit annullata per Sacram Rotam, ex quo Patroni fuerant in bona fide præſentandi Clericum propter ultimum, & penultimum ſtatum, in quibus præſentati fuerant Clerici, deſumendo bonam fidem ex his ſtatibus ad excuſandum a devolutione, & eiſdem terminis, Rota *in Romana Cappellaniæ* 3. *Junii* 1707. §. *Concurrente*, coram clar. mem. Card. Scotto.

Eo magis hoc procedere dicebam, ex quo modus eligendi per vota publica, non ſolum ſervatus in allegatis ſtatibus, ſed etiam approbatus reperiebatur per reſolutionem Congregationis, & tot Doctores ſupra relatos, quæ omnia ſimul juncta, aut ſufficiebant ad validitatem electionis, aut ſine dubio con- 27 ſtituebant Capitulares in bona fide, & juſta credulitate putandi electionem Vicarii hoc modo fieri poſſe, & ſuſtineri ad effectum excuſandi a devolutione, ut in puncto animadvertit Pignatell. *dicta conſult.* 34. *n.* 23. *verſ. Maximo to.* 8. devolutio etiam pœna eſt, & ad illam evitandam ſufficit quælibet cauſa 28 etiam irrationabilis, & color, ſeu probabilitas credulitatis, Gratian. *diſcept.* 675. *num.* 33. Rot. cor. Gregor. *deciſ.* 388. n. 4. & cor. Seraphin. *dec.* 738. *n.* 10. *& in rec. dec.* 65. *n.* 4. *par.* 17. *& dec.* 644. *n.* 1. *& deciſ.* 677. *n.* 17. *part.* 19. *tom.* 2.

Et ſi dicunt communiter Doctores, quod ad cauſandam bonam fidem, & juſtam credulitatem ſufficit opinio unius Doctoris ad effectum evitandi pœnam 29 devolutionis, ut tradunt Gabriel. *conſil.* 90. *n.* 25. *& ſequen. lib.* 2. Rot. *dec.* 268. *n.* 3 *par.* 2. *& deciſ.* 677. *n.* 16. *&* 17. *par.* 19. *tom* 2. *rec.* & cor. Othobon. *deciſ.* 110. *n.* 12. *&* 13. quid ſane dicendum erat in caſu iſto, ubi concurrebat una reſolutio Sacræ Congregationis de anno 1632. opinio ſex practicorum Doctorum, & denique ultimus, & penultimus ſtatus comprobans, & enuncians Conſuetudinem præcedentem; in his enim terminis dicunt Doctores, quod non datur devolutio, ex quo interim electio dicitur colorata, & excuſantur electores, donec veritatem intellexerint, 30 ut ait Lambertin. *de Jurepatronat. lib.* 2. *part.* 2. *qu.* 1. *artic.* 24. *ſub n.* 3. *circa finem folio mihi* 71 a. ibi = *debebunt iterum præſentare, quia prima nullo modo tenuit, ſed tam præſentatio, quam inſtitutio erant coloratæ, & ideo durante illo colore, non currit eis tempus, & ideo excuſantur, donec veritatem intellexerint*, & docet Innocen. *in cap.* Cum *noſtris n.* 2. *verſ. Nec tamen de conceſſ. præbend.*

In tertio denique dubio quærebatur = *quomodo ſit providendum* = ubi inſinuabam deveniendum eſſe ad novam electionem faciendam per Capitulum, vel pro confirmatione electionis jam factæ cum ſanatione male prætenſi defectus.

Et ſane quod primam Inſtantiam aſſiſtebant doctrinæ punctuales, quod ubi electio eſt nulla ex aliquo defectu non privante electores jure eligendi, attenta præſertim eorum bona fide, reſponderi ſolet quod deveniatur ad novam electionem, *ut ſu-* 31 *pra n.* 24. *&* 25. quo vero ad aliam Inſtantiam ſuper confirmatione, & ſanatione electionis, eo ipſo quod perſona electa omni ex parte erat digniſſima, & concurrebat unanimis conſenſus totius Capituli, 32 cum quo electio facta fuit, utique Sedes Apoſtolica, & Sacra Congregatio ſolet confirmare cum clauſula = *Supplentes* = vel deputare ex integro eundem electum, ut eſt Text. apert. *in capit. bona* 4. *de poſtul. Prælator.* ubi allegat rationem conſenſus naturalis omnium Capitularium, qui conſpirarunt in electum, ibi = *Eundem Archiepiſcopum, in quem omnes, quorum conſenſus in electione, vel poſtulatione Paſtoris requiritur, convenerant &c. ad Metropolim Strigonien. transferimus &c.*

Et inſuper allegabam hanc eſſe praxim SS. Congregationum, quæ ubi vident electionem habere conſenſum naturalem Capitularium, & maxime acclamatam ex univerſali placito populi, etiam approbare paſſim conſueverunt electiones ſanando defectus reſpicientes ſolemnitates, & formam, ubi

non

Digitized by Google

non concurrat vitium perſonæ electæ, ſed ſolus defectus in ſtricta cenſura juris, ut judicavit Sac. Con-
83 gregatio Conſiſtorialis in *Monaſterien. Coadjutoria* 20. *Februarii* 1668. & teſtatur Card. de Luca *de Regal. diſc.* 1. *num.* 94. & 95. ibi = *Hinc proinde ſæpius contingit, ut electio, quamvis de ſtricta juris cenſura invalida cenſenda ſit, adhuc tamen quandoque revalidari ſoleat, ubi non ex vitio perſonæ &c. ſed ex ſola juris ſubtilitate nullitas proveniat, quoties dignoſcatur, quod electio de perſona digna ſecuta ſit*, & hoc ipſum reperit idem Auctor *in tract. de Regular. diſc.* 11. *n.* 12. ubi dicit hoc eſſe antiquum Sedis Apoſtolicæ ſtylum, *& diſcurſ.* 53. *n.* 4. *& de Canonic. diſc.* 37. *num.* 1. *in fine*, *& num.* 2.

Propoſita hac Cauſa *ſub die* 17. *Decembris* 1702.
84 Sacra Congregatio Concilii ad primum, & ſecundum dubium reſpondit = *Negative* = Ad tertium vero reſcripſit, quod electus = *Exerceat nomine Sacræ Congregationis* = Ego autem quoad primum ſtante Conſuetudine non poſſum recedere a jam dictis.

CONSTANTIEN. VISITATIONIS.

ARGUMENTUM.

Commiſſio, ſeu delegatio Epiſcopi ad viſitandum probatur ex litteris cum ſigillo Epiſcopi; Viſitatores ab Epiſcopo deputati ad Eccleſiam viſitandam poſſunt explere Viſitationem perſonalem in alio loco tertio, & extra illam Eccleſiam.

SUMMARIUM.

1 *Commiſſio Delegantis probatur ejus manu, vel ſigillo.* & num. 2.

3 *Exceptio, quæ conſiſtit in tempore, debet de eo concludenter probari.*

4 *Delegatio poteſt dari etiam oretenus, & ſine ſcriptura.*

5 *Concurrentibus præcipue circumſtantiis, & quales iſtæ ſint* num. 6. 7. 8 & 9.

6 *Sigillum demonſtrat voluntatem perſonæ cujus eſt ſigillum.*

7 *Factum præſumitur, quod fieri de jure debebat.*

9 *Ratificatio Epiſcopi æquiparatur mandato.*

10 *Delegatio probatur ex ſola ſcientia, & patientia ipſius Delegantis.*

11 *Viſitatio facienda eſt mediante acceſſus ad Eccleſiam.*

12 *Commiſſio generaliter data intelligitur prout de jure.*

13 *Viſitatio realis facienda eſt cum acceſſu ad Eccleſiam.*

14 *Perſonalis fieri poteſt extra in loco tertio, ſi commode in Eccleſia haberi non poteſt*, & num. 15. & 16.

17 *Locus non eſt de ſubſtantia Viſitationis, nec electionis.*

18 *Locus ubi peragenda eſt Viſitatio relinquitur arbitrio Viſitatoris juxta circumſtantias.*

19 *Maxime ſi accedat ſolitum, vel alia circumſtantia*, & num. 20.

21 *In materia Viſitationis excommunicatio directa permittitur, non autem ſubſidiaria.*

22 *Concilium Tridentinum, quod mandat excommunicari in ſubſidium, loquitur in debitis pecuniariis, & judicio contentioſo.*

23 *Etiam hoc caſu excommunicatio non eſt nulla, non ſervato ordine Concilii.*

DISCEPTATIO CLVII.

CUm Viſitatores Epiſcopales Celſiſſimi Epiſcopi Conſtantienſis excommunicaſſent Præpoſitum certæ Collegiatæ, qui auſu temerario pluribus modis impedita voluerat Viſitationem contra ſeipſum propriæ conſcientiæ remordente aculeo, & Cenſuræ fuiſſent confirmatæ per duas Sententias de Partibus, delata Cauſa ad Curiam coram A. C. infeliciter promovebantur duæ objectiones contra validitatem Cenſurarum, quod nempe Viſitatores proceſſiſſent abſque Commiſſione Celſiſſimi Epiſcopi, ac etiam quod perſonaliter non acceſſiſſent ad Eccleſiam Collegiatam, ubi dicebatur adeſſe obligationem viſitandi.

Ego autem ſcribens pro Celſiſſimo Epiſcopo ad ſuſtinendas Cenſuras ſuorum Viſitatorum, nihil obſtare dicebam, quod Commiſſio, ſeu Delegatio ad viſitandum non eſſet ſubſcripta manu ipſius Epiſcopi, ſed tantum Vicarii Generalis; Etenim duobus modis Delegatio probatur, nempe per litteras, vel ſubſcriptas manu ipſius Delegantis, vel ejus ſigillo munitas, cum ſigillum æquipolleat ſubſcriptioni, & 1
ipſum ſolum ſufficiat ad probandum Commiſſionem, ſeu Delegationem, non obſtante, quod ſcriptura fuerit manu alterius conſcripta, juxta theoricam Innoc. *in cap. Quoniam contra de probat. n.* 2. ibi = *Poſſunt actum per unum ex ſeipſis ſcribere, vel penitus per extraneum, ſed ille, qui manu propria non ſcribit, per ſigillum authenticum, vel ſubſcriptionem ſuam, vel alio modo legitime votum faciet, quod ſua auctoritate factum eſt.*

Cum qua theorica tranſeunt omnes ſcribentes; qui communiter firmant ad probandam delegationem ſatis eſſe ſcripturam munitam ſigillo Delegan- 2
tis, licet deficiat ejus ſubſcriptio, ut tradit Archidiac. *in capit. Si a Subdelegato de Offic. delegat. in* 6. *numer.* 1. & 2. ibi = *Dicit* Innocentius, *quod delegationes, & ſubdelegationes probantur per ſola ſigilla Delegantium, & ſic ipſe ſententiavit* = Zabarell. *in Clem. c. ante numer.* 1. *de Procurator.* ibi = Innocentius *&c. dicit delegationes, & procurationes probari per ſigilla Conſtituentium* = Felin. *in capit. Coram ſub numer.* 9. *in fin. Offic. delegat.* ibi = *Oſtenſio ſigilli adeo probat mandatum, quod non eſt de cautione rati cavendum &c. oſtendendo ſigillum Delegantis probatur delegatio* = Bellamer. *in cap. Quoniam contra num.* 49. *de probat.* ibi = *Sic etiam Papa judicavit, videlicet quod delegationes, & ſubdelegationes probantur per ſola ſigilla Delegantium* = Fagnan. *in cap. Cum in jure n.* 37. & 38. *de Offic. delegat.* & aliis relatis tradit Maſcard. *de probat. concluſ.* 492. *num.* 1. *& ſeqq.*

Minus obſtat, quod adhuc conſtare non videatur de Commiſſione, ex quo iſta continet datam 26. Auguſti, de quo tempore prætenditur, Celſiſſimum Epiſcopum fuiſſe abſentem ab Epiſcopali reſidentia tanquam in Civitate Viennæ commorantem; Etenim ultra quod non probatur hujuſmodi abſentia de tempore datæ, quæ in Commiſſione 3
legitur: & tamen hæc exceptio cum tota conſiſtat in tempore præciſo hujus datæ, probanda aſſ rigoroſe, & concludenter per Allegantem, juxta doctrinam Bart. *in leg. Is poteſt numer.* 17. *ff. de acquirend. heredit.* Cornel. *conſ.* 50. *numer.* 12. *libr.* 2. Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ.* 6. *numer.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 5. *numer.* 2. & 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 19. *numer.* 4. adhuc firma remanet veritas delegationis Epiſcopalis reflectendo, quod 4
delegatio dari poteſt etiam oretenus, & ſine ſcriptura, ita & taliter, quod licet extenſa reperiatur delegatio in ſcriptis ſub die 26. Auguſti, id tamen non excludit, quominus tempore anteriori, quo Celſiſſimus Epiſcopus in ſua reſidentia erat, dare potuerit hanc delegationem licet poſtea extenſam in ſcriptis tempore, quo Epiſcopus erat abſens; ut quod delegatio poſſit dari oretenus probat Innoc. *ubi ſupra*, ubi admittit alium modum probandi delegationem ultra ſigillum, & ſubſcriptionem, & litteras, qui alius modus eſt, quando fuit oretenus data Commiſſio, & firmat Rot. *dec.* 5. *de Offic. Vicar. in nov.* Sperell. *deciſ.* 117. *numer.* 91. & melius omnium Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 64. *n.* 29. ubi pro indubitato ſupponit Commiſſionem particularem poſſe dari ab Epiſcopo per vivæ vocis Oraculum ejus Vicario,

Hanc

Hanc autem delegationem revera fuiſſe datam ab Epiſcopo tempore quo in ſua reſidentia commora-
5 bator, manifeſtum redditur ex pluribus; Et primo ex ipſa declaratione facta per Celſiſſimum Epiſcopum, in qua literis claris expreſſit ſe dediſſe hanc Commiſſionem Viſitatoribus quando erat in reſidentia Epiſcopali; Certum eſt autem in hac materia meliori modo probari non poſſe delegationem datam, quam adducendo ipſiuſmet Delegantis declarationem, qua ſtante, ceſſare dicitur omnis ratio dubitandi, ut in puncto Sperell. *diſt. decif.* 116. *numer.* 91. Maſcard. *de probat. concluſ.* 949. *n.* 8. Rot. *in Pampilonen. Exempt.* 4. *Junii* 1707. §. *fin.* coram bon. memor. Anſald.

Secundo accedit circumſtantia appoſitionis ſigilli
6 Epiſcopalis, ex quo voluntas Delegantis recte deſumitur pro illo actu, cui fuit appoſitum ſigillum, quod voluntatem demonſtrat ejus Perſonæ, cujus eſt ſigillum, ut tradunt Canoniſtæ *in capit. Tertio loco de probat.* ſignanter Butrius *numer. tertio*, ibi = *Nota ſecundo, quod ſigillum &c. præſumitur appoſitum de voluntate ejus, cujus eſt ſigillum* = Imol. *num.* 2. ibi = *In dubio ſigillum &c. præſumitur appoſitum de voluntate ejus, cujus eſt ſigillum* = Felin. *numer.* 1. ibi = *Nota bene, quod in dubio ſigillum inducit præſumptionem actus veri, & conſenſum illius, cujus nomine ſigillatur* = Dec. *numer.* 8. Barb. *num.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 1302. *num.* 9. & 24. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 58. *num.* 1. Gabr. *de præſumpt. concluſ.* 4. *n.* 1.

Tertio accedunt præordinationes ad concedendam
7 delegationem, quia nempe ad aures Celſiſſimi Epiſcopi devenerant querelæ Eccleſiæ Collegiatæ ad effectum obtinendi Viſitationem; Cumque vigore Concilii Tridentini Epiſcopus viſitare teneretur, idcirco data præſumitur iſta delegatio ad viſitandum, quia ſemper factum præſumitur, quod quis de jure facere tenebatur, Maſcard. *de probat. concluſ.* 734. *numer.* 1. Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſtion.* 14. *numer.* 24. & 25. Ricc. *in prax. part.* 5. *tit. de negativa public. quæſtion.* 1. *numer.* 4. Rot. *in Leodien. Canonic.* 23. *Januar.* 1711. §. *Alias enim*, coram clar. mem. Card. Scotto.

Quarto concurrit confeſſio, & recognitio Præpoſiti ſuper veritate delegationis propter Congrega-
8 tiones habitas cum Viſitatoribus, illorumque admiſſionem per plures actus; & inſuper, quia poſt latam Sententiam Cenſuratam in prima inſtantia coram Ordinario, & alteram coram Nuncio, admiſit, nec unquam impugnavit delegationem Viſitatorum; In his enim terminis amplius allegari non poteſt defectus Commiſſionis Epiſcopalis, ut in puncto eſt doctrina Innoc. *In capit.* Cum *in jure de Offic. delegat. ſub numer.* 4. *verſic. In his omnibus*, quem refert Fagn. *ibidem num.* 26. ibi = *Hanc tamen quintam ampliationem limitat Innocentius &c. ſi Pars quandoque comparuit ante litis conteſtationem, & non contradixit; nam poſt litis conteſtationem non poterit allegare defectum Commiſſionis, ſeu Mandati &c. ex quo enim Pars comparuit, & defectum juriſdictionis non oppoſuit, præſumendum eſt Judicem habuiſſe juriſdictionem* = Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 64. *n.* 20. Gabr. *tit. de Procur. concluſ.* 1. *numer.* 11. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 33. *numer.* 29.

Et de cætero totum objectum meo judicio apertiſſime corruit ex ſuperius relata Epiſcopi declaratione, quæ oſtendit ejus voluntatem, & conſequenter inſervit pro ratificatione omnium ab ipſis Viſitatoribus geſtorum, quæ ratificatio ſufficit ad ſuſtinendum, quod factum fuit juxta propoſitionem in omni materia receptam, quod ratificatio, & voluntas Domini etiam ſubſecuta æquiparatur Mandato præcedenti, & ſufficit ad ſuſtinendum actum, pro
9 quo requirebatur Mandatum antecedens *capit. Ratihabitionem de regular. jur. in* 6. Rota coram Buratt. *deciſion.* 584. *numer.* 9. & coram Cerr. *deciſion.* 103. *numer.* 18. & *deciſion.* 279. *numero nono*, & *deciſion.* 915. *numero quarto*, & coram Gregor. *deciſion.* 295. & *deciſion.* 525. *utrobique numer.* 4. & coram Coccin. *deciſion.* 1525. *numer.* 9. & *deciſion.* 1706. *numer.* 4. & *deciſion.* 1709. *numer.* 4. & *deciſion.* 2241. *numer.* 3. & coram Emerix jun. *deciſion.* 1264. *numer.* 7. & coram Bich. *deciſion.* 256. *numer.* 13.

Et in præciſis, immo fortioribus terminis, quod Delegatio etiam ſine ſcriptura, aut Teſtibus, aut ſi- 10
gillo probata remaneat ex ſola ſcientia, & patientia ipſius Superioris Delegantis, ex qua præſumitur Mandatum, & Delegatio præcedens, firmavit Maſcard. *de probat. concluſ.* 493. *numero primo*, & *ſecundo*, ibi = *Delegatio quando dilucide non poteſt probari per ſcripturam, vel per Teſtes, ſive ſigillum &c. confugiendum eſt ad probationem tacitam, ſeu præſumptam, videlicet probando per Teſtes illum tanquam Delegatum ſe geſſiſſe, vel Sententiam protuliſſe publice, notorie, ac ſciente, & patiente ipſo Delegante &c. nam ex tali ſcientia, & tolerantia Superioris præſumitur Delegatio, & Mandatum Superioris proceſſiſſe.*

Vantius *de nullitat. tit. Qualiter Sententia, & Proceſſus numer.* 44. ibi = *Si Delegatio, & Mandatum juriſdictionale expreſſe probari non potuerunt, ad probationem tacitam, ſeu præſumptam recurrendum erit, videlicet probando per Teſtes, quod ille talis, qui tanquam Delegatus Sententiam protulit publice, & notorie, ac ſciente, & patiente ipſo Delegante, vel illo, qui ipſum delegare poterat, proceſſit, & Sententiam protulit, ex tali namque ſcientia, & tolerantia ſupradicta Delegatio reſultat, & præſumitur Mandatum Superioris præceſſiſſe* = & concordat Felin. *in cap.* Cum *in jure de Offic. delegat. n.* 10. *verſic. Si Delegatus Ordinarii*, Dec. *conſil.* 650. *n.* 12. Pavin. *de poteſt. Capituli Sede vacan. p.* 2. *q.* 10. *numer.* 23.

Corruit etiam alterum objectum, quod Viſitatores juxta legem Commiſſionis Epiſcopalis deputa-
ti ad viſitandam Eccleſiam, non potuerint eligere 11
pro loco Viſitationis habitationem in ædibus Parochialibus de Rorembac, neque Præpoſitus teneretur illuc accedere, ex quo Viſitatio facienda eſſet in ipſa Eccleſia viſitanda, juxta Gavant. *in prax Viſitation.* §. *primo, numero tertio*, Tuſch. *de Viſitation. libr. primo, capit. ſecundo, numero vigeſimo ſecundo*, Pignatell. *conſult.* 146. *numer.* 2. *tom.* 9. cum aliis in oppoſitum allegatis.

Etenim Commiſſio Epiſcopalis nil aliud continet, niſi Mandatum de viſitando, quæ Commiſſio
tanquam generalis, propterea circa modum, & for- 12
mam viſitandi intelligitur, prout de jure, Mantic. *de taciturn. libr. tertio, titol. ſeptima, numer. tertio*, Textus *in cap.* Cauſam *quæ de reſcript.* De jure autem
cum Viſitatio ſit duplex, nempe alia realis, & alia 13
perſonalis, neceſſitas accedendi ad Eccleſiam viſitandam procedit in Viſitatione reali, ut inquit Pignatell. *conſ.* 17. *n.* 11. *tom.* 8. ſecus autem in perſonali,
quæ poteſt expleri extra Eccleſiam viſitandam in alio 14
Loco tertio, quoties commode apud eundem haberi non poteſt, ut eſt Text. apertus *in cap.* 1. *de Cenſib. in* 6. ibi = *Et ſi commode, vel abſque difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad unum congruum Clericos, & Laicos ſtudeat convocare*.

Ex qua Decretali inolevit communis Concluſio;
quod viſitatio perſonalis propter cauſam incom- 15
modi, aut difficultatis eam expleondi in loco viſitato, ſive etiam majoris commoditatis gratia, ſive demum propter aliam cauſam ex rerum circumſtantiis deductam, poteſt arbitrio Viſitatoris celebrari in quocunque alio loco congruo, ad quem Perſonæ viſitandæ accedere teneantur, Gemin. *in dicto cap.* 1. *de Cenſib. numer.* 3. Anchatan. *numer.* 3. Franchus *numer.* 2. ibi = *Ultimo nota, quod ſi illud, quod debet fieri in certo loco, ſicut eſt, quando Collegium debet viſitari, ſi ibi commode fieri non poteſt, poterit in alio loco fieri, ubi commode poteſt* = Gavant. *in prax. viſit.* §. 1. *n.* 3. ibi = *Niſi hæc commodius alibi haberi poſſunt* = Barboſ. *in Summ. Apoſtol. deciſ. collect.* 727. *numer.* 9. ibi = *Si id tamen commode fieri poteſt, ſin minus ad locum congruum* = Ventrigl. *de juriſdict. Archiepiſ. capit.* 68. *numer.* 1.

Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. libr.* 7. *tit.* 1. *num.* 46. & me ſcribente judicavit Rot. *in Hiſpalen. Viſitat.* 30. *Aprilis* 1700. §. *Et quamvis circa fin.* coram bon. mem. Molines.

Immo ex cauſa Epiſcopus unum Collegium poteſt viſitare in diverſis locis, licet convenientius ſit,
16 quod in eodem loco viſitet, ut ait Innoc. *in dicto capit. primo, de Cenſib. numer.* 2. *in fin.* ibi = *Sic etiam credimus, quod ſi juſta cauſa ſubeſſet, quod poſſit unum Collegium in diverſis locis viſitari, licet ſit convenientius, quod in eodem viſitet* = quem omnes ſequuntur Canoniſtæ ibidem, ſignanter Hoſtien. *numer.* 14. Geminian. *numer.* 8. Ancharan. *numer.*
17 3. Archidiac. *numer.* 1. *in fin.* ea ratione, quod locus non eſt de ſubſtantia Viſitationis, ſicut non dicitur eſſe de ſubſtantia Electionis, ut advertit Ancharan. *ubi proxime numer.* 3. ibi = *Et putat* Innoc. *quod ex cauſa poſſet unum Collegium in locis pluribus viſitare &c.* colligit Franchus *per hunc Textum, quod locus non eſt de ſubſtantia, ſicut nec locus Electionis* Joan. Andr. *ibidem numer.* 11. ibi = *Et per hoc notat* Franchus, *quod locus Viſitationis non eſt de ſubſtantia, ſicut nec locus Electionis* = Franchus *in eodem* Textus ibi = *Quando collegium debet viſitari, ſi ibi commode fieri non poteſt, poterit in alio loco fieri ubi commode poteſt, ſecundum Joannem Andrea dicentem, locum Viſitationis non eſſe de ſubſtantia, ſicut nec locus Electionis* = Ventrigl. *de juriſdict. Archiep. dict. cap.* 69. *numer.* 1. ibi = *Quia locus Viſitationis non eſt de ſubſtantia, ſicut nec locus Electionis.*

In propoſito locus de Bettembrum, ubi extat Collegiata viſitanda, erat ruralis non habendo niſi 40. ruſticas habitationes rurales, itaut in aliqua iſtarum Viſitatores collocari commode non poſſent pro Viſitatione perſonali, minuſque in Eccleſia, ubi alia habitatio non extat, niſi illa Præpoſiti, & Canonicorum, quæ ſunt Perſonæ viſitandæ, in quarum manſionibus ſe collocare non debent Viſitatores, & Judices; ideoque dum verificatur, quod in loco, & Eccleſia de Bettembrun Viſitatores non poterant, nec debebant commode, aut congruenter ſiſtere pro habenda Viſitatione perſonali, abſque dubio potuerunt ſe collocare in ædibus viciniæ Parochiæ de Rotembac, ibique Canonicos, & Præpoſitum vacare ad Viſitationem,
18 & tali caſu locus relinquitur arbitrio Viſitationis, juxta rerum circumſtantias, ut bene monuit in praxi Criſpin. *in trattat. della Viſita Paſtoral. part.* 3. §. 1. *num.* 5. ibi = *Per viſitare altri Capitoli di Collegiate o Recettitie &c. il Veſcovo deſtinarà i luoghi loro Capitolari; overo quel luogo, che havutoſi riguardo alle circoſtanze delle coſe, e delle legitime conſuetudini meglio gli parerà* = Et quod iſte alius locus extra illum viſitandum remittatur arbitrio Viſitatoris, tradit etiam doctiſſimus Innocen. *in dicto cap.* 1. *de Cenſib. numer.* 2. ibi = *Vocare debet ad locum, ad quem vadit, ad quem tam Clerici, quam Laici commode convenire poſſunt, & hoc arbitrio committitur boni Viſitatoris* = Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 8. ibi = *Et cum nulla fiat alterius loci ſpecificatio, cenſetur remiſſa Epiſcopi arbitrio.*

Si autem id recte procedit in ſolo puncto juris, ceſſat quælibet umbra dubitandi in concreto caſus, ubi non fuit aliquid novum, ſed alias practicatum, quod Viſitatio perſonalis hujus Collegiatæ facta fuerit extra locum Collegiatæ, ſcilicet in
19 *Caſtro Montis Sancti*, quod eſt magis remotum ab Eccleſia Collegiata, quam Parochialia de Rotembac illi proximior, & contigua; Quoties igitur concurrit ultimus ſtatus, & ſolitum viſitandi quoad Perſonas in alio loco circumadjacenti extra locum Collegiatæ, nempe in ſuperius relato *Caſtro Montis Sancti*, & quidem ex illa cauſa expreſſa ibi = *Commoditatis gratia*; hoc ſolum juſtificat locum de Bettembrun non eſſe commodi acceſſus pro functione Viſitationis perſonalis, juxta Text. *in capit. primo, de Cenſ. in ſexto*, & ſimul vanam convincit exceptionem Præpoſiti, cum in hac materia, ubi locus non eſt de ſubſtantia Viſitationis ſolitum, attendatur & juxta illud actum ſemper validus, & legitimus habeatur, ut in puncto Rot. *in dict. Hiſpalem. Viſitat.* 3. *Aprilis* 1700. §. *Præterea* coram Molin. Criſpin. *ubi ſupra part.* 3. §. 1. *numer.* 5. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 7. *tit.* 2. *numer.* 7. & in terminis loci Electionis Caſtell. *de electien. capit.* 6. *numer.* 1. Paſſerin. *eod. tract. cap.* 12. *n.* 1. Lavor. *eod. tract. cap.* 18. *n.* 4. Rot. *dec.* 36. *n.* 7. *p.* 6. *recentiorum.*

Fortius autem, quando locus de Rotembac ad effectum Viſitationis perſonalis electus fuerat ab omnibus Canonicis ſub die 20. Septembris 1720. mediante Epiſtola reſponſiva ad Vicarium Generalem, 20
ubi dixerunt illum eſſe locum aptiſſimum, recuſando ex juſta cauſa ædes Præpoſituræ; ſi autem iſti Canonici, qui erant Perſonæ viſitandæ, elegerunt, & declararunt hunc locum veluti aptiſſimum excipiendo habitationem intra Præpoſituram de Bettembrun propter juſtas cauſas, utique jam ſatis exinde conſtat non potuiſſe, nec debuiſſe Viſitatores ſe collocare in loco Præpoſituræ, ſeu ædibus Præpoſiti, ſed in alio loco tertio, veluti contiguo, & indifferenti, prout erat ædes viciniæ Parochiæ de Rotembac, juxta doctrinam Innocent. ſuperius relatam *in dict. capit. primo, de Cenſib. numero ſecundo, in fin.* Gemin. *numer.* 8. & Criſpin. *de Viſit. dict. part.* 3. §. 1. *numer.* 5. Salod. *de Viſitat. part.* 1. *capit.* 4. *verſic. ſi commode*, Ventrigl. *de judit. Archiepiſ. capit.* 68. *numer.* 3. Pavin. *de Viſitat. part.* 1. *quæſtion.* 6. *numer.* 12. & 13.

Sublatis his duobus objectis, vanum erat poſtremum, quod non fuiſſet locus excommunicationi; quando alia remedia ſuppetebant, itaut excommunicatio ferri deberet in ſubſidium, quia quidquid ſit in aliis materiis, indubitatum eſt quod in ſubjecta materia Viſitationis, pœna excommunicationis 21
eſt illa propria, & unica, quæ per Sacros Canones ſtatuta reperitur contra eos, qui Viſitationem impediunt recuſando ſeſe illi ſubjicere, nempe propterea in hoc materia excommunicatio dici poteſt ſubſidiaria, ut ſunt Text. apertiſſimi *in Can. Certum eſt* 11. *quæſtion.* 3. ibi = *Certum eſt &c. aliquem excommunicari poſſe, cum ad Synodum canonice vocatus venire contemnit* = & *in cap. Venerabilibus* §. *Porro de Sent. excommun.* in 6. ibi = *Idem eſt etiam ſi quenquam pro præſumpta contumacia, videlicet, quia citatus præfixo ſibi termino non comparuit, excommunicatione conſtringat* = *Et in* Clement. *Attendentes de ſtat. Monachor.* Monacell. *in Formular. part.* 3. *tit.* 4. *excomm.* 1. *numer.* 5. & *ſeqq.* & *in Prælud. numer.* 60. Gayt. *de Cenſur. libr.* 1. *capit.* 9. *numer.* 28. Ventrigl. *de juriſdict. Archiep. cap.* 120. *numer.* 23. & 24. & plene Rot. *in Hiſpalen. Viſitat. ſuper ſecundo Dubio* 3. *Aprilis* 1700. §. *fin.* coram bon. memor. Molines.

Nihil obſtantibus doctrinis in oppoſitum, necnon diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *capit.* 3. *de re-* 22
format. etenim loquuntur de illis Cenſuris, quæ proferuntur in Judicio contentioſo pro debito pecuniario; & aliis civilibus, & mere temporalibus Titulis, non autem de excommunicatione, quæ fertur in actu Viſitationis contra contumaces, qui accedere recuſando impediunt ipſam Viſitationem, & ex Sacrorum Canonum præſcriptio poſſunt directe excommunicari, ut bene Cardin. de Luca ad Concil. Trident. *diſc.* 43. *numer.* 2. & punctualiter Rot. coram Othobon. *deciſ.* 75. *numer.* 25. & *ſeq.* ac etiam *in Hiſpalem. Viſitationis* 30. *Aprilis* 1700. §. *Cæterum*, & §. *final.* coram bon. memor. Molin. Et quidem in hoc caſu Viſitationis, & contra contumaces, ubi Sacris Canones expreſſam ſtatuerunt pœnam excommunicationis, *Concilium ubi ſupra* nunquam diſponere intellexit, ſed ſolum in Cauſis civilibus, & pecuniariis materias, juxta literam ipſius Concilii, ibi = *In Cauſis vero Judicialibus &c.* = ibique Barboſa *numer.* 18. & 21. ubi inſuper addit Concilium etiam in hoc caſu non dediſſe formam, ſed ſolam inſtructionem, & propterea adhuc validam eſſe excommuni- 23
catio-

cationem, non ſervato ordine Concilii, & concordat Ricc. *in prax. part. 4. reſol.* 202. *num.* 4. ibi = *Ut ad artiendi Deciſionem deveniam, dico Concilium dicto cap. 3. tradere inſtructionem, non autem imponere formam &c. & conſequenter, quod ſi feratur excommunicatio non obſervato dicto Ordine Concilii, non per hoc erit nulla* = & Reſolvit Sacra Congregatio Concilii apud Fagnan. *in cap. Sacro num.* 27. *de Sententia excommunicat.*

Et ſecondum prædicta de menſe Novemb. 1723. judicavit A. C. de Gentilibus vere doctiſſimus, & acutiſſimi ingenii in Romana Curia Prælatus, & quidem in acerrimo Partium Contradictorio confirmando Sententias de Partibus, unde orta fuit res judicata, quæ ſuam habuit executionem.

FANEN. CENSURARUM.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus non tenetur ad gabellam pro extractione frumenti Menſæ Epiſcopalis debitam Theſaurariis Provinciæ in Statu Eccleſiaſtico, quando illi aſſiſtit conſuetudo eam non ſolvendi; & an iſta exemptio locum habeat, ſi Epiſcopus vendat frumentum Laico, qui poſtea facit ejus extractionem.

SUMMARIUM.

1 *Offenſa Immunitatis Eccleſiaſticæ dicitur vulnus divini, & humani Juris.*

2 *Prohibitio extrahendi proprium frumentum de loco ad locum eſt contra libertatem naturalem.*

3 *Eccleſiaſtici non comprehenduntur ſub Edictis laicalibus prohibentibus extractionem.*

4 *Pro tuenda Immunitate Eccleſiaſtica proceditur ad Cenſuras.*

5 *Epiſcopi non comprehenduntur ſub generalitate diſpoſitionis, ſed indigent mentione ſpeciali.*

6 *Diſpoſitio fundatur in certa qualitate, & ſuppoſitio non comprehendit Caſum ubi hoc deficit.*

7 *Officialium Teſtimonia plena fides adhibetur.*

8 *Epiſcopus Fanenſis pro extractione frumenti Menſæ non tenetur recipere bulleſtinum.*

9 *Curia ſecularis non poſſit obligare Eccleſiaſticos ad accipiendam licentiam extrahendi ſoluto uno Julio.*

10 *Diſpoſitio fundata in ſolito jus novum non inducit.*

11 *Prohibitio exigendi ultra ſolitum, quod importet.*

12 *Officialis ſucceſſor non poteſt habere majus jus, quam anteceſſor, & quando.*

13 *Res judicata non cenſetur derogata abſque mentione ſpeciali.*

14 *Exempti non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione*, & n. 16.

15 *Conſuetudo inducit, & confirmat exemptionem.*

17 *Archiepiſcopus Firmanus non tenetur ad gabellam pro extractione frumentorum & aliorum.*

18 *Laicus, emptor frumenti ab Epiſcopo exempto, an teneatur ad gabellam extractionis diſtingue, ut ibi*, & num. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.

21 *Pacta dicuntur pars Contractus.*

22 *Contractus non dicitur perfectus non purificata conditione.*

26 *Franchitia an poſſit cedi, & vendi ab Eccleſiaſtico exempto favore non exempti.*

27 *In materia gabellæ attenditur obſervantia.*

28 *Conſuetudo canonizata in Contradictorio Judicii majores, vires habet.*

29 *Cautela pro Epiſcopis, & antequam procedant ad Cenſuras exquirant ſenſum Sacr. Congregationis.*

DISCEPTATIO CLVIII.

Divini, humanique Juris vulnus, offenſa Immunitatis Eccleſiaſticæ, exemplo gravis, ſed contra Epiſcopos graviſſima, Summi Pontificis ultricem expoſcit manum, qui propterea agnoſcendo 1
juſtitiam cenſurarum, quibus Epiſcopalis Curia violatæ Immunitatis reos fulminavit, eas approbare non dubitabit.

Etenim ex libertate, quæ omnibus naturaliter competit de jure communi, permiſſum unicuique eſt facere extractionem, & tranſportationem rerum ſuarum ad omnia loca, ſeu Civitates, & Oppida ſibi beneviſa, itaut prohibitio hujuſmodi extractionis eſſe dicatur contra libertatem naturalem, quemadmodum ex Menoch. *conſil.* 126. *numer.* 14. *libr.* 7. deducunt Sperell. *deciſion.* 12. *numer.* 39. & 40. Panimoll. 2
deciſion. 32. *numer.* 34. Surd. *conſil.* 301. *numer.* 90. *verſic. & non eſt*, unde ſequitur, non obſtantibus quibuſcunque Statutis, ſeu Edictis Laicalibus prohibentibus extractionem abſque ſolutione Gabellæ, Clericos, & Eccleſiaſticos ſub eis non comprehendi, ne 3
violetur libertas naturalis ſibi de jure competens, quam propterea impedientes, & turbantes violare dicuntur pupillas Immunitatis Eccleſiaſticæ, & incidere in cenſuras Sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, & Bullæ Cœnæ, ut late Dian. *coord. tract.* 2. *de Immunit. Eccleſ. reſol.* 256. *numer.* 2. *& ſequentibus, & reſol.* 212. *numer.* 2. *&* 3. *tom.* 9. Pignatell. *conſult.* 34. *numer.* 73. *tom.* 2. Baſard. *ad Clar.* §. *fin. quæſtion.* 82. *numer.* 87. Bellett. *diſquiſ. Cler. part.* 1. *tit.* 6. §. 3. *numer.* 1. Mart. *de Juriſdict. part.* 4. *cap.* 83. *numer.* 1. & ſæpe reſolvit Sacr. Congreg. ut apud Nicol. *in Floſc. in Verb. Gabella ſub numer.* 3. Ricc. *in Synopſ. Decret. Congreg. Immunitat. in verbo Eccleſiaſtici n.* 17. *& in Verbo Epiſcopus quoad ſuas exemptiones n.* 6. *& in verbo extractio n.* 6. *& in Verbo Edicta Laicalia n.* 7. 8. *&* 9.

Cum igitur Miniſtri Curiæ ſecularis devenerint ad carcerationem hominum, & animalium, quæ deducebant, ſeu aſportabant Piſaurum ſarcinas frumenti ſpectantis ad Menſam Epiſcopalem Fani ſub erroneo ſuppoſito, quod fundaverint gabellam pro extractione debitam, merito Epiſcopus Fanenſis ad reparandum vulnus Eccleſiaſticæ Immunitatis proceſſit ad cenſuras contra culpabiles, ut tradunt in 4
puncto Pignatell. *conſult.* 16. *numer.* 12. *tom.* 9. Sperell. *dec.* 12. *&* 13. *per totas tom.* 1. Monacell. *in formul. tom.* 3. *tit.* 1. *formul.* 6. *n.* 7. *cum plur. ſeqq.* Panimoll. *dec.* 32. *n.* 25. Bonac. *oper. moral. tom.* 3. *diſput.* 1. *q.* 6. *punct.* 3. *n.* 7.

Neque læſio Immunitatis evitari poteſt ex motivo, quod vigore bannimentorum generalium Theſaurariæ Marchiæ prohibita fuerit etiam Eccleſiaſticis extractio frumenti abſque ſolutione gabellæ, 5
ibi = *Niſſuna perſona tanto Eccleſiaſtica, quanto Regolare conforme al ſolito* = hæc enim verba nullatenus apta ſunt comprehendere Perſonas Epiſcoporum, veluti generalia, & generaliſſima, ſub quibus receptiſſimum in jure eſt non venire Epiſcopos, tanquam in apice Eccleſiaſticæ Dignitatis conſtitutos, ad quorum comprehenſionem inducendam omnino neceſſaria eſt illorum mentio ſpecialis, qua idcirca deficiente, nunquam incluſi judicantur, ut poſt Gloſs. *in capit. Licet Eccleſiarum in Verbo Dignitatum de præbend. in ſexto & in capit. Inquiſitores in Verbo Expreſſe de Hæretic. in ſexto*, firmavit Rota *deciſion.* 329. *numer.* 2. *part.* 3. *recentiorum*, ibi = *Epiſcopos, qui ſpeciali nota digni ſunt* = Adden. ad Rota *deciſ.* 90. *numer.* 249. *part.* 9. *tom.* 1.

recentiorum, ibi = *Idiao videmus ſub generali diſ poſitione non venire Epiſcopos ratione ſublimis Dignitatis Epiſcopalis, & ideo ſpeciali nota digni judicantur, & individua mentio de eis facienda eſt*, & eſt Textus expreſſus *in cap. quia periculoſum de Sent. Excom. in 6.* ibi = *Si Papa mandat, quod omnes Prælati, & Clerici ſolvant tantum pecuniam ſuſpendendo non ſolventes infra terminum aſſignatum, per tales ergo Conſtitutiones, Sententias, & mandata Epiſcopi non comprehenduntur; neglecta enim hujuſmodi majora videntur, quæ ſpecialiter non deſignantur* = ibique Joan. Andr. *n. 2.* ibi = *Generalia igitur, vel univerſalia verba omnis quilibet, & quibuſcunque non ſufficiunt, niſi exprimantur Epiſcopi* = Card. Monach. *n. 2.* ibi = *Niſi in ipſis de Epiſcopis caveatur*, & *expreſſe* = Bellett. *diſquiſ. Clerical. p. 1. tit. de diſcipl. Cleric. §. 2. n. 47.* Ricc. *in prax. p. 2. reſol. 218. n. 1. & 2.* & in præciſis terminis quod Epiſcopi non comprehendantur in edictis generalibus Theſaurarii Cameræ Apoſtolicæ firmavit Graſſius relatus apud Pignatell. qui eum ſequitur *conſult. 16. n. 15. tom. 9.*

Sed indubitanter, quod bannimenta generalia ſolum comprendere voluerunt Eccleſiaſticos = *conforme il ſolito* = onde cum hæc qualitas ſoliti deficiat in radice quoad Epiſcopos Fanenſes conſequenter deficit etiam comprehenſio veluti fundata in hoc ſolito, cum bannimenta ſe conformare voluerunt,
6 ut præter generalia, de quibus Barboſ. *axiom. 63. numer. 13. & axiom. 196. numer. 7.* dixerunt Gonzal. *gloſſ. 13. numer. 100.* Rota *deciſion. 240. numer. 8. part. 17. recentiorum*, & *in Neapolitana Jurium Parochialium 13. Martii 1711. § Secluſo* coram bon. mem. Anſald. ubi enim diſpoſitio eſt coarctata ad certum ſuppoſitum, certamque qualitatem, nempe *Solitum*, nunquam dicitur comprehendere caſum, ubi ſuppoſitum illud deficit, ratione cujus emanavit ipſa diſpoſitio. Rota *deciſion. 144. numer. 6. part. 16. recentiorum*, & optime Surd. *deciſion. 65. numer. 9.* Cyriac. *controverſ. 217. numer. 16. & controverſ. 222. numer. 34. & controverſ. 248. numer. 4. & controverſ. 387. numer. 36.* ubi quod Statutum loquens cum aliquo præſuppoſito non habet locum niſi illud verificetur, & concurrat, juxta Gloſſ. *in leg. mancipia in verbo advocandum, Cod. de ſervis fugic.* D. Jacob. de Comitib. *deciſion. Senen. 18. numer. 13.* Palma Nep. *allegat. 18. numer. 2.* Conciol. *allegat. 20. numer. 61.* Bonden. *collect. 50. numer. 19.* Addit. ad Pamphil. *deciſion. 543. numer. 11.* Rota *deciſion. 14. numer. 2.* poſt Gilian. *ad Statut. Peruſia. & deciſion. 110. num. 16. part. 7. & deciſion. 530. numer. 9. part. 18. tom. 2. recentior.*

Quod autem in Epiſcopis Fanenſibus non verificaretur, ſed deficeret ſolitum præſuppoſitum in bannimentis, manifeſtum redditur, ex quo Menſa Epiſcopalis ex antiquiſſima, & nunquam interrupta conſuetudine nunquam obnoxia fuit ſolutioni gabellæ, aut receptioni bullectini, qui tradi ſolet per Vice-Theſaurarios Civitatis Fanenſis; ut hæc inveterata obſervantia non ſolum probatur per ampliſſimam diſpoſitionem decem teſtium de facto proprio teſtantium, addito teſtimonio duorum ex Vice-Theſaurariis, qui pro tempore extiterunt, quibus in
7 materia proprii officii, quod exercuerunt, eſſe deferendum communiter ſcripſerunt Spada *conſil. 158. n. 18.* Rota coram Cavaler. *dec. 10. n. 12. & in rec. dec. 427. num. 7. part. 18. & dec. 642. num. 11. part. 19.* & coram Emerix Jun. *dec. 66. numer. 3.* & coram Buratt. *dec. 193. numer. 3.* & coram Durand. *deciſion. 368. numer. 12. & in Monaſterien. Canonic.* au. Januar. 1608. *§. Neque demum*, coram clar. mem. Card. Scotto.

Sed enim hujuſmodi conſuetudo canonizata remanet ex re judicata Sacr. Congregat. Immunitatis, contra quæ Theſaurarium Marchiæ prætendentem,
8 quod Epiſcopus pro extractione frumenti teneretur recipere bullectinum ſub die 17. Novembris 1671. reſcripſit, *Quod Epiſcopus pro extractione frumenti Menſæ Epiſcopalis de loco ad locum in eodem gubernio non tenetur recipere bullectinum* = quemadmodum refert Ricc. *in Synopſ. Decretor. Sacr. Congregat. Immunitat. in verb. frumentum numero decimo ſecundo*, immo etiam reſpectu Eccleſiaſticorum deinde ſub die 21. Martii 1673. reſolvit, quod Curia ſecularis non poſſet eos obligare ad accipiendam licentiam a Foro Laico pro extractione granorum cum ſolutione unius julii, ut ex decreto relato apud eundem Ricc. *ubi ſupra in verbo Bannum numer. 7.*

Ex quo convincitur bannimenta generalia, quæ comprehendere tantum voluerunt illos Eccleſiaſticos, qui eſſent juxta ſolitum obnoxii ſolutioni gabellæ ad effectum extractionis, neutiquam includere poſſe Epiſcopos Fanenſes, ſive quia Epiſcoporum ſublimis dignitatis in diſpoſitione generali, quæ juris correctoria, & conſequenter odioſa eſt, non comprehenditur ſine ſpeciali eorum expreſſione, ut probatum eſt, ſive etiam quia bannimenta veluti relativa ad ſolitum, ibi = *Conforme al ſolito* jus novum non inducuntur; ſed ſolum conſervant jus præexiſtens vigore ſoliti afficiendo eos Eccleſiaſticos, contra quos aderat quaſi poſſeſſio exigendi gabellam ratione ſoliti, & conſuetudinis exigendi, ut eſt Textus *in capit. Abbate S. Silvani de verbor. ſignificat.* Rota *deciſion. 1374. numer. 19.* coram Coccin. & *in Salisburgen. juris Metropolitici 13. Februarii 1692. §. Deveniendo* coram clar. mem. Cardin. Priolo, & *in Derthonſen. Juriſdictionis 18. Januarii 1697. §. Abſque eo quod* coram bon. mem. Pio.

Quod magis confirmat inſtrumentum appaltus in *capit. 10.* inſerto in eiſdem bannimentis, ubi dictum fuit = *dichiarandoſi, che d. Sig. Teſoriere non poſſi riſcotere più di quel, che è ſtato ſolito pagarſi* = Hoc igitur pactum ſicut excluderet Theſaurarium ab extractione gabellæ, quæ exigi non conſueverit etiam contra alios ſimplices Eccleſiaſticos ob pro- 11
hibitionem exigendi pluſquam, eſſet ſolitum, cum hoc dicatur prohibere omnem innovationem Rota *deciſion. 150. num. 52 part. 9. & deciſion. 252. num. 13. part. 11. & dec. 241. numer. 24. part. 17. rec.* & optime *in dec. 39. n. 17. & 18. p. 19.* & coram Priolo, *dec. 183. n. 10.*

Ita extra principium omnis dubitationis verſatur, quod non potuerit Theſaurarius contra pactum appaltus augere ſuas facultates extendendo manus ad meram innovationem, intervertendo exemptionem Epiſcopi, qui declaratus fuit gabellæ non ſubjectus uſque de anno 1671. per Sac. Congreg. Immunitat. contra Theſaurarium anteceſſorem; hæc enim res judicata declaravit, quod bannimenta generalia quod Theſaurarium anteceſſorem non comprehenderent 12
Epiſcopos, & eodem modo quod Theſaurarium ſucceſſorem, qui recepit appaltum eo modo, & forma, quibus factum extitit anteceſſoribus ſuis ſine ulla melioratione, & augmento Palma Nep. *dec. 380. n. 21. & 22. tom. 4.* Rota *dec. 280. num. 14. & 15. part. 10. & dict. deciſion. 49. numer. 17. & 18. part. 19. recentiorum*.

Eoque magis, quando Epiſcopus Fanenſis exemptus reperitur ex antiqua conſuetudine canonizata per rem judicatam, ubi etiamſi bannimenta generaliter mentionem feciſſent de Epiſcopis, adhuc non 13
comprehenderent Epiſcopum Fanenſem exemptum de conſuetudine, & re judicata, cui nunquam cenſetur derogatum ſine ſpeciali, & individua expreſſione, Barb. ad Concil. *cap. 8. ſeſſ. 7. numer. 27. de reform.* Garz *de beneſ. part. 3. capit. 2. numer. 215.* Mantic. *dec. 296. n. 5.* & diaſt Rota *in Burgen. Juris viſitandi de Bribieſca 22. Junii 1714. §. fin.* coram clar. mem. Card. Scotto, & *11. Jan. 1717. §. fin.* coram bonæ mem. Cerro.

Neque eſt novum, ſed paſſim receptum, quod omne ſtatutum, aut alia quævis diſpoſitio nunquam in generali ſermone cenſetur includere 14
exemptos per conſuetudinem maxime favorabilem, & naturali libertati conformem, Soccinus *conſil. 74. numer. 11. lib. 3.* cum aliis apud Barb. *axiom. 75.*

numer. 11.

numer. 11. conſuetudo etiam ſicut apta eſt inducere exemptionem, quæ de jure non competit, Bartol. conſil. 92. verſic. 25. Covarr. in regul. Poſſeſſor. part. 2. §. 2. numer. 8. Garz. de nobilit. gloſſ. 19. numer. 1. Cappyc. Latr. conſult. 68. numer. 3. & ſeqq. Card. de Luca de regular. diſcurſ. 48. numer. 3. & diſcurſ. 120. numer. 3. & diſc. 158. numer. 4. Cobell. ad Bull. boni regim. cap. 50. numer. 230. ita eo fortius conſervare poteſt illam exemptionem, quæ de jure tam humano, quam divino Eccleſiaſticis competit, ut benè Cardin. de Luca de regal. diſc. 184. numer. 14. ubi loqui-
16 tur in præciſis terminis favore Archiepiſcopi Firmani contra Theſaurarios Marchiæ ſuper gabella extractionis frumentorum Menſæ Archiepiſcopalis, ex quo concurrebat conſuetudo libertatis, ibique præcitatus Auctor reſpondet ad capitula appaltus, dicendo ea loqui contra illos, qui eſſent ſoliti ſolvere gabellas, & ideo non comprehendebat Menſam Archiepiſcopalem habentem pro ſe conſuetudinem non recipiendi bullectinum a Theſaurariis, ut dict. diſc. 148. numer. 12.

17 Et quod magis eſt, Cardin. de Luca ita ſcripſit in Sacra Congregatione Immunitatis, & juxta ejus ſenſum obtinuit declarari Archiepiſcopum Firmanum pro extractione non teneri ad recipiendum bullectinum a Theſaurariis, juxta circumſtantiam caſus, de quo agitur; ubi Sacra Congregatio hoc ipſum declaravit de anno 1671. favore Epiſcopi Fanenſis, quæ quidem reſolutio edita favore Archiepiſcopi Firmani præter teſtimonium Cardin. de Luca regiſtratur apud Ricc. *in Synopſis decreto Sacræ Congregation. Immunit. in verbo Extractio victualium numer.* 2. ibi = *Archiepiſcopus Firmanus pro extractione, & tranſlationem Frumentorum, Bladorum, & Animalium tam pro parte Dominicali, quam Colonica, manutenetur in ſua libertate, privilegio, & exemptione (attenta antiqua, & probata poſſeſſione) non recipiendi bullectinum a Theſaurariis Provinciæ. Firmana* 18. *Decembris* 1674. *libr.* 1. *decretor.* Altovit. *pag.* 1040.

Hactenus deducta ad evidentiam concludunt Epiſcopum Fanenſem pro extractione fructuum ſeu frumentorum propriæ Menſæ non eſſe ſubjectum ſolutioni gabellæ cum receptione bullectini; nunc autem ſatisfaciendum remanet alteri objecto, quod adhuc admiſſa exemptione iſta dici non poterit violata ſub fundamento, quod locum habeat hujuſmodi Immunitas, ſeu exemptio, quoties Epiſcopus eſt ille, qui facit extractionem proprii frumenti ad effectum vendendi in locis exteris, ſecus autem quando illud vendidit Laicis, qui poſtea illius extractionem facere voluit; hoc enim caſo tranſlato in Laicos dominio frumenti, ceſſaverit Immunitas, quæ mutatione perſonæ de Eccleſiaſtica in Laicam extinguitur, nec tranſit ad Laicum Emptorem.

Etenim pro remotione objecti opus eſt diſtin-
18 guere duos caſus, quorum primus eſt, ubi Menſa Epiſcopalis pure, & libere vendit frumentum Perſonis Laicis in ipſa Civitate, & hoc caſu veriſſimum eſt, quod tanquam pure tranſlato dominio in Laicos, quiſquis ad extractionem devenire velit, teneatur ad gabellam, cum hæc extractio ſit actus diſtinctus, & ſeparatus ab ipſo contractu jam inito cum Eccleſia, & frumentum pure acquiſitum Laico cum plena tranſlatione dominii dicatur de bonis Laici, non autem Eccleſiaſtici, in quibus terminis loquitur Baldus *conſil.* 31. *numero ſecundo, lib.* 1. quem ſequuntur Joann. de Amic. *conſ.* 18. *numer.* 13. *& ſequentibus*, & alias in contrarium Auctoritates.

Alter caſus eſt, quando Laicus in contractu ini-
19 to cum Eccleſia, ſeu Eccleſiaſtico apponit aliquod pactum, quod excludat venditionem liberam in Civitate, itaut Eccleſiaſticus vendat frumentum ſuo nomine extrahendum, & actus extractionis ſit pars intrinſeca contractus venditionis, ut contingere ſolet in duplici caſu, vel quando ſit pactum aſportandi frumentum expenſis Eccleſiæ, vel quando Eccleſia vendit Laico frumentum conſignandum francum a gabella extractionis uſque ad certum locum, & in his terminis clariſſimum eſt, Emptorem Laicum nullo modo teneri ad gabellam extractionis, quia ſtante hujuſmodi pacto non Laicus, qui emit, ſed Eccleſia, quæ vendit, dicitur facere extractionem rei ſuæ uſque ad locum in contractu deſtinatum, ubi propterea eſſet gabellare Eccleſiam, & non Laicum, ſi ſolvendum foret ab iſto vectigal extractionis, ut in venditionis terminis fructuum, ſeu frumenti factæ ab Eccleſia cum pacto, aſportandi propriis expenſis, docuit Bald. *conſ.* 31. *n.* 2. *in fin. lib.* 1. ibi = *Porro in uno caſu poſſet falcari, quod ubi Eccleſia non ſolvit Pedagium, nec Emptor, ſcilicet, quando Emptor ex pacto tranſportavit merces expenſis Eccleſiæ.* = Decius *conſ.* 48. *n.* 5. *in fin. verſic. unde maxime lib.* 1. Roland. a Valle *conſ.* 61. *num.* 26, *lib.* 4. Rocc. *diſp. jur. cap.* 74. *n.* 43. *verſ. & limita hoc.* Sperell. *deciſ.* 41. *num.* 70. *verſ. at ubi Emptor.* Joan. de Amic. *conſil.* 28. *num.* 13. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. numer.* 91. *&* 150. Cavalcan. *deciſ.* 44. *num.* 100. *part.* 1.

Et ita etiam in terminis venditionis frumenti factæ per Cardinalem Roſſettum cum pacto aſportandi de uno Territorio ad aliud expenſis, & nomine Cardinalis, quod Emptor non teneretur ſolvere gabellam extractionis, reſolvit Sacra Congregatio Immunitatis in *Ferrarienſ.* 24. *Martii* 1654. cujus reſolutionem referunt Paniæoll. *deciſ.* 6. *annotat.* 9. *num.* 28. Pignatell. *conſult.* 34. *numer.* 73. *tom.* 3.

Hæc autem Theorica, quæ procedit in hoc ſecundo caſu, ſine difficultate applicatur in propoſito, ubi venditio frumenti facta per Epiſcopum Fanen. non fuit pure intra Civitatem, ſed cum pacto, quod illud venderetur extractum, & exemptum ab ipſa gabella extractionis, uſque ad Civitatem Piſauri, quo concurrente nemo inter Doctores dubitavit, quominus Emptor remaneat exemptus ab onere gabellæ extractionis, cum iſto caſu dicatur extrahere Epiſcopus, non autem Emptor, & vigore pacti frumentum non dicatur venditum in Civitate, ſed extra illam veluti ab ipſo Epiſcopo extractum tanquam res Epiſcopalis, ut in terminis terminantibus Epiſcopi Æſini vendentis frumentum exemptum a gabella extractionis concluſit 20
Advocatus Burgheſius Conſanguineus, ſeu Parens ſan. memor. Pauli V. quem refert, & ſequitur Advoc. Conſiſt. *conſ.* 156. *numer.* 1. *& ſequentibus*, ubi reddit rationem, ibi = *Etenim ſtante pacto factum Emptoris non differt a facto Epiſcopi, & propterea ſicut ſi ipſe Epiſcopus extraheret nihil ſolveret, ita nec ſolvere tenetur Emptor, quoniam ſtante pacto videtur ipſe Epiſcopus extrahere, qui teneretur pecuniam reſtituere, ſi Mercator ſolveret* = & concordat Paniæoll. *deciſ.* 6. *annot.* 9. *numer.* 15. Cobell. *ad Bull. Boni Regimin. capit.* 44. *numer.* 22. *verſ. Sed concordari.*

Cujus aſſumpti manifeſtæ conſpirant rationes, quarum prima eſt, quod cum pacta dicantur pars 21
contractus, ut in *leg. fundi partem, ff. de contrahen. Empt.* hinc propterea venditio facta de frumento nomine Eccleſiæ extrahendo, & aſportando ad certum locum operatur, ut dominium rei venditæ non ſit tranſlatum in Laicum Emptorem, ſed remaneat penes Eccleſiam, donec iſta adimpleat conſignationem frumenti extracti abſque gabella uſque ad locum deſtinatum, ut diſcurrit Rocc. *diſput. jur. capit.* 74. *num.* 43. *verſ. & limita hoc*; contractus enim non dicitur perfectus, donec ad favorem Em- 22
ptoris purificata remaneat conditio extractionis, & aſportationis frumenti uſque ad locum conventum, *leg. hæc venditio ff. de contrahend. Emption. leg. Bovem §. Si ſub conditione digeſtis, de Ædilit. edict.* Mantica *de Tacitis libr. quarto, tit. vigeſimo ſexto, numer.* 9.

Altera ratio eſt, quod niſi Eccleſia extraheret frumentum cum ſua exemptione uſque ad illum locum, teneretur pecuniam reſtituere, ſi Emptor

23 ſolveret Gabellam, quod propterea vergeret in præjudicium Eccleſiæ, quæ perderet exemptionem, & tanto minoris ſuum frumentum venderet, & ſic violata remaneret ejus Immunitas, ut advertunt Gabriel. *dict. conſil.* 356. *numer.* 5. Carol. de Graſſ. *de eff. Cleric. dict. effect.* 3. *numer.* 91. Panimoll. *deciſion* 6. *annot.* 9. *numer.* 15. & 16.

Tertia ratio eſt, quod ſicut ubi Eccleſia pro majori pretio habendo frumentum extraheret, & aſportaret ad alium locum, ſeu Territorium, non teneretur ſolvere Gabellam extractionis, ita etiam procedere debet, quando ipſa Eccleſia vendit ad favorem Laici cum pacto extractionis exemptæ uſque ad certum locum, cum tali caſu non ſit Laicus, qui extractionem facit, ſed ipſa Eccleſia, cujus nomine Laicus extrahit, & tranſportat frumentum,
24 quæ ratio juſtificatur in caſu iſto per bullectam traditam Emptoribus Laicis ab ipſo Epiſcopo, ibi = *concediamo licenza a Giacomo Pizzagalli di potere eſtrarre da queſta Città di Fano ſoppi 25. di gran ſpettante a queſta Illuſtriſſima Menſa Veſcovale per condurre a Peſaro ſenza incorſo di pena alcuna* = Dum enim hæc licentia clare manifeſtat, quod frumentum ſpectaret ad Menſam Epiſcopalem, ibi = *ſpettante a queſta Menſa* = ecce quod extractio facta fuit nomine Eccleſiæ, & tanquam de frumento exiſtente adhuc in dominio ipſius Eccleſiæ, itaut ſine ullo fundamento prætendatur, Emptorem eſſe obnoxium Gabellæ extractionis, ut hac ratione reſolvit Sacr. Congreg. Immunit. in dicta Ferrar. apud Panimoll. *deciſion.* 6. *annotat.* 9. *numero vigeſimo octavo*, & Pignat. *conſultat.* 34. *num.* 75. *tom.* 2.

Neque propterea dici valet, quod exemptio, & Immunitas Eccleſiæ ſit perſonalis, & ideo nequeat cedi per Eccleſiam favore Emptoris in præjudicium tertii, ſeu Conductorum vectigalium; hoc enim non applicatur ad caſum, ubi Epiſcopus in venditione frumenti non fecit aliquam ceſſionem Immunitatis, ſeu Franchitiæ ad favorem Emptorum, quod ſuccederet, ubi venditio fuiſſet libera, & pure facta, cum pacto, ut Laicus gauderet exemptione Eccleſiæ in actu extractionis; ſed Epiſcopus vendidit frumentum ab eodem nomine Eccleſiæ extrahendum uſque ad Civitatem Piſauri francum, & liberum cum bulletta Menſæ, in quibus terminis ipſa Eccleſia dicitur exercere nomine ſuo libertatem extractionis, dum ipſa extrahit, non autem dicitur Laicus extrahere rem ſuam cum Immunitate ſibi ceſſa per Eccleſiam, quia donec, & quouſque impleatur conditio extractionis uſque ad Civitatem Pi-
25 ſauri, non dicitur facta traditio frumenti tranſlativa Dominii, ſed hoc remanet in poſſe ejuſdem Eccleſiæ, cujus nomine fit extractio, ut bene Rocc. *dicto capit.* 74. *numer.* 43. *in fin.* & concordant Carol. de Graſſ. *dict. effect. Cleric.* 3. *numer.* 150. Cavalcan. *deciſion.* 44. *numer.* 100. Gabr. *dict. conſil.* 156. *numer.* 5.

Minus in jure ſuſtentari poteſt objectum, quod enim per pactum cedi, & communicari nequeat
26 Franchitia Eccleſiæ, eſt opinio reprobata etiam in caſu abdicationis Dominii rei venditæ factæ ab Eccleſia, ut poſt relatam contrariam opinionem eam fuiſſe reprobatam in dicta Ferrarien. 24. *Martii* 1654. teſtatur Panimoll. *deciſion.* 6. *annotat.* 9. *numero vigeſimo octavo*, & probat Cohell. *ad Bullar. Cong. Regimin. capit.* 44. *ſub numero vigeſimo ſecundo*, accedente quia, quod Franchitia Eccleſiaſtica poſſit cedi, & vendi, ſæpe reſolvit Sacra Congregatio Im-
27 munitatis, apud Ricc. in *Synopſ. Decret. in verbo Franchitia numer.* 34. & *in Verbo Edicta Laicalia numero vigeſima quinta*, & 26. & optime Gratianus *diſceptat.* 390. *numer.* 11. ibi = *ratione connexitatis privilegium conceſſum Perſonæ extenditur ad Emptorem, quo habebit exemptionem non propter ſe, ſed propter Perſonam Venditoris, qui poteſt vendere ſine onere Gabellæ.*

Et contrarii Doctores loquuntur in terminis longe diverſis, quando ſcilicet actus aſportationis nil commune habet cum Eccleſia, & origine Contractus celebrati cum illa, exempli gratia, quando Eccleſia libere, & pure vendit frumentum Laicis intra Civitatem, & poſtea Emptores deveniunt ad extractionem frumenti, qui certe hoc caſu obnoxii exiſtunt Gabellæ extractionis, cum iſte actus ſit omnino extrinſecus, & ſeparatus ab ipſo contractu inito cum Eccleſia, ubi militat ratio, quod ſubſequens factum Emptoris nihil habet commune cum facto Eccleſiæ, & iſti ſunt termini, in quibus loquuntur Bald. *conſ.* 31. *ſub n.* 2. *lib.* 1. ibi = *ſi autem iſtud onus contingit ex facto ſeparato, quod nihil habet commune cum origine contractus, tunc Emptor tenetur ſolvere; licet Eccleſia non teneretur ſolvere, quia factum Emptoris nihil habet commune cum facto Eccleſiæ* = Joan. de Amic. *conſ.* 18. *n.* 15. Menochius *conſ.* 136. *n.* 20. ibi = *Emi frumentum ab Eccleſia, & volo illud aſportare a Civitate ubi emi, cujus exportationis cauſa ſolvi ſolet Gabella; hæc Gabellæ ſolutio non reſpicit immediate contractum ipſum, ſed actum exportationis, quo circa etſi Eccleſia ipſa quando exportaret non teneretur Gabel-* 28
lam ſolvere ob ſibi tributam Immunitatem, attamen Emptor tenetur cum hoc exportationis factum, ut inquit Bald. nil commune habeat cum ipſa Eccleſia, & origine contractus = & eodem modo loquuntur cæteri Doctores, nec non reſolutio Sacræ Congregationis apud Ricc. *ubi ſupra in verbo Extractio victualium numer.* 1.

Unde nullam applicationem habent ad caſum, quo contractus venditionis frumenti factus extitit ab Eccleſia non ſolum cum pacto franchitiæ aſportationis, ſed etiam ipſius extractionis liberæ nomine Eccleſiæ vendentis; in his enim terminis ceſſat illa ratio, quod factum extractionis nil commune habet cum facto Eccleſiæ, & origine contractus, dum tam factum Eccleſiæ, quam contractus ſubſtantiatur ſuper hac franchitia extractionis nomine Eccleſiæ tradentis bullectam teſtantem de aſportatione rei ſuæ, ita, & taliter, quod in his terminis, & circumſtantiis nulla ſit auctoritas, quæ contradicat, dum alias eſſet violare Immunitatem Eccleſiaſticam ſub Perſona Emptoris gabellando ipſum Epiſcopum, in quem redundaret damnum ſentiendi onus gabellæ, quod refundere teneretur emptori, vel alias vilioris pretii vendere propter illud onus.

Iſta in puncto juris veriſſime non recipiunt ulteriorem dubitandi rationem reflectendo ad tres circumſtantias, quarum prima conſiſtit in obſervantia, & conſuetudine antiquiſſima hujus Menſæ Epiſcopalis, juxta quam ipſa venditionem ſuorum frumentorum ſemper fecit cum iſto pacto extractionis liberæ ab onere Gabellæ, & ſemper hanc Immunitatem religioſe ſervarunt Theſaurarii pro tempore, abſque eo, quod ulla unquam moleſtia deſuper illata fuerit Emptoribus Laicis, quæ quidem inconcuſſa, & antiqua conſuetudo non dat locum ponendi amplius in dubio hanc de cætero clariſſimam Immunitatem, 29
prout præcipuum locum habere obſervantiam in hac materia ſolutionis vectigalium, docet Textus aperte in *l. ſi. Publicanus ff. de Publican. & Vectigal.* ibi = *in omnibus vectigalibus fere conſuetudo ſpectari ſolet* = & *in l. miſſ. Opinatores* 7. *C. de exact. tribut. lib.* 10. Burſatt. *conſ.* 186. *n.* 11. & *ſeqq.* Ciarlin. *controverſ.* 22. *n.* 40. Card. de Luca *de Regal. diſc.* 184. *num.* 13. Rocc. *diſp. jur. cap.* 74. *n.* 45. & 46. & reſolvit Sacr. Congr. Immunit. in Fanen. 17. *Aug.* 1611. apud Ricc. *ubi ſupra in verbo onera Cameralia n.* 2. & *in verbo conſuetudo numer.* 2.

Secunda circumſtantia eſt, quod cum intentata fuerit interruptio hujus conſuetudinis per Theſaurarium anteceſſorem de anno 1671. re delata ad Sacram Congregationem Immunitatis, hæc judi- 30
cavit Epiſcopum recipere non teneri bullectinum pro hujuſmodi extractione frumenti Menſæ Epiſcopalis de loco ad locum in eodem gubernio, ut ſuperius probatum eſt; quoties autem conſuetudo etiam canonizata reperitur in contradictorio Judicio, ea majores vires acquirit ad effe-

Ctum.

ctum; ut amplius in futurum convelli non poſſit, Text. in *l.* 34. *ff. de legib.* ibi = *primum quidem illud explorandam arbitror, an etiam contradicto aliquando judicio conſuetodo firmata ſit* = Rota dec. 357. *ante n.* 1. cor. Emerix jun. & *dec.* 551. *ſub n.* 4. cor. Ubald. & *in Aretina benef.* 11. *Jan.* 1701. §. *Soffocata*, cor. bon. mem. Anſald. & *in Oppid. benefic.* 7. *Maii* 1703. §. *Non obſtante*, cor. bon. mem. Muto, & *in Saliſburg. Vicaria* 31. *Januarii* 1714. §. *Hac ſiquidem*, & 4. *Februarii* 1715. §. *Ponderato*, coram R. P. D. Criſpo.

Tertia demum circumſtantia eſt, quod Epiſcopus Fanenſis non proceſſit ad cenſuras marte ſuo, ſed prius expoſtulavit oraculum Sacr. Congr. Immunitatis, cui expoſita fideliter tota ſerie facti, reportavit reſponſum, quod procederet ſua auctoritate ordinaria; dum itaque proceſſit Epiſcopus ex oraculo Sac. Congregationis Immunitatis, quæ cenſuit eſſe locum procedendi auctoritate ſua ordinaria contra culpabiles, jam de juſtitia cenſurarum dubitari amplius non poteſt, ut præciſis terminis advertit Monacell.
29 *in Formul. forum Eccleſ. p.* 3. *tit.* 1. *Formol.* 6. *n.* 11. ubi ad hunc effectum dat cautelam Epiſcopis, ut prius exquirant oraculum Sacr. Congreg. facti narratione expoſita cum ſuis circumſtantiis.

LUCANA CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus habet jus conferendi Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ: nec ejus, Capitulo competit jus eligendi, & quando ſecus, Privilegium datum Capitulo ſuſcipiendi Canonicos cum aſſenſu Epiſcopi, an concedat Capitulo jus eligendi. Ex quibus actibus probetur conſuetudo conferendi favore Epiſcopi, vel eligendi favore Capituli.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Epiſcopus habet jus conferendi Canonicatus in Collegiatis.*
3 *Olim fuit quæſtio, an ſpectaret collatio ad Capitulum Collegiatæ.*
4 *Jus eligendi ad Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ ſpectat ad ejus Capitulum, & inſtitutio ad Epiſcopum.*
5 *Secus ſi Canonicatus fuerint erecti de bonis Menſæ Epiſcopalis, aut redditibus Beneficiorum.*
6 *Epiſcopis ab initio data fuit poteſtas conferendi Beneficia.*
7 *Poſſunt conferre Canonicatus Collegiatæ, qui de ejus bonis non ſunt erecti.*
8 *Privilegium oſtendit jus commune eſſe in contrarium.*
9 *Jus conferendi ſpectat ad Epiſcopum, ſi Canonici debent admitti in Eccleſia de ejus conſenſu.*
10 *Conſentiens, qui eſt Dominus, dicitur facere actum.*
11 *In Eccleſiis receptitiis proceditur per admiſſionem ad conſortium.*
12 *Iſta pertinet ad Collegium Eccleſiæ.*
13 *Olim Eccleſiæ Collegiatæ erant receptitiæ.*
14 *Modus procedendi per viam ſuſceptionis in Fratres deſignat Collegiatam receptitiam.*
15 *Eccleſia poteſt eſſe receptitia, licet ſit Collegiata.*
16 *Mutato ſtatu Eccleſiæ receptitiæ in numeratam, mutatur modus providendi.*
17 *Et Epiſcopus acquirit jus conferendi loca conſenſu.*
18 *Concilium Tridentinum revocans Patronatus ex privilegio non habet locum in Privilegiis juris eligendi.*
19 *Privilegium, & præſcriptio ſimul haberi non poſſunt, & allegari, & de ratione* numer. 20.
21 *Non datur præſcriptio ob malam fidem reſultantem ex allegatione Privilegii.*
22 *Centenaria, & Immemorabilis non datur cum mala fide.*
23 *Ut Epiſcopus acquirat jus conferendi ex conſuetudine ſufficit Quadragenaria ſimplex.*
24 *Per non uſum, & contrarium uſum Capitulum renunciare dicitur Privilegio.*
25 *Epiſcopi in Italia præſcripſerunt jus conferendi contra Capitula*, & n. 46.
26 *Capitulum ad præſcribendum jus conferendi probare debet Quadragenariam cum titulo ad differentiam Epiſcopi.*
27 *Beneficium dicitur vacare tam per obitum, quam per reſignationem.*
28 *Beneficium reſignari debet in manibus Collatoris.*
29 *De conſenſu habentis jus eligendi.*
30 *Jus conferendi ſpectans ad Epiſcopum, ex quo probetur.*
31 *Capitulum acceptando collationes Epiſcopi cenſetur approbare omnia in eis expreſſa.*
32 *Alternativa intrat ſolum in Beneficiis liberæ collationis.*
33 *Res judicata fundat jus conferendi in favorem Epiſcopi.*
34 *Collationes Capituli interverſæ ab illis Epiſcopi non attenduntur.*
35 *Actus rejecti per rem judicatam non ſunt amplius allegabiles.*
36 *Contra rem judicatam nemo audiri poteſt, niſi obtenta reſtitutione in integrum.*
37 *Materialitas caſus non attenditur, ſed ſubſtantia rationis.*
38 *Sub re judicata comprehenditur quidquid venit per acceſſarium conſequens, vel antecedens.*
39 *Actus litigioſi non ſunt allegabiles.*
40 *Adjudicatio Beneficii facienda eſt Proviſo a legitimo Collatore.*
41 *Devolvitur jus libere providendi ad Epiſcopum, ſi Capitulum loco eligendi exerceat jus conferendi.*
42 *Collatio facta ab Ordinario cum clauſula* = Omni meliori modo = *quid importet.*
43 *Collatio Ordinarii facta per modum ineptum ſemper ſuſtinetur.*
44 *Poteſt Epiſcopus conferre Beneficium de Jurepatronatus, & collationis validitas, ex quo dependeat.*
Ordinare Eccleſiam idem eſt ac conferre. §. Verſamur.
Ex quibus arguitur Eccleſiam & Canonicatus fuiſſe dotatos de bonis liberis Collationis Epiſcopi. §. Habemus.
Obſervantia proxima fundationi præcipue attendit. ibid.
Deciſiones faciunt ſtatum, neque cecidi poteſt incideater in contrarium in alio Caſu. §. Poterat.
45 *Jus conferendi eſt ſimultaneum inter Epiſcopum, & Capitulum in Cathedrali.*
47 *Receptio Canonicorum in Eccleſia, requiſito Conſilio, ſeu licentia Epiſcopi, importat hujus collationem.*
48 *Enarratur caſus* Text. in cap. Cum M. Ferrarienſis de conſtit.
49 *Scriptura non authentica, & vitiata non merentur fidem.*
50 *Serotina ſcripturarum productio dat ſuſpicionem earum illegalitatis.*

onus de gremio Collegii eſſet eligendus, aut age-
retur de intereſſe alicujus de gremio, & tamen niſi
concurrat jus ſpeciale in contrarium, jus Canoni-
cum, exceptis electionibus propriis, generaliter con-
tentatur conſenſo naturali quomodolibet explicato
9 ſive publice, ſive ſecrete, ſive verbis, ſive factis,
juxta firmata in *dicta deciſ.* 210. *numer.* 9. *& ſequen-
tibus part.* 9. *recent. in dicta Leodien. ſeu Aquil. gra-
nen. Decanatus*, apud me *Diſcept. Eccleſ.* 24. *per to-*
10 *tam*, & ſolum concludi poterit hanc ſecretam vo-
tationem dari ad melius eſſe, non autem de neceſ-
ſitate juris; quæ autem determinantur ad melius eſ-
ſe, etiam omiſſa non irritant actum, Ceccoper. *lu-
cubrat. Canon. libr.* 4. *nu.* 86. *in fin.* Caſtropal. *oper. mo-
ral. par.* 1. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 9. *num.* 1. *& ſeqq.*
Paſſerin. *de elect. cap.* 10. *n.* 37.

Quibus omnibus obſtaculum facere non poſſe vi-
debatur aliqua Sacr. Congreg. reſolutio apud Mona-
cel. *tom.* 1. *formul.* 2. *numer.* 11. Etenim agnoſcebam
in hoc difficultatem, & cum reſpondere non lice-
ret quod contrariæ ejus Reſolutiones mihi non pla-
cerent, dicebam quod cum illæ emanare ſoleant ju-
xta contingentias, & circumſtantias facti, nunquam
applicari poterant, tanquam loquentes in caſibus a-
11 bi ſubeſſe potuit periculum rixarum, aut ſuſpicio
ſubverſionis votorum in electionibus factis in di-
ſcordia, & ſciſſura vocalium, cujus in præſenti to-
tum oppoſitum concurrebat, dum agebatur de Viro
digniſſimo, in quem viva voce conſpiraverant uni-
verſi Capitulares, nemine diſcrepante, & poſt per-
actam electionem, nemine diſcrepante, dederant
mandatum ad ſuſtinendam controverſam electionem;
Unde ſi omnes Leges, & decreta emanare ſolent
propter aliquam cauſam, vel rationem, utique dum
in hujuſmodi electione deficiebat ratio Inconveni-
entium, in qua fundantur Reſolutiones in contra-
rium allegabiles, deficere etiam deberet obſtaculum
12 prohibitivum juxta communem regulam a ratione ceſ-
ſante deductam in omni Lege validiſſimam, de qua
Text. *in l. adigere §. Quamvis ff. de jurepatronat.* An-
charan. *conſ.* 47. *n.* 4. ubi quod regula hæc generalis eſt
in Legibus, contractibus, & aliis diſpoſitionibus,
Caldas *de poteſtat. eligen. cap.* 10. *n.* 2. *& ſeq.* Leo *in
Theſaur. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 15. *n.* 3. Rot. *dec.* 437.
n. 1. *par.* 1. *rec.* 144. *num.* 4. *part.* 16.

Cæterum præcipue inſiſtebam in Conſuetudine ita
eligendi Vicarium, attento, quod modus eligendi
13 Vicarium Capitularem publicis Suffragiis non erat
novus in hac Eccleſia, ſed antiquiſſimus, & per
immemorabilem conſuetudinem practicatus, non ſo-
lum namque adducebam ultimum Statutum anni 1695.
in quo fuerat electus alter Vicarius per vota publi-
ca, ſed etiam anteriorem Statutum anni 1666. ubi
eodem modo fuerat peracta electio: Si autem ve-
rum eſt electionem Vicarii non eſſe ſubjectam Secre-
tæ votationi, ſed de jure fieri poſſe apertis Suffragiis,
juxta Doctores, & reſolutionem Sac. Congregatio-
14 nis de anno 1632. eſto etiam, quod aliqua adeſſet
Reſolutio Sac. Congregationis in contrarium, hæc
nunquam haberet locum in illis Eccleſiis, in quibus
contraria vigeret Conſuetudo, cum non cenſeatur S.
Congregatio in generali ſermone abſtuliſſe laudabiles,
ſeu de jure non improbatas conſuetudines Eccleſia-
rum particularium, per ea, quæ in propoſito advertunt
Marius Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 103. *n.* 17. Va-
lenzuol. *conſ.* 184. *n.* 28. *&* 29. & ſcripſi Ego *in Pa-
rergon. ad diſcept. Eccleſ. pars.* 2. *n.* 73.

Cum dubitari non poſſet, Conſuetudinem hanc,
quatenus etiam ſimpliciter quadragenaria foret, eſ-
ſe omnino ſufficientem, & attendendam in hac ma-
teria juris votandi, quando roborata reperitur opinio-
ne tot Doctorum, immo etiam reſolutione Sacræ
Congregationis, de qua ſupra, quo caſu erat judi-
15 canda potius Conſuetudo ſecundum jus, quam con-
tra jus, ſufficiens, etiamſi decennalis foret, ut ple-
ne apud me *diſcept. Eccleſ.* 16. *ſub num.* 18. *verſic. ad-
vertenda in fin.* Rota *deciſion.* 615. *part.* 1. *diverſ.* ac
coram Cavaler. *deciſion.* 95. *nu.* 2. *& dec.* 356. *num.* 1.
16 & cor. Emerix jun. *deciſ.* 640. *n.* 3. *&* 4. fortius Con-
ſuetudo quadragenaria; quæ dicitur antiqua Con-
ſuetudo, Rot. cor. Emerix. jun. *dec.* 764. *n.* 12. Cava- 17
ler. *dec.* 459. *num.* 4. Rot. *in Hiſpalen. juris ſedendi Sy-
node* 21. *Junii* 1697. *§. Ex hoc tamen*, coram bon.
mem. Muto Carolus Antonius de Luc. ad Gratian.
diſcept. 111. *ſub num.* 3. *in fine*.

Certi autem Juris eſt conſuetudines Eccleſiarum
eſſe attendendas, non obſtante etiam diſpoſitione
juris in contrarium: quia Conſuetudo ſervanda eſt,
dummodo non ſit nutritiva peccati, aut ſcandaloſa,
Rota *deciſ.* 28. *num.* 1. *part.* 3. *rec. & deciſ.* 560. *n.* 10.
part. 19. *tom.* 2. quidquid male hunc vocando abu-
ſum putaverit Monacell. *in Formular. tom.* 1. *form.*
2. *numer.* 11. & citra difficultatem, ubi allegatur
Conſuetudo ad evitandam duntaxat pœnam, qualis
eſt nullitas Actus, & viceverſa ad ſuſtinendam e- 18
lectionem, pro quo ſufficere bonam fidem ex ulti-
mo etiam Statu deductam, firmavit Rot. *in Roma-
na Capellania* 3. *Junii* 1707. *§. Concurrente*, cor. clar.
mem. Card. Scotto.

Fortius igitur, ubi Conſuetudo dici debebat im-
memorabilis, attento quod in Inſtrumento electionis
Anni 1666. dictum fuit, ibi = *publicis Suffragiis,
ut moris eſt* = Cum enim de hoc tempore ſuppona-
tur, & enuncietur conſuetudo præexiſtens, ibi = *ut
moris eſt* = abſque eo quod conſtet de principio, uti-
que habebat oculos retro ad tempus indeterminatum, 19
& infinitum, & ſic probabat Immemorabilem, ut
in ſpecie firmavit Rot. *in Dertuſen. Juriſdictionis
6. Februarii* 1696. *§. Hæc autem*, cor. bo. mem. Pio.

Quæ Immemorabilia enunciata, ut, ſupra in ſta-
tu Anni 1666. majus fomentum probationis recipie-
bat, eo ipſo, quod non dabatur in contrarium una
ſaltem electio Vicarii Capitularis, quæ facta fuiſſet ſe-
cretis Suffragiis, quæ obſervantia negativa compro-
babat affirmativam, Rota *in Barchinonen. Benef. dec.*
661. *n.* 15. *par.* 19. *tom.* 2. *rec. & in Parmen. Beneficii* 20
16. *Januarii* 1702. *§. finali* cor. bo. me. Anſaldo, *&*
27. *Junii* 1703. *§. finali* cor. bo. me. Molines, & con-
currente Immemorabili ſilere debebat omnis difficul-
tas, etiamſi mille reſolutiones adeſſent in contrarium,
cum in qualibet Lege, vel Conſtitutione etiam dero-
gatoria Conſuetudinis ſemper excepta dicatur Imme- 21
morabilis, niſi de ea facta fuerit mentio, & deroga-
tio ſpecialis, ut in terminis reſolutionum Sacræ
Congregationis bene advertit Pignattell. *conſult.* 208.
n. 18. *t.* 4. Gratian. *diſcept.* 492. *n.* 2. & dixi Ego *di-
ſcept. Eccleſiaſt.* 50. *num.* 23.

Hinc deſcendendo ad examen ſecundi dubii = *an
deputatio facta a Reverendiſſ. Metropolitano ſuſti-
neatur* dicebam eſſe negative reſolvendum, etiamſi
contigeret dubitari de ſubſiſtentia electionis; & mo-
vebar ex ipſa Littera Sacr. Concilii Tridentini *ſeſſ.*
24. *cap.* 16. *de refor.* ubi decernitur Jus deputandi Vi-
carium devolvi ad Metropolitanum in caſu tantum,
quo Capitulum fuerit negligens in illum eligendo in-
tra limites octo dierum, ibi = *Capitulumque, ut
præfertur, negligens fuerit*, in qua quidem negligen-
tia fundari devolutionem ad Metropolitanum obſer- 22
vat Pignatiel. *conſul.* 34. *n.* 13. *&* 20. *tom.* 8. & Ego
ſcripſi *in Parergon. ad Diſcept. Eccleſ. part.* 2. *n.* 123.
in fine, quoties autem ſupponebatur factam fuiſſe E-
lectionem, ceſſabat negligentia Capituli, & conſe-
quenter devolutio ad Metropolitanum.

Nihil obſtante Regula, quod paria ſint non eli-
gere in tempore, ac nulliter eligere; hæc enim Re-
gula declaratur cum diſtinctione unius nullitatis ab
altera; aut enim electio eſt nulla, ex quo deficit
conſenſus majoris partis Capitularium E. G. facta
per medietatem, aut etiam eſt nullam propter defectum
privantem electores Jure eligendi E. G. admittendo
excommunicatos, aut eligendo per ſubornationem, 23
ſimoniam, vel abuſum Laicæ Poteſtatis: & in his ter-
minis electio habetur pro non electione, & datur lo-
cus devolutioni; aut vero electio facta fuit non ſo-
lum per majorem partem, ſed etiam per totam Ca-
pitulum, & ineſt defectus aliquis circa ſcrupulum
formæ, & tali caſo nunquam electio habetur pro
non electione ad effectum incurrendi pœnam devo-

lutio-

Iurionis, ut bene diſtinguit Paſſerin. *de elect, cap.* 13.
n. 41. *&* 42. cujus verba ſunt hæc:

*Vidi ſæpe aliquos erranter in hoc puncto, & vo-
lentes electionem nullam haberi pro non electione;
unde dum electores elegerunt intra menſem, ſed nul-
liter, electio devolveretur ad Superiorem, quia idem
ſit nulliter eligere, & non eligere, quod evidenter
eſt falſum: quia devolutio electionis eſt pœna lata con-
tra Negligentes eligendi, non contra eligentes defe-
ctuoſe; hic igitur attendi debet, an in electione ali-
quis ſit nominatus a majori parte ultra medietatem
vocalium, vel non; Si non quia illa electio evidenter
non eſt electio, ideo ſi electores intra terminum aliam
electionem non habeant, devolvitur electio, ſed ſi ali-
quis a majori parte ultra medietatem nominatus fue-
rit, quia tunc eſt Capitularis, & ad hunc effectum
ſatis Canonica electio, etiamſi poſtea talis electio re-
probetur propter defectum electionis, non devolvitur
ad Superiorem, niſi talis ſit defectus, pro quo ele-
ctores ſint Jure privati voce ad noviter eligendum &c.*
& inferius, ibi = *Si evadit aliquis electus a majori
parte electorum, electio eſt in hoc puncto Canonica,
licet poſſit eſſe deficiens, & vel nulla ipſo jure, vel caſ-
ſanda, nec ad effectum devolutionis electio nulla ha-
beri poteſt pro non electione, quia pœna devolutionis
non imponitur electioni nullæ, ſed negligentiæ eligendi
vel nulliter, vel valide.*

Simile habemus exemplum in materia Juris præ-
ſentandi, ſeu eligendi ſpectantis ad patronos colle-
gialiter eligentes, prout ſunt Univerſitates, quæ ſi
eligant per majorem partem votorum, ſed nulliter
ex aliqua nullitate peccante circa formam, non tamen
24 exinde jus devolvitur ad Superiorem, ſed a die de-
claratæ nullitatis habet Univerſitas novum terminum
ad eligendum, ut in terminis Parochianorum haben-
tium jus eligendi, ſeu præſentandi collegialiter, qui
nulliter electionem fecerant per vota ſingularia, de-
ciſum fuit Me ſcribente per Rot. *in Bononien. Pa-
rochialis* 2. *Martii* 1708. §. *finali* cor. Card. Prio-
lo, & 26. *Januarii* 1711. §. *Firmata*, cor. bon.
mem. Caffarello, & in terminis pluries judicavit Sa-
cra Congregatio Concilii circa electionem Vicarii
Capitularis nulliter factam in perſonam non Doctoris,
25 ubi interrogata, an hoc caſu intraret devolutio, ne-
gative reſpondit, reſolvendo tantum electionem eſſe
nullam, *ut in Companien.* 4. *Aprilis* 1637. *& in Ra-
guſina* 2. *Aprilis* 1650. ubi reſpondit, ut Capitulum
deveniret ad novam electionem unius ex Doctoribus
Capitularibus, quas reſolutiones tranſcribit Pignatell.
dicta conſult. 34. *n.* 13. *& ſeqq. tom.* 8. reddens ratio-
nem, quod pœna devolutionis impoſita propter ne-
gligentiam non extenditur ad caſum, quo actus qui-
dem geſtus fuit, ſed nulliter, cum minus ſit pecca-
re in qualitate, qua in ſubſtantia.

Quod ſi ſimpliciter procedit, ubi electio eſt nul-
la ex aliquo defectu circa formam, ſeu ſolemnita-
tem, utique in caſu iſto dicebam caſum eſſe de
indubitabili, ex quo nullo modo peccarunt Capi-
tulares contra formam, eligendo per publica ſuf-
fragia propter relatam Conſuetudinem, vel ſaltem
ultimum, & penultimum ſtatum annorum 1666.
& 1695. quæ quidem Conſuetudo, & ultimi ſta-
tus, quidquid etiam eſſet, an ſuſtinere valerent ele-
ctionem, ſemper tamen verum, & infallibile erat,
quod cauſarunt in Capitularibus ſaltem bonam fidem,
& juſtam credulitatem opinandi; quod ſicut duæ præ-
cedentes electiones Vicarii Capitularis expletæ fue-
26 rant per vota publica, & effectum ſuum validum
habuerant, ita etiam eodem modo, & forma pro-
cedere, & continuare potuerint in hac tertia, &
ſequenti electione Vicarii Capitularis, & hæc bona
fides, & juſta credulitas, ſi non ſufficiebat ad ſuſti-
nendam electionem, ſemper ſufficiebat ad excuſan-
dum a pœna devolutionis, ut in punctualibus ter-
minis judicavit Rota *in Barchinon. Beneficii* 20.
Junii 1701. §. *Nam hoc objectum cum ſequen.* cor.
clar. mem. Cardinali Priolo *impreſſa* apud Monacell.
in Formul. part. 2. *deciſion.* 41. *numer.* 2. *& ſeqq.* ubi
in caſu, quo Patronus nulliter præſentaverat Cle-
ricum contra formam fundationis requirentis præ-
ſentationem Sacerdotis, proviſio facta per Ordina-
rium jure devoluto fuit annullata per Sacram Ro-
tam, ex quo Patroni fuerant in bona fide præſen-
tandi Clericum propter ultimum, & penultimum ſta-
tum, in quibus præſentati fuerant Clerici, deſumen-
do bonam fidem ex his ſtatibus ad excuſandum a de-
volutione, & eiſdem terminis, Rota *in Romana Ca-
pellaniæ* 3. *Junii* 1707. §. *Concurrente*, coram clar.
mem. Card. Scotto.

Eo magis hoc procedere dicebam, ex quo modus
eligendi per vota publica, non ſolum ſervatus in al-
legatis ſtatibus, ſed etiam approbatus reperiebatur
per reſolutionem Congregationis, & tot Doctores
ſupra relatos, quæ omnia ſimul juncta, aut ſufficie-
bant ad validitatem electionis, aut ſine dubio con- 27
ſtituebant Capitulares in bona fide, & juſta credu-
litate putandi electionem Vicarii hoc modo fieri
poſſe, & ſuſtineri ad effectum excuſandi a devolu-
tione, ut in puncto animadvertit Pignatell. *dicta con-
ſult.* 34. *n.* 23. *verſ. Maxime to.* 8. devolutio etiam pœ-
na eſt, & ad illam evitandam ſufficit quælibet cauſa 28
etiam irrationabilis, & color, ſeu probabilitas cre-
dulitatis, Gratian. *diſcept.* 675. *num.* 33. Rot. cor. Gre-
gor. *deciſ.* 388. *n.* 4. & cor. Seraphin. *dec.* 738. *n.* 10. *&
in rec. dec.* 65. *n.* 4. *par.* 17. *& dec.* 644. *n.* 1. *& deciſ.*
677. *n.* 17. *part.* 19. *tom.* 2.

Et ſi dicunt communiter Doctores, quod ad cau-
ſandam bonam fidem, & juſtam credulitatem ſufficit
opinio unius Doctoris ad effectum evitandi pœnam 29
devolutionis, ut tradunt Gabriel. *conſil.* 90. *n.* 25. *&
ſequen. lib.* 2. Rot. *dec.* 268. *n.* 3 *par.* 2. *& deciſ.* 677. *n.*
16. *&* 17. *par.* 19. *tom* 2. *rec.* & cor. Othobon. *deciſ.*
110. *n.* 12. *&* 13. quid ſane dicendum erat in caſu iſto,
ubi concurrebat una reſolutio Sacræ Congregationis
de anno 1632. opinio ſex practicorum Doctorum,
& denique ultimus, & penultimus ſtatus comprobans,
& enuncians Conſuetudinem præcedentem; in his e-
nim terminis dicunt Doctores, quod non datur de-
volutio, ex quo interim electio dicitur colorata, &
excuſantur electores, donec veritatem intellexerint, 30
ut ait Lamberin. *de Jurepatronat. lib.* 2. *part.* 2. *qu.* 1.
artic. 24. *ſub n.* 3. *circa finem folio mihi* 712. ibi =
*debebunt iterum præſentare, quia prima nullo modo te-
nuit, ſed tam præſentatio, quam inſtitutio erant colo-
rata, & ideo durante illo colore, non currit eis tem-
pus, & ideo excuſantur, donec veritatem intellexe-
rint*, & docet Innocen. *in cap.* Cum *noſtris n.* 2. *verſ.
Nec tamen de conceſſ. præbend.*

In tertio denique dubio quærebatur = *quomodo ſit
providendum* = ubi inſinuabam deveniendum eſſe ad
novam electionem faciendam per Capitulum, vel
pro confirmatione electionis jam factæ cum ſana-
tione male prætenſi defectus.

Et ſane quoad primam Inſtantiam aſſiſtebant do-
ctrinæ punctuales, quod ubi electio eſt nulla ex ali-
quo defectu non privante electores jure eligendi,
attenta præſertim eorum bona fide, reſponderi ſo-
let quod deveniatur ad novam electionem, *ut ſu- 31
pra n.* 24. *&* 25. quoad vero ad aliam Inſtantiam ſu-
per confirmatione, & ſanatione electionis, eo ipſo
quod perſona electa omni ex parte erat digniſſima,
& concurrebat unanimis conſenſus totius Capituli, 32
cum quo electio facta fuit, utique Sedes Apoſtoli-
ca, & Sacra Congregatio ſolet confirmare cum clau-
ſula = *Supplentes* = vel deputare ex integro eun-
dem electum, ut eſt Text. apert. *in capit. bona* 4. *de
poſtul. Prælator.* ubi allegat rationem conſenſus natu-
ralis omnium Capitularium, qui conſpirarunt in e-
lectum, ibi = *Eundem Archiepiſcopum, in quem
omnes, quorum conſenſus in electione, vel poſtulatione
Paſtoris requiritur, convenerant &c. ad Metropolim
Strigonien. transferimus &c.*

Et inſuper allegabam hanc eſſe praxim SS. Con-
gregationum, quæ ubi vident electionem habere
conſenſum naturalem Capitularium, & maxime ac-
clamatam ex univerſali placito populi, etiam ap-
probare paſſim conſueverunt electiones ſanando de-
fectus reſpicientes ſolemnitates, & formam, ubi

non

non concurreat vitium perſonæ electæ, ſed ſolus defectus in ſtricta cenſura juris, ut judicavit Sac. Con-
33 gregatio Conſiſtorialis in *Monaſterien. Coadjutoriæ* 20. *Februarii* 1668. & teſtatur Card. de Luca *de Regal. diſc.* 1. *num.* 94. & 95. ibi = *Hinc proinde ſæpius contingit, ut electio, quamvis de ſtricta juris cenſura invalida cenſenda ſit, adhuc tamen quandoque revalidare ſoleat, ubi non ex vitio perſonæ &c. ſed ex ſola juris ſubtilitate nullitas proveniat, quoties dignoſcatur, quod electio de perſona digna ſecuta ſit*, & hoc ipſum repetit idem Auctor *in tract. de Regular. diſc.* 31. n. 12. ubi dicit hoc eſſe antiquum Sedis Apoſtolicæ ſtylum, *&* *diſcurſ.* 53. *n.* 4. *&* *de Canonic. diſc.* 27. *num.* 1. *in fine*, *&* *num.* 2.

Propoſita hac Cauſa *ſub die* 17. *Decembris* 1712.
34 Sacra Congregatio Concilii ad primum, & ſecundum dubium reſpondit = *Negative* = Ad tertium vero reſcripſit, quod electus = *Exerceat nomine Sacræ Congregationis* = Ego autem quoad primum ſtante Conſuetudine non poſſum recedere a jam dictis.

CONSTANTIEN. VISITATIONIS.

ARGUMENTUM.

Commiſſio, ſeu delegatio Epiſcopi ad viſitandum probatur ex litteris cum ſigillo Epiſcopi; Viſitatores ab Epiſcopo deputati ad Eccleſiam viſitandam poſſunt explere Viſitationem perſonalem in alio loco tertio, & extra illam Eccleſiam.

SUMMARIUM.

1 *Commiſſio Delegantis probatur ejus manu, vel ſigillo*, & num. 2.
3 *Exceptio, quæ conſiſtit in tempore, debet de eo concludenter probari.*
4 *Delegatio poteſt dari etiam oretenus, & ſine ſcriptura.*
5 *Concurrentibus præcipue circumſtantiis, & quales iſta ſint* num. 6. 7. 8 & 9.
6 *Sigillum demonſtrat voluntatem perſonæ cujus eſt ſigillum.*
7 *Factum præſumitur, quod fieri de jure debebat.*
9 *Ratificatio Epiſcopi æquiparatur mandato.*
10 *Delegatio probatur ex ſola ſcientia, & patientia ipſius Delegantis.*
11 *Viſitatio facienda eſt mediante acceſſu ad Eccleſiam.*
12 *Commiſſio generaliter data intelligitur prout de jure.*
13 *Viſitatio realis facienda eſt cum acceſſu ad Eccleſiam.*
14 *Perſonalis fieri poteſt extra in loco tertio, ſi commode in Eccleſia haberi non poteſt*, & num. 15. & 16.
17 *Locus non eſt de ſubſtantia Viſitationis, nec electionis.*
18 *Locus ubi peragenda eſt Viſitatio relinquitur arbitrio Viſitatoris juxta circumſtantias.*
19 *Maxime ſi accedat ſolitum, vel alia circumſtantia*, & num. 20.
21 *In materia Viſitationis excommunicatio directe permittitur, non autem ſubſidiario.*
22 *Concilium Tridentinum, quod mandat excommunicari in ſubſidium, loquitur in debitis pecuniariis, & judicio contentioſo.*
23 *Etiam hoc caſu excommunicatio non eſt nulla, non ſervato ordine Concilii.*

DISCEPTATIO CLVII.

CUm Viſitatores Epiſcopales Celſiſſimi Epiſcopi Conſtantienſis excommunicaſſent Præpoſitum certæ Collegiatæ, qui auſu temerario pluribus modis impedire voluerat Viſitationem contra ſeipſum propriæ conſcientiæ remordente aculeo, & Cenſuræ fuiſſent confirmatæ per duas Sententias de Partibus, delata Cauſa ad Curiam coram A. C. infelicitet promovebantur duæ objectiones contra validitatem Cenſurarum, quod nempe Viſitatores proceſſiſſent abſque Commiſſione Celſiſſimi Epiſcopi, ac etiam quod perſonaliter non acceſſiſſent ad Eccleſiam Collegiatam, ubi dicebatur adeſſe obligationem viſitandi.

Ego autem ſcribens pro Celſiſſimo Epiſcopo ad ſuſtinendas Cenſuras ſuorum Viſitatorum, nihil obſtare dicebam, quod Commiſſio, ſeu Delegatio ad viſitandum non eſſet ſubſcripta manu ipſius Epiſcopi, ſed tantum Vicarii Generalis; Etenim duobus modis Delegatio probatur, nempe per litteras, vel ſubſcriptas manu ipſius Delegantis, vel ejus ſigillo
munitas, cum ſigillum æquipolleat ſubſcriptioni, & 1
ipſum ſolum ſufficiat ad probandum Commiſſionem, ſeu Delegationem, non obſtante, quod ſcriptura fuerit manu alterius conſcripta, juxta theoricam Innoc. *in cap. Quoniam contra de probat.* n. 2. ibi = *Poſſunt actum per unum ex ſeipſis ſcribere, vel penitus per extraneum, ſed ille, qui manu propria non ſcribit, per ſigillum authenticum, vel ſubſcriptionem ſuam, vel alio modo legitime votum faciet, quod ſua auctoritate factum eſt.*

Cum qua theorica tranſeunt omnes ſcribentes; qui communiter firmant ad probandam delegatio-
nem ſatis eſſe ſcripturam munitam ſigillo Delegan- 2
tis, licet deficiat ejus ſubſcriptio, ut tradit Archidiac. *in capit. Si a Subdelegato de Offic. delegat. in* 6. *numer.* 1. *&* 2. ibi = *Dicit* Innocentius, *quod delegationes, & ſubdelegationes probantur per ſola ſigilla Delegantium, & ſic ipſe ſententiavit* = Zabarell. *in Clem.* 1. *ante numer.* 1. *de Procurator.* ibi = Innocentius *&c. dicit delegationes, & procurationes probari per ſigilla Conſtituentium* = Felin. *in capit. Coram ſub numer.* 9. *in fin. Offic. delegat.* ibi = *Oſtenſio ſigilli adeo probat mandatum, quod non eſt de cautione rati cavendum &c. oſtendendo ſigillum Delegantis probatur delegatio* = Bellamer. *in cap. Quoniam contra num.* 49. *de probat.* ibi = *Sic etiam Papa judicavit, videlicet quod delegationes, & ſubdelegationes probantur per ſola ſigilla Delegantium* = Fagnan. *in cap. Cum in jure n.* 37. *&* 38. *de Offic. delegat.* & aliis relatis tradit Maſcard. *de probat. concluſ.* 492. *num.* 1. *& ſeqq.*

Minus obſtat, quod adhuc conſtare non videatur de Commiſſione, ex quo iſta continet datam 26. Auguſti, de quo tempore prætenditur, Celſiſſimum Epiſcopum fuiſſe abſentem ab Epiſcopali reſidentia tanquam in Civitate Viennæ commorantem; Etenim ultra quod non probatur hujuſmodi
abſentia de tempore datæ, quæ in Commiſſione 3
legitur: & tamen hæc exceptio cum tota conſiſtat in tempore præciſo hujus datæ, probanda eſt rigoroſe, & concludenter per Allegantem, juxta doctrinam Bart. *in leg. Is poteſt numer.* 17. *ff. de acquiren. hæredit.* Cornel. *conſ.* 50. *numer.* 12. *libr.* 2. Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ.* 6. *numer.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 5. *numer.* 2. *&* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 19. *numer.* 4. adhuc firma remanet ve-
ritas delegationis Epiſcopalis reflectendo, quod 4
delegatio dari poteſt etiam oretenus, & ſine ſcriptura, ita & taliter, quod licet extenſa reperiatur delegatio in ſcriptis ſub die 26. Auguſti, id tamen non excludit, quominus tempore anteriori, quo Celſiſſimus Epiſcopus in ſua reſidentia erat, dare potuerit hanc delegationem licet poſtea extenſam in ſcriptis tempore, quo Epiſcopus erat abſens; ut quod delegatio poſſit dari oretenus probat Innoc. *ubi ſupra*, ubi admittit alium modum probandi delegationem ultra ſigillum, & ſubſcriptionem, & litteras, qui alius modus eſt, quando fuit oretenus data Commiſſio, & firmat Rot. *dec.* 5. *de Offic. Vicar. in nov.* Sperell. *deciſ.* 117. *numer.* 91. & melius omnium Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 1. *qu.* 64. *n.* 29. ubi pro indubitato ſupponit Commiſſionem particularem poſſe dari ab Epiſcopo per vivæ vocis Oraculum ejus Vicario.

Hanc

Hanc autem delegationem revera fuiſſe datam ab
Epiſcopo tempore quo in ſua reſidentia commora-
5 batur, manifeſtum redditur ex pluribus; Et primo
ex ipſa declaratione facta per Celſiſſimum Epiſco-
pum, in qua literis claris expreſſit ſe dediſſe hanc
Commiſſionem Viſitatoribus quando erat in reſiden-
tia Epiſcopali; Certum eſt autem in hac materia
meliori modo probari non poſſe delegationem da-
tam, quam adducendo ipſiuſmet Delegantis declara-
tionem, qua ſtante, ceſſare dicitur omnis ratio du-
bitandi, ut in puncto Sperell. *dict. deciſ.* 166. *numer.*
91. Maſcard. *de probat. concluſ.* 949. *n.* 8. Rot. *in Pam-
pilonen. Exempt.* 4. *Junii* 1707. §. *fin.* coram bon. me-
moe. Anſald.

Secundo accedit circumſtantia appoſitionis ſigilli
6 Epiſcopalis, ex quo voluntas Delegantis recta deſu-
mitur pro illo actu, cui fuit appoſitum ſigillum,
quod voluntatem demonſtrat ejus Perſonæ, cujus
eſt ſigillum, ut tradunt Canoniſtæ *in capit. Tertio
loco de probat.* ſignanter Butrius *numer. tertio*, ibi =
*Nota ſecundo, quod ſigillum &c. præſumitur appoſi-
tum de voluntate ejus, cujus eſt ſigillum* = Imol.
num. 2. ibi = *In dubio ſigillum &c. præſumitur ap-
poſitum de voluntate ejus, cujus eſt ſigillum* = Felin.
numer. 2. ibi = *Nota bene, quod in dubio ſigillum
inducit præſumptionem actus veri, & conſenſum il-
lius, cujus nomine ſigillatur* = Dec. *numer.* 8. Barb.
num. 2. Maſcard. *de probat. concl.* 1302. *num.* 9. & 24.
Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 58. *num.* 1. Gabr. *de præſumpt.
concluſ.* 4. *n.* 1.

Tertio accedunt præordinationes ad concedendam
7 delegationem, quia nempe ad aures Celſiſſimi Epi-
ſcopi devenerant querelæ Eccleſiæ Collegiatæ ad ef-
fectum obtinendi Viſitationem; Cumque vigore
Concilii Tridentini Epiſcopus viſitare teneretur, id
circo data præſumitur iſta delegatio ad viſitandum,
quia ſemper factum præſumitur, quod quis de jure
facere tenebatur, Maſcard. *de probat. concluſ.* 734.
numer. 1. Patiſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſtion.* 14. *numer.*
24. & 25. Ricc. *in prax. part.* 5. *tit. de negativa pu-
blic. quæſtica.* 1. *numer.* 4. Rot. *in Leodien. Canonic.* 23.
Januar. 1711. §. *Alias enim*, coram clar. mem. Card.
Scotto.

Quarto concurrit confeſſio, & recognitio Præ-
poſiti ſuper veritate delegationis propter Congrega-
8 tiones habitas cum Viſitatoribus, illorumque ad-
miſſionem per plures actus: & inſuper, quia poſt
latam Sententiam Cenſuratum in prima inſtantia
coram Ordinario, & alteram coram Nuncio, ad-
miſit, nec unquam impugnavit delegationem Viſi-
tatorum; In his enim terminis amplius allegari non
poteſt defectus Commiſſionis Epiſcopalis, ut in
puncto eſt doctrina Innoc. *In capit. Cum in jure de
Offic. delegat. ſub numer.* 4. *verſic. In his omnibus*,
quem refert Fagn. *ibidem num.* 26. ibi = *Hanc ta-
men quintam ampliationem limitat Innocentius &c.
ſi Pars quandoque comparuit ante litis conteſtatio-
nem, & non contradixit; nam poſt litis conteſtatio-
nem non poterit allegare defectum Commiſſionis, ſeu
Mandati &c. ex quo enim Pars comparuit, & de-
fectum juriſdictionis non oppoſuit, præſumendum eſt
Judicem habuiſſe juriſdictionem* = Sbroz. *de Offic.
Vicar. lib.* 1. *q.* 64. *n.* 20. Gabr. *tit. de Procur. concluſ.*
1. *numer.* 11. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 33.
numer. 29.

Et de cætero totum objectum meo judicio aper-
tiſſime corruit ex ſuperius relata Epiſcopi declaratio-
ne, quæ oſtendit ejus voluntatem, & conſequenter
inſervit pro ratificatione omnium ab ipſis Viſitato-
ribus geſtorum, quæ ratificatio ſufficit ad ſuſtinen-
dum, quod factum fuit juxta propoſitionem in o-
mni materia receptam, quod ratificatio, & volun-
tas Domini etiam ſubſecuta æquiparatur Mandato
præcedenti, & ſufficit ad ſuſtinendum actum, pro
9 quo requirebatur Mandatum antecedens *capit. Rati-
habitionem de regular. jur. in* 6. Rota coram Buratt.
deciſion. 584. *numer.* 9. & coram Cerr. *deciſion.* 103.
numer. 18. & *deciſion.* 279. *numero nono*, & *deciſion.*
915. *numero quarto*, & coram Gregor. *deciſion.* 295.
& *deciſion.* 525. *utrobique numer.* 4. & coram Coccin.
deciſion. 1525. *numer.* 9. & *deciſion.* 1706. *numer.* 4. &
deciſion. 1709. *numer.* 4. & *deciſion.* 2241. *numer.* 3. &
coram Emerix jun. *deciſion.* 1264. *numer.* 7. & coram
Bich. *deciſion.* 256. *numer.* 12.

Et in præciſis, immo fortioribus terminis, quod
Delegatio etiam ſine ſcriptura, aut Teſtibus, aut ſi- 10
gillo probata remaneat ex ſola ſcientia, & patien-
tia ipſius Superioris Delegantis, ex qua præſumi-
tur Mandatum, & Delegatio præcedens, firmavit
Maſcard. *de probat. concluſ.* 493. *numero primo*, & *ſe-
cundo*, ibi = *Delegatio quando dilucide non poteſt
probari per ſcripturam, vel per Teſtes, ſive ſigil-
lum &c. confugiendum eſt ad probationem tacitam,
ſeu præſumptam, videlicet probando per Teſtes il-
lum tanquam Delegatum ſe geſſiſſe, vel Sententiam
protuliſſe publice, notorie, ac ſciente, & patiente ipſo
Delegante &c. nam ex tali ſcientia, & tolerantia
Superioris præſumitur Delegatio, & Mandatum Su-
perioris preceſſiſſe.*

Vantius *de nullitat. tit. Qualiter Sententia, &
Proceſſus numer.* 44. ibi = *Si Delegatio, & Man-
datum juriſdictionale expreſſe probari non potuerunt,
ad probationem tacitam, ſeu præſumptam recurren-
dum erit, videlicet probando per Teſtes, quod illa
talis, qui tanquam Delegatus Sententiam protulit pu-
blice, & notorie, ac ſciente, & patiente ipſo Dele-
gante, vel illo, qui ipſum delegare poterat, proceſſit,
& Sententiam protulit, ex tali namque ſcientia, &
tolerantia ſupradicta Delegatio reſultat, & præſu-
mitur Mandatum Superioris præceſſiſſe* = & con-
cordat Felin. *in cap. Cum in jure de Offic. delegat. n.*
10. *verſic. Si Delegatus Ordinarii*, Dec. *conſil.* 650.
n. 12. Pavin. *de poteſt. Capituli Sede vacan. p.* 2. *q.* 10.
numer. 23.

Corruit etiam alterum objectum, quod Viſita-
tores juxta legem Commiſſionis Epiſcopalis deputa-
ti ad viſitandam Eccleſiam, non potuerint eligere 11
pro loco Viſitationis habitationem in ædibus Paro-
chialibus de Rotembac, neque Præpoſitus teneretur
illuc accedere, ex quo Viſitatio facienda eſſet in
ipſa Eccleſia viſitanda, juxta Gavant. *in prax. Viſi-
tation. §. primo, numero tertio.* Tuſch. *de Viſitation.
libr. primo, capit. ſecundo, numero vigeſimo ſecundo*,
Pignatell. *conſult.* 146. *numer.* 2. *tom.* 9. cum aliis in
oppoſitum allegatis.

Etenim Commiſſio Epiſcopalis nil aliud conti-
net, niſi Mandatum de viſitando, quæ Commiſſio
tanquam generalis, propterea circa modum, & for- 12
mam viſitandi intelligitur, prout de jure, Mantic.
de tacitur. libr. tertio, titul. ſeptimo, numer. tertio,
Textus *in cap. Cauſam quæ de reſcript.* De jure autem
cum Viſitatio ſit duplex, nempe alia realis, & alia 13
perſonalis, neceſſitas accedendi ad Eccleſiam viſitan-
dam procedit in Viſitatione reali, ut inquit Pigna-
tell. *conſ.* 17. *n.* 11. *tom.* 8. ſecus autem in perſonali,
quæ poteſt expleri extra Eccleſiam viſitandam in alio 14
Loco tertio, quoties commode apud eundem haberi
non poteſt, ut eſt Text. apertus *in cap.* 1. *de Cenſib.
in* 6. ibi = *Et ſi commode, vel abſque difficultate
accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus lo-
cis ad unum congruum Clericos, & Laicos ſtudeat
convocare*,

Ex qua Decretali inolevit communis Concluſio,
quod viſitatio perſonalis propter cauſam incom- 15
modi, aut difficultatis eam explendi in loco viſi-
tato, ſive etiam majoris commoditatis gratia, ſi-
ve demum propter aliam cauſam ex rerum circum-
ſtantiis deductam, poteſt arbitrio Viſitatoris cele-
brari in quocunque alio loco congruo, ad quem
Perſonæ viſitandæ accedere teneantur, Gemin. *in
dicto cap.* 1. *de Cenſib. numer.* 3. Ancharan. *numer.* 3.
Franchus *numer.* 2. ibi = *Ultimo nota, quod ſi il-
lud, quod debet fieri in certo loco, ſicut eſt, quando
Collegium debet viſitari, ſi ibi commode fieri non
poteſt, poterit in alio loco fieri, ubi commode poteſt* =
Gavant. *in prax. viſit.* §. 1. *n.* 3. ibi = *Niſi hæc com-
modius alibi haberi poſſunt* = Barboſ. *in Summ. A-
poſtol. deciſ. collect.* 727. *numer.* 9. ibi = *Si id tamen
commode fieri poteſt, ſin minus ad locum congruum*
= Ventrigl. *de juriſdict. Archiepiſ. capit.* 68. *numer.* 1.

Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. libr.* 7. *tit.* 1. *num.* 46. & me ſcribente judicavit Rot. *in Hiſpalen. Viſitat.* 30. *Aprilis* 1700. §. *Et quamvis circa fin.* coram bon. mem. Molines.

Immo ex cauſa Epiſcopus unum Collegium poteſt viſitare in diverſis locis, licet convenientius ſit,
16 quod in eodem loco viſitet, ut ait Innoc. *in dicta capit. primo, de Cenſib. numer.* 2. *in fin.* ibi = *Sit etiam credimus, quod ſi juſta cauſa ſubeſſet, quod poſſit unum Collegium in diverſis locis viſitari, licet ſit convenientius, quod in eodem viſitet* = quem omnes ſequuntur Canoniſtæ ibidem, ſignanter Hoſtien. *numer.* 14. Geminian. *numer.* 8. Ancharan. *numer.*
17 3. Arcbidiac. *numer.* 1. *in fin.* ea ratione, quod locus non eſt de ſubſtantia Viſitationis, ſicut non dicitur eſſe de ſubſtantia Electionis, ut advertit Ancharan. *ubi proxime numer.* 3. ibi = *Et putat* Innoc. *quod ex cauſa poſſet unum Collegium in locis pluribus viſitare &c. colligit* Franchus *per hunc Textum, quod locus non eſt de ſubſtantia, ſicut nec locus Electionis* Joan. Andr. *ibidem numer.* 11. ibi = *Et per hoc notat* Franchus, *quod locus Viſitationis non eſt de ſubſtantia, ſicut nec locus Electionis* = Franchus *in eodem* Textua ibi = *Quando collegium debet viſitari, ſi ibi commode fieri non poteſt, poterit in alio loco fieri, ubi commode poteſt, ſecundum Joannem Andrea dicentem, locum Viſitationis non eſſe de ſubſtantia, ſicut nec locus Electionis* = Ventrigl. *de juriſdict. Arcbiep. dict. cap.* 69. *numer.* 1. ibi = *Quia locus Viſitationis non eſt de ſubſtantia, ſicut nec locus Electionis.*

In propoſito locus de Bettembrum, ubi extat Collegiata viſitanda, erat ruralis non habendo niſi 40. ruſticas habitationes rurales, itaut in aliqua iſtarum Viſitatores collocari commode non poſſent pro Viſitatione perſonali, minuſque in Eccleſia, ubi alia habitatio non extat, niſi illa Præpoſiti, & Canonicorum, quæ ſunt Perſonæ viſitandæ, in quarum manſionibus ſe collocare non debent Viſitatores, & Judices; ideoque dum verificatur, quod in loco, & Eccleſia de Bettembrun Viſitatores non poterant, nec debebant commode, aut congruenter ſiſtere pro habenda Viſitatione perſonali, abſque dubio potuerunt ſe collocare in ædibus vicinæ Parochiæ de Rorembac, ibique Canonicos, & Præpoſitum vacare ad Viſitationem,
18 & tali caſu locus relinquitur arbitrio Viſitationis, juxta rerum circumſtantias, ut bene tuetur in praxi Criſpin. *in trattat. della Viſita Paſtoral. part.* 3. §. 1. *num.* 5. ibi = *Per viſitare altri Capitoli di Collegiate o Recettitie &c. il Veſcovo deſtinarà i luoghi loro Capitolari; overo quel luogo, che haverà riguardo alla circoſtanze delle coſe, e delle legitime conſuetudini meglio gli parerà* = Et quod iſte alius locus extra illum viſitandum remittatur arbitrio Viſitatoris, tradit etiam doctiſſimus Innocen. *in dicta cap.* 1. *de Cenſib. numer.* 2. ibi = *Vocare debet ad locum, ad quem vadit, ad quem tam Clerici, quam Laici commode conveniri poſſunt, & hoc arbitrio committitur boni Viſitatoris* = Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 8. ibi = *Et cum nulla fiat alterius loci ſpecificatio, cenſetur remiſſa Epiſcopi arbitrio.*

Si autem id recte procedit in ſolo puncto juris, ceſſat quælibet umbra dubitandi in concreto caſus, ubi non fuit aliquid novum, ſed alias practicatum, quod Viſitatio perſonalis hujus Collegiatæ facta fuerit extra locum Collegiatæ, ſcilicet in
19 *Caſtro Montis Sancti*, quod eſt magis remotum ab Eccleſia Collegiata, quam Parochialia de Rorembac illi proximior, & contigua; Quoties igitur concurrit ultimus ſtatus, & ſolitum viſitandi quoad Perſonas in alio loco circumadjacenti extra locum Collegiatæ, nempe in ſuperius relato *Caſtro Montis Sancti*, & quidem ea illa cauſa expreſſa ibi = *Commoditatis gratia*; hoc ſolum juſtificat locum de Bettembron non eſſe commodi acceſſus pro functione Viſitationis perſonalis, juxta Text. *in capit. primo, de Cenſ. in ſexto*, & ſimul vanam convincit exceptionem Præpoſiti, cum in hac materia, ubi locus non eſt de ſubſtantia Viſitationis ſolitum, attendatur & juxta illud actum ſemper validus, & legitimus habeatur, ut in puncto Rot. *in dict. Hiſpalem. Viſitat.* 3. *Aprilis* 1700. §. *Præterea* coram Molin. Criſpin. *ubi ſupra part.* 3. §. 1. *numer.* 5. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 7. *tit.* 2. *numer.* 7. & in terminis loci Electionis Caſtell. *de electiom. capit.* 6. *numer.* 1. Paſſerin. *eod. tract. cap.* 12. *n.* 1. Lavor. *eod. tract. cap.* 18. *n.* 4. Rot. *dec.* 36. *n.* 7. *p.* 6. *recentiorum.*

Fortius autem, quando locus de Rorembac ad effectum Viſitationis perſonalis electus fuerat ab omnibus Canonicis ſub die 20. Septembris 1720. mediante Epiſtola reſponſiva ad Vicarium Generalem, 20
ubi dixerunt illum eſſe locum aptiſſimum, recuſando ex juſta cauſa ædes Præpoſituræ; ſi autem iſti Canonici, qui erant Perſonæ viſitandæ, elegerunt, & declararunt hunc locum veluti aptiſſimum excipiendo habitationem intra Præpoſituram de Bettembrun propter juſtas cauſas, utique jam ſatis exinde conſtat non potuiſſe, nec debuiſſe Viſitatores ſe collocare in loco Præpoſituræ, ſeu ædibus Præpoſiti, ſed in alio loco tertio, veluti contiguo, & indifferenti, prout erat ædes vicinæ Parochiæ de Rorembac, juxta doctrinam Innocent. ſuperius relatam *in dict. capit. prima, de Cenſib. numero ſecundo, in fin.* Gemin. *numer.* 8. & Criſpin. *de Viſit. dict. part.* 3. §. 1. *numer.* 5. Salod. *de Viſitat. part.* 1. *capit.* 4. *verſic. ſi commode*, Ventrigl. *de judic. Archiepiſ. capit.* 68. *numer.* 3. Pavin. *de Viſitat. part.* 1. *quæſtion.* 6. *numer.* 12. & 13.

Sublatis his duobus objectis, vanum erat poſtremum, quod non fuiſſet locus excommunicationi, quando alia remedia ſuppetebant, itaut excommunicatio ferri deberet in ſubſidium, quia quidquid ſit in aliis materiis, indubitatum eſt quod in ſubjecta materia Viſitationis, pœna excommunicationis 21
eſt illa propria, & unica, quæ per Sacros Canones ſtatuta reperitur contra eos, qui Viſitationem impediunt recuſando ſeſe illi ſubjicere, itaque propterea in hoc materia excommunicatio dici poteſt ſubſidiaria, ut ſunt Text. apertiſſimi *in Can. Certum eſt* 11. *quæſtion.* 3. ibi = *Certum eſt &c. aliquem excommunicari poſſe, cum ad Synodum canonice vocatus venire contemnit* = & *in cap. Venerabilibus* §. *Porro de Sent. excommun. in* 6. ibi = *Idem eſt etiam ſi quenquam pro præſumpta contumacia, videlicet, quia citatus præfixo ſibi termino non comparuit, excommunicatione conſtringas* = *Et in Clement. Attendentes de ſtat. Monachor.* Monacell. *in Formular. part.* 3. *tit.* 4. *excomm.* 2. *numer.* 5. & *ſeqq.* & *in Prælud. numer.* 60. Gayt. *de Cenſur. libr.* 1. *capit.* 9. *numer.* 28. Ventrigl. *de juriſdict. Archiep. cap.* 120. *numer.* 23. & 24. & plene Rot. *in Hiſpalen. Viſitat. ſuper ſecundo Dubio* 3. *Aprilis* 1700. §. *fin.* coram bon. memor. Molines.

Nihil obſtantibus doctrinis in oppoſitum, necnon diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *capit.* 3. *de re-* 22
format. etenim loquuntur de illis Cenſuris, quæ proferuntur in Judicio contentioſo pro debito pecuniario; & aliis civilibus, & mere temporalibus Titulis, non autem de excommunicatione, quæ fertur in actu Viſitationis contra contumaces, qui accedere recuſando impediunt ipſam Viſitationem, & ex Sacrorum Canonum præſcriptio poſſunt directe excommunicari, ut bene Cardin. de Luca ad Concil. Trident. *diſc.* 43. *numer.* 2. & punctualiter Rot. coram Othobon. *deciſ.* 75. *numer.* 25. & *ſeq.* ac etiam *in Hiſpalem. Viſitationis* 30. *Aprilis* 1700. §. *Cæterum*, & §. *final.* coram bon. memor. Molin. Et quidem in hoc caſu Viſitationis, & contra contumaces, ubi Sacris Canones expreſſam ſtatuerunt pœnam excommunicationis, *Concilium ubi ſupra* nunquam diſponere intellexit, ſed ſolum in Cauſis civilibus, & pecuniariis materias, juxta literam ipſius Concilii, ibi = *In Cauſis vero Judicialibus &c.* = ibique Barboſa *numer.* 18. & 21. ubi inſuper addit Concilium etiam in hoc caſu non dediſſe formam, ſed ſolam instructionem, & propterea adhuc validam eſſe excommuni- 23
catio-

cationem, non ſervato ordine Concilii, & concordat Ricc. *in prax. part. 4. reſol.* 202. *num.* 4. ibi = *Ut ad articuli Deciſionem deveniam, dico Concilium dicta cap. 3. tradere inſtructionem, non autem imponere formam &c. & conſequenter, quod ſi feratur excommunicatio non obſervato dicto Ordine Concilii, non per hoc erit nulla* = & Reſolvit Sacra Congregatio Concilii apud Fagnau. *in cap. Sacrę num.* 27. *de Sententia excommunicat.*

Et ſecundum prædicta de menſe Novemb. 1723. judicavit A. C. de Gentilibus vere doctiſſimus, & acutiſſimi ingenii in Romana Curia Prælatus, & quidem in acerrimo Partium Contradictorio confirmando Sententias de Patribus, unde orta fuit res judicata, quæ ſuam habuit executionem.

FANEN. CENSURARUM.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus non tenetur ad gabellam pro extractione frumenti Menſæ Epiſcopalis debitam Theſaurariis Provinciæ in Statu Eccleſiaſtico, quando illi aſſiſtit conſuetudo eam non ſolvendi; & an iſta exemptio locum habeat, ſi Epiſcopus vendat frumentum Laico, qui poſtea facit ejus extractionem.

SUMMARIUM.

1 *Offenſa Immunitatis Eccleſiaſtica dicitur vulnus divini, & humani Juris.*
2 *Prohibitio extrahendi proprium frumentum de loco ad locum eſt contra libertatem naturalem.*
3 *Eccleſiaſtici non comprehenduntur ſub Edictis laicalibus prohibentibus extractionem.*
4 *Pro tuenda Immunitate Eccleſiaſtica proceditur ad Cenſuras.*
5 *Epiſcopi non comprehenduntur ſub generalitate diſpoſitionis, ſed indigent mentione ſpeciali.*
6 *Diſpoſitio fundatur in certa qualitate, & ſuppoſitio non comprehendit Caſum ubi hoc deficit.*
7 *Officialium Teſtimonio plena fides adhibetur.*
8 *Epiſcopus Fanenſis pro extractione frumenti Menſa non tenetur recipere bulleklinum.*
9 *Curia ſecularis non poſſit obligare Eccleſiaſticos ad accipiendam licentiam extrahendi ſoluta uno Julio.*
10 *Diſpoſitio fundata in ſolito jus novum non inducit.*
11 *Prohibitio exigendi ultra ſolitum, quod imponitur.*
12 *Officialis ſucceſſor non poteſt habere majus jus, quam anteceſſor, & quando.*
13 *Res judicata non cenſetur derogata abſque mentione ſpeciali.*
14 *Exempti non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione,* & n. 16.
15 *Conſuetudo inducit, & conſervat exemptionem.*
37 *Archiepiſcopus Firmanus non tenentur ad gabellam pro extractione frumentorum & aliorum.*
18 *Laicus emptor frumenti ab Epiſcopo exempto, an teneatur ad gabellam extractionis diſtingue, ut ibi,* & num. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.
31 *Pacta dicuntur pars Contractus.*
22 *Contractus non dicitur perfectus non purificata conditione.*
26 *Franchitia an poſſit cedi, & vendi ab Eccleſiaſtico exempto favore non exempti.*

27 *In materia gabella attenditur obſervantia.*
28 *Conſuetudo canonizata in Contradictorio Judicio majores, vires habet.*
29 *Cautela pro Epiſcopis, & antequam procedant ad Cenſuras exquirunt ſenſum Sacr. Congregationis.*

DISCEPTATIO CLVIII.

Divini, humanique juris vulnus, offenſa Immunitatis Eccleſiaſticæ, exemplo gravis, ſed contra Epiſcopos graviſſima, Summi Pontificis ultricem expoſcit manum, qui propterea agnoſcendo 1
juſtitiam cenſurarum, quibus Epiſcopalis Curia violatæ Immunitatis reos fulminavit, eas approbare non dubitabit.

Etenim ex libertate, quæ omnibus naturaliter competit de jure communi, permiſſum unicuique eſt facere extractionem, & tranſportationem rerum ſuarum ad omnia loca, ſeu Civitates, & Oppida ſibi beneviſa, itaut prohibitio hujuſmodi extractionis eſſe dicatur contra libertatem naturalem, quemadmodum ex Menoch. *conſil.* 126. *numer.* 14. *libr.* 7. de- 2
ducunt Spetell. *deciſion.* 12. *numer.* 39. & 40. Panimoll. *deciſion.* 32. *numer.* 34. Surd. *conſil.* 301. *numer.* 90. *perfic. & non eſt*, unde ſequitur, non obſtantibus quibuſcunque Statutis, ſeu Edictis Laicalibus prohibentibus extractionem abſque ſolutione Gabellæ, Cleri- 3
cos, & Eccleſiaſticos ſub eis non comprehendi, ne violetur libertas naturalis ſibi de jure competens, quam propterea impedientes, & turbantes violare dicuntur pupillas Immunitatis Eccleſiaſticæ, & incidere in cenſuras Sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, & Bullæ Cœnæ, ut late Dian. *coord. tract.* 2. *de Immunit. Eccleſ. reſol.* 256. *numer.* 2. *& ſequentibus, & reſol.* 212. *numer.* 2. & 3. *tom.* 9. Pignatell. *conſult.* 34. *numer.* 73. *tom.* 2. Bajard. *ad Clar.* §. *fin. quæſtion.* 82. *numer.* 87. Bellett. *diſquiſ. Cler. part.* 1. *tit.* 6. §. 3. *numer.* 1. Matt. *de Juriſdict. part.* 4. *cap.* 83. *numer.* 1. & ſæpe reſolvit Sacr. Congreg. ut apud Nicol. *in Fleſc. in Verb. Gabella ſub numer.* 5. Ricc. *in Synopſ. Decret. Congreg. Immunitat. in verbo Eccleſiaſtici n.* 17. *& in Verbo Epiſcopus quoad ſuas exemptiones n.* 6. *& in verbo extractio n.* 6. *& in Verbo Edicta Laicalia n.* 7. 8. & 9.

Cum igitur Miniſtri Curiæ ſæcularis devenerint ad carcerationem hominum, & animalium, quæ deducebant, ſeu aſportabant Piſaurum ſarcinas frumenti ſpectantis ad Menſam Epiſcopalem Fani ſub erroneo ſuppoſito, quod fundaverint gabellam pro extractione debitam, merito Epiſcopus Fanenſis ad reparandum vulnus Eccleſiaſticæ Immunitatis pro- 4
ceſſit ad cenſuras contra culpabiles, ut tradunt in puncto Pignatell. *conſult.* 16. *numer.* 12. *tom.* 9. Spetell. *dec.* 12. & 13. *per totas tom.* 1. Monacell. *in formul. tom.* 3. *tit.* 1. *formul.* 6. *n.* 7. *cum plur. ſeqq.* Panimoll. *dec.* 32. *n.* 25. Bonac. *oper. moral. tom.* 3. *diſput.* 1. *q.* 6. *punct.* 3. *n.* 7.

Neque læſio Immunitatis evitari poteſt ex motivo, quod vigore bannimentorum generalium Theſaurariæ Marchiæ prohibita fuerit etiam Eccleſiaſticis extractio frumenti abſque ſolutione gabellæ, 5
ibi = *Neſſuna perſona tanto Eccleſiaſtica, quanto Regolare conforme al ſolito* = hæc enim verba nullatenus apta ſunt comprehendere Perſonas Epiſcoporum, veluti generalia, & generaliſſima, ſub quibus receptiſſimum in jure eſt non venire Epiſcopos, tanquam in apice Eccleſiaſticæ Dignitatis conſtitutos, ad quorum comprehenſionem inducendam omnino neceſſaria eſt illorum mentio ſpecialis, qua idcirca deficiente, nunquam incluſi judicantur, ut poſt Gloſſ. *in capit. Licet Eccleſiarum in Verbo Dignitatum de prabend. in ſexto & in capit. Inquiſitores in Verbo expreſſe de Hæretic. in ſexto*, firmavit Rota *deciſion.* 329. *numer.* 2. *part.* 3. *recentiorum*, ibi = *Epiſcopos, qui ſpeciali nota digni ſunt* = Adden. ad Rota *deciſ.* 90. *numer.* 249. *part.* 9. *tom.* 1.

numer. 11. conſuetudo etiam ſicut apta eſt, inducere exemptionem, quæ de jure non competit, Bartol. *conſil.* 92. *verſic.* 25. Covarr. *in regul. Poſſeſſor. part.* 2. §. 2. *numer.* 8. Garz. *de nobilit. gloſſ.* 19. *numer.* 2. Capyc. Latr. *conſult.* 68. *numer.* 3. *& ſeqq.* Card. de Luca *de regular. diſcurſ.* 48. *numer.* 3. *& diſcurſ.* 110. *numer.* 3. *& diſc.* 158. *numer.* 4. Cohell. *ad Bull. boni regim. cap.* 50. *numer.* 230. ita eo fortius conſervare poteſt illam exemptionem, quæ de jure tam humano, quam divino Eccleſiaſticis competit, ut bene Cardin. de Luca *de regal. diſc.* 38. *numer.* 12. ubi loqui-
16 tur in præciſis terminis favore Archiepiſcopi Firmani contra Theſaurarios Marchiæ ſuper gabella extractionis frumentorum Menſæ Archiepiſcopalis, ex quo concurrebat conſuetudo libertatis, ibique præcitatus Auctor reſpondet ad capitula appaltus, dicendo ea loqui contra illos, qui eſſent ſoliti ſolvere gabellas, & ideo non comprehendebat Menſam Archiepiſcopalem habentem pro ſe conſuetudinem non recipiendi bullectinum a Theſaurariis, ut *dict. diſc.* 148. *numer.* 12.

Et quod magis eſt, Cardin. de Luca ita ſcripſit
17 in Sacra Congregatione Immunitatis, & juxta ejus ſenſum obtinuit declarari Archiepiſcopum Firmanum pro extractione non teneri ad recipiendum bullectinum a Theſaurariis, juxta circumſtantiam caſus, de quo agitur, ubi Sacra Congregatio hoc ipſum declaravit de anno 1671. favore Epiſcopi Fanenſis, quæ quidem reſolutio edita favore Archiepiſcopi Firmani præter teſtimonium Cardin. de Luca regiſtratur apud Ricc. *in Synopſis decreto Sacræ Congregation. Immunit. in verbo Extractio victualium numer.* 2. ibi = *Archiepiſcopus Firmanus pro extractione, & translationem Frumentorum, Bladarum, & Animalium tam pro parte Dominicali, quam Colonica, manuteneatur in ſua libertate, privilegio, & exemptione (attenta antiqua, & probata poſſeſſione) non recipiendi bullectinum a Theſaurariis Provinciæ. Firmana* 18. *Decembris* 1674. *libr.* 1. *decretor.* Altovit. *pag.* 1040.

Hactenus deducta ad evidentiam concludunt Epiſcopum Fanenſem pro extractione fructuum ſeu frumentorum propriæ Menſæ non eſſe ſubjectum ſolutioni gabellæ cum receptione bullectini; nunc autem ſatisfaciendum remanet alteri objecto, quod adhuc admiſſa exemptione iſta dici non potuerit violata ſub fundamento, quod locum habeat hujuſmodi Immunitas, ſeu exemptio, quoties Epiſcopus eſt ille, qui facit extractionem proprii frumenti ad effectum vendendi in locis exteris, ſecus autem quando illud vendidit Laicis, qui poſtea illius extractionem facere volunt; hoc enim caſu translato in Laicos dominio frumenti, ceſſaverit Immunitas, quæ mutatione perſonæ de Eccleſiaſtica in Laicam extinguitur, nec tranſit ad Laicum Emptorem.

Etenim pro remotione objecti opus eſt diſtin-
18 guere duos caſus, quorum primus eſt, ubi Menſa Epiſcopalis pure, & libere vendit frumentum Perſonis Laicis in ipſa Civitate, & hoc caſu veriſſimum eſt, quod tanquam pure translato dominio in Laicos, quiſquis ad extractionem devenire velit, teneatur ad gabellam, cum hæc extractio ſit actus diſtinctus, & ſeparatus ab ipſo contractu jam inito cum Eccleſia, & frumentum pure acquiſitum Laico cum plena translatione dominii dicatur de bonis Laici, non autem Eccleſiaſtici, in quibus terminis loquitur Baldus *conſil.* 31. *numero ſecundo, lib.* 1. quem ſequuntur Joann. de Amic. *conſ.* 18. *numer.* 13. *& ſequentibus*, & aliæ in contrarium Auctoritates.

Alter caſus eſt, quando Laicus in contractu ini-
19 to cum Eccleſia, ſeu Eccleſiaſtico apponit aliquod pactum, quod excludat venditionem liberam in Civitate, itaut Eccleſiaſticus vendat frumentum ſuo nomine extrahendum, & actus extractionis ſit pars intrinſeca contractus venditionis, ut contingere ſolet in duplici caſu, vel quando fit pactum aſportandi frumentum expenſis Eccleſiæ, vel quando Eccleſia vendit Laico frumentum conſignandum francum a gabella extractionis uſque ad certum locum, & in his terminis clariſſimum eſt, Emptorem Laicum nullo modo teneri ad gabellam extractionis, quia ſtante hujuſmodi pacto non Laicus, qui emit, ſed Eccleſia, quæ vendit, dicitur facere extractionem rei ſuæ uſque ad locum in contractu deſtinatum, ubi propterea eſſet gabellare Eccleſiam, & non Laicum, ſi ſolvendum foret ab iſto vectigal extractionis, ut in venditionis terminis fructuum, ſeu frumenti factæ ab Eccleſia cum pacto aſportandi propriis expenſis, docuit Bald. *conſ.* 311. *n.* 2. *in fin. lib.* 1. ibi = *Porro in uno caſu poſſet ſalvari, quod ubi Eccleſia non ſolvit Pedagium, nec Emptor, ſcilicet, quando Emptor ex pacto tranſportavit merces expenſis Eccleſiæ.* = Decius *conſ.* 48. *n.* 5. *in fin. verſic. unde maxime lib.* 1. Roland. a Valle *conſ.* 61. *numer.* 20. *lib.* 4. Rocc. *diſp. jur. cap.* 74. *n.* 43. *verſ. & limita hoc*, Sperell. *deciſ.* 41. *num.* 70. *verſ. at ubi Emptor*, Joan. de Amic. *conſil.* 18. *num.* 13. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect. numer.* 91. *&* 150. Cavalcan. *deciſ.* 44. *num.* 100. *part.* 1.

Et ita etiam in terminis venditionis frumenti factæ per Cardinalem Roſſettum cum pacto aſportandi de uno Territorio ad aliud expenſis, & nomine Cardinalis, quod Emptor non teneretur ſolvere gabellam extractionis, reſolvit Sacra Congregatio Immunitatis in *Ferrarienſ.* 24. *Martii* 1654. cujus reſolutionem refert Panimoll. *deciſ.* 6. *annotat.* 9. *num.* 28. Pignatell. *conſult.* 34. *numer.* 73. *tom.* 2.

Hæc autem Theorica, quæ procedit in hoc ſecundo caſu, ſine difficultate applicatur in propoſito, ubi venditio frumenti facta per Epiſcopum Fanen. non fuit pure intra Civitatem, ſed cum pacto, quod illud venderetur extractum, & exemptum ab ipſa gabella extractionis, uſque ad Civitatem Piſauri, quo concurrente nemo inter Doctores dubitavit, quominus Emptor remaneat exemptus ab onere gabellæ extractionis, cum iſto caſu dicatur extrahere Epiſcopus, non autem Emptor, & vigore pacti frumentum non dicatur venditum in Civitate, ſed extra illam veluti ab ipſo Epiſcopo extractum tanquam res Epiſcopalis, ut in terminis terminantibus Epiſcopi Æſini vendentis frumentum exemptum a gabella extractionis conclusit 20
Advocatus Burgheſius Conſanguineus, ſeu Parens ſan. memor. Pauli V. quem refert, & ſequitur Adyoc. Conſiſt. *conſ.* 156. *numer.* 1. *& ſequentibus*, ubi reddit rationem, ibi = *Etenim ſtante pacto factum Emptoris non differt a facto Epiſcopi, & propterea ſicut ſi ipſe Epiſcopus extraheret nihil ſolveret, ita nec ſolvere tenetur Emptor, quoniam ſtante pacto videtur ipſe Epiſcopus extrahere, qui teneretur pecuniam reſtituere, ſi Mercator ſolveret* = & concordat Panimoll. *deciſ.* 6. *annot.* 9. *numer.* 15. Cohell. *ad Bull. Boni Regimin. capit.* 44. *numer.* 22. *verſ. Sed concordari.*

Cujus aſſumpti manifeſtæ conſpirant rationes, quarum prima eſt, quod cum pacta dicantur pars 21
contractus, ut in *leg. fundi partem, ff. de contrahen. Empt.* hinc propterea venditio facta de frumento nomine Eccleſiæ extrahendo, & aſportando ad certum locum operatur, ut dominium rei venditæ non ſit translatum in Laicum Emptorem, ſed remaneat penes Eccleſiam, donec iſta adimpleat conſignationem frumenti extracti abſque gabella uſque ad locum deſtinatum, ut diſcurrit Rocc. *diſput. jur. capit.* 74. *num.* 43. *verſ. & limita hoc*; contractus enim non dicitur perfectus, donec ad favorem Em- 22
ptoris purificata remaneat conditio extractionis, & aſportationis frumenti uſque ad locum conventum, *leg. hæc venditio ff. de contrahend. Emption. leg. Bovem §. Si ſub conditione digeſtis, de Ædilit. edict.* Mantica *de Tacitis libr. quarto, tit. vigeſimo ſexto, numer.* 9.

Altera ratio eſt, quod niſi Eccleſia extraheret frumentum cum ſua exemptione uſque ad illum locum, teneretur pecuniam reſtituere, ſi Emptor ſolve-

23 ſolveret Gabellam, quod propterea vergeret in præjudicium Eccleſiæ; quæ perderet exemptionem, & tanto minoris ſuum frumentum venderet, & ſic violata remaneret ejus Immunitas, ut advertunt Gabriel. diſt. conſil. 156. numer. 5. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. diſt. effect. 3. numer. 91. Panimol. deciſion. 6. annot. 9. numer. 15. & 16.

Tertia ratio eſt, quod ſicut ubi Eccleſia pro majori pretio habendo frumentum extraheret, & aſportaret ad alium locum, ſeu Territorium, non teneretur ſolvere Gabellam extractionis, ita etiam procedere debet, quando ipſa Eccleſia vendit ad favorem Laici cum pacto extractionis exemptæ uſque ad certum locum, cum tali caſu non ſit Laicus, qui extractionem facit, ſed ipſa Eccleſia, cujus nomine Laicus extrahit, & tranſportat frumentum,
24 quæ ratio juſtificatur in caſu iſto per bullectam traditam Emptoribus Laicis ab ipſo Epiſcopo, ibi = *concediamo licenza à Giacomo Pizzagalli di potere eſtrarre da queſta Città di Fano roppi 25. di gran ſpettante à queſta Illuſtriſſima Menſa Veſcovale per condurre à Peſaro ſenza incorſo di pena alcuna* = Dum enim hæc licentia clara manifeſtat, quod frumentum ſpectaret ad Menſam Epiſcopalem, ibi = *ſpettante à queſta Menſa* = ecce quod extractio facta fuit nomine Eccleſiæ, & tanquam de frumento exiſtente adhuc in dominio ipſius Eccleſiæ; unde ſine ullo fundamento prætenditur, Emptorem eſſe obnoxium Gabellæ extractionis, ut hac ratione reſolvit Sac. Congreg. Immunit. in dicta Ferrar. apud Panimoll. *deciſion. 6. annotat. 9. numero vigeſimo octavo*, & Pignat. *conſultat. 34. num. 75. tom. 2.*

Neque propterea dici valet, quod exemptio, & Immunitas Eccleſiæ ſit perſonalis, & ideo nequeat cedi per Eccleſiam favore Emptoris in præjudicium tertii, ſeu Conductoris vectigalium; hoc enim non applicatur ad caſum, ubi Epiſcopus in venditione frumenti non fecit aliquam ceſſionem Immunitatis, ſeu Franchitiæ ad favorem Emptorum, quod ſuccederet, ubi venditio fuiſſet libera, & pure facta, cum pacto, ut Laicus gauderet exemptione Eccleſiæ in actu extractionis; ſed Epiſcopus vendidit frumentum ab eodem nomine Eccleſiæ extrahendum uſque ad Civitatem Piſauri francum, & liberum cum bullecta Menſæ, in quibus terminis ipſa Eccleſia dicitur exercere nomine ſuo libertatem extractionis, dum ipſa extrahit, non autem dicitur Laicus extrahere rem ſuam cum Immunitate ſibi ceſſa per Eccleſiam, quia donec, & quouſque impleatur conditio extractionis uſque ad Civitatem Pi-
25 ſauri, non dicitur facta traditio frumenti tranſlativa Dominii, ſed hoc remanet in poſſe *ejuſdem* Eccleſiæ, cujus nomine ſit extractio, ut bene Rocc. *dicto capit. 74. numer. 43. in fin.* & concordant Carol. de Graſſ. *dict. effect. Cleric. 3. numer. 150.* Cavalcan. *deciſion. 44. numer. 100.* Gabr. *dict. conſil. 156. numer. 5.*

Minus in jure ſuſtentari poteſt objectum, quod enim per pactum cedi, & communicari nequeat
26 Franchitia Eccleſiæ, eſt opinio reprobata etiam in caſu abdicationis Dominii rei venditæ factæ ab Eccleſia, ut poſt relatam contrariam opinionem eam fuiſſe reprobatam in dicta Ferrarien. 24. *Martii* 1654. teſtatur Panimoll. *deciſion. 6. annotat. 9. numero vigeſimo octavo*, & probat Cohell. ad *Bullar. Con. Regimin. capit. 44. ſub numero vigeſimo ſecundo*, ac etiam quia, quod Franchitia Eccleſiaſtica poſſit cedi, & vendi, ſæpe reſolvit Sacra Congregatio Im-
27 munitatis, apud Ricc. in *Synopſ. Decret. in verbo Franchitia numer. 34. & in Verbo Edicta Laicalia numero vigeſimo quinto, & 26.* & optime Gratianus *diſceptat. 390. numer. 11.* ibi = *ratione connexitatis privilegium conceſſum Perſonæ extenditur ad Emptorem, qui habebit exemptionem non propter ſe, ſed propter Perſonam Venditoris, qui poteſt vendere ſine onere Gabellæ.*

Et contrariu Doctores loquuntur in terminis longe diverſis, quando ſcilicet actus aſportationis nil commune habet cum Eccleſia, & origine Contractus celebrati cum illa, exempli gratia, quando Eccleſia libere, & pure vendit frumentum Laicis intra Civitatem, & poſtea Emptores deveniunt ad extractionem frumenti, qui certe hoc caſu obnoxii exiſtunt Gabellæ extractionis, cum iſte actus ſit omnino extrinſecus, & ſeparatus ab ipſo contractu inito cum Eccleſia, ubi militat ratio, quod ſubſequens factum Emptoris nihil habet commune cum facto Eccleſiæ, & iſti ſunt termini, in quibus loquuntur Bald. *conſ. 31. ſub n. 2. lib. 1.* ibi = *ſi autem iſtud onus contingit ex facto ſeparato, quod nihil habet commune cum origine contractus, tunc Emptor tenetur ſolvere; licet Eccleſia non teneatur ſolvere; quia factum Emptoris nihil habet commune cum facto Eccleſiæ* = Joan. de Amic. *conſ. 18. n. 15.* Menochius *conſ. 136. n. 20.* ibi = *Emi frumentum ab Eccleſia, & volo illud aſportare à Civitate ubi emo, cujus exportationis cauſa ſolvi ſolet Gabella in hoc Gabellæ ſolutio non reſpicit immediate contractum ipſum, ſed actum exportationis, quo circa etſi Eccleſia ipſa quando exportaret non teneretur Gabellam ſolvere ob ſibi tributam Immunitatem, attamen Emptor tenetur cum hoc exportationis factum, ut inquit Bald. nil commune habeat cum ipſa Eccleſia, & origine contractus* = & eodem modo loquuntur cæteri Doctores, nec non reſolutio Sacræ Congregationis apud Ricc. *ubi ſupra in verbo Extractio victualium numer. 1.*

Unde nullam applicationem habent ad caſum, quo contractus venditionis frumenti factus extitit ab Eccleſia non ſolum cum pacto franchitiæ aſportationis, ſed etiam ipſius extractionis liberæ nomine Eccleſiæ vendentis; in his enim terminis ceſſat illa ratio, quod factum extractionis nil commune habet cum facto Eccleſiæ, & origine contractus, dum tam factum Eccleſiæ, quam contractus ſuſtentatur ſuper hac franchitia extractionis nomine Eccleſiæ tradentis bullectam teſtantem de aſportatione rei ſuæ, ita, & taliter, quod in his terminis, & circumſtantiis nulla ſit auctoritas, quæ contradicat, dum alias eſſet violare Immunitatem Eccleſiaſticam ſub Perſona Emptoris gabellando ipſum Epiſcopum, in quem redundaret damnum ſentiendi onus gabellæ, quod refundere teneretur emptori, vel alias viliori pretio vendere propter illud onus.

Iſta in puncto juris veriſſima non recipiunt ulteriorem dubitandi rationem reflectendo ad tres circumſtantias, quarum prima conſiſtit in obſervantia, & conſuetudine antiquiſſima hujus Menſæ Epiſcopalis, juxta quam ipſa venditionem ſuorum frumentorum ſemper fecit cum iſto pacto extractionis liberæ ab onere Gabellæ, & ſemper hanc Immunitatem religioſe ſervarunt Theſaurarii pro tempore, abſque eo, quod ulla unquam moleſtia deſuper illata fuerit Emptoribus Laicis, quæ quidem inconcuſſa, & antiqua conſuetudo non dat locum ponendi amplius in dubio hanc de cætero clariſſimam Immunitatem, 28
prout præcipuum locum habere obſervantiam in hac materia ſolutionis vectigalium, docet Textus *aperte in l. fi. Publicanus ff. de Publican. & Vectigal.* ibi = *in omnibus vectigalibus fere conſuetudo ſpectari ſolet* = & in *l. miſſi Opinatores 7. C. de exact. tribut. lib. 10.* Burſat. *conſ. 186. n. 11. & ſeqq.* Ciarlin. *controverſ. 12. n. 40.* Card. de Luca *de Regal. diſc. 184. num. 13.* Rocc. *diſp. jur. cap. 74. n. 45. & 46.* & reſolvit Sacr. Congr. Immunit. in Fanen. 17. *Aug.* 1618. apud Ricc. *ubi ſupra in verbo onera Cameralia n. 2. & in verbo conſuetudo numer. 2.*

Secunda circumſtantia eſt, quod cum intentata fuerit interruptio hujus conſuetudinis per Theſaurarium anteceſſorem de anno 1671. re delata ad Sacram Congregationem Immunitatis, hæc judicavit Epiſcopum recipere non teneri bullectinum pro hujuſmodi extractione frumenti Menſæ Epiſcopalis de loco ad locum in eodem gubernio, ut ſuperius probatum eſt; quoties autem conſuetudo etiam canonizata reperitur in contradictorio Judicio, ea majores vires acquirit ad effe-

ctum.

ctum; ut amplius in futurum convelli non poſſit, Text. *in l. 34. ff. de legib.* ibi = *primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando judicio conſuetudo firmata ſit* = Rota *dec. 357. anno n. 1.* cor. Emerix jun. *& dec. 551. ſub n. 4.* cor. Ubald. *& in Aretina benef. 11. Jan. 1701. §. Suffocata*, cor. bon. mem. Anſald. *& in Oppid. benefic. 7. Maii 1703. §. Non obſtante*, cor. bon. mem. Muto, *& in Saliſburg. Vicaria 31. Januarii 1714. §. Hac ſiquidem, & 4. Februarii 1715. §. Ponderato*, coram R. P. D. Criſpo.

Tertia demum circumſtantia eſt, quod Epiſcopus Faventis non proceſſit ad cenſuras marte ſuo, ſed prius expoſtulavit oraculum Sacr. Congr. Immunitatis, cui expoſita fideliter tota ſerie facti, reportavit reſponſum, quod procederet ſua auctoritate ordinaria; dum itaque proceſſit Epiſcopus ex oraculo Sac. Congregationis Immunitatis, quæ cenſuit eſſe locum procedendi auctoritate ſua ordinaria contra culpabiles, jam de juſtitia cenſurarum dubitari amplius non poteſt, ut præciſis terminis advertit Monacell.
29 *in Formul. forum Eccleſ. p. 3. tit. 1. Formul. 6. n. 11.* ubi ad hunc effectum dat cautelam Epiſcopis, ut prius exquirant oraculum Sacr. Congreg. facti narratione expoſita cum ſuis circumſtantiis.

LUCANA CANONICATUS.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus habet jus conferendi Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ: nec ejus Capitulo competit jus eligendi, & quando ſecus, Privilegium datum Capitulo ſuſcipiendi Canonicos cum aſſenſu Epiſcopi, an concedat Capitulo jus eligendi; Ex quibus actibus probetur conſuetudo conferendi favore Epiſcopi, vel eligendi favore Capituli.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Epiſcopus habet jus conferendi Canonicatus in Collegiatis.*
3 *Olim fuit quæſtio, an ſpectaret collatio ad Capitulum Collegiatæ.*
4 *Jus eligendi ad Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ ſpectat ad ejus Capitulum, & inſtitutio ad Epiſcopum.*
5 *Secus ſi Canonicatus fuerint erecti de bonis Menſæ Epiſcopalis, aut redditibus Beneficiorum.*
6 *Epiſcopis ab initio data fuit poteſtas conferendi Beneficia.*
7 *Poſſunt conferre Canonicatus Collegiatæ, qui de ejus bonis non ſunt erecti.*
8 *Privilegium oſtendit jus commune eſſe in contrarium.*
9 *Jus conferendi ſpectat ad Epiſcopum, ſi Canonici debent admitti in Eccleſia de ejus conſenſu.*
10 *Conſentiens, qui eſt Dominus, dicitur facere actum.*
11 *In Eccleſiis receptitiis proceditur per admiſſionem ad conſortium.*
12 *Iſta pertinet ad Collegium Eccleſiæ.*
13 *Olim Eccleſiæ Collegiatæ erant receptitiæ.*
14 *Modus procedendi per viam ſuſceptionis in Fratres deſignat Collegiatam receptitiam.*
15 *Eccleſia poteſt eſſe receptitia, licet ſit Collegiata.*
16 *Mutato ſtatu Eccleſiæ receptitiæ in numeratam, mutatur modus providendi.*
17 *Et Epiſcopus acquirit jus conferendi loco conſenſus.*
18 *Concilium Tridentinum revocans Patronatus ex privilegio non habet locum in Privilegiis juris eligendi.*
19 *Privilegium, & præſcriptio ſimul haberi non poſſunt, & allegari, & de ratione* numer. 20.
21 *Non datur præſcriptio ob malam fidem reſultantem ex allegatione Privilegii.*
22 *Centenaria, & Immemorabilis non datur cum mala fide.*
23 *Ut Epiſcopus acquirat jus conferendi ex conſuetudine ſufficit Quadragenaria ſimplex.*
24 *Per non uſum, & contrarium uſum Capitulum renunciare dicitur Privilegio.*
25 *Epiſcopi in Italia præſcripſerunt jus conferendi contra Capitula,* & n. 46.
26 *Capitulum ad præſcribendum jus conferendi probare debet Quadragenariam cum titulo ad differentiam Epiſcopi.*
27 *Beneficium dicitur vacare tam per obitum, quam per reſignationem.*
28 *Beneficium reſignari debet in manibus Collatoris.*
29 *De conſenſu habentis jus eligendi.*
30 *Jus conferendi ſpectans ad Epiſcopum, ex quo probatur.*
31 *Capitulum acceptando collationes Epiſcopi cenſetur approbare omnia in eis expreſſa.*
32 *Alternativa intrat ſolum in Beneficiis liberæ collationis.*
33 *Res judicata fundat jus conferendi in favorem Epiſcopi.*
34 *Collationes Capituli interverſæ ab illis Epiſcopi non attenduntur.*
35 *Actus rejecti per rem judicatam non ſunt amplius allegabiles.*
36 *Contra rem judicatam nemo audiri poteſt, niſi obtenta reſtitutione in integrum.*
37 *Materialitas caſus non attenditur, ſed ſubſtantia rationis.*
38 *Sub re judicata comprehenditur quidquid venit per neceſſarium conſequens, vel antecedens.*
39 *Actus litigioſi non ſunt allegabiles.*
40 *Adjudicatio Beneficii facienda eſt Proviſo a legitimo Collatore.*
41 *Devolvitur jus libere providendi ad Epiſcopum, ſi* Capitulum *loco eligendi exerceat jus conferendi.*
42 *Collatio facta ab Ordinario cum clauſula* = Omni meliori modo = *quid importet.*
43 *Collatio Ordinarii facta per modum ineptum ſemper ſuſtinetur.*
44 *Poteſt Epiſcopus conferre Beneficium de Jurepatronatus, & collationis validitas, ex quo dependeat.*
Ordinare Eccleſiam idem eſt ac conferre. §. Verſamur.
Ex quibus arguitur Eccleſiam & Canonicatus fuiſſe dotatos de bonis liberis Collationis Epiſcopi. §. Habemus.
Obſervantia proxima fundationi præcipue attendis. ibid.
Deciſiones faciunt ſtatum, neque cedidi poteſt incidenter in contrarium in alio Caſu. §. Poterat.
45 *Jus conferendi eſt ſimultaneum inter Epiſcopum, & Capitulum in Cathedrali.*
47 *Receptio Canonicorum in Eccleſia, requiſito Conſilio, ſeu licentia Epiſcopi, importat hujus collationem.*
48 *Enarratur caſus* Text. in cap. Cum M. Ferrarienſis de conſtit.
49 *Scriptura non authentica, & vitiata non merentur fidem.*
50 *Serotina ſcripturarum productio dat ſuſpicionem earum illegalitatis.*

51 *Quando mandatum Procura dicatur falſum.*
52 *Renunciatio juris ſui non præſumitur, ſi quis habuiſſet fundamentum illud ſuſtinendi.*
53 *Scriptura non extracta ab Archivio publico non probant conſuetudinem.*
54 *Reſervatio primæ Dignitatis in Cathedralibus quando inceperit.*
55 *Quando non valeat argumentum ex enunciativis*, & n. 56.
57 *Immemorabilis deſtruitur ex ſimplici rumore in contrarium.*
58 *Tranſactio inter Epiſcopum, & Capitulum abſque Beneplacito Apoſtolico non ſuſtinetur.*
59 *Epiſcopo habenti aſſiſtentiam Juris ſufficit unus actus ad evertendam conſuetudinem in contrarium.*
60 *Conſuetudo non probatur ex ſimplici dicto Doctorum.*
61 *Præſertim ſi aliquis ex illis ſit ſuſpectus.*
62 *Deciſionibus erroneo facti ſuppoſito innixis non defertur.*

DISCEPTATIO CLIX.

PRætendebat Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ Civitatis Lucanæ ſibi ſpectare jus conferendi Canonicatus ejuſdem Eccleſiæ pro tempore vacantes, & de facto contulerat Fabio Arnolfino Canonicatum vacatum per obitum Anto-
1 nii Toggi; per contrarium vero Eminentiſſimus Spada Ordinarius Lucanus illum contulerat Paulo Thomæ Notulo vigore juris conferendi ſibi tanquam Ordinario ſpectantis, & delata controverſia ad Sacram Rotam ſub dubio = *An, & ad quem ſpectet jus conferendi Canonicatum, de quo agitur, & cui ſit adjudicandus* = Ego ſcribens pro Eminentiſſimo Ordinario dicebam ſpectare ad ipſum jus conferendi, ejuſque Proviſo adjudicandum eſſe Canonicatum ex diſpoſitione Juris, & Sacrorum Canonum, juxta quam omnes Canonicatus, & Beneficia propriæ Diœceſis ad liberam ipſius collationem ſpectant, juxta notum Textum *in Canon. Omnes Baſilicæ* 16. *quæſtion.* 7. *in Canon. Noverint* 10. *queſtion.* 1. *& in cap. Conquerente de offic. Ordinar.* & in terminis Canonicatuum, ſed Præbendarum Eccleſiæ
2 Collegiatæ, Cerccoper. *lucubrat. Canon. libr.* 4. *numer.* 100. ibi = *In Collegiatis Epiſcopo ſubjectis in dictis quatuor menſibus omnes collationes Præbendarum, ac Beneficiorum liberæ collationis ſpectant ad Epiſcopum* = Rota coram Coccin. *deciſion.* 385. *numer.* 2. & coram Emerix jun. *deciſion.* 106. *numer.* 1. *& deciſion.* 1084. *numer.* 1. *in fin. & in Urban. Canonic.* 9. *Junii* 1694. §. *Abſque eo quod*, coram bon. memor. Muto.

Nec obſtabat, quod in Eccleſia Collegiata proviſio Canonicatuum de jure pertineat ad Capitulum, non autem ad liberam collationem Epiſcopi. Quoniam advertebam, quod de jure, an Collegiatis Eccleſiis Epiſcopus, vel Capitulum habeat jus conferendi, fuit acerrima quæſtio inter antiquos Canonicos, quorum aliqui tenebant ſolidam collationem ſpectare ad Epiſcopum: alii vero contrarium
3 de directo ſuſtinebant, nempe eamdem collationem ſpectare ad Prælatum & Capitulum Collegiatæ ſine aliqua Epiſcopi participatione: alii quod ſpectaret ad Epiſcopum, adhibito tantum conſilio Capituli, ut has opiniones referendo teſtatur Panormitan. *in capit. Cum Eccleſia Vulterrana numer.* 8. *de elect.* ibique Fagnan. *numer.* 22. Rota *deciſion.* 4. *de conceſſ. Præbend. in novis*, Lotter. *de re Beneſic. libr.* 2. *quæſtion.* 21. *numer.* 135. Rota *deciſion.* 158. *numer.* 22. *part.* 6. *recentiorum*.

In quo conflictu prævaluit diſtinctio communiter recepta, cum qua hodie proceditur in praxi, quod nempe, aut conſtat Canonicatus fuiſſe erectos de Bonis communibus ipſius Eccleſiæ, vel dubium eſt, ex quibus Bonis illi erecti fuerint: & tunc quia præſumitur in dubio facta erectio de Bonis, & redditibus ipſius Eccleſiæ Collegiatæ, propterea ad Capitulum, & Prælatum Collegiatæ ſpectat ſolum jus eligendi, ſeu præſentandi ad Canonicatus vacan- 4
tes; Inſtitutio autem, ſeu jus inſtituendi omnino ſpectat ad Epiſcopum juxta ſententiam Joannis de Lignano antiquiſſimi Canoniſtæ, quæ fuit recepta tam in conſulendo, quam judicando, ut communiter Panorm. *in dicto capit. Cum Eccleſia Vulterrana numer.* 8. *verſic. Quoad ſecundum caſum de elect.* Frideric. de Sen. *conſil.* 34. *numer.* 1. *verſic. Tertio arguitur*, Rota coram Mohedan. *deciſion.* 27. *numer.* 2. *de Præbend.* Bellam. *deciſion.* 717. *numer.* 4. *verſic. Fateor tamen*, Garz. *de beneſic. part.* 5. *capit.* 4. *numer.* 64. & 68. Lotter. *de re beneſic. lib.* 2. *quæſtion.* 21. *numer.* 135. Gonz. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 45. *numer.* 47. Barboſ. *de Canon. capit.* 14. *numer.* 15. quicquid incidenter dixerit Rota coram Emerix jun. *deciſion.* 1072. *numer.* 1. quæ fuit poſtmodum revocata *in deciſion.* 1084. coram eodem, & ſæpe firmavit Rota *deciſ.* 133. *numer.* 3. & 4. & *deciſion.* 226. *numer.* 2. *part.* 7. *recentiorum*, & coram Pamph. *deciſion.* 537. *num.* 2. & coram Coccin. *dec.* 1466. *n.* 3.

Aut vero conſtat Canonicatus, ſeu Præbendas fuiſſe erectas de Bonis Menſæ Epiſcopalis, aut de redditibus Beneficiorum liberæ collationis, & talis, 5
ſic tota collatio libera, & abſoluta pertinet ad Epiſcopum abſque electione, aut conſilio Capituli Eccleſiæ Collegiatæ, quemadmodum animadvertunt Card. de Luca *de Beneſic. diſc.* 17. *numer.* 6. & 7. Eminentiſ. Petra *ad Conſtit. Apoſtol. tom.* 3. *ad Conſtit.* 7. Innoc. IV. *ſect.* 2. *numer.* 53. Rota coram Arguell. *dec.* 34. *n.* 11. & 13. & *in rec. dec.* 71. *n.* 3. & *deciſ.* 226. *n.* 3. *p.* 7. & *in Bononien. Juris conferendi* 22. *Aprilis* 1697. §. *Licet enim*, coram bon. mem. Urſino.

Quæ opinio juſtis rationibus fundatur; Etenim Epiſcopis ab initio data fuit poteſtas diſponendi de Beneficiis, ſeu ea libere conferendi, cum ſit actus juriſdictionis Epiſcopalis: quæ regula, licet limitetur quantum ad jus eligendi competens Capitulis ex præſumpta dotatione Præbendarum de Bonis Eccleſiæ Collegiatæ, adinſtar Patroni Eccleſiaſtici, qui habet jus eligendi, ſeu præſentandi ratione dotationis, ut dicunt Garz. *de Beneſic. part.* 5. *capit.* 4. *num.* 68. Rota *deciſion.* 4. *numer.* 1. *verſic. Nam ſicut Patrono de Præbend. in novis*, & coram Arguell. *deciſion.* 34. *numer.* 14. Attamen ceſſat hujuſmodi limitatio, quoties probatus Canonicatus, ſeu Præbendas non fuiſſe inſtitutas de Bonis Eccleſiæ, & ſtatur aſſiſtentiæ juris dantis plenam collationem Epiſcopo, quia deficit cauſa Juſpatronatus, ſeu Juris eligendi ratione dotationis, ut bene probat Bellam. *dict. deciſion.* 717. *numer.* 3. Rota coram Arguell. *dict. deciſion.* 34. *numer.* 14. & 15.

Applicando ad rem dicebam, quod Præbendæ Canonicales nullo modo fuerant erectæ de Bonis propriis Collegiatæ, dum conſtabat hanc Eccleſiam ab initio ſpectaſſe ad liberam proviſionem Epiſcopi 6
de annis 945. 984. 999. 1014. 1015. & 1016. antequam emanaret Privilegium Innoc. III. de an. 1204. & melius id reſultabat ex hoc ipſo Privilegio, ubi Summ. Pontif. recenſet, & confirmat Bona, quæ tunc Eccleſia poſſidebat, & ex quibus Prior cum Clericis ſuſtentabatur, nempe = *Hoſpitale S. Reparatæ cum omni jure, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam S. Caſſiani cum omni jure, & pertinentiis ſuis: Hoſpitale, & Eccleſiam S. Michaelis de Cantefara cum omni jure, & pertinentiis ſuis, omne jus, quod habetis in Eccleſia S. Juſti ad Arcum, & in Eccleſia Sancti Laurentii de Pictiorano* = ex quarum Eccleſiarum, & Hoſpitalium redditibus convincebatur, Eccleſiam fuiſſe dotatam pro conſtituendis Præbendis Prioris, & Clericorum uſque ad tempus Privilegii emanati de anno 1204. & conſtabat inſuper etiam ſucceſſivo tempore fuiſſe eidem Eccleſiæ unita alia Beneficia per Epiſcopos Lucenſes in tribus unionibus annorum 1542. & 1544. ut teſtatur Rota *in Lucana Præminentiarum* 28. *Junii* 1700. §. *Et certo*,

ro,

te, coram bon. mem. Molines impreſſa inter recol-
lectas apud Palm. Nep. *dec.* 319. *poſt n.* 6. *tom.* 4.

Cum igitur omnes redditus Eccleſiæ Collegiatæ
proveniſſe appareret ex unionibus tot Eccleſiarum,
Hoſpitalium, & Beneficiorum, quæ ſine dubio an-
te unionem erant liberæ collationis, & diſpoſitio-
nis Epiſcopi, ut reſpectu unius Hoſpitalis probatum
fuerat ex fundatione mulieris Bertæ de anno 1027.
& reſpectu Eccleſiæ S. Juſti ad Arcum ex documen-
to unionis factæ ab Epiſcopo de anno 1639. inde
ſeqoebatur favore Epiſcopi firmam remanere aſſiſten-
tiam juris ſuper libera collatione Canonicatuum,
tanquam erectorum ex Bonis Beneficiorum ſub diſ-
poſitione Epiſcopi exiſtentium, excluſo quolibet Ju-
7 re eligendi, quod ſpectaret ad Capitulum, ſi de Bo-
nis propriis dotaſſet, ut tradunt omnes Canoniſtæ
in dicta cap. Cum Eccleſia Vulterrana de elect. &
præcipue Butr. *numer.* 21. *in fine*, ibi = *Si de Bo-
nis ſuis non eſt ædificata, ſatis credo, quod provi-
ſio ſpectet ad Epiſcopum, & totalis* = Bellam. *deci-
ſion.* 717. *numer.* 3. & opinio ſæpiſſime canonizata a
Sacræ Rotæ Auditorio *in deciſion.* 600. *num.* 4. *part.*
2. *& deciſion.* 43. *numer.* 3. *part.* 6. *& deciſion.* 71. *nu-
mer.* 3. *part.* 7. *recentiorum*, & coram Arguell. *dicta
deciſion.* 34. *numer.* 12. *& ſeqq. & in Tiraſonen. Prio-
ratus* 19. *Novembris* 1691. § *Tandem*, coram Mo-
lines impreſſa apud me *Diſcept. Eccleſ.* 25. *n.* 35.

Hanc vero juris aſſiſtentiam favore Epiſcopi ma-
gis convincebatur ipſum Privilegium Innocentii III.
in quo conceſſum fuerat jus eligendi Priorem Cle-
ricis, & Presbyteris Eccleſiæ; Epiſcopo aut jus ele-
ctum, & ſibi præſentatum, confirmandi: Signum
evidens, quod antea uſque ab initio Eccleſiæ libera
collatio Prioris ſpectabat ab Epiſcopum juxta rela-
tas collationes antiquiſſimas, idque propter dotatio-
nem Eccleſiæ de Beneficiis liberæ collationis Epiſco-
pi, vel de Bonis ſub ejus libera diſpoſitione manen-
8 tibus; Urgente ſatis nota, quod altas Capitulum
fruſtra Privilegium imperraſſet circa jus eligendi Prio-
rem, ſi illud ſibi de jure comperiiſſet *leg. Imperato-
res ff. de Privileg. & leg.* 1. *ff. ad municipalem*, Surd.
deciſion. 173. *numer.* 18. *& conſil.* 296. *numer.* 26. cum
aliis recollectis per Barboſ. *axiom.* 135. *numer.* 4. Pri-
vilegium namque prædicatur de eo, quod concedi-
tur contra diſpoſitionem juris, & in ejus derogatio-
nem *leg. Jus ſingulare ff. de legib. & Can. Privilegio
diſtinct.* 3. Gonzal *ad regul.* 8. *gloſſ.* 35. *n.* 5. *& ſeqq.*
Rot. *deciſ.* 19. *n.* 10. poſt Antonell. *de jurib. & oner.
Cler. & in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate A-
gnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Prout nec magis*, coram
clar. mem. Card. Scotto, & ſi Privilegium conceda-
tur ſuper eo, quod competit de jure, non dicitur
Privilegium, ſed jus commune Rota *in Monaſte-
rien. Canonicatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *Nec ſubſiſtit*,
& 13. *Junii* 1710. §. *Nec hujuſmodi*, coram bon. me-
mor. Caffarello.

Quo vero ad Canonicatus Eccleſiæ, hujuſmodi
Privilegium nullatenus conceſſit Capitulum jus con-
ferendi Canonicatus, immo nec etiam jus eligendi:
Quia ſimpliciter dedit facultatem Clericis Eccleſiæ,
alios Clericos ſibi ſuſcipiendi in fratres cum con-
ſenſu Epiſcopi, ibi = *Licet vobis Clericos undecun-
que ſint cum Epiſcoporum ſuorum commendatitiis IN
FRATRES CUM ASSENSU EPISCOPI VE-
STRI SUSCIPERE*; Quæ diſpoſitio potius mani-
feſte retorquetur; Cum enim ante Privilegium Epi-
ſcopus dotaſſet Eccleſiam de Beneficiis liberæ colla-
tionis, & haberet ejus liberam proviſionem, idcirco
illa ſuſceptio in fratres de conſenſu Epiſcopi probat,
9 quod ad ipſum Epiſcopum ſpectare deberet libera
diſpoſitio, ſed jus recipiendi, & admittendi novos
Clericos in Eccleſia, ex ſolita Juris propoſitione,
quod ubi actus fieri debet de conſenſu Domini,
& Superioris, ut eſt Epiſcopus, tali caſu conſentiens
dicitur facere actum, non autem alius, qui de con-
ſenſu facit, juxta theoricam Baldi *in leg. Si ut pro-
pones numer.* 1. *Codic. de Servo pignor. dato*, ibi =
*Multum enim refert, an conſentiens ſit Dominus;
& tunc conſentiens proprie facit, an non ſit Domi-
nus; & tunc non facit, ſed non impedit, idest quan-
dam obſtantiam de medio tollit*; quam theoricam
ſequuntur Gonz. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 47. *numer.* 16. *&* 19.
Tiraquell. *de leg. Connub. gloſſ.* 5. *numer.* 150. Et in
terminis, quod conſenſus Superioris referatur ad jus
conferendi, firmavit Rota *deciſion.* 452. *num.* 7. *part.*
18. *tom.* 2. *recentiorum*.

Et ſic Privilegium concedendo facultatem Cleri-
cis, ſeu Presbyteris Eccleſiæ, ut novos Clericos ſu-
ſciperent in fratres de conſenſu Epiſcopi, ſolum
concludit, quod Adunantia illa tunc temporis Pre-
ſbyterorum, ſeu Clericorum ſolum habere poſſet
meram receptionem *facti* reſpectu novorum Clerico-
rum ad proviſionem tamen, & liberam voluntatem
Epiſcopi conſentire debentis tanquam Domini, & 10
Superioris; Urgente decantato principio, quod o-
mnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram
impartimur, ad Textus *in leg.* 1. §. *Omnia Codic. de
veter. jur. enuclean.* Surd. *conſil* 301. *numer.* 44. & 47.
Rebuff. *in prax. Benefic. part.* 1. *tit. de infirm. gloſſ.* 2.
numer. 3. & ſpecialiter ad terminos noſtros docet
Text. *in cap. Cum aliquibus de reſcript. in* 6.

Sed quando etiam Privilegium, dando facultatem
ſuſcipiendi in fratres de conſenſu Epiſcopi, præſefer-
ret tunc temporis quoddam jus improprium eligen-
di cum approbatione Epiſcopi, adhuc dicebam id
nihil relevare ad punctum quæſtionis, quia tunc
temporis Eccleſia erat receptitia, non autem nume-
rata, ubi non aderant Canonicatus collativi, &
& in titulum, in quo proinde ſtatu Collegium,
ſeu Adunantia Presbyterorum aggregabat ad Con-
ſortium novos Clericos per modum receptionis, &
adſcriptionis ad ſervitium Eccleſiæ de conſenſu E-
piſcopi, qui, deficiente titulo collativo, non poterat
exercere jus conferendi, & procedere per viam col-
lationis, ſed tantum per viam approbationis, &
conſenſus, ut quod in Eccleſiis receptitiis procedа- 11
tur per viam receptionis, ſed admiſſionis ad Con-
ſortium, neque Canonicatus ſint collativi, docet
Text. *in cap. Dilecto* §. *Præterea de Præbend.* Gratian.
diſceptat. 397. *numer.* 74. *&* 75. Pax Jord. *tom.* 2. *lu-
cubr. lib.* 10. *tit.* 10. *numer.* 69 Cardin. de Luc. *de Ca-
non. diſcurſ.* 19. *numer.* 5. & habetur apud Me *Diſce-
ptat Eccleſ.* 17. *numer* 54. *& ſeqq* & quod iſta rece-
ptio pertineat ad Collegium Eccleſiæ, non autem 12
ad Epiſcopum, qui non poteſt habere jus conferen-
di, quando Canonicatus non ſunt collativi, pro-
ut tales non ſunt in Eccleſiis receptitiis, & non
numeratis, in quibus non datur vacatio Canoni-
catuum, dixerunt Maſſobr. *in prax habend. concur.
Prælud.* 5. *numer.* 4. *& Prælud.* 6. *numer.* 1. Vivian. *de
Jurepatron. libr.* 1. *part.* 1. *capit.* 1. *numer.* 106. Rota
coram Seraphin. *deciſion.* 942. *numer.* 1. *&* 2. & de-
mum, quod Eccleſia tunc foret receptitia, ſcilicet 13
abſque numero Præbendarum, & Canonicorum fi-
xo, & determinato, non ſolum probatur de jure
juxta quod omnes Eccleſiæ antiquis temporibus e-
rant receptitiæ, & non numeratæ, ut docet Lot-
ter. *de re Benefic. libr.* 1. *quæſtion* 14. *num.* 13. & apud
Me *Diſcept Eccleſ.* 17. *num.* 2. ſed etiam ex illa cir-
cumſtantia, quod Collegium tunc procedebat per
viam ſuſceptionis in fratres novorum Clericorum
cum Commendatitiis propriorum Epiſcoporum, qui
modus procedendi per viam ſuſceptionis in fratres
deſignat Eccleſiam eſſe receptitiam, Lotter. *de re
Benefic. libr.* 1. *quæſtion.* 14. *numer.* 16. *&* 19. per Text. 14
in dict. capit. Dilect. §. *Præterea de prebend.* Barboſ.
de Canon. capit. 3. *numer.* 8. Rot. *deciſion.* 499. *numer.*
8 *part.* 4. *tom.* 2. *recentiorum*.

Cui fundamento Eccleſiæ receptitiæ non obſta-
bant deciſiones *in Lucana Præmin.* 28. *Junii* 1700,
& 22. *Martii* 1703. coram bon. mem. Molines im-
preſſæ apud Palm. Nep. *deciſion.* 319. *&* 320. ubi
Eccleſia, de qua agitur, judicata fuit Collegiata
antiquior altera Sanctorum Paulini, & Donati,
veluti initium deſumens ſaltem ab undecimo ſæcu-
lo; Etenim Sacra Rota in hujuſmodi deciſionibus
ſolum canonizavit antiquam Collegialitatem Eccle-
ſiæ, tanquam uſque tunc habentis Adunantiam, &
Collegium Clericorum; nunquam vero dixit, quod
temporis adeſſent tituli collativi Canonicatuum,

Itaq;

15 Itam Eccleſia eſſet numerata, non autem receptitia; Quia ſtat ſimul, Eccleſiam eſſe Collegiatam, & tamen eſſe receptitiam, recipiendo novos Clericos ad menſuram redituum creſcentium, vel decreſcentium modo plures, & modo pauciores abſque numero certo, & fixo Canonicatuum, & abſque ullo titulo collativo, qui nunquam datur in Eccleſiis receptitiis, ut de Eccleſia Cathedrali Vulterrana, quod eſſet receptitia, firmat Gloſſ. *in capit. cum Eccleſ. Vulterrana in verbo longo de elect.* ibique Gonzal. *numer. 8. verſic. unde*; & de Eccleſiis Collegiatis receptitiis tradidit Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſtion. 14. numer.* 12. & apud Me *diſceptat. Eccleſ. 17. ſub numer. 2. & 11.* Unde qualitas Collegialitatis non excludit qualitatem Eccleſiæ receptitiæ.

Ex quo reſultabat conſequentia, quod privilegium Innocent. III. non eſſet amplius allegabile poſtquam Eccleſia de receptitia tranſitum feciſſet in Eccleſiam numeratam cum Canonicatibus collativis in titulum, in quo ſtatu non erat amplius practicabilis *illa ſuſceptio in fratres de conſenſu Epiſcopi* = ut dicebat privilegium, quatenus intelligeretur de ſuſceptione per viam aggregationis, & admiſſionis ad Eccleſiam receptitiam: ſed ſuperveniente ſtatu novo, expiraverat hæc ſuſceptio in fratres, nullo modo compatibilis, quando Canonica-
16 tus dantur in titulum collativum, ubi loco ſuſceptionis, ſeu aggregationis ſubrogatur collatio Epiſcopi, ut in ſubjecta materia mutationis ſtatus advertunt Gratian. *diſceptat. 458. numer. 9. & ſeqq.* Rot. coram Seraphin. *deciſion.* 1445. *numer.* 7. *& recentiorum, deciſion.* 313 *numer. 5. part. 4. tom. 5. & in Moguntina Decanat.* 15. *Januarii* 1712. §. *quandoquidem*, coram bon. mem. Lancetta.

Hinc, dum antea in ſtatu antiquo, ubi deficiebant tituli collativi, Epiſcopus dabat conſenſum, ut Collegium *ſuſciperet in Fratres novos Clericos* juxta naturam Eccleſiæ receptitiæ, poſtea in ſtatu novo, Canonicatibus factis collativis, & in titu-
17 lum; ille conſenſus Epiſcopi converſus fuit in jus conferendi, & Capitulo nihil remanſit, niſi traditio poſſeſſionis, quæ eſt receptio facti, ut ait Fagnan. *in capit. de multa de præbend. numer.* 9. ibi = *Hoc enim importat illud verbum* receptionem, *ſcilicet corporalem* = & diſtinguendo receptionem a collatione, ac etiam ab electione, docet Text. *in capit. tam in Eccleſ. de præbend.* in 6. Lapus Abbas *in capit. cum aliquibus numer.* 1. *de reſcript.* in 6. Cardin. Zabarell. *conſil.* 103. *numer.* 5. Lambert. *de Jurepatron. libr 2. part. 1. quæſtion. 1. artic. 13. numer.* 25. Ergo privilegium tantum aberat, ut fundaret intentionem Capituli quoad Jus conferendi, immo etiam eligendi, ut potius utrumque excluderet propter reſervatum conſenſum Epiſcopi, qui in ſtatu antiquo Eccleſiæ receptitiæ habebat vim collationis impropriæ: & in ſtatu novo, quo Canonicatus effecti ſunt collativi, tranſitum fecit in verum jus conferendi.

Addebam ulterius ad exuberantiam, quod privilegium Innocentii ex alio capite remanebat inutile, quando etiam figurandum eſſet erroneum ſuppoſitum, quod conceſſiſſet Capitulo jus eligendi: Quia nempe, cum conſtaret Canonicatus fuiſſe erectos ex beneficiis, aut bonis liberæ collationis, vel diſpoſitionis Epiſcopi, quodque ante privilegium Epiſcopus libere ordinabat Eccleſiam, utique privilegium, ſi conceſſiſſet jus eligendi, fuiſſet mere gratioſum, & abſque titulo oneroſo fundationis, & donationis ex bonis Eccleſiæ; Quo caſu, deficiente hoc titulo oneroſo, revocatum remanſiſſet hoc jus eligendi ex mero privilegio gratioſo conceſſum,
18 juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. & reprobato motivo Rotæ *deciſion.* 31. *numer. 15. part. 10. recentiorum*, firmavit Cardin. de Luca *de benefic. diſcurſ. decimo ſeptimo, num.* 6. Qui tamen ſuperaddit diſpoſitionem Sacr. Concil. procedere contra Patronatus ex Privilegio, per quod Eccleſiæ liberæ rediguntur in ſervitutem, non autem in hujuſmodi Indultis conferendi, ſeu eligendi conceſſis Capitulis, vel Prælatis Eccleſiaſticis in-

ferioribus, juxta caſum de quo ſupra *diſceptat.* 142. *numer.* 1. & conſequenter hoc motivo agnoſcebam eſſe inſubſiſtens.

Deſcendendo ad titulum conſuetudinis, ſeu præſcriptionis, quam ſibi aſſiſtere Capitulum ſupponebat, dicebam, illud in hac parte fovere rem deſperatam, & vanam; Cum enim in hac cauſa ſimultanee & eodem contextu allegaſſet titulum privilegii, non poterat recurrere ad titulum conſuetudinis, ſeu præſcriptionis, quia ſunt tituli contrarii, ut ait Gloſs. *in capit. veniens in verbo renun-* 19
ciaſſe de præſcript. ibi = *Nota, quod privilegium, & præſcriptio contraria ſunt, ex quo ſimul haberi non poſſunt; quia ingreſſus unius alterius operatur egreſſus*, = *& in cap. auditis in verbo præſcripſiſſe* ibi = *Iſte tuebatur ſe duplici Jure, ſcilicet exemptionis, & Jure præſcriptionis, quæ jura ſunt contraria, quia ſi tutus erat Jure privilegii, non poteſt præſcribere*; Immo allegatio privilegii eſt renunciatio præſcriptionis; allegatio autem præſcriptionis eſt 20
renunciatio privilegii, juxta verba præallegatæ gloſſæ ibi. *Quia ingreſſus unius alterius operatur egreſſum in cap. ſi diligenti in verbo juſtus tit. eodem tit.* ibi = *Videtur quod iſta contraria ſint; ſi enim aliquis habet juſtum titulum puta privilegium, ſive conceſſionem &c. non eſt ei neceſſaria præſcriptio; Immo impetrando unum alii renunciare videtur; & quod ſemel meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poteſt.*

Quod fortius procedere aſſerebam, ex quo Privilegium non dabat Capitulo jus conferendi, ſed Epiſcopo, de cujus aſſenſu Canonici erant recipiendi in Eccleſia, & ſic ſuppoſita præſcriptio erat contraria Privilegio: ita & taliter, quod Capitulum præſcribere non poterat Jus conferendi contra Epiſcopum, quando allegavit privilegium, quod requirit conſenſum Epiſcopi, & ſic ejus collationem, & auctoritatem in providendo, neque enim in his terminis unquam induci potuit præſcriptio propter
malam fidem reſultantem ex allegatione privilegii, 21
ut tradunt Canoniſtæ in *cap. cum perſonæ de privileg in 6.* ſignanter Monach. *numer.* 8. Franch. *numer.* 3. Joan. Andr. *numer.* 2. Anchar. *numer.* 4. Gemin. *num.* 6. *& idem in conſil.* 96. *num.* 4. Rot. in Giennen. *Adjunct.* 27. *Martii* 1705. §. *Hinc propterea*, coram bonæ memoriæ Molin.

Et eſt concluſio vulgaris, quod allegans titulum vitioſum, ſeu contrarium, cadit ab omni Jure præ-
ſcriptionis etiam Centenariæ, & Immemorabilis, 22
quæ nunquam dari poteſt cum mala fide, & contra tenorem tituli allegati Barb. *in rubr. de præſcript. numer.* 168. Covarr. in *cap. Poſſeſſor part. 2. §. 8. num.* 4. Menoch. *de præſumpt. libr. 3. præſumpt.* 131. *numer.* 49. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1213. *numer.* 45. *& ſeqq.* Vaſq. *lib. 1. controv. illuſtr. capit.* 81. *numer.* 10. *verſic. contrar.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *n.* 417. Rot. *dec.* 103. *n.* 22. *& ſeqq.* poſt Balducc. ad Ramon. *tom.* 4.

Verum præſcindendo ab his, dicebam, conſuetudinem circa jus conferendi totam ſtare pro Epiſcopo, non autem pro Capitulo: Etenim dabantur collationes factæ ab Epiſcopo per continuatam ſeriem pluſium ſæculorum de annis 1448. 1536. 1544. 1549.
1553. 1555. 1561. 1572. 1578. 1591. 1593. & 1598. 23
Quæ quidem collationes cum amplecterent curſum pluſquam centenarium conſtituebant favore Ordinarii plenam probationem conſuetudinis juris conferendi ad excluſionem Capituli, quando ad hunc effectum non requiritur Centenariam reſpectu Epiſcopi; ſed ſufficit quadragenaria ſimplex, ut in individuo probat Eminent. Petra *ad Conſt. Apoſt. tom. 3. ad Conſtit.* 7. Innoc. IV. *ſect.* 2. *n.* 54. Rot. cor. Emerix Jun. *dec.* 1084. *n.* 1. *&* 2.

Unde quaſi per erroneum ſuppoſitum vigore Privilegii competiiſſet Capitulo jus eligendi, adhuc ex tali conſuetudine duo ſequebantur; alterum, quod Capitulum non utendo privilegium per ſpatium 30. vel 40. annorum, ſed permittendo liberam Epiſcopis collationem, eidem privilegio re-
nunciaſſe cenſeretur per non uſum, ſeu contrarium 24
uſum

uſum, juxta Text. in cap. ſi de terra de privil. & in terminis noſtris dictum fuit in *dicta Giennen. adjutſtorum* 13. *Februarii* 1703. §. *Et quod longa, & 27. Martii* 1705. §. *Non obſtante*, coram bon. memor. Molines, & *in Brixinen. juriſdictionis* 27. *Junii* 1710. §. *Hoc uſque* coram Kauniz.

Et alterum, quod Epiſcopus per talem conſuetudinem præſcripſiſſet prætenſum jus eligendi contra Capitulum, ut generaliter quod hodie Epiſcopi præſcripſerint in Cathedralibus præſertim in Italia, hu-
25 juſmodi antiqua jura Capitulorum, teſtatur Lambertin. *de jurepatr. libr.* 1, *part.* 3. *quæſtion.* 1. *artic.* 4. *numer.* 1. *in fine fol.* 897. Card. de Luca *de benefic. diſcurſ.* 1. *numer.* 19. Et in puncto hujus quæſtionis, quod ſufficiat Epiſcopo oſtendere ſimplicem conſuetudinem quadraginta annorum, per Text. *in capit. Ex noſcitur de his quæ fiunt a Prælatis* tradit Barboſ. *de Canon. capit.* 14. *numer.* 20. ubi alterius firmat, non eſſe neceſſarium, conſuetudinem fuiſſe obtentam cum qualitate coactiva in contradictorio Judicio, ſed ſufficere ſimplicem uſum quadragenarium. Immo nec etiam requiri titulum coloratum juxta rationem, quam allegat Bellamer. *deciſion.* 12. *numer.* 3. Eminentiſs. Petra *ad Conſtit. Apoſtol. tom.* 3. *ad Conſtit.* 7. Innocent. IV. *ſect.* 3. *numer.* 34. Rota coram Emerix jun. *deciſion.* 1084. *numer.* 1. & 2. ad differentiam Capituli, quod ad effectum præſcribendi collationem beneficiorum in Eccleſia Collegiata tenetur probare rigoroſam præſcriptionem quadrage-
26 nariam cum titulo colorato, ut proſequitur Eminentiſs. Petra ubi *proxime numer.* 54.

Vana erat reſponſio adverſus collationes Epiſcopi, quod plures ex illis proceſſiſſent ex cauſa reſignationum. Cum enim jus conferendi locum habeat in omni caſu vacationis, illud probatum remanebat etiam in caſu vacationis per reſignatio-
27 nem, cum beneficium eodem modo vacare dicatur per obitum, ac per reſignationem liberam, ſive ut dici ſolet, per ceſſum, & deceſſum, Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *n.* 8. Pariſ. *de reſignat. libr.* 1. *quæſtion.* 4. *n.* 1. Card. Pariſ. *conſ.* 76. *n.* 4. *lib.* 4. Rebuff.
28 *conſ.* 38. *num.* 14. Et quod ubi jus conferendi ſpectat ad Capitulum, ſeu alium inferiorem Prælatum, reſignatio fieri debeat in ejus manibus ad effectum faciendi collationem, firmat Gloſſ. *in Clem.* 1. *in verbo manibus de renunc.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 7. *q.* 10.
29 *n.* 2. & 3. Immo, ubi ad Capitulum ſpectet jus eligendi, ſeu præſentandi, ad Epiſcopum vero jus inſtituendi, in reſignatione intervenire debuiſſet conſenſus Capituli; ut proſequitur Gloſſ. *in d. Clement.* 1. *in verbo manibus de renunc.* ibi = *Si ad Abbatem ſpectat præſentatio, & ad Epiſcopum confirmatio, requiritur conſenſus Abbatis in renunciatione, cum ejus interſit, ſimiliter in renunciatione requiritur conſenſus eligentium, ſicut & præſentantium* = ibique Card. Zabarell. *n.* 18. Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *q.* 5. *n.* 3. & *lib.* 7. *q.* 14. *n.* 11. & 17.

Cum igitur Canonicatus fuiſſent ſemper reſignati in manibus Epiſcopi, & per illum collati ex cauſa vacationis per reſignationem; tales proinde a-
30 ctus ſine dubio probabant plenum jus conferendi ſpectare ad Epiſcopum, excluſo Capitulo etiam quoad jus eligendi, cujus ratione Capitulum præſtare conſenſum debuiſſet, Zabarell. *in d. Clement.* 1. *numer.* 18. *de renunc.* Pariſ. *de reſignat. d. lib.* 7. *quæſtion.* 14. *numer.* 17.

Eoque magis dicebam, prædictas Collationes ex cauſa reſignationis fundare intentionem Epiſcopi ad excluſionem Capituli; Ex quo in illis enunciabatur, in actu conferendi, quod collationes ſpectarent ad juriſdictionem Epiſcopi, ut in collatione anni 1549. ibi = *In collationibus beneficiorum quorumcunque ſpectantium ad juriſdictionem; & auctoritatem ipſius Reverendiſſimi Epiſcopi* = Quod demonſtrabat actus collationum fuiſſe factos pleno jure, ad excluſionem cujuſcunque alterius; Cumque Capitulum executionem dederit his collationibus, acceptavit illas cum iis qualitatibus, cum quibus emanarunt, Spada *conſil.* 12. *verſ. præſertim lib.* 3. Rot. *deciſion.* 244. *numer.* 4. *part. decima ſexta recentiorum*, & *in Dertuſen. Juriſdictionis* 6. *Februarii* 1696. §. *tum etiam* coram bon. mem. Pio, & *in Cremonen. Beneficii* 31. *Maii* 1705. §. *Nec proviſio &c.* coram bon. mem. Kauniz.

Præſertim, quia cum collationibus ex cauſa reſignationis concurrebant aliæ ſecutæ per obitum, nempe illæ annorum 1448. 1571. 1591. 1593. & 1598. & concurrebant etiam collationes factæ in vim alternativæ in vacationibus, quæ acciderant in menſe reſervato cum expreſſione illa = *Auctoritate noſtra, & Apoſtolica* = quæ quidem locum non habuiſſent, niſi Canonicatus hujus Eccleſiæ fuiſſent de libera collatione Epiſcopi, cum alternativa intret ſolum in beneficiis liberæ collationis Epiſcopi, ut
tradunt Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 44. *num.* 1. & *ſeqq.* 32
Rot. coram Pamphil. *dec.* 547. *n.* 2. & 3. & cor. Arguell. *dec.* 34. *n.* 9. & coram Priol. *dec.* 105. *n.* 4. & 5. & *in rec. dec.* 274. *n.* 8. *p.* 19. & *in Tarraconen. Prioratus* 23. *Februarii* 1711. §. *haud ſubſiſtente*, coram bon. mem. Card. Priolo.

Nil ergo magis clarum dari poterat ad fundandam intentionem Epiſcopi circa jus conferendi, tanquam probatum ex collationibus per Centenariam, & ultra effectuatis ab anno 1438. uſque ad 1598. Sed accedebat ſolemnis res judicata Rotalis coram Remboldo de anno 1618. & 1621. ubi cum vacaſſet Canonicatus de menſe Decembris ordina-
rio, & Canonicus defunctus eſſet familiaris Cardi- 33
nalis Aſculani, Sedes Apoſtolica fecit proviſionem in perſonam Juliani de Frigdianis, tanquam de reſervato in vim regulæ 3. hodie 4. Cancellariæ; Cumque Capitulum ſaſa oppoſuiſſet coram A. C. Executore litterarum, allegando, quod ex immemorabili conſuetudine jus conferendi Canonicatus ſpectaret ad ipſum in menſibus ordinariis, duas contrarias ſententias reportavit, unam in Tribunali Auditor. Cam. & alteram in Rota coram Remboldo, ubi fuit judicatum jus conferendi non ſpectare ad Capitulum, ſed ad Epiſcopum, canonizando proviſiones ab eodem Epiſcopo factas in menſibus ordinariis, & rejiciendo jus conferendi ab eodem Capitulo prætenſum, ut ex *deciſion.* coram Remboldo *edita ſub die* 2. *Decembris* 1620. quæ reperitur impreſſa *deciſion.* 257. *part.* 4. *tom.* 2. *recentiorum*, & ex *illius confirmatoria die* 22. *Martii* 1621. *poſt conſil.* 77. Spada.

Cum igitur Epiſcopus haberet etiam rem judicatam, quæ probabat jus conferendi ſpectare ad ipſum, non autem Capitulum, ſuffragari non poterant collationes ex parte Capituli adductæ de annis 1343. 1405. 1483. 1552. 1573. 1593. 1605. Quoniam omnes iſtæ fuerunt rejectæ per rem judicatam coram Remboldo; ubi reſponſum fuit, quod hujuſmodi collationes, & enunciativæ Capituli non probabantur, nec oſtendebantur effectuatæ, & quod erant
interverſæ per plures proviſiones factas ab Epiſco- 34
po, & ſignanter, quod ultimus ſtatus erat pro Epiſcopo, ut legere eſt in *d. deciſ.* 257. *num.* 4. & 10. & *ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.* Idemque dictum fuit in confirmatoria deciſione 28. *Martii* 1621. impreſſa apud Spadam *conſil.* 77. *numer.* 12. & 13. *tom.* 2. & propterea inutiles erant actus collationum, qui fuerant rejecti in judicio, dum omnes hujuſmodi actus, qui præceſſerunt deciſiones Remboldi, non
poterant amplius allegari tanquam ſemel rejecti per 35
rem judicatam, ut in ſpecie firmavit Rota *deciſion.* 415. *numer.* 6. coram Priol. & *deciſ.* 570. *num.* 10. coram Bich. & *in Bovien. Archidiaconatus* 2. *Junii* 1713. §. *Neque propterea &c.* coram clar. mem. Cardinal. Scotto; Res enim judicata operabatur, ut non poſſet Capitulum audiri, niſi prius obtenta in Signatura Juſtitiæ, reſtitutione in integrum adverſus
deciſiones Remboldi, ut paſſim firmavit Sacr. Rotæ 36
Tribunal ſignanter *in Pennen. Beneficii ſuper pertinentia* 17. *Martii* 1710. §. *Ultra quod enim*, coram Rever. Aldrovando, & *in Monaſterien. Canonicatus ſuper literis Erneſti* 6. *Decembris* 1706. §. *Hæc omnia*; coram bon. mem. Lancetta.

Hinc male ſupponebatur, quod caſus deciſionum Remboldi, & rei judicatæ eſſet diverſus ab illo, de

quo agebatur; cum ibi tractaretur de conſuetudine immemorabili ad excludendam reſervationem regulæ 4. Cancellariæ; hic vero ageretur de præſcriptione juris conferendi contra Ordinarium, quia materialitas caſus non diverſificabat ſubſtantiam rei judicatæ, & rationem decidendi; licet enim tunc ageretur contra reſervationem regulæ 4. attamen ad excludendam hanc reſervationem totum fundamentum Capituli conſiſtebat in eo, quod jus conferendi non ſpectaret ad Epiſcopum, ſed ad Capitulum vigore poſſeſſionis immemorabilis, cujus ratione excluſa remanebat reſervatio, ut legere eſt in *dicta deciſion. 257. numero primo, part. quarta; tomo ſecundo, recentiorum*.

36 Si igitur tota quæſtio illius caſus erat, an Capitulum haberet necne conſuetudinem immemorabilem juris conferendi, & iſta fuit rejecta reſpondendo ad omnes collationes Capituli ſupra relatas, nihil referebat, quod materialitas caſus reſpiceret reſervationem, ſeu Datariam, ſeu potius Epiſcopum; quando tamen, ſi tota ratio decidendi conſiſtebat in conſuetudine conferendi prætenſa per Capitulum, ſatis erat, quod in judicio talis conſuetudo fuiſſet rejecta ad effectum, ut hæc rejectio faceret ſtatum pro omnibus aliis caſibus, in quibus Capitulum prætenderet eandem conſuetudinem juris conferendi; cum nihil diverſificaret; quod tunc conſuetudo allegaretur contra reſervationem, & hic allegaretur contra Epiſcopum; cum utroque caſu militaret eadem ratio conſuetudinis non probatæ per actus collationum ante deciſiones *Remboldi* adductarum; dum illimet actus, ſi non probarunt conſuetudinem contra reſervationem, eodem modo illam non probabant contra Epiſcopum ob identitatem rationis, ut in ſpecie, quod non debeant ſumi deciſiones in materialitate caſus, ſed ſufficiat, quod earum rationes, & fundamenta alteri caſui conveniant, firmavit Rot. coram

37 Priolo *deciſion. 181. numer. 6. & in Segobien. Canonicatus 12. Aprilis* 1704. §. *Quæ quidem*, coram clar. mem. Cardin. Scotto, & apud me *diſceptat. Eccleſ. 24 numer. 20*.

Urgente etiam alia receptiſſima propoſitione, quod res judicata adeſſe dicitur non ſolum in eo caſu, qui fuit deciſus principaliter; ſed etiam in omnibus iis, qui fuerunt deducti agendo, vel excipiendo, vel qui tacite præſupponuntur in ſententia

38 per neceſſarium conſequens, vel antecedens, juxta Text. *in leg. ſi quis totum §. Et generaliter ff. de exception. rei judicat.* Palma Nepos *dec. 362. numer. 13. tom. 4.* Rota *in Romana Fideicommiſſ. 16. Martii* 1708. §. *& quamvis, & in Hiſpalen, ſeu Granaten. Pecuniaria 23. Aprilis* 1708. §. *nec quicquam*, coram Rever. Aldrovando. Quo ſtante, cum deciſiones Remboldi rejeciſſent conſuetudinem juris conferendi contra Capitulum, perinde erat ac ſi expreſſe in ſententiis dictum fuiſſet non conſtare de conſuetudine prædicta in quibuſcumque caſibus illa per Capitulum prætenderetur; cum ſemper verificaretur fuiſſe rejectam hanc ipſiſſimam conſuetudinem, quæ allegabatur in hoc judicio.

Poſt autem rem judicatam Capitulum non potuerat præſcribere propter malam fidem ex illa reſultantem, ac etiam quia poſt eandem rem judicatam nullum ſtatum habebat pro ſe; dum ſtatus anni 1632. oſtendebatur litigioſus, & concordatus; alii duo annorum 1635. & 1639. erant pacifici pro Epiſcopo; ille anni 1646. pariter probabatur litigioſus, & concordatus; ultimus autem anni 1703, pendebat adhuc ſub Judice, ita ut quando conſiderandi eſſent actus poſteriores, iſti faverent Epiſcopo propter duos ejus favores pacificos; de quibus ſupra, alii vero litigioſi; & concordati erant inallegabiles, Rot. *dec. 67. n. 26. p. 19. rec. & in Imolen. Juriſpatronatus 27. Januarii* 1710. §. *abſque eo quod*,

39 coram bon. mem. Lancetta; *& in Beneven. Parochialis 2. Martii* 1668. §. *non obſtante*, coram Cardin. clar. mem. Priolo.

Ex his veniebat in conſequentiam adjudicatio Canonicatus favore Pauli Thomæ proviſi ab Ordinario, ad quem ſpectabat jus conferendi, non autem ad Capitulum; juxta Text. *in cap. ex frequentibus de inſtit. cum aliis per Rot. in Lucana Beneficii* 40
22. Februarii 1709. §. *Deſcendendo*, coram Eminentiſſimo Falconerio; immo dicebam ita judicandum, etiamſi ex erroneo ſuppoſito Capitulum, ſi non jus conferendi, haberet tamen jus eligendi; adhuc enim in iſto caſu ſuſtinebatur collatio Epiſcopi, ex quo Capitulum non exercuit jus eligendi, ſed jus conferendi; quo caſu, cum abuſum fuiſſet jure ſuo, & male proceſſiſſet, ac peccaſſet uſurpando juriſdictionem Epiſcopi, iſte bene proviſionem feciſſet ju- 41
re ad ipſum devoluto, juxta punctualiter firmata per Cardin. de Luca *de benef. diſc. 1. n. 16. verſ. unde propterea*, Carol. Ant. de Luca ad Ventrigl. *in prax. p. 2. annot. 3. §. 3. n. 1.* Rebuff. *in prax. tit. de devolut. n. 92.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 127. n. 19.* Rota coram Cerr. *dec. 134. n. 15*.

Collatio autem facta ab Eminentiſſimo Ordinario erat ampliſſima, & continens etiam proviſionem jure devoluto, dum collatio facta fuerat Jure ordinario, cum clauſula = *& omni meliori modo* = in quibus terminis ſuſtinetur proviſio etiam jure 42
devoluto, ut in preciſis terminis firmavit Rota coram Emerix, & bon. mem. Muto *in Alerien. Parochialis*; cujus deciſiones ſunt impreſſæ poſt Remocamp. *de coadjut. dec. 9. n. 7. dec. 10. n. 7. dec. 11, n. 6, & dec. 12. n. 9*.

Eoque magis, quia ſpeciale eſt in proviſionibus, quas faciunt Epiſcopi propter eorum poteſtatem ordinariam, ut ſuſtineantur eo modo, qui ſuſtineri poſſunt de jure, licet expreſſus fuerit in illis aliquis modus ineptus, & nullus, ut proſequuntur relatæ 43
deciſiones in *Alerien. Parochialis dec. 9. 10. 11. & 12. ubi ſupra*; Ex quo ſequitur, ut quando Patronus, vel Capitulum habet jus præſentandi, vel eligendi reſpective, poſſit adhuc Epiſcopus conferre propter poteſtatem ordinariam, ejuſque collatio dependeat ab eventu, an habens jus præſentandi, vel eli-
gendi, præſentet, vel eligat intra terminum; ſi enim 44
non præſentet, neque eligat, ſeu quod idem eſt, nulliter, & invalide actum faciat; tali caſu ſemper ſuſtinetur proviſio Ordinarii quemadmodum deciſum fuit per Rot. *in Urbanien. Canonicatus 20. Junii* 1698. coram bon. mem. Pio, & apud Me *diſcept. Eccleſ. 4. n. 43.* Cardin. de Luc. *de jurepatr. diſc. 66. n. 6. & in Summ. de jurepatr. n. 126*.

Reſponſio ad contrarias Allegationes in eadem Cauſa.

Iterum dicimus, quod aſſiſtentia juris ſtat pro Eminentiſſimo Epiſcopo, non autem pro Capitulo circa jus conferendi Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ, de qua agitur, & contrariæ auctoritates ſolum firmant, quod jus eligendi ad Capitulum pertinet, & jus inſtituendi ad Epiſcopum, quando Canonicatus fuerunt erecti de Bonis Capituli; at quando ſunt erecti, & dotati de Bonis Epiſcopi, aut de Beneficiis liberæ Collationis, tunc juris aſſiſtentia ſtat pro Epiſcopo quoad plenum jus conferendi, ut plene probavimus ſupra *n. 4. & 5*.

Verſamur in ſecundo caſu, quod nempe Canonicatus erecti fuerint de Bonis, & Beneficiis liberæ Collationis Epiſcopi. Habemus enim ex novis documentis nunc productis, antiquiſſimam obſervantiam in primis hujus Eccleſiæ ſtatibus ab anno ſcilicet 945. ad 1016, ex quibus conſtat, Epiſcopos Lucanos libere Eccleſiam providiſſe, eamque pleno jure ſemper contuliſſe Perſonis ſibi Beneviſis, antequam emanaret aſſertum Privilegium Innocentii III. prout legitur in ſex vetuſtiſſimis Collationibus annorum 945. 984. 999. 1014. 1015. & 1016. in quibus ſatis perſpicue, licet barbarica latinitate, expreſſum fuit = *quod ſunt de ſub poteſtate Epiſcopi* &c. = & inſuper ſubjungitur = *Te, vel vos ordinare videar* = quod idem eſt, ac dicere = placet mihi *Te, vel vos ordinare* = appellatio-

ne

ne enim Ordinationis venit collatio, & libera Eccleſiæ diſpoſitio juxta Text. *in canon. Noverint* 10. *quæſtion.* 1. ibi = *Juxta Canonum inſtituta ſicut Eccleſiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Epiſcopi pertinere* = Lambertin. *de jurepatron. libr.* 2. *part.* 1. *quæſtion.* 1. *artic.* 12. *numer.* 27. ibi = *Nam cum Eccleſiæ providet, dicitur illam ordinare, & ideo vere non ſpectat ad Patronum; ſed ad Epiſcopum.*

Habemus etiam actus diſpoticæ poteſtatis Epiſcopi circa bona dictæ Eccleſiæ, dum iiſdem antiquiſſimis temporibus, nempe annis 980. 983. & 1025. Epiſcopi libere devenerunt ad permutationes bonorum prædictæ Eccleſiæ, cum aſſertiva, quod iſta cum ſuis bonis eſſet = *de ſub regimine & poteſtate ſua* = ex quibus propter actibus liberæ diſpoſitionis expletis ab Epiſcopo circa prima tempora hujus Eccleſiæ, tam ſuper jure conferendi, quam permutandi bona abſque ullo conſenſu Capituli, vel Rectoris, manifeſtiſſime docemur, quod Eccleſia ipſa conſlata erat ex bonis Menſæ Epiſcopalis, ſeu de redditibus Beneficiorum ad ejus liberam collationem ſpectantium ex firmatis per, Rota *in Auguſtana Beneficii* 17. *Junii* 1692. §. *ſed adhuc*, & 12. *Januarii* 1693. §. & *ſane coram Benincaſa*, & *in Herbipolen. Monaſterii* 27 *Junii* 1712. §. *Hiſque cum ſequentibus*, coram Reverend. Padr. Dom. Anſaldo. Obſervantia enim proxima eſt illa, quæ præcipue attendi debet pro declaratione rei dubiæ, Rota coram Gregorio *deciſion.* 325. *numer.* 1. & coram Royas *deciſion.* 105. *numer.* 10. & *deciſion.* 279. *numer.* 12. & *in recentiorum, deciſion.* 230. *numer.* 23. *par.* 11. *dec.* 51. *num.* 15. *part.* 14. & *deciſion.* 352. *numer.* 29. *part.* 16.

Sed clarius ex phyſica demonſtratione bonorum quæ habebat Eccleſia, & de quibus fit mentio in aſſerto Privilegio Innocentii II. ubi Summus Pontifex bona ipſa deſcripſit ibi = *Hoſpitale S. Reparatæ cum omni jure, & pertinentiis ſuis; Eccleſiam S. Caſſiani; Hoſpitale, & Eccleſiam S. Michaelis de Conteſora &c. omne jus quod habetis in Eccleſia S. Juſti ad Arcum, & in Eccleſia S. Laurentii de Pacciarana* = Ecce manifeſta probatio, quod Eccleſia cum ſuis Canonicatibus fuerat dotata de Beneficiis liberæ collationis Epiſcopi, nempe de quatuor Eccleſiis unitis, & de uno Hoſpitali S. Reparatæ, quæ Eccleſiæ cum eſſent de libera collatione Epiſcopi, juxta præſumptionem, & aſſiſtentiam juris; ergo erectio Eccleſiæ de qua agitur, ejuſque Canonicatuum facta fuit de Beneficiis liberæ collationis Epiſcopi; Idque etiam procedit reſpectu Hoſpitalis, quod cum omnibus ſuis bonis manebat ſub poteſtate, & diſpoſitione Epiſcopi juxta *Text. in Clement. quia contingit de Religioſis domibus*, & per conſequens Capitulum nunquam prætendere valet jus eligendi ratione juriſpatronatus ob veram, vel præſumptam dotationem Canonicatuum de bonis Eccleſiæ, ut optime advertit Bellamer. *deciſion.* 717. *numero tertio*, ibi = *quia de jure communi eſt clarum, quod Epiſcopo ab initio eſt data poteſtas iſta de omnibus Beneficiis ſuæ Diœceſis diſpenſandi, & conferendi. Hanc Regulam ponit Gloſſa ordinaria in cap. quanquam de elect. in* 6. *addens quod ab illa Regula non eſt recedendum, niſi quantum reperitur de jure expreſſum &c. modo non reperio ab hoc jure primitivo receſſum, nec hoc jus ablatum Epiſcopis, nec Collegiis datum quoad Canonicatus, & Præbendas &c.*

Et evidentius etiam, quia hodie exhibemus Inſtrumentum fundationis Hoſpitalis S. Reparatæ, in quo Betta mulier Conradi Fundatrix de anno 1027. illud cum omnibus ſuis bonis reliquit ſub poteſtate, cura, & diſpoſitione Epiſcopi. Conſtat inſuper, quod Eccleſia S. Juſti ad Arcum non ſolum erat de libera collatione Epiſcopi ex præſumptione juris, ſed etiam ex obſervantia, quia Epiſcopus de dicta Eccleſia poſtea diſpoſuit favore Seminarii, cui illam univit; ſignum evidens, quod illa erat de libera diſpoſitione Epiſcopi, eam uniendo, primum Eccleſiæ, de qua agitur, & poſtea Seminario; Et demum probatur, quod Epiſcopi Lucani de annis 1542. & 1544. fecerunt favore ejuſmodi Eccleſiæ alias tres uniones aliorum Beneficiorum ſuæ liberæ collationis, ut firmavit Rot. in Lucana *Præeminentiarum* 28. *Junii* 1700. §. & *certe* coram bon. memor. *Molines impreſſa apud Palm. Nep. dec.* 319. *poſt n.* 6. *tom.* 4.

Ex quibus omnibus patet, quod aſſiſtentiam juris non ſtat pro Capitulo, ſed pro Epiſcopo quoad collationem Canonicatuum hujus Eccleſiæ, tanquam erectorum ex Beneficiis liberæ collationis Epiſcopi; quod manifeſtat ulterius tam Privilegium Innocentii III. de anno 1204. quam aliud antiquius Anaſtaſii IV. de anno 1153. hodie exhibitum, in quo Clericis, & Presbyteris Eccleſiæ conceditur jus eligendi Priorem; Epiſcopo autem reſervatur jus ſic electum, & ſibi præſentatum confirmandi; ſignum evidens, quod antea uſque ab initio Eccleſiæ libera collatio Prioris ſpectabat ad Epiſcopum juxta collationes antiquiſſimas; idque propter dotationem Eccleſiæ de Beneficiis liberæ collationis Epiſcopi vel de bonis ſub ejus libera diſpoſitione manentibus, alias Capitulum fruſtra privilegium impetraſſet circa jus eligendi Priorem, ſi illud ſibi de jure competiiſſet, ut probavimus *ſupra numer.* 8.

Neque hanc palpabilem veritatem obnubilare poſſunt quædam ſcripturæ ad eam offuſcandam hodie ex adverſo productæ; ſunt enim ſcartafaccia, quæ neſcitur unde ſint extracta, ideoque ponenda ad partes Rota coram. Emerix *jun. deciſion.* 1308. *numer.* 1. Eo magis quia convincuntur erronea, & falſa in expreſſione datæ appoſitæ in aſſerto inſtrumento hujuſmodi locationis, quæ facta dicitur a Bonaventura Priore cum conſenſu Capituli ſub anno 1703. *Indictione prima*. Talis enim data eſt palpabiliter falſa, & anticipata per annos biſcentum, dum non congruit ſuppoſito anno 1073. ſed anno 1273. ſi fiat calculus indictionum juxta normam traditam a *Speculator Titul. de inſtrumento edition.* §. 2. *numer.* 6.

Ultra quod ex hujuſmodi contrariis ſcripturis nonnullæ continent dationem bonorum ad cenſum, vel in emphyteoſim, quod nihil concludit ad rem; aliæ vero continent legata particularia parvorum ſtabilium facta tempore, quo Eccleſia jam erecta, & dotata erat, & habebat Collegium recepticium Sacerdotum ibi = *ut Sacerdotes &c. pro facinoribus meis Dominum deprecari debeant* = ibique etiam fit mentio, *de Eccleſia, Canonica, & de Presbyteris, Diaconibus, & Clericis, qui in Eccleſia Canonica officium faciunt* =; Ac proinde ſi Eccleſia tempore legatorum jam erat erecta, & dotata cum ſuo Collegio Presbyterorum, utique ex his legatis poſtea factis non concluditur eam fuiſſe erectam, & Canonicatus fuiſſe dotatos de his legatis; unde ſemper firmum remanet, quod dotatio facta fuit de Beneficiis liberæ collationis expreſſis in Privilegio Innocentii III.

Verum hoc etiam Privilegium hodie inſubſiſtens omnino detegitur; nam circa jus eligendi Priorem ad confirmationem Epiſcopi, illud allegari non poteſt, tanquam ſublatum per Regulam *quartam Cancellariæ* reſervatoriam Principalium Dignitatum in Cathedralibus, & Collegiatis.

Quo vero ad Canonicatus, nihil aliud dedit Collegem in eo ſtato, in quo tunc erat Eccleſia recepticia, niſi ſolum jus ſuſcipiendi, ſeu aggregandi alios Clericos in fratres, de *conſenſu* tamen *Epiſcopi*, quia tunc temporis nondum fixati fuerant Canonicatus in numero certo, neque in titulum collativum conferebantur; ſed procedebatur per viam ſimplicis ſuſceptionis, vel aggregationis. Unde poſtquam Eccleſia facta fuit numerata, & Canonicatus evaſerunt collativi cum ſuis Præbendis, conſenſus Epiſcopi converſus fuit in jus conferendi, nec aliud remanere potuit Capitulo, niſi receptio corporalis, conſiſtens in nuda traditione Poſſeſſionis; nam conſenſus Epiſcopi in illo ſtatu antiquo habebat quoddam jus conferendi improprium; & actus ſuſceptionis in Fratres erat actus meri facti,

pro-

procederet ex auctoritate, & conſenſu Epiſcopi, ut jam probavimus *n. 9.*

Et male ſupponitur ex adverſo, quod ſuſceptio in Fratres facienda de conſenſu Epiſcopi importaret jus conferendi in Capitulo; Etenim qui habet jus conferendi non indiget alio conſenſu Epiſcopi; quia conferre eſt abſoluta Beneficium dare; quando autem ſupponimus conſenſum Epiſcopi, illico excluſum remanet jus conferendi, & maxime illo tempore, quo tale jus conferendi non erat exercibile, quia Collegiata non erat numerata, neque Canonicatus conferebantur in titulum collativum, ſed procedebatur per materialem receptionem facti auctorizante, & conſentiente Epiſcopo.

Hinc iſta ſuſceptio in Fratres omnino ceſſavit, quando Canonicatus effecti fuerunt collativi, & Eccleſia redacta fuit ad numeratam, cum ſuis præbendis diſtinctis, Licet enim in Eccleſia Collegiata receptitia ad Collegium ſpectaret jus recipiendi in Fratres, conſentiente Epiſcopo, eoque injuſte conſentire recuſante, valeret ſuſceptio in Fratres; Hoc tamen procedebat ex deficientia tituli collativi; Sed mutato Eccleſiæ ſtatu, non potuit remanere Capitulo antiqua ſuſceptio in Fratres de conſenſu Epiſcopi, quia Epiſcopus loco conſentiendi, ea ipſo obtinuit jus conferendi, ut notando ſtatum Eccleſiæ receptitiæ firmat Vivian. *de jurepatron. libr. 1. quæſtion. 1. cap. 1. numer. 106. & alii ſupracitati numer. 6.*

Ideoque contrarium aſſumptum, quod ſuſceptio in Fratres data Collegio de conſenſu Epiſcopi importaret plenariam collationem in Capitulo vigore allegati Privilegii Innocentiani, detegitur omnino erroneum in jure, retorquendo Doctrinas ad hoc probandum allegatas; Nam Oyeda, & Lotterius dicunt, quod receptio in Canonicum radicatur in ipſo Capitulo, intelligendo tamen de traditione poſſeſſionis corporalis, non autem de jure conferendi, ut bene probant verba Lotterii in contrarium allegati *lib. 1. quæſtion. 19. numer. 9.* ibi = *Quia receptio in Canonicum radicatur in ipſo Capitulo, nec ab eo uſquam avellitur, ne quod fiat de Univerſitate contra ipſius Univerſitatis voluntatem, ſuper quo eſt fundata ratio, ut etiamſi Papa provideat de Canonicatu adhuc exigatur traditio poſſeſſionis Capituli, quæ receptionis vim obtinet; Collatio autem Præbendæ nihil eſt, quia ad Epiſcopum, vel alium ſpectare valeat &c.*

Ergo receptio in Fratres tributa Collegio importabat traditionem poſſeſſionis, ſeu receptionem corporalem, qui eſt actus facti de conſenſu Epiſcopi, qui habebat jus cujuſdam collationis impropriæ tempore, quo Canonicatus non erant collativi. Et retorquetur diſcretiva ex adverſo magnificata circa Priorem, ubi datum fuit Collegio jus eum eligendi, prout erat de jure, & Epiſcopo jus confirmandi electum; quia Prioratus erat verus titulus, & in titulum dari ſolitus per electionem Canonicam; Non ſic reſpectu Clericorum aggregandorum ad Collegium, ubi non procedebatur per viam electionis, cum deficerent tituli collativi, ſed per viam receptionis corporalis, Epiſcopo conſentiente, non autem confirmante; quia deficiebat electio in iſtis Clericis adſcriptis in Eccleſia tunc non numerata, ut ſupra demonſtravimus,

Dominus ex adverſo ſcribens in facto, admittit quidem vigore Privilegii Innocentiani Capitulum non habere niſi jus eligendi; ſed ſubjungit, quod acquirere potuit jus conferendi per præſcriptionem quadraginta annorum. Verum fallitur in jure, nam quoties Capitulum produxit, & allegavit titulum Privilegii Apoſtolici reſtrictum ad jus eligendi, tunc ratione malæ fidei non poteſt allegare præſcriptionem; eſſet enim præſcribere additive, & extenſive ad Privilegium, quod in jure eſt prohibitum juxta auctoritates ſuperius allegatas *numer. 21. & 22.* & præſertim Gemintan. *conſil. 96. n. 4.* ibi = *Nam illud vel ante præſcribere intendunt additive ad ſuum Privilegium, & hoc eſt impoſſibile, quia quando legunt Privilegium, videtur illud limitatum, & ſic in conteſto privilegii apparet eos eſſe in mala fide? ergo quantocunque tempore poſſederint non præſcribunt.*

Et ſane hoc eſt illud, quod dicunt Doctores; melius eſſe non allegare titulum, quam illum allegare quando quis prætendit conſuetudinem, vel præſcriptionem; nam allegando titulum, dicitur fundare intentionem in illo, & excludit poſſibilitatem alterius tituli, etiam ex centenaria reſultantis, ut tradunt Turricell. *de reb. Eccleſiaſtic. non alienand. n. 19. & ſeqq.* Merlin. *dec. 287. num. 37. & ſeqq.* Emeric. *dec. 1337. n. 8.*

Sed neque etiam figurari, aut ſimulari poteſt ut diximus, hæc prætenſa præſcriptio juris conferendi in Capitulo, quia conſuetudo juris conferendi aſſiſtit Eminentiſſimo Epiſcopo per ſæculum, & ultra; & inſuper eidem aſſiſtit ſolemnis res judicata; primum coram A. C. & deinde in Rota coram Remboldo, ut ſupra per nos oſtenſum fuit,

Infelices ſunt reſponſiones, quæ dantur per contrarios ſcribentes ad Collationes factas ab Epiſcopis ex cauſa reſignationum, extra quas verſetur præſens quæſtio orta ex vacatione per obitum; quia quando ad Capitulum ſpectat jus conferendi; utique ſpectat in qualibet vacatione, quæ ſuccedat ſive per obitum, ſive per reſignationem, & conſequenter non video ubi conſiſtat iſta diſtinctio, & ſomniata inapplicabilitas collationum. Fortius quia una ſimul cum collationibus ſecutis per reſignationem dantur aliæ ſecutæ per obitum, & illæ per reſignationem executæ fuerunt per Capitulum adverſarium, licet haberent in ventre narrativam, quod collatio ſpectaret ad Epiſcopum; unde neſcitur quid dicant contrarii ſcribentes offuſcare conantes rem adeo claram.

Pejor eſt altera diſtinctio quam faciunt ſuper collationibus ſecutis vigore alternativæ in menſibus reſervatis, quia ſi ſciunt, prout ſcire debent, quod alternativa non habet locum in Beneficiis, & Canonicatibus de alterius collatione, ſed ſolum intrat in iis Canonicatibus, quorum collatio libere ſpectat ad Epiſcopum *ex probatis ſupra numero trigeſimo ſecundo*, utique ſi Epiſcopi contulerunt vigore alternativæ, hoc probat Canonicatus per neceſſarium antecedens fuiſſe de libera collatione ipſius Epiſcopi, alias ipſos conferre non potuiſſet, & propterea jungendo collationes ex cauſa reſignationum illis per obitum, quæ male ſupponuntur duo, quando ſunt quinque, & jungendo collationes factas vigore alternativæ habemus pluſquam centenariam conſuetudinem juris conferendi Epiſcopo aſſiſtentem,

Sed falcem ponit ad radices res judicata; primum coram Audit. Cam. deinde in Rota coram Remboldo, cui non obſtat iterum repetitum objectum diſpoſitionis caſus, ex quo tunc agebatur de excluſione reſervationis, nunc autem agatur de Canonicatu non reſervato, ſed vacato in Menſe Ordinarii. Repetimus enim in æternum, quod hoc dicitur capere deciſiones in cortice, & judaice in caſu materiali, ſi reflectimus, quod Capitulum tunc prætendebat excludere reſervationem ex iſto præciſo motivo, quod habebat conſuetudinem immemorabilem conferendi adducendo omnes illaſmet collationes in corpore, & anima, quas adducit hodie, & ex quibus prætendit probare conſuetudinem conferendi; Rota autem rejecit iſtam probationem dicendo, quod erant collationes ineffectuatæ, & quod in contrarium dabantur collationes factæ ab Epiſcopo, & quod enunciativæ in aſſertis collationibus Capituli emanaverant ab ipſomet Capitulo intereſſe habente, & nihil probante, ut *in deciſion. 257. part. quarta, tomo ſecundo recentiorum.*

Ideoque interrogamus: quomodo Capitulum velit hodie juvari iſtis collationibus ante rem judicatam Remboldi, ſi fuerunt rejectæ per Rotam coram Remboldo, & exiſtimatæ inutiles ad probandam conſuetudinem juris conferendi; Si Rota tunc dixit ex iſtis collationibus non eſſe probatam

con-

conſuetudinem conferendi in Capitolo, quomodo hodie dici poteſt ex his eiſdem Collationibus eſſe probatam conſuetudinem? Nonne hoc de directo repugnat Judicato Remboldi? Nonne tantum agitur de eadem conſuetudine in caſu iſto, quantum agebatur in caſu deciſionum Remboldi? Ergo negari non poteſt, quod res judicata coram Remboldo contra hanc conſuetudinem faciat ſtatum, & pariat exceptionem rei judicatæ etiam in caſu iſto, ubi recantatur eadem conſuetudo, nec propterea materialitas caſus diverſificat ſubſtantiam rei judicatæ, & rationem decidendi.

Poterat omitti, quod Deciſiones ſint extrajudiciales, quia cauſa erat jam judicata per ſententiam A. C. quam Deciſiones Remboldi confirmarunt, ac per ſe dicuntur facere ſtatum, & de ſtylo Rotæ non poteſt judicari in contrarium incidenter in alio caſu, ſed ſunt præſupponendæ, ut in *dec. 627. n. 4. & dec. 638. n. 22. & 23. p. 19. rec. & in Firmana Beneficiorum 3. Junii 1709. §. & licet* cor. R. P. D. Lancetta.

Vanitas eſt inſiſtere in ultimo ſtatu anni 1702. quia pendet in Rota decidendus, & ſicuti ſtat ſub Judice, ita non poteſt allegari pro ultimo ſtatu. Ultra quod verſamur in Petitorio ſuper pertinentia Collationis, non autem in poſſeſſorio, ubi neceſſarius eſſet ultimus ſtatus.

Quoad ſecundam dubii partem reſolutio eſt clara pro Eminentiſſimo Ordinario habente jus conferendi, ac etiam ex altero motivo devolutionis, quod non requirit expreſſionem, quando agitur de proviſione Epiſcopi, quicquid ſecus ſit in proviſione Apoſtolica, ut diſtinguit Rota *in Deciſionibus* poſt Remocamp. de *quibus ſupra n. 42.* Non ſubſiſtere quod pœna devolutionis intret ſolum, quoties non dubitatur de jure Ordinarii, eo quia de illo conſtet per triplex genus probationum rei judicatæ, confeſſionis Partis, vel publici documenti. Etenim cum pars adverſa ex Privilegio Innocentiano deducat ſuum jus eligendi eſſe probatum ex publico documento, quod Capitulum ob malam fidem, & abuſum ſui prætenſi Privilegii peccavit, pleno jure conferendo, vice eligendi: & ſic intravit devolutio, *juxta Doctrinas, de quibus ſupra n. 41.*

Ex omni ergo capite ſuſtinetur proviſio Eminentiſſimi Ordinarii, ex quo Capitulum non proceſſit ad electionem, quatenus habuiſſet jus eligendi, ſed voluit conferre pleno jure, & dare poſſeſſionem; ideo nihil ei juvaret hoc caſu habere jus eligendi, ſeu nominandi. Fortius: quando hoc jus eligendi Capitulum neque habet neque cadit ſub hodierna diſputatione recipiente ſolum jus conferendi; hoc enim caſu Canonicatus adjudicandus eſt Proviſo ab Eminentiſſimo Ordinario, qui habet jus conferendi, ad excluſionem Proviſi a Capitulo, quod non habet neque jus conferendi, neque jus eligendi.

Propoſita fuit hæc cauſa in Sacr. Rot. Auditorie per duas vices cor Eminentiſſimo Falconerio nempe *ſub diebus 23. Junii 1713. & 5. Februarii* 1714. & nunquam reſoluta fuit ob paritatem, ſeu diſcordiam Votorum, ſed prodiit reſcriptum, quod iterum proponeretur, & viderentur quintus, & ſextus, & extraherentur acta formiter, nec aliam proſecutionem, quam ego ſciam, deinde habuit, quia eo interim Eminentiſſimus D. Cardinalis Spada a ſua Lucana Eccleſia ad Auximanam translatus extitit, nec alius fuit, qui ſingularem Eminentiæ ſuæ zelum emulando, jus illius menſæ quoad liberam collationem hujuſmodi Canonicatuum Epiſcopo competentem ſarta tecta ſervari curaverit. Adjungendam interim cenſeo in hac materia Deciſionem me ſcribente editam *in Ferrarien. Canonicatus* coram bon. mem. Cerro, in qua Eminentiſſimus D. meus Cardinalis Ruffo, vir magnificentia geſtorum æternitate dignus, vindicavit jus conferendi contra Rev. Capitulum Cathedralis favore dignitatis Epiſcopalis.

R. P. D. CERRO.

Ferrarien. Canonicatus ſuper Bono Jure.

Luna 3. Junii 1726.

COntendente Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Ferrarienſis, occaſione qua noviſſime, ideſt menſe Martii anni 1721. contigit vacatio Præbendæ Canonicalis nuncupatæ *la Guglielmina* ſibi competere, non modo jus eligendi in quatuor menſibus Ordinario reſervatis, verum etiam, ut a ſenioribus Canonicis fieri poſſet optio Canonicatuum, propterea que poſt circulum optionum expleta optione ad Canonicatum Sanctæ Mariæ in Alba per ultimum Optantem dimiſſum in Perſonam Hieronymi Baroſfaldi Eminentiſſimus D. Cardinalis Ruffus ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, inſimulque inſignis Benefactor, ut eo quo pollet zelo, jura propriæ Dignitatis Epiſcopalis ſarta, tectaque ſervaret, vacantem Præbendam contulit Hieremiæ Balgatello, qui ſtatim poſſeſſionem ejuſdem adeptus fuit, denegavitque confirmationem Electionis per Capitulum petitam, a qua profecto denegatione, cum idem Capitulum appellationem interpoſuerit ad Sanctam Sedem, inde edito per Signaturam Juſtitiæ reſcripto = *Ad Rotam cum facultate apponendi Sequeſtrum* = ſub die 21. Iunii 1723. duæ prodierunt Deciſiones coram Eminentiſſimo D. Cardinali Falconerio; in quarum altera reſponſum fuit = *Canonicatum eſſe adjudicandum Baruſfaldo* = in altera vero *eſſe locum optioni ſuper Præbenda Guglielmina favore Canonici Nepotis, & ſuper præbenda decimaria favore Canonici Togni, & Præbendam Sanctæ Mariæ Albæ eſſe adjudicandam Baruffaldo* = illudque Judicium exiit, non informante, immo fruſtra dilationem poſtulante Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis.

Indulta itaque expoſt nova Audientia, Meque ſubrogato in locum emeriti Collegæ ad Sacram Purpuram evecti, Eminentiſſimus Epiſcopus poſt Literarum Compulſorialium vigore completum proceſſum quamplurium jurium complexivum, ne contra eum oppoſita valerent nonnullæ Rotales Deciſiones, quæ dudum emanaverant coram bon. memoriam Remboldo, Ubaldo, Buratto, & clar. memor. Cardinali Carpineo inter Proviſos in Judicio poſſeſſorio, & ſuper inſtitutione, in quibus incidenter tangebatur petitorium, præſidium reſtitutionis in integrum imploravit a Signatura Juſtitiæ loco Signaturæ Gratiæ, cui ab Eminentiſſimo Pro-Auditore Sanctiſſimi rei cognitio commiſſa fuerat, eademque reſcripſit = *de Cauſis reſtitutionis in integrum ſine præjudicio rei judicatæ in petitorio tantum* = Qua circa juxta ſpeciale Mandatum Sancti noſtri Auditorii, propoſito in hodierna Audientia, ultra aliud reſpiciens optionem, præſenti dubio = *An, & de cujus bono jure conſtet, ſeu potius obſtant antiquæ Deciſiones, itaut conſtet de re judicata in petitorio, ſeu potius de Cauſis in caſu &c.* Domini reſponſum ediderunt = *Conſtare de bono jure Eminentiſ. Epiſcopi, non obſtare antiquas Deciſiones, nec conſtare de re judicata in petitorio.*

Summa etenim controverſiæ in hoc verſante, num jus conferendi Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ in menſibus ordinariis privative ſpectet ad Capitulum, reſervato duntaxat favore Epiſcopi jure confirmandi Canonicum a dicto Capitulo electum, patens ſic quoad hujuſmodi privativam pertinentiam militare adverſus Capitulum juris communis ſanctionem, eamque favere Epiſcopo, non tantum quia is in concernentibus quamcunque ſpeciem juriſdictionis, in ſua præſertim Eccleſia Cathedrali, ſemper habet fundatam intentionem, itaut nequeat ab Inferiora deturbari, ex *Canon. omnes Baſilicæ 16. quæſtion. ſeptima, capit. conquerente decimo ſexto, de Offic. Ordin.* Lotter. *de re benefic. libr. 1. quæſtion. 2. numer. 4.* Card. de Luca *de juriſdict. diſc. 18. num. 1.*

Rot. de-

Rota *deciſion.* 340. *numer.* 2. *part.* 15. *& deciſion.* 497. *numer.* 1. *part.* 19. *recentiorum*, *& in Leodien. Juriſdict.* 11. *Aprilis* 1698. §. *Prout etiam*, coram bonæ mem. Molin. Verum etiam, ex quo agendo ſpecialiter de collatione Canonicatuum in Eccleſiis Cathedralibus exiſtentium, præſcriptum habemus eam
45 pertinere ad Epiſcopum, inſimulque ad Capitulum, juxta literalem Textum *in capit. cum Eccleſia Vulterrana de elect.* ibique 1. Gloſſ. *in figurat. caſus in fin.* ubi etiam late Fagnan. *numer.* 1. *& ſequentibus*, *& præſertim numer.* 16. *in fin.* Lotter. *de re beneſic. libr.* 2. *quæſtion.* 21. *numer.* 7. *& ſequentibus*, & faciunt firmata in *Abulen. Turni* 18. *Junii* 1725. §. *Exordiendo*, *& ſeq.* coram Me; ſub qua profecto juris determinatione proſpiciente tam Epiſcopo, quam Capitulo quoad exercitium Collationum Capitularium, Inanis, & nimium a regulis aberrans deregitur prætenſio Capituli Ferrarienſis, tendens ad ſibi uſurpandam privativam juris conferendi competentiam, reſervata duntaxat Epiſcopo facultate confirmandi electum ab eodem Capitulo; nunquam enim tali medio præſervatum dici poſſet jus ſimultaneum, & æque principale Epiſcopo ratione propriæ Dignitatis debitum, quoties eidem tribueretur ſimplex jus confirmandi Perſonam jam electam, ſeu proviſam a Capitulo, quod in tali caſu proculdubio gereret vices veri, & proprii Collatoris.

Sed in propoſito collationum explerandarum in hac Eccleſia Cathedrali Ferrarienſi nec eſt quærendum de iſtiuſmet ſimultaneo, atque æque principali Jure Epiſcopi, & Capituli; licet enim in Eccleſiis Germaniæ, atque in nonnullis aliis ultra Montes vigeat penes Capitula hoc jus ſimultaneum conferendi cum Epiſcopis, certum tamen eſt in Eccleſiis Italiæ, ut plurimum ceſſaſſe, & ex conſuetudine generali privativum jus conferendi pertinere ad Epiſcopum in ſua Cathedrali, ut teſtatur Card.
46 de Luca *de beneſic. diſcurſ.* 1. *numer.* 29. Lambert. *de jurepatronat. lib.* 2. *part.* 3. *quæſtion.* 1. *artic.* 4. *numer.* 1. *in fin.* quæ conſuetudo generalis vim legis habens approbata reperitur de jure *in capit. non eſt de conſuet. in* 6. & cum ea concordat alios prævalidus titulus reſultans ex Privilegio Ferrarienſi Epiſcopo anno 1266. conceſſo a ſan. memor. Clement. IV. per ejus Literas Apoſtolicas, in quibus confirmando Privilegia jam pro Eccleſia Ferrarienſi vigentia, ſtatutum fuit = *ut nulli liceat aliquem in Eccleſia majori in Canonicum, vel in aliquam Prælationem, non requiſito Conſilio, ſeu Licentia tua, ſeu tuorum Succeſſorum recipere, nec cuiquam fas ſit in cæteris Eccleſiis Capellanum abſque tuo conſenſu inſtituere*, *vel amovere* = quam quidem licentiam ſumendam eſſe, non pro ſimplici denunciatione, ſed pro mera facultate collativa, & electionis, docent
47 Teat. *in capit. Liceat de regular.* & firmavit Rot. coram ſan. memor. Alex. VIII. *deciſion.* 117. *numer.* 10. *& deciſion.* 489. *numer.* 26. *part.* 16. *recentiorum*, idquod conſequenter præſefert jus privativum conferendi proprie verificari in Epiſcopo, dum quando licentia, & conſenſus in actu præbendus eſt per ſuperiorem, ut eſt Epiſcopus, tunc conſentiens eſt ille, qui facit actum, juxta Bald. *in leg. Si ut proponis numer.* 1. *Codic. de ſervit. pig. dat.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 47. *numer.* 16. *&* 19. & in terminis quod conſenſus Superiori referatur ad jus conferendi dixit Rota *deciſion.* 452. *numer.* 7. *part.* 18. *tom.* 2. *recentiorum*.

Cum itaque tum ex jure communi, tum ex peculiari Indulto perſpicuum evadat bonum jus Eminentiſſimi Epiſcopi, itemque quoad Capitulum excludatur privativa poteſtas conferendi Canonicatus, ſeu ad eos eligendi nequeunt hæc duo quoad E-
48 minentiſſimum Epiſcopum ceſſare, ac vim amittere ex illo Capituli aſſumpto, ſibi nimirum acquiſitum fuiſſe jus eligendi, quod importet privativam reſpectu Epiſcopi nil habentis, niſi jus confirmandi, ex parte ejuſdem Capituli plene, & concludenter doceatur ſe jus eligendi privative acquiſiviſſe vel vigore cujuſcunque alterius legitimi tituli, vel vigore immemorabilis conſuetudinis quoſcunque titulum virtualiter includentis; Huic autem oneri nequaquam ſatisfeciſſe viſum fuit; nam exordiendo a titulo expreſſo, fruſtra ille depromebatur a Textu *in capit. Cum M. Ferrarienſis de Conſtit.* ac ſi ex eo reſultaret Canonicatus fuiſſe fundatos, & erectos ex Bonis Capituli, qui idcirco reputari debeant, ac ſi eſſent de jurepatronatus ipſius Capituli, quoniam nec idem Textus, nec illius Commentatores hoc firmant, Canonicatus nimirum fuiſſe erectos ex Bonis Capituli, multoque minus jus eligendi ad illud ſpectare, cum potius nodus quæſtionis tunc ab Innocent. III. determinatæ in eo conſiſteret, an præſuppoſito fixo numero Præbendarum uſque ad quatuordecim ex Statuto, & Conſtitut. Apoſt. præfinito, Canonicatus ſuper numerum providendus eſſet ex præſentibus redditibus, atque hujuſmodi admiſſio Canonici ſupra numerum locum ſortiri deberet ad preces Epiſcopi, & conſentiente Capitulo, quod poterat eidem Statuto, & Apoſtolicæ conſtitutioni renunciare, ut relata hiſtoria ejuſdem decretalis, bene advertit Altaſer. *capit.* 9. *de conſtit.* §. *Neque obſtabat*.

Porro debilior apparebat alter titulus per Capitulum deſumptus ex Statutis conditis anno 1530. quæ ſupponebantur Epiſcopi conſenſu, & ſucceſſiva confirmatione Papali coborata extitiſſe, quo cum ſuppoſito proceſſum fuit tam in antiquis Deciſionibus, quam in moderna reſolutione coram Eminentiſs. Falconerio Quandoquidem poſt aſſumptum formale ſuper hoc Judicium, factamque ſolemnem jurium compulſationem, illico ad evidentiam patuit volumen Statutorum penes Capitulum exiſtens nil aliud eſſe, quam penitus informem Scripturam, nullum, vel minimum veſtigium authenticationis præſeferentem, utpote quod nequaquam ſubſcripta dignoſcatur, nec munita ſigno Nicolai Levazzoli, ſub cujus nomine falſo perhibetur, prout veritatis vi impulſi coram Judice Compulſoriali expreſſe faſſi fuerunt Deputati a Capitulo, necnon ipſemet Hieronymi Baruffaldus ab eodem ad Canonicatus nominatos, ibi = *Succeſſive prædicti Reverendiſſimi Domini Archipresbyter, & Decanus Deputati, necnon dictus Rev. Dominus Baruffaldus faſſi ſunt librum hujuſmodi Statutorum non eſſe authenticum* = atque etiam adhibita de conſenſu Partium opera Peritorum, qui uniformiter retulerunt Librum Statutorum multo poſt annum 1530. conſcriptum fuiſſe, expreſſe declaravit idem Judex Compulſorialis, illum ſcilicet non eſſe authenticum, nec in forma probanti ibi = *Pariter de conſenſu eorundem Reverendiſſimorum Deputatorum, & Reverendiſs. Baruffaldi confirmavit omnia in prædicto libro conſcripta non fuiſſe, nec eſſe conſcripta, aut ſubſcripta manu, & characteres prædicti Nicolai Levezzoli Notarii* = Quod profecto Judicium eo tutius dignoſcebatur, quia perquiſitis rogitibus Notarii Levezzoli per duos publicos Notarios Ferrarienſes Franciſcum Andreolum, & Leonardum Azziom a Judice Compulſoriali etiam de conſenſu Partium deputatos, nullibi apparuit, vel quod ille rogatus fuerit de publicatione dictorum Statutorum, vel quod ullum deſuper Canonicis Juramentum præſtiterit.

Quantumvis vero poſita a toto genere illegalitate voluminis Statutorum, opus non eſſet ullam ejus partem expendere, nihilominus quia in diſputatione habita anno 1723. coram Eminentiſſimo Falconerio, adhæſum fuerat rubricis primæ 5. 11. & 12. juvat recenſere, Scripturam nec etiam in corpore ullam ſibi fidem adſtruere poſſe, utpote quia adſint quamplura verba cancellata, obraſa, vitiata, ſuperaddita, & novis characteribus ſuprapoſitis, de recenti conſcripta, eundem Librum pluribus aliis viſibilibus, & ſubſtantialibus defectibus oppletum dignoſci, ut diſerte retulerunt Periti hinc inde electi; Et quod idem tranſumptum Statutorum alias in actis productum, & in præteritis diſputationibus præ oculis habitum, exceptum fuerat a dicto Libro per Notarium Do-

mini

minicum Baruffaldum germanum fratrem Hieronymi, omiſſis in eodem tranſumpto quibuſdam verbis rei ſubſtantiam petentientibus, utpote quia concernerent præſervationem Jurium Menſæ Epiſcopalis, quæ in hunc modum concepta legitur = *Verum quia in aliquibus Statutorum prædictorum fit mentio, quod omnimoda diſpoſitio Canonicatuum, & Præbendarum dictæ Eccleſiæ ad ipſos Dominos Canonicos, & Capitulum ſpectet, proteſtatus fuit ipſe Octavianus nomine dicti Reverendiſſimi Domini Joannis Cardinalis, & Epiſcopi ſalvum fore Jus ſuum in diſpoſitione dictarum Præbendarum, & Canonicatuum &c.* rurſuſque, quod in una ex ſubricis Statuti, quod
49 conditum aſſeritur anno 1530. ſuppoſitum legitur tunc adfuiſſe inter Dignitates Eccleſiæ Cathedralis ſeptimam Dignitatem Decanatus, qua tamen docetur, non prius, quam anno 1538. erectam extitiſſe, eique Præbendam conſtitutam fuiſſe; Scripturæ autem nullum authenticationis ſignum præſeferenti, & tot mendis, vitiiſque obnoxiæ, fides nequaquam præſtari poteſt, ad tradita per Felin. *in capit. ad audientiam ſub numer. 10. de præſcript.* Marſcott. *variar. reſolution. libr. 1. capit. 81. ex numero 15. uſque ad finem* Rota *deciſion. 99. numer. 7. & ſeqq.* apud Tondut. *de penſ. deciſion. 379. numer. 8. & ſeqq. part. 13. & deciſion. 453. numer. 1. & ſeqq. part. 18. & Piſana Economatus 1. Julii 1695. §. Non ſubſiſtente*, coram bon. mem. Jacobo Emerix.

Neque ad ſupplendam prædicti Codicis fidem ſuffragari potuit aliud ejuſdem Statuti documentum præſeferens controverſam Rubricam de optionibus Præbendarum, quod quidem exemplatum legitur ab ipſomet Notario Lavezzolo, qui ſubſcriptus apparet in alio Codice memorati Statuti aſſervato in Archivio Capituli. Hoc etenim novum documentum, licet legatur extractum jam inde a ſexta Decembris 1723. non prius tamen productum fuit in actis Rotalibus, quam ſub die 18. Maii proximi præteriti, nec fuit exhibitum Judici Compulſoriali ſpecialiter Delegato ad recognoſcendam legalitatem Codicis in Capituli Archivio ſervati, quemadmodum illi exhiberi debuiſſet, ad hoc ut facile in comperto fieret, num pro fulcimento legalis relevantiæ libri Capitularis deſervire poſſet, utque in Proceſſu Compulſoriali, una cum aliis juribus compulſatis re-
50 giſtraretur, id quod cum omiſſum fuerit ex illius tam ſerotina productione, vehemens oritur ſuſpicio omnimodæ illegalitatis, atque informitatis per Textum *in leg. ſi quis forte §. 1. ff. de pœn.* Cravett. *conſil. 28. numer. 6.* Cæphal. *conſil. 187. numer. 23. & ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 91. numer. 5.* Rota *deciſion. 223. numero 6.* coram Royas.

At vero nec minimum fidei promereri valet idem Liber Capitularis, ob alias graviores exceptiones, quibus omnino proſternitur; indubium etenim eſt, quod cum res eſſet in attribuendo Canonicis jure eligendi, & privando Epiſcopum ea innata facultate conferendi, quæ de jure communi illi competebat, pro validitate Statuti hunc effectum adeo exorbitantem producturi, non minus requirebatur, quam Beneplacitum Apoſtolicum, unaque ſimul plenarius conſenſus Epiſcopi, de cujus intereſſe principaliter agebatur: & tamen abſolutum eſt in facto utrumque ex his deſiderari, quo enim ad Beneplacitum Apoſtolicum, licet in præteritis erronee ſuppoſitum fuerit, illud reportatum fuiſſe a ſan. mem. Clemente VII. adhærendo circa hoc aſſertioni Notarii Baruffaldi, qui in ejus tranſumpto ſuperaddiderat mentionem confirmationis Papalis ibi = *Sequitur confirmatio eorundem Statutorum facta a fel. record. Clemente Septimo PP. O. M. in anno ſeptimo ejuſdem Pontificatus 3. Idus Junii* = Attamen in actu compulſationis jurium id inſubſiſtens detectum fuit, eo quod nullum exhiberi valuit Diploma Clementinum continens Statutorum confirmationem, ſed ſolummodo quædam Litteræ Apoſtolicæ in forma Brevis conceſſæ a Cardinali Laurentio Epiſcopo Prænestino, tunc temporis majori Pœnitentiario, quæ viſuntur datatæ ſequenti modo = *Apud Sanctum Petrum ſub Officio Pœnitentiariæ 3. Idus Junii Pontificatus Domini Clementis PP. Septimi anno octavo* = qui ſane actus ſummopere inefficax dijudicandus eſt ad effectum, de quo quærimus, nimirum roborandi particularem Sanctionem juri communi derogantem, nec ſumi valet in linea Pontificiæ Confirmationis; Quanquam enim verum ſit Officium Cardinalis Pœnitentiarii antiactis temporibus longe plures, & majores obtinuiſſe facultates, quam obtineat in præſens, utpote quæ reſtrictæ fuerunt per Sanctum Pium Quintum; certum tamen eſt eaſdem, ubicumque uberiores facultates, ut plurimum non exceſſiſſe terminos Fori Pœnitentiarii, a quibus plane quiſquam dignoſcit, quantum diſtaret materia confirmationis Statuti, in qua verſamur, Et in omnem caſum confirmatio per organum Cardinalis Summi Pœnitentiarii obtenta vim aliquam ſortiri valeret, quoties conceſſa fuiſſet in forma ſpecifica, atque emanaſſet ex certa ſcientia, & cum adiectione clauſularum *ſublata, & quorum tenores*, necnon decreti irritantis, ut ſunt termini *deciſ. 339. numer. 1. cum duobus ſeqq. part. 2. recentior.* quæ omnia in præſenti caſu deficiunt, cum confirmatio data fuerit in forma communi, immo etiam conditionali, videlicet accedente conſenſu, & authoritate Ven. in Chriſto Patris Dei gratia Epiſcopi Ferrarienſis.

Non difformiter verificatur deficere expreſſum conſenſum, ſive confirmationem Epiſcopi, qui tunc temporis Ferrarienſi Eccleſiæ præerat; nam licet, juxta tranſumptum rubricarum Statuti in præteritis exhibitum ſuppoſitum fuerit illam reſultare ex quodam mandato Procuræ facto a clar. memoriæ Cardin. Joanne Salviato Epiſcopo in perſonam Canonici Octaviani de Caſtello rogitu Franciſci Aurelii Calepini 26. Martii 1530. nihilominus coram Judice Compulſoriali hujuſmodi documentum exemplari nequivit, utpote quod Deputati a Capitulo juraverint in Archivio Capitulari non aſſervari, imo Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis per exactam recognitionem Matriculæ Notariorum docuerit dictum Franciſcum Aurelium Calepinum inter alios Notarios Ferrarienſes per id 51
tempus anni 1530. deſcriptum non reperiri; unde valida ſuboriri poteſt præſumptio dictum Procuræ mandatum nunquam fuiſſe rogatum, juxta firmata per Bald. *in leg. Si contra numer. 3. Cod. de appellat.* Rota *deciſion. 564. numer. 8. & ſeqq. part. 4. diverſ.* quæ præſumptio in formalem probationem excluſivam cujuſcunque confirmationis Epiſcopi pertranſire videtur, ex eo quod conſtat in facto non multo poſt, ideſt anno 1548. excitatam fuiſſe controverſiam inter præfatum Cardinalem Salviatum Epiſcopum, & Capitulum ſuper jure eligendi ad Canonicatus vacantes, quæ abſoluta remanſit per concordiam, qua mediante, Capitulum ultro ceſſit, & remiſit omne jus eidem Epiſcopo; ex hac autem circumſtantia fas eſt, ut perneceſſe deſumantur Statuta, vel non adfuiſſe in rerum natura, vel tanquam non confirmata nec a Summo Pontifice, nec ab Epiſcopo pro non extantibus reputata fuiſſe; nam quatenus res aliter ſe habuiſſet, nec Epiſcopus contraveniendo actui a ſemetipſo approbato manuteneri, & conſervari petiiſ- 52
ſet in jure conferendi Canonicatus vacantes, nec Capitulum tanta facilitate ſuis juribus ceſſiſſet contra regulam Textus *in l. Cum de indebito ff. de probat.* Alciat. *regul. 3. præſumpt. 31.* Menoch. *de Præſumpt. præſumpt. 6. numer. 5. libr. 1.* Rot. *deciſ. 1340 num. 2.* coram Coccin. *& deciſion. 1186. numer. 9.* coram Emer. jun.

Præterea, ut circa hoc qualibet ſubmoveretur

difficultas, ponderabant Domini etiam conceſſa per hypotheſim legitima qualitate controverſi Statuti; non inde tamen jura Dignitatis Epiſcopalis; vel minimum læſa, ſeu immiauta remanſiſſe quoad poteſtatem conferendi Canonicatus, cum adjecta legatur ea expreſſa præſervatio ſuperius relata §. *Quantumvis*, qua Octavianus, quia ſupponitur conſtitutus Procurator ab Epiſcopo, adamuſſim curavit, ut circa controverſum jus conferendi Præbendas Cathedralis nullum irrogatum cenſeretur Epiſcopo præjudicium, quod propterea jus in hoc principali judicio petitorio, in quo verſamur, utpote intactum, nullaque ex parte vulneratum ad tramites juſtitiæ canonizari meretur.

Profligato titulo, quem Capitulum eruere contendebat a particulari ejus Statuto, ſupereſt nunc expendere vires alterius tituli ab eodem allegati, & conſtituti in immemorabili conſuetudine, quæ dici debeat legitime preſcripta adverſus Epiſcopum, quod examen aſſumentes Domini, non minus iſtius inſubſiſtentiam perſpectam habuerunt;
53 Quoniam in primis omnia jura, ex quibus conflari prætenditur conſuetudo immemorabilis, viſa fuerunt informia, utpote extracta vel ex aliis copiis, vel aliunde, quam ex aliquo publico Archivio, propteteaque inefficacia ad probationem ejuſdem conſuetudinis verſantis circa jus eligendi, ut in ſpecie reſpondit Rot. *deciſion.* 181. *numer.* 2. coram Emerio jun. & *in Ilerden. juris mulctandi ſuper negotio principali* 23. *Januarii* 1702. §. *Minus cum ſeqq.* coram bon. mem. Muto, & *in alia Ilerden. Diſtributionum* 5. *Maii* 1703. §. *Abſque eo quod*, coram bon. mem. Anſaldo, cum potiſſimum hæc jura, qualiacumque ſint, adducta dignoſcantur coram hoc Sacro Auditorio in circumſtantiis, quibus jam in partibus fuit facta ſolemnis jurium compulſatio, qua mediante jura per Capitulum in præteritis exhibita, recognita fuerunt, vel apocrypha, vel pluribus exceptionibus obnoxia, & tamen eo tunc non fuerunt in medium prolata ea jura, quæ in præſens adducuntur, ne forte ſimile vitium detegeretur, quapropter iſtiuſmodi circumſtantia illis ſummopere fidem imminuit.

Ulterius accedendo ad eorum relevantiam, & ſervata congrua temporum diſtinctione, nullius momenti ad probandam conſuetudinem viſæ ſunt enunciativæ emiſſæ annis 1332. 1389. 1429. & 1434. nam in ea anni 1332. agebatur de proviſione Archipresbyteratus, qui eſt prima Dignitas
54 in Cathedrali Ferrarienſis, atque idcirco conferri debebat a Sancta Sede in vim reſervationis, quæ utpote incepta anno 1324. juxta notata per Card. de Luc. *in relat. Cur. diſc.* 9. *numer.* 12. & 13. jam tunc vigebat, ſicque actus ille nihil conferre valet ad intentum Capituli, & enunciativa in hoc actu emiſſa nimis affectata videri poteſt, dum in reſervatis, ubi non ſpectabat jus conferendi neque ad Epiſcopum, neque ad Capitulum, habita fuit mentio ſuppoſitæ conſuetudinis eligendi ad favorem Capituli; Nominatio autem facta anno 1389. pariter non meretur attendi, utpote quod ex ea non conſtet quo menſe vacaverit Canonicatus, & qualis eſſet Canonicatus, qui tunc vacabat; Prout quoque præſentatio anni 1429. omnino ſpernenda erat tanquam concernens Præpoſituram, cujus collatio, ut procul omni dubio conſtitit ex Proceſſu compulſoriali, ſpectat ad Ordinarium, & demum nec ratio haberi debuit de nominatione facta anno 1434. cum non aliter probetur, quam ex documento extracto ex Archivio privato Capituli, quod tempore expletæ compulſationis non fuit exhibitum, ſed immo occultatum, ideoque non eſt cur ſufficientem probationem conſtituere valeat ex ſupra jam firmatis.

Et in omnem caſum reduceretur ſaltis probatio ad pauciſſimos actus, qui cenſeri deberent omnino inefficaces ad fundandam conſuetudinem im-
55 memorabilem, non ſolum, quia nullius momenti ſolet eſſe argumentum deſumptum ex enunciativa, quando principaliter dubitari contingit ſuper enonciato, Rot. *deciſion.* 874. *num.* 1. coram Coccin. quæ dubitatio eo magis augetur tum ex illegalitate Scripturarum, in quibus tales enunciativæ continentur, tum eo quod illæ emanarunt ex ore Capituli totum, & principale intereſſe habentis, ut in individuo reſpondit Rot. *deciſion.* 257. *numer.* 4. & 56
10. & *ſeq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *in alia Deciſione impreſſa* apud Spad. *conſil.* 77. *numer.* 12. & 13. *tom.* 2. & *deciſion.* 178. *numer.* 3. *deciſion.* 282. *numer.* 5. & *deciſion.* 303. *numer.* 11. & 12. coram Buratt. verum etiam quia quælibet vis prætenſæ conſuetudinis ſublata, & interverſa remaneret ex aliis actibus contrariis, & præſertim concordia inita anno 1548. cum Cardinali Salviato, de qua ſupra actum fuit, necnon alia concordia celebrata cum Cardinali Aloyſio Eſtenſe anno 1561. ad ſubvertendam eum immemorabilem conſuetudinem, nedum 57
facta poſitiva, & interruptiones, ſed & ſimplex auditus, & rumor in contrarium ſufficiens reputatur, ad Text. *in cap. Audiтis circa fin.* ibique *Canoniſtæ de Præſcript.* Rot. *deciſ.* 21. *n.* 8. & *ſeqq.* coram Zarat. *deciſ.* 309. *n.* 7. & 8. coram Priolo *in Tarraconen. Juriſdictionis* 10. *Maii* 1700. § *Præterea*, coram bon. mem. dell' Olmo, & *in Colonien. Canonicatus* 13. *Maii nuper elapſi* §. *finali*, coram Me.

Proſequendo autem temporum ſeriem patuit intra metam aliorum annorum centum, nempe ab anno 1443. uſque ad annum 1543. exhiberi ſolummodo duos actus, unum nempe anni 1538. alterum vero anni 1543. quos ſane nequaquam probatur effectuatos remanſiſſe, prout omnino probari deberet, ſtante quod tunc temporis Eccleſia Ferrarienſis regebatur a Cardinali Salviato, qui fuit Epiſcopus ab anno 1520. uſque ad annum 1550. & ſemper viriliter impugnavit conſuetudinem prætenſam a Capitulo, donec anno 1548. per ſæpedictam concordiam Capitulum ſpontanee eidem ceſſit, quodcunque jus ſibi competens; Ab anno autem 1550. quo deceſſit Cardinalis Salviatus uſque ad annum 1590. quo Epiſcopus Fontana novam, & valde præjudicialem juribus Eccleſiæ iniit concordiam cum Capitulo, nullus allegari poteſt actus favore ejuſdem Capituli, quia tam Cardinales Eſtenſes, quam Epiſcopus Leonius, & alii Succeſſores uſque ad Epiſcopum Fontanam, ſemper continuarunt in eadem poſſeſſione vigore ceſſionis Capituli, immo ex ipſa tranſactione facta cum Epiſcopo Fontana, conſtat etiam ab Epiſcopo Leonio fuiſſe ſemper contra dictam prætenſam conſuetudinem, & parvipendendi ſunt actus geſti ab anno 1590. uſque ad annum 1611. quo obiit Epiſcopus Fontana, cum omnes proceſſerint a dicta tranſactione, quam ſtatim, ſecuto ejus obitu, ex profeſſo impugnavit Cardinalis Leonius Succeſſor, utpote quia nulliter, Sede Apoſtolica vacante, 58
proindeque abſque illius Beneplacito, & cum nimia jurium Epiſcopalium læſione inita fuiſſet, ut in ſimilibus terminis alias dixit Rot. coram ſan. mem. Alexandro VII. *deciſion.* 200. *num.* 16. & *ſeqq.* Adden. ad Gregor. *deciſion.* 440. *numer.* 17. Adden. ad Buttat. *deciſion.* 690. *litt. B.* & *in Toletana Decimarum ſuper bono Jure* 16. *Junii* 1712. §. *final.* coram Me.

Si vero agendum ſit de actibus modernioribus ab anno 1622. uſque ad hodierna tempora perpauci quos adduxit Capitulum non aliter prodiiſſe dignoſcuntur, quam *jure Statutorum*, & *antique conſuetudinis*, propterea que cum hodie, re altius repetita, conſtiterit non adeſſe prædicta Statuta in forma valida, multoque minus militare poſſe allegatam conſuetudinem; quæ ſemper fuit contradicta, & impugnata, ceſſat propterea qualibet eorum relevantia, eo præſertim, quia concurrunt tot alii actus expleti pro conſervatione proprii juris conferendi per Epiſcopos pro tempore, & a Capitulo acceptati, atque expreſſe approbati, quos opus non eſt diſtincte recenſere; ubi

autem

autem non minus ex hoc, quod ſolemniores deprehendantur, quam ex quo vel unus ex iiſdem ſufficiens reputari deberet ad evertendam prætenſam im-
59 memorabilem conſuetudinem pugnantem adverſus jus commune, majoris profectò momenti dijudicari debent, juxta firmata per Bartol. *in leg. Semper ſtipulationibus in fin. ff. de regul. jur.* Rot. *decíſ.* 207. *num.* 3. coram Peuting. *dec.* 519. *n.* 8. coram Emerix. jun. *&* *decíſ.* 53. *num.* 7. *part.* 18. *recent.*

Poſtremo tametſi ad comprobandam immemorabilem conſuetudinem hucuſque tot argumentis proſtratam afferatur teſtimonium præclariſſimorum
60 cæteroquin virorum Zabarellæ *in ejus conſil.* 103. *& in Clement. Quia contingit.* §. *Ut autem numer.* 2. *de Religioſ. domib.* necnon Felini *in capit. In noſtra ſub numer.* 26. *de reſcript.* nihilominus profitebantur Domini iſtorum dictis plurimum quidem deferendum eſſe in iis, quæ ſunt juris, ſecus autem in iis, quæ ſunt facti, prout certe erat ſuppoſita conſuetudo, quæ proinde, niſi concludenter juſtificetur aliunde, quam ex ſimplici dicto hujuſmodi Doctorum, affirmari nequibit eam eſſe plene in probatis, prout in individuo firmavit Rot. coram ſan. mem. Alexandro VIII. *decíſ.* 253. *num.* 1. *& in Nullius, ſeu Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono Jure* 21. *Februarii* 1710. §. *Adverſus* coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Falconerio; Maxime quia dicta eorundem DD. quoad
61 hanc rem nudi facti aliquid fidei amittunt ex nonnullis particularibus circumſtantiis, eo quod nimirum Zabarella, qui publicus juris Interpres extiterat in Ferrarienſi Univerſitate per id tempus ſcripſerit, quo Capitulum contra jus Epiſcopi prævalide attentare nitebatur. Felinus vero erat unus ex Canonicis Cathedralis, ideoque non mirum, ſi ex præſumpta affectione fuit Fautor prætenſæ conſuetudinis erga ſuum Capitulum, & in eadem linea ſimplicis Relatoris controverſæ conſuetudinis, adeoque nil plus eidem tribuentis, quod legalis relevantiæ illi ineſſe reperit Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 10. *& ſeqq.*

Gradum inde faciendo ad ſecundam reſcripti partem, viſum fuit nullum Eminentiſſimo Epiſcopo, in præſens quærenti de plenaria juris conferendi pertinentia, obſtaculum parare antiquas Deciſiones proditas *in Ferrarien. Canonicatus* coram Remboldo *deciſion.* 331. *& deciſion.* 588. coram Ubaldo *part.* 4. *tom.* 3. *recent* & coram Butatt. *decíſ.* 866. *&* coram Cardin. Carpineo *decíſ.* 167. *part.* 16. *recent.* non ſolum quia omnes prædictæ Deciſiones, ut patet ex earum lectura, editæ fuerunt in ſimplici, & mero judicio poſſeſſorio vertente inter Proviſos ſuper inſtitutione, & poſteriores coram Buratto, & Carpineo emanarunt, nemine informante, & per contradictas, habita in omnibus relatione ad præcedentes Deciſiones Remboldi, & Ubaldi, quapropter nequeunt ſtatum firmare in hoc principali judicio petitorio, de quo nunc agitur; ſed etiam, & fortius quia cum præſuppoſuerint jus eligendi ſpectare ad Capitulum inhærendo Statuto, & conſuetudini, quemadmodum hæc duo ex late ſuperius recenſitis omnino collabeſcunt, ita opus eſt, ut de Deciſionibus erroneo facti ſup-
62 poſito innixis, nulla ratio habeatur; ut alias dixit Rota *decíſ.* 59. *num.* 17. *par.* 10. *recent. & in Barchinonen. Parochialis de Albiniana* 1. *Junii* 1696. cor. bon. mem. Muto.

Et hinc etiam deſcendit ratio tertiæ partis reſcripti, ut nimirum non conſtet de re judicata in petitorio, eo quod ſuper petitorio, de quo nunc agitur, nulla unquam lata fuit ſententia, quæ aſſumere potuerit vim rei judicatæ, neque hic examinatur Cauſa in gradu reſtitutionis in integrum adverſus antiquas ſententias prolatas in ſimplici judicio poſſeſſorio, ſed agitatur judicium principale, de quo uſque adhuc actum non fuerat, ſicque ceſſant ea omnia, quæ conſarcinantur ex parte Capituli circa neceſſitatem tranſportandi, vel repetendi acta antiquarum ſententiarum.

Et ita Partibus ſtrenue dimicantibus concluſum fuit &c.

NULLIUS SANTI DEODATI ERECTIONIS IN EPISCOPATUM.

ARGUMENTUM.

Ex quibus Cauſis concedenda ſit in aliqua Provincia erectio novæ Cathedralis, & de requiſito Dotis, necnon qualitatis Eccleſiæ erigendæ, & Loci, ubi facienda eſt erectio, & de conceſſione juriſpatronatus ſuper Epiſcopatu erigendo ad materiam Textus in *Extravag. Salvator de Præben. inter communes.*

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti ſeries.*
2 *Poteſt Summus Pontifex novam Cathedralem erigere, & Epiſcopatum dividere in duos.*
3 *Præſertim ſi concurrant publica Cauſa.*
4 *Iſta reducuntur ad neceſſitatem, ſeu utilitatem animarum.*
5 *Cauſa legitima, eſt quando in una Provincia non adeſt unus Epiſcopus.*
6 *Res judicata facit ſtatum de uno loco ad alium, & quando,* & n. 7.
8 *Habetur pro effectuata, & quando.*
9 *Cauſa erigendi Epiſcopatum eſt longa diſtantia animarum ad Epiſcopum viciniorem,* & n. 12.
10 *Eadem procedit pro erectione nova Parochialis.*
11 *Quando imminet periculum ſcandalorum, eſt illis occurrendum, nec expectandum quod eveniant.*
13 *Succurrendum eſt ubi ſcandalum jam ſucceſſit.*
14 *Reſecare litigia inter Eccleſiaſticos publica cauſa eſt.*
15 *Cauſa erigendi in Epiſcopatum eſt lis cum Prælatu illius Eccleſiæ contra Epiſcopum* & num. 43.
16 *Epiſcopus vicinior viſitare debet jure delegato perſonas, & loca ſubjecta Territorio ſeparato Abbatis Sæcularis.*
17 *Viſitatio eſt primaria Cura animarum.*
18 *Confeſſio Epiſcopi in materia juriſdictionis maxime probat.*
19 *Cauſa erectionis novi Epiſcopatus eſt defectus proprii Paſtoris viſibilis.*
20 *Et circumadjacentia Acatholicorum.*
21 *Seminarium maximam affert utilitatem.*
22 *Utile eſt plures parvas Diæceſes, & Territoria redigere ad unum Epiſcopatum* & n. 32.
23 *Sedes Apoſtolica ſe gratam, & benignam præſtat erga benemeritos de fide Catholica. Et maxime Supremos Principes.*
24 *Clemens XI. Civitatem Ulyſſiponenſem diviſit in duas Cathedras.*
25 *Defertur teſtimonio Virorum qualificatorum.*
26 *Exempla Cathedralium de novo erectarum per Summos Pontifices.*
27 *Locus, in quo erigitur nova Cathedralis, erigitur prius in Civitatem.*
28 *Pro nova erectione Cathedralis locus eſſe debet inſignis, & quare.*
29 *Ex quibus probetur inſignitas Eccleſiæ erigendæ in Cathedralem.*
30 *Appellatione Oppidi venit etiam Civitas, ſi concurrant circumſtantiæ.*
31 *Ex quibus probetur Prælatus inferior cum Territorio ſeparato.*
33 *Conſenſus conditionales cum conditione remiſſa arbitrio Superioris ſunt puri, & quando.*
34 *Papa in materia erectionis Cathedralis non dependet ex conſenſu intereſſe habentium, &* quando & n. 44. & ſub n. 77.
35 *Quando concurrit dos congrua, & valde con-*

ſpicua indulgetur erectioni novi Epiſcopatus.

36 *De jure eſt, quod unionibus non fiat præjudicium Poſſeſſoribus beneficiorum unitorum vita durante.*

37 *Monaſteria non redacta in Congregationem vivunt jure ſingulari.*

38 *Sæculariʒatur Abbatia regularis per ſpatium 40. annorum.*

39 *Papa poteſt etiam invito Prælato auferre bona uni Eccleſiæ, & dare alteri* & n. 44.

40 *Spernitur diſſenſus Epiſcopi contra erectionem Cathedralis in loco non exiſtente in ejus Territorio.*

41 *Nemo dicitur habere jus quæſitum in eventualibus, & litigioſis.*

42 *Qui ſe prætendit Epiſcopum viciniorem, non poteſt eſſe Epiſcopus proprius, & Ordinarius.*

45 *Diœceſis aliud non eſt niſi Parochia.*

46 *Pro erectione novæ Parochiæ non attenditur diſſenſus Parochi.*

47 *Papæ eſt reſervatum novas Cathedras erigere, non obſtante diſſenſu Epiſcoporum.*

48 *Requirit conſenſum Epiſcopi, ut iſte deducat cauſas rationabiles, & quales iſtæ ſint.*

49 *Si iſtæ deficiant diſſenſus Epiſcopi non attenditur, & quare.*

50 *In gratiis de ſui natura præjudicialibus non attenditur præjudicium, niſi magnum,* & num. 51.

52 *Non attenditur diſſenſus Epiſcopi contra erectionem novi Epiſcopatus, ſi ille habeat Diœceſim ampliſſimam.*

53 *Qualis ſit principalis cauſa deveniendi ad erectionem novi Epiſcopatus.*

54 *Per unionem Eccleſiæ non fit præjudicium Ordinario loci ubi illa exiſtit.*

55 *Sicut contra erectionem novi Epiſcopatus non attenditur diſſenſus Epiſcopi, ita nec Capituli.*

56 *Intereſt Sedi Apoſtolicæ plures habere ſibi immediate ſubjectos.*

57 *Nova Cathedralis dignior reputatur ſubjecta immediate S. Sedi.*
Qui digniori ſubeſt dignior reputatur.

58 *Per aſſecutionem majoris Dignitatis non pereunt privilegia obtenta in ſtatu inferiori.*

59 *Privilegium exemptionis non amittitur poſt ſæculariʒationem Eccleſiæ.*

60 *Exempti in præjudicium Sedis Apoſtolicæ renunciare non poſſunt exemptioni.*

61 *Diſſenſus Metropolitani contra erectionem novi Epiſcopatus quando non attendatur.*

62 *Delegatio juriſdictionis facta Tertio per modum proviſionis, lite pendente inter duos Superiores, nullum jus proprium ei tribuit.*

63 *Oppoſitio Metropolitani non attenditur in erectione Epiſcopatus ab eo exempti.*

64 *Aſſignatur Juſpatronatus per Sedem Apoſtolicam aſſignanti majorem partem Dotis.*

65 *Qui redditus beneficii de ſuo Jurepatronatus applicat alteri Beneficio fit hujus Patronus.*

66 *Probatio jurispatronatus Ducis habentis Jura Imperii in ſuis Dominiis non cadit ſub rigoroſa probatione Sac. Concilii Tridentini.*

67 *Et ſufficit probatio requiſita in Perſonis privatis.*

68 *Pro jurepatronatus Titulo oneroſo computanda eſt expenſa, quam facit Patronus etiam præter dotem.*

69 *Juſpatronatus ſeu nominandi ad Cathedrales competit nedum Regibus, ſed etiam aliis magnis Principibus; & quales iſti ſunt.*

70 *Exempla juris nominandi ad Cathedrales conceſſa aliis Principibus præter Reges,* & n. 71.

72 *Ex cauſa fundationis, & dotationis reſervatur juſpatronatus in Cathedralibus magnis Principibus.*

73 *Praxis Sedis Apoſtolicæ concedendi Regibus, & ſupremis Principibus jus nominandi ad Eccleſias proprii Regni, vel Principatus.*

74 *Habens Beneficium de ſuo Jurepatronatus ejus redditibus converſis in aliud acquirit hujuspatronatum, & de ratione* n. 75.

76 *Ex conſuetudine, Sede vacante, conſtitui poſſunt plures Vicarii Generales.*

77 *Epiſcopus poteſt concedere Prælato inferiori Jura Epiſcopalia per modum Vicariæ perpetuæ.*

78 *Reſolutio Cauſæ.*

DISCEPTATIO CLX.

OLim Regia, nunc autem Ducalis Provincia
Lotharingiæ univerſo Orbi celeberrima, quamvis
amplitudine ſua 600. milliarium circuitus, &
ingenti numero quadraginta Civitatum, incluſo ad- 1
jacenti Ducatu Barri, ſatis conſpicua, & ſub Ditione
Sereniſſimorum, & Regiorum Ducum exiſtens, digna ſemper fuerit, ut intra ejus Dominium nedum una ſaltem Cathedra Epiſcopalis collocaretur, ſed etiam Archiepiſcopalis, ſeu Metropolitana, ut admonuit, Pelagius Papa *in can. Scitote 6. quæſt. 3.* ibi = *Scitote certam eſſe Provinciam, quæ habet decem, aut undecim Civitates &c. & unum Metropolitanum, aliosque Suffraganeos &c. Unde non oportet, ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque Provincia, ſed apud ſemetipſam habeat &c. Epiſcopos ſingulos* = & docuit etiam Imperator. *in leg. unica Cod. de Metropol.* Berith. *lib.* 10. Attamen viciſſitudinis humanæ vitio unus reperitur erectus Epiſcopatus in Centro, & Dominio hujus Regiæ Provinciæ, ſed ipſa e contra adjacet quaſi extremitas, & infima pars octo vicinis Epiſcopatibus, partim Gallis, & partim Germanis, qui protendunt fines ſuos in illam cum notabili incommodo diſtantium provincialium populorum, ſeu animarum.

Non tantum ex hoc dehonorata, ſeu degradata remanet Nobilis hæc Provincia, ſed quod magis dolendum eſt, in ejus viſceribus ſita reperiuntur plura loca Nullius Diœceſis exiſtentia, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta, & ſignanter Territorium amplum Eccleſiæ Præpoſituralis *S. Deodati*, necnon Abbatiarum *Stivagenſis* Ordinis Præmonſtratenſis, *Senonenſis*, ac *Mediani* Ordinis S. Benedicti, cæteris omiſſis; In qua rerum conſtitutione plurima inſurgunt in dies inconvenientia, quæ reparatione indigent pro ſalute, & quiete animarum in ſpiritualibus; Nam *primo* Epiſcopi his Territoriis circumadjacentes aliquando judicialiter inſurgunt pro extendenda juriſdictione ſuper hujuſmodi locis *Nullius*, itaut ſub Juriſdictione litigioſa, dum contenditur de Paſtore, oves notabile præjudicium patiantur, ut ex lite agitata inter Epiſcopum Tullenſem, & Præpoſitum S. Deodati in Sacr. Congregatione Concilii ſub die 24. Auguſti 1615. *Secundo*, poſitam etiam pacifica qualitate Nullius in his Territoriis ampliſſimis, adhuc deficit Paſtor in his, quæ reſpiciunt Conſecrationem, & Ordinem, quorum Prælati inferiores incapaces exiſtunt, ita & taliter, & quod Subditi debent recurrere ad viciniores Epiſcopos pro Sacramento Confirmationis, & Ordinibus, in quo evidentiſſimum eſt damnum animarum, cum Cathedræ iſtorum Epiſcoporum adjacentium ſit valde diſtantes, & ſignanter Tullenſis remota eſt ſpatio 60. *milliarium* ab ampliſſimo Territorio, ſeu Eccleſia S. Deodati, Argentinenſis 38. *milliarium*, & Baſileen. 40. Quamobrem ratione dutii, & difficilis acceſſus jam a 40. fere annis non fuit in illis miniſtratum Sacr. Confirmationis Sacramentum, & plures reperiuntur ſenes, qui nondum illud receperunt, aliique ſine illo deceſſerunt; *Tertio* Epiſcopi contigui habent, ſeclaſis etiam prædictis Territoriis, ampliſſimas Diœceſes ſuas, quibus adminiſtrandis non ſufficiunt, tantum abeſt quod poſſint extra occurrere indigentiis Territoriorum *Nullius*, ubi concurrit explicita confeſſio Epiſcopi Tullenſis, qui in publico Edicto propalavit excuſationes

tiones ſuas circa omiſſam Viſitationem propriæ Diœceſis propter eius vaſtitatem, & magnum numerum Parochiarum; *Quarto* demum, quia ſub litigio eſt, & adhuc incertum quales ſint Epiſcopi viciniores, ad quos accedendum ſit per Subditos Territoriorum huiuſmodi pro Chriſmate, & Ordinibus ſuſcipiendis, ita & taliter, quod in memorata lite habita inter Epiſcopum Tullen. & Præpoſitum S. Deodati ſuper jure concedendi Dimiſſorias, Sacr. Congreg. Concilii Epiſcopum Tullenſem canonizare non potuit, reſcribendo -- *Dilata, & coadjuventur probationes*, & committendo Metropolitano Treviren. per modum proviſionis conceſſionem Dimiſſorialium auctoritate S. Congregationis.

Cum omnia hæc abſurda, & præjudicia ſpiritualia ſemper proceſſerint ex defectu unius Cathedræ Epiſcopalis, quæ ſit erecta in ipſo centro Lotharingiæ, vigilantia Sereniſſimorum Ducum non defuit centum abhinc annis, & ultra his inconvenientibus providere, poſtulando apud Summum Pontificem, & Sacr. Congregationem Conſiſtorialem uſque *de anno* 1602. erectionem unius Epiſcopatus in Civitate Nancejana Capitali totius Provinciæ, quæ inſtantia ſucceſſivis annis proſecuta extitit, donec Cauſa cognita Sacr. Congregatio erectionem Epiſcopatus in memorata Civitate Nancejana *de anno* 1627. conceſſit ſub immediata ſubjectione S. Sedi; ſed bella, & notiſſimæ expulſiones Sereniſſimorum Ducum de ſuo Ducatu impedimento fuerunt, quominus Sacr. Congregationis Decretum ad executionem redigi potuerit, ut paſſim teſtantur Hiſtorici, & ſignanter March. de Beauveau *in ſuis memor.* ſub Regno Caroli V. Ducis Lotharingiæ *pag.* 1. *& ſeqq.* & D. Baleicourt. *in ſuo tract. hiſtor. ſuper origine, & genealogia Domus Lotharingiæ pag.* 256. *& ſeqq.*

Hinc Sereniſſimus Lotharingiæ Dux Magni Herois, & nunquam interituræ memoriæ Ducis Caroli V. filius non multis ab hinc annis reſtitutus ad ſuum Ducatum pietate, & zelo, ſuis maioribus Æmulus, ut ſpiritualibus animarum detrimentis occurreret, noviſſime ſupplicavit Summo Pontifici pro gratia erectionis in Epiſcopatum, & Cathedralem Inſignis, ac Celebris *Eccleſiæ Collegiatæ, & Præpoſituralis celeberrimi Oppidi S. Deodati*, vulgo *S. Dietz* cum ſuo Diſtrictu, & Territorio *Nullius Diœceſis*, adiectis, & unitis huic novæ Cathedræ erigendæ contiguis Territoriis Abbatiarum *Stivagenſis* Ordinis Præmonſtratenſis, necnon *Senonenſis, & Mediani* Ordinis S. Benedicti, quæ omnia Territoria ſunt immediate ſubiecta Sedi Apoſtolicæ, ut exinde ſatis congrua Diœceſis, & decens Epiſcopatus conſtitueretur longe diſtans ab aliis conterminis Cathedralibus, aſſignata illi pinguiſſima, & exuberanti dote 1500. *ducatorum auri de Camera*, ea ſub adiectione, quod Epiſcopatus de novo erigendus eſſe deberet *ſub immediata ſubjectione Sedis Apoſtolicæ & de Jurepatronatus*, ſeu nominandi Epiſcopum ſavore Sereniſſimi Ducis, eiuſque pro tempore Succeſſorum.

Remiſſo negotio Sacr. Congregationi Conſiſtoriali, & prævio Proceſſu Reverendiſſimi Nuncii propoſita fuit Cauſa ad obtinendam gratiam erectionis Cathedralis, pro cuius faciliori conceſſione per ſeparatos articulos, ut infra ſcribebam.

A R T I C U L U S I.

Circa juſtas, & neceſſarias cauſas erectionis Eccleſiæ S. Deodati in Cathedralem.

QUamvia Sedis Apoſtolicæ, & Summi Pontificis poteſtas, cui ſoli reſervatum eſt novas Cathedrales erigere, & erectas dividere, & ſeparare, iuxta notum carmen *Erigit, & ſubjicit Cathedras, & dividit*, ante -- de quo Hoſtien. *in cap. ſicut uni-*
2 *re de exceſſ. Prælat.* ibique Gloſ. *in verb. pertinere*, cum aliis Franceſ. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 6. nu-*mer. 2. *& ſeqq.* Rot. *in Mileten. Juriſdictionis* 27. *Januarii* 1716. §. *Et tametſi*, coram Eminentiſſimo D. Cardin. Falconerio, poſſit nulla etiam concurrente cauſa unum Epiſcopatum dividere in duos, novaſque Cathedrales conſtituere in locis ſibi beneviſis, cum in Beneficialibus frænum non habeat, nec ab ullo dependeat, quia Papa totius Orbis ſtare dicitur pro ſua Diœceſi, ut late fundat Lotter. *de de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 1. *cum pluribus ſeq.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 6. *num.* 33. *& ſeqq.* & quia iuxta rerum experientiam, & conſiſtentiam in hac materia -- *ratio diſtribuendi, ac limitandi Diœceſes, novaſque Cathedrales conſtituendi, immutandi, & alterandi nuſquam fuit ſtabilis, ſed penitus mutabilis; & cum multorum annorum evolutione multoties variata &c. proindeque penitus ab arbitrio Summi Pontificis pendet* -- ſunt verba Lotter. *de re benefic. ubi ſupra quæſt.* 11. *num.* 17. *&* 18. Toloſan. *ſyntag. Iuriam lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 4.

Attamen in caſu iſto non petitur ex gratia abſoluta, & ſine concurſu alicujus cauſæ erectio Eccleſiæ S. Deodati in Cathedralem, ſed ad eam poſtulandam impellunt, & clamant nedum cauſæ juſtæ, & rationabiles, ſed vocem habentes publicæ neceſſitatis, vel ſaltem utilitatis animarum, & populorum in Ducatum, & Provincia Lotharingiæ exiſtentium, certumque Paſtorem, qui panem eis frangat, ſuſpirantium, & quod pejus eſt, in faciem 3 Acatholicorum, quibus infelices populi præcinguntur; quoties enim hujuſmodi genus cauſarum, quod ſignanter ſalutem animarum proſpicit, Sedi Apoſtolicæ proponitur, & juſtificatur, ipſa nunquam novæ Cathedræ erectionem denegavit, ſed paſſim providere conſuevit etiam cum diſmembratione Diœceſum, & Territoriorum, ut in ſubjecta materia ſunt Text. *apertiſſimi in Can. præcipimus* 16. *quæſt. & in extravag.* Salvator *de præben. inter communes Gloſ. in Can. Imperatorum in verb. diviſiones diſtinct.* 10. Lotter. *de re benef. qu.* 1. *lib.* 21. *num.* 19. *&* 23. Rebuff. *in prax. benef. tit. de erect. Eccleſ. Cathedr. n.* 2. Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 11. *num.* 82. *verſ. & de mutatione ſtatus*, Solorzan. *de Iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 16. Card. de Luc. *de præeminen. diſc.* 6. *num.* 3. *diſc.* 50. *num.* 2. Laurenius *in for. benef. part.* 3. *quæſt.* 995. *num.* 1.

Concurrunt autem omnes cauſæ juſtæ, & rationabiles, quæ ad iſtum effectum conſiderantur per Sacros Canones, & Canoniſtas, & quæ reducuntur in ſumma alternative, ſive ad neceſſitatem, ſive ad ſimplicem utilitatem animarum, & cul- 4 tus divini, ut docet Rebuff. *in prax. benefic. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedr. num.* 2. ibi -- *ex cauſa facienda eſt erectio; primo, ut ſervitium divinum augeatur, non autem, ut diminuatur, & ubi neceſſitas, vel utilitas ineſt* Gonzal. *in cap. ſicut unire num.* 4. *de exceſſ. Prælat.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 7. *num.* 131. Monet. *de comm. ultim. volunt. cap.* 11. *num.* 82. *verſ. quoad utilitatis, & num.* 381. *cum ſeq.* Petrus de Peruſ. *in tract. de mutat. ſtat. Eccleſ. cap.* 13. nam cauſa etiam ſimplicis utilitatis ad hunc effectum æquiparatur neceſſitati, ut ex Lambertin. *lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 6. probat Monet. *d. cap.* 11. *num.* 385.

Prima igitur cauſa conſiſtit in ea ſatis notabili, & quaſi in noſtris teminis monſtruoſa circumſtantia, quod in toto ampliſſimo Dominio Sereniſſimi Ducis Provinciam Lotharingiæ, & Ducatum Barri complectente non reperitur erecta aliqua Cathedra nec Epiſcopalis, nec Archiepiſcopalis; adeout Regium hoc Dominium in tota vaſtitate ſua non habeat præſentiam, & faciem Paſtoris, ſeu unius Epiſcopi, ſed indecenter inſerviat, veluti ſimplex acceſſorium, ſeu adjacens, octo circumdantibus Epiſcopis extra manentibus, tam in partibus Galliæ, quam Germaniæ; Hæc enim cauſa maximi momenti, & conſiderationis eſt, quia Sac. Canones expreſſe damnarunt, quod Provincia non habeat in ſe ipſa Metropolitanum, & 5 Epiſcopos in ampla ditione unius Regis, ſeu Principis conſiſtentes, ne alias degradetur, vel dehoneſte-

tur, ut litteraliter legimus expreſſus *in can. ſcitote 6. quæſt. 3.* allegans iſtam rationem -- *Non oportet, ut degradetur, vel dehoneſtetur unaquæque Provincia, ſed apud ſemetipſam habeat &c. Epiſcopus ſingulos -- & in can. per ſingulas Provincias 9. quæſt.* 3. In his enim magnis dominiis, & Principatibus ubi ſunt Civitates, & populi numeroſi, abſurdiſſimum eſt, quod præſentes, & aſſiſtentes in ipſo centro Principatus non adſint Epiſcopi, & Archiepiſcopi, ſed ab extra iſti petantur, ſeu potius eorum nomen audiatur, quam facies videatur, in qua circumſtantia clamant Text. *in extravag. Salvator de præbend. inter Communes, & in can. audivimus 3. quæſt. 2. & in can. Epiſcop. diſt.* 80. Franciſ. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 4. per tot.* Faguan. *in cap. Epiſcopalia num. 3. & ſeqq. de privil.* Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 20. & 25.*

Hæc cauſa, quæ reductive reſpicit publicam utilitatem animarum, dum carente Provincia, & Principatu Epiſcopali præſentia, & aſſiſtentia, ſupponendum eſt, quod populi quærere debeant Epiſcopum remotum ab extra cum gravi præjudicio, non eſt nova, non inſufficiens, aut levioris conſiderationis: ſed alias canonizata ex ſolemni Judicato S. Congregationis Conſiſtorialis, quæ ad inſtantiam glor. mem. Sereniſſimi Caroli IV. Ducis, decrevit Civitatem Nanceianam Capitalem Lotharingiæ erigendam eſſe in Cathedralem uſque de menſe Martii 1627. quoties igitur Sacr. Congregatio alias judicavit eſſe locum erectioni unius Cathedralis in hoc Dominio Sereniſſimi Ducis ex defectu proprii Epiſcopi, qui non aderat in hoc Principatu, ſatis exinde cenſetur canonizata cauſa hujuſmodi erectionis, & quidem in fortioribus terminis, ubi tunc agebatur de erectione Cathedralis in Civitate Nanceiana, indubitanter, & pacifice ſubjecta Diœceſi, & Juriſdictioni Epiſcopi Tullenſis, quæ ſine du-
6 bio diſmembrabatur, & ſic merito allegatur res judicata pro cauſa erectionis, cum nihil referat, quod ea emanaverit pro erectione Cathedralis in una potius Civitate, quam altera ejuſdem Provinciæ, ſeu Ducatus, ad Text. *in cap. in cauſis de ſentent. & re judic.* Rota coram Priol. *deciſ.* 101. *num. 6. & in Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis* 1704. §. *Quæ quidem*, coram clar. mem. Cardin. Scotto, *& in Hiſpalen. ſeu Granaten. Pecunaria* 23. *Aprilis* 1708. §. *Nec quidquam*, coram Reverendiſſimo Aldrovando.

Si enim congruum exiſtimavit Sacr. Congregatio, quod erectio fieret in Civitate Nanceiana, ubi in ordine ad præjudicium animarum non concurrebant circumſtantiæ, quæ infra verificantur in Territorio S. Deodati, & aliarum illi adjacentium Abbatiarum, ubi magis propria, & vere neceſſaria eſt collocatio Cathedræ, jam inde reſultat cauſam decernendi erectionem in dicta Civitate aliam non fuiſſe, niſi providendi de Epiſcopo proprio Re-
7 gium dominium unius Provinciæ uſque tunc dehonoratum, incongrua, & indecenti carentia Epiſcopalis dignitatis, juxta ea, quæ notarunt Gloſſ. *in leg. quamvis §. Curavit in fin. Cod. de fideicom.* Panormit. *conſ.* 75. *num. 3. libr.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 463. *num.* 2. Gratian. *diſceptat.* 40. *num.* 16. & 17. Surd. *deciſ. 9. num. 1. & deciſ.* 192. *num.* 15. Rota *deciſ. 85. num. 8. part. 19. recent. & in Novarien. Interventus in Pontificalibus* 27. *Junii* 1704. §. *His autem*, coram bon. mem. Ornanna.

Et licet judicatum Sacr. Congregationis non fuerit poſtea executioni demandatum, exinde tamen ejus canonizatio, & virtus non periit, ſed illæſa remanſit, ad effectum de quo quæritur, dum ineffectuatio proceſſit non ab illius inſubſiſtentia, vel dubietate congruitatis, ſed ab expulſione Sereniſſi-
8 morum Ducum de ſuo Dominio ex bellis, & invaſionibus notoriis, & continuatis turbulentiis uſque ad hodierna tempora, ex quibus ipſi alias cogitationes aſſumere coacti ſunt, nec potuerunt effectuare decretam Epiſcopatus erectionem: & propterea hoc caſu ratione impedimenti actus in ſua virtute conſiderari debet pro effectuato, per Textum *in leg. 2. §. quod diximus ff. ſi quis caution.* diſerunt Bald. *conſ.* 57. *numer. 4. libr.* 4. Gratian. *diſceptat.* 929. *num.* 2. Rot. *deciſ.* 412. *num. 10. & ſeq. part. 18. recent. & in Tuden. Parochialis de Bertuzzido* 29. *Junii* 1701. §. *Recenſita*, coram clar. memor. Card. Scotto.

Secunda cauſa, quæ tangit medullas publicæ neceſſitatis, verſatur in immenſo, & intolerabili præjudicio animarum, & populorum; Cum enim Territorium S. Deodati una cum aliis, in quibus fieri poſtulatur erectio Cathedralis, ſeſe extendat ad longum ſpatium *centum triginta* milliarium in circuitum, ac contineat intra ſe ingentem numerum *triginta millium* Incolarum, Parochias *quadraginta*, Pagos, ac Villas *trecentum treſdecim*. Hoc immenſum ovile non recognoſcit faciem alicujus proximi Paſtoris, qui in ſpiritualibus præſto eſſe poſſit; nam ſuppoſito, quod in Territorio S. Deodati magnus Præpoſitus ſtet loco Ordinarii cum exercitio Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis, & ſic etiam Abbates Stivagien. Senonen. & Mediani; iſti tamen Prælati inferiores non habent poteſtatem in omnibus iis, quæ ſunt Conſecrationis, & Ordinis; unde populi tenentur neceſſario recurrere ad viciniores Epiſcopos pro Dimiſſoriis, Ordinibus, Sacramento Confirmationis, & aliis, quæ reſpiciunt conſecrationem; Iſti autem Epiſcopi ſunt extra Ducatum, ejuſque Provinciam: nam ab Eccleſia S. Deodati Epiſcopus Tullen. diſtat longo ſpatio *ſexaginta* milliarium, Baſileen. *quadraginta*, Argentinen. *triginta octo*, hinc propterea miſeris populis redditur difficillimum pro his ſpiritualibus aſſumere nedum longum, ſed laborioſum iter propter loca montuoſa, & præſertim tempore hyemali, ac pluribus anni menſibus gelu, ac nivibus ſepulta: ac etiam, quia propter bella, & ſtationes militares, quæ non raro mihi occurrunt, impervium, & impracticabile eſt iter; in his autem circumſtantiis cla- 9
mat cauſa publicæ utilitatis, ſeu neceſſitatis, quæ ſcripta reperitur in Jure ad effectum deveniendi ad erectionem novæ Cathedralis in hujuſmodi locis intermediis talem habentibus diſtantiam, ut durum, & difficile ſit populis ad circumſtantem Epiſcopum in ſpiritualibus habere recurſum, ut in puncto eſt Text. *in d. Extra.* Salvator *de præb. inter commun.* ibi -- *Quodque durum ſit, atque difficile per talem latam diffuſam Diœceſim ad unum tantum a Perſonis Eccleſiaſticis, & mundanis haberi recurſum* -- & proſequuntur inhærendo huic *extravaganti* Rebuff. *in prax. tit. de erect. Eccleſ. in Cathedr. num.* 3. Mattha *in concordat. German. nu.* 216. Cardin. de Luc. *de præmin. diſc. 6. num. 2. & diſc. 50. num.* 2.

Hæc enim materia erectionis novæ Cathedralis fraternizat cum illa erectionis novæ Parochialis, cui ſemper eſt locus, quoties ob Parochiam late 10
diffuſam magnum incommodum, & difficultas oritur Parochianis accedendi ad Eccleſiam Matricem pro Sacramentis ſuſcipiendis, juxta litteram Textus *in cap. Ad audientiam de Eccleſ. ædific.* ubi Faguan. *num.* 23. ibi -- *In effectum unicam eſſe cauſam erigendi novam Parochiam, videlicet difficultatem accedendi ad Eccleſiam Matricem pro Sacramentis percipiendis &c. nam aliæ cauſæ, videlicet diſtantia loci, flumina intermedia &c. in tantum juſtificant erectionem, & in quantum pariunt difficultates hujuſmodi* -- Lotter. *de re Benefic. libr. 1. quæſt.* 18. *num.* 24. 26. & 27. Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap. 6. num.* 93. *verſ. Sed ea dumtaxat*, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 68. num.* 1. Rota *deciſ.* 484. *num. 2. & 3. part. 1. & deciſ* 288. *num. 2. part. 2. & deciſ. 68. num. 8. part. 7. & recent. & deciſ.* 59. *num.* 2. coram Martin. Andr. *& deciſ.* 504. *num.* 8. coram Gregor. *& in Aretina jurium Parochialium ſuper bono jure* 15. *Januarii* 1705. §. *Cæterum*, coram bon. memor. Antaldo. Unde hæc diſtantia, & difficultas longi itineris ſemper exiſtimata fuit ſufficiens ad hujuſmodi novas Eccleſias erigendas propter periculum malorum eventuum in ſpiritualibus, quorum ſola poſſibilitas attenditur,

cum

11 cum expectandum non ſit ſcandala prius evenire, ſed potius illis eſſe occurrendum, & obviandum, tradiderunt Fagnan. *in dicto capit. ad audientiam n. 17. de Eccleſ. ædific.* Garz. *de Benefic. part. 12. cap. 4. numer. 9. & ſeqq.* Pax Jordan. *tom. 2. Lucubr. libr. 10. titul. 31. numer. 6.* Monacell. *in formul. tom. 1. titul. 2. form. 3. numer. 3.* Pignatell. *conſult. ultim. numer. 10. tom. 4.*

Et in terminis terminantibus probat Textum *in Canon. debere diſtinct.* 80. ubi prohibitum reperitur,
12 Sedes Epiſcoporum eſſe inter ſe longo intervallo disjunctas, ibi = *Sedes autem Epiſcoporum non longo intervallo debent disjungi, & in Canon. Fraternitatem eadem diſt.* 80. *ubi* Gloſſ. *in verbo longo intervallo* = punctaliſſime firmat, quod propter longum intervallum diſtantium Epiſcoporum, debet in locis intermediis novus Epiſcopatus erigi, ibi = *Dicunt quidam longo, ut viginti milliarium, melius hoc relinquitur arbitrio boni viri, unde ſi multum diſtant Civitates illæ inter ſe* IN LOCIS INTERMEDIIS DEBET PONI EPISCOPUS = præſertim vero in caſu iſto, ubi propter diſtantiam circumadjacentium Epiſcoporum extra Ducatum in Gallia, & Germania exiſtentium periculum ſcandalorum non fuerit in ſola poſſibilitate, ſed devenit ad actum, quia propter augmentum populi in diem excreſcentis ab anno 1682. uſque in præſens ſpatio 40. circiter annorum nunquam populis adminiſtratum extitit Confirmationis Sacramentum, cum maximo animarum præjudicio, dum ſine illo moriuntur, ſicut pariter per tantum tempus privati remanent Eccleſiarum conſecratione, aliiſque conſimilibus, quæ ſunt ordinis, & characteris Epiſcopalis; dum itaque proponitur ſcandalum ante
13 oculos, & periculum facti permanentis in præjudicium animarum, non eſt amplius dubitandum ſuper remedio per Sacr. Canones demandato deveniendi ad conſtitutionem proprii Epiſcopi, & Paſtoris per novæ Cathedræ erectionem, ne in Eccleſia Dei perire gregem ſpiritualibus deſtitutum permittamus, ut probat Divus Gregorius *in Canon. qualiter 6. quæſt. 1.* ibi = *Quia cunctarum Eccleſiarum injuncta cura ſollicitudinis nos conſtringit, ne diutius gregi Fidelium deſit Paſtoralis Cura = & in ſeq. Canon. quamvis*, ibi = *ne ergo &c. Grex, quod abſit, Inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Eccleſia ipſius utilitate depereant, tanta nos neceſſe eſt proviſione tractare = & in* Canon. *Præcipimus 16. quæſt. 1.* Pignatell. *conſult.* 230. *numer. 5. tom. 4.* Fagnan. *in d. cap. Ad audientiam numer. 5. de Eccl. ædific.* & ſæpius judicavit Sac. Congr. Concil. *in Lunen. ſeu Sarzanen.* 28. *Febr.* 1711. *& in Frequentina, ſeu Abellinen.* 22. *Maii* 1713. de quibus Rota *in Leodien. Diſmembrationis 3. Julii* 1713. *§. finali*, cor. R. P. D. Criſpo.

Tertia Cauſa magis urgens verſatur in gravi circumſtantia, quod licet Eccleſia S. Deodati, ejuſque magnus Præpoſitus habeat juriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio ſeparato, & in hac etiam poſſeſſione exiſtant Territoria Abbatiarum Stivagien. Senonen. & Mediani; attamen non ceſſat Epiſcopus Tullen. pulſare magnum Præpoſitum litigiis controvertendo illi Territorium ſeparatum cum Juriſdictione Epiſcopali, idemque prætendit contra Territorium Abbatiarum, prout liquet ex cauſa agitata in Sacra Congregatione Concilii 24. *Auguſti* 1715. occaſione diſputandi de jure concedendi Dimiſſorias, & Teſtimoniales ſubditis magni Præpoſiti; In his autem litibus ſuper una, vel altera Juriſdictione, dum inter duos litiga-
14 tur, malum cadit in gregem ſub incerto Paſtore interim viventem, & clamat etiam publica cauſa reſecandi litigia inter Eccleſiaſticos ſemper Reipublicæ Chriſtianæ pernicioſa, quemadmodum docet Textum *in Auth. apud quos oporteat cauſas dicere §. Sed etiam accelerari lites* ibi = *Ut non minus eorum accipetur circa litis ſolicitudinem, ſed velociter liberati ſacris operibus obſecundent* = & probant Urceol. *de tranſact. in præfat. numer.* 22. & paſſim reſpondit Rota *in deciſ. 33. numer. 2.* coram Priolo *deciſ. 305. numer. 1. part. 18. rec.* & optime in *Neapolitana Proceſſionis* 22. *Junii* 1707. *§. final.* cor. Ornanna.

Dum itaque agitur de Territorio ſeparato, ubi deducta fuit in controverſiam magni Præpoſiti quaſi Epiſcopalis Juriſdictio propter oppoſitionem Epiſcopi Tullen. hæc Cauſa litis eſt una ex illis, quæ ſufficiens exiſtimata ſemper fuit ad effectum erigendi in Cathedralem illam Eccleſiam, quæ re- 15
peritur in ſtatu *Nullius* ad tollendas lites, & ſcandala inter Prælatos confluentia in perniciem animarum ſubditarum, ut in puncto teſtatur Card. de Luc. *de præeminen. diſc. 50. numer.* 11. ibi = *Prout etiam tam citra, quam ultra montes magna conſtituenda videtur differentia inter illas novas erectiones, quæ fiant in locis Nullius, & Territorii ſeparati ſub Prælato inferiori, ſive in illis, in quibus ratione exemptionis, & contraria poſſeſſionis Prælati inferioris Epiſcopi poſſeſſio non ſit pacifica, adque jurgea, & ſcandala producat, juxta tot caſus recenſitos ſupra ſub titulo de juriſdictione, & caſum, in quo agatur de Diſmembratione partis Diœceſis pacifice per Epiſcopum poſſeſſa, dum primo caſu generaliter expediret ad tot lites, & jurgia reſecanda, totque ſcandala, & inconvenientia tollenda, vel hujuſmodi Eccleſias in Cathedrales erigere, eiſque Epiſcopos præficere, quando qualitas locorum, & congrua proviſio id exigeret* = quod, & repetit *annot.* ad Concil. Trident. *diſc. 16. numer. 7.* & propter hanc cauſam conſuevit Sacra Congregatio devenire ad erectionem in Cathedralem, ut non ſemel judicatum extitit, & ſignanter de anno 1653. hac de cauſa Eccleſiam Collegiatam Oppi Prati in Cathedralem cenſuit eſſe erigendam, ut inde lites jam motæ, & adhuc pendentes cum Epiſcopo Piſtorienſi penitus ſubmoverentur, ut patet ex Decreto Sacræ Congr. 21. *Julii* 1653.

Quarta Cauſa naſcitur ex altera conſideratione, quod etiam in locis *Nullius Diœceſis*, in quibus Abbates, ſeu Præpoſiti Sæculares habent Juriſdictionem Epiſcopalem Concil. Trid. *ſeſſ. 24. capit. 9. de reformat.* diſpoſuit, ut, non obſtantibus Privile- 16
giis, & Conſuetudinibus immemorabilibus, Epiſcopus vicinior viſitare deberet perſonas, & loca *Nullius*, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, & tradunt Fagnan. *in capit. grave numer. 22. de offic. ordin. & in capit. nullus numer. 29. de Preben.* Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat. 74. numer.* 27. Ventrigl. *in prax. part. 2. annotatio 24. §. 1. numero 9.* Pignatell. *conſult. 8. numero 63. & 66. in fin. tom. 7.* Rota *deciſion.* 396. *numer. 1. part. 1. rec.* In caſu autem iſto talis viſitatio nunquam ab immemorabili expleta fuit, aut expleri poterit in æternum cum intolerabili, & immenſo præjudicio animarum; quia nempe primo loco incertum eſt, qualis ex circumadjacentibus Epiſcopis ſit vicinior inter Baſileen. Argentinen. & Tullen. nam Sacr. Congregatio Concilii in ſæpius memorata lite 24. *Auguſti* 1715. contra Epiſcopum Tullen. reſcripſit = *Dilata, & coadjuventur probationes* = in ordine ad ejus prætenſam viciniotitatem: & propterea hæc Territoria manſerunt ſemper, manent, & manebunt in æternum ſine Epiſcopo Viſitatore ad formam Concilii delegato pro ſalute animarum, & corrigendis exceſſibus, & illis actibus, in quibus, vel non extenditur Juriſdictio Prælatorum Inferiorum, vel de illis Sacr. Concilium non confidit, itaut verificetur, quod 17
Infeliciſſimus populus, ultra ea, quæ ſunt Ordinis, & Conſecrationis, careat proprio Paſtore, etiam quoad ſpiritualem viſitationem, quæ eſt primaria cura animarum, teſte Lotter. *de re Benefic. libr. 1. quæſt. 25. num. 26.* Rot. *in Burgen. Juriſdictionis ſuper Commiſſione Curæ 26. Junii 1715. §. Quod*, & confirmata coram Reverendiſſimo Patri Domino Criſpo, *& in Burgen. juris viſitandi de Bribieſca 27. Januarii 1715. §. Itaque interpretatio*, coram bon. mem. Cerro,

Quinta Cauſa præcedentibus cohærens eſt, quod ſuppoſito etiam Epiſcopum Tullen. eſſe viciniorem, adhuc ipſe nunquam viſitavit, nec viſitare potuit Territoria ſeparata, quam circumſtantiam concludentem etiam ad neceſſitatem erigendi Cathedralem conſiderat in puncto Cardin. de Luc. *de praem. diſc.* 50. *numer.* 6. idque propter impoſſibilitatem, quæ conſiſtit ab immenſa amplitudine ſuæ Diœceſis, cui (ſubducto etiam Territorio S. Deodati, & finitimarum Abbatiarum in Cathedralem noviter erigendo) remanent pluſquam 1700. Parochiæ cum infinito numero Animarum, ut deponunt teſtes exhibiti in hac Sacra Congregatione ſuper ultimo ſtatu Eccleſiæ Tullen., occaſione confirmationis moderni ejus Epiſcopi, cujus etiam accedit confeſſio, dum anno 1715. in ejus Edicto publice emanato propalavit excuſationes ſuas circa omiſſam Viſitationem Diœceſis propriæ allegando, & fundando excuſationes ſuas in vaſtitate Diœceſis, & magno numero Parochiarum, quibus viſitandis declaravit unum Epiſcopum eſſe inſufficientem; dum itaque Epiſcopus Tullenſis declaravit ſe imparem Viſitationi vaſtiſſimæ Diœceſis, & immenſi numeri Parochianorum in promptu eſt cauſa deſiderata per Sacros Canones, ob quam deveniendum neceſſario eſt ad erectionem novi Epiſcopatus; dum ſi Epiſcopus Tullen. impar eſt gubernio Animarum ſuæ Diœceſis, eo magis impar, & inſufficiens erit pro alio etiam ingenti numero 30. mil. Animarum conſiſtente in Territorio Sancti Deodati, & Abbatiarum, quando ipſe dici poſſet, prout hactenus non probavit, Epiſcopus vicinior habens jus
18 viſitandi jure delegato, & multo minus ſi quemadmodum prætendit, vellet ſe allegare Ordinarium in excluſionem Territorii ſeparati, ut de confeſſione Epiſcopi, quod ſuperet omne genus probationis in hac materia juriſdictionali, ſæpe firmatum fuit apud Rotam *dec.* 274. *num.* 4. *part.* 17. *rec.* & *in Marſicen. ſeu Nullius juriſdictionis* 7. *Junii* 1700. cor. bo. mem. Muto *impreſſa apud D. Jacob. de Comit. dec. Florent.* 33. §. 3. *num.* 52. & *in Nullius, ſeu Caputaquen. juriſdictionis* 21. *Februarii* 1710. §. *Verum enim vero*, & *in Caven. juriſdictionis ſuper Territorio ſeparato* 13. *Junii* 1710. §. *Et omiſſis*, cor. Eminentiſſimo Falconerio.

Sextam Cauſam ſubminiſtrat in circumſtantiis ſupra relatis circumdarium Acatholicorum, in cujus confinio conſiſtunt Animæ hujus Territorii, in quo nova Cathedralis eſt erigenda; nam in confinio Territorii S. Deodati, ſeu Vallis Galilææ, ex parte Alſatiæ invaluit, & viget a longo tempore hæreſis Lutherana, Calviniana, & Anabaptiſtica, ſicut etiam in confinio Territorii Abbatiæ Senonen., tam in Banno nuncupat. *de la Rocch* ex parte Alſatiæ, quam in Valle *de Munſter* Diœceſis Baſileen. ubi Acatholici adeo ſunt infenſi orthodoxæ Religionis ſectatoribus, ut eos inibi exiſtentes ſine intermiſſione perſequantur, ac inceſſanti moleſtia, & importunitate ad eorum errores attrahere conentur; ſi enim abſque hoſtibus, & inſidiatoribus Animæ ſemper indigent Paſtore proprio,
19 & proximo, ac parato, cujus faciem videant, alias ejus defectus dat cauſam erectioni novi Epiſcopatus, ut docet Textum *in allegata Extravag. Salvator. de Præbend.* ibi = *Unus Paſtor ſingulorum vultus inſpicere nequeat, aliaſque partes boni Paſtores implere* = ubi Corraſ. *in pragmat. ſanction. in prohem.* §. *Nam Eccleſiarum verſic. vultus* inquit = *idem eſt vultum inſpicere, & vultus curare* =, & ſic poſtea concludit = *non ergo curabuntur vulnera pecoris, quando Paſtor propter nimiam locorum diſtantiam vultum ipſius non aſpiciet* = *Clem. dudum* §. *Numerus ubi Gloſſ. verb. exigit de Sepult. Gloſſ. in cap. Inferior. verb. Cathedr. de major. & obed.* Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 3. *numer.* 7. & 8. & pluribus relatis Franceſ. *de Eccleſ. Cathedral. dict. cap.* 6. *numer.* 53. 54. & *ſeqq.* Matt. *de cauſ. Conſiſt. quæſt.* 10. *numer.* 10. Rot. *dec.* 328. *n.* 3. coram Seraph.

Quid ſane dicendum, quando, ut in caſu iſto, Animæ, & Populi in proximo periculo exiſtunt, quia reperitur ovile certo Paſtore deſtitutum in medio luporum, quales ſunt Acatholici aliud non 20
quærentes, quam trahere in partem ſuam orthodoxæ fidei ſectatores, quibus propterea conſulendum eſt, ut conſerventur in ſinceritate Fidei, in qua reperiuntur; & ad evitandum periculum eorum prævaricationis, ut oſtendit Clem. Romanus Pontifex *Epiſt.* 1. ad Jacobum, quam latinitate donavit Rufin. & pariter Div. Greg. Liparitanæ Eccleſiæ quanto citius providendum Maximiano Syracuſano mandavit *Epiſt.* 25. *numer.* 1. *indict.* 10. = ea ratione quia = *locis inimicis Eccleſia conſtituta Paſtoris vacare non debet officio* = & infra = *Quia autem quoſdam illic Paganos remanere cognovimus, & ferino degentes modo Dei cultum penitus ignorare, hortamur fraternitatem veſtram, ut illic ſecundum priſtinum modum feſtinet ordinare Antiſtitem, talem videlicet, qui ad hoc opus moribus, ac verbo exiſtat idoneus, & obſervantes ad Gregem Dominicum Paſtorali ſtudeat emulatione dedocere* = & advertunt Gonzal. *in capit.* 2. *numer.* 4. *de privil.* Solorzan. *de jur. Indiar. d. libr.* 3. *capit.* 5. *numer.* 33. & Hallier. *de Epiſcop. neceſſ. libr.* 2. *articul.* 3. & 4. hinc bene dicebat S. Leo Papa in *Canon. Illud ſane* 24. *quæſt.* 3. quod fruſtra contra hæreticos inſurgimus, ſi primo noſtris Chriſtifidelibus contra illorum venenum non providemus ibi = *Nam ſuperfluo extra Eccleſiam poſitis reſiſtimus ſi ab his, qui intus ſunt, in iis, quos decipiunt, vulneramus.*

Hæ ſunt omnes cauſæ undequaque clamantes pro novi Epiſcopatus erectione, & omnes, quæ tangunt medullas publicæ neceſſitatis Animarum, & Populorum, ſed non deſunt etiam aliæ cauſæ publicæ utilitatis, prout hæc diſtinguitur ſtricto modo ab illa neceſſitatis; nam ſi Cathedralis erigatur præter utilitatem reſultantem propter aſſiſtentiam in omnibus ſpiritualibus proprii Paſtoris, inſurgit ſtatim alia utilitas obligationis magni Decani Sancti Deodati conſtruendi in eadem nova Diœceſi propriis ſumptibus Seminarium, prout in tali eventu ipſe Decanus ſeſe obligavit. Quæ quidem oblatio, & obligatio de proprio ipſius Decani non eſt perdenda, tanquam Eccleſiæ utilis, ut ad iſtum effectum ponderat Text. *in cap. ad audientiam* 3. *de Eccleſ. ædific.* Quam autem ingentem Eccleſiæ afferat 21
utilitatem hujuſmodi Seminarii inſtitutum, ſatis aperte declaravit Sacrum Concil. Tridentinum *capit.* 26. *ſeſſ.* 23. *de reform.* & tradunt Fuſcus *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 8. Zerol. *in prax. Epiſc. par.* 1. *verb. Seminarium*, Barboſ. *de Offic. & poteſt Epiſc. part.* 3. *allegat.* 74. *nu.* 1. Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 18. *num.* 304. & *ſeqq.* Rot. *dec.* 65. *numer.* 4. poſt Tamburin. *de jur. Abbat. & deciſion.* 69. *numer.* 26. coram Martin. Andr.

Accedit alia non minor utilitas, quæ ex hujuſmodi erectione ſubſequitur; Cum enim Territorio Sancti Deodati ſint annectenda alia tria parva Territoria *Abbatiarum Stivagien. Senonen.*, & *Mediani Nullius Diœceſis*, hinc ex duplici capite maxima inſurgit Eccleſiæ utilitas, ſive quia hoc modo tollitur quoddam abſurdum parvarum Cathedralium, ſeu Diœceſum conſideratum in hujuſmodi Territoriis ſeparatis, prout quod hujuſmodi anguſtæ Cathedrales, & parvi redditus ſint ad invicem uniendæ, diſpoſuit Sac. Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *capit.* 13. *de Reform.*, ſive etiam quia hæc 22
ipſa unio aliorum trium Territoriorum ſeparatorum, quæ ſupprimuntur, & Cathedrali adjiciuntur, dicitur Eccleſiæ favorabilis, dum ita faciunt redditum ad ſuam primævam naturam, & ſic Populi revertuntur ad proprii Epiſcopi poteſtatem, & juriſdictionem, revocatis quibuſcunque exemptionibus, & privilegiis, ita ut faciendum eſſe admonuit Cardin. de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſcur.* 1. *numer.* 90. & *de juriſdiction. diſcur.* 97. *numer.* 8. & patet ex *Canon. nulla ratione diſc.* 93. *ubi* Gloſſ. *in verb. Tales*, & *Canon. Abbatibus* 18. *quæſt.* 2.

Lotter.

Lotter. *de re beneſic. libr. 1. quæſt. 23. numero 65.* Rot. *in Nullius, ſeu Falden. Juriſdictionis 1. Julii* 1708. §. *Quodque alias*, coram bon. memor. Anſaldo.

Quibus omnibus adſtipulantur inſignia merita Regiæ Domus Sereniſſimorum Ducum de Lorbaſingia pro Fide Catholica acerrimorum, & ſtrenuorum Propugnatorum, de quo recentem memoriam præſtitit Perſona immortalis mem. Caroli V. Ducis ſupplicantis digniſſimi Patris, qui Turcarum exercitum debellavit, & Chriſtianum Imperium defendit ſanguine & armis adverſus illorum invaſionem apud Viennam; nam notum eſt, quod
23 Sedes Apoſtolica ſemper gratam, & benignam ſe præſtitit erga benemeritos de fide Catholica, & maxime Supremos Principes, quos prærogativa gratiæ convenit anteferri, ut inquit Text. *in cap. hac conſtitutione de offic. deleg. in 6.* ibi = *Prerogativa gratia ipſos convenit anteferri*, & late Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 4. numero 192. cum quatuor ſeqq.* & in puncto Cardin. de Luc. *de præemin. diſcurſ. 6. num. 14.* Neque de cætero noviſſima deſunt exempla in ſubjecta materia indulgendi erectionem novæ Cathedræ; nam recens exemplum præbuit ſan. mem. Clemens XI. qui ad ſupplicationem, & intuitu meritorum Sereniſſimi Regis Portugaliæ Civitatem Ulyſſiponenſem diviſit in duas Cathedras, creando novam Eccleſiam Patriar-
24 chalem Occidentalem juxta ejus Bullam *ſub Datum 8. Idus Novembris* 1717. in cujus proœmio exprimitur motivum conceſſionis, ibi = *Paſtoralis Officii noſtri partes circa ea libenter interponimus, per qua Orthodoxis Regibus, aliiſque in Apoſtolica Sede, & Catholica Religione optime meritis Principibus illuſtria grati animi noſtri argumenta exhibere poſſimus, illoſque præ cæteris, qui validis ſubſidiis communem Chriſtianæ Reipublicæ cauſam adverſus teterrimos illius hoſtes adjuvare ſatagunt præcipue, ac vero ſingularibus Pontificiæ largitatis gratiis proſequamur.*

Ad iſtorum omnium pleniorem juſtificationem accedunt conſenſus fere univerſales omnium intereſſe habere prætendentium, qui publicam utilitatem, & neceſſitatem erectionis hujus novi Epiſcopatus agnoverunt, excepto Epiſcopo Tullen. ſuper cujus diſſenſu irrationabili ſuo loco inferius ſermo habetur: & ſignanter notabilis eſt conſenſus Eminentiſſ. Cardinalis de Rohan Epiſcopi Argentinen. & viciniotis Eccleſiæ Sancti Deodati, præter alium conſenſum Reverendiſſimi Epiſcopi Baſileen. = qui ſane conſenſus, & declaratio duorum
25 Epiſcoporum viciniorum ſignanter Cardinalis de Rohan pietate, & meritis qualificatiſſimi, plurimum confert ad declarandum quantum veræ ſint cauſæ publicæ utilitatis, ob quas novi Epiſcopatus erectio poſtulatur ad Text. *in Can. Nobiliſſimus diſt. 97.* Gloſſ. *in cap. Cum dilectus in verb. Hodie autem de accuſat. & in cap. Sicut nobis in verb. Alio modo de ſentent. excomm.* Gabr. *commun. concluſ. tit. de probat. concluſ. 1. numer. 1. cum ſeq.* Farinacc. *de Teſtib. quæſt. 58. numero 55. & 73.* Rota *deciſion. 339. numer. 1. & deciſ. 656. numero nono par. 2. recentior.* & coram Bich. *deciſion. 316. numero 4.* pariterque declarat irrationabilitatem diſſenſus Epiſcopi Tullenſis unici Contradictoris, quia Metropolitanus Treviren. non contradicit, niſi circa modum ſubjectionis novi Epiſcopatus Sedi Apoſtolicæ, ſuper quo etiam infra ſermo habetur, ut in propoſito tradunt Gratian. *diſceptat. 677. numer 53.* Rot. *Januen. deciſ. 1. numer. 1.* Contius *diſceptat. 44. numer. 12.* Rot. *deciſ. 99. numer. 40.* poſt Merlin. *de pignor. & deciſion. 1277. num. 2.* coram Emerix jun.

His propterea cauſis apertiſſime concurrentibus, dubitari non poteſt, quominus eſſe debeat locus erectioni novi Epiſcopatus, dum his paucioribus, & minoribus cauſis concurrentibus, mos ſemper
26 fuit Apoſtolicæ Sedis hujuſmodi diviſione, ac reſpective novas erectiones decernere, ut patet de Diœceſi *Toloſana*, quæ a Joanne XXII. eiſdem cauſis, & rationibus fuit in quatuor alias Cathedrales diviſa, & legitur in ſæpe dicta Extravag. Salvator *de Prabend.* & de Diœceſi Mechlinien. per Paulum IV. in Belgio diviſa in undecim Epiſcopatus teſtantur Mondoſ. *in tractat. de ſignat. grat. §. Erectio*, Franceſc. *de Eccleſ. Cathedr. cap. 6. n. 62.* quod & frequentius ſervatum fuiſſe in Italia in novis erectionibus etiam moderno tempore ſecutis novarum Cathedralium ſcilicet *Ripana* ſub S. Pio V. *Montis Alti*, *Sanct. Severini*, & *Tolentini* ſub Sixto V. *Urbanien.* ſub Urbano VIII. cum aliis exemplis ab ipſo relatis teſtatur, ac proſequitur Card. de Luc. *de præem. diſc. 6. num. 3.* addito noviſſimo exemplo *Diœceſis Cracovienſis*, quæ diviſa extitit ſub ſan. mem. Innocentio XII. ac erecta *Cathedralis Bleſenſis*, quemadmodum teſtantur Acta Conſiſtorialia ad annum 1696.

ART. II.

Circa qualitatem Eccleſiæ, & Loci S. Deodati, necnon Territorium ei aſſignandum.

PRobata neceſſitate, utilitate, & congruitate erigendi novam Cathedram in Eccleſia S. Deodati, quamvis probare aliud neceſſarium non eſſet, cum tali caſu etiam in civilibus, & parvis locis erigi ſoleat Cathedralis prævia erectione loci in Civitatem, ut de quatuor villis fecit Joannes XXII. *in* 27
Extravag. Salvator §. *Volentes de Prabend.* & de ſtylo Sedis Apoſtolicæ erigendi in Civitatem locum illum, qui talis non eſt, & ubi collocanda eſt Cathedralis, teſtatur Fagnan. *in cap. Epiſcopalia numero 15. de Privil.* Barboſ. *in Can. in Illis num. 7. diſtinct. 80.* adhuc in præſenti probatur inſignitas Eccleſiæ, & Loci S. Deodati, ad effectum ſatisfa-
ciendi Sacr. Canonibus, ut non vileſcat Dignitas 28
Epiſcopalis in loco, ubi de novo erigitur, juxta Text. *in Can. Præcipimus 16. quæſt. 1.* ibi = *Pia tamen contemplatione, ut non vileſcat Dignitas Epiſcopalis* = & *in Can. Epiſcopi diſtinct. 80.* ibi = *Ne vileſcat nomen Epiſcopi* = Cardin. de Luca *de præemin. diſc. 6. ſub n. 2. & diſc. 50. ſub n. 2.* Solorzan. *de jur. Ind. lib. 3. cap. 5. num. 33.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 4. n. 13.* Lotter. *de re Beneſic. libr. 1. quæſt. 11. n. 34.*

Et ſane Eccleſia S. Deodati circa ejus materialia eſt undique inſignis, & conſpicua, tanquam ornata tribus Navibus, ſeptem Capellis, 17. Alta-
ribus cum duabus Turribus campanariis, & octo 29
campanis, habet Chorum cum quinquaginta Stallis pro tribus Dignitatibus 21. Canonicis, & cæteris Præbendatis, & Cappellanis, accedente maximo Organo, & reddito pro Muſica, Sacriſtia, & Cœmeterio; Palatium vero Præpoſituræ ſufficientiſſimum eſt pro reſidentia Epiſcopi, dum illud erat Sereniſſimi Ducis Caroli IV., qui dono illud dedit magnæ Præpoſituræ, eſt etiam inſignis Eccleſia propter Dignitatem magni Præpoſiti, qui ſtat loco Epiſcopi exercendo juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato, itaut de inſignitate, & conſpicuitate Eccleſiæ, cui congruat Cathedra Epiſcopalis, dubitari non valeat, ex traditis per Cardin. de Luca *de Præmin. diſc. 6. num. 10.* Rota *deciſ. 29. num. 5. part. 2. diverſ. & deciſ. 258. num. 6. part. 8. recent.* Panimoll. *deciſ. 99. annot. 1. num. 25.* Rota *in Lauretana Præeminentiarum 28. Junii 1700. §. Multoque minus*, coram bon. mem. Molines, & *in Tranen. Præeminentiarum ſuper Reſervatis 3. Junii 1715. §. Populative cum ſeqq.* coram clar. mem. Cardinali Scotto.

Locus etiam S. Deodati *eſt Civitas*, licet appelletur *Oppidum*; Neque eſt novum, quod Oppidi appellatione nuncupetur Civitas, cum iſta dicatur ubi mœnibus cincta reperitur cum gubernio
Magiſtratus, & aliis Civitati congruentibus, & in 30
caſu concurrentibus prærogativis, ut probat Barboſ. *in Canon. In illis diſtinc. 80. ſub. ſub numer. 7. circa fin. §. Non obſtat*, ibi = *Nomen Oppidi*,

quod

quod dicitur ab oppoſitione murorum, quibus eſt cinctum &c. indifferenter ponitur pro Urbe &c. Cicero pro Poſthum. celeberrimum Oppidum Neapolis, & alibi plures Civitates hoc eodem vocabulo appellat = prout Oppidum S. Deodati mœnibus cinctum reperitur, ſitum in amena Valle, quod una cum Territoriis Abbatiarum ſe extendit ad centum triginta milliaria, continendo Incolas triginta millia, Parochias quadraginta, cum innumeris Pagis, ac Villis, habet plures Feudorum Poſſeſſores, Equites, Doctores, Mercatores, Religioſos, eſt Emporium, & Caput Vallis Galilææ, & inſignis Collegiatæ magnam Præpoſituram non ſemel Sereniſſimi Principes Lotharingiæ obtinuerunt, habet Curiam, & Tribunal Eccleſiaſticum, & Laicum, cognoſcendo omnes cauſas Civiles; & Eccleſiaſticas cum ſuis Officialibus, & Vicariis, habet denique Nobilem Magiſtratum Sæcularem; Quibus ſane concurrentibus, non poteſt eſſe Eccleſia, & Locus magis aptus, magiſque decens novæ Cathedræ collocandæ, habito præſertim reſpectu ad neceſſitatem Populi Territorialis ab Epiſcopis circumadjacentibus adeo remoti, ad Text. *in Can. Epiſcopalia de Privileg. & in Canon. Epiſcopi, & in Can. Non debere, & Canon. Fraternitatem diſtinct.* 80. Barboſ. *in cap. In illis numero ſeptimo diſt.*80. Card. de Luca *de Praeminent. diſcept.6. numer.10. & diſceptat. 50. numer.7. & in annotat. ad Concil. diſceptat.16. numero ſeſto.*

Quod autem Oppidum Sanct. Deodati cum ſuo Territorio *ſit Nullius Diœceſis* ſub immediata ſubjectione Sedis Apoſtolicæ, ad evidentiam juſtificatum fuit *in Proceſſu remiſſoriali*, per duodecim Teſtes omni exceptione majores; Nam magni Præpoſiti habent Tribunal contentioſum, & cognoſcunt ab immemorabili omnes cauſas Matrimoniales, Beneficiales, Civiles, & mixtas; Nec ab eorum ſententiis, tanquam immediate ſubjectorum Sanctæ Sedi appellatur, nec fuit unquam appella-
31 tum ad aliquem Metropolitanum; Explent concurſus ad Parochiales, qui ſemper per Datariam Apoſtolicam fuerunt admiſſi; Congregant Synodos, & deputant Examinatores Synodales; Relaxant litteras Monitoriales pro relevandis rebus deperditis; Viſitant Eccleſias, & Clerum, Parochias erigunt, & diſmembrant; Et in ſumma alia omnia faciunt, quæ ſunt voluntariæ, & contentioſæ juriſdictionis, exceptis iis, quæ ſunt Ordinis; Et qualitas *Nullius* canonizata reperitur in libris Cancellariæ, & Datariæ, teſte Fagnan. *in cap. Cum contingat ſub numer.* 43. *de foro competent.* itaut ſtante Immemorabili probata cum ſuis requiſitis, de quibus Gloſſ. *in cap.1. verb. Memoria de praeſcript.* per Teſtes omni exceptione majores cum plenitudine omnium ſpecierum juriſdictionis Epiſcopalis, indubitatum remaneat, quod Eccleſia, & Territorium Sancti Deodati ſit Nullius Diœceſis, & in qualitate, & ſtatu Territorii ſeparati, ut ſæpe firmavit Rota ſignanter *in Nullius, ſeu Marſicen. Juriſdictionis 7. Junii* 1700. §. *Predictaque* coram bon. memor. Muto, *& in Nullius, ſeu Fulgen. Juriſdictionis 28. Junii* 1700. §. *Libero cum ſeqq.* coram clar. mem. Card. de la Tremoille, *& in Nullius, ſeu Caputaquen. Juriſdictionis* 21. *Februarii* 1710. §. *in hoc ſane*, coram Eminentiſſimo Falconerio, *&* 13. *Martii* 1713. §. *Verum* cor. R.P.D. Criſpo, & *in Caven. Juriſdictionis ſuper Territorio ſeparato* 13. *Junii* 1710. §. *Hiſce cum ſeq.* cor. Eminentiſſimo Falconerio.

Sic etiam ejuſdem naturæ ſunt tria Territoria trium *Abbatiarum Stivagien. Senonen. & Medianı*, quæ uniri debent Territorio Sancti Deodati ad conſtandam novam Diœceſim; Unde patet magis congruum Territorium aſſignari non poſſe novæ Cathedræ erigendæ, dum hoc modo non fit diſmembratio Diœceſis alicujus Epiſcopi circumvici-
32 ni: ſed de propria domo quæritur circa læſionem alicujus, ut tradunt Canoniſtæ *in capit. Sicut unire de exceſſ. Parlat.* juxta ſpecialem Doctrinam Card. de Luca *de Praemin. diſcurſ.* 50. *ſub numer.*11. & *in annot.* ad Concil. Trident. *diſcurſ.* 16. *numer.*4, ac etiam, quia hoc modo tolluntur ipſa parva Territoria minus commendabilia, & ubi laudabile, & fere neceſſarium eſt, ut omnia reducantur ad Cathedram Epiſcopalem de novo erigendam, ut bene advertit Card. de Luc. *in annot.* ad Concil. *diſc.* 16. *n.*7. ibi = *Ubi ſcilicet melior Eccleſiæ adminiſtratio, meliorque animarum Cura ita exigat, quoties ſcilicet de illis locis agatur, quæ cum Territorio ſeparato, quod Nullius dicitur, inferioris Prelati omnimoda, ac plenaria quaſi Epiſcopali juriſdictione ſint; id etenim pro mea experientia &c. parum commendabile videtur, ideoque quando loci qualitas, congruave proviſio ita permittant, opportunum videtur Epiſcopum ibi deputare.*

Accedunt conſenſus deſuper præſtiti per magnum Præpoſitum, ejuſque Coadjutorem, & Capitulum, necnon alii præſtiti per Abbates, & Monaſteria trium Abbatiarum, una cum altero conſenſu Magiſtratus S. Deodati; & quamvis aliqui ex conſentientibus nonnullas conditiones addiderint, attamen omnes intelliguntur, & reſpective appoſitæ fuerunt ſub arbitrio S. Sedis, & Sacræ Congrega- 33
tionis, quæ cognoſcere debebit, quales ſint admittendæ, & quales non; Illæ enim, quæ admittendæ non ſunt, habentur pro non adjectis, ſeu vitiantur, & non vitiant, ad Text. *in cap. fin. de condit. appoſit.* & tradunt Pariſ. *de reſignat. libr.* 9. *quaeſt.*17. *ſub numer.*141. *& ſeqq.* Card. de Luca *de Canon. diſcurſ.*29. *numer.*2. Rot. *deciſ.*360. *num.*15. *& dec.*362. *num.*11. *part.* 10. *recentior.* nam in materia, quæ pendet ex ſupremo arbitrio Summi Pontificis, ſatis eſt exponere illi conditiones volitas, circa quas de jure ſubauditur ſemper clauſula = *Si Papae placuerit* = Gratian. *diſcept.* 250. *numer.*26. Mangil. *de evict. quaeſt.*200. *num.* 32. Roſa *conſult.* 7. *num.*89. *verſic. Etenim*, Rocc. *diſputat. jur. cap.*91, *num.* 10.

Præſertim quia Summus Pontifex, & Sacra Congregatio requirit duorum conſenſum intereſſe habere putantium, non ut iſti poſſint ſeſe utilizare, & ut ita dicamus, facere mercimonium de propria voluntate, & conſenſu: ſed ſolum, ut deducere valeant cauſas juſtas, & rationabiles, ex quibus informare poſſint Summum Pontificem, quare non debeat novi Epiſcopatus erectio concedi; nam 34
de cætero, ſi intereſſe habentes non habent quid recte opponant contra juſtitiam cauſarum, ſed licet conditionaliter: tamen conſentiunt agnoſcendo juſtas cauſas novæ erectionis, hoc caſu Papa non indiget conſenſu, cum ſit Supremus Dominus omnium Bonorum, & Jurium quarumcunque Eccleſiarum inferiorum, & proinde ſtat in ejus arbitrio admittere conditiones conſentientium, quas ſibi admittere placuerit; & quod non requiratur iſte conſenſus, tradit Turrecrem. *in Can. Sicut* 16. *quaeſt.* 1. ibi = *Sed conſenſus Eccleſiarum uniendarum non requiritur* = Becous *in cap.*1. *de reb. Eccl. non alien. num.*39. ibi = *Sed cum juſta cauſa &c. Epiſcopus, invito Plebano, hoc facere poterit, idem dicendum, & diſtinguendum eſt in Papa, qui vellet Diœceſim, & Epiſcopatum dividere, ut poſſit, invito Epiſcopo, quando hoc cum juſta cauſa facere* = & quod cauſa juſta, ſeu publicæ utilitatis, ſeu neceſſitatis ſit illa, quæ in ſubjecta materia totum facit; qua ſtante etiam invitis intereſſe habentibus procedatur ad novarum Eccleſiarum erectionem docet Concil. Trid. *ſeſſ.*21. *cap.*4. *de reform.* ibi = *Etiam invitis Rectoribus* = ubi Barboſ. *num.* 11. *& de poteſt. Epiſcop. alleg.*67. *n.*4. Fagnan. *in cap. Ad audientiam num.*11. *de Eccleſ. ædific.* Caſtropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 23. *diſput.*6. *punct.*9. *n.*5. Amoſtaz *de cauſ. piis lib.* 5. *cap.*4. *n.*21.

ART.

A R T. III.

Circa aſſignationem Dotis.

CONſideranda eſt etiam conſpicuitas dotis, quæ
Eccleſiæ noviter erigendæ aſſignata extitit;
nam Sereniſſimus Dux primo loco confert, & ap-
plicat redditus Abbatiæ de Bouſonville de ſuo Ju-
repatronatus valoris mille ducatorum auri de Ca-
mera, una cum reddito aliorum ducatorum ſeptem-
centum ex fructibus Eccleſiæ S. Deodati, necnon
31 Prioratuum de Frovilla, & de Relangia Ordinis S.
Benedicti, quæ ſumma in totum conſtituit dotem
mille, & ſeptem centum ducatorum auri de Camera,
quæ dos non ſolum eſt congrua, ſed etiam valde
conſpicua pro quolibet magno Epiſcopatu, cujus
proinde intuitu eo magis indulgendum eſſe erectio-
ni novi Epiſcopatus, ducet Text. *in capit. Ad au-
dientiam* 3. *de Eccleſ. ædif. & in Can. Epiſcopus
verſ. Participare* 10. *quæſt.* 2. Cardin. de Luc. *de
Præeminen. diſc.* 6. *ſub num.* 9. *verſic. Et tertium*,
& diſc. 50. *num.* 8. *& in annot.* ad Concil. *diſcept.*
5. *numer.* 7. Matt. *de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 4. *num.* 7.
& ſeqq. & ſect. 16. *numer.* 41. Ferrett. *conſ.* 36. *nu-
mer.* 2. *verſ. Ampliatur*, Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr.
cap.* 4. *numer.* 13. Lotter, *de re Benefic. libr.* 1, *quæſt.*
11. *num.* 24.

Neque hic obſtans contradictiones Prioris de Re-
laogia, ejuſque Coadjutoris, necnon Abbatis de
Bouſonville, nam iſti potius aſſenſum, quam diſ-
ſenſum præſtant, & ſolum ſe reſtringunt ad eorum
indemnitatem, ſeu intereſſe, quod ſolum importat,
ut ipſi, vita eorum durante, privari non debeant
fructibus ſuorum Prioratuum; unde Sereniſſimus
Dux ſe obligavit, illorum durante, & donec om-
nes tam Priores, quam Monachi extincti fuerint
perſolvere tantundem, ſeu æquivalentem ſummam
de proprio futuris Epiſcopis S. Deodati, prout re-
36 gulariter de jure eſt, ut in Unionibus, & ſimili-
bus non fiat præjudicium Poſſeſſoribus Beneficio-
rum, vita eorum durante, ut tradit Turricell. *de
union. cap.* 9. *numer.* 44. Rot. *decíſ.* 133. *numer.* 13.
part. 2. *diverſ.* & eſt Text. apertus *in cap. Conſul-
tationibus de donat.* ibi — *Ita quod Perſona, quæ jam
dictas Eccleſias poſſident ſine ipſorum aſſenſu in vita
ſua non debeant ſpoliari* — Lotter. *de re Benefic. lib.*
1. *quæſt.* 28. *numer.* 171. Ventrigl. *in prax. part*, 2,
annot. 8. §. 2. *num.* 16.

Minus obſtat contradictio, ſeu diſſenſus Reve-
rendiſſimi Abbatis Cluniacen. qui ſeſe oppoſuit in
Partibus coram Nuncio Unioni redituum Priora-
tuum de Frovilla, & de Relaogia applicandorum
in partem dotis novæ Cathedralis; Etenim hæc op-
poſitio emanavit ſub præſuppoſito, quod Prioratus
37 ab ipſo dependeant uti Ordinis S. Benedicti, & ta-
men nullibi probatum extitit ſuppoſita hæc depen-
dentia Prioratuum ab Ordine Cluniacen. ut eſt
poſitive probanda, cum major Pars hujuſmodi Mo-
naſteriorum, ubi non probantur, ſive non ſunt
redacta in Congregationem, ſoleant vivere ſingulari-
ter de per ſe, & independenter a Capite Ordinis
Generalis, ut teſtantur Fagnan. *in cap. de Priore
ſub num.* 16. *de Appell.* Cardin. de Luc. *de Juriſ-
dict. diſcurſ.* 28. *numer.* 9. *& in Miſcellan. Eccleſ.
diſc.* 28. *&* 29. Eminentiſſimus Petra *ad Conſtit.
Apoſt. tom.* 1. *fol.* 263. *num.* 44. Rot. *in Vilnen. Ju-
riſdictionis* 1. *Junii* 1695. §. *Prædicta*, coram bon.
mem. dell'Olmo.

Sed fortius, quia ab iſtis Prioratibus ab Imme-
morabili ſublata eſt Regularitas, quia ipſi ſemper
proviſi fuerunt, & providentur per Sedem Apoſto-
licam de Perſonis non Regularibus, ſed Clericis
Sæcularibus duntaxat, itaut Abbas Cluniacenſis nec
juriſdictionem exerceat, nec redditus percipiat, nec
collationem habeat in eiſdem, & propterea extra-
38 nea redditur oppoſitio Abbatis Cluniacenſis, atten-
to ſtatu ſæculari, in quo Prioratus reperiuntur, ad
quem effectum ſufficit ſtatus ſæcularitatis per ſpa-
tium 40. annorum, ut in individuo firmavit Ro-
ta *in Mediolanen. Fructuum* 13. *Junii* 1704. §. *Pa-
rum urgente*, coram clar. mem. Card. Scotto ibi —
*Cum Prioratus fuerit ab immemorabili collatus Cleri-
cis Sæcularibus, quamvis ab initio eſſet Regularis, ta-
men illius ſtatus immutatus, ac ſæcularizatus reman-
ſit, ad quem effectum ſufficeret, quod Eccleſia per* 40.
annos fuerit in ſtatu ſæculari — per Text. *in capit.
Cum de Beneficio de Præbend. in* 6. Cardin. de Luc.
de Benefic. diſc. 63. *num.* 11. Lotter. *de re Benefic.
lib.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 45. Adden. ad Gregor. *decíſ.*
434. *numer.* 20. Garz. *de Benef. part.* 7. *cap.* 10. *nu.*
35. Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 67.
Rota *in Saliſburgen. Vicariæ ſuper bono Jure* 31. *Ja-
nuar.* 1714. §. *Si inſuper*, coram Eminentiſſimo Fal-
conerio, *&* 4. *Februarii* 1715. §. *Fortius*, coram
R. P. D. Criſpo.

Ultra quod inutile eſt quærere ſuper diſſenſu,
vel conſenſu hujus Abbatis Cluniacen. dum quan-
do agitur de juſta cauſa publicæ neceſſitatis, ſeu
utilitatis Summus Pontifex non attendit diſſenſum 39
cujuſcumque Prælati Eccleſiarum, ſed poteſt, & ſo-
let, eo etiam invito, auferre bona uni Eccleſiæ,
& dare alteri mediante unione, ſeu applicatione
reddituum, Gloſſ. *in Canon. Eccleſia* 16. *quæſt.* 1.
in verb. Ut novis verſ. Item quia, ubi Turrecrem.
num. 1. *verſ. Dare de jure alterias, & in Can. Li-
ceat Papa num.* 13. *in fin.* 12. *quæſt.* 2. *Hoſtien. in
capit. Sicut unire de exceſſ. Prælat. verſ. Ita* Butr.
numer. 6. Joan. Andr. *numer.* 1. *verſ. Item* Epiſco-
pus, Bellamer. *in Can. Per Principalem* 9. *quæſt.* 3.
numer. 77. *& ſeqq.* Murga *de Benefic. quæſt.* 2. *num.*
164. Rota *decíſ.* 1709. *num.* 11. coram Coccino,
& multo magis id procedit reſpectu extranei Præ-
lati, qui nullum jus poſſidet in Eccleſia, cujus
redditus aſſignari debent in partem dotis Cathedra-
lis noviter erigendæ.

A R T. IV.

Circa diſſenſum irrationabilem Epiſcopi Tullenſis.

CUm omnia requiſita ad effectum erigendi no-
vam Cathedralem ſuperius ad evidentiam pro-
bata noſcantur, de facili reſultat, quantum irratio-
nabilis, & omnino ſpernendus ſit diſſenſus Epiſco-
pi Tullenſis ex omni parte conſideratus, qui pro-
pterea bonum publicum impedire non debet.

Et quidem audiri non poteſt hic Epiſcopus,
quoties non agitur de diſmembranda ejus Diœceſi, 40
itaut certe auferatur illi ſua juriſdictio, & jus
ſuum: ſed agitur de nova Cathedrali erigenda in
Territorio Nullius Diœceſis, quale eſt illud S. Deo-
dati cum aliis trium Abbatiarum; hoc enim caſu,
cum in alieno Territorio nova Cathedra erigatur
ex defectu intereſſe omnino ſpernendus eſt Epi-
ſcopi Tullenſis diſſenſus, cum deficiente intereſſe,
deficiat omnis actio, & ratio contradicendi ad no-
tum Text. *in leg. Si Pupillus* §. *Videamus ff. de Ne-
got. geſt. & in leg. Quoties* §. *Item ſi temporali ff. de
Adminiſtr. Tutor.* Rot. *decíſ.* 63. *numer.* 6. coram
Catill. *& decíſ.* 21. *num.* 8. coram Bich. cum aliis
apud bon. mem. Anſaldum *decíſ.* 36. *numer.* 5. *&
decíſ.* 38. *numer.* 3. & in terminis terminantibus
firmavit Cardin. de Luc. *in adnot.* ad Concil. *diſc.*
16. *num.* 7.

Nihil obſtante, quod ſaltem eidem Epiſcopo
tanquam viciniori competat jus dandi Dimiſſorias,
& ea quæ ſunt Ordinis; nam in primis, quod ipſe
ſit vicinior, adhuc incertum eſt, & ſub Judice;
Dum in hoc puncto diſputata Cauſa in Sac. Con-
gregatione Concilii 24. *Auguſti* 1715. hæc reſcri-
pſit *dilata, & coadiuventur probationes*, contra E-
piſcopum Tullen. attributa facultate Metropolitano
Treviren. per modum proviſionis, & ſine præjudi-
cio jurium Partium concedendi Dimiſſorias, &
de facto iſte eſt Epiſcopus remotior ab Eccleſia
San. Deodati, a qua diſtat *ſpatio* 60. *milliarium*
& viciniores ſunt alii Epiſcopi, nempe Baſileen.
ſpatio 40. & Eminentiſſimus Epiſcopus Argenti-
nen.

nen. *ſpatia* 38. *milliarium* diſtant, itaut, quando
hæc viciniorítas eſt litigioſa, & dubia, hoc ſolum
41 ſufficiat ad arcendum Epiſcopum ab oppoſitione
ſua, cum nunquam quis habere dicatur jus quæſi-
tum, cui fiat præjudicium, in incertis, eventuali-
bus, & litigioſis, ut tradunt Roſ. *de execut. litter.*
part. 1. *cap.* 5. *num.* 120. Eminentiſſimus Petra *ad*
Conſtitut. Apoſtol. tom. 3. *ad Conſtitut.* 7. Innocent.
IV. *ſection.* 1. *num.* 38. *verſic. Et contrarium*, Rot.
coram Celſ. *deciſ.* 314. *num.* 12. & coram Cerro
deciſ. 196. *num.* 13. & coram Emerix jun. *dec.* 1247.
num. 4. & coram Cavaler. *deciſ.* 333. *num.* 7. &
coram Pænia *deciſ.* 1020. *num.* 14. ultra quod cum
facultas exercendi actus prædictos Epiſcopo tanquam
viciniori non competat jure proprio, ſed jure de-
legato Sedis Apoſtolicæ, ſi Papæ, qui illud conceſ-
ſit, videatur pro majori bono Eccleſiarum, & ani-
marum illud tollere, & alteri jure Ordinario per
erectionem novæ Cathedræ concedere, nullus eſt,
qui conqueri poſſit.

Minuſque oppoſitio Epiſcopi Tullen. fundari po-
teſt in prætenſione ſua, quod Territorium S. Deo-
dati cum annexis non ſit ſeparatum, & Nullius
Diœceſis, ſed exiſtat intra limites propriæ Diœ-
ceſis Tullen. recurrit enim ſuperius deducta pro-
batio Territorii ſeparati etiam ex libris Datariæ, &
Cancellariæ Apoſtolicæ, juxta allegatum teſtimo-
nium, Fagnan. *in cap. Cum contigat de Foro compet.*
idque convincitur ex lite agitata in Sacr. Congre-
gatione Concilii, ut ſupra, in qua non fuit dubi-
tatum de juriſdictione quaſi Epiſcopali magni Præ-
poſiti, & qualitate Nullius, ſed ſolum de ejus fa-
cultate concedendi Dimiſſorias, ſuper qua fuiſſet ſu-
perflua diſputatio, ſi ei defeciſſet juriſdictio Ordina-
42 ria; immo ſi Epiſcopus Tullen. ad effectum con-
cedendi Dimiſſorias, neque etiam canonizari potuit
Epiſcopus vicinior, dum fuit reſcriptum, quod coa-
djuvaret probationes, hoc penitus, & de directo ex-
cludit ipſum eſſe poſſe Epiſcopum proprium, & Or-
dinarium, cui repugnat qualitas vicinioris Epiſcopi,
& eo magis viciniorís incerti, & dubii, juxta diſ-
poſitionem Sacr. Concilii Trident. *ſeſſ.* 23 *cap.* 10.
de reform. & firmavit Rot. coram Merlin. *dec.* 600.
num. 6. *& in recent. deciſ.* 166. *num.* 19. *& dec.* 277.
numer. 18. *&* 19. *part.* 16. & coram Othobon.
deciſ. 102. *numer.* 11. & coram Benincaſ. *deciſ.* 7.
num. 11.

Verum ad repellendam ex omni parte Epiſcopi
oppoſitionem urget inevitabile dilemma, reſponſio-
nem non habens, quod nempe, aut Territorium,
in quo nova Cathedralis erigi debet, eſt vere Nul-
lius Diœceſis, aut eſt dubium, litigioſum, & diſ-
putabile, aut demum ſupponi debet, quod non ſit
Territorium Nullius, ſed Pars Diœceſis Tullenſis,
& adhuc in quocunque iſtorum caſuum ea exiſtat,
oppoſitio Epiſcopi Tullenſis remanet irrationabilis,
injuſta, & omnino ſpernenda per Summum Ponti-
ficem, & Sacr. Congregationem.

Et ſane ſi agatur de primo caſu Territorii Nul-
lius Diœceſis jam clarum eſt, quod incongrua eſt
oppoſitio, ut dictum eſt; ſi vero agatur de ſecun-
do, quamvis Epiſcopus litem ſuper Territorio, &
Dimiſſoriis alleget pro ſe, quaſi pendente lite ſibi
præjudicetur, in ſubjecta tamen materia ipſa lis
præciſe eſt illa, quæ ſubminiſtrat juſtiſſimam cau-
43 ſam deveniendi ad erectionem novi Epiſcopatus ad
tollendas controverſias, & jurgia, quæ habentur
inter Prælatos inferiores, & Epiſcopos, juxta in-
dividualem auctoritatem Cardin. de Luc. *de Præe-*
min. diſcurſ. 50. *num.* 11. allegantis iſtam cauſam,
ibi - *Expediret ad tot lites, & jurgia reſecanda,*
totque ſcandala, & inconvenientia tollenda -- *& in*
annotat. ad Concil. *diſc.* 16. *num.* 7. ibi -- *Ita quo-*
que dirimendo ſcandaloſas controverſias, quæ inter
viciniores Epiſcopos, & hujuſmodi inferiores Prælatos
&c. teſtando ita etiam in praxi ſervatum ibi -- *Un-*
de propterea quandoque praxis docuit, quod ad diri-
mendas ſcandaloſas lites inter inferiores Prælatos, &
Epiſcopos iſtud remedium adhibitum eſt -- Addito
exemplo recepti erectionis Eccleſiæ Collegiatæ Op-
pidi Prati in Cathedralem ad tollendas lites cum
Epiſcopo Piſtorienſi.

In tertio autem caſu clarum pariter eſt, quod
oppoſitio Epiſcopi Tullen. irrationabilis, & inju-
ſta remanet, reflectendo ad communem, & in pra-
xi etiam perpetuo ſervatam opinionem, quod quan-
do juſta clamat cauſa publicæ aut neceſſitatis, aut
utilitatis ad effectum erigendi novam Cathedralem,
tali caſu Summus Pontifex, in cujus tantum pote-
ſtate, & arbitrio repoſita eſt talis gratia indepen-
denter ab Epiſcopis, & Prælatis, jure ſuo procedit, 45
& procedere ſolet ad erectionem novæ Cathedræ
invito, diſſentiente, & quantum velit reclamante
Epiſcopo, ut eſt opinio firmata ab omnibus Claſ-
ſicis Canoniſtis, & fundata in Sacris Canonibus,
& Decretalibus claris, ut firmat Gloſſ. *in Canon.*
In multis 16. *quæſt.* 1. ibi -- *Unus Epiſcopatus po-*
teſt in duos dividi, Epiſcopo conſentiente, alias
non licet QUOD NON EST VERUM QUAN-
TUM AD PAPAM -- *& in Can. lege Impe-*
ratorum verſ. Diviſionis diſt. 20. ibi -- *Epiſcopus*
invito Plebano non poteſt dividere Parochiam ejus,
nec Papa invito Epiſcopo dividere Epiſcopatum, ſed
credo, quod Papa hoc poſſit facere ex cauſa, & et-
iam Epiſcopus, ubi Geminian. *numer.* 12. *Præpoſit.*
numer. 13 *&* 14. Beroius *in cap.* 1. *de reb. Eccleſ.*
non alienan. num. 39. ibi -- *Idem dicendum, & di-*
ſtinguendum eſt in Papa, qui vellet Diœceſim, &
Epiſcopatum dividere, ut poſſit invito Epiſcopo,
quando hoc cum juſta cauſa faceret -- Lotter. *de re*
Benefic. libr. 1. *quæſt.* 11. *num.* 29. *&* 30. Solorzan.
de Jur. Indiar. libr. 3. *cap.* 5. *num.* 16. *&* 17. Fran-
ceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *num.* 357. *& cap.* 10.
numer. 2. *& ſeqq. & num.* 92. ibi -- *Reſponderunt*
voluntatem, ſeu conſenſum Epiſcopi requiri debere:
at vero juſta cauſa exiſtente ſi ipſe conſentire no-
luerit, erectio facienda eſt nihilominus, itaut con-
ſenſus requiratur ad juſtificationem cauſæ, ut inju-
ria non irrogetur, non vero ut ejus injuſta contradi-
ctio commune bonum, & animarum ſalutem impedi-
re poſſit.

Hoc ipſum experimus in diviſione Parochiæ ad
effectum erigendi novam Eccleſiam Parochialem,
quæ materia fraternizat cum erectione novi Epi-
ſcopatus, cum Diœceſis aliud non ſit niſi Paro- 45
chia, juxta Gloſſ. *in cap. Cum nullus in primo no-*
tab. verſ. Nota primo, quod appellatione Parochiæ
de tempor. ordin. in 6. in qua diviſione Parochiæ,
& erectione novæ intra ejus limites, quando juſta
ſubeſt cauſa providendi neceſſitati, & utilitati ani-
marum, tunc etiam Epiſcopus, invito Rectore,
& Parocho, ad hanc erectionem devenire poteſt,
ut eſt Text. *in cap. Ad audientiam* 3. *in fin. de Ec-*
cleſ. ædific. & Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. *de*
reform. ibi -- *Etiam invitis Rectoribus* -- & præter
Gloſſ. *ſupra citatas* tradiderunt Ventrigl. *in prax.*
par. 2. *annot.* 27. §. 1. *num.* 7. *& ſeqq.* Lap. *allegat.*
66. *ſub numer.* 3. Fagnan. *in dicto cap. Ad audien-*
tiam num. 11. *&* 29. Amoſtaz. *de Cauſ. piis lib.* 5.
cap. 4. *numer.* 21. *&* 36. Ventr. *in Exam. Epiſcop.*
lib. 4. *cap* 46. *num.* 27. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. al-*
legat. 68. *num.* 4. Rot. *deciſ.* 204. *numer.* 2. *& ſeq.*
part. 17. *recent.*

Cujus indubitatæ opinionis plures ſunt rationes,
quarum præcipua eſt, quod Epiſcopi habent a Pa-
pa juriſdictionem in Eccleſias ſibi commiſſas tan- 46
quam ab eodem vocati in partem Paſtoralis ſolli-
citudinis, ut in Canon. *multum ſtupeo* 3. *quæſt.* 6.
ibi -- *Vices enim noſtras ita tuæ credidimus charita-*
ti, ut in partem ſis vocatus ſollicitudinis, non in
plenitudinem poteſtatis -- Unde dominium juriſdi-
ctionis, & Eccleſiarum inferiorum directe rema-
net apud Papam tanquam Supremum Dominum,
non autem apud Epiſcopos: & propter hoc eorum
diſſenſus nihil attenditur quoad Papam, qui ſo-
lus eſt Dominus, & Superior, illique ſoli reſerva-
tum eſt novas Cathedras erigere, & antiquas diſ-
membrare, ut egregie probat Bellamer. *in Canon.* 47
per principalem 9. *quæſt.* 3. *numer.* 77. *& ſeqq.* Ro-
ta coram Merlin. *deciſion.* 764. *numer.* 12. *& ſeq.*
& dec.

& dec.775. n.19. & ſeqq. & cor. Coccin. *dec.1708. n.12. & 13.*

Altera ratio eſt, quod Sedes Apoſtolica in tan-
tum requiritur conſenſum Epiſcopi, ut ſcilicet iſte
deducere poſſit cauſas, propter quas eſſe non de-
48 beat locus diſmembrationi ſuæ Diœceſis, ſive quis
cauſæ, ob quas petitur novi Epiſcopatus erectio,
non ſubſiſtant, ſive quia facta diſmembratione Diœ-
ceſis, ejus Epiſcopus remaneret ita depauperatus,
ut ejus Dignitas vileſceret, habito reſpectu ad par-
tem exiguam Diœceſis ſibi remanentem, & fere ad
nihilum redactam, prout poſt Canoniſtas *in capit. Sicut unire de exceſſ. Prælat.* tradunt Lotter. *de re Benefic. libr.1. quæſt.11. num.22.* ubi conſiderat diſ-
membrationem exceſſivam, Franceſc. *de Eccleſ. Ca-
thedral. cap.6. per tot.* Card. de Luc. *de Præmin. diſcurſ.6. num.2. verſic. Et tertium, & diſcurſ.50. num.2. verſic. Tertium requiſitum*; Quoties autem
vere ſubſiſtunt cauſæ, propter quas fieri debeat no-
va erectio, neque prior Epiſcopus ita enormiter,
& exceſſive circa ſuam Diœceſim præjudicatus re-
manet, tali caſu ad nihil facit, quod ipſe diſſentiat
pro ſuo libito in his, quæ pendent ex ſola volun-
tate Papæ informata ex juſta, & rationabili cauſa,
49 ut in puncto Franceſc. *ubi ſupra cap.10. numer.92.*
Rot. *dec.204. num.3. & 4. part.17. recentior.* alias
ſequeretur abſurdiſſima conſequentia, quod Bonum
publicum retardari deberet propter cerebrinum diſ-
ſenſum privatæ æmulationis, ac etiam aliud gravius
abſurdum, quod nulla unquam diſmembratio, nul-
la unio, nulla ſuppreſſio, & nulla erectio, ſive
novæ Parochiæ, ſive novæ Cathedræ in Orbe Chri-
ſtiano concederentur, quando paſſim conceſſæ exti-
terunt, ut bene advertit Card. Turrecremat. *in Can. ſicut 16. quæſt.1.* ibi = *Si enim hoc fieri non poſ-
ſet, Eccleſiæ, quæ multæ ſunt, eſſent parvæ &c. quia multæ Eccleſiæ ſunt, quæ fuerunt conſtructæ in Pa-
rochiis aliarum Eccleſiarum*, & Card. de Luc. *de Præm. diſc.6. n.50.*

Et ideo nihil juvat dicere, *Diſmembratur mihi Diœceſis, ergo conſentire nolo*, quia in gratiis de
ſui natura præjudicialibus, ut ſunt uniones, diſ-
membrationes, & novæ Eccleſiarum erectiones,
non attenditur præjudicium ex natura Gratiæ re-
ſultans, cum alias nunquam his locus eſſet: ſed
ſolum attenditur, an præjudicium ſit exceſſivum,
50 ut contingit in caſu quo exceſſive antiqua Cathe-
dra præjudicata remaneret, itaut neque haberet
congruam ſubſtentationem, neque decentem Diœ-
ceſim, ſed pauperem, & curtam, ut explicat Lot-
ter. *de re Benefic. libr.1. quæſt.11. num.22.* ibi =
*Duplex in hac re conſiderari factum; alterum prin-
cipale conſiſtens in erectione nova Cathedralis; & alterum conſecutivum in aſſignatione, conſtitutione-
que Diœceſeos, itaut poſita juſtitia primi, conſequa-
tur neceſſario juſtitia ſecundi &c quam juſtitiam non minuit diſmembratio ab alia, NISI SIT EXCES-
SIVA*, & bene Card. de Luc. *de Præmin. diſc.6. num.13.* ibi = *Ut ſcilicet antiqua Eccleſia non re-
maneret notabiliter depauperata, itaut ejus Di-
gnitas viloſceret, quod æque reſpicit Epiſcopum, ac Capitulum, cum ab utroque ipſa Eccleſia repræſen-
tetur: ſed ut dictum eſt, non attenditur diminutio ditationis, & ſuperfluorum redditu um, ſed inſpici-
tur, an ſequatur depauperatio, cum alias ut ſupra impracticabiles eſſent hujuſmodi novæ erectiones ſine aliquo intereſſe, & præjudicio antiquæ Eccleſiæ, a qua fit diſmembratio, & diſcurſ.50. num.8.* ibi =
*De aliis autem Capituli, vel Epiſcopi præjudiciis cu-
randum non eſt, quoniam impoſſibile eſt dare novam erectionem Cathedralis cum diſmembratione ab una, vel pluribus aliis Eccleſiis abſque iſtarum præjudicio, ac propterea iſtæ novæ erectiones reputantur in jure Gratiæ pernecæſſe, ac de ſui natura præjudiciales* =
prout, quod iſtæ gratiæ de ſui natura præjudiciales
non retardentur ex præjudicio alterius eiſdem con-
51 naturali, communiter tradiderunt Eminentiſſimus
Petra *ad Conſtitut. Apoſtol. tom.3. ad Conſtit.7.* In-
noc. IV. *ſect.1. num.35.* Card. de Luc. *de Præmin. diſcurſ.9. num.4. & 5.* Rota cor. Seraphin. *diſcept. 1445. n.4. & ſeqq. & dec.685. n.12.* cor. Cerro, *& dec.139. n.24.* cor. Bucatt.

Hinc, retento erroneo ſuppoſito juxta tertium
caſum, ſeu tertiam partem trilemmatis figuratam, 52
clareſcit irrationabilitas diſſenſus Epiſcopi Tullen.
dum ſua Diœceſis eſt ampliſſima, ipſique talis re-
manet, non obſtante aſſignatione Territorii, de quo
agitur facienda novæ Cathedræ, & urgere cauſa pu-
blica, tam neceſſitatis, quam utilitatis ad effectum
conſulendi præjudicio Animarum, & Populorum
una cum aliis rationabilibus & juſtis cauſis ſupe-
rius in ſua ſede expoſitis, & juſtificatis ad ſatie-
tatem, quæ convincunt Epiſcopum irrationabiliter
invitum, eo diſſentientem, etiamſi ageretur de diſ-
membranda parte ſuæ Diœceſis, eo magis ubi illa
non tangitur, ſed novæ Cathedræ aſſignatur Terri-
torium nullius Diœceſis, Franceſc. *de Eccleſ. Ca-
thedr. d. cap.6. num.101. & cap.10. n.92.* Solorzan. *de jur. Indiar. lib.3. cap.5. num.27.* Mandoſ. *in tract. de ſignatur. §. Erectiones n.3.* Rot. *d. dec.204. n.2. & ſeqq. part.17. recent.*

Verum imperceptibile remanet, ac valde no-
vum, quod Epiſcopus Tullen. ſe opponere valeat
adeo laudabili, ac piiſſimo Voto Sereniſſimi Du-
cis directo ad bonum publicum ſub prætextu quod
ſibi frangatur Diœceſis, aut aliquid præjudiciale
ſibi inferatur, quando ipſe impulſu veritatis per
publicum Edictum anno 1715. emanatum, decla-
ravit ſe eſſe inſufficientem ad explendam Viſitatio-
nem Paſtoralem, & exercenda Epiſcopalia miniſte-
ria, etiam in ipſis locis ſuæ Diœceſis ob ejus va-
ſtitatem, & infinitum numerum Parochiarum; Aut
enim Epiſcopus intellexit in hac vaſta extenſione
Diœceſis includere etiam Territorium S. Deodati,
de quo tamen intelligere nunquam potuit: & hinc
oritur cauſa publicæ neceſſitatis, ob quam facien-
da eſt erectio novi Epiſcopatus, ut in puncto
Mat. *in concordat. German. num. 216.* & cui ipſe
Epiſcopus Tullen. manus adjutrices dare deberet ad
ſe exonerandum ab hoc graviſſimo vulnere Ani-
marum, & propriæ conſcientiæ pondere, ad Text
in Can. ſuggeſtum eſt 7. quæſtion.1. & Can. Clericum 11. quæſtion 1. & Can. omnis 28. quæſt. 1. Aut vero
non intellexit includere hujuſmodi Territorium, &
male, & incongrue quærit ſe extendere, & effe-
ctuare proprium intereſſe in alieno Territorio ille,
qui ſuæ Diœceſis Gregem cuſtodiendo, & viſitan-
do inſufficientem ſe declaravit, & Edicto publico
excuſavit. In ſumma enim principali cauſa deve-
niendi ad has erectiones conſiſtit vel in amplitudi- 53
ne Diœceſis, cui unus non ſufficit Epiſcopus, vel in
ſalute Populi, & Divini Cultus augumento, ut dicit
Mat. *in concordat.* German. *n.214. & ſeqq.* ibi = *So-
lum Papam poſſe dividere Epiſcopatus, & novam Ca-
thedralem erigere, legitimis tamen ita ſuadentibus cau-
ſis, quæ ſunt amplitudo Diœceſis, cui unus præſul non ſufficiat &c. ſalus Populi, & divini Cultus augumen-
tum* = & in ſpecie de locis, quæ nunquam, vel ra-
ro ab Epiſcopo viſitata fuerunt, tradit Card. de Luc.
de Præm. diſc. 50. n. 6.

Et demum obſtat Epiſcopo Tullenſi res judicata
Sacræ Congregationis de anno 1627. quæ cenſuit
eſſe locum erectioni Eccleſiæ Nancejanæ in Cathe-
dralem, non obſtante, quod Civitas, in qua Ca-
thedralis erigenda erat, indubitanter, & ſine ullius
contradictione ſpectaret ad Diœceſim Tullenſem;
Si ergo Sacr. Congregatio Conſiſtorialis non exiſti-
mavit præjudicium conſiderabile, quod diſmembra-
retur Diœceſis Tullen. in illo caſu, multo minus hoc
excogitari poteſt in iſto, ubi agitur de erigenda Ca-
thedrali in Territorio *nullius Diœceſis*, & ubi mili-
tant cauſæ occurrendi periculo Animarum ratione
majoris diſtantiæ Epiſcopi Tullen. quæ non concur-
rebant in Civitate Nancejana.

Quatenus autem oppoſitio Epiſcopi Tullenſis
fundatur etiam in eo, quod in parte dotis novi
Epiſcopatus aſſignentur redditus Prioratuum *de Re-
langia, & Frovilla*, veluti exiſtentium in ſua Diœ-
ceſi, eadem fragilitate evaneſcit ex defectu præju-
dicii; nam ipſe nullum jus habet in his redditibus
quos

quos nunquam percepit; minuſque in jure conferendi Prioratus, dum quando erant Regulares, & exempti, ſpectabat electio ad Conventuales: quando vero poſtea fuerunt proviſi in Commendam Clericis ſæcularibus, pariter Collatio ſemper ſpectavit privative ad Sedem Apoſtolicam, & de cætero per unionem, & applicationem redituum alteri Epiſcopatui non excorporantur locos ab illa Diœceſi, ubi conſiſtunt Eccleſiæ Priorales, ſed remanent in
54 illa, ut prius, juxta Text. *litteral. cap.2. de Relig. Domib.* Gonzal. *ad regul.8. Cancellar. gloſſ.5. §.7. num.57.* & hæc omnia, quæ dicta ſunt contra oppoſitionem Epiſcopi Tullenſis, procedunt etiam contra ejus Capitulum in oppoſitione Conſocium, militantibus iiſdem rationibus, ut in puncto reſpon-
55 dit Card. de Luc. *de Praem. diſc.6. num.13. verſic. Quod aque reſpicit Epiſcopum, & Capitulum, & diſc.50. ſub n.8. verſ. De aliis autem.*

ART. V.

Circa immediatam ſubjectionem Cathedralis Sancti Deodati Sancta Sedi Apoſtolica, necnon reſervationem Juriſpatronatus favore Sereniſſimi Ducis.

QUod nova Cathedralis S. Deodati ſit erigenda *cum immediata ejus ſubjectione Sancta Sedi*, juſtiſſima, & rationabilis inſtantia eſt, & omnino admittenda, non ſolum quia id redundat in honorem, & reverentiam, quæ debetur Sanctiſſimæ Se-
56 di Apoſtolicæ, cujus intereſt plurimos immediate ſibi habere ſubjectos ad terminos, Text. *in Clem. Paſtoralis de re judic.* Rebuff. *conſil.142. n.3.* Cocchier. *de juriſdict. in exempt. lib.1. q.1. n.17.* Franceſc. *de Eccleſ. Cathedr. cap.30. n.85.* Rot. *decif.461. n.10. part.5. tom.2. recentior.* Sed etiam quia habere Summum Pontificem pro immediato Superiore, dubitari non poteſt quo minus reſultet in majorem excel-
57 lentiam, & decorem novæ Cathedralis; nam quanto quis digniori ſubeſt, tanto dignior ipſe reputatur, ut tradunt Dec. *in cap. Clerici num.46. de judic.* Roman. *conſil.460. n.5.* Vaſq. *controv. illuſtr. lib.1. in præfat. n.26.* Valenzuol. *conſ 43. num. 69. & ſeq.* ubi etiam *n.75.* ſuperaddit in hoc verſari favorem Sanctæ Sedis ibi = *Et confirmatur, quia in eo verſatur favor, non ſolum dicta Eccleſia, & Canonicorum ejus, ſed etiam Sua Sanctitatis, & ipſius Sancta Sedis, cujus decori ſpectat habere in partibus & Provinciis, tam remotis aliquas inſignes, & nobiles Eccleſias ſibi immediate ſubjectas, quod eſt magni momenti* = Rebuff. *conſil.142. ſub num.4. verſ. Secundo exempta.*

Ita etiam fert dictamen juris, & juſtitiæ, cum enim agatur de Territoriis non ſolum exemptis, ſed etiam Nullius Diœceſis, & immediate ſubjectis Sanctæ Sedi; inde ſequitur, ut per mutationem ſtatus in Cathedralitatem non admittatur prærogativa immediatæ ſubjectionis S. Sedi, quam habent Eccleſia Sancti Deodati, & Territoria trium Abbatiarum Regularium, & exemptarum ab omni juriſdictione tam Ordinarii, quam Metropolitani, præſertim quia reſpectu Territorii S. Deodati, in quo M. Præpoſitus exercet juriſdictionem Epiſcopalem, probatur quod a ſententiis latis in ſuo Tribunali non interponitur, nec unquam interpoſita fuit appellatio ad
58 Metropolitanum, ut in terminis, quod per aſſecutionem majoris Dignitatis non pereat Privilegia conceſſa in ſtatu inferiori, docet Text. *in l. Jubemus C. de proxim. ſacr. ſcrinior. lib.12.* ibi = *Quod adjectione alterius Dignitatis perire non patiamur, ſed proſperiorie fortuna judicio ad honoris ornamenta prodeſſe, ut vetera Privilegia conſerventur* = & concordat Geminian. *conſ.125. n.12.* Oldrad. *conſ.267. n.1.* Rip. *reſponſ.2. num.21. & 22. de reſcript.* Corrad. *in prax. Beneſ. lib.1. cap.15. n.101.* Salgad. *de protect. Reg. par.3. cap.10. n.315.*

Quod multo magis procedit reſpectu Territoriorum Abbatiarum Regularium, quæ ſunt exempta, & immediate ſubjecta Sanctæ Sedi, & de jure Privilegium exemptionis non amittitur etiam poſt ſæcularizationem, ſed tanquam reale dotat etiam in 59
novo ſtatu, ut tradunt Canoniſtæ *in cap. Cum dilectos de Capell. Monachor.* ſignanter Innocent. *ſub num.4.* Joan. Andr. *num.3.* Panormitan. *n.9.* *Prob. ad Monach. in cap. Cum de Beneficio num.17. de Praeb. in 6.* Ancharan. *conſ 404. n 9. verſ. Primo quia mutatio*, Tamburin. *de jur. Abbat. tom.1. diſputat. 15. quæſt.11. per tot.* Franceſ. *de Eccl. Cathedr. cap.30. n.346.* Rota coram Coccin. *deciſ.1750. num.10. & in Aquilana Juriſdictionis* coram Pamphil. *impreſſ.* apud Matthæſan. *de Commiſſ. part.1. fol.980. num.3. & in recent. dec.373. n.12. part.3. & dec.197. n.8. part.14. & in Firmana Juriſdictionis 14. Junii 1688.* coram bonæ mem. Rondinino *impreſſ.* apud Bertacchio. *vot. dec 88. num 62. & 63.* Dum agitur de jure, eſt, ut per mutationem ſtatus non amittatur,
ſed retineatur antiqua ſubjectio immediata Sanctæ 60
Sedi; juſtiſſima exinde convincitur inſtantia, quod nova Cathedralis ſit erigenda cum hac ſubjectione, quæ etiam ipſius Sanctæ Sedis favorem concernit, itaut ejus Subditi exempti renunciare illi non poſſint, juxta Text. *litteralem in cap.* Cum *tempore de arbitr.*

Exinde autem inanis convincitur oppoſitio Eminentiſſimi Metropolitani Treviren. cum enim hoc Territorium non fuerit illi unquam ſubjectum, neque in illo ullam aliquo tempore ſuperioritatem exercuerit, etiam in appellationibus interpoſitis a Curia Præpoſiturali Sancti Deodati, & Abbatiatum, propterea non habet fundamentum ſibi vindicandi ſubjectionem in locis, in quibus eam non habet, dum alias non eſſet allegare præjudicium, ſed prætendit utilizationem, & jus novum ex no-
væ Cathedralis, novique Territorii erectione, in 61
quo audiri non poteſt, quia præjudicatur, Privilegiis, & prærogativis, quibus gaudet Eccleſia Sancti Deodati cum ſuo Territorio, & annexis, & quæ non amittuntur per mutationem ſtatus de inferiori in ſuperiorem, & ſic Metropolitani diſſenſus attendi non meretur ex defectu præjudicii, quod non ſibi infertur per hanc innovationem, ſeu novæ Cathedræ erectionem. Gloſſ. *in cap. Auctoritate in verb. Sedis Apoſtolica de Privileg. in 6.* Ceſped. *de exempt. Regul. dub.17. num.2.* Lotter. *de re Beneſ lib.2. quæſt.24. n.47.* Caſſador. *deciſ.8. num.4. de Prabend.* Tondut. *quæſt. Beneſ. lib.2. part.2. c.3. §.2. n.5.*

Neque Eminentiſſimo Metropolitano ſuffragari poteſt, quod Sacra Congregatio Concilii in lite ſuper Dimiſſoriis inter M. Præpoſitum Sancti Deodati, & Epiſcopum Tullen. commiſerit ipſi conceſſionem earundem Dimiſſorialium, hoc enim fuit reſcriptum proviſionis cum clauſula = *Sine præjudicio jurium Partium* = quod nihil juris de-
claravit favore Metropolitani, cui ſolum tributa 62
fuit, & cenſetur hæc auctoritas jure delegato ipſius Sacræ Congregationis, juxta ſtylum, qui practicatur inter duos colitigantes ſuper aliquo jure, quod interim conceditur tertio nomine Sacræ Congregationis exercendum, Rota *in Theatina Juriſdictionis 14. Decembris 1708. §. final.* coram clar. mem. Cardin. Scotto, *& in Valven. & Sulmonen. Juriſdictionis ſuper Manutentione 2. Julii 1714. §. final.* coram Eminentiſſimo Falconerio ibi = *Minus relevante, quod ſuper hiſce tribus actibus privilegiatis fuerit interlocuta Sacra Congregatio Concilii, præſcribendo, ut Abbas S. Spiritus nomine ejuſdem Sacræ Congregationis exerceat actus &c. quia cum tale reſcriptum Sacra Congregationis prodierit per modum proviſionis, donec & quouſque lis terminetur &c. neque impedit, quin debeat cauſa definiri ad limites juſtitiæ &c. & quidem ſine ulla dubitatione, dum citatum reſcriptum proviſionale Sacra Congregationis continet etiam in ventre aliam clauſulam ſine præjudicio jurium ambarum Partium, qua de ſui natura operatur, ut præſervata intelligantur omnia jura.*

De cætero debilis eſt oppoſitio juris Metropoli-

tici

tiet in hac materia, dum hæc Sacra Congregatio
63 illud non attendit lo præjudicium Sanctæ Sedis,
in quo concorrit ipſius factum, & res judicata *de
anno* 1627. ubi conceſſit erectionem Eccleſiæ Nan-
cejanæ in Cathedralem cum immediata ſubjectio-
ne Sanctæ Sedi, non obſtante jure Metropolitani,
quod ſibi competebat certitudinaliter ex defectu
omnis exemptionis, & quod, *invito* etiam Metro-
politano, id concedi ſoleat per Sedem Apoſtoli-
cam, docet Text. *in Can. Decimas* 16. *quæſt.*1. ibi =
*Etiam Metropolitano invito, qualibet Eccleſia ab
ejus jurisdictione, Apoſtolica eximi poteſt auctori-
tate.*

Denique juſtiſſima videtur inſtantia Sereniſſimi
Ducis circa reſervationem Juriſpatronatus pro ſe,
ſuiſque ſucceſſoribus ad effectum nominandi Epi-
ſcopum; cum enim aſſignaverit in dotem reddi-
64 tus Abbatiæ de ſuo Jurepatronatus ducatorum mil-
le auri de Camera, quæ ſumma ſuperat longe me-
dietatem dotis, tali caſu Juſpatronatus ſibi com-
petit ex juſtitia, non attentis redditibus conſtituen-
tibus minorem partem conflatis ex redditibus Ec-
cleſiaſticis Prioratuum de Relangis, & Fiovilla,
& Præpoſituræ S. Deodati, ut in terminis, quod
ſoleat concedi Juſpatronatus per Sedem Apoſtolicam
aſſignanti medietatem, & multo magis majorem
partem dotis, late firmavit Card. de Luca *de Jure-
patron. diſcurſ.*10. *num.*3. *&* 4. *& diſcurſ.*65. *num.*26.
verſ. In caſu vero, Adden. ad Gregor. *deciſion.* 397.
*num.*6. *verſic. Nam talis objectio*, Panimoll. *dec.* 10.
annot. 4. *num.* 22. Rota coram Seraphin. *deciſ.* 257.
*numer. tertio & deciſion.*952. *num.*2. *& in recentior.
deciſion.*630. *numero* 69. *part.* 4. *tom.* 3. & plene di-
ctum fuit *in Placentina Juriſpatronatus* 23. *Martii*
1703. §. *Primo cum ſeq. &* 10. *Martii* 1704. §.
Quandoquidem, coram bonæ mem. Molines, *&* 1.
Decembris ejuſdem anni §. *Minuſque* coram bonæ
memor. Omanna, *& in Verulana Abbatia* 23. *A-
prilis* 1716. § *Quoniam*, coram clar. mem. Cardin.
Caprara, *&* 20. *Junii* 1707. §. *Cæterum*, coram
bon. mem. Lancetta.

Quemadmodum de jure eſt, ut ſi Eccleſia, vel
Beneficium de Jurepatronatus ſupprimatur ad effe-
ctum ut ex ejus redditibus dotetur altera Eccle-
65 ſia, hoc caſu Patronus conſequitur Juſpatronatus
in Eccleſia dotata ex redditibus ſuæ prioris Eccleſiæ,
Gloſſ. *in cap. Nobis in verb. In Capella de Jurepatr.
& in cap. Ad audientiam* 3. *in verb. Honor. de Ec-
cleſ. ædific.* Lambertin. *de Jurepatronat. lib.*1. *part.*1.
*quæſt.*6. *art.*5. *num.*1. *&* 2. Rota coram Emerix jun.
deciſion. 977. *numer.* 7. & coram Bich. *deciſion.*383.
*num.*18. *& in Bononien. Beneficiorum de Caſtello* 13.
Decembris 1712. §. *Quam primitivarum*, coram R.
P. D. Criſpo.

Quod autem Abbatia de Bouſonville ſit de Ju-
repatronatus Sereniſſimorum Ducum ſatis juſtifica-
tur, præſertim quia illud canonizatum fuit per
Summos Pontifices in eorum proviſionibus Apo-
ſtolicis, quarum una eſt ſupra Centenariam de an-
no 1556. Et probatio hujuſmodi Juriſpatronatus
non requirit formam rigoroſam ex Inſtrumento
66 fundationis, aut dotationis, cum pertineat ad Se-
reniſſ. Ducem habentem jura Imperii in ſuo Do-
minio, non comprehenſum ſub cenſura Sac. Con-
cil. Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*9. *de reformat.* ibi = *Exceptis
Patronatibus, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu
Regna poſſidentes, alioſque ſublimes, ac ſupremos
Principes jura Imperii in dominiis ſuis habentes per-
tinent* = Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancell. gloſſ.* 24.
numer. 160. In his enim perſonis ſufficit probatio
Juriſpatronatus per ſolam poſſeſſionem 40. anno-
rum, multo magis hic, ubi proviſiones Apoſtoli-
cæ approbantes Juſpatronatus probantur ſupra cen-
tum annos emanatæ, juncta probatione per teſtes,
67 Barboſ. *ad Concil. dicta ſeſſ.* 25. *cap. nono de refor-
mat. numer.* 22. Rota coram Bich. *deciſ.* 118. *numero
octavo* cum aliis *in Aſculana Juriſpatronatus* 26. *Ja-
nuarii.* 1703. §. *Rurſus*, coram clar. mem. Cardinali
Scotto.

Reflectendo inſuper, quod Sereniſſimus Dux
ultra redditum ducatorum mille auri de Camera
Abbatiæ de ſuo Jurepatronatus, ſe obligavit vita
durante Titularium ſupradicti utriuſque Prioratus,
necnon eorum Coadjutorum ſolvere de proprio æ-
quivalentem ſummam futuris Epiſcopis, quæ ex-
penſa, cum poſſit importare multa millia ſcuto-
rum, habito reſpectu ad vitam Coadjutorum in flo- 68
rida ætate exiſtentium, eſt etiam conſideranda in
partem dotis Epiſcopatus ad effectum obtinendi Juſ-
patronatus tanquam conferens ad illius fundatio-
nem, ut firmatum fuit per Rotam *in Verulana Ab-
batia* 23. *Februarii* 1680. §. *Nihil dubitari*, co-
ram bon. mem. Rondinino, *&* 23. *Aprilis* 1706.
§. *Quod autem*, coram clar. mem. Card. Caprara,
& 20. *Junii* 1707. §. *Cæterum*, coram bon. mem.
Lancetta.

Neque adverſatur, quod juxta ſtylum, Privile-
gium ſuper jura nominandi Epiſcopos in Cathedra-
libus concedi non ſoleat, niſi favore Regum; Quo-
niam appellatione Regum veniunt etiam omnes alii
Principes jura Imperii in dominiis ſuis habentes, 69
juxta decretum Concilii ſuperius allegatum *ſeſſ.* 25.
cap. 9. *de reform.* cum omnes iſti æquiparentur circa
ſublimitatem, & prærogativam eorum perſonæ ad
effectum obtinendi jus nominandi in Cathedralibus,
præſertim ex juſtitia, ſcilicet ex cauſa fundationis,
aut dotationis, & ſic titulo oneroſo, ut tradit Bar-
boſ. *de poteſt. Epiſcop. par.*1. *tit.*1. *cap.*3. *n.*31. *&* 32.
Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancell. gloſſ.*24. *n.*154. Lam-
bertin. *de Jurepatr. lib.*2. *par.*3. *quæſt.*9. *art.*11. *num.*1.
& probat *regula* 42. *Cancellariæ* de derogatione Ju-
riſpatronatus, ubi requirit ſpecialem expreſſionem
de Jurepatronatus, ibi = *Si illud ad aliquem Regem,
Ducem, Marchionem, vel alium Principem perti-
neat* = ubi *Queſad. in verbo Regem*, Rebuff. *verſic.
Idem per derogationem*, Lambertin. *ubi proxime d.
art.*11. *n.*3. *verſ. Tamen multo difficilius*, ita & ta-
liter, quod juxta diſpoſitionem Concilii, & regu-
lam Cancellariæ, in hac materia Juriſpatronatus cir-
ca prærogativam perſonæ, æquiparentur Reges,
Duces, & alii Principes in ſuis Dominiis jura Im-
perii habentes, & probant Covar. *practic. quæſtion.
cap.*36. *num.*4. *verſ. Quod immo*, Vivian. *de Jurepatr.
part.*3. *libr.*14. *cap.*2. *numer.* 10. Amaydeo. *de ſtylo
Datar. lib.*1. *cap.*15. §.15. *num.*92. *& ſeqq.* Caſſador.
deciſ. 3. *num.* 2. *ut lite penden.* Fattinell. *reſponſ.* 34.
n. 12. *lib.* 2.

Neque deficiunt exempla in ſpecie pro Ducibus,
& aliis jura Regni habentibus, licet Regno non ſint,
inter quæ notabile eſt Juſpatronatus, & nominandi
ad Cathedralem Viglevani conceſſum per ſan. mem.
Clementem VII. Franciſco Sfortiæ Duci Mediolani, 70
teſte Ughell. *in Ital. Sac. tom.* 4. *pag* 1130. ibi =
Clemens VII. anno 1529. *ſeptimo Kalendas Apri-
lis in gratiam Franciſci Sfortiæ Viglevanum Epi-
ſcopali Dignitate ornavit Sancti Ambroſii Eccleſia
erecta in Cathedralem, ea conditione, ac lege, ut
ad Franciſcum, ejuſque Succeſſores, Duceſque Me-
diolanenſes eligendi denominatio Juriſpatronatus per-
petuo pertineret* = Qui Hiſtoricus ſucceſſive ſequen-
ti *pag.* 1131. regiſtrat Bullam memorati Pontificis,
quæ conceſſit jus nominandi nedum ad Epiſcopa-
tum, ſed etiam Archidiaconatum, Archipresbytera-
tum, Decanatum, & Canonicatus, quæ conceſſio
applicatur in caſu iſto, dum in eo caſu, prout in
iſto, concurrebat circumſtantia, quod in erectione
hujus Eccleſiæ Viglevani pro ejus dote incorporata
fuerat quædam Abbatia de Jurepatronatus Ducis Me-
diolani.

Concordat aliud exemplum relatum apud Anto-
nium Sanderum *in Flandria illuſtrat. tom.*1. *lib.* 4.
cap. 19. *pag.* 151. ubi tranſcribit Bullam Pauli IV.,
in qua Philippo II. non uti Regi Hiſpaniarum,
ſed uti Comiti Flandriæ conceſſit jus nominandi
ad undecim Eccleſias Metropolitanas, & Cathedra-
les de anno 1559., quarum nova erectio facta
fuit ex cauſa neceſſitatis publicæ, ex quo raræ ad-
modum in Flandria eſſent Eccleſiæ Cathedrales,
nec ſuccurrere poſſet gregi fidelium cuſtodia
circumadjacentium Epiſcoporum veluti remotio-
rum,

rum, ſine quorum conſenſu Papa diſmembravit illorum Territoria, & Diœceſes, erigendo ſupradictas Metropolitanas, & Cathedrales, quæ partim dotatæ fuerunt per ſupradictum Philippum, partim ex redditibus nonnullorum Beneficiorum, ut ex Bulla penes eundem Hiſtoricum, & quoad Juſpatronatus conceſſum Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ ſuper Cathedralibus erectis, & erigendis in Illyrico per Congregationem Particularem quatuor Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſub ſanct. mem. Alexandro VIII. videre eſt apud Me *Diſcept. Eccleſiaſt.* 22. *numer.* 23. *verſic. Et noviſſime*,

Ex quibus, & aliis exemplis patet, nihil referre, an agatur de Rege, vel alio Principe, dummodo in ſuo Dominio habeat jura Imperii, qualis eſt Sereniſſimus Dux, dum præter ſtylum clara eſt diſpoſitio Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* & *regula* 42. *Cancell.* ubi æquiparantur Reges, Duces, & alii Principes jura Imperii habentes in eorum Dominiis, quantum ad Juſpatronatus, quod pro-
72 pterea nunquam denegari ſolet, quoties non poſtulatur ex mero Privilegio gratioſo, ſed ex titulo oneroſo fundationis, aut dotationis, ratione cujus etiam in Cathedralibus reſervatur Patrono Laico jus nominandi, ut inquit Lambertin. *de Jurepatr. p.* 1. *lib* 1. *quæſt.* 11. *art.* 2. *numero ſexto & decimo*, immo ulterius de praxi Sedi Apoſtolicæ concedendi Regibus, aliiſque magnis Principibus ſupremis jus nominandi in omnibus Eccleſiis proprii Regni, vel
73 Principatus ex juſto motivo, & fine, teſtatur Card. de Luc. *de Jurepatron. diſcurſ.* 72. *num.* 7. ibi = *Siquidem juxta ea, quæ habemus in Hiſtoriis Eccleſiaſticis, & Beneficialibus, cum Sedes Apoſtolica introduxerit forſan ex juſto motivo, & fine occurrendi majoribus inconvenientibus concedere Regibus, aliiſque magnis Principibus ſupremis Juſpatronatus, ſeu jus præſentandi, & nominandi in omnibus Eccleſiis proprii Regni, vel Principatus, ut notoria praxis docet, & præſertim ultra montes, ac etiam in aliqua parte citra, hinc ad inſtar aliqui Pontifices eaſdem conceſſiones facere conſueverunt hujuſmodi Baronibus, & Dominis inferioribus, ut in praxi ſcio practicatum fuiſſe per Leonem X. cum Principe Plumbini, cum ſimilibus* = Et proinde nihil prohibet, quominus Sereniſſimo Duci ex cauſa oneroſa dotationis, ut ſupra, concedatur jus nominandi etiam in Cathedralem erigendam in ſuo Ducatu.

Neque dubitari poteſt Sereniſſimum Ducem dare dotem de proprio, eo ipſo, quod aſſignat Cathedrali omnes redditus inſignis Abbatiæ de ſuo Ju-
74 repatronatus, idem namque eſt exburſare pecunias de proprio, ac applicare redditus Beneficii de proprio Jurepatronatus, dum tali caſu Juſpatronatus, quod habet Patronus in priore Beneficio, juſtum eſt, ut obtineat per viam cujuſdam ſubrogationis in altero Beneficio, ſeu Epiſcopatu tanquam dotato ex redditibus primi Beneficii, juxta doctrinam Lambertin. *de Jurepatron. libr.* 1. *part.* 1. *quæſtion.*6. *art.*5. *numer.* 1. & 2. ibi = *Neſcio enim videre, quare dubitetur, utrum Patronus primi ſit Patronus ſecundi; nam Juſpatronatus acquiritur ex una de illis tribus, ſcilicet collatione, conſtructione, & dotatione: Patronus ergo primi Monaſterii, non poteſt dici, quod ſolum dederit, nec conſtruxerit ſecundum Monaſterium, poſſet tantum dici, quod dederit dotem, quia dos primi accedit uſibus ſecundi* = & *numer.* 2. ibi = *ex quo ipſo unio eſt loco dotationis, Patronus primi erit etiam Patronus ſecundi* = Card. Zabarell. *in rubr. de Jurepatr. n.* 3. *verſ. Infero etiam*, Paulus de Citadin. *de Jurepatr. par.* 3. *quæſt.* 1. *cauſ.* 4. *n.* 5. idem Lambert. *lib.* 3. *quæſt.*6. *art.*2. *n.* 2. *in fine*, Vivian. *de Jurepatr. lib.*2. *cap.* 5. *num.*10. Rot. *dec.* 987. *n.* 7. coram Emerix jun. & *deciſ.* 383. *num.* 18. coram Bich. & *in Bononien. Beneficiorum de Caſtella* 13. *Decembris* 1712. §. *Quam primitivarum*, coram R. P. D. Criſpo.

Nulla proinde cadit difficultas, quominus iſta dicatur dotatio de proprio, dum Patronus hoc caſu patitur ſuppreſſionem Abbatiæ, & amiſſionem ſui Juſpatronatus, ejuſque dotem tranſportat ad 75
creandum novum Beneficium; ſeu Epiſcopatum; unde ratione dotis debet acquirere Juſpatronatus ſuper novo Beneficio, cui dat ſuum eſſe per dotationem, juxta doctrinam Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt* 6. *art.* 5. *n.* 2.

Ita ſcribebam in hac inſigni Cauſa occaſione propoſitionis habitæ 12. Januarii 1719. in qua tamen reſolutio capta non fuit, ſed dilata ad inſtantiam Epiſcopi Tullen. contradictoris; Cumque inter informandum audita fuerit difficultas, præſertim circa conſenſus trium Abbatum, qui dati fuerunt conditionaliter, idcirco occaſione novæ propoſitionis dicebam, quod conditiones non erant tales, quæ admitti non poſſent per Sacram Congregationem, & omiſſis aliis conditionibus dicebam inter cæteras magis duram eſſe illam, quod Sede Epiſcopali vacante novi Epiſcopatus erigendi, Prior Clauſtralis cujuslibet Monaſterii deberet
eſſe Vicarius Generalis = *In ſignum præcedentis ſuæ* 76
juriſdictionis = quam conditionem demonſtrabam non eſſe adeo exorbitantem, ut non poſſet admitti, quia ſtante conſuetudine poſſe conſtitui plures Vicarios Generales, etiam Sede vacante, tradiderunt Jo. Andr. *in cap. Tua de Offic. Vicar.* Pavin. *de poteſt. Capit. Sed. vacant. part.* 1. *quæſt.*10. *numero ſexto* Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.*1. *quæſt.* 50. *numero tertio* Quarant. in *Summ. Bullar. in verb. Capitulum, Sede vacante numero nono*, ubi refert reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii declarantem non fuiſſe per Concilium *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reform.* ſublatam conſuetudinem habendi plures Vicarios Generales, Sede vacante, & ſic etiam reſolutum teſtatur Nicol. *in floſcul. in verb. Vicarius Generalis num.* 40. *verſic. Numerus*, Pa Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 12. *tit.*2. *numero octavo* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.*54. *num.*165. Gerz. *de Benefic. par.*5. *cap.*7. *num.* 37. Ca-
ſtropal. *Oper. Moral. tract.* 13. *diſputat.* 2. *punct.* 19. 77
numero ſecundo, & in fortioribus, quod citra exorbitantiam poſſit Epiſcopus per modum Vicariæ perpetuæ inferiori Prælato concedere omnia jura Epiſcopalia aliquibus exceptis, ex Panormitan. *in cap. Venerabilis num.* 5. *de Cenſibus*, reſpondit Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.*1. *quæſt* 51. *num.*3. quod autem fieri poteſt ex conſuetudine, & ab Epiſcopo, videbatur poſſe admitti per Papam, cujus poteſtati ſubjecta ſunt omnia jura, & Concilii Tridentini Decreta, omneſque Apoſtolicæ Sanctiones.

Et in omnem caſum addebam, quod voluntas conditionata iſtorum Abbatum propter eorum privatum intereſſe, ſicut retardare non poterat exigentiam cauſæ publicæ, ita retrahere non debebat Summum Pontificem, qui tanquam verus Dominus omnium Bonorum Eccleſiarum ſupplebat conſenſum Prælatorum inferiorum, ſeu illum recipiebat, rejectis modis, & conditionibus de jure non admittendis, juxta ſpecialiter firmata apud Rot. *deciſ.* 207. *num.*2. & *ſeqq. par.*4. *diverſ.* & *dec.*1707. *num.* 11. & *ſeqq.* coram Coccin. & *dec.*775. *num.*19. & *ſeq.* coram Merlin.

Sacra Congregatio Conſiſtorialis Partibus hinc
inde informantibus ſub die 28. Martii 1719. reſol- 78
vit = *Conſtare de cauſis, ob quas deveniri poſſit ad erectionem, & juxta mentem, & mens eſt, ut exquirantur conſenſus liberi, & quoad Juſpatronatus ex deductis negative; & in reliquis dilata* = motivum reſolvendi negative ex deductis quoad Juſpatronatus proceſſit, quia Sereniſſimus Dux non dederat dotem de proprio, niſi in redditibus Abbatiæ de Bouſonville de ſuo Jurepatronatus, dum alii redditus Prioratuum de Frovilla, & Relangia, necnon Præpoſituræ Sancti Deodati erant Eccleſiaſtici; ideoque Sereniſſimus Dux poſtea loco iſtorum aſſignavit per publicum Inſtrumentum æquivalentem ſummam de Bonis propriis, facta autem hac aſſignatione, & obtentis conſenſibus liberis Abbatum, excepto illo *Stivagenſis* = Repropoſita fuit Cauſa ſub die 27. Julii 1719. & prodiit reſcriptum,

Quoad

Quoad cauſs Erectionis = *In deciſis.*

Quoad conſenſus = *Auditur Abbas Stivagienſis, & reliquos ſufficere.*

Quoad dotem = *Aſſignetur in fundis.*

Quoad Juspatronatus = *Dilata.*

Quoad ſubjectionem = *Metropolitana*, & non reproponatur Cauſa, *niſi citato Epiſcopo Tullenſi.*

Succeſive autem facta fuit juxta hoc Reſcriptum aſſignatio ſupradictæ dotis in ſundis redditibus annuos ducat. 700., quantum importabant redditus Eccleſiaſtici Prioratuum de Frovilla, & Relangia, ac etiam Præpoſituræ Sancti Deodati ab initio aſſignati in partem dotis, jam approbata, & firma remanente alia parte dotis ducatorum mille aſſignata in redditibus Abbatiæ de Jurepatronatus Sereniſſimi Ducis, ut habetur *ſupra num.* 35., & cum immineret propoſitio Cauſæ, & certa eſſet ejus reſolutio pro erectione Epiſcopatus cum Jurepatronatus, inſurrexit tempeſtas, juxta quandam ſublimem proteſtationem adverſus acta, & in futurum agenda in hoc negotio novi Epiſcopatus, cui facta fuit contraproteſtatio in Actis Secretariæ Conſiſtorialis ad effectum non retardandi repropoſitionem Cauſæ deſtinatam *ſub die 4. Julii* 1720., in qua deinde habita ſenſus Sacræ Congregationis foit pro erectione Epiſcopatus una cum Jurepatronatus favore Sereniſſimi Ducis: ſed ex prudentialibus motivis, ut interim ceſſarent obſtacula, captum fuit temperamentum dilatorium reſolutionis ſub ſpecie, quod deſiderarentur probationes tam ſuper libertate, & allodialitate Bonorum aſſignatorum in fundis ut ſupra pro dote Epiſcopatus, quam ſuper conſenſu libero Abbatis, & Capituli Stivagien., & propterea ſub eadem *die 4 Julii* reſcriptum fuit = *Dilata, & coadiuventur probationes* = & in ſequelam hujus Reſcripti commiſſum fuit R. P. D. Firrau tunc Nuncio Apoſtolico apud Helvetios, ut faceret Proceſſum ſuper libertate bonorum, & referret conſenſum liberum Abbatis Stivagien., ut ſupra, qui Proceſſus immediate factus fuit anno 1721., & uſque tunc productus in Actis Sacræ Congregationis unacum Inſtrumento conſenſus liberi, poſtea tamen nihil ulterius actum fuit in hoc negotio, ſive quia rebus
nondum compoſitis, nondum expediat = *Nam ſa-* 79
pe honeſtas rerum cauſas, ni judicium adhibeas,
pernicioſi exitus conſequuntur = juxta ſententiam O-
thonis Romæ Imperatoris apud Tacit. *libr.* 1. *Hi-* 80
ſtor., ſive quia cuntis temporis ſuffragio = *Multa,*
quæ provideri non poſſint, fortuito in melius caſu-
ra = juxta monitum Domitii Celeris apud Tacit.
lib. 2. *Annal.* Sive demum quia aliæ prudentiales,
& legitimæ cauſæ animum piiſſimum Sereniſſimi
Ducis interim remorentur.

Ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt quoad juſtas cau-
ſas deveniendi ad novi Epiſcopatus erectionem, in- 81
ter quas recenſetur illa extinguendi lites, *ut ſupra n.* 15. *in fin.* ultra illud Eccleſiæ Oppidi Prati, addo aliud exemplum erectionis novi Epiſcopatus Barbaſtren. quæ facta fuit per S. Pium V. ad extinguendas lites, & controverſias in materia juriſdictionis pendentes inter Capitulum Eccleſiæ Oppidi Barbaſtren. cum Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Oſcen., ut in Bulla memorati Summi Pontificis *ſub Data* 14. *Kalend. Julii* 1571., ubi Eccleſiam Oppidi Barbaſtren. erexit in Epiſcopalem prævia diſmembratione ab Eccleſiis Oſcen., & Illerden. expreſſa Cauſa ibi = *Cum inter dilectos filios Oſcen. ex una, & Beatæ Mariæ Oppidi Barbaſtren. Oſcen. Diœceſis Capitula ex altera Partibus variæ lites, & controverſiæ diu ſuper juriſdictione exortæ fuerint, & adhuc pendeant indeciſæ, & propterea una, & altera illorum Partes graves expenſas ſubierint* = & inferius allegatur pro Cauſa erectionis extinctio hujuſmodi Controverſiarum una cum altera, quod Epiſcopus Oſcen. vix poſſet viſitare propter amplitudinem, & aſperitatem Locorum ſuæ Diœceſis ibi = *Ex hoc profecto lites præfatæ ceſſarent, ac Ven. Fratri noſtro Epiſcopo Oſcen., qui propter amplitudinem, & aſperitatem Locorum ſuæ Diœceſis, illam vix valet, ut opus eſt, viſitare, ac dilectis filiis illarum Partium Populo, valde conſuleretur* = quod exemplum concordat cum Cauſis ad erectionem novi Epiſcopatus requiſitis, de quibus ſupra *n.* 8. *& ſeqq. uſque ad num.* 15. *in fin.*

F I N I S.

INDEX
RERUM NOTABILIUM,
Quæ in hac Quarta Parte Diſceptationum Eccleſiaſticarum continentur.

Prior numerus indicat Diſceptationem; Secundus ejuſdem Diſceptationis numerum marginalem deſignat.

A

Abbas.

Abbas Regularis, non autem Epiſcopus, debet eligere, & deputare Prædicatorem Regularem proprii Ordinis in Parochialibus ſuo Monaſterio unitis, diſcept. 101. num. 1.
Amplia, etiamſi eleemoſyna ſolvatur Prædicatori per Communitatem, ibid. n. 11.
An ad ipſum ſpectet jus deputandi, & eligendi Prædicatorem, qui ſit Sæcularis, vel Regularis alterius Ordinis vide, ib. n. 4. 5. 6. 7. & 8.
Abbates non poſſunt in ſuo Diſtrictu Abbatiali approbare Confeſſarios, & dare licentiam, ut Regulares in aliis, quam ſuorum Ordinum Eccleſiis Conciones habeant, ib. n. 9.
Abbates Sancti Salvatoris, & Congregationis Lateranenſis in tribus anni feſtivitatibus Pontificaliter celebrant ſub Baldachino, diſcept. 101. n. 19.
Abbati tanquam Parocho primario, non autem Vicario eſt facienda intimatio Edictorum ab Epiſcopo pro Parochialibus exemptis, ib. n. 25.
Abbatibus prohibere poteſt Epiſcopus exercitium Pontificalium extra Eccleſias illis ſubjectas, diſcept. 101. num. 38.
Poſſunt Abbates uti Inſigniis Pontificalibus intra ambitum, vel Parochiam ſibi pleno jure ſubjectam, ib. num. 39.
An ad hunc effectum requiratur, quod Regulares in Eccleſiis ſibi ſubjectis habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ib. n. 40. & 41.
Quale in hac materia eſſe debeat Privilegium Abbatum, ibid. n. 42.
Uſus Pontificalium in Abbatibus intelligitur, abſente Epiſcopo, non autem præſente in functionibus, ib. num. 43.
Abbatibus Regularibus cum juriſdictione Epiſcopali, & Territorio ſeparato Concilium Tridentinum non ademit, niſi ea, quæ ſunt Ordinis, diſcept. 121. numer. 21.
Ad Abbatem, non ad Vicarium pertinet vindicatio jurium Eccleſiæ, diſcept. 121. n. 19.
Abbas ſi habet Territorium Nullius Diœceſis non eſt ſubjectus Epiſcopo viciniori quoad Sacramentum Chriſmatis, ſecus quoad collationem Ordinum, diſcept. 128. n. 10. & 11.

Abbatia.

In Abbatiis, quæ Nullius propriæ non ſunt, miniſtratio Chriſmatis pertinet ad Epiſcopum viciniorem, diſceptat. 128. n. 10.
Quando Abbatia dicatur habere Territorium ſeparatum, ibid. n. 12. & ſeqq. & diſcept. 160. n. 31. & ſub num. 41. & 42.
Vide in verbo *Territorium ſeparatum*.
Epiſcopus vicinior viſitat jure delegato loca, & perſonas Abbatiæ Sæcularis Nullius, diſcept. 160. n. 16.
Abbatia Regularis ſæculariʒatur per ſpatium 40. annorum, diſcept. 160. n. 38.

Abſens, Abſentia.

Abſens, qui accidentaliter eſt præſens, non deſinit eſſe abſens, diſcept. 130. n. 14.
Procurator conſtitutus ab abſente ad reſignandum, valide præſtat conſenſum licet reſignans ejus tempore reperiatur præſens, ibid. n. 19.
Quid diſponat *regul. 45. Cancellar.* in reſignationibus faciendis per abſentes, ibid. n. 1.
Mandatum factum per præſentem ad reſignandum fit mandatum abſentis attento tempore executionis mandati, diſcept. 130. n. 18.
Procurator abſentis remanet talis, etiamſi poſtea conſtituens fiat præſens, diſcept. 130. n. 8.
Abſentia ad certum effectum requiſita intelligitur de perſeveranti, diſcept. 130. n. 22.
Abſentia trium menſium in anno ab Eccleſia permiſſa eſt Canonicis, diſcept. 115. n. 1.
Limita ſi adſit Statutum, vel conſuetudo reſtricta ad minus tempus, ibid. n. 2. & 3.
Abſens tempore vacantiæ trium menſium amittit diſtributiones diſcept. 115. n. 30 & 31.
Non obſtante Indulto Sacræ Congregationis, ibidem numer. 32.
Forma Concilii Tridentini ad privandum Canonicum abſentem non procedit in Coadjutore, diſcept. 133. num. 7.
Ad privandum Canonicum abſentem ſervandæ ſunt dilationes trium annorum, ibid. n. 8.
Durante hoc triennio, non poteſt contra abſentem procedi ad Cenſuras, ib. n. 9.
Vide in verbo *Canonicus*.

Abſolutus.

Abſolutus cum clauſula = *Ex hactenus deductis* = poteſt ex novis indiciis moleſtari, diſceptatio 154. numer. 28.
Abſolutus ab homicidio cum clauſula = *Ex hactenus deductis* = non diſpenſatur, ib. n. 31.

Abſurdum.

Abſurdis daretur locus ſi defuncto Epiſcopo in ſecunda Eccleſia deberet fieri diviſio bonorum cum prima, diſcept. 103. n. 23.
De abſurdo ſi fieret Inventarium in caſu tranſlationis Epiſcopi de una ad aliam Eccleſiam, ibidem numer. 25.
Ratio vitandi abſurdi quid operetur, ib. n. 26.
Eſt potentiſſima, diſcept. 104. n. 45.
Abſurdum eſt, quod Procuratores non ſint tuti de expeditionibus, & expenſis, diſcept. 130. n. 16.
Abſurdum eſt præſumere errorem in opinionibus inveteratis in foro diſcept. 151. n. 9.
Nunquam capienda eſt interpretatio, cui repugnat ratio vitandi abſurdum, diſcept. 103. n. 35.

Abuſus.

Abuſus non eſt allegabilis pro exemplo, diſcept. 145. numer. 26.

Actus.

Duo actus clandeſtini non inſerviunt pro conſuetudine, diſcept. 101. n. 12.
Non ſuſtinetur actus, niſi fiat ab omni, vel majori parte Univerſitatis Eccleſiaſticæ, diſcept. 102. n. 10.
Actus præſumitur factus potius ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria, ib. n. 12.
Et ad inſtantiam ejus, cujus favorem concernit, ibid. num. 15.
Actus præſumitur geſtus, prout de jure erat faciendus, diſcept. 102. n. 19.
Præſumitur pro validitate, & ſinceritate actus geſti ab Adminiſtratoribus Eccleſiæ, vel Loci Pii, & de ratione, ibid. n. 20.
In actibus neceſſariis factis ab Eccleſia non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, diſcept. 102. n. 32.
Per actus poſitivos efformatur ſtatus, non per verbales enuntiativas, diſcept. 104. n. 55.
Actus ratificatio non inducitur, niſi probata ſcientia

Ra-

Ratificantis de illius nullitate, diſcept. 107. n. 9. 15. & 21.
Actus ratificatio excluditur, quando ad aliam cauſam referri poteſt, ibid. n. 16. 18. & ſeqq.
Actus ſubſecuti probant bonum animum præcedentem, diſcept. 108. n. 29.
Actus conſecutivi corruunt ex principio, & titulo infecto, ibid. n. 41.
Actus particulares poſſunt præſcribi per quadragenariam, diſcept. 112. n. 22. & 23.
Etiam ex actu nullo, & ineffectuato reſultat declaratio, ibid. n. 55.
Actus quando non dicatur ſuſpectus, diſcept. 116. num. 13.
Actus ſequentes declarantur ab antecedentibus, diſcep. 116. n. 18. & 23.
Actus conditionalis non dicitur purus, diſceptat. 119. num. 15.
Actus quando habeat contra ſe præſumptionem, diſcept. 119. n. 19.
Actum faciens ſine conſilio ejus, quem requirere tenetur, nulliter agit illo non expectato, diſcept. 121. num. 2.
Amplius, etiam in actu faciendo ad ſupplicationem alterius, ibid. n. 3.
Actus non dicitur poſſe fieri libere, ſi commode fieri non poſſit, diſcept. 121. n. 13.
Actus nullitas eſt pœna formæ non obſervatæ, diſcept. 123. n. 51.
Actus nullitas eſt pœna, ibid. n. 52.
Actus, qui de jure erat faciendus, non præſumitur omiſſus, ibid. n. 61.
Actus erroneus, aut falſus eſt delendus, ibid. numero 63.
Actur abolitio quando congrua ſit, ibid. n. 65.
Actus validitas judicatur ab initio, diſceptatione 130. num. 9.
Actus ab initio nullus non reconvaleſcit ex cauſa ſupervenienti, ibid. n. 22.
Actus validitas favorabilis eſt, & nullitas odioſa, ibid. num. 24.
Ex actibus contrariis deſtruitur conſuetudo, diſcep. 131. num. 36.
Diſpoſitio de actu ſimplici non trahitur ad mixtum, diſcept. 133. n. 26.
Ex actu, qui eſt in quæſtione nulla reſultat probatio, diſcept. 153. n. 10.
Actus præſumitur valide geſtus, diſcept. 155. n. 3.
Actus proteſtatus impedit quaſi poſſeſſionem, ibidem num. 37.
Et probanda eſt proprietas, ibid. n. 38.
Actus rejecti per rem judicatam non ſunt allegabiles, diſcept. 159. n. 35.
Nec etiam litigioſi, ibid. n. 39.
Unicus actus ſufficit Epiſcopo habenti aſſiſtentiam juris ad evertendam conſuetudinem in contrarium, ibid. n. 59.

Adjunctus.

Adjunctus non eſt dandus Vicario Capitulari ſuſpecto allegato, ſed recurrendum eſt ad Capitulum, diſcept. 124. n. 4.
Adjuncti dicuntur Conjudices cum Epiſcopo, ſeu Vicario, ibid. n. 19.
Duo Adjuncti repræſentant Capitulum, & Vicarius Epiſcopum, ibid. n. 20.
Habent unum votum, & non duo, ibid. n. 22.
Poſſunt ſuſpecti allegari, ibid. n. 22.
Adjunctorum, & Vicarii ſimultanea eſt juriſdictio, ibid. n. 24.

Adminiſtratio.

Adminiſtrationes ſæculares ſunt interdictæ Regularibus, diſcept. 145. n. 18.
Adminiſtrare aliquid quo caſu poſſint Regulares de licentia Superiorum, ibid. n. 25.
Si in adminiſtratione ſæculari Religioſus male ſe gerat, Monaſterium non tenetur pro illo, diſcep. 145. num. 29.

Adminiſtrator.

Eccleſiæ Adminiſtratores quando teneantur ad damna, & intereſſe erga contrahentem, diſcept. 102. n. 15.
Eorum actus præſumuntur valide, & ſincere geſti, ib. num. 20.
Adminiſtrator bonorum præſtare debet cautionem, diſcept. 145. n. 28.

Adminiculum.

Adminicula non poſſunt ſupplere Inſtrumentum, quod eſt realiter exhibendum, diſcept. 153. n. 5.
Nec admittuntur adminicula, ubi non admittuntur Teſtes, ibid. & n. 6.
Liber ſolus non probans, probat concurrentibus adminiculis, diſcept. 155. n. 30.

Advocatus.

Advocatus, & Procurator repudiare tenetur cauſas injuſtas, declara, ut diſcept. 133. n. 6.
Inſignes, & Primarii Advocati Urbis recenſentur ſubſcripti in diſcept. 128. n. 24. & ſeqq.

Edictum.

Edictorum intimationem pro Parochialibus exemptis non poteſt Epiſcopus delegare Vicariis Foraneis, diſcept. 101. n. 25.
Talis intimatio eſt facienda Abbati tanquam Parocho primario, non autem Vicariis, ibid. n. 25.
Sub Edictis laicalibus prohibentibus extractionem frumenti non comprehenduntur Eccleſiaſtici, diſcept. 158. n. 3.

Æmulus.

Spernendum non eſt habere ſocium, quem non experimur æmulum juxta dictum Taciti, diſcept. 138. ſub n. 26.
Datur æmulatio naturaliter in inferioribus cum ſuis Superioribus, diſcept. 116. n. 46.

Æquitas.

Æquitas qualis ſit, diſcept. 148. n. 11.
Sanatoria quando detur de æquitate, ibid. per tot.
Æquitas temperat rigorem iuris, ibid. n. 81.
Æquitas *Text. in cap. Suggeſtum de Decim.* locum habet contra Decimatorem particularem, & contra fundatum in Titulo oneroſo, diſcept. 125. n. 27.

Affectio.

Omnis affectio inducit reſervationem realem, non autem perſonalem, diſcept. 105. n. 24.
Una reſervatio, & una affectio non tollunt Indultum conferendi reſervata, ibid. n. 25.
Affectio per appoſitionem manus Papæ dicitur reſervatio ſpecialis, ibid. n. 26.
Affectio inducta per familiaritem Papæ durat etiam poſt eius obitum, ibid. n. 29.
Affectio ſpecialis per appoſitionem manus quando adeſſe dicatur, diſcept. 123. n. 17.
In affectione per appoſitionem manus intrat ratio reverentiæ debitæ Summo Pontifici, ne inferior Collator in intrumittat, ibid n. 19.
Affectio ſemel inducta ſemper durat, ibid. n. 23.
Ex affectione particulari moveri quis non præſumitur, ſi urgeat ratio boni publici, diſcept. 137. n. 42.
Duæ affectiones contrariæ conſiderantur in Canonico familiari Epiſcopi, ibid. n. 18.
Affectionis paritas removet omnem ſuſpicionem, ibid. num. 19.
Affectio maior oritur ex qualitate perpetua reſpective ad temporalem, diſcept. 137. n. 26.
Affectio præſumitur potius ad Eccleſiam ubi adeſt Sepulcbrum Maiorum comparative ad Parochialem, diſcept. 148. n. 12.
Affectionem Legantis demonſtrant legata relicta Eccleſiæ, ibid. n. 13.
Affectionis ratio eſt ratio domicilii in loco, ibid. n. 19. & 29
Affectio maior attenditur ad iudicandum cui Eccleſiæ Teſtatur in dubio reliquerit, ibid. n. 20.
Ex affectione Teſtatoris interpretantur ultimæ voluntates, ibid. n. 23.

Agens.

Agens Cardinalis, an ſit illius familiaris, diſcept. 105. n. 36.

Aggregatio.

Aggregatio ad civilitatem Loci operatur Civem fictum, diſcept. 122. n. 30.

Alea.

Alea, ſeu ſpes futuri doni, & rei incertæ poteſt in contractum deduci, diſcept. 138. n. 4.

Alienatio.

In alienatione rerum Eccleſiæ commiſſa Epiſcopo, Sacra Congregatio apponit clauſulam – *Si in evidentem* – aut requirit cauſam, diſcept. 124. n. 15.
In alienatione modici valoris non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, diſcept. 121. n. 15.
Requiritur ſemper aſſenſus Epiſcopi, ibid. n. 17.
In alienatione facta etiam inter Perſonas eiuſdem Eccleſiæ requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, diſcept. 151. n. 23.
Alienatio bonorum Eccleſiæ induci non poteſt per tacitam receptionem Canonum, diſceptat. 153. num. 17.
Quando non requiratur Beneplacitum Apoſtolicum in conceſſionibus bonorum Eccleſiæ ad tertiam generationem, diſcept. 131. n. 23.
Etiam in bonis concedi ſolitis requiritur utilitas in eorum alienatione, diſcept. 153. n. 24.
Vide in verb. *Emphyteuſis*, *Beneplacitum*, *Renovatio*, & *Ammenſatio*.

Alimenta.

Alimentorum negatio eſt ſufficiens cauſa metus, diſcept. 110. n. 4.

Alternativa.

In alternativis ſufficit unum verificari, diſcept. 152. num. 53.
Alternativa intrat ſolum in Beneficiis liberæ collationis, diſcept. 159. n. 52.

Ammenſatio.

Renovatio non competit ſi Eccleſia velit ammenſationem bonorum pro ſe, diſcept. 131. n. 30.
Limita, ſi contrarium vigeat conſuetudo immemorabilis, ibid. n. 31.
In materia ammenſationis attenditur conſuetudo vigens in locis circumvicinis, ibid. n. 39.
Conſuetudo ammenſandi, ex quibus non excludatur, ibid. n. 40.
Vide in verbo *Emphyteuſis*.

Amiſſio.

Amiſſio maioris partis bonorum eſt ſufficiens cauſa metus, diſcept. 110. n. 6.
Iuris ſui amiſſionem excuſat bona fides, diſcept. 144. num. 8.
Amiſſionem Beneficii ſalvat iuris dubietas, ibidem numer. 25.

Annata.

Annata, & Quindennium ſimul non debentur pro unionibus Beneficiorum, diſcept. 139. n. 6.
Annata non debetur pro diſtributionibus, ibid. n. 8.
Quindennia fuerunt ſubrogata in locum Annatæ, diſcept. 139. n. 8. & 9.
Non debetur ſimul Annata, & Quindennium, ibidem num. 10.
Vide in verb. *Quindennium*.

Anima.

Animæ nihil magis proficuum eſt, quam Miſſarum ſuffragium, diſcept. 148. n. 31.
Anima propria ſi inſtituta ſit in hæreditate, & pro ea Ieſus Chriſtus, cuinam hæreditas debeatur, ibid. per tot.
Pro Anima cenſetur relictum, quod eſt relictum Eccleſiæ, ibid. n. 37.
Hæreditas relicta Animæ non debetur Eccleſiæ Parochiali, ſed Epiſcopo, ibid. n. 38. 43. 44. & ſeqq.
Declara, ut n. 42.
Neceſſitas, ſeu utilitas Animarum eſt cauſa erigendi novam Cathedralem, aut Parochiam, diſcept. 160. n. 4. & ſeqq.

Animus.

Animus præcedens probatur per actus ſubſecutos, diſcept. 108. n. 29.
Animus coactus oſtenditur per proteſtationes etiam extraiudiciales, & clandeſtinas, diſcept. 100. n. 7.

Antecedens.

Antecedens detegitur, & declaratur per ſubſequens, diſcept. 116. n. 29.
Antecedentia præſumuntur, ſtantibus ſubſequentibus, contrario non probato, ibid. n. 44.

Anteceſſor.

Anteceſſor, & Succeſſor pro una Perſona reputantur, diſcept. 123. n. 23.
Inveſtitura bonorum Eccleſiæ facta per Anteceſſorem, quando non afficiat Succeſſorem, diſceptat. 153. numer. 42.
Non valet conceſſio bonorum Eccleſiæ facta per Anteceſſorem anticipate ante terminatam primam conceſſionem, ibid. n. 43.
Factum Anteceſſoris, quando non præſumatur ratificatum per Succeſſorem, ibid. n. 44.
Et quid requiratur, ut Succeſſor ratificaſſe dicatur, ibid. n. 45.
Contra factum Anteceſſoris, ſi primus Succeſſor non reclamat, ius reclamandi ſit ad alium Succeſſorem, ibid. n. 48.
Officialis Succeſſor non poteſt habere maius ius, quam Anteceſſor, diſcept. 158. n. 18.

Antidata.

Apponitur data bona fide Procuratoris, ſecus mala ob nuncium mortis Coadiuti, diſcept. 130. n. 25.
Antidata quo tempore apponatur in Coadiutoriis ultra Montes, diſcept. 130. n. 26.

Antiquitas.

Antiquitas Eccleſiæ Parochialis dat præcedentiam inter pares, diſcept. 106. n. 24.
Limita, ut ibi.
Eccleſia improprie appellatur Matrix ratione maioris antiquitatis, ibid. n. 24.
Antiquitas maior Collegiatæ non dat præcedentiam ſupra Collegiatam inſignem licet recentiorem, diſcept. 116. n. 50.
Antiquitas in Cardinalatu, an, & quando det præcedentiam inter Cardinales, n. 52.
Antiquitas eſt unum ex requiſitis ad inducendam inſignitatem Eccleſiæ, ibid. n. 35.
Antiquitas conſuetudinis importat tempus 40. annorum, diſcept. 156. n. 16.

Appellatio.

Datur an irrationabili iudicio Epiſcopi in præelectione ad Parochialem, & gravatus habet ius obtinendi illam probato gravamine, diſcept. 109. n. 2.
In appellatione conceſſa per Bullam Pianam ab irrationabili Epiſcopi iudicio conſideratur humanæ paſſionis affectus, ibid. n. 6.
Vide in verbo *Parochialis*.
Appellatio non datur a Vicario ad Epiſcopum, diſcept. 124. n. 27.
Appellatio non ligat manus eligentibus, quo minus ſecundam faciant electionem, ſi prima ſit, diſcept. 140. num. 18.
Appellaſſe non dicitur, qui ſe ſubiecit iudicio Iudicis, qui ſententiavit, diſcept. 155. n. 27.
Appellatio contra electionem non ſuffragatur, lapſo termino decennii, ibid. n. 20.

Aperitio Oris.

Aperitio oris requiritur adverſus Breve cum clauſula – *Sublata* –, diſcept. 108. n. 2.
Dicitur conceſſa, ſi Papa remittat cauſam contra ſuum Breve, ibid. n. 4.
Litis pendentia arguit aperitionem oris, ibid. num. 5. & 6.
Quid requiratur pro obtinenda aperitione oris, ibidem num. 7.

Appodiatio.

Appodiatio bonorum Eccleſiæ ad excluſionem Emphyteuſis, ex quibus excludatur, diſceptat. 131. n. 41. & 42.
In bonis appodiatis non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, ibid. n. 42.
In illis Canones ſunt tenues, & laudemia exigua præſtantur, ibid. n. 41.

Ar-

Arbiter.

Arbitri eliguntur per Capitulum pro cognoſcendis cauſis ſuſpicionum ſui Vicarii, diſcept. 123. n. 16. & diſcept. 124. n. 5. & 16.
Et allegata ſuſpecto Vicario Capitulari fit recurſus ad ipſum Capitulum, cui ſoli ſpectat electio Arbitrorum, & cognitio cauſarum ſuſpicionis, diſceptat. 123. numer. 16. & diſceptat. 124. numer. 5. & 7. in fin.
Et nullo modo datur adiunctus Vicario ſuſpecto allegato, diſcept. 124. n. 4.
Quando ſint eligendi duo Arbitri, unus a Vicario ſuſpecto, & alter à Parte recuſante, juxta *Text. in c. Cum ſpeciali*, diſcept. 124. n. 24.
Quo caſu poſſit Arbiter nominari a Vicario Capitulari pro ſua parte, diſcept. 124. n. 23.

Archidiaconus.

Archidiaconus habens Monaſterium ſibi ſubjectum, ſi hoc erigatur in Cathedralem efficitur eidem ſubditus, diſcept. 106. n. 13.

Argumentum.

Argumenta, & ratiocinia non attenduntur, & quando, diſcept. 124. n. 28.
Vide in verb. *Ratiocinium*.

Aſſecutio.

Aſſecutio majoris Dignitatis non tollit privilegia ſtatus inferioris, diſcept. 160. n. 68.
Aſſecutio Beneficii ſignificat aſſecutionem cum effectu mediante poſſeſſione, diſceptatione 134. n. 21. 26. & 27.
Aſſecutio non dicitur facta quoad Beneficium, niſi cum poſſeſſione, & perceptione fructuum, ibidem num. 4.
Item pro aſſecutione requiritur poſſeſſio pacifica, ibid. num. 6.
Stylus Datariæ apponendi Decretum vacationis eo ipſo per aſſecutionem ſecundi, ibid. n. 9. & 25.
Vide in verbo *Incompatibilitas*, & in verbo *Beneficium*.

Aſſiſtentia.

Aſſiſtentiam quando præſtare debeant Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ Epiſcopo Pontificaliter celebranti in Collegiata, diſcept. 149. n. 1. & 2.
Vide in verbi *Canonicus*.
Sufficit aſſiſtentia juris abſque probatione conſuetudinis, diſcept. 137. n. 38.
Aſſiſtentiam juris facit in præeminentialibus conſuetudo, diſcep. 149. n. 11. & 12.
Habenti aſſiſtentiam juris ſufficit unus actus ad evertendam conſuetudinem in contrarium, diſcept. 159. num. 59.

Atteſtatio.

Atteſtatio, quæ caret die, menſe, & anno, non attenditur, diſcept. 155. n. 38.
Atteſtatio facta ab eo, qui falſo ſe intitulavit Officialem, non meretur fidem, diſcept. 155. n. 25.
Mendacium atteſtationis in uno eum reddit ſuſpectum de mendacio in omnibus, ibid. n. 35.

Auctoritas Auctor.

Auctor junior Doctoribus reprobatis non attenditur, diſcept. 146. n. 25.
Vel qui nihil firmat, vel reſolvit, ibid. n. 26.
Vide in verb. *Doctor*.
Auctoritates non numerat Sacra Rota, ſed ponderat rationes, diſcept. 125. n. 35.
Auctoritas Doctorum corruit, corruente ſuppoſito, in quo fundatur, diſcept. 106. n. 11.
Auctoritates in puncto allegans dicitur habere caſum legis, diſcept. 137. n. 4.
Majorem auctoritatem habent reſolutiones ſacræ Congregationis Concilii, quæ ſunt antiquiores, ibidem num. 9.
Auctoritates accipiuntur, prout ſonant, non autem per ſubaudiens intellectus, diſcept. 156. n. 6.
Auctores magni ſunt Parentes circa exempla, quæ præbent ſuis filiis, ſi male ſe gerunt, diſcept. 146. num. 29.
Nulla ratio habetur penitus de Auctoribus per alios reprobatis, diſcept. 156. n. 13.
Nec de Auctoribus ſuſpectis, ibid. & n. 15.
Ex Auctoritate Doctorum non probatur conſuetudo, diſcept. 159. n. 60.

Auditor Cameræ.

A. C. in Beneficialibus nullam habet juriſdictionem, diſcept. 140. n. 3. & 52.

Avus.

Avi originem, & ſorum quando Nepos ſequatur, diſcept. 136. n. 3.

B

Baldachinum.

Erigi debet a Regularibus in ſuis Eccleſiis pro Epiſcopo ibi exercente Pontificalia, diſcept. 101. num. 15.
Quo caſu non ſit erigendum, ibid. n. 17.
Abbates Sancti Salvatoris, & Congregationis Lateranenſis in tribus anni feſtivitatibus Pontificaliter celebrant ſub Baldachino, ibid. n. 19.
Epiſcopo occaſione Proceſſionis veniente ad Eccleſiam Regularium, an ſit erigendum Baldachinum, vel parandum tantum Faldiſtorium, ibid. n. 44.

Bannimentum.

Bannimenta prohibitiva non probant conſuetudinem ſi fuerint ineffectuata, diſceptation. 113. numer. 9. & 12.
Eo minus ſi fuerint reclamata, & revocata, ibid. n. 10. & 15.
Bannimenta generalis Theſaurariæ Marchiæ prohibentia extractionem frumenti abſque ſolutione Gabellæ, an comprehendant Epiſcopos, diſcept. 138. n. 5.
Immo ſolito non comprehendunt Perſonas, in quibus deficit ſolutum exigendi Gabellam, ibidem num. 6. & 9.

Baptiſmus.

Ad probationem Baptiſmi ſufficit unus Teſtis, diſcept. 146. n. 2.
Declara, quando non adeſt præjudicium Tertii, & quando adeſt paritas præjudicii hinc inde, ibid. n. 3. & 4.
Baptiſmus collatus Infanti Hebrææ, inſciis, & invitis Parentis licet illicite, tamen valide collatus eſt, ibid. n. 12. & ſeqq.
Ad Baptiſmi valorem in parvulis quid requiratur, ibid. num. 12.
Baptiſmo collato Infanti Hebrææ inſciis, & invitis Parentibus, an illa ſit aſſis reſtituenda, ibidem n. 14. & ſeqq.
Apud quem educari debeat, ibid. n. 21. & 22.

Baro.

Barones ſubordinati non habent jus prohibendi venationem, & piſcationem, & quando liceat, diſcept. 113. n. 21. & 23.
Si inveſtiantur de Caſtro per Imperatorem, aut Regem, non intelligitur in eos tranſlata ſuperioritas independens, ibid. n. 25.

Baſilica.

Baſilicæ S. Mariæ Majoris in Urbe Canonicatuum valor quantum importet, diſcept. 152. per tot.
Catholica Majeſtas fecit duas aſſignationes redituum ejus Canonicatibus, unam pro diſtributionibus, aliam pro decem Canonicis, quæ diſtribuitur per cedulam Regiam, ibid. n. 34. 39. & 46.
An hujuſmodi reditus poſſint penſionibus gravari, ibid. n. 34. in fine, & n. 35. 39. 40. 42. & 46.

Benedictio.

Spectat ad Epiſcopum benedictio Prædicatorum in ſuis Eccleſiis deputatorum per Abbates Regulares, diſcept. 102. n. 2. & 8.

Beneficium.

Epiſcopus fundans in vita Beneficium de fructibus Eccleſiæ acquirit ſibi, & hæredibus ſuis jus patronatus, diſcept. 103. n. 6.
Examen in Beneficiis Curatis, cum qua clauſula committatur Executori juxta ſtylum Datariæ, diſceptat. 104. n. 8. & 10.
Qualitas, & ſtatus Beneficii inducitur per quadragenariam, fortius per Centenariam, ibidem numer. 10.

Qualitas Curata in Beneficiis debet Papæ exprimi in indiviſo, ibid. n. 11.

In Beneficiis Reſidentialibus licet non Curatis datur proviſio *in forma dignum*, ibid. n. 16.

Proviſio *in forma dignum* cum examine non probat Beneficium Curatum, ibid. ibid. n. 17.

Per differentes clauſulas committitur examen in Beneficiis Curatis, & ſimplicibus, diſcept. 104. n. 22.

Praxis providendi Beneficia in forma gratioſa, ibidem num. 23.

In Beneficiis Curatis nunquam fit proviſio in forma gratioſa, ibid. n. 24.

Beneficium præſumitur ſimplex, & non Curatum, niſi qualitas Curata probetur concludenter, ibid. numer. 18.

Ob reſignationem nulliter factam Beneficium vacat per obitum Reſignantis, diſcept. 105. n. 1.

Reſignatione facta ſcienter nulliter, Beneficium vacat per reſignationem, & remanet affectum Sedi Apoſtolicæ, ibid. n. 4.

Stante reſignatione cum litteris *in forma dignum*, Beneficium non vacat per obitum Reſignatarii, diſtingue, ut ibid. n. 5. & 6.

Vide in verb. *Reſignatio*, verb. *Regula Cancellariæ*, & verb. *Affectio*.

Beneficia reſervata conferri non poſſunt per Cardinales Epiſcopos etiam habentes Indultum, ſi concurrant duæ reſervationes coæquales, diſcept. 105. n. 25.

An requiratur conſenſus Cardinalis Patroni in Beneficio, quod ejus familiaris defunctus obtinuit in prima familiaritate Papæ, ibid. n. 29.

Vide in verbo *Familiaris*.

Beneficia vacantia per promotionem juxta *Extravag. ad Regimen de Præb.* excipiuntur in Concordatis Germaniæ, diſcept. 111. n. 5.

Illorum reſervatio inducta ab Extravaganti procedit etiam quoad illa, pro quibus data fuit retentio, ibid. n. 16.

Ibidem reſervantur Beneficia vacantia per aſſecutionem Officiorum quorumcunque, ibid. n. 17.

Primum Beneficium non remanet reſervatum, ſi proviſio ſecundi facta ſit auctoritate Ordinarii, diſcept. 111. n. 19.

Per retentionem utriuſque Beneficii incompatibilis vacat utrumque, & reſervatum remanet, licet ſecundum fuerit auctoritate Ordinarii proviſum, ibidem n. 20. & 21.

Ut primum maneat reſervatum, vel non, per aſſecutionem ſecundi attenditur menſis, in quo capta fuit poſſeſſio, ibid. n. 22.

Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, an vacent Beneficia juxta *Extravag. ad Regimen*, ibidem num. 23.

In promotione ad Epiſcopatum Titularem non datur de neceſſitate retentio Beneficiorum, & data intelligitur ad cautelam, ibid. n. 24.

Beneficia vacant ſtricto jure per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, diſcept. 111. n. 26.

Cum aliis Beneficiis non ſunt incompatibiles Epiſcopatus Titulares de ſtylo Curiæ, ibid. n. 28.

Beneficia, an vacent juxta *Extravag. ad Regimen*, ſi contemporaneè quis fiat Epiſcopus Titularis, & Suffraganeus alicujus Eccleſiæ Epiſcopalis, ibidem numer. 30.

Beneficium Curatum, vel Dignitatem non amittit acceptans Vicariatum Epiſcopi, ibid. n. 32.

Beneficia manent reſervata juxta *Extrav. ad Regimen*, per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, & Suffraganeatum, ibid. n. 37.

Quoad Beneficia requiritur de Jure Clericatus, ſecus quoad Penſiones, diſcept. 114. n. 28. & 29.

In Beneficiis præſumitur vacatio ſingulis quindecim annis, diſcept. 116. n. 22.

Beneficiorum impetratores odioſi damnantur per Sacros Canones, diſcept. 118. n. 2.

Impetrationis Beneficiorum duplex eſt ſpecies, alia objectiva, & alia civilis, ibid. n. 3. 4. & 5.

Tertium Beneficium habenti alia duo licet inſufficientia Epiſcopus non poteſt conferre, ibid. n. 7.

Limita, ut ibid. n. 14. & 15.

Collato tertio Beneficio, illiuſque adepta poſſeſſione, an vacet unum ex primis, vel duo priora, ibidem n. 8. & 9.

Hæc vacatio intelligitur adepta poſſeſſione tertii cum perceptione fructuum, vel ſaltem eorum majoris partis, ibid. n. 10.

Beneficiorum ſimplicium pluralitas non cauſat de jure incompatibilitatem, ſi omnia adæquent ſufficientem ſuſtentationem, ibid. n. 12.

Habenti duo Beneficia ſimplicia poteſt Epiſcopus conferre tertium ad ſufficientiam vigore Concilii Tridentini, ibid. n. 15.

Ut collatio tertii Beneficii facta ab Epiſcopo ſit nulla, attenditur, an hoc ſit ſufficiens de per ſe, vel inſufficiens, ibid n. 18.

Tertium Beneficium, conferente Epiſcopo, an vacet primum, vel ambo, vel detur optio Proviſo dimittendi unum, ibid. n. 19.

Obtinens tertium Beneficium ſimplex ab Epiſcopo non privatur uno, vel primis duobus jam obtentis, ibid. num. 20.

Sed collatio tertii erit nulla, ibid n. 21.

Tertii Beneficii incompatibilitatem non inducit Concilium Tridentinum cum primis duobus, ibidem numer. 22.

Ut valida ſit collatio tertii Beneficii requiritur proviſio Apoſtolica, ibid. n. 23.

Per expreſſionem primi Beneficii incompatibilis factam in impetratione ſecundi non inducitur diſpenſatio, ſecus in pluralitate Beneficiorum, ibid. n. 24. & 25.

Beneficii collatio, ſeu proviſio facienda ad ſupplicationem alterius non dicitur libera, & ſupplicatio eſt expectanda, diſcept. 121. n. 3.

Pactum, quod in proviſione Beneficii habeatur intuitus ad recommendationem alterius quid importet, ibid. n. 1. & 9.

Petitio, quam habet Populus de providendo perſona ſibi grata ad Beneficium, an dicatur coarctare Superiorem, ibid. n. 5. & 6.

Beneficia Sede vacante devoluta ob negligentiam inferioris Collatoris, an poſſint conferri a Capitulo, diſcept. 124. n. 20. 31. & 32.

Quid de Beneficiis Jurispatronatus, ibid. n. 33.

Beneficiorum collatio jure devoluto ſpectat ad inferiorem, qui habet jus inſtituendi, non autem ad Epiſcopum, ibid. n. 34.

Beneficii impetrator ex capite delicti repellitur, ſi intercesserit ſententia abſolutoria ex baſtinus dedu*ctis*, diſcept. 127. n. 2.

Limita, ſi agatur de Beneficio Curato, ad quod concurrat unus nulla macula notatus, & alter macula notatus, ſed abſolutus per ſententiam ex hactenus deductis, ibid. n. 4.

In Beneficialibus quales ſint tituli contrarii, ibidem numer. 8.

In Beneficialibus gratia conditionalis dat jus quæſitum, licet conditio non ſit verificata, ibid. n. 19.

In Beneficialibus dari poteſt multiplicatio titulorum etiam contrariorum, nec unius inducit renunciationem alterius, ibid. n. 23.

Impetratio ſecundi tituli contrarii in Beneficialibus dicitur facta ad cautelam, ibid. n. 24.

Impetrans ſecundum titulum contrarium fateri non dicitur malum jus ſuper primo, ibidem num. 25. 27. & 31.

Limita, ſi illo utatur, ibid. n. 26.

Minus fatetur ſi gratiam ſecundi tituli non expedire rit, aut denegata ei fuerit, ibid. n. 28. & 29.

Impetrans ſecundum titulum contrarium ſolum dubitat de validitate primi, ibid. n. 30.

In diſpenſatione ſuper incompatibilitate Beneficiorum Papa impedit illorum vacationem, & nemini præjudicat, diſcept. 129. n. 3.

Beneficiatus, contra quem fuit impetratum ab alio Beneficium, lite pendente cum Impetratore, an poſſit illud reſignare in favorem, diſcept. 123. n. 1. & per tot.

Primum Beneficium quando vacet per aſſecutionem ſecundi, ſi poſſeſſio non ſit pacifica, ibidem n.

Decretum Papæ ſuper Beneficiis, *quod nemo alius præter Romanum Pontificem de eo diſponere poſſit*, derogat Juri inferioris Collatoris, ibid. n. 23.

In Beneficiis Curatis, & Eccleſiis Parochialibus Collegiatis non habet locum *Extrav. in c. ut Apoſtolica de Præbend. in 6.* ibid. n. 14.

Beneficii adhuc non vacantis collatio eſt nulla, diſcept. 154. n. 2.

Vacatio primi per aſſecutionem ſecundi incompatibilis non inducitur per ſolam hujus collationem, ibid. n. 2. & diſcept. 135. n. 2.

Sed requiritur pacifica poſſeſſio cum duobus requiſitis, ibid. n. 3. 5. & 6.

Adepta poſſeſſione ſecundi Proviſus non tenetur dimittere primum, niſi intra bimeſtre, ibidem numer. 7.

Ad inducendam vacationem primi, an ſit expectandus lapſus bimeſtris, ibid. n. 8.

De duplici ſtylo Dataria in proviſione ſecundi incompatibilis apponendi diverſa decreta, vel vacationis primi *ipſo*, vel de *dimittendo* infra duos menſes, diſcept. 134. n. 9. & ſeqq.

Non vacat primum Beneficium per aſſecutionem incompatibilis ad effectum ſuppetendi ante captam poſſeſſionis ſecundi, diſceptat. 138. numer. 15. & 16.

Licet vacatio primi inducatur perfecta tum poſſeſſionis ſecundi, ſupervenientibus tamen moleſtiis ſuſpenditur, & his ſopitis retrotrahitur ad diem poſſeſſionis, ibid. n. 20.

Vacatio primi non datur, niſi capta poſſeſſione ſecun-

cundi ſtante decreto *de dimittendo*, ſecus decreto vacationis *eo ipſo*, ibid. n. 22. & 37.
Mortuo Proviſo de ſecundo ante captam ejus poſſeſſionem, proviſio ſuper primo non datur niſi per obitum, ibid. n. 23.
Primum ante poſſeſſionem ſecundi non vacat nec de jure, nec de facto, ibid. n. 24.
Per collationem ſecundi primum contemporanee providetur per Datariam, ſi in illa apponatur decretum vacationis *eo ipſo*, ſecus ſtante decreto *de dimittendo*, ibid. n. 25.
Aſſecutio ſecundi eſt corporalis acquiſitio per capturam poſſeſſionis. ibid. n. 26.
Significat poſſeſſionem cum omni ſuo jure, ibidem numer. 27.
Facta aſſecutione ſecundi, collatio primi ſpectat ad Papam, ſi poſſeſſio ſecundi capta fuit in menſe reſervato, & ad Ordinarium, ſi in menſe Ordinario, ibid. n. 29.
Ad conferendum primum non currit Ordinario terminus, niſi a die, qua capta eſt poſſeſſio ſecundi, diſcept. 234. n. 30.
Poteſt Ordinarius conferre Beneficium vacans de jure, licet non de facto per aſſecutionem alterius, ibid. num. 31.
Proviſus de ſecundo ante captam ejus poſſeſſionem poteſt pœnitere retinendo primum, dimiſſo ſecundo, ibid. n. 32.
Proviſus de ſecundo facit fructus ſuos primi Beneficii tempore, quo ſecundi poſſeſſionem non habuit ob litem. ibid. n. 33.
Beneficia non amittunt promoti ad Epiſcopatus in partibus Infidelium, ibid. n. 34.
Illorum vacatio intrat per adeptionem poſſeſſionis bonorum Epiſcopatus, ibid. n. 35.
Proviſus ab Ordinario de ſecundo poteſt reſignare primum incompatibile in favorem ante captam poſſeſſionem; ſecus poſt ejus capturam, ibid. n. 36.
Decretum de dimittendo e die Datæ intelligitur a die poſſeſſionis, ibid. n. 38.
Per aſſecutionem pacificam ſecundi incompatibilis cenſetur renunciatum liti ſuper primo, ibidem n. 39. & 40.
Per aſſecutionem ſecundi incompatibilis cenſetur renunciatum primariis precibus ad aliud incompatibile, ibid. n. 43.
Beneficium litigioſum vacat per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, ibid. n. 44.
Habens collationem primi, & obtinens poſſeſſionem ſecundi litigioſi, ſi deinde accipiat poſſeſſionem primi, non cenſetur renunciaſſe ſecundo litigioſo, ibid. n. 45.
Beneficii inferioris vacatio per aſſecutionem Epiſcopatus inducitur a die poſſeſſionis illius, diſcept. 235. num. 8.
Unicum decretum vacationis ſuper primo Epiſcopatu, & Beneficio inferiori non poteſt diverſimode intelligi circa tempus vacationis, ibid. n. 9.
Primi Beneficii incompatibilis retentio conceſſa a die adeptæ poſſeſſionis ſecundi deſignat tunc intellectam vacationem primi, diſcept. 235. n. 10.
Eodem tempore intelligitur decretum vacationis primi, ibid. n. 11.
Secundum Beneficium non intelligitur plene aſſecutum, ſi ejus fructus pro majori parte percipi non poſſunt, ibid. n. 26.
Et poſt adeptam poſſeſſionem poteſt retineri primum, dimiſſo ſecundo, & de ratione, ibid. n. 27. & 28.
Decretum vacationis Beneficiorum promoti ad Epiſcopatum intelligitur ſub conditione, niſi forte Proviſus non poſſit illum conſequi, ibid. n. 29.
Diſpenſatus ad retinendum Beneficia cum primo Epiſcopatu indiget nova diſpenſatione, ſi transferatur ad alium, ibid. n. 30.
Valida eſt diſpenſatio pro retentione Beneficiorum ob promotionem ad Epiſcopatum, non facta mentione, quod illa ſint de Jurepatronatus. ibid. n. 31.
Nec paſſive vocatus habet jus impediendi Papam, ne concedat retentionem, ibid. n. 32.
Limita, ſi diſpenſatio dareтus poſt inductam vacationem, ibid. n. 33.
Ad unum, & idem Beneficium poſſunt plures præſentari Ordinario per patronum Eccleſiaſticum, diſcept. 140. n. 20.
In Beneficiis de Jurepatronatus procedit vacatio ob incompatibilitatem, diſcept. 142. n. 1.
Beneficii Fundator poteſt illam inducere, ubi de jure non adeſſet, ibid. n. 2.
In duobus Beneficiis reſidentialibus habentibus reſidentiam diſcontinuam ceſſat Incompatibilitas, ibidem num. 6.
Declara, ut n. 7. & 8.
Cum quolibet Beneficio habente reſidentiam diſcontinuam incompatibilis eſt Parochialis, ibid. n. 9.
Etiamſi Beneficium ſit ſub eodem tecto, ibidem n. 10. & 11.
Diſpenſatus ad duo Beneficia incompatibilia non intelligitur quoad exiſtentia ſub eodem tecto, ibidem num. 12.
Beneficium reſidentiale non poteſt retineri cum Parochia ſub eodem tecto. ibid. n. 13.
Et tale dicitur ſi habeat onus celebrandi per ſeipſum, ibid. n. 14.
Amplia, etiamſi onus celebrandi ſit tantum diebus feſtivis, ibid. n. 18.
Beneficium reſidentiale propter onus Miſſarum non eſt incompatibile cum Canonicatu, ſecus cum Parochia, ibid. n. 24.
Ad effectum vacationis Beneficii æquiparantur caſus ceſſus, & deceſſus, diſceſſus, diſcept. 143. n. 17.
Beneficium impetrans ob negligentiam Beneficiati ſuſcipiendi Presbyteratum probare debet negativam cujuſcunque legitimi impedimenti, n. 23.
Beneficium non perdit, qui non habet voluntatem perdendi, diſcept. 144. n. 13.
Pœnam amiſſionis Beneficii ſalvat dubietas juris, ibid. num. 25.
Beneficii vacatio non præſumitur in menſe reſervato, ſed Ordinario, diſcept. 150. n. 1.
Adverſus Jus conferendi Beneficia in menſibus reſervatis Regulæ 8. Cancellariæ non ſuffragatur Centenaria, vel Immemorabilis. Ibid. per tot.
Ad evitandas reſervationes, an pro certo Beneficio, Centenaria, vel Immemorabilis ſuffragari poſſit, ibid. n. 24.
Beneficium liberæ Collationis habere poteſt Fundatorem Laicum, ibid. n. 16.
Beneficii Collationes factæ per reſignationem non faciunt obſervantiam in caſu liberæ vacationis, ibid. num. 19.
Beneficii Collationes factæ contra reſervationes Apoſtolicas non faciunt conſuetudinem, ibidem num. 21.
Ex natura unius Beneficii arguitur ad naturam alterius in eadem Eccleſia exiſtentis, ibid. n. 22.
In acquiſitione ſecundi Beneficii facienda eſt mentio primi obtenti, diſcept. 151. n. 8.
In Beneficiis valor quomodo ſit probandus, diſcept. 152. per tot.
Beneficii obtentis privandus eſt Clericus homicida, diſcept. 154. n. 4. & 17.
Et eſt inhabilis ad futura, ibid. n. 5. & 19.
Vide in verb. *Homicidium*.
Non eſt prudentia promovere ad Beneficia illum, qui poteſt eras ad Carceres revocari, diſcept. 154. numer. 29.
Poteſtas conferendi Beneficia data fuit ab initio Epiſcopis, diſcept. 159. n. 6.
Ut acquiratur ab Epiſcopo Jus conferendi Beneficia ex conſuetudine, ſufficit quadragenaria ſimplex, ibidem num. 23.
Jus conferendi Beneficia præſcripſerunt Epiſcopi in Italia contra Capitula, ibid. n. 25. & 26.
Beneficium dicitur vacare tam per obitum, quam per reſignationem, ibid. n. 27.
Beneficium reſignari debet in manibus Collatoris, ib. num. 28.
Et de conſenſu habentis Jus eligendi, ibid. n. 29.
Jus conferendi Beneficia ſpectans ad Epiſcopum, ex quo probetur, ibid. n. 30.
Beneficii adjudicatio facienda eſt Proviſo a legitimo Collatore, ibid. n. 40.
Conferri poteſt ab Epiſcopo Beneficium de Jurepatronatus, & Collationis validitas, ex quo dependeat, ibid. n. 44.

Beneplacitum Apoſtolicum.

Abſque Beneplacito Apoſtolico fieri non poteſt ab Eccleſiis, & Locis Piis reductio Cenſus, diſcept. 102. num. 1.
Contrarium eſt verius, ibid. n. 2. & plur. ſeqq.
Contrahens cum Eccleſia ſine Beneplacito Apoſtolico dicitur eſſe in culpa, ibid. n. 11.
Nec habet actionem contra Adminiſtratores illius, ibid. num. 12.
Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in actibus neceſſariis factis ab Eccleſia, diſcept. 102. n. 32.
Sic etiam in reductione Cenſus, ibid. n. 33. & 34.
Beneplacitum præſumitur ex obſervantia 30. annorum, diſcept. 115. n. 24.
Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in Prædiis modici valoris, diſcept. 122. n. 15. & ſeqq.
Nec requiritur in renovatione Emphyteuſis ad tertiam generationem, diſcept. 131. n. 23.
Requiritur tamen in alienatione facta inter perſonas ejuſdem Eccleſiæ, diſcept. 151. n. 23.
Beneplaciti Apoſtolici defectus in Emphyteuſi Eccleſiaſtica non ſanatur per antiquam obſervantiam, diſcept. 153. n. 15.
Beneplacitum expreſſum, non autem præſumptum

requiritur in Inveſtitura ſolemni bonorum Eccleſiæ, diſcept. 153. n. 21.
Beneplacitum præſumptum inducitur ex Centenaria, ibid. n. 22.
Et non ſuffragatur ubi requiritur expreſſum etiamſi inducatur ex Centenaria, ibid. n. 23.
Requiritur Beneplacitum Apoſtolicum ad ſuſtinendam tranſactionem inter Epiſcopum, & Capitulum, diſcept. 139. n. 58.

Biliectum.

Biliectum Datarii ſignificativum Gratiæ jam factæ per Papam, illam tunc factam non probat, ſed meram deſtinationem voluntatis Papæ de providendo, diſcept. 144. n. 5. & 9.

Bimeſtris.

Bimeſtris lapſus an ſit expectandus, ut primi Beneficii inducatur vacatio ob aſſecutionem ſecundi incompatibilis, diſcept. 134. n. 8. & ſeqq.
Et vide in verbo *Beneficium*.

Bona.

Epiſcopus translatus poteſt deferre ad ſecundam Eccleſiam bona quæſita ex prima, diſcept. 103. num. 7. & 8.
Monachus tranſlatus ad aliam Religionem non adimit Priori Religioni bona acquiſita ex ſua Perſona, ibid. num. 13.
Defuncto Epiſcopo in ſecunda Eccleſia, ſi fieri deberet diviſio bonorum cum prima, daretur locus abſurdis, diſcept. 103. n. 23.
In bonis Epiſcopi ſuccedit Eccleſia non uti hæres, ſed uti Domina, ibid n. 33.
Non ſuccedit in illis, quæ Epiſcopus quæſivit ex ſua congrua parte vivendi, ibid. n. 38.
Eccleſiaſtici habent triplicem bonorum ſpeciem, ibid. num. 37.
Fructus bonorum Eccleſiaſticorum reputantur prophani, & cadunt in commercio, diſcept. 102. n. 44.
Bona Epiſcopi translati de una ad aliam Eccleſiam pertinent in morte ad ſecundam Eccleſiam, etiamſi partim acquiſita fuerint ex fructibus primæ, diſcept. 103. n. 1. & 3. cum plur. ſeqq.
Majoris partis bonorum amiſſio eſt ſufficiens cauſa metus, diſcept. 310. n. 6.
Bona aſſignata pro prima erectione Commendæ S. Religionis Sancti Stephani an ſint exempta ab oneribus Collectarum, diſcept. 127. per tot.
Bona Cappellaniæ Laicalis addicta oneri Miſſarum tenentur ad Collectas, ibid. n. 7.
Bona aſſignata Commendis, & ſubjecta Collectis tranſeunt cum ſuo onere, ibid. n. 15.
Bona aſſignata Commendis S. Stephani an gaudeant exemptione, ibid. n. 11. & 12. & ſub n. 21.
Poſſidens bona in alio loco, ibique retinens Domum apertam non ſit Civis ſubjectus quoad Perſonam, diſcept. 122. n. 27.
Subjacet oneribus pro bonis, quæ poſſidet, ibidem num. 29.
Ratione bonorum quis dicitur Subditus, ibid. n. 31.
Bona futura non comprehenduntur ſub privilegio exemptionis, diſcept. 125. n. 7.
Non dicitur Decimator particularis, qui decimat certa bona, ibid. n. 16.
Directum dominium bonorum facit Decimatorem univerſalem, ibid. n. 17.
Capax acquirendi, & retinendi bona non dicitur civiliter mortuus, diſcept. 126. n. 14.
Capacitas acquirendi bona repugnat naturæ Profeſſionis, ibid. n. 22.
Bonorum renunciatio, vel donatio facta in ſæculo ex cauſa ingreſſus in Religionem eſt conditionalis, quatenus ſequatur Profeſſio, ibid. n. 30. & ſeqq.
Bonorum renunciatorum fructus ante Profeſſionem ſpectant ad Donantem, ibid. n. 33.
Bona Emphyteutica vide in verbo *Emphyteuſis*.
Bona cujuſcunque non dicuntur niſi deducto ære alieno, diſcept. 236. n. 1.
In bonis ad Cultum Divinum deſtinatis nullum cadit dominium, vel hypotheca, ibid. n. 11.
Poſſunt in caſu neceſſitatis bona benedicta conflari, & alienari, ibid. n. 9.
In bonis Epiſcopi ad Divinum Cultum deſtinatis Penſionario non datur hypotheca, ibid. n. 11.
In bonis, quæ benedicta non ſunt, neque applicata Eccleſiæ Epiſcopo vivente ſatisfaciendum eſt Creditoribus, ibid. n. 17.
Bona unius Eccleſiæ poteſt Papa alteri dare etiam invito Prælato, diſcept. 160. n. 39. & 44.

Bonum Publicum.

Ob bonum publicum moveri potius quis præſumitur, quam per particularem affectionem, diſceptat. 137. num. 12.
Non retardatur ob cerebrinum diſſenſum privatæ æmulationis, diſcept. 160. n. 49.
Privatum delictum non debet redundare in præjudicium boni publici, diſcept. 208. n. 15.
Et contra Privatos eſt procedendum ad remedium, nec derogandum bono publico, ibid.

Bona Fides.

Non ſuffragatur contra Titulum clarum, diſcept. 122. num. 32.
In extenſione conſenſus facienda per Procuratorem in Coadjutoriis ultra Montes attenditur bona fides, quod juvat Coadjutus, diſcept. 130. n. 23.
Gratiæ ſanatoriæ dantur propter bonam fidem, diſcept. 144. n. 19.
Bona fides, & juſta credulitas in Electione nulla excuſat a devolutione, diſcept. 157. n. 26. & 27.
Ad cauſandam bonam fidem ſufficit opinio unius Doctoris, ibid. n. 29.
Bona fides facit electionem coloratam, & excuſata devolutione, ibid. n. 30.
Et indulgetur noviter fieri electionem, n. 31.

Breve Apoſtolicum.

Adverſus Breve Apoſtolicum cum clauſula *ſublata* requiritur aperitio Oris. diſcept 108. n. 2.
Dicitur conceſſa ſi Papa remittat cauſam contra ſuum Breve, ibid. n. 4.
Vide in verbo *Aperitio Oris*.

Bulla.

Bulla Piana concedens appellationem ab irrationabili Judicio Epiſcopi conſideravit humanæ paſſionis affectum. diſcept. 103. n. 6.
Bulla Gregoriana de publican. reſign. locum non habet in Gratia nunquam expedita per litteras, diſcept. 143. n. 2 & ſeqq.
Mandat publicationem cum litteris confectis, ibidem num. 13.
Non irritat, ſi Reſignatarius nolit uti Gratia reſignationis. ibid. n. 15.
Negativa publicationis litterarum juxta eandem Bullam ex quibus probetur, vel non, ibid. n. 18.
Bulla diſponit non ſolum publicationem litterarum intra certum terminum, ſed etiam captuam poſſeſſionis, vel inſtantiam factam coram Executore in caſu impedimenti, ibid. n. 21. & ſeqq.
Bulla Gregorii XV. incipiens *Inſcrutabili*, & altera S. Pii V. pro Militibus S. Joannis dant Epiſcopo Jus viſitandi Jure delegato Eccleſias Regulares in concernentibus Curam, diſcept. 101. n. 14. & 22.
Bulla 62. S. Pii V. concedit exemptionem Commendis Sacr. Religionis Equitum Sancti Stephani, diſcept. 127. num. 8.
Bulla S. Pii V. declarat incorporata Eccleſiæ poſt obitum Epiſcopi Paramenta, & Supellectilem Sacram, & quomodo intelligatur, diſcept. 236. n. 4. & ſeqq.
Bulla Urbani VIII. ſuper Quindenniis quomodo intelligatur, diſcept. 219. n. 10.
Bulla 19 Gregorii XV. circa electionem Papæ in paritate Votorum, diſcept. 140. n. 18.

C

Campana.

Campanæ in Sabbato Sancto non poſſunt in aliqua Eccleſia pulſari ante illas Cathedralis, vel Matricis, diſcept. 206. n. 1.
Illarum antepulſatio in concurſu duarum Eccleſiarum, quarum una ſit Collegiata, & altera Parochialis, quæ dicatur Matrix, ad quam ſpectet, ibid. per tot.
Alia vide in verbo *Eccleſia*, & in verbo *Matricitas*.

Canon.

Canonum ſolutio non præſumit contractum emphyteuticum, diſcept. 132. n. 21.
Canon ponitur pro cenſu, & ſynonyme accipitur cum illo, diſcept. 153. n. 11.
Per tacitam acceptionem Canonum alienari non poſſunt bona Eccleſiæ, diſcept. 152. n. 17.
Vide in verbo *Emphyteuſis*.

Cano-

Google

Canonicatus, Canonicus.

Canonicis permiſſa eſt vacantia trium menſium in anno ab Eccleſia per Concilium Tridentinum, diſcept. 125. num. 1.
Limita, ſi adſit Statutum, vel Conſuetudo reſtricta ad vacantiam minoris temporis, ibidem n. 2., & 3.
Canonicus abſens ultra menſem vacantiæ ex Statuto Eccleſiæ datum, ſubjacet pœnis Concilii Tridentini contra abſentem ultra tres menſes, ibidem numer. 5.
Ut Canonicus abſit ab Eccleſia ultra tempus vacantiæ requiritur licentia Ordinarii, & Capituli, ibid. n. 11, 12. & 40.
Talis licentia requiritur in Eccleſiis Germaniæ, & Hiſpaniæ, ibid. n. 13.
Ut Canonicus abſit ab Eccleſia etiam tempore vacantiæ permiſſæ, requiritur licentia Ordinarii, & Capituli, ibid. n. 15. & 27.
Hæc licentia ad quem effectum non requiratur, ibid. num. 16.
Canonicus abſens tempore vacantiæ amittit diſtributiones, eo magis ultra tempus vacantiæ, ibidem n. 30. & 31.
Non obſtante Indulto Sacræ Congregationis, ibidem num. 35.
Amittit diſtributiones totius anni, etiam aliquando in anno inſerviens, ſi hoc diſponat Statutum, ibidem num. 33.
Canonicis debet Epiſcopus per decretum diſtribuere tempora vacationis. & quomodo, ib. n. 38.
Facto hoc decreto Canonici non indigent licentia Epiſcopi pro abſentia tempore vacantiæ, limita, ut ib. n. 39.
Canonici olim veniebant appellatione Præsbyterorum, & Clericorum, diſcept. 116. n. 8.
Geſtare non poſſunt Mozzettam, niſi habeant ſpeciale Privilegium Apoſtolicum. ib. n. 47.
An Canonico juniori, ordine tamen majori, competat præcedentia ſupra antiquiorem, ſed ordine inferiorem; & quid ſi iſte poſtea aſſequatur eundem ordinem majorem, ib. n. 51.
Canonico debentur diſtributiones tempore abſentiæ ad ſe defendendum contra delictum ſi fuerit abſolutus per ſententiam *ab inſtantia* deductis, diſcept. 127. n. 3.
Ad privandum Canonicum abſentem ſervare debet Epiſcopus dilationes triom annorum juxta formam Concilii ſecus ad privandum Coadjutorem, diſcept. 133. n. 7. & 8.
Contra Canonicum abſentem non poteſt procedere Epiſcopus ad Cenſuras durante termino, ib. n. 9.
Canonicatus adhuc non vacantis collatio eſt nulla, diſcept. 134. n. 1.
Canonicatus fructus eſt jus votandi, & eligendi, diſcept. 137. n. 1.
Canonici familiares Epiſcopi non prohibentur votare in Capitulo, ſi agatur de intereſſe Dignitatis, vel Menſæ Epiſcopalis, diſcept. 137. n. 3. & 7.
Secus ſi agatur de intereſſe particulari Epiſcopi, ibidem num. 6.
Canonici habent plenam libertatem, quando in Capitulo proceditur per vota ſecreta, ib. n. 11.
Canonicus teſtificare poteſt favore Concanonici, ibidem num. 12.
Canonicus in eligendo non prohibetur votare in favorem Fratris, ib. n. 15.
Sic etiam Canonicus Coadjutor favore Coadjuti, ibidem num. 18.
Canonicus poteſt eſſe Judex non ſuſpectus in lite inter duos Canonicos, ib. n. 20.
Canonicus, qui ſit familiares Epiſcopi majorem affectionem habere præſumitur erga Eccleſiam, & Capitulum, quam Epiſcopum, ib. n. 21.
Canonicus format unum Corpus cum Capitulo, ibidem num. 22.
Canonici inter ſe fraternizare dicuntur, ib. n. 23.
Præſtant juramentum de obſervandis Statutis, & Conſuetudinibus Eccleſiæ, ib. n. 24.
Canonicus eſſe debet Defenſor proprii Capituli, ibidem num. 25.
Confeſſio Canonicorum in Capitulo plene probat conſuetudinem immemorabilem, ib. n. 33.
Licet jus votandi ſit fructus Canonicatus poteſt tamen limitari in parte ex cauſa probabili, ib. n. 30
Id procedit ex conſuetudine, non autem de jure, ibid. num. 31.
Et ſufficit aſſiſtentia juris abſque probatione conſuetudinis, ib. n. 32.
Si pro Canonicatibus erigendis facta ſit unio Beneficiorum ex tali unione non debetur Quindenonium, diſcept. 139. n. 3. & 5.
Limita, ſi unio facta ſit Maſſæ diſtributionum Capituli, ib. n. 6.
Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ quando debeant aſſiſtere Epiſcopo pontificaliter celebranti in Collegiata, diſcept. 149. n. 1. & 2.
Canonici Cathedralis quomodo intelligantur obligati per Concilium Tridentinum ad præſtandum aſſiſtentiam Epiſcopo, ib. n. 2.
Canonici Collegiatæ Sancti Petronii Bononiæ aſſiſtunt Archiepiſcopo pontificaliter in illa celebranti, ibidem num. 7.
Tenuitas redditaum Canonicatus ex quo probetur, diſcept. 151. n. 31.
Ad hunc effectum non conſiderantur ſoli redditus Præbendæ, ſed etiam diſtributiones, & incerta, ibidem num. 32.
Jus conferendi Canonicatus in Collegiatis reſidet apud Epiſcopum, diſcept. 159. n. 1.
Declara . nt, n. 3. & ſeqq.
Vide in verbo *Collegiata*.
In Eccleſiis receptitiis Canonicatus non ſunt collativi, ſed proceditur per admiſſionem ad conſortium, ib. n. 11. 12. & 14.
Canonicorum receptio in Eccleſia requiſito conſilio, ſeu licentia Epiſcopi importat hujus collationem ib. n. 47.

Capacitas,

Stante capacitate acquirendi, & retinendi bona non dicitur adeſſe mors civilis, diſcept. 156. n. 14.
Capacitas acquirendi bona repugnat naturæ Profeſſionis, ib. n. 24.
Capacitas acquirendi, quare fuerit permiſſa Scholaſticis Societatis Jeſu, ib. n. 23. & 29.
Vide in verbo *Societas Jeſu*.

Capitulum.

Cura Animarum in Cathedrali non reſidet apud primum Dignitatem, ſed Capitulum, diſcept. 104. n. 29.
Ex quibus dignoſcatur Curam Animarum reſidere apud Capitulum, & ex quibus probetur, ibidem n. 30. & ſeqq.
In proviſione Dignitatum, & Canonicatuum non requiritur examen, licet Cura Animarum exerceatur ab illis promiſcue, vel per Turnum, ibidem num. 35. & ſeqq.
Nec talis Proviſio eſt ſubreptitia, ſi omittatur mentio Curæ Animarum, ib n. 38.
Qui deputantur a Capitulo dicuntur ejus Coadjutores, & non alterius, ib. n. 50.
Functio Capitularis dicitur, quæ gradatim devolvitur de prima ad alias Dignitates, ib. n. 58.
Prima Dignitas repræſentat Capitulum, & in ejus defectu alia ſubſequens, ib. n. 59.
Jus conferendi apud Capitulum, ex quibus probetur, diſcept. 125. n. 14.
Capituli Statutum quando valeat ſine conſenſu Epiſcopi, ib. n. 18.
In quibus Capitulum poſſit ſtatuere abſque Epiſcopo, ib num. 19.
In Statuto facto per Capitulum poteſt conſenſus Epiſcopi ſupervenire, ib. n. 20.
Et ſufficit conſenſus tacitus, qui præſumitur ex obſervantia, ib. n. 21. & 22.
Libri Capituli probant contra Eccleſiæ Reſidentes, ib. num. 28.
Jus convocandi Capitulum pertinet ad Decanum, diſcept. 123. n. 2.
Libere, & ſine licentia Epiſcopi, ib. n. 3. & 4. 5.
Capitulum Sede vacante pro ſe congregando non tenetur acquirere licentiam ab ejus Vicario Capitulari, diſcept. 125. n. 9. 10 & ſeqq.
Non obſtante deputatione Vicarii Capitularis, remanet Superior, & in pluribus actu, & habitu juriſdictionem retinet, ib. num. 12. cum plur. ſeqq. &, diſcept. 123. n. 8. cum ſeqq.
Capitulum non tenetur petere licentiam ab eodem Vicario tanquam proprio Miniſtro, & Subdito, diſcept. 123. n. 18.
Contra ſingulares de Capitulo, non contra Capitulum transfunditur juriſdictio in Vicarium Capitularem, ib. num. 19.
Jus congregandi Capitulum reſpicit Capitulum uti Collegium, & ad quem ſpectet ejus convocatio, ibidem num. 20.
Licentia ſe congregandi, quam petiit Capitulum ab Epiſcopo, extinguitur in Capitulo, Sede vacante, ibidem num. 23.
Capitulum per quadragenariam poteſt præſcribere licentiam obtinendam pro ſe congregando contra Epiſcopum, & Vicarium Capitularem, ib n. 29.
Capitulum, Sede vacante, dicitur Succeſſor Epiſcopi, ib. n. 30. & 31.
Propter hoc non tenetur petere licentiam ſe convocandi a Vicario Capitulari, ſi illam petebat ab Epiſcopo, ib. n. 32. & ſeqq.
Quidquid in ſe Capitulum non habet, non transfert in Vicarium Capitularem diſcept. 123. n. 34.

Non

Digitized by Google

Non cenſetur tranſtuliſſe in Vicarium jus ſuperioritatis contra ſe ipſum, ib. n. 35.
Excommunicari non poteſt a Vicario Capitulari, ibidem num. 36.
Jus convocandi Capitulum in defectum Decani, ad quos devolvatur, ib. n. 40.
Ab hoc jure ſunt excluſi Coadjutores, ib. n. 41.
Major pars Capituli poteſt ſe ipſum congregare, diſcept. 123. n. 49.
Habens facultatem convocandi Capitulum habet etiam pro adhibendis perſonis ad expiendum actum neceſſaria, ib. n. 53.
Capitulum, Sede vacante, poteſt in ſubſidium adhibere alios Notarios, & Curſores præter Cancellarium, & Curſores ordinarios, ib. n. 56.
Capituli convocatio fieri poteſt per Nuncium, Epiſtolam, aut ſonum campanæ, ib. n. 57.
In Eccleſia Gerunden. Capitulum non eſt ſucceſſor Epiſcopi, Sede vacante, ſed Archidiaconus, diſcept. 123. num. 62.
Tantum eſt exprimere Capitulum, quantum omnes Dignitates, & Canonicos, ib. n. 72.
Capitulum quomodo congreget ſe ipſum, ib. n. 73.
Ad Capitulum eſt recurrendum ſi Vicarius Capitularis allegetur ſuſpectus, nec eſt illi dandus Adjunctus, diſcept. 124. n. 4. & 26.
Capitulum eligit Arbitros pro cognoſcendis Cauſis ſuſpicionum, & delegat Cauſam alicui non ſuſpecto, ibid. num. 5.
In Capitulum tranſit juriſdictio Epiſcopalis, Sede vacante, ib. n. 6.
Capitulo competit facultas recipiendi recuſationes Vicarii Capitularis, & deputandi Arbitros, ibidem num. 26.
Reſolutiones Sac. Congregationis in hac materia, ibid. num. 29.
Capitulum, Sede vacante, an poſſit conferre Beneficia liberæ collationis devoluta ob negligentiam inferioris Collatoris, ib. n. 30. 31. & 32.
Quid in Beneficiis de Jurepatronatus, ibidem n. 33. & 35.
Capitulum, Sede vacante, habet jus inſtituendi ad præſentationem Patronorum &c, ſic etiam conferendi jure devoluto, ib. n. 35.
Neque dicitur extendere ſuam juriſdictionem, ibidem num. 36.
Quando in Capitulo proceditur per Vota ſecreta, Canonici habent plenam libertatem votandi, diſcept. 137. n. 11.
Capitulum Cathedralis non poteſt expellere ab actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, Dignitatis, & juriſdictionis Epiſcopalis, Canonicos familiares Epiſcopi; ſecus ſi agatur de illius intereſſe privato, diſcept. 137. per tot.
Capituli electio facta de duobus ad Beneficium per majorem partem Votorum, in paritate valida eſt, & dignior judicio Ordinarii præferendus, diſcept. 140. per tot.
Vide in verb. *Electio*.
Capitulum Generale non poteſt reformare Conſtitutiones Papæ, diſcept. 145. n. 23. & 24.
Duo Capitula ſimul unita faciunt unum Corpus, diſcept. 149. n. 14.
Capitulum Collegiatæ vide in verbo *Collegiata*.
Contra Capitula præſcripſerunt Epiſcopi in Italia jus conferendi Beneficia, ib. n. 25. & 46.
Capitulum ad præſcribendum jus conferendi probare debet quadragenarium cum titulo, ib. n. 26.
Capitulum Cathedralis habet jus conferendi ſimultanee cum Epiſcopo, quoad Canonicatus illius, ibid. n. 45.

Cappellania.

Bona Capellaniæ laicalis addicta oneri Miſſarum tenentur ad Collectas, diſcept. 117. n. 1.
Capellaniæ reſidentia præciſa, per quod inducatur, diſcept. 142. n. 3.
In Capellaniæ onus celebrandi per ſe ipſum, ex quo inducatur, ib. n. 5.
Capellania cum onere celebrandi diebus feſtivis eſt incompatibilis cum Parochiali, ib. n. 18.
Capellania reſidentialis propter onus Miſſarum non eſt incompatibilis cum Canonicatu, ſecus cum Parochia, ib. n. 24.

Carcer.

Carceris pœna inducit juſtum metum, diſceptat. 146. num. 9.

Cardinalis.

Regula 32. Cancell. de conſenſu Cardinalis Patroni locum non habet, ſi eius familiaris moriantur ante conſecutionem juris in re, diſcept. 105. n. 7.
Habet locum in primis Dignitatibus reſervatis ex regula 3. ib. n. 8.
Vide in verbo *Regula Cancellaria*, & verbo *Reſervatio*.
Indultum conceſſum Cardinalibus Epiſcopis de conferendo reſervata ceſſat, ubi concurrunt duæ reſervationes coæquales, diſceptat. 105. n. 15.
Familiaritas Cardinalis non attenditur, ſi concurrat illa Papæ, nec ſunt duæ reſervationes impedientes Indultum, ib. n. 16. & 22.
Conſenſus Cardinalis Patroni, an requiratur in Beneficio, quod eius defunctus familiaris obtinuit in prima familiaritate Papæ, ib. n. 27.
In proviſione Beneficii vacati per mortem eius, qui illud obtinuit in familiaritate ſecunda, requiritur huius conſenſus primo mortuo, ib. n. 28.
Non requiritur conſenſus Cardinalis in Beneficio eius familiaris, qui tempore eius obitus tranſitum fecerit ad familiaritatem Papæ ib. n. 30.
Conſenſus Cardinalis requiritur in proviſione Beneficii vacati per obitum familiaris in Curia, ib. n. 31.
Non requiritur conſenſus Cardinalis in Beneficiis reſervatis per obitum Officialis Papæ ſimul, & familiaris Cardinalis, ib. n. 33.
Nec etiam in reſervatis per obitum familiarium Papæ, & Cardinalium, ib. n. 34.
Vicarius Epiſcopi Cardinalis, an dicatur ejus familiaris, ib. n. 35.
Agens, Adminiſtrator, & Auditor, an dicantur familiares Cardinalis, ib. n. 36.
Præceptor Cardinalis pro litteris græcis, & aliis non dicitur eius familiaris, ib. n. 37.
Vicarius Cardinalis dicitur illi inſervire tanquam Epiſcopo, non tanquam Cardinali, ib. n. 38.
Cardinalis junior Ordine majori præcedit antiquiori in Cardinalatu conſtituto in Ordine inferiori; ſecus ſi ille poſtea aſſequatur eundem Ordinem majorem, diſcept. 116. n. 51.

Caſus.

In rebus decidendis non attenditur qualis ſit caſus, ſed qualis contingere poſſit, 103. n. 24.
Caſus mixtus non comprehenditur ſub regula 45. Cancellar. diſcept. 130. n. 12.
Et judicare, prout de jure, ib. n. 13.
Diſpoſitio legis loquens de caſu ſimplici non trahitur ad caſum mixtum, diſcept. 133. n. 26.
Ad caſum fortuitum referibilis, quandoque eſt modus necandi, diſcept. 146. n. 32.
Materialitas caſus non attenditur, ſed ſubſtantia rationis, diſcept. 159. n. 37.

Cathedralis.

Cathedralibus æquiparantur Collegiatæ inſignes, diſcept. 149. n. 8.
In Cathedrali Epiſcopus, & Capitulum habent jus conferendi Canonicatus ſimultanee, diſcept. 159. n. 45.
In Cathedralibus reſervatio primæ Dignitatis quando inceperit, ib. n. 54.
Novam erigere Cathedralem, & dividere unum Epiſcopatum in duos ſpectat ad Summum Pontificem, diſcept. 160. n. 2.
Præſertim ſi concurrant publicæ cauſæ, & ad quas reducantur, ib. n. 3. 4. & 5.
Cauſa erigendi novam Cathedralem eſt longa diſtantia Animarum ad Epiſcopum viciniorem, ibidem num. 9. & 10.
Cathedralium de novo erectarum per Summos Pontifices exempla, ib. n. 26.
Locus, in quo nova Cathedralis erigitur, potius in Civitatem erigitur, ib. n. 27.
Pro nova erectione Cathedralis locus debet eſſe inſignis, ib. n. 28.
Eccleſiæ erigendæ in Cathedralem inſignitas, ex quibus probetur, ib. n. 29.
In materia erectionis Cathedralis Papa non dependet ex conſenſu intereſſe habentium, ib. n. 34. 44. & ſub num. 77.
Si duo congrue concurrat, indulgetur erectioni novæ Cathedralis, ibid. n. 35.
Contra erectionem Cathedralis in loco non exiſtente in ejus Territorio ſpernitur diſſenſus Epiſcopi, ib. n. 40.
Novas Cathedrales erigere Papæ eſt reſervatum, nonobſtante diſſenſu Epiſcoporum, ib. n. 27.
Et conſenſus Epiſcopi requiritur ſolum, ut deducat cauſas rationabiles, & quales iſtæ ſint, ib. n. 48.
Si iſtæ deficiant, diſſenſus Epiſcopi non attenditur, ibid. n. 49., & n. 50.
Qualis ſit cauſa principalis deveniendi ad erectionem novæ Cathedralis, ibid. n. 53.
Contra erectionem novæ Cathedralis non attenditur diſſenſus Capituli, ibid. n. 55.
Nova Cathedralis dignior reputatur ſubiecta immediate Sanctæ Sedi, ibid. n. 57.
Contra erectionem novæ Cathedralis quando non attendatur diſſenſus Metropolitani, ibid. n. 61.
Amplius, ſi fiat erectio Cathedralis ab illo exempte, ib. n. 63.
Juſpatronatus, ſeu nominandi ad Cathedralem vide in verbo *Juſpatronatus*.
Vide in verb. *Eccleſia*, & in verb. *Capitulum*.

Cau-

Cauſa.

Cauſa expreſſa ceſſio ſacit tacitam, & nominatam, diſcept. 167. n. 20.
Cauſa, & finis omnia rapit in ſe ipſum, ibid. n. 9.
Cauſa publica præcipue ſpectanda eſt diſcept. 121. n. 22.
Licentia, & diſſenſus cum cauſa, vel ſine, quando procedat, diſcept. 143. n. 58.
Ex pluribus cauſis quando una dicatur finalis, diſcept. 147. n. 35.
Cauſa publica eſt reſecare litigia inter Eccleſiaſticos, diſcept. 60. n. 14.

Cauſa Piæ.

Hæreditatem ad pias cauſas non conſequitur Epiſcopus, niſi quando relicta non eſt certæ Eccleſiæ, diſcept. 148. n. 28.
In diſtribuendis relictis ad pias cauſas Epiſcopus non poteſt facere lucrum, ibid. n. 30.
Hæreditas ad pias cauſas debetur Epiſcopo ad diſtribuendum, ibid. n. 33.

Cautela.

Cautela pro Epiſcopis, ut antequam procedant ad Cenſuras exquirant ſenſum Sacræ Congregationis, diſcept. 158. n. 29.

Cenſura.

Ad Cenſuras proceditur pro tuenda Immunitate Eccleſiaſtica, diſcept. 158. n. 4.
Et contra impedientes Viſitationem, diſcept. 157. n. 21.
Epiſcopi antequam procedant ad Cenſuras, cautius agunt, ſi exquirant ſenſum Sacræ Congregationis, diſcept. 157. n. 29.

Cenſus.

Cenſus reductio non poteſt fieri ab Eccleſiaſticis, & Locis piis abſque Beneplacito Apoſtolico, diſcept. 102. n. 1.
Contrarium eſt verius, ibid. n. 2. & plur. ſeqq.
Ut reductio Cenſus dicatur facta bona fide, an requiratur debitorem requiſiviſſe Eccleſiam cum ſeo paratum ad reſtituendam ſortem, diſcept. 102. n. 16.
Probatio requiſitorum pro valida reductione quando fieri debeat per debitorem, vel Eccleſiam, diſcept. 102. n. 17. & 18.
Cenſus reductio, ex quibus circumſtantiis dicatur facta bona fide per Eccleſiam, ſeu Locum pium, diſcept. 102. n. 21.
Fructus Cenſuum regulantur cum illis ſtabilium, ibid. num. 23.
Reductio Cenſus, ut ſit facta bona fide, non eſt probandum, quod eius debitor haberet tot pecunias de proprio, ſi poterat eas ab alio accipere, ibidem num. 32.
In reductione Cenſus non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, ibid. n. 33. & 34.
Non poteſt Cenſus alienari ab Eccleſia abſque ſolemnitatibus, diſcept. 102. n. 40.
Secus eſt quoad fructus, ibid. n. 41.
Cenſus habentur loco ſtabilium, ibid. n. 40.
Reductis fructibus Prædiorum, juſta eſt reductio fructuum Cenſus, ibid. n. 42. & 43.
Cenſus, & Canon ſynonima accipiuntur, diſcept. 153. num. 12.

Centenaria.

Centenaria decidit tam poſſeſſorium, quam petitorium, diſcept. 104. n. 27.
Conſtitutio Papalis per Centenariam ineffectuata non attenditur ad deſtruendum ſtatum, diſcept. 104. n. 49.
Centenaria non prodeſt ei, qui allegat titulum nullum, diſcept. 112. n. 21. & 32.
Centenaria, quæ allegatur pro titulo, non autem præſcriptione, non æquipollet quadragenariæ cum titulo, ibid. n. 48.
Centenaria præſumit confirmationem Statuti in forma ſpecifica, diſcept. 115. n. 23. & 34.
Centenaria continetur ſub appellatione Conſuetudinis antiquæ, diſcept. 116. n. 36.
Centenaria præſumit erectionem Collegiatæ factam auctoritate Apoſtolica, diſcept. 116. n. 31.
Centenaria obſervantia exuberat in dicta interpretatione ad intelligendum ſenſum Conſtitutionis, diſcept. 117. n. 26.
Omnia poſſibilia præſumit, ibid. n. 12.
Per Centenariam præſumitur titulus derogatorius exemptionis, ibid. n. 19.
Afficit omnes etiam jure proprio viventes, & in quo caſu, ibid n. 10.
Ex Centenaria probatur Territorium ſeparatum, diſcept. 128. n. 22.
Centenaria obſervantia negativa, an attendatur, ibid. num 23.
Per Centenariam præſcribi non poteſt jus conferendi in menſibus reſervatis contra *reg.* 8. *Cancell.* & concordata Germaniæ, diſcept. 150. per tot.
Centenaria ſine qualitate coloriva non ſufficit contra reſervationes Apoſtolicas, ibid. n. 7. & 23.
Per Centenariam interpretari poſſunt Regulæ reſervatoriæ, ubi ſunt dubiæ, ibidem n.
Centenaria reſiſtens, cuſtat [illegible] præſumpta fundatione ibid. num. 15.
Centenaria an poſſit ſuffragari pro certo Beneficio ad evitandas reſervationes, ibid. num. 14.
Centenaria æquiparatur immemorabili, ibid. n. 29.
Nulla melior interpretatio, quam quæ deducitur ex obſervantia Centenaria, diſcept. 151. n. 28.
Centenaria inducit Beneplacitum præſumptum, diſcept. 153. num. 22.
Centenaria non datur cum mala fide, diſcept. 153. num. 22.

Ceſſio Jurium.

Ceſſionem jurium obtinens per concordiam dicitur continuare in ſuo primævo titulo per remotionem obſtaculi, diſcept. 107. n. 3.
Ceſſio juris propter nunquam præſumitur, niſi verbis expreſſa fuerit, diſcept. 135. n. 25.

Ceſſus.

Ceſſus ad effectum vacationis Beneficii æquiparatur deceſſui, diſcept. 143. n. 17.

Chriſma, Chriſmare.

In Eccleſiis Regularium exemptis non poteſt Epiſcopus conferre Sacrum Chriſma, limita, & declara, diſcept. 101. n. 20. & 61.
Chriſmare non poteſt Epiſcopus in locis exemptis, aut in Territorio ſeparato Prælati inferioris, diſcept. 158. n. 3.
Chriſmare habet mixturam juriſdictionis Epiſcopalis, ibidem num. 4.
Chriſmare poteſt Epiſcopus in locis exemptis, qui ſunt Parochiales; ſecus in Eccleſiis Territorii ſeparati, ib. num. 8.
Subjectus non eſt Abbas habens Territorium Nullius Epiſcopo viciniori quoad Sacramentum Chriſmatis, ſecus quoad collationem Ordinum, ibid. n. 10. & 11.

Civilitas Civis.

Ad conſervandam civilitatem ſufficit retinere domum apertam cum ſuis Miniſtris ibi habitantibus, diſcept. 122. num. 5.
Civilitatem patris filius ſequitur, diſcept. 122. n. 7.
Civilitas non amittitur per diſceſſum a loco ex cauſa Officiorum temporalium, ibid. n. 9.
Civilitas originaria ſufficit, ut quis dicatur eſſe ſubjectus, ibidem n. 10.
Civilitatem primi Regni amittit ex conſuetudine Germaniæ, qui ſe transfert ad habitandum in alio, ibid. num. 13.
Per retentionem domus apertæ in loco cum bonis non fit Civis ſubjectus quoad Perſonam, ib. n. 28.

Civitas.

Civitas occidens ſuum Epiſcopum privatur Dignitate Epiſcopali, diſcept. 108. n. 8.
Civitas per ratificationem necis Epiſcopi dicitur Rea, ibidem n. 17.
Circumſtantiæ pro innocentia Civitatis, & pro excludenda ratificatione necis, proprii Epiſcopi, ib. n. 18. & ſeqq. & n. 24. & ſeqq.
Civitas Aranea, privata ad tempus Dignitate Epiſcopali ob necem Epiſcopi ab Urbano VIII. & reintegrata poſt quindennium, ibid. n. 38.
Civitas Acinæ fuit Cathedra Epiſcopalis, ib. n. 40.
Privata fuit Præpoſito ob ſuppoſitam ejus necem illius culpa ſecutam, ibid. n. 43.
Vide in verbo *Epiſcopus.*
Civitatis privatio ob necem Epiſcopi, an ſit perpetua, diſcept. 108. n. 34.
Civitas habet intereſſe defendendi Privilegia conceſſa ſuæ Nationi, diſcept. 122. n. 2.
Appellatione Oppidi venit etiam Civitas, ſi concurrant circumſtantiæ, diſcept. 160. n. 30.

Clauſula.

Clauſula — *Si in evidentem* — apponitur per Sacram Congregationem in alienatione rerum Eccleſiæ commiſſa Epiſcopo, diſcept 102. n. 15.
Clauſula — *Sive præmiſſo &c.* — quid operetur in reſignatione, & quare apponatur, diſcept. 119. n. 23. 24. & 25.
Clauſula — *Conſtito, & dummodo* — in litteris reſignationis Beneficii, ad cujus Titulum quis eſt ordinatus reſpicit ſubſtantiam gratiæ, & conditionem ſuſpenſivam, diſcept. 167. n. 11.
Clauſula — *Tibi aſſenſuri* — in his reſignationibus æquipollet clauſulæ — *Conſtito*, & clauſulæ — *Dummodo* — ibidem n. 15.
Alias ſi non æquipollet reſignatio eſt nulla ob non expreſſam Papæ qualitatem Beneficii, ibid. n. 16.
Per clauſulam — *Non obſtantibus* — appoſitam in ſecundo Privilegio non cenſetur revocatum primum, diſcept. 152. n. 18.
Clauſula generalis nihil operatur, ubi requiritur ſpecialis, diſcept. 156. n. 29.
Clauſula — *Sine præjudicio* — oſtendit voluntatem Summi Pontificis non præjudicandi gratiæ alteri factæ, ibidem n. 21.

Clau-

Clauſula — *Ut aſſetis* — reſpicit tempus præteritum, diſcept. 152. n. 19.
Abſolutus cum clauſula — *Ex hoſtium diduttis* — poteſt ex noris indicio moleſtari, diſcept. 154. n. 28.
Abſolutus ab homicidio cum clauſula — *Ex hoſtium diduttis* — non, diſpenſatus, ibidem n. 38.

Clericatus, Clericus.

Clericatus; an requiratur de tempore collationis, ſi collatio facta ſit Laico per Papam, diſcept. 114. n. 20.
Niſi præcedat Clericatus non poteſt habere executionem Gratia pro Laico Clerico charactere inſigniri volente, ibid. n. 21.
Clericatus quoad Beneficia requiritur de jure, ſecus quoad penſiones, ibidem n. 28. & 29.
Clericis etiam Sæcularibus prohibitum eſt ſe immiſcere negotiis ſæcularibus, diſcept. 129. n. 4.
Item Clericis Regularibus, ibid. n. 5. & ſeqq. Clerici non poſſunt exercere Officium majoris domus Patrimonii ſæcularis, ibid. n. 8. & 9.
Clericus homicida privandus eſt Beneficiis obtentis, diſcept. 154. n. 4. & 17.
Et eſt inhabilis ad futura, ibid. n. 5. & 19.
Contra Clericum non probat ſententia Judicis Laicis, ibidem n. 6.
Maxime ſi ſit contumacialis, ibid. n. 7.
Clericus irregularitatem non incurrit ex ſententia Judicis Laici ſuper homicidio, ibid. n. 8.
Dummodo conſtet de innocentia ſententiati; ibid. n. 9.
Clerici delictum ex propria ejus confeſſione reſultans ex Proceſſu Judicis Laici, probat, aut infamat, & quando, ibid. n. 15.

Coadjutor Coadjutoria.

Coadjutores dicuntur Capituli, & non alterius, qui ab illo deputantur, diſcept. 104. n. 30.
Coadjutores Canonicorum excluſi ſunt a jure convocandi Capitulum, diſcept. 126. n. 42.
Conſenſus Canonici facti, ibid. n. 43. 44. & 45.
Coadjutor primi Primicerii in defectum illius an non habet præcedentiam ſupra ſecundum Primicerium, diſcept. 123. n. 48.
Coadjutoria, quæ dat Coadjutori omnes prærogativas, & præeminentias Coadjuti præſentis, quomodo intelligatur, diſcept. 125. n. 46.
Non intelligitur in præjudicium aliorum Canonicorum jure proprio jus habentium, ibid. n. 47.
Coadjutoriæ Gratia quando concedatur, diſcept. 125. num. 2.
In Coadjutoriis, an detur vacatio, ibid. n. 4.
In Coadjutoriis Papa impedit, ne oriatur vacatio, & nemini præjudicat, ibid. n. 5.
An Coadjutoriam non extendatur Indultum loquens de reſignatione, ibid. n. 6. & 7.
Coadjutoria non venit appellatione reſignationis, ibid. num. 8.
Coadjutorias comprehendunt ſub expectativis concordata Germaniæ, ibid. n. 12. & 13.
Secus Indulta conceſſa Collegiis, & Univerſitatibus Studiorum, ibid. n. 14. 15. 16. & 17.
In Coadjutoriis ultra Montes quo tempore apponatur Data cum Antidata, diſcept. 1. n. n. 26.
Contra Coadjutorem abſentem, & non reſidentem non proceditur ad illum privandum, extra formam Concilii Tridentini, ſicut contra Canonicum, diſcept. 133. num. 7.

Coarctatio.

An dicatur coarctatio Superioris, petitio, quam habet Populus de eligenda Perſona ſibi grata, diſcept. 121. n. 5. & 6.
Jus petendi Perſonam ſibi gratam quando ſit coarctativum, ibidem n. 11.
Coarctatio non datur ſine lege obligatoria, diſcep. 140. num. 13.

Collatio Collator.

Collatio Beneficii facienda ad ſupplicationem alterius non dicitur libera, & ſupplicatio eſt expectanda, diſcept. 222. n. 3.
Vide in verbo *Beneficium*, & in verbo *Ordinarius*.
Collationes Beneficii factæ per reſignationem non faciunt obſervationem in caſu liberæ vacationis, diſcept. 150. n. 19.
Collationes Ordinarii contra reſervationes Apoſtolicas non faciunt conſuetudinem, ibid. n. 24.
Collatio Canonicatus in Collegiata ſpectat ad Epiſcopum, diſcept. 159. n. 2.
Declara, ut n. 3. & ſeqq.
Vide in verbo *Collegiata*.
Collationis Beneficiorum poteſtas data fuit ab initio Epiſcopis, ibid. n. 6.
Ut Epiſcopus acquirat jus conferendi ex conſuetudine, ſufficit quadragenaria, ibid. n. 23.
Epiſcopi in Italia præſcripſerunt jus conferendi contra Capitula, ibid. n. 25. & 26.
Jus conferendi Canonicatus Collegiatæ ſpectans ad Epiſcopum, ex quo probetur, ibid. n. 30.
Capitulum acceptando collationes Epiſcopi cenſetur approbare omnia in eis expreſſa, ibidem n. 31.
Collationes Capituli intercertæ ab illis Epiſcopi non attenduntur, ibid. n. 34.
Collatio facta ab Ordinario cum clauſula — *Omni meliori modo*; *quid importet* — ibid. n. 42.
Collatio Ordinarii facta per modum ineptum ſemper ſuſtinetur, ibid. n. 43.
Conferri poteſt ab Epiſcopo Beneficium de Jurepatronatu, & collationis validitas, ex quo dependeat, ib. n. 44.
Jus conferendi eſt ſimultaneum inter Epiſcopum, & Capitulum in Cathedrali, ibid. n. 45.
Receptio Canonicorum in Eccleſia, requiſito conſilio, ſeu licentia Epiſcopi, importat hujus collationem, ibid. n. 47.
Ordinare Eccleſiam idem eſt conferre, diſcept. 159. ſub n. 45. *Verſiculo*.

Collecta.

Collectarum oneribus an ſint ſubjecta bona primævæ erectionis Commendarum Sacr. Religionis S. Stephani, diſcept. 119. per tot.
Nulla exemptione a Collectis gaudent Equites S. Stephani pro eorum bonis Patrimonialibus, ib. n. 3.
Nec etiam quoad bona Commendarum erectarum ad privatum commodum, & decorem Familiæ, ibidem num. 4.
Ad Collectas tenentur bona Cappellaniæ Laicalis addicta oneri Miſſarum, ibid. n. 7.
Bona ſubjecta Collectis, & aſſignata pro Commendis tranſeunt cum ſuo onere, ibid. n. 15.

Collectoria.

Collectoria, & Protonotariatus inducunt reſervationem perſonalem, diſcept. 103. n. 19.

Collegialitas Collegiata.

Probatur Collegialitas per ſigna, & conjecturas, diſcept. 126. n. 4. & 5.
Ex enunciativis Epiſcoporum, & aſſertivis, ibid. n. 6. & 12.
Collegialitas non excluditur per expreſſionem; quod in Eccleſia adſint Presbyteri, & Clerici, diſcep. 126. num. 9.
Nec etiam per qualitatem Eccleſiæ non numeratæ, & receptitiæ, ibid. n. 10.
Probatur per expreſſionem Collegiatæ cum Dignitatibus, & Clericis, ib. n. 14. 16. & 19.
Item per exiſtentiam Primicerii, alias expreſſiones, ibid. n. 15. & 17.
Ex quibus aliis probetur, ibid. num. 20. 21. 24. 25. 26. & 34.
Probatur per rem judicatam, ibid. n. 17.
Collegiatæ Eccleſiæ erectio olim poterat fieri auctoritate Ordinaria, diſcept. 126. n. 30.
Præſumitur facta auctoritate Apoſtolica ex obſervantia Centenaria, ib. n. 31.
Vide in *verbo Eccleſia*.
Corpus Collegiale dignius eſt Perſonis ſingularibus etiam majoris Dignitatis, diſcept. 149. n. 3.
Collegiatæ Inſignes æquiparantur Cathedralibus, ibid. num. 8.
Jus conferendi Canonicatus in Collegiatis reſidet apud Epiſcopum, diſcept. 159. n. 2.
Declara, ut n. 3. & ſeqq.
An ad Capitulum Collegiatæ ſpectaret collatio Canonicatuum olim fuit quæſtio, ib. n. 3.
Jus eligendi ad Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ ſpectat ad eius Capitulum, & inſtitutio ad Epiſcopum, ib. num. 4.
Limita, ſi fuerint erecti de bonis Menſæ Epiſcopalis, aut redditibus Beneficiorum, ib. n. 5.
Canonicatus Collegiatæ poſſunt conferri ab Epiſcopis, ſi de illius bonis non ſint erecti, ib. n. 7.
Jus conferendi Canonicatus Collegiatæ ſpectat ad Epiſcopum, ſi Canonici debeant admitti in Eccleſia de illius conſenſu, ib. n. 9.
Collegiata eſſe poteſt, licet Eccleſia ſit receptio, ib. num. 13.
Jus conferendi Canonicatus Collegiatæ ſpectans ad Epiſcopum, ex quo probetur, diſcept. 159. n. 30.
Capitulum Collegiatæ acceptando collationes Epiſcopi cenſetur approbare omnia in illis contenta, ib. n. 32.
Canonicatus de quibus arguatur erectus, ac dotatus eſſe de bonis, aut Beneficiis liberæ Collationis Epiſcopi, diſcept. 159. ſub n. 44. §. habemus.

Collegium.

Indulta conceſſa Collegiis Studiorum ſub expectativis non comprehendunt Coadjutorias, diſcept. 125. n. 14. & ſeqq.
Collegium Romanum de Urbe laudatur, diſcept. 113. ante n. 1.

Commercium.

Fructus bonorum Eccleſiaſticorum reputantur prophani, & cadunt in commercio, diſcept. 100. n. 44.

Com-

Comitatus.

Quidquid eſt intra fines Comitatus, dicitur eſſe de illo, diſcept. 123. n. 24. & 25.

Commenda.

Bona primæ erectionis Commendarum Sacræ Religionis S. Stephani, non ſunt ſubjecta collectis, diſcept. 117. per tot.

Commendæ Equitum S. Stephani abſque ſimonia poſſunt alienari, mediante pretio, ib. n. 5.

Commendæ hujuſmodi, ſi Eccleſiaſticæ non ſunt, non habent privilegium bonorum primæ erectionis, ibid. num. 6.

De quibus Commendis loquatur Conſtitutio 60. S. Pii V. concedens exemptionem Commendis Equitum S. Stephani, ibid. n. 9.

Bona aſſignata Commendis, & ſubjecta collectis, tranſeunt cum ſuo onere, ibid. n. 15.

Commendæ S. Stephani habentur adinſtar bonorum Patrimonialium, ibid. n. 22. & 23.

Commendarum hujuſmodi bona non ſunt exempta ab oneribus Cameralibus, ibid. n. 22.

Commiſſio.

Commiſſio generaliter data intelligitur, prout de Jure, diſcept. 257. num. 12.

Componenda.

Gratia dicitur perfecta cum Signatura, Data, & ſolutione Componendæ, diſcept. 104. n. 2.

Facta ſolutione Componendæ, ſupplicatio non eſt amplius reſolubilis, ibid. n. 2.

Conceſſionarius.

Conceſſionarius Eccleſiæ poteſt agere contra illam ad declarandum, an velit ſtare contractui abſque ſolemnitate geſto, diſcept. 121. n. 23.

Concilium.

Concilium Tridentinum, in quibus derogaverit contra exemptos, diſcept. 112. n. 28.

Poſt illud non poteſt dari præſcriptio, ib. n. 29.

Non ademit Abbatibus Regularibus cum juriſdictione Epiſcopali, & Territorio ſeparato, niſi quæ ſunt Ordinis, ibid n. 35.

Concilium Tridentinum permiſit Canonicis vacantiam trium menſium in anno, diſcept. 115. n. 2.

Præſervavit Statuta, & Conſuetudines Eccleſiarum ſuper vacantia minoris temporis, ib. n. 2. 3. 4. & 9.

Concionator.

Vide in verbo *Prædicator.*

Conclaviſtatus.

Per Conclaviſtatum inducitur reſervatio Parochialis diverſa ab illa familiaritatis Papæ, diſcept. 205. n. 18.

Concordata Germaniæ.

Concordata Germaniæ non comprehendunt primas Dignitates, quæ ſunt perpetuo reſervatæ Papæ, diſcept. 211. num 2. & 2.

An Ordinarius poſſit illas conferre, ſi non excedant valorem ducatorum 50. ibidem num. 5.

Concordatorum verba explicantur ſuper exceptuatione primarum Dignitatum, ibidem num. 7.

Abſque ulla reſervatione Concordatorum, ſed ex illa regulæ 4. de ſtylo Cancellariæ providentur primæ Dignitates in Germania, ibidem num. 9.

In Concordatis excipiuntur Beneficia vacantia per promotionem juxta *Extravag. ad regimen de Præbend.* ibid. num. 15.

Contra Concordata Germaniæ non datur immemorabilis, vel Centenaria, diſcept. 150. per tot.

Concordatorum Germaniæ auctor fuit Nicolaus V. ibidem num. 2.

Contra illa præſcribi poſſe, prohibuit Conſtitutio Clementis VII., ibidem num. 5. & 18.

Concordata Germaniæ ſub exſpectativis comprehendunt Coadjutorias, diſcept. 129. num. 12. & 13.

Concordia.

Obtinens ceſſionem juris per concordiam dicitur continuare in ſuo primævo titulo per remotionem obſtaculi, diſcept. 147. num. 7.

Concurſus.

In prælectione facienda in concurſu Parochialium, quomodo procedere debeat Epiſcopus, diſceptatio 109. num 1.

Gravatus in concurſu habet jus obtinendi Parochialem in gradu appellationis, probato gravamine, ibidem num. 2.

Vide in verbo *Parochialis.*

Concurſus, an practicetur in principali Dignitate Collegiatæ, cui imminet cura animarum, diſcept. 116. num. 43.

Conditio.

Conditione oneroſa impeditus, non dicitur habere libertatem, diſcept. 121. num. 14.

Licet conditio non ſit verificata, Gratia conditionalis dat jus quæſitum in Beneficio, & quando, diſcept. 147. num. 29.

Conditione non purificata, contractus non dicitur perfectus, diſcept. 258. n. 22.

Confeſſio.

Confeſſio Procuratoris non afficit principalem, ſi eſt erronea revocata per principalem, & improbata per Judicem, diſcept. 116. num. 33.

Confeſſio mali Juris ſuper primo titulo, an inducatur per impetrationem ſecundi, etiamſi contrarii in beneficialibus, diſcept. 127. n. 25. & ſeqq.

Vide in verbo *Titulus.*

Confeſſio Epiſcopi quando probet in præjudicium ſucceſſorum, diſcept. 128. n. 18.

Confeſſio Epiſcopi maxime probat in materia Juriſdictionis, diſcept. 160. n. 18.

Confeſſarius.

Confeſſariis, & Capuccinis non revelantur mendacia, diſcept. 146. n. 7.

Confirmatio Confirmator.

Confirmatio ſtatum præteritum deſignat, & retrotrahitur, diſcept. 216. n. 32.

Confirmator ex duobus electis in paritate votorum per majorem partem poteſt alterum ex illis confirmare, diſcept. 140. n. 29.

Etiamſi agatur de electione ſubjecta formæ cap. *Quia propter*, ib. n. 43.

Confirmatio electionis eſt quædam ſententia, diſcept. 153. num 6.

Congregatio.

Reſcriptum Sac. Congregationis cum clauſula — *In caſu de quo agitur* — non poteſt allegari in aliis Cauſis, diſcept. 102. n. 8.

Reſcriptum Sac. Congregationis, in quo aliquid remittitur Epiſcopo, quando dicatur excitatorium Juriſdictionis Ordinariæ, non autem Delegatorium, ibid. n. 14.

Sacra Congregatio committendo Epiſcopo materiam alienationis rerum Eccleſiæ apponit clauſulam — *Si in evidentem* — & requirit cauſam, ib. n. 15.

Sacra Rota amplectitur reſolutiones Sacræ Congregationis, diſcept. 102. n. 36.

Votum Sac. Congregationis requiſitum per Datariam Apoſtolicam intelligitur, prout de Jure, diſcept. 204. num. 4.

Judicat in poſſeſſorio in materia, in qua de Jure ſufficit poſſeſſio, ib n. 6.

Sacra Congregatio Rituum decrevit præcedentiam pulſandi campanas in Sabbato Sancto favore Eccleſiæ Collegiatæ excluſive ad Matricem, diſcept. 106. n. 16 & 17.

Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii habent vim legis, diſcept. 112. n. 21.

Congregatio importat adunantiam Collegialem, diſcept. 229. num. 19.

Conniventia.

Conniventia erga delictum facit delictum commune, diſcept. 108. n. 27.

Conſenſus.

Conſenſus Cardinalis Patroni juxta *regul. 32. Cancell.* locum non habet ſi ejus familiaris moriatur ante conſecutionem Juris in re, diſcept. 205. n. 7.

Vide in verb. *Regula Cancellariæ.*

Conſenſus Cardinalis locum habet ſi adeſt una reſervatio realis, & altera perſonalis, ib. n. 12.

Conſenſus Cardinalis Patroni an requiratur in Beneficio, quod ejus defunctus familiaris obtinuit in prima familiaritate Papæ, diſcept. 105. n. 27.

In proviſione Beneficii vacati per mortem ejus, qui illud obtinuit in familiaritate ſecundi, requiritur hujus conſenſus, primo mortuo, ib. n 28.

Non requiritur conſenſus Cardinalis in Beneficio ejus familiaris, qui tempore ejus obitus tranſitum fecerat ad familiaritatem Papæ, ib. n 30.

Conſenſus Cardinalis requiritur in proviſione Beneficii vacati per obitum familiaris in Curia, ibidem num. 32.

Non requiritur in Beneficiis reſervatis per obitum Officialis Papæ, & ſimul familiaris Cardinalis, ib. num. 33.

Nec etiam in reſervatis per obitum familiarium Papæ, & Cardinalium, ib. n. 34.

Conſenſus coactus facit Profeſſionem nullam, diſcept. 110. num. 2.

Conſenſus ficte præſtitus ex aliqua cauſa honeſta, annullat profeſſionem, ibidem num. 11. & ſeqq. & n. 28. & ſeqq.

Quomodo probetur conſenſus fictus in foro externo, ib. num. 13. & ſeqq.

Conſenſus formalis in reſignatione qualis dicatur, diſcept. 119. n. 3.

Conſenſus præſtitus reſignationi ſine mandato Procuræ, eam reddit nullam ib. n. 5.

Conſenſus requiſitus ex regula 45. non ſufficit, ut præſtetur in Partibus, ſed præſtari debet in Cancellaria per Procuratorem ſpecialem, ib. n. 13.

Non habens mandatum ad præſtandum conſenſum, juxta ſtylum ſe obligat ad illud producandum intra certum terminum, ibid. n. 14.

Cor-

Conſenſu adhuc non præſtito in Cancellaria, locus eſt pœnitentiæ Reſignantis, ib. n. 26.

Conſenſus in reſignationem reſpicit illius ſubſtantiam, ibid. n. 15.

Conſenſus tacitus non ſufficit in reſignationem, ibidem num. 22.

Conſenſum irrationabiliter negatum Judex ſupplet ex officio, diſcept. 129. n. 11.

Poſt extenſum conſenſum non eſt locus pœnitentiæ Reſignantis, diſcept. 130. n. 2.

Conſenſus formalis in reſignatione eſt acceſſorius ad conſenſum cauſalem, ib. n. 6.

Conſenſus in reſignatione, ſub qua die extendatur, ibidem num. 10.

Conſenſus jam extenſus per Notarios Cancellariæ præſumitur legitime præſcriptus, ib. n. 17.

Conſenſum valide præſtat Procurator conſtitutus ad reſignandum per præſentem in Curia, tempore quo iſte reperitur abſens, ib. n. 19.

Conſenſus extenſio quando admittatur poſt obitum Reſignantis, ibid. n. 25.

Poſt illius extenſionem, quando reſtituatur componenda, ibid. n. 27.

Præſtans conſenſum, ſi ſit Dominus, dicitur facere actum, diſcept. 159. n. 9. & 10.

Conſenſus conditionales conditione remiſſa arbitrio Superioris ſunt puri, & quando, diſcept. 160. n. 33.

In materia erectionis Cathedralis Papa non dependet ex conſenſu intereſſe habentium, ibidem num. 34. 44. & ſub num. 72.

Conſilium.

Conſilium *Cardinalis* 110. eſt communiter reprobatum, diſcept. 103. n. 9.

Conſilium eſt cito exequendum, quando periculum eſt in mora, diſcept. 146. n. 33.

Faciens actum ſine conſilio ejus, quem requirere tenetur, nulliter agit, illo non expectato, diſcept. 121. num. 2.

Amplia, etiam in actu faciendo ad ſupplicationem alterius, ibid. n. 3.

Conſtitutio.

Conſtitutio Papalis per Centenariam ineffectuata non attenditur ad deſtruendum ſtatum, diſceptat. 104. num. 49.

Conſtitutio S. Pii V. concedens appellationem ab irrationabili judicio Epiſcopi conſideravit humanæ paſſionis affectum, diſcept. 109. n. 6.

Conſtitutio 60. S. Pii V. concedens exemptionem Commendis Equitum S. Stephani, de quibus intelligatur, diſcept. 117. n. 8. & 9.

Ceſſante ratione Conſtitutionis, ceſſat Conſtitutio, ib. num. 4.

Conſtitutio derogatoria juris non extenditur de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, diſceptat. 123. num. 6.

Quando dicatur fundata in conſuetudine, cujus verba ſtent ibi cauſative, ibid. n. 7.

Conſtitutio Synodalis emanare ſolet conſentientibus, & approbantibus Clero, & Beneficiatis, diſceptatio 125. num. 26.

Conſtitutio 89. Gregorii XIII. ubi ſcholaſtici Societatis Jeſu declarantur veri Religioſi, quomodo intelligatur, diſcept. 126. n. 21.

Conſtitutiones Papæ reformari non poſſunt per Capitulum generale, diſcept. 125. n. 23. & 24.

Conſuetudo.

Conſuetudo aliquarum Eccleſiarum non facit ſtatum pro aliis, diſcept. 101. n. 10.

Duo actus clandeſtini non inſerviunt pro conſuetudine, ibid. n. 12.

Ex conſuetudine univerſali Epiſcopi tranſlati ſecum ferunt ad ſecundam Eccleſiam bona quæſita ex fructibus primæ, diſcept. 103. n. 20. & 21.

Conſuetudo generalis facit jus, & inſervit ad declarationem totius dubii, ibid. n. 12.

Conſuetudo non probatur per bannimenta prohibitiva, ſi fuerint ineffectuata, diſcept. 113. n. 9. & 12.

Amplia, ut n. 10. & 15.

Conſuetudine prohibitiva a quo incipiat, ibid. n. 16.

Conſuetudo permiſſiva ad excluſionem prohibitivæ, ex quibus probetur, ibid. n. 18.

Ad conſuetudinem deſtruendam attenditur factum, ib. num. 17.

Conſuetudo loci attenditur in venando, & piſcando, ibid. num. 19.

Conſuetudo præexiſtens, ex quibus probetur, ibidem num. 13.

Conſuetudo, ex quibus probetur, diſcept. 115. n. 6.

Conſuetudo 40. annorum ſufficit contra jus, ib. n. 7.

Et hæc dicitur antiqua, ibid. n. 8.

Conſuetudo præter jus, qualis dicatur, ib. n. 10.

Conſuetudinis antiquæ appellatione continetur etiam Centenaria, diſcept. 116. n. 26.

Si cui conſuetudo non extenditur de loco ad locum, & de perſona ad perſonam, ita neque ſtatutum in illa fundatum, diſcept. 123. n. 8.

Conſuetudine poſteriori probata, præſumitur anterior eſſe conformis, niſi contrarium oſtendatur, ibidem num. 37.

Ex conſuetudine immemorabili dari poteſt Decimator univerſalis, diſcept. 129. n. 20.

Conſuetudo dicitur illa, quæ practicatur in pluribus caſibus, diſcept. 131. n. 25.

Juxta conſuetudinem, & prout de jure verba interpretantur, ibid. n. 27.

Conſuetudo deſtruitur ex actibus in contrarium, ibidem num. 36.

Conſuetudo vigens in locis circumvicinis attenditur in materia ammenſationis, ib. n. 39.

Conſuetudo ammenſandi, ex quibus non excludatur, ib. num. 40.

Conſuetudo non dicitur facultativa, ſed coactiva, cum præcedit titulus, diſcept. 137. n. 35.

Conſuetudo circa formam eligendi, ex quibus probetur, diſcept. 140. n. 64.

Conſuetudinem non faciunt collationes Ordinarii contra reſervationes Apoſtolicas, diſcept. 150. n. 21.

Conſuetudo quando dicatur potius ſecundum jus, quam contra jus, diſcept. 156. n. 15.

Conſuetudo antiqua dicitur quadragenaria, ibidem, num. 16.

Conſuetudo ſervanda eſt, niſi ſit nutritiva peccati, ibid. num. 17.

Conſuetudo ſufficit ad ſuſtinendam electionem, ibidem num. 18.

Conſuetudo inducit, & conſervat exemptionem, diſcept. 158. num. 15.

Conſuetudo canonizata in contradictorio judicio majores vires habet, ib. n. 28.

Conſuetudo non probatur per ſcripturas extractas ab archivio publico, diſcept. 159. n. 53.

Conſuetudo in contrarium evertitur per unicum actum ab habente juris aſſiſtentiam, diſcept. 159. n. 59.

Conſuetudo non probatur ex ſimplici dicto Doctorum, ibid. num. 60.

Præſertim, ſi aliquis ex illis ſit ſuſpectus, ibidem num. 61.

Contemptus.

Vide in verbo *Electio*.

Continuatio.

Continuatio in poſſidendo rem judicialiter impugnatam oſtendit, impugnationem fuiſſe rectam, diſcept. 116. num. 38.

Contractus, Contrahens.

Contractus, & diſtractus Eccleſiæ non valet, niſi fiat ab omnibus ejus adminiſtratoribus, vel ſaltem majori parte, diſcept. 102. n. 10.

Contrahens cum Eccleſia ſine beneplacito Apoſtolico dicitur eſſe in culpa, ib. n. 11.

Nec habet actionem contra illius adminiſtratores, ibid. num. 12.

Eccleſiæ adminiſtrator quando teneatur ad damna, & intereſſe erga contrahentem, ib. n. 13.

Contractus emphyteutici qualitas eſt probanda ad effectum ſolutionis laudemii, diſcept. 132. n. 8. & 9.

Contractus præſumitur cenſualis, & non emphyteuticus, ſi deficiat inſtrumentum Inveſtituræ, ibidem num. 10.

Non obſtante ſolutione Canonum, & dominii directi, ibid. num. 11.

In contractu cenſuali poſſeſſor habet jus redimendi annuum Canonem, ib. n. 12.

Contractum emphyteuticum demonſtrat ſolutio laudemii, ibid. n. 13.

In contractu locationis ex pacto dari poteſt laudemium ibid. num. 14.

In contractum deduci poteſt alea, ſeu ſpes incerta futuri doni, & rei incertæ, diſcept. 138. n. 4.

Contractus Eccleſiæ quando ſit inutilis quoad melioramenta, diſcept. 141. n. 20

Nullitas contractus eſt inducta favore Eccleſiæ, ibidem num. 21.

Contractus, volente Eccleſia, ſuſtinetur, ibidem num. 22. & 26.

Conceſſionarius Eccleſiam agere poteſt contra illam ad declarandum, an velit ſtare contractui abſque ſolemnitate geſto, ibid. n. 23.

A contractu reſilire volens Eccleſia ob nullitatem tenetur reficere melioramenta, ibid. n. 24.

Contractus obſervantiam declarat illius adimplementum, ib. n. 28.

Tempore contractus qualitas requiſita intervenire debet, nec attenditur ſuperveniens, diſcept. 153. n. 19.

Contractus circa validitatem pendere non debet a futuro eventu ibid. n. 20.

Pars contractus dicuntur pacta, diſcept. 158. n. 21.

Contractus non dicitur perfectus, non purificata conditione, ibid. n. 22.

Con-

Contradictio.

Contradictio inſtantanea dari non debet, diſceptat. 147. num. 34.

Correctio.

Correctio ſui ipſius laudabilis eſt, diſcept. 155. n. 1.

Cortex.

Ex cortice verborum non eſt judicandum, diſcept. 106. num. 9.

Creditor.

Creditoribus Epiſcopi defuncti affecta remanent Pontificalia, & ex illis in ſubſidium ſatisfieri poſſunt, diſcept. 136. per tot.

Creditoribus Epiſcopi, ipſo veniente, ſatisfaciendum eſt in bonis, quæ benedicta non ſunt, ib. n. 17.

Culpa.

In culpa eſſe dicitur, qui contrahit cum Eccleſia ſine beneplacito Apoſtolico, diſcept. 102. n. 11.

Culpa paucorum non debet omnibus præjudicare, diſcept. 108. n. 15.

Culpa expeditionarii in præjudicium domini converti non debet, diſcept. 144. n. 10.

Cultura.

Prædia deteriorantur in cultura ob abſentiam domini, diſcept. 108. n. 39.

Cultura.

Cultus Divinus, & ſervitium Eccleſiæ non debent impediri ab ejus miniſtris, diſcept. 123. n. 55.

Cultu Divino neglecto, crimen impietatis eſt, quod Religioſi ſuſcipiant ſollicitudines Sæculares, diſcept. 145. n. 6.

Cura Animarum.

Cura animarum in Cathedrali non reſidet apud primam Dignitatem, ſed Capitulum, diſcept. 104. n. 29.

Ex quibus dignoſcatur curam animarum reſidere apud Capitulum, ib. n. 30. & 31.

Decreta Synodalia, & viſitationes probant, apud quem reſideat cura animarum, ib. n. 32. & 34.

Ob jus aſſiſtendi matrimoniis non probatur reſidere curam animarum apud primam Dignitatem, ibidem num. 33.

Licet Dignitates, & Canonici promiſcue, & per turnum exerceant curam animarum, ipſi tamen non dicuntur illam habere, nec in illis providendis requiritur examen, ib. n. 35. 36. & 37.

Nec proviſio hujuſmodi Dignitatum, & Canonicatuum eſt ſobreptitia, ſi omittatur mentio curæ animarum, ib. n. 38.

Propter ſolam aſſiſtentiam matrimoniis non requiritur habilitas curæ animarum, ib. n. 39.

Idoneus ad primam Dignitatem Cathedralis eſt idoneus ad aſſiſtendum matrimoniis, ib. n. 40.

Canonici ob jus baptizandi, quod exercent, & Dignitates ob jus aſſiſtendi matrimoniis non dicuntur habere curam animarum, ib. n. 41.

Quilibet Sacerdos nec examinatus, nec approbatus, ad curam animarum eſt habilis ad aſſiſtendum matrimoniis, ib. n. 42. & 43.

Judicatum, quod ſine licentia primæ Dignitatis Canonici habeant facultatem baptizandi, excludit in illa qualitatem Parochi, ib. n. 14.

Retentio librorum Parochialium eſt Parocho reſervata, diſcept 104. n. 51.

Vicarii amovibiles non impediunt Parochum principalem in exercitio curæ, ib. n. 52.

Ad Parochum ſpectat jus dandi licentiam aſſiſtendi matrimoniis, ib. n. 53.

Item facere deſcriptiones in libris matrimoniorum, ib. num. 54.

Vicarii temporales non expediunt curæ animarum, diſcept. 108. n. 38.

Viſitatio eſt primaria cura animarum, diſcept. 160. numer. 17.

Curator.

Curator, & adminiſtrator bonorum tenetur præſtare cautionem, diſcept. 145. n. 28.

Curia.

Curia ſæcularis, an poſſit obligare Eccleſiaſticos ad accipiendam licentiam extrahendi frumentum, ſoluto uno julio, diſcept. 158. n. 5.

D

Dare.

Dare, & recipere ſunt inter ſe diſtincta, diſcept. 123. n. 24.

Dato, ſeu conceſſo uno, dicitur datum, & conceſſum aliud conſecutivum, diſcept. 124. n. 55. in fine.

Data.

Gratia dicitur perfecta cum Signatura, Data, & ſolutione componendæ, diſcept. 124. n. 1.

Data cum Antidata quo tempore apponantur in reſignationibus, & Coadjutoriis ultra montes, diſcept. 130. n. 26.

Data continet confeſſionem Papæ circa tempus Gratiæ, nec admittit probationem in contrarium, diſcept. 141. n. 6.

Data, & Signatura ante expeditionem litterarum, ac det jus perfecte quæſitum, diſcept. 143. n. 6.

Vide n. 8.

Conceditur Gratia revalidatoria, quoad datam indulti, & quomodo, diſcept. 144. n. 2.

Dataria.

Dataria requirit, prout de jure, Votum Sacræ Congregationis, diſcept. 104. n. 4.

Datariæ ſtylus in proviſione ſecundi incompatibilis, ponendi diverſa decreta, vel vacationis primi *per obitum*, vel *de dimittendo* intra duos menſes, diſcept. 134. n. 9. & ſeqq.

Datariæ Officialibus teſtantibus de ſtylo fides adhibetur, ib. n. 10.

Dataria ſtylus habetur pro lege, ib. n. 12.

Datariæ ſtylo in concedendis Gratiis ſanatoriis acquieſcendum eſt, diſcept. 144. n. 4.

Datariæ ſtylus declarat intentionem Papæ, diſceptat. 147. n. 34.

Datarius.

Datarii Biliettum ſuper proviſione facta per Papam non probat Gratiam nunc factam, ſed meram deſtinationem voluntatis Papæ de providendo, diſceptat. 141. n. 5. & 6.

Datium.

Datii ſolutio eſt ſignum ſubjectionis, diſceptatio 113. n. 28.

Debitor.

Debitor approbatus per locum pium præſumitur tutus, diſcept. 102. n. 19.

Decanus.

Vide in verbo *Capitulum*.

Decennium.

Decennium dicitur longum tempus, diſceptatio 108. num. 36.

Sicut decennium in jure præſumit titulum, ita triennium in Regula de triennali, diſcept. 120. n. 8.

Per decennium inducitur diſpenſatio præſumpta etiam contra Decreta Concilii Tridentini, ibidem numer. 12.

Valor rerum, ac etiam in Beneficiis probatur per decennium, diſcept. 152. n. 2. & ſeqq.

Quomodo ſit deſumendum hoc decennium, ibid. n. 11. 23. & 24.

Deceſſus.

Ceſſus, & deceſſus ad effectum vacationis Beneficii, æquiparantur, diſcept. 143. n. 17.

Decima, Decimator.

Decimarum onus bonis infixum non tollitur per mutationem poſſeſſionis, diſcept. 125. n. 1.

Aſſiſtentia juris ſuper decimis ſtat pro Epiſcopo, non autem pro Vicariis amovibilibus, ib. n. 3.

Immemorabilis conſuetudo decimandi non extenditur de bonis præteritis ad futura, ib. n. 5.

Etiamſi fuerit introducta, ratione certæ qualitatis bonorum, quæ verificatur in futuris, ib. n. 6.

Privilegium exemptionis ab onere decimarum non extenditur de bonis præteritis ad futura, ibidem numer. 7.

Decimator univerſalis, & particularis qui dicatur, ib. num. 10.

Decimator eſt univerſalis, licet non decimet in certis bonis exemptis, ſeu fructibus, ratione conſuetudinis exemptis, ib. n. 11.

Decimatorem univerſalem, vel particularem facit titulus univerſalis, vel particularis, ibidem numer. 12.

Decimatorem particularem facit titulus præſcriptionis, privilegii, aut conſuetudinis, ib. n. 13.

Decimarum præſcriptio in dubio non cenſetur realis contra fundatum de jure, ib. n. 14.

Titulus univerſalis pro decimarum exactione eſt ille, qui naſcitur ab aſſiſtentia juris, ibid. n. 15.

Decimator particularis non dicitur, qui decimat certam ſpeciem fructuum, aut certa bona, ibidem numer. 16.

Decimatorem univerſalem quoad decimas temporales facit directum dominium bonorum, ibidem numer. 17.

Decimatori univerſali, qui habet jus decimandi certas ſpecies fructuum, decimæ debentur de ſpeciebus ſubrogatis, non autem decimatori particulari, limita, ut ib. n. 18.

Decimator univerſalis, & particularis, in quo differat pro decimandis novalibus, vel ſpeciebus ſubrogatis, ib. n. 19.

Decimator univerſalis poteſt quis eſſe ex privilegio, & con-

conſuetudine immemorabili, ibidem numer. 20.
Decimator univerſalis cenſetur, qui habet jus ex ceſſione Epiſcopi, ib. n. 21.
Decimator univerſalis eſt Epiſcopus, etiam in Diœceſi ubi Parochiæ ſunt diſtinctæ, quando Parochi ibi non decimant, ib. n. 25.
Decimarum præſcriptionem de bonis præteritis ad futura impedit Conſtitutio Synodalis, ib. n. 24.
Decimarum conſocii, & participes nequeunt præſcribere contra conſocium, ib. n. 25.
Favore Decimatoris particularis, & contra fundatum in titulo oneroſo locum habet æquitas *Textus in cap. Suggeſtum de decim.*, ib. n. 27.

Deciſio.

Præcedens deciſio non tollitur per variationem decidendi reſultantem ex novi facti circumſtantiis, diſcept. 106. n. 19.
Deciſiones accipiuntur, prout jacent, non autem per ſubauditos intellectus, diſcept. 152. n. 8.
Deciſionibus erroneo facti ſuppoſito innixis non deferetur, diſcept. 159. n. 62.
Deciſiones faciunt ſtatum, neque decidi poteſt incidenter in contrarium in alio caſu, diſcept. 159. ſub n. 44. §. *Habemus*.

Declaratio.

Declaratio reſultat etiam ex actu nullo, & ineffectuato; diſcept. 112. n. 55.
Declaratio ſubſequens declarat quidquid erat ante, diſcept. 116. n. 59.

Decretum.

Decreta Sacræ Congregationis Concilii habent vim legis, diſcept. 112. n. 51. & diſcept. 128. n. 6.
Decretum vacationis Beneficii *eo ipſo* eſt contra jus, diſcept. 133. n. 18.
Decretum Papæ ſuper Beneficio, *quod nemo alius præter Romanum Pontificem de eo diſponere poſſit*, derogat juri inferioris Collatoris, ib. n. 22.
De duplici decreto vacationis primi Beneficii vel *eo ipſo*, vel *de dimittendo*, quod de ſtylo Dataria apponitur in proviſione primi incompatibilis, diſcept. 134. n. 9. & ſeqq.
Ex Decretis proviſionalibus, ſi obſervantia ſit inducta, aliquando eſt continuanda, diſcept. 149. n. 56.

Defenſio.

Nemo ſine defenſione eſt condemnandus, diſcept. 108. num. 3.

Delegatio.

Delegatio poteſt dari etiam oretenus, & ſine ſcriptura, diſcept. 157. n. 5. & ſeqq.
Probatur ex ſola ſcientia, & patientia ipſius delegantis, ib. n. 10.
Delegatio juriſdictionis facta tertio per modum proviſionis, lite pendente inter duos Superiores, nullum jus proprium ei tribuit, diſcept. 160. n. 62.

Delegans, Delegatus,

Vicarii Foranei ſunt delegati Epiſcopi, diſcept. 101. num. 23.
Delegantis declarationi ſtandum eſt, diſceptat. 153. num. 59.
Delegare poteſt juriſdictionem, qui eam habet Ordinariam, ib. n. 61.
Quæ facultas delegari poſſit per Provincialem Præſidii Capituli, ib. n. 64.
Delegantis Commiſſio probatur ejus manu, vel ſigillo, diſcept. 157. n. 1. & 2.

Delictum.

Privata inimicitia privatum probat delictum, diſcept. 108. n. 19.
Conniventia erga delictum facit delictum commune, ib. n. 27.
Pro eodem delicto duæ pœnæ dari non debent, diſcept. 133. n. 80.
Delictum Clerici ex propria confeſſione reſultans ex proceſſu Judicis laici probat, aut infamat, & quando, diſcept. 154. n. 15.

Delirium.

Delirio correptus cathegorice reſpondere non poteſt, diſcept. 110. n. 42.

Deportatio.

Deportato poſtea reſtituto ex gratia Principis ad bona confiſcata, adhuc legitima debetur filio, diſcept. 136. num. 41.

Devolutio.

Sede vacante, Beneficiorum collatio jure devoluto ſpectat ad Capitulum, qui habet jus inſtituendi in Beneficiis de Juſpatronatus, diſcept. 144. n. 33. 34. & ſeqq.
An Capitulum ſuccedit, Sede vacante, in Beneficiis liberæ collationis, quæ devoluta erant ad Epiſcopum, ib. n. 30. & 31.
Devolutio fit ad Superiorem favore Beneficii, ne patiatur diutinam vacationem, ib. n. 30.
Capitulum, Sede vacante, ſuccedit in executione Teſtamenti ſpectante ad Epiſcopum jure devoluto, ib. num. 30.
Devolutio datur ad habentem jus inſtituendi in Patronatis, ib. n. 34.
Qui in hac devolutione non conſequitur jus de novo, ib. n. 36.
Devolutioni ſubjacet Emphyteuta Eccleſiæ, finita tertia generatione, niſi exhibeat Inſtrumentum Inveſtituræ in contrarium, diſcept. 131. n. 6. & 7.
Ad effectum devolutionis bonorum requiritur Inſtrumentum Inveſtituræ, ib. n. 8. vide n. 17.
Ad effectum devolutionis quomodo probandum ſit Dominium directum in emphyteuſi Eccleſiaſtica, diſceptat. 138. n. 17. 18. & per tot.
Diſtinctio inter devolutionem ob lineam finitam, vel ob caducitatem in bonis emphyteuticis adducitur, & reprobatur, ib. n. 17. & 18.
Ad effectum devolutionis, an detur æquipollens Inveſtituræ, diſcept. 131. n. 8. & diſcept. 132. n. 19.
Non ſufficit recognitio in dominum cum ſolutione Laudemii, & Canonum, ib. n. 19.
Devolutioni in Beneficiis non dat locum electio Patronorum facta nulliter contra formam, & quando, diſcept. 156. n. 24.
A devolutione excuſat bona fides, & juſta credulitas, ib. n. 26. & 27.
Devolutio eſt pœna, ib. n. 28.
Ad effectum devolutionis paria ſunt actum non fieri, vel nulliter fieri, & quando, ib. n. 23.
Devolvitur jus libere providendi ad Epiſcopum, ſi Capitulum loco eligendi exerceat jus conferendi, diſcept. 199. n. 42.
Ad effectum devolutionis bonorum in emphyteuſi totus rigor probationis exigitur quoad dominium emphyteuticum, diſcept. 132. n. 20.
Nec ſufficiunt plures conjecturæ, & circumſtantiæ ſimul junctæ, ib. n. 20. vide n. 21.

Dextera.

Dexteræ manus præcedentia diſtinguit prærogativam perſonæ dignioris, diſcept. 149. n. 14.

Dictio.

Dictio *etiam* in Reſcriptis, & Gratiis accipitur pro *videlicet*, diſcept. 104. n. 4.
Dictio *nunquam* quid importet, diſcept. 107. n. 11.
Dictio *omnes* quid importet, diſcept. 153. n. 72.
Dictio *irremiſſibilmente* quid importet, diſcept. 142. numer. 4.
Dictio *forſan* quando reſolvatur in affirmativam, diſcept. 127. n. 20.
Non reſolvitur in affirmativam, quando certa expreſſio requiritur pro forma, ib. n. 21.
Dictio *forſan* regulariter eſt nota dubitationis, ibidem num. 25.
Expreſſio facta in litteris Apoſtolicis cum hac dictione non eſt verificanda, ib. n. 23.
Dictio *acciocche* importat cauſam finalem, diſcept. 147. num. 36.
Dictio *omnibus* comprehendit omnes actus etiam diverſos ab expreſſis, diſcept. 149. n. 20.
Dictio *omnes* intelligitur de iis tantum, quæ comprehendi poſſunt, diſcept. 151. n. 17.

Diœceſis.

Extra Diœceſim reputatur locus exemptus, quantum ad juriſdictionem Epiſcopi, diſcept. 128. n. 7.
Nec poteſt Epiſcopus ibi ſe collocare pro exercendis functionibus, & quibus, ibid. num. 4. & 5. limita, ut n. 8.
In loco nullius Diœceſis, an Epiſcopus vicinior habeat jus quoad Chriſma, & Ordines, ibidem numer. 10. & 11.
Abbas nullius Diœceſis qualis intelligatur, ib. n. 12.
Vide in verbo *Territorium*.

Diffamatio.

Diffamatio quando non ſit attendenda, diſcept. 109. n. 27. & 28.
Ad diffamationem non ſufficit inquiſitio, & requiritur ſententia, diſcept. 127. n. 10.
Nec ſufficit proceſſus ad hunc effectum, ibidem ſub num. 10.
Pendere non debet ex arbitrio malevolorum diffamare probitatem hominum, ib. n. 10.
Diffamatio, an incurratur ex ſententia contumaciali, diſcept. 154. n. 7.
Propter diffamationem de delicto ſuſpenditur executio gratiæ etiam in jure quæſito, diſcept. 154. n. 34.
Vide in verbo *Infamia*.

Dignior.

Qui digniori ſubeſt, dignior reputatur, diſceptat. 160. num. 57.
Dignior in Parochiali præfertur, & qualis iſte ſit, diſcept. 109. per tot.

Dignitas.

Primæ Dignitates poſt Pontificalem provideri ſolent in forma *gratioſa*, & in forma *dignum*, & quando, diſcept. 102. n. 5.
In Dignitate, aut Canonicatu habendo per examen

requi

requiritur idoneitas, ibidem numer. 19.

Vide in verbo *Capitulum*, & in verbo *Cura Animarum*.

Dignitate Epiſcopali privatur Civitas occidens ſuum Epiſcopum, diſcept. 108. n. 8.

Primæ Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis, non comprehenduntur in Concordatis Germaniæ, diſcept. 111. num. 1. & 7.

Et ſunt perpetuo reſervatæ Sanctæ Sedi, ibidem numer. 2.

Cadunt ſub reſervatione regulæ 4. ibidem n. 3.

Primæ Dignitates exceptuatæ in Concordatis Germaniæ, an poſſint conferri ab Ordinario, ſi illæ non excedant valorem 10 ducatorum, ibid. num. 5.

Primæ Dignitates in Germania providentur de ſtylo Cancellariæ ex reſervatione regulæ 4. abſque ulla reſervatione Concordatorum, ibid. num. 9.

Proviſiones factæ per Datariam, tanquam de prima Dignitate, probant veram Collegiatam, diſceptat. 116. num. 37.

In proviſione primæ Dignitatis Collegiatæ, cui immineat cura animarum, an præſcriptus concurſus, ibidem num. 43.

Perſonis etiam majoris Dignitatis dignius eſt Corpus Collegiale, diſcept. 149. num. 4.

Dignitatis Perſonæ prærogativam diſtinguit præcedentia manus dexteræ, ibid. n. 14.

Reſervatio primæ Dignitatis in Cathedralibus quando inceperit, diſcept. 159. n. 54.

Per aſſecutionem majoris Dignitatis non pereunt privilegia obtenta in ſtatu inferiori, diſcept. 160. n. 68.

Jus convocandi Capitolum ſpectans ad primam Dignitatem, in ejus defectum pertinet ad alias Dignitates gradatim, diſcept. 123. num. 20.

Aliena Dignitate præfulgens nunquam præfertur ei, qui propria Dignitate coruſcat, ib. n. 44.

Diſcordia.

Diſcordia quando adeſſe dicatur inter Patronos, diſcept. 140. num. 47.

Diſcordia non adeſt, ubi plures præſentati fuerunt per majorem partem Patronorum, aut Collegii, ib. num. 48. & 49.

Diſcretiva.

Diſcretiva quid operetur, diſcept. 103. n. 18.

Diſmembratio.

Diſmembratio facta per Papam præſumitur valida, diſcept. 151. num. 1.

Diſmembratio fructuum pro augendis diſtributionibus Canonicatuum eſt valida, & de ratione, ibidem num. 2. & 3.

Prima diſmembratio non revocatur per ſecundam, ib. num. 4.

Plures diſmembrationes poſſunt concurrere ad providendum eidem cauſæ, nec una derogat alteri, ib. num. 5.

Secunda diſmembratio eſt valida, etiam non facta mentione primæ, ibid. n. 9. & 10.

Diſmembratione ſecuta, fructus non ſpectant ad Eccleſiam diſmembratam, ibid. num. 16.

Diſmembrationes fructus Dignitatum, & Canonicatus pro ſupplendis diſtributionibus quotidianis demandatur per Concilium Tridentinum, ibidem num. 24.

Diſpenſatio.

Diſpenſatio non inducitur per expreſſionem primi incompatibilis factam in impetratione ſecundi; ſecus in pluralitate Beneficiorum, diſceptat. 218. numer. 24. & 25.

Diſpenſatio præſumpta inducitur per decennium etiam contra Decreta Concilii Tridentini, diſceptat. 220. num. 12.

In diſpenſatione ſuper incompatibili Papa impedit, ne urgeatur vacatio, & nemini præjudicat, diſcept. 129. num. 5.

Nova indiget diſpenſatione Epiſcopus translatus ad ſecundum Epiſcopatum pro retentione Beneficiorum, etiamſi fuerit diſpenſatus ad illa retinenda cum primo, diſceptat. 135. num. 30.

Diſpenſatio pro retentione Beneficiorum ob promotionem ad Epiſcopatum valida eſt, non facta mentione, quod ſint de jurepatronatus, ib. n. 31. & 32.

Limita, ſi daretur poſt inductam vacationem, ibidem num. 33.

Diſpenſationem habens ad duo incompatibilia Beneficia non intelligitur ad duo ſub eodem tecto, diſcept. 142. num. 12.

Diſpenſationis natura eſt, ut ſemper ſit alicui præjudicialis, diſcept. 144. n. 3.

In diſpenſando Papa utitur jure ſuo, ibidem n. 5.

Diſpenſationem ad Ordines Sacros, & Beneficia concedere non ſolet Papa homicidæ voluntario, diſceptat. 154. num. 20. & ſeqq.

Diſpenſationis maximus gradus qualis ſit, ibidem numer. 24.

Diſpenſatio non conceditur, niſi habita pace cum hæredibus occiſi, & concordato Fiſco, ibidem num. 30.

Non conceditur abſoluto ab homicidio cum clauſula = *Ex hactenus deductis* = ibidem num. 32.

Nec damnato in contumaciam, niſi revocata ſententia, ibidem num. 38.

Diſpenſationis denegatæ exempla quoad Inquiſitos de homicidio, ibidem num. 76.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio loquens de Beneficio vacanti non comprehendit plenum, diſceptatione 129. num. 3.

Diſpoſitio correctoria juris communis non extenditur etiam ex identitate rationis, diſcept. 133. n. 15.

Diſpoſitio de caſu ſimplici non trahitur ad mixtum, ibidem num. 26.

Diſpoſitio generalis non derogat ſpeciali, & diſtinguenti, diſcept. 137. num. 20.

Sub generali diſpoſitione non comprehenduntur Epiſcopi, ſed indigent mentione ſpeciali, diſcept. 158. num. 15.

Diſpoſitio fundata in certa qualitate, & ſuppoſito, non comprehendit caſum ubi hoc deficit, ib. n. 6.

Diſpoſitio fundata in ſolito jus novum non inducit, ib. num. 10.

Sub generali diſpoſitione non comprehenduntur exempti, ib. num. 14. & 16.

Diſpoſitum.

Diſpoſitum corruit, corruente ſuppoſito, diſcept. 104. num. 62.

Diſſenſus.

Licentia, & diſſenſus cum cauſa, vel ſine, quando procedat, diſcept. 123. num. 60.

Diſſenſus Epiſcopi ſpernitur contra erectionem Cathedralis in loco non exiſtente in ejus Territorio, diſcept. 160. num. 22.

Non obſtante Epiſcoporum diſſenſu, reſervatum eſt Papæ novas Cathedras erigere, ibidem numer. 27. 49. & 50.

Diſſenſus Parochi non attenditur in erectione novæ Parochiæ, ib. num. 46.

Diſſenſus Metropolitani quando non attendatur contra erectionem novi Epiſcopatus, ib. n. 61.

Amplia, ſi fiat erectio Epiſcopatus ab eo exempti, ibidem num. 63.

Diſtractus.

Vide in verbo *Contractus*, & in verbo *Eccleſia*.

Diſtributiones.

Diſtributiones amittuntur per Canonicos abſentes tempore vacantiæ trium menſium permiſſæ per Concilium, eo magis ultra tempus vacantiæ, diſceptat. 125. num. 30. & 31.

Non obſtante Indulto Sacræ Congregationis, ibidem num. 32.

Et non obſtante, quod aliquando inſervierit in anno, amittit Canonicus diſtributiones totius anni, ſi hoc diſponat Statutum, ib num. 33.

Diſtributiones debentur Canonico abſoluto per ſententiam *ex hactenus deductis* tempore abſentiæ ad ſe defendendum contra delictum diſceptation. 127. num. 3.

Si maſſæ diſtributionum facta ſit unio Beneficiorum, ea illis debetur quindennium, diſcept. 139. num. 6.

Pro diſtributionibus non debetur annata, ibidem numer. 8.

Diſtributiones computantur in valore, ſi penſio reſervata ſit etiam ſuper illis, diſcept. 152. num. 35.

Diſtributiones dantur ratione laboris, ibidem numer. 38.

Inter diſtributiones, & emolumenta redacta ad inſtar illarum, nulla eſt differentia, ibidem num. 39.

Licet diſtributiones non dentur abſentibus, tamen ſuper illis valide imponitur penſio, ib. num. 42.

Pro ſupplendis diſtributionibus quotidianis Concilium Tridentinum mandat diſmembrari fructus Dignitatum, & Canonicatus, diſcept. 151. num 24.

Pro ſupplendis diſtributionibus Eccleſiæ Collegiatæ aliquando Papa ſuppreſſit ejus primam Dignitatem, ibidem num. 26.

Divortium.

Si tempore mortis viri ſecutum ſit divortium, uxor non ſuccedit in ejus bonis, diſcept. 203. n. 15.

Doctor.

Conſilium *Cardinalis* 110. eſt communiter reprobatum, diſcept. 103. num. 9.

Opinio *Petri Barboſa*, firmantis bona Epiſcopi tranſlati de prima ad ſecundam Eccleſiam ſpectare in ejus morte ad primam, reſilitur, ib. n. 20.

Doctorum auctoritas corruit, corruente ſuppoſito, in quo fundatur, diſcept. 106. n. 21.

Gratianus diſcept. 578. reprobatur, ib. num. 2e.

Opinio *Nicolaus* in concordat. *German, pagina* 125. & *Cochler, ad regul.* 3. *Cancell. ſub num.* 16. reprobatur, diſcept. 111. num. 2.

Spada, & *Card. de Luca ſuper intelligentia regul. Cancell.* 4. & 15. reprobantur, ibidem num. 24.

Card. de Luc. de præeminen. diſc. 9. n. 5. & 6. reprobatur, diſcept. 116. o. 53.
Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 119. n. 2. *verſ. Et licet circa intelligentiam Concilii ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* reprobatur, diſcept. 118. n. 17.
Doctor inoxus auctoritatibus reprobatis non attenditur diſcept. 126. num. 25., vel qui nihil firmat, vel reſolvit, ibid. n. 26.
Paſſinel. reſponſ. 54. *lib.* 2. reprobatur, diſceptat. 152. num. 45.
Opinio unios Doctoris ſufficit ad cauſandam bonam fidem, diſcept. 156. o. 29.
Ex ſimplici dicto Doctorum non probatur conſuetudo, diſcept. 159. num. 60.
Præſertim, ſi aliquis ex illis ſit ſuſpectus, ibid. nom. 61.

Doctrina.

Doctrinæ generales ceſſant, ubi allegatur auctoritates in puncto, diſcept. 137. o. 4.

Documentum.

Particulæ documenti non eſt ſtandum, ſed tranſumpto integro, diſcept. 137. n. 34.

Dolor.

Doloris ſigna excludunt ſuſpicionem homicidii, diſcept. 108. n. 26.

Domicilium.

Domicilio vicious dicitur non origine, diſceptat. 122. num. 6.
Domicilium poteſt quis habere in duobus locis, ibidem num. 8.
Si domicilium Romæ tranſtulerit Spoletanus, non poteſt amplius dici Spoletanus, ib. n. 15.
In perſonis domicilium habentibus in alieno dominio, non eſt verificabilis ſubjectio perſonalis, ibid. num. 16.
Per domicilii tranſlationem non poteſt retineri antiqua ſubiectio, diſcept. 122. n. 24.
Domicilium antiquum quando amittatur per tranſlationem habitationis ex cauſa officii, diſceptat. 122. num. 28.
Domicilii electio in morte prævalet domicilio in vita diſcept. 128. n. 10.
Ratio domicilii in loco eſt ratio effectionis, ibidem oum. 19. & 22.
De foro ſui domicilii intelligitur, ſi Teſtator mandet aliquid faciendum in foro, ib. n. 25
Legatum pro pauperibus intelligitur de pauperibus loci domicilii Teſtatoris, ib. n. 26.

Dominium.

Dominium directum Eccleſiæ ad effectum ſolutionis Canonum, an probetur ex aſſertiva facta in Inſtrumento venditionis, diſcept. 132. n. 1.
Probatur ſi adducantur aliæ probationes licet leviores ibid. n. 13. & 14.
Ad effectum ſolutionis laudemii probandum eſt dominium empyteuticum, & quomodo, ibidem num. 8. & ſeqq
Dominium emphyteuticum, ex quibus non concludatur, ibid. n. 16. & ſeqq.
Vide in verbo *Devolutio*.

Dominus.

Dominus non tenetur reddere rationem ſuo Miniſtro, diſcept. 23. n. 58.
Duobus dominis nemo poteſt ſervire, diſceptat. 145. num. 17.

Domus.

Sufficit habere domum apertam cum ſuis Miniſtris ibi habentibus pro conſervanda civilitate, diſcept. 122. num. 5.
Per retentionem domus apertæ in loco cum bonis nemo fit ſubditus quoad perſonam, ib. o. 27.
Domus ruſticæ reſtauratio in bonis emphyteuticis ſpectat ad Emphyteutam, diſcept. 133. n. 29.

Donatio.

Donatio, quæ vivo donante expletur, dicitur pura, & perfecta inter vivos, licet facta cum pacto, ut habeat effectum poſt mortem donantis, diſceptat. 114. numer. 15.
Per donationem factam in ſæculo de ſuis bonis non dicitur Scholaſticus Societatis Jeſu civiliter mortuus, diſcept. 126. n. 25.
Donatio facta in ſæculo ex cauſa ingreſſus in Religionem eſt conditionalis, quatenus ſequatur Profeſſio, ib. n. 30 & 31. ubi de ratione.
Inducit conditionem ſuſpenſivam impedientem tranſlationem dominii, donec ſequatur Profeſſio, ibidem num. 32.
Donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem non dicitur purificata in Societate Jeſu per emiſſionem trium votorum, ib. n. 32.
Poſt emiſſionem trium votorum ſimplicium egreſſus de Societate Jeſu recuperat bona donata ex cauſa ingreſſus, ibid. n. 36.
Donantis expreſſio facta in donatione intuitu ingreſſus in Religionem, quod ibi vellet emittere Profeſſionem demonſtrat ejus mentem ſuſpenſivam donationis uſque ad Profeſſionem, ib. o. 42.
Fructus bonorum medii temporis ante ſecutam Profeſſionem ſpectant ad donantem, ib. o. 33.
Profeſſio eſt conditio ſuſpenſiva donationis, antequam ſequatur, ib. o. 32.
Diſtinctio inter donationem factam in ſæculo per ingreſſum in Societatem Jeſu, & aliam factam juxta ejus Conſtitutiones, ib. o. 37.

Dux.

Non ſolum Reges, ſed etiam Duces, Marchiones, & alii jura Imperii in ſuis dominiis habentes requirunt mentionem ſpecialem in materia Jurispatronatus, diſcept. 160 n. 69.
Iſti Duces, & alii Principes ſupremi æquiparantur Regibus, ibid. n. 69.
Juſpatronatus ad Cathedrales, ſeu Epiſcopatus conceditur etiam Ducibus, & aliis Principibus, præter Reges, ea cauſa dotationis, & fundationis, ib. n. 69. & 70. cum ſeqq.
Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.* circa Jurispatronatus probationem exceptuavit illud ſpectans ad Reges, & alios ſupremos Principes, & Duces jura Imperii habentes, ibidem numer. 66. & 69.
Ducatus Lotharingiæ recenſetur, ib. n. 2.

E

Eccleſia.

Non poteſt ab Eccleſiis, & locis piis fieri reductio cenſus abſque Beneplacito Apoſtolico, diſcept. 102. o. 1.
Contrarium eſt verius, ib. o. 2. & plur. ſeqq.
Contractus, vel diſtractus Eccleſiæ non valet, niſi fiat ab omnibus ejus adminiſtratoribus, vel ſaltem majori parte, ibid. n 10.
Contrahens cum Eccleſia ſine Beneplacito Apoſtolico dicitur eſſe in culpa, ib. n. 11.
Nec habet actionem contra illius adminiſtratores, ibid. num 12.
Eccleſiæ adminiſtrator quando teneatur ad damna, & intereſſe erga contrahentem, ib. n. 13.
Actus adminiſtratorum Eccleſiæ præſumuntur ab eis ſincere, & valide geſti, ib. o. 20.
Cenſus reductio facta per Eccleſiam, ſeu locum pium quando dicatur facta ſincere, & bona fide, ibidem num. 21.
In actibus neceſſariis factis ab Eccleſia non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, ib. o. 32.
Eccleſia non poteſt alienare cenſus abſque ſolemnitatibus ibidem n. 40.
Secus eſt quoad fructus, ib. n. 41.
Bona Epiſcopi tranſlati de una Eccleſia ad aliam pertinent in morte ad ſecundam Eccleſiam, etiamſi partim acquiſita fuerint ex fructibus primæ, diſcept. 103. n. 12. & ſeqq.
In bonis Epiſcopi ſuccedit Eccleſia non uti hæres, ſed uti domina, ib. o. 33.
Non ſuccedit in bonis, quæ Epiſcopus quæſivit ex ſua congrua parce vivendo, ib. n. 38.
Inducta in favorem Eccleſiarum non debent in eius odium retorqueri, ib o. 36.
Non poſſunt in aliqua Eccleſia in die Sabbati Sancti pulſari campanæ ante illas Cathedralis, vel Matricis, diſcept. 106. n. 1.
Etiamſi ſit Collegiata, & habeat præcedentiam ſupra Matricem, ib. n. 2.
Limita, ut n. 6. & ſeqq.
Per erectionem Eccleſiæ in Collegiatam non cenſetur derogatum Juribus Eccleſiæ Matricis, nec eſt iſti præjudicialis, ibid. n. 3.
Contrarium, o. 22. & 23.
Eccleſiæ etiam impropriæ Matrices habent præeminentiam ante pulſandi campanas in Sabbato Sancto, ibid. num. 4.
Qualitas Eccleſiæ Collegiatæ non facit eam Matricem, ibidem n. 5.
Limita, ut o. 10. 19. & ſeqq.
Eccleſiæ Collegiatæ primum locum majoritatis obtinent poſt Cathedralem, ib. n. 6.
Eccleſia filialis in Collegiatam erecta in omnibus præeminentialibus anteponitur Matrici etiam in pulſatione campanarum, ib. n. 7. & 8.
Eccleſiæ magis conſpicuæ impropriæ appellantur Matrices, ibid n. 10.
Non eſt de juribus Eccleſiæ Parochialis antepulſatio campanarum in Sabbato Sancto, & ſpectat ad dignitatem, ibid. n. 11. & 12. & 26.
Eccleſia Parochialis, quæ non habet filiales, impropri[e] tantum appellatur Matrix ratione majoris antiquitatis, e

.ibi·

Ibidem numer. 13. & 14.
Antiquitas Eccleſiæ Parochialis dat præcedentiam inter pares, non autem in ordine ad Collegiatas, ib. n. 15. & 16.
Favore Eccleſiæ Collegiatæ excluſive ad Matricem Sacra Congregatio Rituum decrevit præcedentiam pulſandi campanas in Sabbato Sancto, ibidem numer. 16. & 17.
Inter Collegiatas præcedit, quæ Matrix eſt, ibidem num. 18.
De Eccleſia non uti Matrice, ſed uti digniore intelligitur verbum *Matrices* expreſſum in Conſtitutione Leonis X. ib. n. 20.
Erectio Eccleſiæ in Collegiatam eſt de ſui natura præjudicialis Matrici in præeminentiis, ibidem numer. 22. & 23.
Si erigatur in Eccleſiam Cathedralem Monaſterium ſubjectum Archidiacono, iſte efficitur illi ſubditus, ibid num. 25.
Eccleſiæ Collegiatæ antiquiori debetur præcedentia, diſcept. 116. n. 2.
Item Inſigni, ib. n. 3. & 50.
Eccleſiæ Collegialitas, ex quibus probetur, ib. n. 4. & ſeqq. n. 14. & ſeqq. & n. 20. 21. 24. 25. & 26.
Ex quibus non excludatur, ib. n. 9. & 10.
Eccleſia poteſt eſſe ſimul Collegiata, & Parochialis, ib. num. 12.
Eccleſiæ Collegiatæ olim poterant erigi auctoritate ordinaria, & hæc facultas uſquequo duraverit, ibid. num. 30.
Eccleſiæ Collegiatæ erectio præſumitur facta ex obſervantia centenaria, ib. n. 31.
Eccleſiæ Inſignis qualitas, ex quibus deſumatur, ibid. num. 35.
Ex quibus probetur, ib. n. 36. 37. 39. & 40.
Eccleſiæ Inſignitas prætendi non poteſt, quando reſiſtit titulus, ibid. n. 45.
Prima Dignitas Eccleſiæ Collegiatæ, cui imminet cura animarum an conferri debeat per concurſum, ibidem num. 43.
Eccleſia Matrix perdit præcedentiam, ſi Parochia filialis erigatur in Collegiatam, ib. n. 48.
Limita, ſi poſtea Eccleſia Matrix erigatur in Collegiatam, ib. n. 49.
Eccleſiæ contractus quando ſit illi utilis quoad meliomenta, diſcept. 121. n. 20.
Eccleſia ſolum habet jus allegandi nullitatem contractus, ibid. n. 21.
Eccleſia volente, contractus ſuſtinetur, ibid. num. 22. & 26.
Eccleſiæ Conceſſionarius poteſt contra illam agere ad declarandam, an velit ſtare contractui abſque ſolemnitate geſto, ibid. n. 23.
Eccleſia volens reſilire e contractu ob nullitatem tenetur reficere melioramenta, ib. n. 24.
An iſta ſint compenſanda per Conductorem cum fructibus perceptis, ib. n. 25.
Eccleſiæ ſervitium non debet impediri ab ejus miniſtris, diſcept. 123. n. 55.
Qui meretur alterius Eccleſiæ gubernium, multo magis retinere meretur illam, quam habet, diſcept. 135. num. 10.
Quænam Eccleſia vocata cenſeatur, ſi quis hæredem inſtituat animam ſuam, vel Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, diſcept. 148. per totam.
Ad Eccleſiam ubi adeſt ſepulchrum majorum, præſumitur potius affectio, quam ad Parochialem, ibid. num. 12.
Eccleſiæ Parochiales hodie minus diliguntur, quam aliæ, ibid. n. 18.
Ad judicandum in dubio, cui Eccleſiæ Teſtator reliquerit, attenditur major affectio, ib. n. 20.
Eccleſia Parochialis hodie minus frequentatur per Chriſti fideles, ib. n. 33.
Eccleſiæ relictum cenſetur relictum pro anima, ibid. num. 37.
Eccleſiæ Parochiali non debetur hæreditas relicta animæ, ſed Epiſcopo, ib. n. 38. 43. 44. & ſeqq.
Bona unius Eccleſiæ poteſt Papa alteri dare, etiam invito Prælato, diſcept. 160. n. 39. & 44.
Eccleſiæ erectio in Cathedralem, ex quibus cauſis concedatur, diſcept. 160. per tot.

Eccleſia Receptitia.

In Eccleſiis receptitiis proceditur per admiſſionem ad conſortium, diſcept. 159. n. 11.
In Eccleſiis receptitiis Canonicatus non ſunt collativi, ibid. n. 12.
Olim omnes Eccleſiæ erant receptitiæ, ib. n. 13.
Modus procedendi per viam ſuſceptionis in fratres deſignat Eccleſiam eſſe receptitiam, ibidem numer. 14.
Eccleſia poteſt eſſe receptitia, licet ſit Collegiata, ibid. num. 15.

Mutato ſtatu Eccleſiæ receptitiæ in numeratam, mutatur modus providendi, ib. n. 16.
Et Epiſcopus acquirit Jus conferendi loco conſenſus, ibid. num. 17.
Eccleſiam magis diligit nativus, quam exterus, diſcept. 109. n. 21.

Eccleſiaſtici.

Eccleſiaſtici habent triplicem ſpeciem bonorum, diſcept. 103. num. 37.
Eccleſiaſtici an poſſint obligari a Curia laicali ad accipiendum licentiam extrahendi frumentum, loluto uno julio, diſcept. 158. n. 9.
Ab Eccleſiaſtico exempto non poſſit cedi, & vendi franchitia favore non exempti, ib. n. 26.
Sub edictis laicalibus prohibentibus extractionem frumenti non comprehenduntur Eccleſiaſtici, diſcept. 158. num. 3.

Effectuatio.

Præſentatio, ut dicatur effectuata, requiritur inſtitutio per rem judicatam, diſcept. 127. n. 39.
Alias durat primæva vacatio, quæ non dicitur conſumpta, ibid. n. 39. & 42.
Conatus ineffectuatus non producit confeſſionem præjudicialem, ib. n. 40.
Reſignatio dicitur effectuata per expeditionem litterarum, diſcept. 144. n. 3.
Quando dicatur ineffectuata, ibid. n. 10.

Egreſſus.

Egreſſus de Religione, an recuperet bona donata ex cauſa ingreſſus in illam diſcept. 126. n. 24.
Recuperat in Societate Jeſu, emiſſis tribus votis ſimplicibus, ſicut Novitius in aliis Religionibus, ibidem num. 36.
Qui poteſt egredi de Monaſterio, & ad ſæculum redire, æquiparatur Novitiis, ib. n. 28.

Electio, Elector, Electus.

Electio facta de perſona non qualificata ad formam Statuti eſt nulla, diſcept. 122. n. 13.
In electionibus dies termini aſſignati computatur in termino, diſcept. 135. n. 13.
In eligendo Canonicus non prohibetur votare in favorem fratris, diſcept. 137. n. 15.
Sic etiam pater favore filii, ib. n. 12. & 16.
A Judice ad electorem circa ſuſpicionem non valet argumentum, ib. n. 28.
Electio de duobus ad Beneficium valida eſt, ſi facta fuit per majorem partem votorum in paritate, diſcept. 140. n. 2. 37. & 40.
Stante coarctatione ad duos electos in paritate votorum, debent illi tantum novo ſcrutinio reponi, & unus ex illis eligi, ibid. n. 3.
Prima electio valida, ut etiam dubia, nullam reddit ſecundam electionem, ib. n. 4.
Duobus electis per majora, & æqualia vota, ſi unus decedat, alter ſuperſtes habetur pro unico electo, ibid. num. 6. & 51.
Nec poteſt alter eligi in præjudicium ſuperſtitis, ibidem num. 7.
Pro valida electione requiritur major pars ſuffragiorum, ibid. n. 8.
Facta electione duorum in paritate votorum; an poſſint reponi omnes concurrentes in novo ſcrutinio, etiamſi fuerint in primo rejecti, ib. n. 9.
Electione coarctata ad duos in paritate votorum poteſt per eligentes ab illa recedi, ibidem num. 11.
Contrarium, n. 50.
Præſertim, ſi agatur de electione impropria, ſeu nominatione, ibid. n. 12.
Eligentes quando dicantur, vel non ſe coarctaſſe ad primos duos electos per majoritatem in paritate votorum, ib. n. 14. & 54.
Eligentes non ligantur appellatione, quominus ſecundam electionem faciant, ſi prima ſit nulla, ibidem num. 15.
Quando electio eſt nulla, & imperfecta ejus vigore, non competit gratificatio, ib. n. 16. 21. & 41.
Electio duorum per majorem partem in paritate votorum ad Epiſcopatus, & Prælaturas majores, an ſuſtineatur, ib. n. 17.
Electio Papæ nulla eſt, ſi facta ſit de duobus in paritate votorum per duas partes ex tribus, ibidem numer. 18. & 44.
Electio de duobus non ſubjecta formæ *cap. Quia propter* eſt valida, & poteſt Confirmator digniorem ex illis confirmare, ib. n. 19.
Electio non dicitur concluſa, quando facta eſt de duobus per medietatem votorum hincinde, ibidem numer. 23.
Nova electio, ſive nominatio eſt nulla in præjudicium alterius jam præſentatæ Epiſcopo, ibidem numer. 24.
Ut electio, ſeu nominatio dicatur præſentata Epiſcopo, ſatis eſt, ipſum habuiſſe de illa notitiam, ib. num. 25.

Et ſatis eſt nominantem recoſaſſe exhibitionem illius Ordinarii perenti, ib. n. 28.
Electis in paritate votorum dicitur Jus quæſitum privative quoad alios in nova electione, ib. n. 28.
Duobus electis in paritate, ſed majoritate votorum, dicitur jus quæſitum uni ex illis digniori, diſcept. 140. num. 30.
Et niſi unus ex illis per eligentes præeligatur, poteſt illum Ordinarius præferre, & confirmare, ibidem numer. 31.
Præſertim, ſtante coarctatione ad illos duos facta per eligentes, ibid. n. 32.
Eligentes quare obligentur ex propria coarctatione ad præeligendum unum ex electis in paritate votorum, ibid. n. 34.
Electi in paritate votorum, quale Jus habere dicantur ratione coarctationis ad illos, ibidem num. 35. & 59.
Ex reſervatione novæ electionis non dicuntur eligentes revocaſſe coarctationem, ib. n. 36.
Stante coarctatione eligentium ad duos electos in paritate votorum, ſi unum ex eis non præeligant, poteſt præferri per Sacram Rotam loco Ordinarii, ibi num. 37.
Præſertim, defuncto coelecto competitore, ibidem num. 39.
Etiamſi agatur de electione ſubjecta formæ cap. *Quia propter* poſſunt eligi plures, ib. n. 42.
Et confirmator poteſt unum electis per majorem partem licet habentem minorem numerum votorum confirmare, ib. n. 43.
Inter duos electos in paritate votorum, uno decedente, ſuperſtes cenſetur electus a Jure, ib. n. 51.
Eligentes quando non dicantur receſſiſſe a coarctatione, ibid. n. 55.
Electio juxta formam cap. *Quia propter* non habet locum in electionibus ad Canonicatus, ibidem num. 56. & 61.
Pro electo habetur, qui habuit plura vota, ibidem num. 57.
Eligentes ſe coarctando in ſecundo ſcrutinio ad electos in primo in paritate votorum dicuntur rejeciſſe alios in eodem excluſos, ib. n. 58.
Electio facta vigore Statuti per pluralitatem votorum comparative, & non complective, valida eſt, ibid. n. 60. & 62.
Conſuetudo circa formam eligendi, ex quibus, probetur, ib. n. 64.
Electionis nullitatem debet probare oppoſitor, diſcept. 155. num. 4.
Electio præſumitur valida, ſi fuit confirmata, ibidem num. 5.
Electionis confirmatio eſt quædam ſententia, ibidem num. 6.
Electio facta, & confirmata debet, quantum fieri poteſt, a Judice ſuſtineri, ib. n. 9.
Electio facta, excluſo poſſeſſore, Juris eligendi caſſatur, & ille eſt manutenendus, ibid. n. 10.
Nec eſt ſpoliandus, niſi defectus proprietatis ſit clarus, ibid. n. 11.
Electio facta vocali contempto non eſt nulla ipſo Jure, ſed ſolum annullanda ad ejus, non ad alterius inſtantiam, nec etiam officio Judicis, ibidem n. 13. & 14.
Electoribus currit novus terminus a die notitiæ renunciationis primi electi, ibid. n. 15.
Vocalis contemptus in electione dicitur acquieviſſe, etiamſi reclamet ab initio, ſi non ſequatur contemptum, ibid. n. 18.
Poſt electionem confirmatam vocalis contemptus, non auditur, ibid. n. 19.
Contra electionem non ſuffragatur appellatio, lapſo termino decennii, ib. n. 20.
Electio ratificatur per acclamationem electi, ibidem num. 22.
Electionem impugnare non poteſt, qui illam acceptavit, ibid. n. 23.
Electioni contradicendum eſt ab initio, intra decennium, ib. n. 24.
Jus eligendi pertinet ad ſolos Religioſos ejus Conventus, de cujus gremio exiſtunt, ib. n. 26.
Monachus ad alterum Monaſterium translatus non habet vocem in Capitulo primi Monaſterii, ibidem num. 27.
Poſſeſſio eligendi non acquiritur ex electionibus ineffectuatis per non acceptationem electi, ibidem numer. 34.
Vocalis admiſſus ad eligendum cum proteſtatione non acquirit quaſi poſſeſſionem, ib n. 35. & 36.
Jus eligendi Regularibus competit non Jure privato, ſed a Sede Apoſtolica, ib. n. 39.
Admiſſus per Capitulum ad eligendum non acquirit quaſi poſſeſſionem legitimam, & quando, ibidem n. 40. & 41.
Vocalis dubie amens admittendus eſt in electione cum proteſtatione, ib. n. 42.
Secus vocalis, qui eſt dubius ratione proprietatis, & poſſeſſionis, ib. n. 43.
In electione ſecreta vocalis dubius non eſt admittendus cum proteſtatione, ib. n. 44.
Præſes Capituli debet legitimare vocales, ibidem numer. 45.
Et excludere vocalem, cui obſtat inhabilitas ſubſtantialis, non autem culpabilis, ib. n. 46.
Privari non dicitur, qui ab electione excluditur, quia non habet habilitatem ſubſtantialem, ibidem numer. 47.
Quando sequatur quaſi poſſeſſio eligendi per conſuetudinem præſcriptam, ib. n. 48.
Caſſanda eſt electio, in qua vocalis dubius votavit, qui Jus votandi non habebat, ib. n. 49.
Præſes Capituli poteſt excludere vocalem dubium, non autem Capitulum, ib. n. 50.
Vocalium privationes non attenduntur, niſi præceſſerint per menſem ante electionem, ib. n. 51.
Electio eſt nulla ob admiſſionem vocalis inhabilis, ib. num 52.
Conſtitutio Ordinis Prædicatorum, quod, inſtante electione, nullus ſit privandus voce; & Statutum Capituli Toloſani quomodo intelligantur, ibidem num. 53.
Provincialis in Ordine Prædicatorum habet facultatem declarandi vocalem eſſe inhabilem, ibidem numer 55.
Proteſtatio facta per eum, qui ſe prætendit vocalem, quando inducat, vel non, caſſationem electionis, ib. num. 56.
Provincialis habens facultatem mittendi Vicarium ad præſidendum in Capitulo in certis caſibus, poteſt extra illos eum mittere ſine voto, ib. n. 57.
Etiam extraneus poteſt admitti in Capitulo ſine voto, ibid. n. 58.
Præſes electionis poteſt eam confirmare, ib. n 62.
Præſes Capituli, quam facultatem habeat, ib. n. 63.
Quæ facultas ſit illi delegabilis per Provincialem, ib. num. 62.
Auctoritas confirmandi electionem involvit etiam auctoritatem alia annexa faciendi, ibid. n. 65.
Electionem impugnans tenetur eam probare nullam, diſcept. 156. n. 1.
Electio Vicarii Capitularis ante humatum Epiſcopi cadaver non eſt nulla, ib. n. 2. & 3.
Electio Vicarii Capitularis facta ſuffragiis publicis, valida eſt, ib. n. 4. 5. & 6.
De Jure Canonico electio per vota ſecreta requiritur in electionibus propriis, ib. n. 7.
Electus proprie non dicitur Vicarius Capitularis, ibid. num. 8.
Electio, ſeu vocatio ſecreta pro Vicario Capitulari, eſt ad melius eſſe, ib. n. 10.
Electio Vicarii Capitularis per publica ſuffragia valida eſt propter conſuetudinem immemorabilem Eccleſiæ, ibid. n. 15.
Conſuetudo ſufficit ad ſuſtinendam electionem, ibidem num. 18.
Metropolitanus non habet Jus deputandi Vicarium Capitularem, niſi ob negligentiam Capituli, ibid. num. 22.
Secus autem, facta electione per Capitulum, ſed nulliter, diſtingue, ut ibi.
Electio Patronorum facta nulliter contra formam non dat locum devolutioni, ib. n. 24.
In electione juſta credulitas, & bona fides excuſat a devolutione, ib. n. 26. & 27.
Electio Vicarii Capitularis in perſona non Doctoris, licet nulla, non dat locum devolutioni ad Metropolitanum, ibid. n. 25.
Stante bona fide pro validitate electionis ex circumſtantiis, iſta dicitur colorata, & electores excuſantur a nullitate, ibid. n. 30.
Ubi nullitas electionis non eſt inculpabilis, indulgetur Capitulo, ut deveniat ad novam electionem, ib. num. 31.
Ubi electio eſt nulla, ſed habet conſenſum naturalem omnium Capitularium, vel confirmatur cum ſanatoria, vel electus ex integro deputatur, ibidem n. 32. & 33.
Locus non eſt de ſubſtantia electionis, diſceptat. 157. num. 17.
Jus eligendi ad Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ ſpectat ad Capitulum, & Inſtitutio ad Epiſcopum, diſcept. 159. num. 4.
Limita, ſi fuerint erecti de bonis Menſæ Epiſcopalis, aut redditibus Beneficiorum, ib. n. 5.
Privilegia juris eligendi non revocantur per Concilium Tridentinum, revocans Patronatus ex privilegio, ibid. num. 16.
Si Capitulum loco eligendi exerceat jus conferendi, devolvi-

volvitur jus libere providendi ad Epiſcopum, ibidem num. 41.

Emphyteuſis, Emphyteuta,

Emphyteuſis Eccleſiæ reſtringitur ad tertiam generationem, diſcept. 131. n. 2.
Etiamſi fuerit acquiſita ex præſcriptione, ſecus emphyteuſis privati, ibid. n. 4. & 5.
In emphyteuſi Eccleſiaſtica verbum *Deſcendentibus* poteſt verificari in primo, & ſecundo grado, ibidem num. 12.
In emphyteuſi Eccleſiaſtica verba dubia ſemper interpretentur reſtricta ad tertiam generationem, ibidem num. 14.
In emphyteuſi Eccleſiaſtica verbum *Deſcendentibus* capax eſt reſtrictionis ad ſolos nepotes, ibidem numer. 15.
Emphyteuſis Eccleſiaſtica interpretetur ſemper ad tertiam generationem, maxime ex circumſtantiis, ibid. num. 16.
Quales iſtæ ſunt, ibid. n. 17. & ſeqq.
Petens renovationem Inveſtituræ fenetus emphyteuſim Eccleſiæ terminatam, ib. n. 18.
Conſuetudo Eccleſiæ inveſtiendi ad tertiam generationem, ex quibus probetur. ibid. n. 19. 20. & 21.
Ex conceſſione in feudum nobile non valet illatio ad ſimplicem emphyteuſim, ibid. n. 22.
In renovatione emphyteuſis ad tertiam generationem non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, ibidem num. 23.
Emphyteuſis Eccleſiæ non præſumitur perpetue propter Centenariam, in qua poſſederunt tres generationes, diſcept. 131. n. 28. & 29.
Emphyteutæ non competit renovatio Inveſtituræ, quando Eccleſia vult bona ſibi emmeliorare, ibidem num. 30.
Conſuetudo coactive Eccleſiæ renovandi Emphyteutas quomodo probetur, ib. n. 31. & 32.
Quomodo excludatur, ib. n. 33.
Appodiatio bonorum Eccleſiæ ad excluſionem emphyteuſis, ex quibus excludatur, ibidem numer. 41. & 42.
Proximiores renovendi in emphyteuſi tenentur eam recipere cum pactis, & conditionibus, quæ ab extraneis offerentur, ibid. n. 43.
In emphyteuſi Eccleſiaſtica quomodo probandum ſit dominium directum ad effectum ſolutionis Canonis, laudemii, & devolutionis, diſceptatione 132. per tot.
Aſſertio venditoris circa prædium venditum tanquam gravatum onere ſolvendi Canones Eccleſiæ, non probat gravamen Canonis in ejus favorem, ibid. n. 1. & ſeqq.
Niſi concurrant alia adminicula, ibid. n. 2. & 4.
Emptor prædii emphyteutici, an teneatur ad Canones decurſos tempore ſui auctoris, ib. n. 5.
Contractus emphyteutici qualitas eſt probanda ad obtinendum laudemium, ib. n. 8. & 9.
Contractus præſumitur cenſualis, & non emphyteuticus, ſi deficiat Inſtrumentum Inveſtituræ, ibidem num. 10.
Non obſtante ſolutione Canonum, & recognitione dominii directi, ib. n. 11.
Contractum emphyteuticum demonſtrat ſolutio laudemii, ibid. n. 13.
Solitum concedendi bona Eccleſiæ in emphyteuſim probatur per unam Inveſtituram ſolemnem, aut duas minus ſolemnes, diſcept. 153. n. 2.
Et continere debent eademmet bona, quæ reconceduntur, non autem diverſa, ib. n. 3.
Quo tempore probandum ſit hoc ſolitum, ib. n. 18.
Quomodo probandæ ſint duæ Inveſtituræ minus ſolemnes, diſcept. 153. n. 4. & ſeqq.
Vide in verbo *Inveſtitura*.
In emphyteuſi defectus Beneplaciti Apoſtolici non ſanatur per diuturnam obſervantiam, diſceptat. 153. num. 15.
Emphyteuſis nullæ, & ignoratæ ratificatio non præſumitur facta per ſinguleres ſucceſſores, ibidem numer. 26.
Amplius, etiamſi receperint Canones, ib. n. 17.
Emphyteuſis renovatio fieri debet cum evidenti utilitate, ibid. n. 24.
Hujus utilitatis probatio ad quem pertineat, ib. n. 25.
Ex quibus non deſumatur, ib. n. 26. & ſeqq.
De quo tempore conſideranda ſit, ib. n. 31.
Expenſa in bonis emphyteuticis pro uberiori fructuum recollectione redundat in Beneficium Eccleſiæ, ib. num. 23.
Reſtauratio domus ruſticæ in bonis emphyteuticis pertinet ad Emphyteutam, ib. n. 29.
In emphyteuſi deficit utilitas Eccleſiæ, ſi Canon non augeatur, ibid. n. 32.
Utilitas Eccleſiæ conſideratur reſpective ad fructus rei tempore conceſſionis, ib. n. 33.
Canon augetur pro renovatione neceſſarie in bonis ab initio ſterilibus melioratis ab Emphyteuta, ib. n. 35. & 36.
Qualitas fructifera bonorum ab initio conceſſionis conſiderari debet, ib. n. 37.
Læſio Eccleſiæ adeſſe dicitur, ubi Canon non correſpondet fructibus rei conceſſæ, ib. n. 38. & 39.
Eccleſia dicitur læſa, quando non eſt in lucro, ibid. num. 40.
Conceſſio bonorum in emphyteuſim non eſt utilis, quando titularis exercuit liberalitatem erga laicos, diſcept. 153. n. 41.
Inveſtituræ collata in tempus ſucceſſoris remanet nulla, ibid. n. 42. & 43.
Ratificatio Inveſtituræ, quando non præſumatur facta a ſucceſſore, ib. n. 44.
Quomodo ſit facienda reſpectu Inveſtituræ præventive factæ per anteceſſorem, ib. n. 45.
Jus dandi de nullitate Inveſtituræ factæ per anteceſſorem competit omnibus ſucceſſoribus, non autem primo, & immediato, ib. n. 48.
Emphyteuſis Eccleſiæ ſubjacet devolutioni finita tertia generatione, niſi exhibeat Inſtrumentum Inveſtituræ in contrarium, diſcept. 131. n. 6.
Præſertim ſi præſumptio ſit contra Emphyteutam, quod ſubtraxerit Inſtrumentum Inveſtituræ, ibidem num. 7.
Ad effectum devolutionis Emphyteutæ requiritur Inſtrumentum Inveſtituræ, ib. n. 8.

Enunciativa.

Enunciative erronea non attenditur, diſceptat. 104. num. 47.
Enunciativæ non faciunt ſtatum, ib. n. 55. & loquentes ſuppoſitive, ib. n. 62.
Enunciativa Papæ non præſtat titulum coloratum, diſcept. 112. n. 34.
Duæ enunciativæ requiruntur ad probationem in antiquis, diſcept. 153. n. 14.
Per enunciativas probatur conſuetudo inveſtiendi ad tertiam generationem, diſcept. 131. n. 30. & 25.
Enunciativæ non admittuntur ad ſupplendam unam ex duabus Inveſtituris neceſſariis pro ſolito locandi, ibid. n. 4. & 5. & 9.
Non ſtatur enunciativæ in materie prohibita, & quando, ibid. n. 11. & 12.
Enunciativa fundationis laicalis deſumpta ex Centenaria ad effectum excludendi reſervationes Apoſtolicas non attenditur, diſcept. 150. n. 13.
Per enunciativas probatur Eccleſiæ Collegialitas, diſcept. 116. n. 6. & ſeqq.
Enunciativa quando non attendatur, diſceps. 104. n. 47. 48. 49. & 55.
Ex enunciativis quando non valeat argumentum, diſcept. 159. n. 55. & 56.

Epiſcopatus, Epiſcopus.

Epiſcopus non habet jus deputandi, eligendi Prædicatorem Regularem in Parochialibus unitis Monaſteriis Regularium, ſed ſolum habet jus impartiendi benedictionem Prædicatori deputato per Abbatem Regularem, diſcept. 101. n. 1. & 2. & ſeqq.
Epiſcopus in Parochialibus pleno jure unitis Monaſterio Regulari habet jus viſitandi jure Ordinario in concernentibus Curam Animarum, ibid. n. 13.
Contrarium ibid. n. 14. & 22.
Epiſcopo exercenti Pontificalia in Eccleſiis Regularium eſt erigendum Baldachinum, ib. n. 15.
Quo caſu illud non ſit erigendum, ib. n. 17.
Epiſcopi occaſione viſitationis accedunt pontificaliter induti ad viſitandam SS. Euchariſtiam, & adminiſtrant Sacramentum Chriſmatis, ib. n. 18.
Epiſcopus non poteſt in Eccleſiis Regularium exemptis chriſmare, limita, & declara, ibid. num. 20. & 21.
Non poteſt delegare Vicariis foraneis intimationem edictorum pro Parochialibus exemptis, ibidem numer. 24.
Debet facere hujuſmodi Intimationem edictorum Abbati tanquam Parocho primario, non autem Vicariis, ib. n. 25.
Epiſcopus non poteſt admittere ad celebrendum in ſua Diœceſi Sacerdotes exteros carentes Commendatitiis proprii Ordinarii, ib. n. 27.
Poteſt prohibere ne Regulares eos admittant in ſuis Eccleſiis, niſi prius viſis ab eo Commendatitiis, ib. num. 28.
Poteſt cogere Parochos Regulares ad interveniendum Congregationibus caſuum conſcientiæ, ib. n. 29.
Qualis locus illis debeatur in hujuſmodi Congregationibus, ib. n. 30. & 31.
Epiſcopus tenetur ſolum nunciare viſitationem Parochis litteras præmonitoriales, ib. n. 33.

Non debet gravare populum mittendo Nuncios, ſeu Præcurſores, declara, & diſtingue, ibidem num. 34. 35 & 36.

Epiſcopi in Parochiis Regularium non habent latum arbitrium, ſicut in Parochiis Sæcularium, ibidem num. 37.

Epiſcopus prohibere poteſt exercitium Pontificalium Abbatibus extra Eccleſias ſibi ſubjectas, ibidem numer 38.

Epiſcopo præſente, non poteſt Abbas exercere uſum Pontificalium, diſcept. 101. n. 43.

Epiſcopo occaſione Proceſſionis veniente ad Eccleſiam Regularium, an ſit erigendum Baldachinum, vel parandum tantum Faldiſtorium, ibidem numer. 42.

Reſcriptum Sac. Congregationis, in quo aliquid committitur Epiſcopo, quando dicatur executorium juriſdictionis ordinariæ, non autem delegatorium, diſcept. 102. num. 14.

Bona Epiſcopi tranſlati de una ad aliam Eccleſiam pertinent in morte ad ſecundam Eccleſiam, etiamſi partim acquiſita fuerint ex fructibus primæ, diſcept. 103. n. 1. 2. & ſeqq.

Epiſcopi in vita ſunt veri uſufructuarii, habentes liberam diſpoſitionem de fructibus, ib. n. 5.

Epiſcopus fundans in vita Beneficium de fructibus Eccleſiæ acquirit ſibi, & hæredibus ſuis Juſpatronatus, ib. num. 6.

Epiſcopus translatus poteſt deferre ad ſecundam Eccleſiam bona quæſita ex prima, ib. n. 7.

Et hoc ex conſuetudine univerſali, ibidem num. 20. & 21.

Epiſcopus tranſlatus ſecum transferendo ad ſecundam Eccleſiam bona quæſita ex prima, cenſetur diſpoſuiſſe de illis ad ſui favorem, diſcept. 103. num 11.

In caſu tranſlationis Epiſcopi de una Eccleſia ad aliam non fit Inventarium, ſicut in caſu mortis, ib. num. 12.

Per tranſlationem Epiſcopi ad ſecundam Eccleſiam ſolutum eſt matrimonium ſpirituale cum prima, ibidem num. 14.

Epiſcopi transferuntur motu proprio Summi Pontificis de una ad aliam Eccleſiam, ibid. n. 16.

Defuncto Epiſcopo in ſecunda Eccleſia, ſi fieri deberet diviſio bonorum cum prima, daretur locus abſurdis diſcept. 103. n. 23.

In bonis Epiſcopi ſuccedit Eccleſia, non uti hæres ſed uti domina, ibid n. 33.

Quidquid acquiſivit Epiſcopus ex ſua Congrua parce vivendo, dicitur de bonis quaſi patrimonialibus, de quibus poteſt diſponere, & teſtari, ib. n. 38.

Neque Eccleſia ſuccedit in illis, ib. n. 39.

Epiſcopi immo etiam Archiepiſcopi, & electoris teſtimonio non defertur, & quando, diſcept 104. n. 60.

Epiſcopus dare poteſt licentiam audiendi Confeſſiones oretenus abſque ſcriptura, ib. n. 61.

Civitas occidens ſuum Epiſcopum privatur dignitate Epiſcopali, diſcept. 108. n. 8.

Pœna hæc, an procedat in nece Epiſcopi nondum conſecrati, ac etiam Prælati inferioris habentis juriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio, ibid. n. 10. 11. & 12.

Non procedit, ſi occiſio Epiſcopi proceſſerit ex odio privato aliquorum civium, ibidem num. 13. 15. 16. & 30.

Sed ſolum ſi proceſſerit ex facto civitatis, & quomodo, ibid. n. 14.

Per ratificationem necis Epiſcopi civitas dicitur rea, diſcept 108. n. 17.

Quando excludatur ratificatio, ib. n. 24. & ſeqq.

Epiſcopi nece ſecuta, ac civitas privetur ad tempus, vel in perpetuum Dignitate Epiſcopali, ibid. num. 32.

Epiſcopus in prælectione facienda in concurſu ad Parochialem quomodo procedere debeat juxta formam Concilii, diſcept. 109. n. 1.

Vide in verbo *Parochialis*.

Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, an vacent Beneficia, juxta *Extravag. ad Regimen*, diſcept. 111. num. 23.

Epiſcopatus Titulares de ſtylo Curiæ non diſpoſitione juris non ſunt incompatibiles cum aliis Beneficiis, ibid num. 28.

In promotione ad Epiſcopatum Titularem non datur neceſſitate retentio Beneficiorum, & data intelligitur ad cautelam, ibid. n. 24.

Epiſcopi Titulares ſunt vere, & proprie Epiſcopi, ib. num 25.

Per nomen promotionem vacant Beneficia ſtricto jure, ibid. n. 26.

Epiſcopus Titularis tranſlatus ad Eccleſiam actualis adminiſtrationis retinet Eccleſiam Titularem in Commendam, ibid. n. 27.

Epiſcopi Titulares creantur, ut poſſint coadjuvare Epiſcopos actuales, ibid. n. 29.

Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, & Suffraganeatum Beneficia manent reſervata, diſcept. 111. num. 37.

Si contemporanee quis fiat Epiſcopus Titularis, & Suffraganeus alicujus Eccleſiæ, an vacent Beneficia, juxta *Extravag. ad Regimen*, ibid. n. 30.

Ad Epiſcopatum Titularem promotus, & eodem tempore deputatus in Suffraganeum alicujus Epiſcopi, non amittit Parochialem antea obtentam, diſcept. 11. numer. 33.

Limita, ſi Suffraganeus ſit perpetuus, ibidem numer. 32.

Epiſcopus poteſt ordinare ſuum familiarem triennalem ad titulum Patrimonii vigore Concilii Tridentini, diſcept. 109. n. 34.

Secus hodie poſt Conſtitutionem Innocentianam, ib. n. 36. & 37.

Relationi, & voto Epiſcopi eſt deferendum, diſcept. 110. num. 21.

Epiſcopus non habet facultatem concedendi Territorium ſeparatum, diſcept. 112. n. 14.

Epiſcopus debet Canonicis per decretum diſtribuere tempora vacationis, diſcept. 115. n. 38.

Facto hoc decreto, non indigent Canonici licentia Epiſcopi pro abſentiendo tempore vacationis, ibid. n. 39, limita, ut ibid.

Epiſcopus non poteſt conferre tertium Beneficium ſimplex habenti alia duo ſimplicia, licet inſufficientia. diſcept. 118 num. 7.

Limita, ut, n. 12. 15. & 18.

Si conferat tertium, adepta hujus poſſeſſione, an vacet una ex primis, vel duo priora, ibid. num. 8. p. 19. 20. & 21.

Vide in verbo *Beneficium*.

Epiſcopi ſucceſſor, Sede vacante in Eccleſia Gerunden. non eſt Capitulum, ſed Archidiaconus, diſcept. 123. num. 62.

Epiſcopus non creditur in cauſa propria, aut ubi habet intereſſe, ibid. n. 64.

Epiſcopus cognoſcit cauſam ſuſpicionis ſui Vicarii ſuſpecti allegati, nec datur appellatio a Vicario ad Epiſcopum, diſcept. 124. n. 37.

Epiſcopus habet aſſiſtentiam juris ſuper decimis, diſcept. 125. num. 3.

Epiſcopus eſt decimator univerſalis etiam in Diœceſi, ubi Parochiæ ſunt diſtinctæ, quando Parochi ibi non decimant, ibid. n. 22.

Epiſcopus pro exercendis iis, quæ ſunt Ordinis, non poteſt ſe collocare intra Territorium ſeparatum Prælati inferioris, diſcept. 128. per totam.

Quid in Eccleſiis exemptis, quæ ſint Parochiales, ibid. num. 8.

Epiſcopi confeſſio quando probet in præjudicium ſucceſſorum, diſcept. 128. n. 7.

Epiſcopus ad privandum Canonicum abſentem ſervare debet dilationes trium annorum, juxta formam Concilii ſecus ad privandum coadjutorem, diſcept. 133. num. 7. & 8.

Contra Canonicum abſentem non poteſt procedere Epiſcopus ad cenſuras, durante triennio, ibidem numer. 9.

Epiſcopus tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis, an poſſit conferre Parochiales vacatas, juxta decretum per aſſecutionem incompatibilis, ibidem num. 12. & ſeqq.

Vide in verbo *Parochialis*.

Epiſcopi tranſlatione facta ad ſecundum Epiſcopatum a quo tempore vacet primus, diſcept. 134. n. 4. & diſcept. 135. n. 3.

Epiſcopi creati in Partibus Infidelium non ammittunt Beneficia, quæ habent, ibid. n. 34.

Illorum vacatio intrat per adeptionem poſſeſſionis bonorum Epiſcopatus, ib. n. 35.

In obitu Epiſcopi tranſlati de uno Epiſcopatu ad alium, bona illius etiam acquiſita ex fructibus primi, adhuc ſpectant ad Eccleſiam ſecundi Epiſcopatus. diſcept. 103. per tot.

Vide in verbo *Translatio*.

Primus Epiſcopatus vacet eo momento, quo Epiſcopus in Conſiſtorio transfertur ad ſecundam, diſcept. 134. n. 4., &, diſcept. 135. n. 3.

Etiam ante expeditionem litterarum, ſi tranſlatio fiat de conſenſu Epiſcopi, diſcept. 135. n. 5. & 6.

Primi Epiſcopatus fructus ceſſant eo momento, quo Epiſcopus tranſlatus eſt ad ſecundum, ibidem numer. 4.

Ad ſecundum Epiſcopatum tranſlati quando ſit neceſſarius conſenſus, vel interveniſſe dicatur, ibid. num. 7.

Per aſſecutionem Epiſcopatus inducitur vacatio Beneficii inferioris a die poſſeſſionis illius, ibidem num. 8.

Unicum decretum vacationis ſuper primo Epiſcopatu, & Be-

& Beneficio inferiori non poteſt diverſimode intelligi circa tempus vacationis. ib. n. 9.
Etiam in gratia motu proprio requiritur conſenſus tranſlati ad ſecundum Epiſcopatum, ibidem num. 22.
Primus Epiſcopatus vacat a die poſſeſſionis ſecundi, ſi Papa ſic intellexerit, diſceptatione 133. num. 24. & 25.
Non vacat primus Epiſcopatus per aſſecutionem ſecundi, ſi iſte occupatus ſit ab hoſtibus, ib. n. 18.
Et de exemplo, ib. n. 21.
Declara, ut n. 23.
Epiſcopus privatus Eccleſia ob invaſionem hoſtium dignus eſt, ut interim habeat aliam Eccleſiam in adminiſtrationem, ib n. 19.
Cui concedi deberet alterius Epiſcopatus gubernium, multo magis concedenda eſt retentio illius, quem habet, ib. n. 20.
Primi Epiſcopatus vacatio ob translationem ad ſecundum, qui ſit occupatus ab hoſtibus, intelligitur ſuſpenſo eius effectu, ib. n. 24.
Amplia, ut n. 25.
Decretum vacationis Beneficiorum promoti ad Epiſcopatum intelligitur ſub conditione, *niſi forte Proviſus non poſſit illum conſequi*, ib. n. 29.
Diſpenſatus ad retinendum Beneficia cum primo Epiſcopatu nova indiget diſpenſatione, ſi transferatur ad alium, ib. n. 30.
Valida eſt diſpenſatio pro retentione Beneficiorum ob promotionem ad Epiſcopatum, non facta mentione, quod ſint de Jurepatronatus, ib. n. 31.
Nec paſſive vocatus habet jus impediendi Papam, ne illum concedat, ib. n. 38.
Limita, ſi daretur poſt inductam vacationem, ibidem num. 31.
Epiſcopo ſuſpecto exiſtente, ſuſpecti ſiunt omnes eius familiares, diſceptat. 137. n 5.
Epiſcopi familiaris poteſt illius favore teſtimonium ferre in reſpicientibus intereſſe menſæ, & juriſdictionis Epiſcopalis; ſecus ſi agatur de intereſſe privato, ibid. n. 13.
Epiſcopus, an poſſit recuſari in cauſa ſuæ menſæ, diſcept. 137. n. 27.
Epiſcopus non conſequitur hæreditatem ad pias cauſas, niſi quando relicta eſt certæ Eccleſiæ, diſcept. 128. n. 28.
Epiſcopus non poteſt facere lucrum in diſtribuendis relictis ad pias cauſas, ib. n. 30.
Epiſcopo debetur hæreditas ad pias cauſas ad diſtribuendum, diſcept. 128. n. 35.
Epiſcopo debetur hæreditas relicta animæ, non autem Eccleſiæ Parochiali, diſcept. 128. num. 38. 43. 44. & ſeqq.
Declara, ut n. 41.
In Epiſcopi judicio confidunt Sacri Canones, ibidem num. 41.
Epiſcopo pontificaliter celebranti in Eccleſia Collegiata quando aſſiſtere debeant Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ, diſcept. 149. n. 2. & 3.
Quando obligati intelligantur Canonici Cathedralis aſſiſtere Epiſcopo vigore Concilii Tridentini, ibidem num. 4.
Epiſcopi ratificatio æquiparatur mandato, diſcept. 157. num. 9.
Epiſcopi non comprehenduntur ſub generalitate diſpoſitionis, ſed indigent mentione ſpeciali, diſcept. 158. num. 5.
Epiſcopus Fanen. pro extractione frumenti menſæ non tenetur retinere bollectinum, ib. n. 8.
Cautela pro Epiſcopis, ut antequam procedat ad cenſuras exquirant ſenium Sacræ Congregationis, ibid. num. 19.
Epiſcopus habet jus conferendi Canonicatus in Collegiata, diſcept. 159. n. 2.
Declara, ut n. 3. & ſeqq.
Vide in verbo *Collegiata*.
Epiſcopis data fuit ab initio poteſtas conferendi Beneficia, ib. n. 6.
Epiſcopus, mutato ſtatu Eccleſiæ receptitiæ in numeratam, acquirit jus conferendi loco conſenſus, ibid. n. 16. & 17.
Ut Epiſcopus acquirat jus conferendi ex conſuetudine, ſufficit quadragenaria, ib. n. 23.
Epiſcopi in Italia præſcripſerunt jus conferendi contra Capitula, ib. n. 25. & 46.
Canonicorum receptio in Eccleſia requiſito conſilio, ſeu licentia Epiſcopi importat hujus collationem, ib. num. 27.
Epiſcopo habenti aſſiſtentiam iuris unicus actus ſufficit ad evertendam conſuetudinem in contrarium, ibid. num 59.
Unum Epiſcopatum dividere in duos, & novam erigere Cathedralem poteſt Summus Pontifex, diſcept. 160. num. 8.
Præcipue, ſi concurrant publicæ cauſæ, & ad quas reducantur, ibidem numer. 4. & 5.
Cauſa erigendi novum Epiſcopatum eſt longa diſtantia animarum ad Epiſcopum viciniorem, ibidem num 9. & 12.
Item defectus proprii Paſtoris viſibilis, ib. n. 19.
Epiſcopus vicinior viſitare debet iure delegato perſonas, & loca ſubiecta Territorio ſeparato Abbatia Sæcularis, ib. n. 16.
Epiſcopi confeſſio in materia iuriſdictionis maxime probat, ib. n. 18.
Achatniſcorum circumadiacentis eſt cauſa erectionis novi Epiſcopatus, ib. n 20.
Ad unum Epiſcopatum redigere plures parvas Diœceſes, & Territoria, utile eſt, ibidem num. 22. & 32.
Si dos congrua concurrat, indulgetur erectioni novi Epiſcopatus, ib. n. 35.
Epiſcopi diſſenſus non attenditur contra erectionem Epiſcopatus in loco non exiſtente in eius Territorio, ib. n. 40.
Qui ſe prætendit Epiſcopum viciniorem, non poteſt eſſe Epiſcopus proprius, & ordinarius, ibidem numer. 42.
Epiſcoporum diſſenſus non attenditur per Papam in erectione novi Epiſcopatus, ib. n. 47.
Et Epiſcopi conſenſus requiritur, ut deducat cauſas rationabiles, & quales ſint, ib. n. 48.
Si iſtæ deficiant, diſſenſus non attenditur, & quare, ib. n. 49.
In erectione novi Epiſcopatus, an attendatur diſſenſus Epiſcoporum, ib. n. 47. 48. 49. & 50.
Qualis ſit cauſa principalis deveniendi ad erectionem novi Epiſcopatus, ib. n. 53.
Contra erectionem novi Epiſcopatus non attenditur diſſenſus Capituli, ib. n. 55.
Contra erectionem novi Epiſcopatus quando non attenditur diſſenſus Metropolitani, ib. n. 61.
Amplia, ſi fiat erectio Epiſcopatus ab eo exempti, ib. num. 63.
Juſpatronatus, ſeu nominandi ad Epiſcopatum, vide in verbo *Juſpatronatus*.
Epiſcopus poteſt concedere Prælato inferiori iura Epiſcopalia per modum Vicariæ perpetuæ, diſcept. 160. num. 77.

Eques.

Equites Sancti Stephani non ſunt vere Religioſi, neque Eccleſiaſtici, diſcept. 117. n. 2.
Non gaudent exemptione a Collectis pro eorum bonis patrimonialibus, ib. n. 3.
Nec etiam quoad bona Commendarum erectarum ad privatum commodum, & decorem familiæ per particulares fundatores, ib. n. 4.
Vide in verbo *Commenda*.

Erectio.

Ex quibus cauſis deveniatur ad erectionem novæ Cathedralis, diſcept. 160. per tot.
Vide in Verbo *Cathedralis*.
Erectio Collegiatæ auctoritate Apoſtolica præſumitur per Centenarium, diſcept. 116. n. 31.

Error.

Error non præſumitur in opinionibus inveteratis in foro, diſcept. 132. n. 9.
Error annunciatitiæ eam deſtruit, diſcept. 104. num. 47. & 49.

Eventus.

In eventualibus nemo dicitur habere ius quæſitum, diſcept. 160. n. 41.
Non quid hodie evenerit, ſed quid evenire poſſit in decidendo, & interpretando ſpectari debet, diſcept. 103. n. 24.

Examen.

Examen in Beneficiis Curatis, cum qua clauſula committatur executori juxta ſtylum Datariæ, diſcept. 104. n. 8. & 20.
Proviſio in forma *dignum* cum examine non probat Beneficium Curatum diſcept. 104. n. 17.
In Dignitate, aut Canonicatu habendo per examen requiritur idoneitas, ib. n. 19.
In Parochialibus examen eſt de forma, & quoties aliquis eſt proviſus de Eccleſia Parochiali, eſt de novo examinandus, ib. n 21.
Per differentes clauſulas committitur in Beneficiis Curatis, ac ſimplicibus, ib. n. 22.
Examen, & concurſus non requiritur in Canonicatibus Cathedralis, aut Collegiatæ, ubi Cura exercetur per Canonicos, diſceptat. 104. num. 35. 36. & 37.
Nec eſt ſubreptitia Proviſio Canonicatus abſque expreſſione Curæ, n. 38.
Poteſt tamen Epiſcopus Canonicis inhibere, ne Curam exerceant abſque examine, ibidem num. 35. in fine.

Quicunque Sacerdos, etiam non examinatus, & approbatur, ad Curam eſt habilis ad aſſiſtendum matrimoniis, ib. n. 42.
Pro aſſiſtendo matrimoniis non requiritur aliquod examen, aut approbatio, ib. n. 43. vide n. 63.
In novo examine cognoſcitur major litteratura, diſcept. 109. n. 15.
Illud conceditur appellantibus ab irrationabili judicio Epiſcopi, ib. n. 12. & ſeqq.

Exceptio.

Exceptio quando dicatur reſpicere aliud diverſum judicium, diſcept. 121. n. 28.
Exceptio, quæ conſiſtit in tempore, debet de eo concludenter probari, diſcept. 137. n. 3.

Excitatio.

Quando reſcriptum Sacræ Congregationis dicatur delegare auctoritate ſua, vel excitare juriſdictionem ordinariam, diſcept. 101. n. 14. & 15.

Excommunicatio.

Ad excommunicationem non devenitur, niſi deficiente altero remedio ordinario, diſcept. 123. num. 53. 70. & 71.
Dicitur fulmen ſubſidiarium, & mors Animæ, ibid. num. 70.
Inhibitio facta ſub pœna excommunicationis majoris contra fundatum in conſuetudinem remanet inſubſiſtens, ib. n. 67.
Excommunicatio major dicitur pœna omnium maxima apud Eccleſiam, ib. n. 68.
Ex quibus cauſis, & quomodo ſit relaxanda, ib. n. 72. & ſeqq.
Excommunicare nemo poteſt æqualem, vel ſuperiorem, ib. n. 75.
Excommunicatio in Bulla Cœnæ non incurritur ab interficiente Epiſcopum electum, ſed non conſecratum, diſcept. 108. n. 11. in fine.
Excommunicatio permittitur directe, non autem ſubſidiarie in materia viſitationis, diſcept. 157. numer. 21.
Excommunicatio, quæ per Concilium Tridentinum demandatur in ſubſidium, intelligitur in debitis pecuniariis in judicio contentioſo, ib. n. 22.
Etiam hoc caſu excommunicatio non eſt nulla, non ſervato ordine Concilii, ib. n. 23.

Executor, Executio.

Cum qua clauſula committatur executori examen in Beneficiis Curatis, diſcept. 104. n. 8. & 20.
Executores Teſtamentarii, an poſſint eſſe Regulares etiam in relictis prophanis, diſceptat. 145. num. 10. & 14.
Limita, ut ib. n. 19.
Executio ſententiæ, hac corruente, corruit, diſcept. 108. n. 41. & 42.

Exemplum.

Exemplis non eſt judicandum, diſcept. 101. n. 10.
Exemplis Sedis Apoſtolicæ deferendum eſt, diſcept. 144. num. 16.
Exempla quando non applicentur, diſceptat. 145. numer. 25.
Pro exemplo allegabilis non eſt abuſus, ib. n. 26.
Allegabilis eſt ſententia in alia cauſa ſimili, diſcept. 101. n. 7.
Exemplum, & Regula pro Eccleſiis extra urbem eſſe debet Statutum Cleri Romani, diſceptat. 101. num. 30.
Defertur exemplis aliarum Eccleſiarum in materia præeminentiali, diſcept. 129. n. 5. & ſeqq.
Et exemplis Sedis Apoſtolicæ quoad conceſſionem Juriſpatronatus ad Cathedrales, ſeu Epiſcopatus factam, non ſolum Regibus, ſed etiam Ducibus, & aliis, diſcept. 121. ſub n. 11. & diſcept. 160. n. 70. 72. & 73.
Et exemplis aliarum Eccleſiarum quoad non ſolutionem Quindeniorum in unitis, diſcept. 139. ſub num. 10. & 11.
Et exemplo Sedis Apoſtolicæ quoad retentionem primæ Eccleſiæ in adminiſtrationem, donec ſecundi Epiſcopatus pacifica poſſeſſio obtineatur, diſcept. 135. num. 21.
Et quoad novam diſpenſationem pro retentione priorum in translatione Epiſcopi, ib. n. 30.
Bullam S. Pii V. pro Militibus Hieroſolymitanis poteſt adduci in exemplum pro aliis Regularibus, diſcept. 101. n. 37.

Exemptio, Exemptus.

Contra exemptos, in quibus derogaverit Concilium, diſcept. 112. n. 28.
Exemptionis paſſivæ titulus non poteſt eſſe titulus coloratus pro exemptione activa, ib. n. 30.
Exemptio paſſiva poteſt ex obſervantia declarari in activam, & de duplici ſpecie obſervantiæ, ibidem num. 31.
Exemptio de uno genere bonorum non extenditur ad aliud, diſcept. 117. n. 10.
Exemptio a decimis quoad certos fructus, confirmat cauſam univerſalem decimandi, diſceptat. 125. numer. 11.
Exemptio a Collectis, an conceſſa ſit bonis aſſignatis pro prima erectione Commendarum Sacræ Religionis S. Stephani, & de quibus Commendis intelligatur, diſcept. 117. ib. per tot. ſignanter n. 8. & 9.
Exemptio præſcribitur per non uſum, ſeu contrarium uſum ſpatio 30. vel 40. annorum, ib. n. 18.
Titulus derogatorius exemptionis præſumitur per Centenariam, ib. n. 19.
Exemptio ab onere decimarum quæſita per immemorabilem quoad certa bona alicujus qualitatis non extenditur ad alia in futurum, quæ eandem qualitatem acquiſiverunt, diſcept. 125. per tot.
Exemptionem allegans fatetur contra ſe aſſiſtentiam juris, ib. n. 4.
Exemptionis privilegium non extenditur de bonis præteritis ad futura, ib. n. 7.
Exemptionis odioſitas, & quare, ib. n. 9.
Exemptio loci facit illum reputari extra Diœceſim quantum ad juriſdictionem Epiſcopi, diſceptat. 128. num. 7.
Exempti non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione, diſcept. 158. n. 14. & 16.
Exemptio inducitur, & conſervatur per conſuetudinem, ib. n. 15.
Exemptionis privilegium non amittitur poſt ſæculariſationem Eccleſiæ, diſcept. 160. n. 69.
Exempti in præjudicium Sedis Apoſtolicæ renunciare non poſſunt exemptioni, ib. n. 60.

Exhibitio.

Præſumptio ſiniſtra militat contra illum, qui non exhibet ſcripturam, diſcept. 150. num. 20. & diſcept. 155. num. 33.
Et contra impedientem, ſeu occultantem probationes habentur pro factis, diſcept. 155. n. 33.

Expectativa.

Sub expectativis Concordata Germaniæ comprehendunt Coadjutorias, diſcept. 129. n. 12. & 13.
Secus Indulta conceſſa Collegiis, & Univerſitatibus, ib. n. 14. & ſeqq.
Prohibitio expectativarum in Indultis conceſſis favore certi generis perſonarum intelligitur contra extraneos, & favore illius generis, diſcept. 129. num. 17. & 19.
Appellatione expectativarum, an comprehendantur Coadjutoriæ, ib. n. 20.

Explicatio.

Repetitio, quæ fit ad majorem explicationem, non cenſetur, diſcept. 131. n. 31.

Expeditio, Expeditionarius.

Ante expeditionem litterarum gratia reputatur informis, nec dat jus perfecte quæſitum, diſceptat. 143. num. 5.
Expeditionarii debent eſſe tuti de expenſis factis pro expeditionibus, diſcept. 130. n. 16.
Expeditionarii culpa nocere non debet domino, diſcept. 144. n. 10.

Expreſſio, Expreſſum.

Expreſſio venditoris, quod res vendita ſit gravata onere ſolvendi Canones favore domini directi non probat contra Emptorem ſine adminiculis, diſcept. 132. n. 2. & de ratione, ib. n. 2. in fine, & n. 3.
Expreſſio Beneficii, ad cujus titulum quis eſt ordinatus non poteſt fieri per æquipollens, diſcept. 147. n. 25. & 39.
Nec per dictionem *forſan*, ib. n. 26. & 39.
Expreſſio debet fieri Papæ de qualitate curata Beneficii in individuo, diſcept. 104. n. 11.
Non ſufficit in clauſulis executivis, ib. n. 12.
Sed facienda eſt ſpecialiter, ib. n. 13.
Nullam pœnam meretur, qui facit, quod debet, exprimendo quod exprimere tenetur, diſceptat. 104. num. 25.
Expreſſio qualitatis quoad certas perſonas eam excludit in cæteris, in quibus illa non fuit ſimiliter expreſſa, diſcept. 104. n. 41.
Expreſſiones cum familiaribus, & amicis probant coactionem, & metum, diſcept. 110. n. 7.
Expreſſio donantis magis demonſtrat ejus mentem circa intelligentiam donationis, diſceptatione 126. numer. 42.
Expreſſio facta per intereſſatum dicitur ſuſpecta, nec attenditur, diſcept. 104. n. 56.
Per ſuas expreſſiones nemo ſibi jus acquirere poteſt, ib. n. 57.
Expreſſio Cauſæ ceſſare facit tacitam, & præſumptam, diſcept. 107. n. 20.
Expreſſio falſa nobilitatis, quæ non requiritur de natura Beneficii, non vitiat, diſcept. 115. n. 10.
Expreſſum dicitur ex conjectoris, diſcept. 143. n. 19.
Expreſſio facta in litteris Apoſtolicis cum dictione *forſan* non eſt verificanda, diſcept. 147. n. 23.

Expr-

Extenſio.

Extenſio de caſu ad caſum non fit quando diſpoſitio juris eſt contrarium diſcept. 101. n. 31.

Privilegium non extenditur, ibid. n. 42.

Exemptio non extenditur de uno genere bonorum ad aliud, diſcept. 117. n. 10. & diſcept. 125. n. 7.

Nec etiam extenditur immemorabilis ultra limites facti, & de ratione, ibid. n. 7. & 9.

Nec beneplacitum Apoſtolicum ad alia pacta præter expreſſa, diſcept. 121. n. 8.

Præſcriptio non extenditur ad alia bona tanquam impedita ex lege municipali, diſcept. 125. n. 24.

Conſenſus in reſignatione tollit locum Pœnitentiæ reſignantis, diſcept. 130. n. 2.

Poſt extenſum conſenſum in Actis Cancellariæ ſuper reſignatione præſumitur, quod eius extenſio fuerit bene facta ab habente facultatem, diſcept. 130. n. 17.

Quando extenditur conſenſus in Coadjutoria ultra Montes, diſcept. 130. n. 25.

Extenſio dari non poteſt, ubi non eſt eadem legis ratio, diſcept. 103. n. 32.

Interpretatio extenſive legis quando locum non habeat, ibib. n. 35.

Exterus.

Exteri ſunt ſubiecti oneribus pro Bonis, quæ poſſident alio loco, ſed perſona non eſt ſubiecta, diſcept. 122. num. 29.

Exteri ad celebrandum in propriis Eccleſiis admitti non poſſunt per Regulares, & quomodo, diſcept. 101. num. 18.

Exterus, ſeu forenſis in concurſu poſtponitur nativo quoad Beneficia Regionis, diſcept. 109. n. 20. & ſeqq. amplia, ut ibi.

Extractio.

Prohibitio extractionis proprii frumenti de loco ad locum eſt contra libertatem naturalem, diſcept. 158. num. 2.

Eccleſiaſtici non comprehenduntur ſub Edictis laicalibus prohibentibus extractionem, diſcept. 158. n. 3.

Ad gabellam extractionis, an teneatur laicus emptor frumenti ab Epiſcopo exempto, ibid. numer. 19. & ſeqq.

Extravagans.

Explicantur dubia ſuper diſpoſitione *Extrav. ad Regimen, & Extrav. Execrabilis de Præb.* ut in diſcept. 111. n. 15. & ſeqq. & diſcept. 135. per tot.

Extremum.

Ab extremis media declarantur, diſcept. 152. n. 22.

F

Factum.

FActum attenditur ad deſtruendam Conſuetudinem, diſcept. 103. n. 17.

Factum non dicitur, quod nulliter factum fuit, diſcept. 119. n. 6.

Ex facto alieno nemo debet præjudicium pati, diſcept. 125. n. 8.

Quod factum fuit attendi debet, non aliter fieri poterat, diſcept. 155. n. 60.

Factum præſumitur, quod de Jure fieri debebat, diſcept. 157. n. 6.

Præſumitur factum impedimenti contra Impetrantem, & quando, diſcept. 123. n. 28. & 23.

Faldiſtorium.

Quando Regulares Epiſcopo ad eorum Eccleſiam venienti ſolum teneantur parare Faldiſtorium, diſcep. 101. n. 44.

Fama.

Hominis quando, vel non læſa dicatur ex diffamatione per famoſum libellum, diſcept. 109. n. 27.

Non offenditur ex dicto malevolorum, ibid. n. 29. vide in verb. *Diffamatio, Infamia.*

Fames.

Inducit coactionem, & metum gravem, diſcept. 110. n. 4. & 23.

Familiaris, Familiaritas.

Si familiaris Cardinalis Patroni moriatur ante conſecutionem Juris in re non habet locum Regula 32. Cancell. diſcept. 105. n. 7.

Habet locum in primis Dignitatibus reſervatis ex Regula 3. ibid. n. 8.

Vide in verbo *Regula Cancellariæ*, & verbo *Reſervatio*.

Familiaritas Cardinalis non attenditur ſi concurrat illa Papæ, nec ſunt duæ reſervationes impedientes Indultum, diſcept. 105. n. 16. & 21.

De differentia inter familiaritatem cum Papa, aut Cardinali, ibid. n. 18.

Familiaritas non tranſit de perſona ad perſonam, ib. num. 28.

Defuncto familiari Cardinalis, an iſtius conſenſus requiratur in Beneficio, quod obtinuit in prima familiaritate Papæ, ibid. n. 27.

In proviſione Beneficii vacati per mortem ejus, qui illud obtinuit in familiaritate primi, & deceſſit in familiaritate ſecundi requiritur hujus conſenſus primo mortuo, ibid. n. 28.

Beneficium ſemel affectum ex familiaritate Papæ, et ceſſante per ejus mortem, ſemper durat affectum, ibid. n. 29.

Non requiritur conſenſus Cardinalis in Beneficio ejus familiaris, qui tempore ſui obitus tranſitum fecerit ad familiaritatem Papæ, ibid. n. 30.

Conſenſus Cardinalis non requiritur in proviſione Beneficii vacati per obitum familiaris in Curia, ibid. num. 31.

Nec requiritur in Beneficiis reſervatis per obitum Officialis Papæ, & ſimul familiaris Cardinalis, ibid. num. 33.

Nec etiam in reſervatis per obitum familiarium Papæ, & Cardinalium, ibid. n. 34.

Vicarius Epiſcopi Cardinalis, an dicatur ejus familiaris, ibid. n. 35.

Dicitur illi inſervire tanquam Epiſcopo, non tanquam Cardinali, ibid. n. 38.

Agens, adminiſtrator, & auditor Cardinalis, an ſint ejus familiares, ibid. n. 36.

Familiaris non dicitur Præceptor Cardinalis, ibid. numer. 37.

In cauſa ſui familiaris Judex dicitur ſuſpectus, diſcep. 19. n. 5.

Ex præelectione familiaris Epiſcopi ab eodem facta in concurſu ad Parochialem Judicium ipſius præſumitur irrationabile, ibid. n. 7.

Præelectio familiaris irrationabilis oſtenditur, ſi rejectus ab Epiſcopo cognoſcatur in novo examine magis litteratus, ib. n. 15. & 16.

Exempla præelectionum familiarium factarum irrationabiliter ab Epiſcopis, ibid. n. 30. & ſeqq.

Familiaris triennalis Epiſcopi poteſt ab eodem ordinari ad titulum Patrimonii vigore Concilii Tridentini, ib. n. 35.

Secus hodie poſt Conſtitutionem Innocentianam, ibid. num. 36.

Amplia, ut ibid. n. 55.

Familiares Epiſcopi fiunt ſuſpecti, ſi ſuſpectus ſit Epiſcopus. diſcept. 137. n. 5.

Canonici familiares Epiſcopi poſſunt votare in Capitulo, ubi agitur de negotiis reſpicientibus intereſſe Menſæ, & Juriſdictionis Epiſcopalis, diſcept. 137. per totam limite, ut ibi.

Familiaris Epiſcopi poteſt pro eo teſtimonium ferre in reſpicientibus intereſſe Menſæ, & Juriſdictionis Epiſcopalis; ſecus ubi agitur de intereſſe privato, ibid. num. 13.

In Canonico familiari Epiſcopi conſiderantur duæ affectiones contrariæ, ib. n. 18.

Favor.

Quæ fuit inducta in favorem, non debent in odium retorqueri, diſcept. 102. n. 24. & diſcept. 103. n. 36.

Reſignatio in favorem, quando abdicet Jus a reſignante, diſcept. 143. n. 13.

Feudum.

Feudum Imperiale, & Juriſdictionem cum mero, & mixto Imperio nemo prætendere poteſt in Statu Eccleſiaſtico, diſcept. 113. n. 20.

In obtinentem feudum non intelligitur transferri ſuperioritas independens per Principem, qui infeudat, ib. n. 21.

Ex conceſſione in feudum nobile, non valet illatio ad emphyteuſim, diſcept. 131. n. 22.

Fideicommiſſum.

Ad fideicommiſſum ſuccedit ſubſtitutus in cauſa mortis civilis hæredis gravati inductæ per Profeſſionem Religioſam, diſcept. 126. n. 17

Non admittitur ſubſtitutus per Profeſſionem hæredis gravati in præjudicium tertii, cui ille vendidiſſet, aut donaſſet bona, diſcept. 126. n. 44. & 45.

Fides.

Fides, quæ caret die, menſe, & anno, eſt nullius valoris, diſcept. 110. n. 38.

Mendax in uno perdet fidem in omnibus, diſcep. 155. num. 25.

Officialium teſtimonio plena fides adhibetur, diſcept. 158. n. 7.

Nullam fidem meretur ſcriptura informis, ſeu ſcartafaccium, diſcept. 102 n. 26.

Item fides extrajudicialis extorta, lite pendente, ibid. num. 59.

Bona fides non ſuffragatur, ubi clarum eſt Indultum, diſcept. 122. n. 32.

Bona fides producit excuſationem ab amiſſione Juris ſui, diſcept. 144. n. 8.

Ad

Ad cauſandam bonam fidem ſufficit opinio unius Doctoris, diſcept. 156. n. 29.

Filius.

Filius ſequitur civilitatem paternam, diſcept. 122. n. 7.
Filii converſando cum parentibus eorum mores imbuunt, diſcept. 146. n. 19.
Filios vitioſos faciunt vitia parentum, ib. n. 20.
Uſque ad annum 12. ſunt capaces recipiendi mores, & vitia parentum, ibid. n. 30.
Filii Hæbreorum baptizati, inſciis, & invitis parentibus, an ſint reſtituendi eiſdem, diſcept. 146. n. 14. & ſeqq.
Quid de filiis Hæreticorum, ib. n. 27. & 28.

Finis.

Cauſa, & finis omnia rapit in ſeipſam, diſcept. 107. num. 19.
Fine legis ceſſante, ceſſat ejus rigor, diſcept. 129. n. 9.
Tituli, qui tendunt ad eundem finem, non ſunt contrarii, nec per electionem unius ſequitur renunciatio alterius, diſcept. 127. n. 23.
In legibus, & diſpoſitionibus ſpectandus eſt finis, ob quem proceſſerunt, diſcept. 129. n. 9.
Quando ſatisfactum remanet huic fini, forma legis bene adimpletur per æquipollens, ibid. n. 10.

Flumen.

In fluminibus publicis prohiberi non poteſt piſcatio. diſcept. 113. n. 3.

Forma.

Forma legis dividi, vel alterari non poteſt, diſcept. 133. n. 21.
Forma Concilii Tridentini ad privandum Canonicum abſentem non procedit in Coadiutore, ibidem n. 7.
Forma legis eſt ſervanda etiamſi finis, ob quem emanavit, non militet, diſcept. 119. n. 18.
Formæ non obſervatæ pœna eſt nullitas actus, diſcept. 123. n. 51.
De proviſione in forma *gratioſa*, & in forma *dignum*, diſcept. 104. n. 15. & ſeqq. & diſcept. 105. n. 5. & 143. n. 7. & 8.
Forma legis adimpleri poteſt per æquipollens, diſcept. 129. n. 10.

Forus.

Forus externus non judicat de occultis, diſcept. 110. num. 33.
Probatio ficti conſenſus ad Profeſſionem probari poteſt foro externo, & quomodo, ibid. n. 13. & ſeqq.
Si probari non poteſt in foro externo, non tamen eſt Profeſſus in foro interno, ibidem num. 12. & 29. cum ſeqq.
Forum, & originem avi, quando nepos ſequatur, diſcept. 122. n. 3.
Mandante teſtatore aliquid faciendum in foro intelligitur de foro ſui domicilii, diſcept. 148. n. 25.

Fortuitum.

Caſus fortuitus eſt quidquid conſiſtit in arbitrio maris, & ventorum, diſcept. 126. n. 32.

Franchitia.

Franchitia, an poſſit cedi, aut vendi ab Eccleſiaſtico exempto favore non exempti, diſcept. 158. n. 26.

Fraus.

Fraus, & colluſio, quando dicatur abeſſe in Officialibus Eccleſiæ devenientibus ad reductionem cenſus cum debitore, diſcept. 102. n. 16.
Militat inter avunculum, & nepotem, diſcept. 119. num. 18.
Præſumptio fraudis eſt contra eum, qui gerit contra formam legis, ibid. n. 19.
Forma data per legem ad evitandas fraudes, non ceſſat, ſed obligat etiam in caſu, ubi fraus abeſt, ib. num. 18.
Mandatum ad reſignandum continere debet facultatem jurandi, quod in reſignatione nulla interceſſerit fraus, ibid. n. 20.
Regul. 45. *Cancell. de Conſenſ.* 6. in reſign. emanavit ad tollendas fraudes, diſcept. 130. n. 15.

Fructus.

Reductio fructuum ſtabilium facta ex Reformatione Ven. Servi Dei Innocentii XI. diſcept. 102. n. 22.
Fructus cenſuum regulantur cum illis ſtabilium, ibid. num. 23.
Fructus cenſuum poſſunt abſque ſolemnitatibus alienari, & remitti ab Eccleſia, diſcept. 102. n. 41.
Fructibus prædiorum reductis juſta eſt reductio fructuum cenſus, ibid. n. 42. & 43.
Fructus bonorum Eccleſiaſticorum reputantur prophani, & cadunt in commercio, diſcept. 102. n. 44.
Fructus melioramentorum ſpectant ad meliorantem, diſcept. 121. n. 27.
Fructus primi Epiſcopatus ceſſant a momento, quo Epiſcopus tranſlatus eſt ad ſecundum, diſcept. 135. n. 4.
Fructus diſmembrati amplius non ſpectant ad Eccleſiam diſmembratam, diſcept. 151. n. 16.
Fructus bonorum renunciatorum ante Profeſſionem ſpectant ad donantem, diſcept. 126. n. 33.
Proviſus de ſecundo incompatibili facit fructus ſuos primi, durante lite ſuper ſecundo, diſcept. 132. n. 23.
Declara, ut ibi.
Vacatio primi prorogatur uſque ad perceptionem fructuum ſecundi incompatibilis, ibid. n. 5.
In jure non datur vacatio, & non vacatio ad effectum faciendi fructus ſuos, ibid.
Proviſus de ſecundo, ſuper quo pendet lis, ea finita, recuperat fructus, licet retinuerit primum, ibid.
Si fructus ſecundi Beneficii pro majori parte percipi non poſſunt, hoc non intelligitur plane aſſecutum, diſcept. 135. n. 26.
Epiſcopus tranſlatus ad ſecundam Eccleſiam, quæ reperiatur occupata ab hoſtibus interim facit fructus ſuos primæ, quam cenſetur retinere in adminiſtrationem, ibid. n. 13.
Quod quis fructus non perceperit, non probat percipere non debuiſſe, diſcept. 142. n. 41.

Frumentum.

Prohibitio extrahendi proprium frumentum de loco ad locum eſt contra libertatem naturalem, diſcept. 158. num. 2.
Sub edictis laicalibus prohibentibus extractionem frumenti, non comprehenduntur Eccleſiaſtici, ibidem num. 3.
Pro extractione frumenti menſæ, non tenetur Epiſcopus Fanen. recipere bullectinum, ibid. n. 8.
Pro extractione frumentorum, & aliorum Archiepiſcopus Firmanus non tenetur recipere bullectinum, diſcept. 158. n. 17.
Laicus emptor frumenti ab Epiſcopo exempto, an teneatur ad gabellam extractionis, ibid. num. 19. & ſeqq.

Functio.

Quales ſint functiones Pontificiales, diſcept. 101. n. 36.
Dicitur functio Capitularis, quæ gradatim devolvitur de prima, ad alias Dignitates, diſceptat. 104. numer. 58.
Functiones Epiſcopales, quæ reſpiciunt exercitium Ordinis in loco, ſunt actus Juriſdictionis, diſcept. 128. n. 2. & 9.
Non poſſunt exerceri in locis exemptis, aut in Territorio ſeparato Prælati inferioris, ibid. num. 3. & ſeqq.
Limita, ſi loca exempta ſint Eccleſiæ Parochiales, ib. n. 8.

Fundatio, Fundator.

Privilegiis etiam in limine fundationis conceſſis derogatur per *Reg.* 8. *Cancell.* diſcept. 150. n. 8.
Lex præſumpta fundationis ceſſat, ceſſante Centenaria ibid. n. 15.
Fundatorem laicum habere poteſt Beneficium liberæ Collationis, diſcept. 150. n. 16.
Epiſcopus fundando Beneficium in vita de fructibus Eccleſiæ acquirit ſibi, & hæredibus ſuis Juſpatronatus, diſcept. 103. n. 6.
Secus ſi fundaverit morte, niſi haberet Indultum teſtandi, ibid. n. 6.
Regul. 15. Cancell. an revocet Indulta conceſſa in limine fundationis, diſcept. 121. 41. & ſeqq. & diſcept. 150. n. 8. & 9.
Attenditur obſervantia ex facto fundatoris, diſcept. 137. n. 16. 21.

Fundus.

In fundo etiam alieno prohiberi non poteſt venatio, & piſcatio, diſcept. 113. n. 2.
Limita, & declara, ut ib. n. 2. & ſeqq.
In fundum alienum, quo tempore prohibere poſſit venatoribus ingreſſus, ibid. n. 7.
Domino fundi competit actio contra venatores pro damnis illius, ibid. n. 8.

G

Gabella.

AD gabellam non tenetur Archiepiſcopus Firmanus pro extractione frumentorum, & aliorum, diſcept. 158. n. 17.
Laicus emptor frumenti ab Epiſcopo exempto an teneatur ad gabellam extractionis, ibid. num. 19. & ſeqq.
In materia gabellæ attenditur obſervantia, ibidem numer. 27.

Gratia.

Gratia dicitur perfecta cum Signatura, Data, & ſolutione Componendæ, diſcept. 104. n. 1.

Litte-

Litterarum expeditio non pertinet ad ſubſtantiam gratiæ, ibid. n. 3. vide diſcept. 143. n. 6. & ſeqq.
In dubio judicatur pro validitate gratiæ, ibid. n. 5.
Vide in verbo *Proviſio*.
Gratia eſt nulla, abſque mentione litis diſcept. 108. num. 44.
Non vitiatur per falſam expreſſionem nobilitatis, quæ de natura Beneficii non requiritur, diſcept. 121. numer. 10.
Gratiæ executio pro laico Clericali charactere inſigniri volente non poteſt habere executionem, niſi præcedat Clericatus, diſcept. 112. n. 21.
Gratiam facit conditionalem quoad executionem, non quoad ſubſtantiam expreſſo, quod aliquis Clericali charactere inſigniri velit, ibid. n. 22.
Gratia conditionalis in Beneficio dat jus quæſitum, licet conditio ſit verificata, & quomodo, diſcept. 127. num. 29.
Gratia ſi neutri requirit malum Jus collitigantium, diſcept. 140. n. 65.
Super gratia beneficiali oretenus facta per Pontificem anteceſſorem dantur litteræ in forma *Rationi congruit*, diſcept. 142. n. 2.
Idque ſi anteceſſor morte præventus non potuit ſignare ſupplicationem, alias ſecus, ibid. n. 8. & ſeqq.
Gratia Principis ſolo verbo conficitur, abſque ſcriptura, ib. ſub n. 4.
Gratia ante expeditionem litterarum reputatur informis, nec dat jus perfecte quæſitum, diſcept. 143. num. 6.
Gratia ſanatoria conceditur etiam circa tempus conceſſionis primæ gratiæ, diſcept. 144. n. 2.
In gratia diſpenſativa, & ſanatoria non attenditur præjudicium, vel diſſenſus alterius, ibid. n. 3.
In concedendo gratias ſanatorias Papa utitur jure ſuo, ibid. n. 5.
Gratia ſanatoria, in quibus terminis conceditur, ibid. num. 5.
In concedendis gratiis ſanatoriis ſtylo Sedis Apoſtolicæ acquieſcendum eſt, ibid. n. 4.
Gratiam revalidatoriam penſionis extinctæ ob exactionem terminorum ante expeditionem litterarum Sedes Apoſtolica aliquando conceſſit, ib. n. 15.
Gratiæ ſanatoriæ dantur propter bonam fidem, ibid. num. 19.
Ad effectum gratiæ revalidatoriæ ſufficit dubietas juris, ib. n. 24.
Gratia revalidatoria pro conſervanda re in priſtino ſtatu, & pro damno vitando de æquitate conceditur, ib. n. 26.
Exempla gratiarum *Perinde valere* conceſſarum in materia penſionis, ibid. n. 28. & 29. cum ſeqq.
Gratia continuata per longum tempus non præſumitur, diſcept. 119. n. 13.
Plures gratiæ concurrere poſſunt cumulative ad eundem effectum ſufficienter providendi eidem perſonæ, diſcept. 131. n. 6.
Limita, ſi inter ſe ſint incompatibiles, ib. n. 7. & 23.
In acquiſitione ſecundæ gratiæ non eſt neceſſaria mentio primæ, ib. n. 9. & 10.
In gratiis, ubi requiritur mentio primæ, per ejus taciturnitatem non inducitur nullitas primæ, & ſecundæ, ib. n. 12.
Per ſecundam gratiam quando prima non cenſeatur revocata, diſcept. 151. n. 15. 18. & 20.
Gratiam ſanatoriam petens quid dubitare oſtendat, diſcept. 152. n. 50.
In gratiis de ſui natura præjudicialibus non attenditur præjudicium, niſi ſit magnum, diſcept. 160. n. 50. & 51.

Gratificatio.

Gratificatio non competit vigore electionis nullæ, & imperfectæ, diſcept. 140. n. 16. 21. & 41.
In electione Canonica duobus electis in paritate votorum, Papa habet gratificationem, ib. n. 17.
Gratificatio, & prælatio ſupponit exiſtentiam validæ electionis, ibid. n. 41.
Quæ ſit gratificatio Juris, ib. n. 49.
Epiſcopus in prælectione ad Parochiales non debet gratificare, ſed ad inſtar Judicis procedere, diſcept. 109. n. 5.

Gubernium.

Qui meretur alterius Eccleſiæ gubernium, multo magis retinere meretur illam, quam habet, diſcept. 135. num. 20.
Gubernium adminiſtrationis montis eſt prohibitum Regularibus, neque permittitur ſub ſpecie executoriæ teſtamentariæ, diſcept. 145. per tot.
Officium Gubernatoris montis obligat de ſui natura ad reddendam rationem, & præſtandam cautionem, ib. n. 28.

H

Habilitas.

Habilis ad primam Dignitatem in Cathedrali eſt habilis ad aſſiſtendum matrimoniis, diſcept. 104. num. 40.
Ad aſſiſtendum matrimoniis non requiritur habilitas curæ animarum, ibid. n. 39.
Reſignatarius poteſt juſtificare ſuam habilitatem poſt obitum Reſignantis, diſcept. 105. ſub n. 6.
Mortuo Reſignatario ante probatam ſuam habilitatem, juxta proviſionem *in forma dignum* Beneficium vacat per obitum Reſignantis, ibid. n. 6. in fin. & n. 7.
Habilitas in majoritate litteraturæ, & experientiæ dat prælationem in concurſu, diſcept. 109. n. 15. & 17.
Quando Patronus dubitat de habilitate præſentati, qua cautela utatur in præſentando, diſcept. 127. ſub num. 35.

Habitator.

Soli habitantes in loco dicuntur ſubjecti ejus Judicibus, diſcept. 112. n. 17.
Transferens ſe ad habitandum in alio Regno ex conſuetudine Germaniæ deſinit eſſe civis primi Regni, ib. num. 18.
Per tranſlationem habitationis ex cauſa officii, quando amittatur antiquum domicilium, ib. n. 18.

Habitus.

Habitus cum Mozzetta coloris violacei, quo utuntur Canonici, eſt ſignum Collegiatæ inſignis, diſceptat. 116. n. 36.
Habitum Religionis an quis poſſit propria auctoritate deferere in foro conſcientiæ certus ſe coactè, aut ficte profeſſum, diſcept. 120. n. 32. & ſeqq.
Quid importet diſpoſitio defuncti, qui voluit ſepeliri in Eccleſia Religioſorum cum habitu Religioſo ipſorum, diſcept. 148. n. 14.

Hebræus.

Hebræo infante baptizato, inſciis, & invitis parentibus, Baptiſmus valide, ſed illicite collatus eſt, diſcept. 146. n. 11.
An tali caſu reſtituendus ſit parentibus, ib. n. 14. & ſeqq.
Educari debet apud Chriſtianos vel in Monaſterio vel apud honeſtam Matronam, ib. n. 21. & ſeqq.
Uſque ad annum 18. ſunt capaces pueri Hebræi recipiendi mores, & ritus Parentum, ib. n. 30.
Parentes Hebræi habendo ſub educatione filium proprium baptizatum, quid agere poſſint ad illius perverſionem, ib. n. 31.

Hæreditas, Hæres.

Eccleſia poſt obitum Prælati ſuccedit in ejus bonis non tanquam hæres, ſed tanquam domina, diſcept. 103. num. 33.
Hærede gravato civiliter mortuo per Profeſſionem Religioſam, ſubſtitutus ſuccedit ad Fideicommiſſum, diſcept. 126. n. 17. limita n. 18.
Hærede gravato profitente in Religione, non admittitur ſubſtitutus in præjudicium tertii, cui ille vendidiſſet, aut donaſſet bona, diſcept. 126. n. 43. & 45.
Hæreditatem ſuam applicari voluiſſe præſumitur teſtator Eccleſiæ Religioſorum, in qua habitu Religioſo humari ſe juſſit, diſcept. 148. n. 14.
Cuinam relicta cenſeatur, ſi inſtituta ſit hæres anima, vel Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, ibid. per tot.
Hæreditas ad pias cauſas debetur Epiſcopo ad diſtribuendum, ibid. n. 35.
Hæreditas teſtatoris, qui duas habebat Eccleſias Parochiales, cuinam debeatur, ibid. n. 22.
Hæreditatem ad pias cauſas non conſequitur Epiſcopus, niſi quando illa relicta non eſt certæ Eccleſiæ, ibid. num. 28.
In diſtribuendis hæreditatibus ad pias cauſas Epiſcopus non poteſt facere fructum, ib. n. 36.
Hæreditas ad pias cauſas debetur Epiſcopo ad diſtribuendum, ib. n. 35.

Hæreticus.

Hæreticorum filii baptizati, inſciis, & invitis parentibus, an ſint illis reſtituendi, diſcept. 146. n. 27. & 28.

Homicidium.

Homicidio Epiſcopi, ſeu Prælati commiſſo per civitatem, iſta privatur Dignitate Epiſcopali, diſcept. 108. n. 8. & ſeq.
Secus ſi homicidium ſucceſſerit ex privata civium inimicitia, ib. n. 13. & ſeq.
Secus ſi non fuerit occiſus Epiſcopus, ſed Prælatus inferior habens Juriſdictionem Epiſcopalem, ib. n. 9. & ſeq.
De circumſtantiis ad excludendum, quod homicidium

fuerit commiſſum cum ejus participatione, & conſenſu, ib. n. 18. & ſeqq.
Homicidii ſuſpicio excluditur per ſigna doloris, ibid. num. 26.
Homicidium poteſt quandoque referri ad caſum fortuitum, diſcept. 146. n. 32.
Propter homicidium privandus eſt Clericus Beneficiis obtentis, diſcept. 154. n. 4. & 17.
Et eſt inhabilis ad futura, ibid. n. 5.
Homicidium voluntarium committens eſt perpetuo inhabilis ad Ordines Sacros, & Beneficia, ibid. n. 19.
Homicidam voluntarium diſpenſare non ſolet Papa ad Ordines Sacros, & Beneficia, ibid. n. 20. & ſeqq.
Cum homicida voluntario *Paganus*, dixit nunquam ſe meminiſſe diſpenſatum, ib. n. 26.
Non conceditur homicidæ diſpenſatio, niſi habita prius cum hæredibus defuncti, & concordato Fiſco, ibid. num. 30.
Vide in verbo *Occiſio*.

Homo.

Hominum natura inclinat ad ſequendum potius, quam inchoandum, diſcept. 103. n. 30.
Homines ſanguinarios abominatur Dominus, diſcept. 154. n. 18.
Sicut facies hominum ſunt diverſæ, ita etiam exempla, quæ allegantur in Cauſis, diſcept. 145. n. 25.
Homines perditiſſimi odio trenati præſumuntur ducti adſe ulciſcendum ſine alterius conſilio, vel impulſu diſcept. 208. n. 29.
Paſſiones animi habet, aut hominis ſenſus inter quas eſt affectio familiaritatis, diſcept. 109. n. 4.

Hypotheca.

Hypotheca cadere non poteſt in bonis ad cultum Divinum deſtinatis, diſcept. 136. n. 21. vide n. 19.
Hypotheca non datur Penſionario ſuper bonis Epiſcopi ad Divinum cultum deſtinatis, ibid. n. 25.
Hypotheca expreſſa conventionalis requiritur, ut Eccleſia proprietaria petere poſſit contra poſſeſſorem Canones decurſos tempore ejus Auctoris, diſcep. 103. num. 5.
Hypotheca competit Penſionario ſuper fructibus Beneficii, diſcept. 136. n. 14. & 15.
Bona Epiſcopi defuncti ſunt tacite hypothecata pro Penſione, ib. n. 17.

Hoſpes.

Qui comparet in Urbe tanquam advena, ſeu hoſpes dicitur ſtatim diſceſſurus, diſcept. 130. n. 24.

I

Jactura.

JActura majoris partis bonorum eſt ſufficiens cauſa metus, diſcept. 110. n. 6.
Jacturam proprii juris excuſat bona fides, diſcept. 112. num 8.
Ad evitandam jacturam Componendæ fieri ſolet interpretatio ad ſuſtinendam gratiam, & quando, diſcept. 104. n. 1. 2. & 5.
Ad evitandam gravem jacturam, Papa concedit gratiam ſanatoriam, & in linea æquitatis, diſcept. 144. n. 24. in fine, & 25.

Idoneitas.

Idoneitas requiritur in Dignitate, aut Canonicatu habendo per examen, diſcept. 104. n. 19.
Idoneitas major in concurſo ad Parochiales qualis ſit in appellante ab irrationabili judicio Epiſcopi, diſcept. 109. n. 15 & ſeq.
Quando non deferatur ejus judicio circa majorem idoneitatem, ib. n. 4. & ſeqq.
Vide in verbo *Habilitas*.

Jeſuita.

Vide in verbo *Societas Jeſu*.

Illegalitas.

Illegalitatis ſuſpicionem habent ſcripturæ ſerotine productæ, diſcept. 159. n. 50.
Scriptura illegalis tanquam ſcartafaccium non habet fidem in judicio, diſcept. 104. n. 46.

Immemorabilis.

Immemorabili non æquipollet quadragenaria cum titulo, diſcept. 112. n. 18. & 51.
Et in quibus non æquipolleat, ib. n. 20.
Immemorabilis conſuetudo decimandi non extenditur de bonis præteritis ad futura, diſcept. 125. n. 5.
Etiamſi fuerit introducta ratione certæ qualitatis bonorum, quæ verificatur in futuris, ib. n. 6.
Immemorabilis contra fundatum in jure ſemper operatur reſtrictive ad limites facti, ib. n. 9.
Immemorabilis poteſt facere aliquem decimatorem univerſalem, ib. n. 20.
Ex Immemorabili probatur Territorium ſeparatum, diſcept. 128. n. 12.
Immemorabilis bene probatur per confeſſionem Canonicorum in Capitulo, diſcept. 137. n. 53.
Immemorabilis præſcribere non poteſt jus conferendi in menſibus reſervatis in præjudicium Sedis Apoſtolicæ contra regulam 8. Cancell. & Concordata Germaniæ, diſcept. 140. per tot.
Immemorabilis an poſſit ſuffragari pro certo Beneficio ad evitandas reſervationes Apoſtolicas, ibid. n. 14.
Immemorabili æquiparatur centenaria, ibid. n. 17.
Immemorabilis quando probetur per ſcripturam, diſcept. 156. n. 19.
Immemorabilis non cenſetur derogata in qualibet reſolutione Sacræ Congregationis abſque mentione ſpeciali, ibid. n. 21.
Immemorabilis non datur cum mala fide, diſcept. 159. num. 22.
Immemorabilis deſtruitur ex ſimplici rumore in contrarium, ib. n. 57.
Conſuetudo immemorabilis renovandi quid requirat ad probationem ſuam, diſcept. 181. n. 31.
Excluditur ex ammenſationibus pro tempore factis, ib. n. 32. & 33.
Excluditur ex judicato declarante libertatem Eccleſiæ retinendi bona pro ſe, vel aliis concedendi ad libitum, ibid. n. 34.
Immemorabilis conſuetudo renovandi probanda eſt in caſu Eccleſiæ volentis bona retinere pro ſe, ibid. n. 22. in fine.
Ex Immemorabili poteſt acquiri jus petendi, & nominandi perſonam ſibi gratam in Beneficiis, diſceptat. 181. n. 6. & 11.
Et Epiſcopus non poſſet ſine cauſa recuſare perſonam nominatam, ſeu petitam, ibid. n. 6.

Immunitas.

Immunitatis Eccleſiaſticæ offenſa dicitur vulnus Divini, humanique juris, diſcept. 158. n. 1.
Pro tuenda Immunitate Eccleſiaſtica proceditur ad cenſuras, ib. n. 4.
Vide in verbo *Exempla*.

Impeditus, Impedimentum.

Impeditus ab aliqua conditione oneroſa, non dicitur habere libertatem, diſcept. 129. n. 14.
Impediri non debent neceſſaria ad ſervitium Eccleſiarum ab ejus Miniſtris, diſcept. 123. n. 55.
Impedimenti cujuſcunque legitimi negativa eſt probanda ab impetrante ob negligentiam beneficiati ſuſcipiendi Presbyteratum, diſcept. 143. n. 23.

Imperium.

Merum, & mixtum Imperium cum jure Territorii more Principis nemo prætendere poteſt in Statu Eccleſiaſtico, diſcept. 123. n. 20.

Impetratio, Impetrator.

Impetratores odioſi Beneficiorum damnantur per ſacros Canones, diſcept. 118. n. 1.
Impetrationis Beneficiorum duplex eſt ſpecies, alia objectiva, & altera civilis, diſcept. 128. n. 3. 4. & 5.
Impetrator Beneficii ex capite delicti repellitur, ſi adſit ſententia abſolutoria cum clauſula — *ex hactenus deductis* — diſcept. 127. n. 2.
Limita, ut n. 4.
Impetratio juriuni collitigantis defuncti non datur tertio infra menſem in præjudicium ſuperſtitis, ibid. num. 5.
Impetrantes vulgo *Piſcatores* nullum arbitrium merentur etiam in Tribunalibus Gratiæ, diſceptat. 127. num. 15.
Impetrator ex capite delicti an dicatur intentare litem ſuper titulo Beneficii, ib. n. 21. & 22.
Impetrari poſſunt in Beneficialibus plures tituli etiam inter ſe contrarii, nec unus inducit renunciationem alterius, ib. n. 23.
Per impetrationem ſecundi tituli contrarii an inducatur confeſſio mali juris ſuper primo, ibid. num. 15. & ſeqq.
Ad effectum impetrandi non vacat primum Beneficium per aſſecutionem ſecundi ante capturam poſſeſſionis iſtius, diſcept. 134. n. 15. & ſeqq.
Impetratio Apoſtolica ex ſuppoſita diſcordiæ, aut defectus juris ad rem non valet, ſi plures fuerint præſentati a majori parte Patronorum, diſceptat. 140. num. 28.
Contra impetratorem in dubio pronunciatur, diſcept. 143. n. 1.
Impetratio ex defectu publicationis ceſſat in reſignatione Beneficii ineffectuata, ib. n. 2.
Impetratio ob negligentiam beneficiati ſuſcipiendi Presbyteratum non verificatur, niſi probata negativa cujuſcunque legitimi impedimenti, ib. n. 23.
Item ob non captam poſſeſſionem, juxta terminum Gregorianæ, ib. n. 28.
Impetrator odioſus quaſi dicetur, diſcept. 147. n. 3.

Im-

Incerta.

Incertorum appellatione quid veniat, diſceptat. 151. num. 38.

Impietas.

Impietatis crimen eſt, neglectis Divinis, ſollicitudines ſeculares ſuſcipere, diſcept. 145. n. 6.

Incompatibilitas.

Per retentionem utriuſque Beneficii incompatibilis vacat utrumque, & reſervatum remanet, licet ſecundum fuerit auctoritate Ordinaria proviſum, diſcept. 131. n. 20. & 21.

Incompatibilitatem de jure non cauſat pluralitas Beneficiorum, ſi omnia adæquent ſufficientem ſuſtentationem, diſcept. 118. n. 12.

Incompatibilitatem tertii Beneficii cum primis duobus non inducit Concilium Tridentinum, ibidem num. 22.

Obtinens ſecundum Beneficium incompatibile non cenſetur diſpenſatus ad retinendum utrumque per ſolam expreſſionem, quod poſſideat primum, quod ſecus eſt in pluralitate Beneficiorum ſimplicium, diſcept. 118. num. 24. & 25.

In diſpenſatione ſuper incompatibilitate Beneficiorum Papa impedit illorum vacationem, & nemini præjudicat, diſcept. 129. n. 5.

Primum Beneficium incompatibile quando vacare dicatur per aſſecutionem ſecundi, ſi poſſeſſio non ſit pacifica, diſcept. 133. n. 4.

An inducatur per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, vel per capturam poſſeſſionis pacificæ, diſcept. 134. per tot. & diſcept. 135. n. 2.

De duplici ſtylo Datariæ apponendi decretum vacationis in ipſo, & de dimittendo, ibidem numer. 9. & ſeqq.

Incompatibilitas non oritur ex collatione, ſed ex retentione ſecundi cum primo Beneficio, diſcept. 134. num. 28.

Per aſſecutionem incompatibilis renunciatum cenſetur primariis precibus ad aliud incompatibile, ibidem numer. 44.

Incompatibilitas procedit etiam in Beneficiis juriſpatronatus, diſcept. 147. n. 2.

Et poteſt induci per Fundatorem, ubi de jure non adeſſet, ib. num. 2.

Incompatibilitas ceſſat in duobus reſidentialibus habentibus reſidentiam diſcontinuam, ib. n. 6.

Declara, ut n. 7. & 8.

Canonicatus Reſidentialis non eſt incompatibilis cum Capellania habente onus celebrationis perſonalis Miſſarum, ib. n. 24.

Minuſque prima Dignitas Cathedralis cum tali Capellania, ib.

Quomodo intelligatur hæc compatibilitas, ibidem ſub num. 65.

Talis Capellania nunquam eſt compatibilis cum Parochia, ſed incompatibilis, diſceptation. 142. num. 6. & ſeqq. & n. 26.

Si plures gratiæ ſint inter ſe incompatibiles, poſſunt concurrere ad eundem effectum providendi ſufficienter uni, & eidem perſonæ; ſecus ſi incompatibiles, diſcept. 151. n. 6. 7. & 23.

Vide in verbo *Beneficium.*

Indebitum.

Ad repetendum indebitum rigoroſa probatio exigitur, diſcept. 152. n. 27.

Ad condictionem indebiti non fit condemnatio in dubietate opinionum, ib. n. 28. & 30.

Indubitatum.

Nihil eſt in jure indubitatum, ut non poſſit in quæſtionem verti, diſcept. 152. n. 9.

Indulgentia.

Indulgentiæ magna ſacrorum Canonum ob periculum animarum obviandum, diſcept. 108. n. 39.

Indultum.

Indultum conceſſum Cardinalibus Epiſcopis de conferendo Beneficia reſervata ceſſat, ubi concurrunt duæ reſervationes coæquales, diſcept. 105. n. 15.

Indultum conferendi reſervata non tollunt per unam reſervationem, & unam affectionem, ibidem numer. 25.

Indultum non ſuffragatur contra reſervationem regulæ 4. diſcept. 122. n. 38. & 39.

Etiamſi ſit de optando ad primas Dignitates, ibidem num. 40.

Indulta conceſſa in limine fundationis non revocantur regulam 25. Cancell. ib. n. 41.

Diſtingue, & limita, ut idem n. 42. & 43.

Indultum ſive anterius, ſive poſterius regulæ 4. ſemper eſt derogatum ex regula 25. Cancellariæ, ibid. num. 45.

Indulto gratioſo, quod concederet, quod de jure competit, derogatur per regulam 25. Cancell. ibidem num. 46.

Limita, ut ib. num. 47.

Indultum transferendi penſiones vide in verbo *Penſio.*

Indultum eſt accipiendum in ſuo ſenſu magis proprio, diſcept. 122. n. 20.

Explicatur ab obſervantia, ib. n. 22.

Indultum ubi eſt clarum, bona fides non ſuffragatur, ib. num. 32.

Indultum loquens de reſignatione non extenditur ad coadjutoriam, diſcept. 129. n. 6. & 7.

Indulta conceſſa Collegiis, & Univerſitatibus Studiorum ſub expectativis non comprehendunt coadjutorias, ibid. n. 14. 15. 16. & 17.

Indultum prohibitivum reſignandi Beneficia emanatum favore certarum perſonarum contra eas non retorquetur, ib. n. 19.

Revalidatoria Indulti obtenti tempore non habili poſt contractum matrimonium an detur pro retentione penſionis in ſtatu conjugali, diſcept. 144. per tot.

Indultis titulo oneroſo obtentis nemo fraudari debet, ib. num. 9.

Indultum retinendi penſionem in ſtatu conjugali ſuperventum, durante lite ſuper validitate matrimonii, dicitur obtentum tempore habili, diſcept. 144. num. 22. & 23.

Infamia, Infamis.

Infamibus non patent portæ Dignitatum, diſceptat. 154. num. 3.

Infamiam non irrogat Clerico ſententia Judicis laici contra illum lata, ib. n. 6.

Maxime ſi ſit contumacialis, ib. n. 7.

Delictum Clerici ex propria confeſſione reſultans ex proceſſu Judicis laici infamat, & quando, diſcept. 154. n. 15. vide in verbo *Diffamatio, Fama.*

Inferior.

Inferior naturaliter æmulare ſtudet cum Superiore, diſcept. 116. num. 46.

Inhibitio.

Inhibitio corruit ob evidentem injuſtitiam, diſcept. 123. n. 66.

Inhibitio facta ſub pœna excommunicationis majoris contra fundatum in conſuetudine remanet inſubſiſtens, ib. num. 67.

Inimicitia.

Inimicitia privata privatum probat delictum, diſceptat. 108. n. 19.

Et contra privatos pœna flecti debet, non contra Publicum, ib. n. 15.

Non privatur Civitas Dignitate Epiſcopali, ſi Epiſcopus fuerit occiſus ex privata alicujus inimicitia, ſed iſta tantum punitur juxta legem Pompejam de Parricidiis, ib. n. 16.

Inquiſitio.

Inquiſitio non ſufficit ad diffamationem, ſed requiritur ſententia, diſcept. 127. n. 10.

Vide in verb. *Diffamatio, & Fama.*

Inſignitas.

Inſignitas Eccleſiæ ex quibus deſumatur, & probetur, diſcept. 116. n. 35. 36. 37. 39. & 40.

Inſignitas Eccleſiæ erigendæ in Cathedralem ex quibus deſumatur, diſcept. 160. n. 29.

Inſignitas Eccleſiæ prætendi non poteſt, quando reſiſtit titulus, diſcept. 116. n. 45.

Collegiatæ inſignes Equiparantur Cathedralibus, diſcept. 149. n. 8.

Pro nova erectione Cathedralis locus eſſe debet inſignis, diſcept. 160. n. 28. & de ratione ib.

Inſtantia.

Inſtantia etiam in materia criminali de jure Canonico eſt perpetua, diſcept. 154. n. 27.

Ad inſtantiam duntaxat vocalis contempti electio annullatur, non autem ad inſtantiam alterius, immo etiam officio Judicis, diſcept. 155. n. 14.

Inſtitutio.

Inſtitutionem dare poteſt Capitulum, Sede vacante, in Beneficiis de jurepatronatus, diſcept. 122. n. 25.

Inſtitute in hæreditate anima ſua, vel Domino Noſtro Jeſu Chriſto, cuinam hæreditas debeatur, diſceptat. 148. per totam.

Intereſſe.

In concernentibus intereſſe publicum quis moveri dicitur ex bono publico, non autem affectione particolari, diſcept. 137. n. 12.

Canonicus tenetur omnia fideliter gerere in reſpicientibus intereſſe propriæ Eccleſiæ, ib. n. 24.

Facilius recuſatur Epiſcopus a judicando in Cauſa ſuæ menſæ, ubi habet intereſſe, quam Canonici eius familiares a votando in Capitulo in his, quæ reſpiciunt intereſſe Menſæ, ib. n. 28.

Papa in erectione Cathedralis non dependet ex conſenſu intereſſe habentium, & quando, diſcept. 160. n. 34. 44. & 77.

Interpretatio.

Interpretatio non fit contra intentionem concedentis, diſcept. 122. n. 19.

Nulla

Nulla melior interpretatio quam quæ deducitur ex obſervantia centenaria, diſcept. 151. n. 18.
Interpretatio ſit pro validitate actus, diſcept. 153. n. 9.

Interrogatus.

Interrogatus reſpondere recuſans recognoſcere videtur veritatem rei, ſuper qua eſt interrogatus, diſcept. 155. n. 32.

Inventarium.

Non fit inventarium in caſu translationis Epiſcopi de una Eccleſia ad aliam, ſicut in caſu mortis, diſcept. 203. n. 12.

Inveſtitura.

Niſi exhibeatur per Emphyteutam inſtrumentum inveſtituræ in contrarium finita tertia generatione ſubjacet devolutioni, diſcept. 131. n. 6. & 7.
Inveſtitura requiritur ad effectum devolutionis, ibidem num. 8.
Inveſtituræ renovationem petens fatetur emphyteuſim Eccleſiaſticam terminatam, ibid. n. 18.
Conſuetudo Eccleſiæ dandi inveſtituram ad tertiam generationem ex quibus probetur, ib. n. 19. 20. & 21.
Inveſtituræ renovatio non competit Emphyteutæ, quando Eccleſia vult bona ſibi ammenſare, ibidem num. 30.
Conſuetudo coactiva renovandi inveſtituras quomodo probetur, ib. n. 31. & 32.
Quomodo excludatur, ib. n. 33.
Res judicata excludit conſuetudinem renovandi, ibid. num. 35.
Inveſtituræ renovationem petentes proximiores in emphyteuſi tenentur eam recipere cum eiſdem pactis, quæ ab extraneis offeruntur, ib. n. 43.
Per unam inveſtituram ſolemnem, aut duas minus ſolemnes probatur ſolitum dandi in emphyteuſim bona Eccleſiæ, diſcept. 153. n. 2.
Et continere debent eadem bona, quæ reconcedantur, non autem diverſa, ib. n. 3.
Duæ inveſtituræ minus ſolemnes probantur per diſtincta inſtrumenta, ib. n. 4. & 13.
Inveſtitura minus ſolemnis non ſuppletur per adminicula, aut conjecturis, ib. n. 5.
Nec probatur teſtis, aut per enunciativas, ib. n. 6. 9. & 12.
In inveſtitura bonorum Eccleſiæ defectus beneplaciti Apoſtolici non ſanatur per antiquam obſervantiam, diſcept. 153. n. 15.
Inveſtituræ nullæ, & ignoratæ ratificatio facta non præſumitur per titulares ſucceſſores, ib. n. 16.
Amplia, etiamſi receperint Barones, ib. n. 17.
Ex inveſtitura ſolemni verificandum eſt ſolitum concedendi bona de tempore inveſtituræ, diſcept. 153. num. 18.
Inveſtitura ſolemnis intelligitur cum beneplacito expreſſo, non autem præſumpto, ib. n. 22.
Inveſtituræ renovatio etiam in bonis ſolitis concedi fieri debet cum evidenti utilitate, ib. n. 24.
Hujus utilitatis probatio ad quem pertineat, ibidem num. 25.
Ex quibus non deſumatur, ib. n. 26. & ſeqq.
De quo tempore conſideranda ſit, ib. n. 31.
Inveſtitura collata in tempus ſucceſſoris remaneat nulla, ib. n. 42. & 43.
Ratificatio inveſtituræ quando non præſumatur facta a ſucceſſore, ib. n. 44.
Quomodo facienda ſit, ib. n. 45.
Jus dandi de nullitate inveſtituræ factæ per anteceſſorem competit omnibus ſucceſſoribus, ib. num. 48.

Irregularitas, Irregularis.

Irregularitas non incurritur per ſententiam Judicis laici ſuper homicidio, diſcept. 134. n. 8.
Dummodo conſtet de innocentia ſententiati, ib. n. 9.
Irregularis eſt incapax aſſequendi Beneficia, & Dignitates, diſcept. 134. n. 1.

Judæus.

Vide in verbo *Hebræus*.

Judex, Judicatum.

Stante injuſtitia judicati, competit reſtitutio in integrum, diſcept. 102. n. 21.
Judex dicitur ſuſpectus in cauſa ſui familiaris, diſcept. 309. n. 5.
Judicis officium nobilitatem inducit, diſcept. 122. n. 11.
Et quoad deſcendentes tranſit in nobilitatem generis, ib. n. 12.
Judicibus propriis ſoli habitantes in loco dicuntur habere ſubjectionem, diſcept. 122. n. 17.
Judices omnes poſſunt allegari ſuſpecti, diſcept. 124. num. 1.
Poteſt ſuſpectus allegari non ſolum Judex, qui procedit ſolus, ſed etiam qui procedit cum aliis conjudicibus, diſcept. 124. n. 16.
Sicut unus Judex poteſt ſuſpectus allegari, ita unus ex pluribus conjudicibus, ib. n. 18.
Judex ſupplet ex officio conſenſum irrationaliter negatum, diſcept. 129. n. 11.
A Judice ad electionem circa ſuſpicionem non valet argumentum, diſcept. 137. n. 28.
Judicatum Papæ facit ſtatum pro aliis Cauſis, diſcept. 149. n. 6.
Judex Eccleſiaſticus tenetur petere a Curia laici proceſſum contra Clericum cum abolitione ſententiæ, diſcept. 154. n. 10.
Judicis laici ſententia valet contra Clericum non habentem requiſita Sacri Concilii Tridentini, ibidem num. 11.
Sententia Judicis laici contra Clericum non probat ad effectum condemnandi, ſecus ad probationem nudi facti, ib. n. 12.
Judex Eccleſiaſticus tenetur ſtare proceſſui Judicis laici ad inſtructionem, ib. n. 13.
Judicis laici proceſſus contra Clericum probat, ſi teſtes ibi examinati ſint mortui, ib. n. 14.
Delictum Clerici ex propria ejus confeſſione reſultans ex proceſſu Judicis laici probat, aut infamat, & quando, ib. n. 15.
Proceſſus Judicis laici probat legitimatus cum alio proceſſu Curiæ Eccleſiaſticæ, ib. n. 16.
Judex ordinarius poteſt revocare ſententiam ſuam, diſcept. 155. n. 9.
Subjiciens ſe judicio Judicis, qui ſententiavit, non dicitur appellaſſe, ib. n. 17.
Judici non creditur ad ſuſtinendam propriam ſententiam, ib. n. 31.

Judicium.

Judicium plurimorum eſt integrum, diſcept. 107. n. 13.
Judicium Epiſcopi in prælatione ad Parochialem difficiliter redarguitur de irrationabili, diſcept. 209. n. 3.
Non præſumitur rationabile, ſi prælegerit ſuum familiarem, ib. n. 4.
Probationes in judicio ſemel rejectæ non attenduntur, diſcept. 213. n. 14.

Juramentum.

Juramento Profeſſi, quando ſit credendum ſuper conſenſu ficto, diſcept. 110. n. 20.

Juriſdictio.

Reſcriptum Sacræ Congregationis, in quo aliquid remittitur Epiſcopo, quando dicatur excitatorium Juriſdictionis ordinariæ, & non delegatorium, diſcept. 102. n. 14.
Juriſdictio quaſi Epiſcopalis cum Territorio ſeparato an poſſit acquiri per præſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato, diſcept. 112. per tot.
Juriſdictionis præſcriptio eſt privatio, quæ ſupponit ſituationem in Diœceſi, ib. n. 8. & 50.
Habentibus juriſdictionem cum Territorio ſeparato Concilium ademit, quæ ſunt Ordinis, diſcept. 112. num. 35.
In materia juriſdictionis tres tituli dari poſſunt, ibid. num. 37.
In materia juriſdictionis an detur titulus coloratus in obtentis ab Epiſcopo, ib. n. 53.
Juriſdictionem, & feudum imperiale nemo prætendere poteſt in ſtatu Eccleſiæ, diſcept. 113. n. 20.
Juriſdictionem habere non oſtendit, qui recurrit Judicem, diſcept. 113 n. 26.
Juriſdictionem retinet Capitulum, Sede vacante, in pluribus actu, & habitu, diſcept. 123. num. 11. & ſeqq.
Nunquam cenſetur data juriſdictio contra ſe ipſum, ib. num. 55.
Juriſdictio Epiſcopalis non tranſit in Vicarium Capitularem, ſed in Capitulum, Sede vacante, diſcept. 122. n. 6.
Juriſdictio adjunctorum, & Vicarii eſt ſimultanea, diſcept. 124. n. 24.
Juriſdictionem reſpiciunt functiones Epiſcopales quantum ad exercitium Ordinis, diſceptat. 128. num. 2. & 9.
Juriſdictionis Epiſcopalis mixturam habent ordinare, & chriſmare, ib. n. 5.
Locus exemptus quantum ad juriſdictionem Epiſcopi æquiparatur loco extra Diœceſim, ib. n. 7.
Juriſdictio contentioſa probat Territorium ſeparatum, ib. n. 12.
Juriſdictionem nullam habet R. C. in Beneficialibus, diſcept. 140. n. 5. & 52.
Qui habet auctoritatem ordinariam, poteſt delegare juriſdictionem, ib. n. 41.
In materia juriſdictionis maxime attenditur confeſſio Epiſcopi, diſcept. 160. n. 18.
Juriſdictionis delegatio facta tertio per modum proviſionis,

nis, lite pendente inter duos, nollum jus proprium ei tribuit, diſcept. 162. n. 62.
Juriſdictio Eccleſiæ quando non dicatur impedita aut læſa per recurſum ad Judicem laicum, diſcept. 155. num. 66.

Jus.

Juris proprii ceſſio, & translatio nunquam præſumitur, niſi verbis fuerit expreſſa, diſcept. 125. n. 26.
Amiſſionem juris proprii excuſat bona fides, diſcept. 144. num. 8.
Jura rigorem æquitas temperat, ib. n. 11.
Juris dubietas ſalvat amiſſionem Beneficii, diſcept. 144. n. 15.

Jus Quæſitum.

Jus quæſitum non dicitur, quod adhuc pendet ſub Judice an ſit concedendum, diſcept. 154. n. 33.
Etiam in jure quæſito ſuſpenditur executio propter diffamationem de delicto, ib. n. 34.
In eventualibus, & litigioſis nemo dicitur habere jus quæſitum, diſcept. 190. n. 41.

Juſpatronatus.

Juſpatronatus acquiritur per Epiſcopum fundantem in vita ſua Beneficium de fructibus Eccleſiæ pro ſe, & ſuis hæredibus, diſcept. 103. n. 6.
Juſpatronatus non dicuntur habere populi, & parochiani, qui habent honorantiam petendi ab Epiſcopo Parochium ſibi beneviſum, diſcept. 121. n. 4.
Beneficia de Jurepatronatus an poſſint, Sede vacante, conferri per Capitulum, diſcept. 124. num. 33. & 35.
Habens Juſpatronatus activum, non poteſt contradicere paſſive vocato, diſcept. 129. n. 18.
Non requiritur mentio, quod Beneficia ſint de Jurepatronatus in diſpenſatione ad illa retinenda ob promotionem ad Epiſcopatum, diſcept. 135. n. 31.
Nec paſſive vocatus habet Jus impediendi, ne Papa concedat retentionem, ib. n. 32.
Nulla eſset talis diſpenſatio, ſi data fuiſſet poſt illorum vacationem, ib. n. 33.
In Beneficiis Jurispatronatus datur incompatibilitas, diſcept. 128. n. 1.
Et poteſt induci per fundatorem, ubi de iure non eſſet, ib. n. 2.
Beneficium Jurispatronatus conferri poteſt ab Epiſcopo, & collationis validitas ex quo dependeat, diſcept. 159. n. 44.
Juſpatronatus per Sedem Apoſtolicam aſſignatur aſſignanti maiorem partem dotis, diſcept. 160. n. 64.
Qui reditus Beneficii de ſuo Jurepatronatus, ib. n. 65. & 74.
Probatio Jurispatronatus Ducis habentis Jura Imperii in ſuis Dominiis non cadit ſub rigoroſa probatione Concilii Tridentini, ib. n. 66.
Et ſufficit probatio requiſita in perſonis privatis, ib. num. 67.
Pro Jurepatronatus titulo oneroſo comparanda eſt expenſa, quam facit Patronus etiam præter dotem, ib. n. 68.
Juſpatronatus, ſeu nominandi ad Cathedrales competit nedum Regibus, ſeu etiam aliis magnis Principibus, & quales ſint, ib. n. 69.
De exemplis Jurispatronatus, ſeu nominandi ad Cathedrales conceſſis aliis Principibus, præter Reges, ib. n. 70. & 71.
Ex cauſa fundationis, & donationis reſervatur Juſpatronatus in Cathedralibus magnis Principibus, ibid. num. 72.
Praxis Sedis Apoſtolicæ concedendi Regibus & magnis Principibus Jus nominandi ad Eccleſias propria Regni, vel principatus, ib. n. 73.
Habens Beneficium de ſuo Jurepatronatus ex eius reditibus converſis in aliud, acquirit huius patronatum, & de ratione, ib. n. 74.

Juſtitia.

In caſtigandis delictis Princeps gloriatur unire clementiam iuſtitiæ, itaut crimen impune non ſit, & illum non pœnitentia clementiæ, & ſeveritatis iuſtitiæ, ex Tacito, diſcept. 108. n. 33.
Crimen iteratum ſeveritatem iuſtitiæ expoſcit, quia aggravatus eſt, ib. n. 34.
Eſt actus iuſtitiæ reponere ad ſcrutinium electos in paritate votorum, ad quos vocales ſe coarctarunt, excluſis aliis, diſcept. 110. n. 34.

L

Lacrymæ.

LAcrymæ, & ſuſpiria in actu profitendi probant coactionem, diſcept. 110. n. 8.

Laudemium.

Laudemium cedit commodo Titularis abſque ullo onere inveſtiendi, diſcept. 153. n. 26.
Laudemium non cauſat utilitatem Eccleſiæ, ib. n. 27. & 30.
Ad effectum ſolutionis laudemii leviores probationes ſufficiunt, diſcept. 132. n. 6.
Reprobatur hæc opinio, & dilucidatur, ibidem n. 7.
Ad obtinendum laudemium probanda eſt qualitas contractus emphyteutici, ib. n. 8. & 9.
Laudemii ſolutio demonſtrat contractum emphyteuticum, ib. n. 13.
Laudemium ex pacto dari poteſt etiam in contractu locationis, ib. n. 14.
Ad effectum ſolutionis laudemii quales probationes requirantur, ib. n. 15.
Laudemium non debetur, ſtante Centenaria, illud non ſolvendi, ib. n. 16.

Laudum.

Laudum acceptatum, & obſervatum eſt omnino exequendum, diſcept. 149. n. 21.

Læſio.

Læſio Eccleſiæ adeſſe dicitur, ubi Canon non correſpondet fructibus bonorum conceſſorum in emphyteuſim, diſcept. 153. n. 38. & 39.
Et quando Eccleſia non eſt in lucro, ib. n. 40.
Vide in verbo *Emphyteuſis*.

Legatum.

Ob aliqua legata pia Teſtamentum non dicitur ad pias cauſas, diſcept. 145. n. 20.
Niſi fiat aliquod legatum pro anima, teſtamentum remanet nullum, ib.
Legatum ceſſat, ceſſante ejus cauſa, ib. n. 27.
Legata relicta Eccleſiæ demonſtrant affectionem legantis, diſcept. 148. n. 15.
Legatum pro pauperibus intelligitur de pauperibus loci domicilii teſtatoris, ib. n. 26.

Legitima.

Legitima debetur matri per mortem naturalem filii, diſcept. 126. n. 1.
Debetur etiam per mortem civilem filii, ſeu Profeſſionem Regularem, ib. n. 2. 3. & 9.
Legitima matri debetur, quando filius in Societate Jeſu emiſit quartum votum, ib. n. 16.
Legitima debetur filio, etiamſi pater deportatus, ex gratia Principis ſit reſtitutus ad bona confiſcata, diſcept. 126. n. 41.

Lex.

Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda, diſcept. 103. n. 17.
Ratio non neceſſitans ſi per legem exprimatur, fit neceſſaria, & quando, ib. n. 31.
Legis extenſio dari non poteſt, ubi non eſt eadem ratio, ib. n. 32.
Vim legis habent reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, diſcept. 112. n. 21. & diſcept. 118. n. 6.
Ex ratione, & ſubſtantia legum, non ex cortice verborum eſt judicandum, diſcept. 106. n. 9.
Legis forma eſt ſervanda, etiamſi finis, ob quem emanavit, non militet, diſcept. 119. n. 28.
Legis, fine ceſſante, ceſſat ejus rigor, diſcept. 129. num. 9.
Legis forma adimpleri poteſt per æquipollens, ibidem num. 10.
Legis forma dividi, vel alterari non poteſt, diſcept. 133. n. 11.
Lex poſterior generaliter loquens non intelligitur derogare priori abſque ſpeciali mentione, & quando, ib. num. 20.
Limita, ut ib. n. 21.
Legis diſpoſitio de caſo ſimplici non trahitur ad mixtum, ib. n. 26.
Legis calum habere dicitur, qui habet auctoritates in puncto, diſcept. 137. n. 4.
Lex, quæ revocat privilegium vetum, eo magis præſumptum, diſcept. 150. n. 9.
Lex præſumpta fundationis ceſſat, ceſſante Centenaria, ibid. n. 25.

Liber.

Retentio librorum Parochialium eſt Parocho reſervata, diſcept. 104. n. 51.
Facere deſcriptionem in libris matrimoniorum ſpectat ad Parochum, ib. n. 54.
Libri Capitulares probant contra ipſos Eccleſiæ Reſidentes, diſcept. 115. n. 28.
Libri Conventus plene probant contra Religioſos, diſcept. 155. n. 28.
Liber adminiculatus ex teſtibus plene probat, ibidem num. 30.

Libertas.

Libere non poſſe dicitur quidquid commode non poteſt, diſcept. 121. n. 23.

Liber

Libertatem habere non dicitur, qui eſt impeditus ab aliqua conditione oneroſa, ib. n. 14.
Libertatem plenam habent votantes, ſi procedatur per vota ſecreta, diſcept. 137. n. 11.

Licentia.

Licentia audiendi Confeſſiones dari poteſt per Epiſcopum oretenus abſque ſcriptura, diſcept. 104. n. 61.
Licentia Ordinarii, & Capituli, an indigeant Canonici pro abſentia tempore vacationis, & ultra illud, diſcept. 115. n. 12. 13. 15. 16. & 40.
Licentiæ, & diſceſſus cum cauſa, vel ſine, quando procedat, diſcept. 123. n. 38.

Lis.

Litis mentione non facta, gratia eſt nulla, diſcep. 108. num. 41.
Lis ſuper titulo Beneficii quando requiratur, vel non ad effectum obtinendi ſubrogationem gratioſam, diſcep. 229. n. 12. 13. & 14.
Sufficit, litem fuiſſe ſuper titulo unius, vel alterius collitigantis pro obtinenda ſubrogatione gratioſa, ib. num. 16.
Lis ſuper titulo eſſe dicitur, quando agitur de Proviſo Apoſtolico etiam in forma commiſſaria, ib. n. 17. & 18.
Lis eſt ſuper titulo, ſi fuit introducta vigore proviſionis in forma dignum, ib. n. 20.
An dicatur impetrare ex capite defuncti intentare litem ſuper titulo Beneficii, ib. n. 21. & 22.
Lite pendente inter præſentatos, non currit terminus quadrimeſtris, diſcept. 127. n. 36. & 37.
Lite pendente cum impetratore, an poſſit reſignari Beneficium in favorem, diſcept. 133. num. 1. & per totam.
Lis introducta contra Reſignantem continuat cum Reſignatario, ib. n. 3.
Lite pendente cum Impetratore, ſi Reſignans decedat non competit illi ſubrogatio gratioſa, ib. n. 5.
In Beneficialibus litigando jus acquiritur, & quomodo hoc intelligatur, ib. n. 6.
Liti ſuper primo Beneficio cenſetur renunciatum per pacificam aſſecutionem ſecundi incompatibilis, diſcept. 134. n. 39. & 40.
Lites reſecare inter Eccleſiaſticos publica cauſa eſt, diſcept. 160. n. 14.
Lis inter Prælatum inferiorem alicujus Eccleſiæ cum Epiſcopo eſt cauſa erigendi illam in Epiſcopatum, ib. n. 15. & 43.
In litigioſis nemo dicitur habere jus quæſitum, ibid. num. 41.
Litium extinctio eſt una ex cauſis deveniendi ad erectionem novæ Cathedralis, diſcept. 160. n. 81.

Litteratura.

Litteratura major cognoſcitur in novo examine, & eſt qualitas prælationis, diſcept. 109. n. 15.
Oſtendit irrationabilitatem prælectionis factæ ab Epiſcopo de ſuo familiari ad Parochialem in concurſu, diſcept. 109. n. 16.

Litteræ Apoſtolicæ.

Litterarum expeditio non pertinet ad ſubſtantiam gratiæ, diſcept. 104. n. 3.
Litteræ in forma rationi congrua dantur ſuper gratia Beneficiali oretenus facta per Pontificem anteceſſorem, diſcept. 141. n. 1.
Idque ſi anteceſſor morte præventus non potuit ſignare ſupplicationem, alias ſecus, ib. n. 2. & ſeqq.
Ante litteras expeditas gratia reputatur informis, nec dat jus perfecte quæſitum, diſcept. 143. n. 6.
Litteræ reſignationis Beneficii, ad cujus titulum quis eſt ordinatus, non dantur, niſi in forma commiſſaria cum clauſula „ *Conſtito*, & *dummodo* „ diſcept. 127. num. 10.
In litteris Apoſtolicis expreſſio facta cum dictione *forſan* non eſt verificanda, ib. n. 23.
Litteræ in forma commiſſaria continent mandatum de providendo, ib. n. 30.
Vide in verbo *Reſignatio*.

Locatio.

Locatio ad triennium cum pacto continuandi non facta dicta, reſpectu Eccleſiæ quando non ſuſtineatur, diſcept. 122. n. 12.
In locationis contractu ex pacto dari poteſt laudemium, diſcept. 132. n. 14.
Solitum locandi bona Eccleſiæ probatur per unam inveſtituram ſolemnem, aut duas minus ſolemnes, diſcept. 153. n. 2.

Locus.

Locus exemptus quantum ad juriſdictionem Epiſcopi æquiparatur loco extra Diœceſim, diſcept. 228. numer. 7.
Locus non eſt de ſubſtantia viſitationis, nec electionis, diſcept. 157. n. 17.
Locus, ubi peragenda eſt viſitatio, relinquitur arbitrio Viſitatoris juxta circumſtantias, ib. n. 18.
Maxime ſi accedat ſolitum, vel alia circumſtantia, ib. n. 26. & 20.

Locus Pius.

Non poſſunt loca pia facere reductionem cenſus abſque beneplacito Apoſtolico, diſcept. 102. n. 1.
Contrarium eſt verius, ib. n. 2. & ſeqq.
Alia vide in verbo *Eccleſia*.

M

Mandatum.

Mandatum Procuræ ad reſignandum quid continere debeat, diſcept. 119. n. 4.
Mandatum Procuræ eſt neceſſarium ad præſtandum conſenſum reſignationi, ut iſta ſit valida, ib. n. 5.
Mandatum ſpeciale eſt probandum, ib. n. 20.
Ex quo actu non præſumatur, ib. n. 21.
Mandatum legitime factum tempore habili non irritatur ex cauſa ſupervenienti, diſcept. 130. n. 3.
Revocatio mandati non fit ipſo jure, ib. n. 7.
De tempore mandati conſideratur qualitas perſonæ, ib. n. 8.
Mandati verba in expreſſionibus variare non debet Procurator, diſcept. 147. n. 28.
Mandato æquiparatur ratificatio Epiſcopi, diſcep. 157. num. 9.
Mandatum Procuræ quando dicatur falſum, diſcep. 159. num. 31.

Matricitas, Matrix.

In concurſu duarum Eccleſiarum, quarum una ſit Parochialis, & Matrix, & altera Collegiata, ad quam ſpectet campanarum antepulſatio in die Sabbati ſancti, diſcept. 106. per tot.
Spectat ad Eccleſiam Matricem hujuſmodi antepulſatio, etiamſi extet Collegiata, quæ habeat præcedentiam ſupra illam, diſcep. 106. n. 2.
Contrarium, n. 6. & ſeqq.
Per erectionem Eccleſiæ in Collegiatam non cenſetur derogatum juribus Eccleſiæ Matricis, nec eſt illi præjudicialis, diſcept. 106. n. 3.
Contrarium, n. 12. & 13.
Eccleſiæ etiam improprie Matrices habent præeminentiam antepulſandi campanas etiam in Sabbato ſancto, diſcept. 106. n. 2.
Qualitas Eccleſiæ Collegiatæ non facit eam Matricem, ib. n. 5.
Limita, ut n. 10. 19. & ſeqq.
Eccleſia filialis in Collegiatam erecta anteponitur Matrici in omnibus præeminentialibus etiam in pulſatione campanarum, ib. n. 5. & 8.
Eccleſiæ magis conſpicuæ improprie appellantur Matrices ib. n. 10.
Eccleſia Parochialis, quæ non habet filiales, improprie tantum appellatur Matrix ratione majoris antiquitatis, ib. n. 13. & 14.
Favore Eccleſiæ Collegiatæ excluſive ad Matricem Sacra Congregatio Rituum decrevit præcedentiam pulſandi campanas in Sabbato ſancto, ib. n. 16. & 17.
Inter Collegiatas præcedit, quæ Matrix eſt, ib. n. 18.
De Eccleſia, non uti Matrice, ſed uti digniore intelligitur verbum *Matricis* expreſſum in Conſtitutione Leonis X. diſcept. 106. n. 20.
Erectio Eccleſiæ in Collegiatam eſt de ſui natura præjudicialis Matrici in præeminentiis, ibid. num. 22. & 23.
Eccleſia Matrix non præcedit Parochialem filialem, ſi iſta erigatur in Collegiatam, diſcept. 116. n. 48.
Si Matrix poſtea erigatur in Collegiatam, præcedit Parochiam filialem prius erectam in Collegiatam, ibid. num. 49.

Matrimonium.

Per translationem Epiſcopi ad ſecundam Eccleſiam diſſolvitur matrimonium ſpirituale cum prima, diſcept. 103. n. 14.
Propter ſolam aſſiſtentiam matrimoniis non requiritur habilitas curæ animarum, diſcept. 102. n. 39.
Idoneus ad primam Dignitatem Cathedralis eſt idoneus ad aſſiſtendum matrimoniis, ib. n. 40.
Canonici ob jus baptizandi, quod exercent, & Dignitates ob jus aſſiſtendi matrimoniis non dicuntur habere curam animarum, ib. n. 42.
Quilibet Sacerdos nec examinatus, nec approbatus eſt habilis ad aſſiſtendum matrimoniis ex delegatione Parochi, vel Epiſcopi, ib. n. 42. & 43.
Ad Parochum ſpectat jus dandi licentiam aſſiſtendi matrimoniis, ib. n. 53.
Item facere deſcriptiones in libris matrimoniorum, ib. num. 54.
Ad annullandum matrimonium ſpirituale probandus eſt conſenſus coacte datus, diſcept. 110. n. 10.

Ad

Ad eundem effectum ſine vi, & metu ſufficit probare conſenſum fictum ex cauſa honeſta, ibidem numer. 21.
Vide in verbo *Profeſſio*.
Per matrimonii contractum, qua ratione amittatur penſio, diſcept. 144. num. 12.
Matrimonium factum ſine probatione ſtatus liberi quomodo ſit ratificandum, diſceptatione 144. numer. 20.
Per matrimonium non extinguitur penſio donec lis pendet ſuper validitate illius, ibid. num. 25.
Durante lite ſuper validitate Matrimonii indultum retinendi penſionem in ſtatu conjugali dicitur obtentum tempore habili, diſcept. 144. n. 22.
Amplia, ut numer. 23.

Media.

Media ab extremis declarantur, diſcept. 153. n. 12.

Melioramenta.

Melioramentorum refectio promiſſa ab Eccleſia per pactum eſt adimplemenda, diſceptatione 121. numer. 18.
Quoad melioramenta quando contractus dicatur utilis Eccleſiæ, ibid. n. 20.
Melioramenta reficere tenetur Eccleſia volens a contractu reſilire, ibid. n. 22.
An iſta ſint compenſanda, vel non per conductorem cum fructibus perceptis, ib. n. 25.
Melioramentium fructus ſpectant ad meliorantem, ib. num. 27.

Mendacium, Mendax.

Mendacia non revelantur Confeſſariis, & Capuccinis, diſcept. 146. n. 7.
Mendax in uno mendax in omnibus, diſceptat. 155. num. 25.

Metropolitanus.

Metropolitanus non habet ius deputandi Vicarium Capitularem, niſi ob negligentiam Capituli, diſcept. 156. n. 28.
Secus autem facta electione per Capitulum, ſed nulliter, diſtingue, ut ibi.
Metropolitani diſſenſus quando non attendatur contra erectionem novi Epiſcopatus, diſcept. 160. num. 61.

Metus.

Metus reverentialis una cum minis ſufficit ad juſtum, & gravem metum, diſceptat. 110. num. 3. & 34. in fin.
Sufficiens cauſa metus eſt negare alimenta, ibidem num. 4.
Item timor magnæ verecundiæ, ibid. n. 5.
Item amiſſio majoris partis bonorum, ib. n. 6.
Metum probant teſtes ſingulares, ibid. n. 9.
Metus non præſumitur, ſed eſt ab allegante concludenter probandus, diſcept. 110. n. 44.
In mulieribus facilius incutitur, & minor requiritur, ut ſit cadens in conſtantem virum, ibid. num. 42. circa medium.
Metus cadens in conſtantem virum non cauſatur a precibus, & ſuaſionibus importunis, ibid. n. 49.
Metus juſtus inducitur per pœnam carceris, diſcept. 146. num. 9.
Ordinatus per vim, ac metum recipit characterem, ſed non tenetur ad votum continentiæ, diſceptat. 107. per tot.
Quid ſi celebraverit, ceſſato metu, ib. n. 2. & ſeqq.
Quando dicatur continuatio metus, ib. n. 13.

Miles Lauretanus.

Ex privilegio militia Lauretani retineri poteſt penſio in ſtatu conjugali, diſcept. 144. n. 7.

Miniſter.

Miniſtri Eccleſiarum non debent impedire neceſſaria ad ſervitium Eccleſiæ, diſcept. 123. n. 55.
Miniſtro ſuo non tenetur Dominus reddere rationem, ibidem num. 60.

Miſſa.

Sacerdotes exteri non poſſunt admitti ad celebrandum ſi careant commendatitiis proprii Epiſcopi, diſcept. 105. n. 27.
Ordinatus recipiens pecuniam, ut celebret primam Miſſam, dicitur habere celebraſſe, & ſuam Ordinationem ratificaſſe, diſcept. 107. n. 4.
Amplia, ſi Clericalem habitum geſtaſſet, & non reclamaverit per longum tempus, ibidem num. 5. 6. 7. & 8.
Celebratio primæ Miſſæ ſine aliqua coactione ratificat Ordinationem nullam, ibid. n. 12.
Onus celebrandi Miſſam per ſe ipſum, ex quo inducatur, diſcept. 122. n. 5.
Facit Beneficium reſidentiale, ibid. n. 4.
Miſſam celebrare tenetur Parochus diebus feſtivis, & Dominicis, limita, ut ibi, n. 25. & 26.
Onus celebrandi Miſſam diebus feſtivis cauſat incompatibilitatem cum Parochiali, ſecus cum Canonicatu, ib. n. 18. & 21.
Tale onus proprie non dicitur reſidentia, ibid. n. 25.
Miſſæ ſunt dicendæ in Eccleſia tumulanti, diſcept. 128. n. 21. & 32. vide n. 34.
Nihil magis proficuum eſt animæ, quam ſuffragium Miſſarum, ibid. n. 31.

Mobilia.

Mobilia ad uſum Divinum deſtinata, manentia in dominio Epiſcopi tempore ejus obitus, poſſunt executari in ſubſidium per creditores, diſcept. 136. n. 8.
Mobilia ſacra in caſu neceſſitatis poſſunt conflari, & alienari, ibid. n. 9.
Vel poſſunt vendi alteri Eccleſiæ indigenti, ibidem num. 10.

Modicum.

Modicum, & nihil comparantur ad effectum excludendi ſubreptionem, diſcept. 152. n. 14.

Monachus.

Monachus translatus ad aliam Religionem non admittit bona priori Religioni acquiſita ex ſua perſona, diſcept. 109. n. 13.
Monachus translatus ad alterum Monaſterium non habet vocem in Capitulo primi Monaſterii, diſcept. 155. n. 27.
Monachus poteſt adminiſtrare de licentia ſui Superioris livellum, ſeu peculium, quod habet, diſceptat. 145. n. 12.

Monaſterium.

Facta erectione in Cathedralem Monaſterii ſubjecti Archidiacono, iſte efficitur eidem ſubditus, diſcept. 106. n. 25.
In Clauſtro Monaſterii prohibitum eſt negotium populare, & pecuniarium, diſceptatione 145. numer. 19.
Monaſterium non tenetur pro Religioſo, qui male ſe gerat in adminiſtratione ſæculari, diſceptat. 125. num. 29.
Translato Monacho ad alterum Monaſterium non habeat vocem in Capitulo primi Monaſterii, diſcept. 155. n. 27.
Monaſteria redacta in Congregationem vivunt jure ſingulari, diſcept. 160. n. 37.

Mora.

Quando periculum eſt in mora, Conſilii executio non eſt retardanda, diſcept. 146. n. 33.

Mores.

Mores parentum imbuunt filii converſando cum illis, diſcept. 146.

Mors.

Mortis caſus, quandoque referri poteſt ad caſum fortuitum, diſcept. 126. n. 32.
Mors civilis adeſſe non dicitur, ubi adeſt capacitas retinendi bona, diſcept. 128. n. 14.
Mors civilis, ex quibus excludatur, ib. n. 24.
Mors civilis per Profeſſionem non æquiparatur naturali in præjudicium tertii, ibid. n. 43.

Motus proprius.

In motu proprio ex ipſa datur ſubreptio, diſceptat. 108. num. 32.

Mozzetta.

Habitus cum Mozzetta coloris violacei, quo utuntur Canonici, eſt ſignum Collegiatæ Inſignis, diſceptat. 116. n. 36.
Geſtari non poteſt per Canonicos, niſi habeant ſpecialè privilegium Apoſtolicum, ibid. num. 47.

Multiplicatio.

Multiplicatio Titulorum inter ſe contrariorum dari poteſt in Beneficialibus, nec unus inducit renunciationem alterius, aut confeſſionem mali juris ſuper primo Titulo, diſcept. 127. n. 23. & ſeqq.

Mutatio.

Mutatio ſententiæ, & correctio ſui ipſius laudabilis eſt, diſceptat. 155. num. 1.

N

Narrativa.

NArrativa debet Papæ fieri de qualitate Curata Beneficii in individuo, diſceptat. 104. numer. 11.
Regula 57. Cancell. requirit ſpecialem narrativam Curæ ſub pœna nullitatis gratiæ, ib. n. 13.
Narrativam factam Summo Pontifici impugnare non poteſt Reſignatarius, diſcept. 119 num. 12.

Nationalitas, Natio.

Privilegia concesſa ſuæ Nationi Civitas habet intereſſe defendendi, diſcept. 122. n. 2.
Nationalitas requiſita ad Canonicatus Eccleſiæ non verificatur in Originariis, ſed in Nationalibus domiciliaris, & quomodo, diſcept. 122. per tot.

Natura.

Natura mortalium inclinat ad proſequendum potius, quam inchoandum, diſcept. 102. num. 13.

Negativa.

Negativa quomodo probetur per teſtes, diſcept. 120. num. 5.
Negativa non promotionis infra annum ad Ordines Sacros quomodo probetur, ibid. num. 7.
De natura probationis negativæ eſt excludere omnem poſſibilitatem in contrarium, diſceptat. 143. numer. 21.
Negativa non captæ poſſeſſionis intra terminum reſignatario præfixum a Gregoriana quomodo probanda, ibid. n. 22.
Negativa cujuſcunque legitimi impedimenti eſt probanda in impetratione Beneficii ob negligentiam Beneficiati ſuſcipiendi Presbyteratum, ibid. n. 23.
Negativa probatur ex libris, diſceptat. 153. num. 8.

Negotium.

Negotiis ſæcularibus ſe immiſcere prohibitum eſt Clericis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, diſceptat. 145. n. 4. & ſeqq.
Negotium populare, & pecuniarium prohibetur in Clauſtro Monaſterii, ibid. num. 15.

Nepos.

Nepos quando ſequatur originem avi, diſceptat. 122. num. 3.

Nihil.

Modicum, & nihil æquiparantur ad effectum excludendi ſubreptionem, diſcept. 149. num. 24.

Nobilitas.

Nobilitatis falſa expreſſio, quæ non requiritur de natura Beneficii non vitiat gratiam, diſceptat. 111. num. 10.
Nobilitas inducitur per Officium Judicis, ibidem numer. 11.
Iſta quoad deſcendentes tranſit in nobilitatem generis, ibid. n. 12.
Comprobatur ex matrimoniis contractis cum familiis ſequeſtribus, ib. n. 13.
Et ex antiquitate generis, ib. n. 14.

Nominatio.

Nominatio nova eſt nulla in præjudicium alterius jam præſentatæ Epiſcopo, diſceptatione 140. numer. 24.
Ut nominatio dicatur præſentata Epiſcopo, ſatis eſt ipſum habuiſſe de illa notitiam, ib. n. 25.
Et ſatis eſt nominantem recuſaſſe exhibitionem illius Ordinario eam petenti, ib. n. 26.
Papa conceſſit nominationem ad 40. Cathedrales in Regno Neapolis, & ex qua cauſa, diſcept. 121. n. 11. Vide etiam, diſcept. 160. n. 73.

Novalia.

Pro decimandis Novalibus, vel ſpeciebus ſubrogatis, in quo differat decimator univerſalis a particulari, diſcept. 125. n. 19.

Novitas.

Novitatibus eſt obviandum in materia præeminentiali, diſcept. 149. n. 24.

Novitiatus, Novitius.

In ſtatu Novitiatus, ſeu Novitii adhuc manet Scholaſticus in Societate Jeſu, non obſtantibus tribus votis, diſcept. 126. n. 5.
Novitius æquiparatur, qui poteſt redire ad ſæculum, diſcept. 126. n. 28.
Vide in verbo *Societas Jeſu*.

Nullitas.

Nullitas actus eſt pœna formæ non obſervatæ, diſceptat. 123. num. 51.

O

Oblatio.

OBlationes ſpectant ad Parochum privative ad Epiſcopum, diſceptat. 248. n. 39.

Obligatio.

Obligatio antidolatis non neceſſitat tanquam actus charitatis naturalis, diſcept. 103. num. 30.
Obligatio antidolatis, ſi deducatur in pactum, eſt ſimoniaca, diſcept. 121. num. 10.

Oblivio.

Præſumitur in ſenibus poſt decem annos, diſcept. 111. num. 49.

Obſervantia.

Ex obſervantia exemptio paſſiva poteſt declarari in activam, diſcept. 112. num. 31.
De illius duplici ſpecie, ibid. num. 31.
Obſervantia quæ præſtitit alicui Titulo per longum tempus ſuum verum intellectum, non poteſt illi dare contrarium, ibid. num. 32.
De differentia obſervantiæ interpretativæ, & præſcriptivæ, diſcept. 112. n. 38.
Interpretativa inducitur etiam per unicum actum, & ſine præſcriptione, ib. n. 39.
Ex obſervantia 30. annorum præſumitur Beneplacitum, diſcept. 125. n. 24.
Obſervantia Centenaria vide in verbo *Centenaria*.
Obſervantia Statuti Capitularis, ex quibus probetur, ib. n. 26. 27. & 28.
Obſervantia declarat adimplementum contractus, diſcept. 121. n. 28.

Obſer-

Obſervantia in materia præeminentiali primum locum obtinet, diſcept. 123. n. 26.
Declarat omnem ambiguitatem, ib. n. 27.
Quando eſt quadragenaria facit jus, & juſtum titulum præbet, ib. n. 28.
Obſervantia declaratur ex non facto, diſceptat. 139. num. 12.
Obſervantia ſequens uniformem præſumit antecedentem, diſcept. 149. n. 10.
Obſervantia in præeminentialibus habetur pro aſſiſtentia juris, ib. n. 11. & 12.
Obſervantia ex Decretis proviſionalibus inducta aliquando eſt continuanda, ib. n. 16.
Obſervantiam non faciunt collationes Beneficii factæ per reſignationem in caſu liberæ collationis, diſcept. 150. n. 19.
Nec collationes Ordinarii contra reſervationes Apoſtolicas, ib. n. 21.
Ex obſervantia Centenaria deducitur quævis melior interpretatio, diſcept. 151. n. 28.
Intellectus datus ab obſervantia prævalet alteri quamvis veriori, ib. n. 29.
Amplia, ib. n. 30.
Obſervantia negativa probat affirmativam, diſcept. 156. num. 20.
Obſervantia attenditur in materia gabellæ, diſceptat. 158. num. 27.
Obſervantia explicat, & declarat Indultum, diſcept. 121. num. 22.
Obſervantia proxima fundationi præcipue attenditur pro declaratione rei dubiæ, diſcept. 159. ſub n. 44. §. Habemus.

Obſtaculum.

Per obſtaculi remotionem continuare dicitur in ſuo primævo titulo obtinens ceſſionem Jurium per concordiam, diſcept. 127. num. 7.

Occiſio.

Occiſione Epiſcopi ſecuta, privatur Civitas Dignitate Epiſcopali, diſcept. 108. n. 8.
Pœna hæc an procedat in nece Epiſcopi nondum conſecrati, ac etiam Prælati inferioris habentis Iuriſdictionem Epiſcopalem cum Territorio, ibidem numer. 10. 11. & 12.
Non procedit ſi occiſio Epiſcopi ſecuta fuerit ex odio privato aliquorum Civium, ibidem num. 13. 15. 16. & 30.
Sed ſolum ſi proceſſit ex facto Civitatis, & quomodo, ibid. num. 14.
Civitatis privatio ob occiſionem Epiſcopi an ſit perpetua, vel temporalis, diſcept. 108. n. 34.

Occultans, Occultum.

In præjudicium occultantis probationes habentur pro factis, diſcept. 155. n. 33.
Quod eſt occultum, ſoli Deo innoteſcit, diſcept. 110. num. 33.

Odium.

Quæ ſunt inducta in favorem non debent in odium retorqueri, diſcept. 103. num. 36.

Offenſa.

Offenſa Immunitatis Eccleſiaſticæ dicitur vulnus divini, humanique Juris, diſcept. 158. num. 1.

Officialis.

Officialibus Dataria teſtantibus de ſtylo fides adhibetur, diſcept. 134. n. 10.
Officialis publici relationi ſtandum eſt, diſceptat. 155. num. 21.
Officialibus plena fides præſtanda venit, ibidem numer. 29.
Officialium teſtimonio plena fides adhibetur, diſcept. 158. num. 7.
Officialis ſucceſſor non poteſt habere majus jus, quam anteceſſor, ibidem num. 12.

Officium.

Officium majoris domus Patrimonii Sæcularis exer-

ceri non poteſt per Clericos, diſcept. 145. num. 8. & 19.
Officium executoris teſtamentarii exerceri poteſt per Regulares, ib. n. 10. & 14.
Non tamen Officium Gubernatoris Montis, aut Officium tutelæ, & curæ, ibidem numer. 11. 12. & 13.
Incompatibilitas inducitur per aſſecutionem Officii, diſcept. 112. num. 35.

Omiſſum.

Omiſſum non præſumitur quidquid de jure erat faciendum, diſcept. 123. num. 61.

Onus.

Ab oneribus Cameralibus exempta non ſunt bona Commendarum Religionis S. Stephani, diſcept. 117. num. 12.
Oneribus ſubjacet, qui poſſidet bona in alio loco, licet perſona non ſit ſubjecta, diſceptatione 122. num. 29.
Oneris perpetuitatem demonſtrat perpetuitas commodi correſpectivi, diſcep. 112. n. 37.
Onus celebrandi per ſe ipſum non dicitur proprie Reſidentia, diſcept. 142. num. 25.

Opinio.

In opinationibus inveteratis in foro errorem præſumere abſurdum eſt, diſcept. 152. n. 8.
In dubietate opinionum non fit condemnatio ad repetitionem indebiti, ib. n. 28 & 30.
Opinio unius Doctoris ſufficit ad cauſandam bonam fidem, diſcept. 156. n. 29.
Opinionis mutatio eſt laudabilis, diſcept. 155. n. 2.

Oppidum.

Oppidi appellatione venit etiam Civitas, ſi concurrant circumſtantiæ, diſceptat. 160. num. 30.

Ordinarius.

Ordinarii teſtimonio non defertur, & quando, diſcept. 104. n. 60.
Vide in verbo *Epiſcopus*.
Ordinarii relationi, & voto eſt deferendum, & quare, diſcept. 110. n. 22.
An poſſit conferre primas Dignitates exceptuatas in Concordatis Germaniæ, quæ non excedant valorem ducatorum decem, diſcept. 111. n. 5.
Ordinarius collator an tempore Sedis vacantis poſſit conferre Parochiales vacatas, juxta Decretum per aſſecutionem incompatibilis, diſcept. 133. num. 12. & ſeqq.
Decretum Papæ ſuper Beneficio, quod de eo *Nemo alius præter Romanum Pontificem*, diſponere poſſit, ib. num. 12.
Ordinario non currit terminus ad conferendum primum Beneficium incompatibile, niſi a die, qua capta eſt poſſeſſio ſecundi, diſceptat. 132. n. 30.
Ordinarius conferre poteſt Beneficium vacans de jure, licet non de facto per aſſecutionem alterius, ibidem num. 31.
In Ordinarii Judicio confidunt Sacri Canones, diſcept. 148. num. 42.
Ordinarii collationes contra reſervationes Apoſtolicas non faciunt conſuetudinem, diſcept. 150. numer. 21.
Collatio facta ab Ordinario cum clauſula .. *Omni meliori modo* .. quid importet, diſceptat. 159. numer. 42.
Collatio Ordinarii facta per modum ineptum ſemper ſuſtinetur, ib. n. 43.
Ordinarii collatoris juribus derogatur, quia Ordinarius eſſe non poteſt, qui ſe prætendit viciniorem, diſceptat. 160. num. 41.

Ordo, Ordinatio, Ordinatus.

Promotus ad Sacros Ordines vi conditionali, & cauſativa recipit characterem, non tamen tenetur ad ſervandum votum continentiæ, diſcept. 107. n. 1.
Limita, ut ibidem n. 2. & 3.
Ordinarius recipiens pecuniam ad effectum celebrandi pri-

nam Miſſam, dicitur libere celebraſſe, & ſuam Ordinationem ratificaſſe, ib. n. 4.
Amplia, ſi Clericalem habitum guſtaverit, & non reclamaverit per longum tempus, ib. num. 5. 6. 7. & 8.
Ordinatio nulla ratificatur per celebrationem primæ Miſſæ abſque ulla conditione, ib. n. 12.
Ordinari poteſt per Epiſcopum ſuus familiaris Triennalis vigore Concilii Tridentini, diſceptat. 109. numer. 33.
Secus hodie poſt Conſtitutionem Innocentianam, ibid. n. 36. & 37.
Quæ ſunt Ordinia adempta fuerunt per Concilium Tridentinum Abbatibus Regularibus cum Juriſdictione Epiſcopali, & Territorio ſeparato, diſcept. 212. n. 33.
Ordines conferre non poteſt Epiſcopus in locis exemptis, aut in Territorio ſeparato Prælati inferioris, diſcept. 128. n. 3.
In reſpicientibus Ordinem quomodo intelligatur ſubiectio Territorii ſeparati erga Epiſcopum, ib. num. 4. & 6.
Ordinis exercitium mixturam habet Juriſdictionis, ib. num. 3.
Ordines conferre poteſt Epiſcopus in Eccleſiis Parochialibus exemptis, ib. n. 8.
Quoad collationem Ordinum Abbas Territorii Nullius eſt ſubjectus Epiſcopo viciniori, ſecus quoad Sacramentum Chriſmatis, ib. n. 10. & 11.
Ad Ordines Sacros eſt perpetuo inhabilis homicida voluntarius, diſcept. 254. n. 19.
Nec cum illo Papa diſpenſare ſolet, ib. num. 20. & ſeqq.
Ordinare Eccleſiam idem eſt ac conferre, diſcept. 159. ſub num. 44. §. *Verſamur*.

Origo.

Originem, & forum avi, quando nepos ſequatur, diſcept. 122. n. 3.
Origine vicinus non dicitur, ſed domicilio, ibidem numer. 6.
In loco originis Reus conveniri poteſt, ibid. num. 25. & 26.

Oris Apertio.

Requiritur adverſus Breve cum clauſula *Sublata*, diſcept. 108. n. 2.
Dicitur concesſa, ſi Papa remittat Cauſam contra ſuum Breve, ib. n. 4.
Litis pendentia arguit aperitionem oris, ibid. num. 5. & 6.
Quid requiratur pro obtinenda aperitione oris, ibid. num. 7.

P

Pactum.

PActum debet interpretari contra eum, qui potuit legem ſibi apertius dicere, diſceptat. 121. num. 7.
Pactum factum ab Eccleſia abſque beneplacito, aut præter formam illius, non ſuſtinetur, ibidem numer. 8
Pactum habendi intuitum ad recommendationes non importat coactionem Superioris pro recommendato, ib. n. 9.
Si deducatur in pactum obligatio antidotalis, eſt ſimoniaca, ib. n. 20.
Pactum circa refectionem melioramentorum eſt ſervandum ab Eccleſia, diſcept. 121. n. 18.
Pacta dicuntur pars contractus, diſcept. 138. n. 21.

Papa.

Quod Papa fecit in favorem, non præſumitur feciſſe in odium diſcept. 235. n. 17.
Papæ mens deducitur ex ſolito, ib. n. 22.
Papæ Judicatum facit ſtatum etiam pro aliis cauſis, diſcept. 149. n. 6.
Papa poteſt, etiam invito Prælato, bona unius Eccleſiæ conferre, & dare alteri, diſcept. 160. n. 39. & 44.
Papæ eſt reſervatum novas Cathedras erigere, non obſtante diſſenſu Epiſcoporum, diſceptat. 160. numer. 47.

Paramenta.

Paramenta ſacra, licet deſtinata ad cultum divinum, obnoxia ſunt creditoribus, diſceptat. 136. num. 3. 8. & 14.

Parentes.

Parentum mores imbuunt filii converſando cum illis, diſcept. 146. n. 19.
Parentum vitia vitioſos faciunt filios, ibid. n. 20.

Parochialis, Parochus.

In Parochialibus pleno jure unitis Monaſterio Regulari Epiſcopus habet jus viſitandi jure Ordinario in concernentibus curam animarum, diſceptat. 101. num. 13.
Contrarium, n. 14. & 22.
Parochi Regulares poſſunt cogi ab Epiſcopo ad interveniendum Congregationibus caſuum conſcientiæ, diſcept. 101. n. 29.
Qualis locus illis debeatur in hujuſmodi Congregationibus, ib. n. 30. & 32.
Parochis nuncianda eſt viſitatio ab Epiſcopo per litteras præmonitoriales, diſcept. 101. n. 33.
Non debet Epiſcopus gravare populum mittendo Nuncios, ſeu Præcurſores, declara, & diſtingue, ut ib. n. 34. 35. & 36.
Epiſcopi in Parochiis Regularium non habent liberum arbitrium, ſicuti in Parochiis Sæcularium, diſcept. 101. n. 37.
In Parochialibus examen eſt de forma; & quoties aliquis eſt proviſus de alia Parochiali, eſt de novo examinandus, diſcept. 104. n. 21.
Retentio librorum Parochialium eſt Parocho reſervata, diſcept. 104. n. 51.
Vicarii amovibiles non impediunt Parochum principalem in exercitio curæ, ib. n. 31.
Ad Parochum ſpectat jus dandi licentiam aſſiſtendi matrimoniis, ib. n. 33.
Item facere deſcriptiones in libris matrimoniorum, ib. num. 54.
Alia vide in verbo *Cura Animarum*.
In concurſu duarum Eccleſiarum, quarum una ſit Parochialis, & dicatur Matrix, & altera Collegiata, ad quam ſpectet antepulſatio campanarum in Sabbato ſancto, diſcept. 106. per tot.
Alia vide in verbo *Eccleſia*.
In præelectione facienda in concurſu ad Parochialem quomodo Epiſcopus procedere debeat, juxta formam Concilii, diſcept. 109. n. 1.
Si gravaverit in præeligendo, gravatus in gradu appellationis habet jus obtinendi Parochialem, probato gravamine, ib. n. 2.
Difficiliter redarguitur de irrationabili judicium Ordinarii in præelectione, etiamſi rejecerit magis litteratum, ib n. 3.
Non præſumitur rationabile, ſi præelectus extitit ad Parochialem familiaris ipſius Epiſcopi, ibidem num. 4.
Irrationabilitas oritur ex præelectione familiari ipſius Epiſcopi, ib. n. 7.
Ex quibus conjecturis talis irrationabilitas præſumatur, ib. n. 10. & ſeq.
Parochialis eſt adjudicanda per Judicem appellationis rejecto contra præelectum ab Epiſcopo, ſi conſtet de illius majoribus meritis, ib. n. 14.
Ad Parochialem præferri meretur qui eſt magis gratus populo, diſcept. 109. n. 26.
Ab aſſecutione Parochialis qualis diffamatio attendatur, ibid. n. 29.
Exempla ad oſtendendam irrationabilitatem præelectionum ſuorum familiarium factarum ab Epiſcopis, diſcept. 109. n. 30. & ſeq.
Quando non aſſiſtat præſumptio præelectioni factæ ab Epiſcopo in concurſu, ib. n. 34.
Parochialis non vacat per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, & Suffraganeatum, diſcept. 111. num. 33.
Limita, ſi Suffraganeatus ſit perpetuus, ibidem numer. 34.
Eccleſia Parochialis poteſt eſſe ſimul Collegiata, diſcept. 116. n. 12.
Parochia filialis ſi erigatur in Collegiatam, præcedit ſuam Matricem, diſcept. 116. n. 48.
Limita, ſi Matrix poſtea erigatur in Collegiatam, ib. num. 49.
Parochis non decimantibus, ubi Parochiæ non ſunt diſtinctæ

Digitized by Google

ſtiodæ Epiſcopus eſt in ſua Diœceſi decimator univerſalis, diſcept. 125. n. 22.
In Parochialibus reſervatis alia reſervatione, quam ob vacationem in Curia locum habet *Text. in cap. ſi Apoſtolica de præbend. in 6* diſcept. 133. n. 12.
Limita, ſi Parochialis reſervata fuerit per ſpeciale decretum Collationi Papæ, ib. n. 13. 14. & 15.
In Parochialibus devolutis ob negligentiam, vel non ſervatam formam Concilii Tridentini, locum non habet *Text. in cap. ſi Apoſtolica de præbend.* in 6. ib. num. 23.
Nec etiam procedit in Beneficiis Curatis, & Eccleſiis Parochialibus Collegiatis, ib. n. 29.
Parochialis Eccleſia incompatibilis eſt cum quolibet Beneficio habente reſidentiam continuam, diſceptat. 142. n. 9. & 18.
Etiamſi Beneficium ſit ſub eodem tecto, ibidem num. 10. 11. & 13.
Parochus tenetur celebrare per ſeipſum diebus dominicis, & feſtivis, limita, ut ibi, diſcept. 142. n. 15.
Si ſit occupatus in celebratione Miſſæ Conventualis in Cathedrali, vel Collegiata, poteſt per alium celebrare Miſſam pro populo in Eccleſia Parochiali, ibid. n. 16.
Parochi tenentur ſervire per ſeipſos, non autem per ſubſtitutos, ibid. n. 17.
Parochi officium in quo conſiſtat, ib. n. 19.
Dicitur continuo occupatus ſine momento temporis vacuo, ib. n. 20. & 22.
Nec poteſt eſſe Confeſſarius Monialium, ibidem numer. 21.
Nunquam deficit proprio officio, quando explet functiones Parochiales, ib. n. 23.
Parochi reſidentia differt ab illa Canonici, diſcept. 152. num. 26.
An Parochialis Eccleſia, vel tumulus vocata intelligatur, ſi quis inſtituat hæredem animam ſuam, vel Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, diſceptat. 158. per tot.
Comparative ad Parochialem præſumitur potius affectio ad Eccleſiam, ubi adeſt ſepulchrum majorum, ibid. num. 22.
Parochiales Eccleſiæ hodie minus diliguntur, quam aliæ, ibid. n. 18.
Parochialis Eccleſia, in quibus habere recompenſam ratione adminiſtrationis Sacramentorum, ibidem numer. 21.
Relictum Teſtatoris, qui duas habeat Eccleſias Parochiales, cuinam debeatur, ib. n. 27.
Parochialis Eccleſia hodie minus frequentatur per Chriſti fideles, ib. n. 33.
Parochiali Eccleſiæ non debetur hæreditas relicta animæ, ſed Epiſcopo, ibidem numer. 38. 53. 54. & ſeqq.
Declara, ut num. 41.
Ad Parochum privative ad Epiſcopum ſpectant oblationes, diſcept. 148. n. 39.
Pro erectione novæ Parochialis legitima cauſa eſt diſtantia animarum ab antiqua, diſceptat. 160. numer. 10.
Diœceſi aliud non eſt niſi Parochia, ibid. num. 35.
Pro erectione novæ Parochiæ non attenditur diſſenſus Parochi, ibidem num. 46.

Particulæ.

Particulæ documenti non eſt ſtandum, ſed tranſumpto integro, diſcept. 137. n. 34.
Particulæ *tam*, & *quam* ſignificant copulatum, diſcept. 135. numer. 9.

Pater.

Patris civilitatem filius ſequitur, diſcept. 222. numer. 7.
Patre deportato & ex gratia Principis reſtituto ad bona confiſcata, adhuc legitima debetur filio, diſcept. 226. n. 45.

Patronatus, Patronus.

Concilium Tridentinum revocans Patronatus ex Privilegio non habet locum in privilegia juris eligendi, diſcept. 159. num. 18.
Patronus qui habet juſpatronatus activum, non poteſt contradicere primo vocato, diſceptation. 129. numer. 18.
Patronus Eccleſiaſticus poteſt plures ſimultanee præſentare Ordinario ad Beneficium, diſcept. 140. numer. 20.
Patronorum majori parte præſentante plures, non valet impetratio Apoſtolica in eorum præjudicium ex ſuppoſito diſcordiæ, aut defectus juris ad rem, diſcept. 140. n. 46.
Inter Patronos quando dicatur adeſſe diſcordia, ibidem num. 47.
Inter Patronos non adeſt diſcordia, ſi major pars illorum plures præſentaverit, ib. n. 58.
Conſenſus Cardinalis Patroni, vide in verbo *Familiaris*.
Patronatus ad Cathedrales, vide in verbo *Nominatis*.

Penſio, Penſionarius.

Penſionis translatio facta in laicum an valida ſit ex defectu Clericatus ante obitum transferentis, diſcept. 114. n. 2. & ſeqq.
Communior opinio eſt pro validitate translationis, ibid. num. 8.
Quæſtio dependet a qualitate Indulti, an reddat translationem conditionalem, quoad ſubſtantiam, vel quoad executionem, ib. n. 9.
Penſionis translatio eſt conditionalis quoad ſubſtantiam, ſi clauſula — *poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus* — adjecta eſt ipſi translationi, ibid. num. 11.
Eſt conditionalis quoad executionem, ſi prædicta clauſula adjecta ſit reſpectu exactionis penſionis, ibidem n. 12. & 13.
Translatio, & reſervatio penſionis conditionaliter facta, conditione reſpiciente executionem, dicitur pura, ib. n. 14.
Penſio authoritate Papæ poteſt valide reſervari laico, licet habere debeat effectum, poſtquam iſte Clericali charactere fuerit inſignitus, ib. n. 16.
Penſionis translatio pure facta in laicum Clericali charactere inſigniri volentem vigore ſpecialis Indulti transferendi — *aut Clericis, aut Clericali charactere inſigniri volentibus* — eſt valida, ibidem numer. 17.
Penſionis translatio eſt valida, ſi Indultum transferendi ſit conditionale quoad executionem, non autem quoad ſubſtantiam, ibidem numer. 18. 19. & 20.
Papa intelligens dare Indultum transferendi penſiones conditionaliter in cauſa Clericatus ſuſcipiendi, hoc ſpecialiter exprimere ſolet, ut in Indultis pro Conclaviſtis, ib. n. 24.
In Indultis familiarium talis expreſſio non habetur, ib. num. 25.
In translationibus penſionum, quæ fiunt in articulo mortis, Indultum transferendi nunquam poſſet effectuari, ſi Clericatus ante obitum transferentis requireretur, diſcept. 114. n. 26. & 27.
Clericatus quoad Beneficia requiritur de jure; ſecus quoad penſiones, ib. n. 28. & 29.
Translatio penſionis pura, & conditionata ſub conditione Clericatus in quo differat, ibidem numer. 30.
Penſionis translatio facta pure quoad ſubſtantiam pure operatur, ib. n. 34.
Indultum transferendi penſiones in Clericali charactere inſigniri volentes non habet ſubauditum intellectum, ſi & poſtquam Clericali charactere inſignitus fuerit, ib. n. 35. 36. & 37.
Penſio eſt onus reale cohærens Beneficio, diſcept. 136. num. 13.
Penſionario non datur hypotheca ſuper bonis Epiſcopi ad cultum Divinum deſtinatis, ibidem numer. 15.
Penſio retineri poteſt in ſtatu conjugali ex privilegio militis Lauretani, diſcept. 144. n. 7.
Pro retentione penſionis in ſtatu conjugali an detur revalidatoria Indulti obtenti tempore non habili poſt contractum matrimonium, ib. per tot.
Penſio per contractum matrimonii qua ratione amittatur, ib. n. 12.
Penſio extinguitur, ſi exigantur ejus termini ante expeditionem litterarum, ib. n. 14.
Penſionem ex hoc capite extinctam Sedes Apoſtolica aliquando revalidavit, ibidem numer. 15.
Penſio amittitur ob aſſumptionem militiæ Pontificiæ, ib. num. 17.
Penſionem amiſſam ex hoc capite Sedes Apoſtolica aliquando revalidavit, ib. n. 17.
Penſio non dicitur extincta per matrimonium, donec pendet lis ſuper ejus validitate, ib. n. 19.
Indultum retinendi penſionem in ſtatu conjugali obtentum, durante lite ſuper validitate matrimonii, dicitur obtentum tempore habili, ib. n. 22.
Amplia, ut num. 23.

In materia Penſionis pluries Sede Apoſtolica conceſſit gratias *perinde valere*, ut referunt exempla, diſcept. 144. n. 28. & ſeqq.
Ad effectum ſuſtinendi penſionem valor Beneficii probatur per decennium diſtributum per quinque annos ante, & quinque poſt, diſcept. 151. per tot.
Et ſufficit valoris probatio per ſex annos, partim ante, & partim poſt, ib. n. 16. & 17.
Ad impugnandam penſionem, valoris probatio ſpectat ad Titularem, diſcept. 152. n. 26.
Penſio reſervata ſuper Beneficio ad favorem Reſignantis non eſt odioſa, ſed favorabilis, ib. n. 32.
Nec eſt odioſa, ſi propter ejus magnitudinem diſtribuatur partim ſuper Beneficio reſignato, & partim ſuper accomodato per tertium, ib. n. 33.
De ſtylo hujus diſtributionis, ib. n. 34.
In valore Canonicatus computantur diſtributiones, quando penſio reſervata fuit etiam ſuper illis, ibidem num. 35.
Penſio valide imponitur ſuper diſtributionibus, licet iſtæ non dentur abſentibus, diſcept. 152. n. 42.
Penſio impoſita ſuper duobus Beneficiis debetur ex ſingulis pro viribus, ib. n. 43.
Non dicitur unica, & individua reſpectu utriuſque Beneficii, itaut corruat in totum, non verificato valore unius, ib. n. 22.
Penſiones an imponantur ſuper juribus Principum, & Regum ſub clauſulis generalibus, ib. n. 46.

Periculum.

Ad periculum animarum obviandum ſummopere indulgent Sacri Canones, diſcept. 108. n. 37.
Periculum quando eſt in mora, conſilii executio retardanda non eſt, diſcept. 146. n. 33.

Permiſſum.

Permiſſum cenſetur in materia prohibitiva quidquid non requiritur expreſſe prohibitum, diſceptat. 137. num. 2.

Petitorium.

Pro obtinenda gratia contra ſubreptionem ſufficit ultimus ſtatus, & petitorium inſervit pro futuris vacationibus, diſcept. 104. n. 26.
Petitorium, & poſſeſſorium deciditur per centenariam, ib. n. 27.

Piſcatio.

Piſcationis Jus a nemine prohiberi poteſt etiam in fundo alieno, neque a Provinciarum Præſidibus, diſcept. 113. n. 1. 2. & 11.
In jure piſcationis attenditur conſuetudo loci, diſcept. 113. num. 19.
Piſcationem prohibere non poſſunt Barones ſubordinati, diſcept. 113. n. 22.
Et quando ſecus, ib. n. 23.
Jus piſcationis ultra Juriſdictionem comprehenditur per jus Territoriale, ib. n. 30.
Piſcationem prohibere non poſſunt Eccleſiaſtici in Terris ſuarum Abbatiarum, diſcept. 113. n. 29.

Pluralitas.

Pluralitas Beneficiorum de Jure non cauſat incompatibilitatem, ſi omnia adæquent ſufficientem ſuſtentationem, diſcept. 118. n. 11.
Pluralitas hujuſmodi ante Concilium an eſſet permiſſa ultra, vel intra congruam in una eademque perſona, ib. num. 16.
Vide in verbo *Beneficium*.

Pœna.

Nullam pœnam meretur qui facit quod debet, exprimendo id, quod exprimere tenetur, diſcept. 104. n. 25.
Pœna quæ militat in uno caſu, non eſt alteri applicanda, diſcept. 108. n. 33.
Pœna formæ non obſervatæ eſt nullitas actus, diſcept. 123. n. 51.
Pœna eſt nullitas actus, ibid. n. 52.
Inhibitio facta ſub pœna excommunicationis majoris contra fundatum in conſuetudine remanet inſubſiſtens, diſcept. 123. n. 67.
Pœna excommunicationis majoris dicitur omnium maxima apud Eccleſiam, ib. n. 68.
Ex quibus cauſis, & quomodo relaxanda, ibid. num. 69. 70. & 71.
Duæ pœnæ dari non debent pro eodem delicto, diſcept. 133. n. 10.
Pœna carceris inducit juſtum metum, diſceptat. 146. num. 9.
Pœna ex cauſa eſt augenda, diſcept. 125. n. 36.
De pœna interficientis Epiſcopum, diſcept. 108. num. 10. & ſeqq.
In pœnis, & pœnalibus non fit extenſio, ibid. ſub numer. 11.
Pœnam civitas non meretur, ſi non occidit Epiſcopum, ſed cives, ib. n. 14.
Pœna ſuos tenere debet auctores, ib. n. 14. in fine.
Civitas occidens Epiſcopum, an eo privetur ad tempus, vel perpetuo, ib. n. 34.

Pontificalia.

Epiſcopo exercenti Pontificalia in Eccleſiis Regularium eſt erigendum Baldachinum, diſcept. 101. n. 15.
Viſitatio non eſt actus Pontificalis, ib. n. 16.
Quales ſint functiones Pontificales, ib. n. 16.
Occaſione viſitationis Epiſcopi accedant pontificaliter induti ad viſitandum SS. Eucharistiam, & adminiſtrent Sacramentum Chriſmatis, ib. n. 18.
Abbates S. Salvatoris, & Congregationis Lateranenſis in tribus anni feſtivitatibus pontificaliter celebrant ſub Baldachino, ib. n. 19.
Epiſcopus prohibere poteſt Abbatibus exercitium Pontificalium extra Eccleſias ſibi ſubjectas, diſcept. 101. numer. 38.
Poſſunt Abbates uti Inſigniis Pontificalibus intra ambitum, vel Parochiam ſibi pleno Jure ſubjectam, ibidem num. 39.
An ad hunc effectum requiratur, quod Regulares in Eccleſiis ſibi ſubjectis habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ib. n. 40 & 41.
Quale in hac materia eſſe debeat privilegium Abbatum, ib. n. 42.
Uſus Pontificalium in Abbatibus intelligitur, abſente Epiſcopo, non autem ipſo præſente in functionibus, ib. n. 43.
Pontificalia, & ſupellectiles Eccleſiæ remanent affectæ creditoribus Epiſcopi defuncti, diſceptat. 136. numer. 3.
Ex illis in ſubſidium ſatisfaciendum eſt creditoribus defuncti Epiſcopi, ib. n. 5. 6. 12. 16. 18. & ſeqq.
Non obſtante Conſtitutione Piana, quæ juridice intelligitur, deducto prius ære alieno, ib. n. 7.
Vigore ejuſdem Conſtitutionis Pontificalia pertinent ad Eccleſiam, licet ex ejus fructibus non provenerint, diſcept. 136. n. 4.
Pontificalia exercente Epiſcopo in Collegiata, quando aſſiſtere debeant Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ, diſcept. 146. n. 1. & 2.

Poſſeſſio.

Poſſeſſio continuata rei judicialiter impugnatæ oſtendit impugnationem fuiſſe rejectam, diſcept. 116. numer. 38.
Poſſeſſio pacifica ſecundi Beneficii incompatibilis requiritur, ut primi inducatur vacatio, diſceptat. 134. num. 2. & ſeqq. & diſcept. 135. n. 2.
Adepta poſſeſſione ſecundi, proviſus non tenetur dimittere primum, niſi intra bimeſtre, ibid. num. 7. & ſeqq.
Quaſi poſſeſſio impeditur per actum proteſtatum, diſcept. 155. n. 37.
Et probanda eſt proprietas, ib. n. 38.
Vide in verbo *Beneficium*.

Poſſeſſorium.

Sacra Congregatio judicat in poſſeſſorio in materia, ubi de jure ſufficit poſſeſſio, diſceptation. 104. numer. 6.
Tam poſſeſſorium, quam petitorium deciditur per centenariam, diſceptat. 104. num. 27.

Præcedentia.

Præcedentia in Synodo præſcripta per Conſtitutionem Synodalem non extenditur ad præcedentiam in alio loco, diſcept. 101. n. 31.
Præcedentia debetur Eccleſiæ Collegiatæ antiquiori, diſcept. 116. n. 2.
Item inſigni, ib. n. 3. & 30.

An

An competat præcedentia Matrici, ſi Parochia filialis erigatur in Collegiatam, & quid, ſi etiam Matrix erigatur poſtea in Collegiatam, ib. n. 48. & 49.
Præcedentia competit Cardinali juniori Ordine majori ſupra alium antiquiorem in Cardinalatu, ſed Ordine inferiorem, ſecus ſi iſte poſtea aſſequatur eundem Ordinem, ib. n. 50.
An hoc etiam procedat quoad Canonicos, ib. n. 52.
Præcedentia manus dexteræ diſtinguit prærogativam perſonæ dignioris, diſcept. 149. n. 14.

Præceptor.

Præceptor Cardinalis an dicatur illius familiaris, diſcept. 105. n. 37.

Preces.

Preces, & ſuaſiones, quamvis importunæ, non cauſant metum cadentem in conſtantem virum, diſcept. 110. num. 49.

Primariæ Preces.

Primariis precibus ad incompatibilia renunciatum cenſetur per aſſecutionem alterius incompatibilis, diſcept. 134. n. 44.

Prædicator.

Jus eligendi Prædicatorem Regularem proprii Ordinis vel Sæcularem, aut Regularem alterius Ordinis in Parochialibus unitis Monaſteriis Regularium ſpectat ad Abbatem, non autem ad Epiſcopum, diſcept. 101. n. 1. & ſeqq.
Amplia, etiamſi eleemoſyna ſolvatur Prædicatori per Communitatem, ib. n. 11.
Modus providendi de Prædicatore in Parochialibus pleno Jure unitis Monaſterio Regulari qualis eſſe debeat, ib. n. 8.

Prædium.

Prædia ob abſentiam domini deteriorantur in cultura, diſcept. 108. n. 39.
Prædia modici valoris alienari poſſunt abſque beneplacito Apoſtolico, diſcept. 121. n. 15.
Quæ dicantur prædia modici valoris, ib. n. 16.
In illorum alienatione requiritur ſemper aſſenſus Epiſcopi, ib. n. 17.

Prælectio.

Vide in verbo *Parochialis*.

Præeminentia.

Præeminentia antepulſationis campanarum competit Eccleſiæ ratione dignoritatis, non autem Parochialitatis, diſcept. 106. n. 11. 12. & 26.
In præeminentialibus obſervantia habetur pro aſſiſtentia Juris, diſcept. 149. n. 12. & 12.
In præeminentialibus novitatibus eſt obviandum, ibid. num. 14.

Præjudicium.

Præjudicium nemo pati debet ex facto alieno, diſcept. 125. n. 8.
Præjudicium non conſideratur in reductione rei ad priſtinum ſtatum, diſcept. 144. n. 27.
Præjudicium non infertur poſſeſſoribus Beneficiorum unitorum vita durante in unionibus faciendis de Jure eſt, diſcept. 160. n. 36.
Præjudicium niſi magnum non attenditur in gratiis de ſui natura præjudicialibus, ib. n. 50. & 51.
Præjudicium non fit per unionem Eccleſiæ Ordinario loci, ubi illa exiſtit, diſcept. 160. n. 54.

Prælatio.

Prælationis qualitas eſt maior litteratura, quæ cognoſci poteſt in novo examine, diſcept. 109. n. 15.
Prælationis qualitas eſt maior experientia, ib. n. 17.
Servitium Eccleſiæ eſt qualitas prælationis, ib. n. 18.
Maior ætas eſt qualitas prælationis, ib. n. 19.
Prælationis qualitates, quæ ſint, vide ibid. num. 20. & ſeqq.
Prælationem ad Parochialem meretur, qui eſt magis gratus populo, ib. n. 26.
Vide in verbo *Parochialis*.

Prælatus.

Prælatus inferior an poſſit acquirere Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato per præſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato, diſcept. 112. n. 7. & per tot.
Prælatus inferior cum Territorio ſeparato, ex quibus probetur, diſcept. 160. n. 31.
Prælato inferiori poteſt Epiſcopus concedere Jura Epiſcopalia per modum Vicariæ perpetuæ, diſcept. 160. num. 77.

Presbyter, Presbyteratus.

Presbyteri Sæculares non poſſunt admitti a Regularibus ad celebrandum in ſuis Eccleſiis, ſi non habent licentiam Epiſcopi, vel ſunt ab ipſo ſuſpenſi, & prohibiti, diſcept. 101. n. 26.
Presbyteri exteri ſine commendatitiis proprii Epiſcopi nequeunt admitti ab alio Epiſcopo ad celebrandum in eius Diœceſi, ib. n. 27.
Poſſunt aſſiſtere matrimoniis ex delegatione Parochi, vel Epiſcopi, etiamſi non ſint approbati ad curam animarum, diſcept. 104. n. 46.
Presbyterorum, & Clericorum appellatione olim intelligebantur Canonici, diſcept. 116. n. 8.
Impetrans Beneficium ob negligentiam Beneficiati ſuſcipiendi Presbyteratum probare tenetur negativam cuiuſcunque legitimi impedimenti, diſceptat. 143. num. 23.

Præſcriptio.

Præſcriptione quadragenaria cum titulo colorato an poſſit acquiri Territorium ſeparatum cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali, diſcept. 112. n. 6. 7. & per tot.
Præſcriptione ordinaria induci non poteſt ſeparatio Territorii Epiſcopalis, diſcept. 112. n. 2.
Per iſtam præſcribi poſſunt actus particulares, non autem Territorium abſque privilegio Papæ, ibidem num. 3.
Non ſufficit ad acquirendum Territorium, ib. num. 6. & 7.
Ratio, ob quam non ſufficit præſcriptio quadragenaria cum titulo colorato, ib. n. 9.
Præſcriptio Juriſdictionis eſt privatio, quæ ſupponit ſituationem in Diœceſi, ib. n. 8. & 50.
Præſcriptio quadragenaria cum titulo colorato non ſufficit ad præſcribendum Jus cognoſcendi cauſas matrimoniales, & criminales, diſcept. 112. n. 1. & 19.
Quod non ſufficit ad præſcribendam partem, nec ſufficit ad præſcribendum totum, ib. n. 16.
De abſurdo, ſi quadragenaria præſcriptio ſufficeret ad acquirendum Territorium, ib. n. 17.
Præſcriptio quadragenaria cum titulo non æquipollet immemorabili, ib. n. 18. 49. & 51.
In quibus non æquipolleat, ib. n. 20.
Præſcriptio quadragenaria non ſufficit niſi pro actibus particularibus, non autem pro acquirendo Territorio ex ſenſu Sacr. Congregationis Concilii, diſcept. 112. n. 22.
Et reſpondetur contrariis, ib. ex n. 24. ad 47.
Præſcriptione quadragenaria poſſunt præſcribi actus particulares, manente habitu Juriſdictionis apud Epiſcopum, ib. n. 17.
Præſcriptio dari non poteſt poſt Concilium, ibid. numer. 29.
Ex quibus dicatur interrupta, ib. n. 36.
Nemo præſcribit, quod ſuum eſt, ib. n. 40.
Decimarum præſcriptio in dubio non cenſetur realis contra fundatum in Jure, diſcept. 125. n. 14.
Præſcriptio dari non poteſt inter conſocios, & participes decimarum, diſcept. 125. n. 15.
Nulla datur præſcriptio contra Regulam 8. Cancell. & Concordata Germaniæ, diſcept. 150. per tot.
Præſcriptio, & privilegium ſimul haberi non poſſunt, nec allegari, diſcept. 159. n. 19. & 20.
Præſcriptio non datur ob malam fidem reſultantem ex allegatione privilegii, ib. n. 21.

Præſens.

Præſens accidentaliter in Curia non deſinit eſſe abſens, diſcept. 130. n. 14.
Præſens in Curia conſtituere poteſt procuratorem ad reſignandum, ib. n. 20.
Alia vide in verbo *Abſens*, *Abſentia*.

Præſentatio, Præſentatus.

Præſentatio, quam faciunt Patroni extra præſentiam Superioris Eccleſiaſtici, nunquam talis eſt, niſi eidem Superiori exhibeatur, diſcept. 19. n. 20.

Superſtiti collitiganti præſentato per compatronum non datur ſubrogatio gratiola ſi alter compatronus ultra defunctum præſentavit alium ſubordinate, diſcept. 127. n. 32. & 13.
Præſentatio ſecundi accumulati non eſt conditionalis, quoad ſubſtantiam, ſed quoad effectum, ibidem numer. 34.
Dat Jus quæſitum ab initio, non obſtante, quod conditio, quoad effectum purificetur extra lapſum quadrimeſtria, ibid. num. 35.
Inter præſentatos, pendente lite, non currit terminus quadrimeſtris, ib. n. 36. & 37.
Præſentationis acceptatio facienda eſt intra terminum quadrimeſtria, ib. n. 38.
Præſentatio non dicitur effectuata, niſi mediante inſtitutione per rem judicatam, alias durat prima vacatio, ib. n. 39. & 42.
Ex duobus primo, & ſecundo loco præſentatis, ſi primus decedat, ſecundus evadit primus, ac ſi ſolus fuiſſet præſentatus, ib. n. 40.
Inter plures præſentatos nemini eſt Jus quæſitum, diſcept. 140 n. 10.
Declara, ut n. 27. 28 29. 45 & ſub n. 49.
Præſentatione jam facta Epiſcopo de electione, ſeu nominatione electi, ſi alia fiet electio, vel nominatio nulla eſt, diſcept. 140. n. 24.
Ut talis præſentatio dicatur facta Epiſcopo, ſatis eſt, ipſum habuiſſe notitiam de nominatione, ſeu electione, ib. n. 25.
Et ſatis eſt nominantem recuſaſſe exhibitionem nominationis Ordinario petenti, ib. n. 26
Præſentatione facta per majorem partem Patronorum de pluribus non valet impetratio Apoſtolica in eorum præjudicium ex ſuppoſito diſcordiæ, aut defectu Juris ad rem, ib. n. 46.
Præſentatio de pluribus per majorem partem Patronorum, aut Collegii, non dicitur facta in diſcordia, ſed in concordia, diſcept. 140. n. 48 & 49.

Præſes.

Præſes Capituli legitimare debet Vocales, diſcept. 155, num. 25.
Vide in verbo *Electio*.

Præſumptio.

Præſumptio ſiniſtra quando militet in actu, diſcept. 159. num. 19.
Præſumptiones, & poſſibilitates cedunt veritati, diſceptat. 131. n. 38. & diſcept. 151. n. 11.
Præſumptio militat contra non exhibentem, diſceptat. 139. n. 20.

Princeps.

Principes ſupremi in caſtigandis delictis moderatione uti gloriantur, diſcept. 108. n. 33.
Jus Territorii more Principis cum mero, & mixto Imperio nemo prætendere poteſt in Statu Eccleſiaſtico, diſcept. 113. num. 20.
Princeps infeudando non intelligitur transferre ſuperioritatem independentem, ib. n. 21.
Quod fecit Princeps in favorem, non præſumitur feciſſe in detrimentum, diſcept. 135. n. 17.

Principium.

Principio infecto, corruunt actus conſecutivi, diſcept. 108. n. 41.

Privilegium.

Privilegium Principis latiſſime intelligitur in præjudicium ipſius concedentis, diſcept. 105. n. 32.
Intereſt Civitati defendere privilegia conceſſa ſuæ Nationi, diſcept. 122. n. 2.
Privilegii qualitas in omni materia eſt attendenda, ib. num. 11.
Privilegium exemptionis ab onere decimarum non extenditur de bonis præteritis ad futura, diſcept. 125. num. 7.
Ex privilegio dari poteſt decimator univerſalis, diſcep. 125. n. 20.
Privilegium etiam in limine fundationis derogatur per Regul. 8. Cancell. diſcept. 150. n. 8.
Privilegio vero revocato per legem eo magis revocatum cenſetur præſumptum, ib. n. 9.
In acquiſitione ſecundi privilegii non eſt neceſſaria mentio primi obtenti, diſcept. 151. n. 9 & 10.
Per ſecundum privilegium quando non cenſeatur revocatum primum, Ibid. n. 15. 18. & 20.
Privilegium oſtendit Jus commune eſſe in contrarium, diſcept. 159. n. 8.
Privilegia Juris eligendi non revocantur per Concilium Tridentinum, revocans Patronatus ex privilegio, ib. num. 18.
Privilegium, & præſcriptio ſimul eſſe non poſſunt, nec allegari, ib. n. 19. & 20.
Ex allegatione privilegii non datur præſcriptio ob malam fidem reſultantem ex illo, ib. n. 21.
Privilegio dicitur renunciari per non uſum, ſeu contrarium uſum, diſcept. 159. n. 24.
Privilegia obtenta in ſtatu inferiori non pereunt per aſſecutionem majoris Dignitatis, diſcept. 160. n. 58.
Privilegium exemptionis non amittitur poſt ſæculariſationem Eccleſiæ, ib. n. 6.

Probatio.

Probationes ſemel in Judicio rejectæ non attenduntur, diſcept. 113. n. 12.
Probatio, quæ ſubſequitur, eſt patefactio præteriti latentis, diſcept. 150. n. 43.
Probatio non reſultat ex actu, qui eſt in quæſtione, diſcept. 153. n. 10.
Ad probationem etiam in antiquis non ſufficit una enunciativa, ſed duæ requiruntur, ib. n. 14.
Probationes habentur pro factis in præjudicium occultantis, diſcept. 155. n. 33.

Proceſſus.

Proceſſus Curiæ laicalis an probet contra Clericum, & quando illi teneatur ſtare Judex Eccleſiaſticus, diſcept. 154. n. 11. & 16.
Vide in verbo *Judex*.

Procurator.

Procuratoris confeſſio non afficit principalem, ſi ſit erronea revocata per principalem, & improbata per Judicem, diſcept. 116. n. 33.
Procuratores debent eſſe tuti de expenſis, & expeditionibus, diſcept. 130. n. 16.
Procurator ſimpliciter conſtitutus non indiget revocatione, ib. n. 11.
Procurator ad reſignandum conſtitutus per præſentem in Curia valide præſtat conſenſum tempore, quo Reſignans reperitur abſens, diſcept. 130. n. 19.
Procuratorem ad reſignandum conſtituere poteſt præſens in Curia, ib. n. 20.
Procurator variare non debet mandati verba in expreſſionibus, diſcept. 147. n. 28.

Productio.

Productio ſerotina ſcripturarum dat ſuſpicionem earum illegalitatis, diſcept. 159. n. 50.

Profeſſio, Profeſſus.

Profeſſionis ratificatio non inducitur, niſi probata ſcientia ratificantis de nullitate actus, diſcept. 107. numer. 21.
Profeſſio emiſſa per conſenſum coactum non ſuſtinetur, diſcept. 110. n. 2.
Suſpiria emiſſa in actu Profeſſionis probant, ibidem num. 8.
Immo etiam reclamationes poſteriores, ib. n. 8.
Reclamationes ſtatim poſt emiſſam Profeſſionem magis comprobant animum fictæ Profeſſionis, ibidem numer. 41.
Ad annullandam Profeſſionem probandus eſt conſenſus coacte datus, diſcept. 110. n. 10.
Ad annullandam Profeſſionem ſufficit probare conſenſum fictum ſine vi, & metu, ibidem num. 11. 23. & ſeqq.
Quid, ubi in foro externo conſenſus fictus probari non poſſit, ib. n. 12. & 34 in fine.
Conſenſus fictus in actu Profeſſionis probatur in foro externo per indicia, & vehementes præſumptiones, ib n. 13. & 18
Proteſtatio antecedens probat conſenſum fictum, ib. n. 14 & 15. vide n. 37. & 40.
Quando non cenſeatur receſſum ab hac proteſtatione, ib. n. 36.
Continuatio proteſtationis magis probat animum fictum, ib. n. 19.
Juramento Profeſſi quando ſit credendum ſuper conſenſu ficto, ib. n. 40.
Qualis ſit cauſa honeſta pro annullanda Profeſſione ex cauſa conſenſus ficti, diſcept. 110. n. 43.
Religioſus dare volens de nullitate ſuæ Profeſſionis debet reclamare intra quinquennium, ibidem num. 44.
Poſt lapſum quinquennii non datur reſtitutio in integrum adverſus Profeſſionem nullam cum ſimplici
pro

probationum ſumo. ibidem num. 25.
Sed ſequitur, quo ſit vehemens, & faciat pluſquam ſemiplenam probationem, ib. n. 26.
Profeſſionem emittens cum conſenſu ficto ex cauſa inhoneſta cogitur permanère in Monaſterio, ibidem num. 30.
Stante nullitate Profeſſionis ex cauſa fictionis conſenſus, de qua Religioſus ſit conſcius, an poſſit in foro interno deſerere habitum, & Religionem, ibidem num. 12. & 32.
Religioſo opponenti de defectu proprii conſenſus in Profeſſione emiſſa non creditur, diſcept. 210. n. 53.
Conſenſus fictus in actu Profeſſionis efficitur improbabilis ſine cauſa ſimulandi, ib. n. 34.
Ex quibus actibus excludatur conſenſus fictus in Profeſſione, ib. n. 43.
Profeſſio non irritatur per minas, quæ illatæ non ſunt ad effectum extorquendi conſenſum, ibid. numer. 47.
Per Profeſſionem Regularem filii debetur legitima matri diſcept. 126. n. 2. & 3.
Profeſſum non facit emiſſio trium votorum ſimplicium in Societate Jeſu, ſed ſcholaſticum approbatum, ibid. num. 4.
Vide in verbo *Societas Jeſu*.
Profeſſio in Societate Jeſu quomodo inducatur, diſcept. 126. n. 6.
Profeſſione ſolemni ſecuta hæredis gravati ſubſtitutus ſuccedit in fideicommiſſo, ibid. n. 17.
Profeſſionis naturæ repugnat retentio bonorum, & capacitas illa acquirendi, ib. n. 22.
Profeſſione non ſecuta, aut nulliter facta, donatio, aut renunciatio bonorum facta in ſæculo reſolvitur, ibid. n. 30. & ſeqq.
Per Profeſſionem hæredis gravati non admittitur ſubſtitutus in præjudicium tertii, cui ille donaſſet, aut vendidiſſet bona, ib. n. 44. & 45.

Prohibitio.

Prohibitio exigendi ultra ſolitum quid importet, diſcept. 158. n. 11.

Promiſſio.

Coactus injuſte promittere libere non promittit, diſcept. 103. n. 81.

Protectio.

Receptio rerum, & perſonarum ſub protectione eſt ſignum ſubjectionis, diſcept. 113. n. 19.

Proteſtatio.

Proteſtationes oſtendunt animum coactum, etiamſi ſint extrajudiciales, & clandeſtinæ, diſceptat. 180. num. 7.

Protonotarius.

Protonotarius, & Collectoria ſunt duæ reſervationes perſonales, diſcept. 103. n. 19.

Provincia.

Provinciarum Præſides non poſſunt prohibere Jus venandi, & piſcandi, quod a nemine prohiberi poteſt, diſcept. 183. n. 1. 2. & 12.

Provincialis.

Quis proprie dicatur Provincialis, diſcept. 122. n. 24.

Proviſio.

Primæ Dignitates poſt Pontificalem providentur in forma gratioſa, & in forma *Dignum*, & quando, diſcept. 104. n. 15.
Proviſio in forma *Dignum* datur in Beneficiis Reſidentialibus, licet non curatis, ib. n. 16.
Proviſio in forma *Dignum* cum examine non probat Beneficium curatum, ib. n. 17.
Maxime ſi fuit aliquando proviſum in forma gratioſa, ibid. n. 28.
Praxis providendi in forma gratioſa, diſceptat. 104. num. 23.
In Beneficiis curatis nunquam fit proviſio in forma gratioſa, ib. n. 24.
Proviſio Dignitatum, & Canonicatuum non eſt ſubreptitia, ſi omittatur mentio curæ animarum, diſcept. 104. n. 38.
Proviſio primarum Dignitatum in Germania de ſtylo Cancellariæ fit ex reſervatione Regulæ 4. diſcept. 122. num. 9.

Proviſiones per Dataricm factæ tanquam de prima Dignitate probant Collegialitatem Eccleſiæ, diſceptat. 116. n. 34.
Proviſiones antecedentes præſumuntur, ſtantibus ſubſequentibus, contrario non probato, ib. n. 44.
Proviſio Apoſtolica requiritur, ut ſit valida Collatio tertii Beneficii ſimplicis, diſcept. 118. n. 23.
Proviſio Beneficii facienda ad ſupplicationem alterius non dicitur libera, & ſupplicatio eſt expectanda, diſcept. 121. n. 3.
Ad effectum providendi uni, & eidem perſonæ poſſunt concurrere plures gratiæ, ſi inter ſe ſint compatibiles; ſecus ſi incompatibiles, diſcept. 151. num. 6. 7. & 23.
Modus providendi mutatur, mutato ſtatu Eccleſiæ receptitiæ in numeratam, diſcept. 159. n. 16.
Et Epiſcopus acquirit Jus conferendi loco conſenſus, ib. num. 37.

Proxeneta.

Proxenetæ creditur circa factum proprii Officii, diſcept. 102. num. 43.

Prudentia.

Prudentia eſt differre negotium, ut interim ceſſent obſtacula, diſcept. 160. n. 79.
Et honeſtas rerum cauſas, niſi adhibeatur Judicium, ſeu prudentia, pernicioſi exitus conſequuntur, ibidem.
Multa, quæ provideri non poſſunt, fortuito in melius cadunt, ib. num. 80.

Publicatio.

Ex defectu publicationis litterarum juxta Gregorianam non valet impetratio, ſi reſignatio Beneficii fuerit ineffectuata, diſcept. 143. n. 2.
Publicatio refertur ad litteras reſignationis, non ad ſupplicationem, ib. n. 5.
Publicationis obligatio non intrat in reſignatione ineffectuata ex defectu conſenſus Patris, & Papæ, ib. n. 11. & 12.
Publicationis negativa quomodo probetur, diſcept. 143. n. 18. 19. 20. & 21.

Puer.

Pueri uſque ad annum 12. capaces ſunt recipiendi mores, & ritus parentum, diſcept. 146. n. 30.
Pueri Hebræorum baptizati, inſciis, & invitis parentibus, an ſint illis reſtituendi, ibid. numer. 14. & ſeqq.
Quid de filiis Hæreticorum, ib. num. 27. & 28.

Pulſatio.

Pulſatio, ſeu antepulſatio campanarum in Sabbato Sancto ſpectat ad Eccleſiam Cathedralem, vel Matricem, diſcept. 106 n. 1.
Campanarum antepulſatio in concurſu duarum Eccleſiarum, quarum una ſit Collegiata, & altera Parochialis, & dicatur Matrix, ad quam ſpectet, ib. n. 2. 6. & per tot.
Alia vide in verbo *Eccleſia*, & verbo *Matricitas*.

Q

Quadragenaria.

PEr Quadragenariam inducitur ſtatus Beneficii, diſcept. 104. n. 10.
Quadragenaria præſcriptione cum titulo colorato, an poſſit acquiri Territorium ſeparatum cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, diſcept. 112. per tot.
Quadragenaria cum titulo colorato non ſufficit ad præſcribendum jus cognoſcendi cauſas matrimoniales, & criminales, ib. n. 13. & 19.
De abſurdo ſi Quadragenaria cum titulo ſufficeret ad præſcribendum Territorium, ib. n. 17.
Quadragenaria cum titulo non æquipollet immemorabili, ib. n. 18. 49. & 91.
In quibus non æquipolleat, ib. n. 20.
Quadragenaria præſcriptione, an poſſint acquiri actus particulares, ib. n. 22. & 27.
Quadragenaria cum titulo non æquipollet Centenariæ allegatæ pro titulo, non autem pro præſcriptione, ib. num. 48.
Quadragenaria facit jus, & juſtum titulum præbet, diſcept. 183.
Quadragenaria dicitur conſuetudo antiqua, diſcept. 156. num. 88.
Quadragenaria ſimplex ſufficit, ut Epiſcopus acquirat jus

conferendi ex conſuetudine, diſcept. 159. n. 25.
Capitulum ad præſcribendum jus conferendi probare debet Quadragenariam cum titulo, ib. n. 26.
Per Quadragenariam ſecularizatur Abbatia Regularis, diſcept. 160. n. 38.

Quadrimeſtris.

Quadrimeſtris non currit, pendente lite inter præſentatos, diſcept. 127. n. 36. & 37.
Intra terminum quadrimeſtris facienda eſt acceptatio præſentationis, ib. n. 38.

Qualitas.

Qualitas, & ſtatus Beneficii inducitur per Quadragenariam, fortius per Centenariam, diſcept. 104. n. 10.
Qualitas Curata in Beneficiis debet Papæ exprimi præciſe, & in individuo, ib. n. 11.
Qualitas Curata Beneficii eſt concludenter probanda, alias præſumitur ſimplex, ib. n. 18.
Qualitas prælationis eſt major litteratura, diſcept. 109. num. 15.
Qualitates prælationis, quæ ſint, ib. n. 17. & ſeqq.
Qualitates privilegiorum in omni materia ſunt attendendæ, diſcept. 122. n. 12.
Qualitas requiritur tempore contractus, nec attenditur ſuperveniens, diſcept. 153. n. 19.

Quindennium.

Quindennium non debetur ex unione Beneficiorum facta pro erigendis Canonicatibus, diſcept. 139. n. 3. & 5.
Quindennium, qua ratione debetur, ib. n. 4.
Quindennium, & Annata non debentur ſimul pro unione Beneficiorum, ibi. n. 6.
Quindennium debetur ex unione facta maſſæ diſtributionum Capitali, ib. n. 7.
Etiamſi plura Beneficia ſint unita uni, vel pluribus Beneficiis collativis, ib. n. 11.
Quindennium an debeatur, declaratur ex obſervantia, ib. n. 11.

R

Ratificatio.

Ratificatio Ordinationis inducitur, ſi ordinatus recipiat pecuniam ad effectum celebrandi primam Miſſam, diſcept. 107. n. 4.
Amplia, ſi Clericalem habitum geſtaverit, & non reclamaverit per longum tempus, ibidem num. 5. 6. 7. & 8.
Ratificatio non inducitur, niſi probata ſcientia ratificantis de nullitate actus, ib. n. 9. 15. & 21.
Ratificatio Ordinationis nullæ inducitur per celebrationem primæ Miſſæ abſque aliqua coactionem, ib. num. 13.
Ratificatio excluditur, quando actus ad aliam cauſam referri poteſt, ib. n. 16. & ſeqq.
Per ratificationem necis Epiſcopi Civitas dicitur Rea, diſcept. 108. n. 27.
Quando hujuſmodi ratificatio excludatur, ibid. num. 22. & ſeqq.
Ratificatio non præſumitur facta per Titulares ſucceſſores ſi ignoraverint bona Eccleſiæ nulliter fuiſſe conceſſa in emphyteuſim, diſcept. 155. n. 26.
Ad inducendam ratificationem qui requiratur, diſcept. 155. n. 46.
Ad illam excludendam ſufficit mera dubitatio, ibid. num. 57.
Ratificatio Epiſcopi æquiparatur mandato, diſcept. 157. n. 9.

Ratio.

Rationes ponderat Sacra Rota, non auctoritatum numerum, diſcept. 102. n. 35.
Ratio non neceſſitans ſi exprimatur per legem, fit neceſſaria, & quando, diſcept. 103. n. 31.
Ubi non eſt eadem ratio, dari non poteſt legis extenſio ib. n. 32.
Ratio vitandi abſurdi quid operetur, diſceptat. 103. num. 26.
Et eſt potentiſſima, diſcept. 104. n. 45.
Ex ratione, & ſubſtantia legum, non ex cortice verborum, eſt judicandum, diſcept. 106. n. 9.
Ratio naturalis prævalet in conflictu Doctorum, diſcept. 113. n. 6.
Rationem reddere non tenetur dominus ſuo miniſtro, diſcept. 123. n. 60.
Ratio, quæ nimis probat, non eſt admittenda, diſcept. 156. n. 9.
Rationis ſubſtantia, non materialitas caſus attenditur, diſcept. 159. n. 37.

Ratiocinium.

Ratiocinia, & argumenta non attenduntur, diſcept. 124. n. 28.

Recipiens.

Inter dantem, & recipientem debet eſſe diſtinctio diſcept. 123. n. 24.

Reclamatio.

Reclamationes poſteriores probant coactionem Profeſſionis, diſcept. 100 n. 8.
Emiſſæ ſtatim poſt Profeſſionem comprobant animum fictæ Profeſſionis, ib. n. 25.

Recurſus.

Qui recurrit ad Judicem oſtendit, ſe non habere juriſdictionem, diſcept. 113. n. 26.
Recurſus ad Judices laicos, quando non ſit illicitus, diſcept. 155. n. 66.

Recuſatio.

Recuſans reſpondere videtur cognoſcere veritatem rei, ſuper qua eſt interrogatus, diſcept. 155. n. 32.

Reditus.

Redituum Canonicatus tenuitas, ex quo probetur, diſcept. 151. n. 31.
Ad hunc effectum non conſiderantur ſoli reditus Præbendæ, ſed etiam diſtributiones, & incerta, ibidem num. 32.

Reductio.

Reductio cenſus non poteſt fieri ab Eccleſiis, aliiſque locis piis abſque beneplacito Apoſtolico, diſcept. 102. n. 1.
Contrarium eſt verius, ib. n. 2. & pluo. ſeqq.
Ut reductio cenſus dicatur facta bona fide, an requiratur debitorem requiſiviſſe Eccleſiam cum ſacco parato ad reſtituendam ſortem, diſcept. 102. n. 16.
Probatio requiſitorum pro valida reductionem cenſus, quando fieri debeat per debitorem, vel Eccleſiam, ibidem n. 17. & 18.
Reductio cenſus, ex quibus circumſtantiis dicatur facta bona fide per Eccleſiam, ib. n. 21.
Reductio fructuum ſtabilium facta ex reformatione Ven. Servi Dei Innocentii XI ib. n. 22.
Reductio cenſus, ut ſit facta bona fide, non eſt probandum, quod ejus debitor haberet tot pecunias de proprio, ſi poterat eas ab alio reperire, ib. n. 27.
In reductione cenſus non requiritur beneplacitum Apoſtolicum, ib. n. 33. & 34.
Reductis fructibus prædiorum, juſta eſt reductio fructuum cenſus, diſcept. 102. n. 42. & 43.

Refectio.

Pactum circa refectionem melioramentorum eſt ſervandum ab Eccleſia, diſcept. 121. n. 18.

Referens.

Quando probet ſine relato, diſcept. 131. n. 9.
Non præſumitur diſcrepare a relato, ib. n. 13.
Non probat ſine relato, diſcept. 131. n. 16.

Regularis.

Regularibus prohibitum eſt ſe immiſcere in negotiis ſæcularibus, diſcept. 145. n. 5. & ſeqq.
Regularibus permiſſum eſt officium executoris teſtamentarii, ib. n. 10. & 14.
Limita, ut num. 19.
Non eſt permiſſum officium Gubernatoris montis, aut tutelæ, & curæ, ib. n. 11. 12. & 13.
Regularibus ſunt interdictæ adminiſtrationes ſæculares, ibidem num. 18.
Regulares quo cauſa adminiſtrare poſſint aliquid de licentia Superioris, diſcept. 145. num. 22.
Pro Regulari male ſe gerente in adminiſtratione ſæculari non tenetur Monaſterium, ibid. num. 29.
Regularis tranſlatus ad aliud Monaſterium non habet vocem in Capitulo primi Monaſterii, diſcept. 155. n. 27. Vide in verbo *Electio*.
Regulares tenentur erigere Baldachinum in ſuis Eccleſiis pro Epiſcopo ibi exercente Pontificalia, diſceptat. 121. num. 15.

Quo

Quo caſu non teneantur erigere Baldachinum in ſuis Eccleſiis, ibidem num. 17.
In Eccleſiis Regularium exemptis non poteſt Epiſcopus chriſmare, limita, & declara, ibid. nu. 20. & 21.
Regulares non poſſunt admittere ad celebrandum in ſuis Eccleſiis Presbyteros ſæculares, non habentes licentiam Epiſcopi, vel ab ipſo ſuſpenſos, & prohibitos, diſcept. 101. num. 26.
Poteſt Epiſcopus prohibere, ne Regulares illos admittant, niſi prius ab ipſo viſis commendatitiis, ibidem num. 28.
Poteſt cogere Parochos Regulares ad interveniendum Congregationibus caſuum conſcientiæ, ibid. n. 29.
Qualis locus illis debeatur in hujuſmodi Congregationibus, ibidem num. 30 & 32.
In Parochiis Regularium non habent Epiſcopi latum arbitrium, ſicuti in illis Sæcularium, diſcept. 101, num. 37.

Regula Cancellariæ.

Regula 32. *Cancellariæ* de conſenſu Cardinalis Patroni locum non habet, ſi ejus familiaris moriatur ante conſecutionem juris in re, diſcept. 105. num. 7.
Habet locum in primis Dignitatibus reſervatis *ex regula* 3. ibidem num. 8.
Ceſſat, ubi concurrunt duæ reſervationes reales, ibid. num. 9.
Reſervatio *regula* 3. & *regula* 8. eſt realis, ibidem num. 10.
Vide in verbo *Reſervatio*.
Regula 32. *Cancell.* de conſenſu Cardinalis non habet locum in Beneficiis reſervatis per obitum Officialis Papæ, & ſimul familiaris Cardinalis, diſcept. 105. n. 35.
Nec etiam in reſervatis per obitum familiarium Papæ, & Cardinalium, ibidem num. 32.
Regula 4. *Cancell.* excepiuata fuit in Concordatis Germaniæ, diſcept. 111. num. 1.
Reſervat Papæ primas Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis, ibidem num. 2.
Ex reſervatione *regula* 4. *de ſtylo Cancellariæ* providentur primæ Dignitates in Germania, ibidem num. 6.
Regula de Annali procedit etiam in Beneficiis Eccleſiaſticis, ibidem num. 18.
Contra reſervationem *regula* 4. nullum ſuffragatur Indultum, diſcept. 112. num. 38. 39. & 40.
Regula 15. revocat Indulta conceſſa in limine fundationis, ibidem num. 41.
Diſtingue, & limita, ibidem num. 42. & 43.
Derogat Indultis ſive anterioribus, ſive poſterioribus *regula* 4. ibidem num. 45.
Derogat Indulto gratioſo, quod concederet, quod de jure competit, ibidem num. 46.
Limita, ut, ibidem num. 46.
Regula 43. *Cancellariæ* quid diſponat, diſcept. 119. n. 2.
Regula de triennali requirit titulum coloratum, diſcept. 120. num. 2.
Illumque præſumit, ibidem num. 8.
Non ſuffragatur non promoto infra annum ad Ordines Sacros, vel gradum Magiſterii, vel Doctoratus, ibidem num. 3.
Nec contra Decreta Concilii, & regulas Cancellariæ, ibidem num. 4.
An tueatur poſſidentem incompatibilia, & non promotum infra annum ad Ordines Sacros, ibid. n. 6.
Regula de triennali, an locum habeat contra reſervationes ex regulis Cancellariæ, ibidem num. 13.
Quid reſpectu aliarum diſpoſitionum, quæ continentur in regulis, ibidem num. 14.
Regula 29. *de ſubrog.* deſumpta fuit *ex cap.* 2. *ut lit. pendent. in* 6. diſcept. 27. num. 9.
Regula 45. *Cancell.* quid diſponat, diſcept. 130. n. 1.
Sub hac regula non comprehenditur caſus mixtus, ib. num. 12.
Emanavit ad tollendas fraudes, ibid. n. 15.
Eidem derogari, ſolet, ibid. num. 18.
Regula de infirmis locum habet, etiamſi Reſignans ſit ſanus tempore mandati ad reſignandum, diſceptat. 130. num. 33.
Regula de Annali locum habet favore Reſignantis, diſcept. 147. num. 5.
Regula 8. *Cancell.* Auctor fuit Nicolaus V. diſcept. 150. num. 2.
Contra regulam 8. non eſt allegabilis Centenaria, nec etiam immemorabilis, ibidem per totam.
Regula 8. derogat privilegiis etiam in limine fundationis conceſſis, ibidem num. 8.
Derogat etiam immemorabili conſuetudini diſponendi de Beneficiis, ibid. num. 10.
Regulæ reſervatoriæ, ubi ſunt dubiæ, interpretari poſſunt per Centenariam, ibid. num. 12.

Relatio.

Relationi Secretarii, & Officialis publici ſtandum eſt, diſcept. 155. num. 21.
Relationi, & voto Epiſcopi eſt deferendum, & quare, diſcept. 110. num. 22.
Relatio facienda eſt ad proxima, diſcept. 131. num. 24.

Religio.

Monachus translatus ad aliam Religionem non adimit bona priori Religioni acquiſita ex ſua perſona, diſcept. 103. n. 13.

Religioſus.

Religioſus dicere volens de nullitate ſuæ Profeſſionis, debet reclamare intra quinquennium, diſcept. 110. num. 24.
Religioſorum tres claſſes dantur in Societate Jeſu, & quales ſint, diſcept. 126. num. 7.
Vide in verbo *Societas Jeſu*.

Remiſſoria.

Pro remiſſoria præſtant ſumum teſtes nulliter examinati, diſcept. 152. num. 49.
Remiſſoria tam in prima, quam ſecunda inſtantia quando concedatur, ibidem num. 47. & 48.
Quando concedatur abſque retardatione, ibidem numer. 54.

Renovatio.

Renovatio non competit, quando Eccleſia vult bona ſibi ammenſare, diſcept. 131. num. 30.
Conſuetudo coactiva renovandi quomodo probetur, ibidem num. 31. & 32.
Quomodo excludatur, ibidem num. 33.
Renovandi conſuetudinem excludit res judicata, ibidem num. 34.
Renovationem petentes proximiores in emphyteuſi tenentur etiam recipere cum pactis, & conditionibus, quæ ab extraneis offeruntur, diſcept. 131. num. 43.
Renovatio, ſeu nova conceſſio bonorum Eccleſiæ, quæ ſolita ſunt concedi, debet fieri cum evidenti utilitate Eccleſiæ, diſcept. 153. num. 24.
Hujus utilitatis probatio ad quem pertineat, ibidem num. 25.
Vide in verbo *Emphyteuſis*.

Renunciatio.

Renunciatio facta in ſæculo ex cauſa ingreſſus in Religionem, eſt conditionalis, quatenus ſequatur Profeſſio, diſcept. 126. num. 30. & 31.
Inducit conditionem ſuſpenſivam impedientem tranſlationem dominii, donec ſequatur Profeſſio, ibidem num. 32.
Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem non dicitur purificata in Societate Jeſu per emiſſionem trium votorum, ibidem num. 35.
Renunciatorum bonorum fructus ante Profeſſionem ſpectant ad donantem, ibidem num. 33.
Renunciatio bonorum facta in ſæculo ante ingreſſum, & facta poſt ingreſſum juxta Conſtitutiones Societatis Jeſu, in quo differat, ibidem num. 37.
Si Scholaſticus in Societate Jeſu renunciaret uſumfructum, ſeu vitalitium, ex ejus jure retinet illum Renunciatarius uſque ad Profeſſionem, ibid. n. 38.
Item ſi renunciaverit fideicommiſſum, ibid. n. 39.
Renunciatum cenſetur liti ſuper primo Beneficio per aſſecutionem pacificam ſecundi, diſcept. 134. num. 39. & 40.
Renunciatio juris ſui non præſumitur, ſi quis habuiſſet fundamentum illud ſuſtinendi, diſcept. 139. n. 52.

Res.

In rebus decidendis non attenditur qualis ſit caſus, ſed qualis contingere poſſit, diſcept. 103. num. 24.

Reſcriptum.

Gratiam factam in Beneficialibus abſque reſcripto ſed hactenus per Papam quando valeat, itaut per Pontificem ſucceſſorem expediri poſſint litteræ in forma *rationi congruit*, diſcept. 141. per totam.
Reſcripta Sacræ Congregationis cum clauſula — *In caſu, de quo agitur* — non poſſunt allegari in aliis cauſis, diſcept. 101. num. 8.
Reſcriptum Sacræ Congregationis, in quo aliquid remittitur Epiſcopo, quando dicatur excitatorium juriſdictionis Ordinariæ, non autem delegatorium, diſcept. 102. num. 14.

Reſervatio.

Ubi concurrunt duæ reſervationes reales, locum non habet *regula* 32. *Cancell.* de conſenſu Cardinalis Patroni, diſcept. 105. num. 9.

Reſer-

Reſervatio *regula* 3. & *regula* 8. eſt realis, ibidem numer. 10.

Conſenſus Cardinalis locum habet ſi adeſt una reſervatio realis, & altera perſonalis, ibidem num. 11.

Ubi concurrit reſervatio perpetua *regula* 3. una cum diſcontinua *regula* 8. attenditur prima, & non ſecunda, ibid. num. 12.

Declaratur in caſu, quo ſuperflua eſſet reſervatio ſecunda; ſecus e contra, ibid. num. 13.

Reſervatio diſcontinua ratione menſis poteſt concurrere cum continua *regula* 3. diſcept. 105. num. 14.

Indultum conceſſum Cardinalibus Epiſcopis de conferendo reſervata ceſſat ubi concurrunt duæ reſervationes coæquales, ibidem num. 15.

Familiaritas Cardinalis non attenditur, ſi concurrat illa Papæ, nec ſunt duæ reſervationes impedientes Indultum, ib. n. 16. & 21.

Vide in verbo *Familiaris*.

Reſervationes perſonales quales ſint, ib. n. 7.

Reſervatio perſonalis inducitur per Conclaviſtatum diverſa ab illa familiaritatis Papæ, ibidem num. 19.

Protonotariatus, & Collectoria ſunt duæ reſervationes perſonales, ibidem num. 19.

Reſervatio perſonalis ratione Officiorum non multiplicatur, ſi in eadem perſona multiplicentur officia, ibidem num. 20.

Quatuor ſunt reſervationum ſpecies, & quales, diſcept. 105. num. 22.

Reſervatio ratione temporis, & loci reducitur ad realem, ibid. n. 23.

Omnis affectio inducit reſervationem realem, non autem perſonalem, ibid. num. 24.

Una reſervatio, & una affectio non tollit Indultum conferendi reſervata, diſcept. 105. num. 25.

Reſervatio ſpecialis dicitur affectio per appoſitionem manus Papæ, diſcept. 105. num. 26.

Sub reſervatione *regula* 4. *Cancell.* cadunt primæ Dignitates, quæ ſunt exceptuatæ in Concordatis Germaniæ, diſcept. 111 num. 1. & ſeqq.

Vide in verbo *Dignitas*.

Reſervationes accidentales, ſeu diſcontinuæ ceſſant, Sede vacante, non tamen reales, ibid. n. 8.

Reſervatio Beneficiorum inducta ab *Extravaganti ad Regimen. de Præbend.* procedit quoad Beneficia, pro quibus data fuit retentio, ibidem num. 16.

Et quoad vacantia per aſſecutionem officiorum quorumcunque, ibid. num. 17.

Reſervatio *Extravag. ad Regimen* non habet locum in proviſione ſecundi Beneficii facta auctoritate Ordinarii, ibidem num. 19.

Per retentionem utriuſque Beneficii incompatibilis vacat utrumque, & reſervatum remanet, licet ſecundum fuerit auctoritate ordinarii proviſum, diſceptat. 111. num. 20 & 21.

Ut primum maneat reſervatum, vel non per aſſecutionem ſecundi attenditur menſis, in quo capta fuit poſſeſſio, ibidem num. 22.

Reſervata manent Beneficia juxta *Extravag. ad Regimen* per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, & Suffraganeatum, diſceptat. 111. num. 37.

Contra reſervationem *regula* 4. nullum ſuffragatur Indultum, ibid. n. 38. 39. & 40.

In Parochialibus reſervatis alia reſervatione, quam ob vacationem in Curia, locum habet *Text. in cap. Si Apoſtolica de Præbend. in* 6. diſcept. 133. numer. 12.

Limita, ſi Parochialis reſervata fuerit per ſpeciale Decretum collationi Papæ, ibid. n. 13 12. & 15.

Reſervatio ob aſſecutionem incompatibilis eſt generalis, ibidem num. 16.

Reſervatio ſpecialis non expirat per obitum Papæ, & de ratione appoſitionis manus, diſcept. 133. num 19.

Contra reſervationes Apoſtolicas Centenaria ſine qualitate coactiva non ſufficit, diſcept. 150. num. 7. & 23.

Contra regulam reſervatoriam menſium non eſt allegabilis Centenaria, ibidem per totam.

Ad evitandas reſervationes, an pro certo Beneficio ſuffragari poſſit Centenaria, vel Immemorabilis, ibid. num. 14.

Contra reſervationes Apoſtolicas conſuetudinem non faciunt collationes Ordinarii, ibidem num. 21.

Reſervatio primæ Dignitatis in Cathedralibus quando inceperit, diſcept. 159. num. 54.

Reſidentia.

Ad effectum reſidentiæ non differt Suffraganeus Epiſcopi ab Epiſcopo, diſcept. 112. num. 35.

Vacantia trium menſium a reſidentia Eccleſia conceſſa per Concilium Tridentinum locum non habet, ubi ex Statuto, vel Conſuetudine minoris temporis vacantia permittitur, diſcept. 115. per totam.

Contra Eccleſiæ reſidentes probant libri Capitulares, ibidem num 28.

Contra Coadjutorem non reſidentem non proceditur ad illius privationem, juxta formam Concilii Tridentini, ſicut contra Canonicum, diſcept. 133. n. 7.

Reſidentia præciſa in Cappellania, per quod inducatur, diſcept. 142. num. 3.

Reſidentia ſi ſit diſcontinua, ceſſat incompatibilitas, ib. num. 6.

Declara, ut num. 7. & 8.

Vide in verbo *Beneficium*.

Reſidentia Parochi differt ab illa Canonici, ſeu Archidiaconi, ibidem num. 26.

Reſidentia proprie non cenſetur ab onere celebrandi per ſe ipſum, diſcept. 142. num. 25.

Reſignans, Reſignatarius, Reſignatio.

Ob reſignationem nulliter factam Beneficium vacat per obitum reſignantis, diſcept. 105. num. 1.

Reſignatio facta ſcienter nulliter inducit vacationem per reſignationem, & Beneficium remanet affectum Sedi Apoſtolicæ, ib. n. 2.

Ut reſignatio dicatur facta ſcienter nulliter, quid requiratur, ib. n. 3. & 4.

Stante reſignatione cum litteris *in forma Dignum*, Beneficium non vacat per obitum reſignatarii, diſtinguo ue, ibidem num. 5. & 6.

In reſignatione conſenſus formalis qualis ſit, diſcept. 119. num. 3.

Mandatum pro reſignatione facienda quid continere debeat, ibid. n. 2.

Conſenſus præſtitus reſignationi ſine mandato Procuræ eam reddit nullam, ibidem num. 5.

Reſignatio facta coram Notario, & teſtibus reſolvitur in conſenſum futuræ reſignationis faciendæ coram Papa, ibidem n. 7. 8. 9. 10. & 11.

Reſignatarius impugnare nunquam poteſt narrativam factam Summo Pontifici, diſcept. 119. n. 12.

Conſenſus requiſitus ex regula 45. non ſufficit, ut præſtetur in Partibus, ſed præſtari debet in Cancellaria per Procuratorem ſpecialem, diſcept. 119. num. 13.

Non habens mandatum ad præſtandum conſenſum reſignatione juxta ſtylum ſe obligat ad illud producendum intra certum terminum, ibid. n. 14.

Reſignatio poteſt contractari, ſi conſenſus adhuc præſtitus non ſit in Cancellaria, ib. n. 16.

Reſignationis ſubſtantiam reſpicit conſenſus in illam, ibidem num. 17.

In reſignatione non ſufficit conſenſus tacitus, ibidem num. 22.

Quid operetur in reſignatione clauſula — *ſive præmiſſa &c.*, & ad quem finem apponatur, ibid. num. 23. 24. & 25.

Indultum loquens de reſignatione non extenditur ad Coadjutoriam, diſcept. 119. n. 6. & 7.

Reſignationis appellatione venit Coadjutoria, ibidem num. 8.

Indultum prohibitivum reſignationis Beneficiorum emanatum favore certarum perſonarum contra eas non torquetur, ib. n. 19.

Reſignantis pœnitentiæ locus non eſt poſt extenſum conſenſum, diſcept. 130. n. 2.

Conſtituens Procuratorem ad reſignandum in favorem, non poteſt, eo revocato, reſignare ſimpliciter in manibus Ordinarii, & reſignatio facta per Procuratorem licet poſterior prævalet anteriori factæ coram Ordinario, ib. n. 4.

Reſignatio dicitur facta tempore adimpleti mandati, non autem temporis, quod datum fuit, ib. n. 5.

In reſignatione conſenſus formalis eſt acceſſorius ad conſenſum cauſalem, ib. n. 6.

In reſignatione ſub quia die extendatur conſenſus, ib. num. 10.

In reſignatione ſi conſenſus extenſus ſit per Notarios Cancellariæ, præſumptio eſt, quod fuerit legitime præſtitus, ib. n. 17.

Reſignationi conſenſum valide præſtat Procurator conſtitutus per præſentem in Curia tempore, quo iſte reperiatur abſens, ib. n. 19.

Ad reſignationem faciendam præſens in Curia conſtituere poteſt Procuratorem, ib. n. 20.

Si reſignans ſit ſanus tempore mandati ad reſignandum, adhuc locum habet regula de Infirmis, diſceptat. 130. num. 23.

Poſt obitum reſignantis quando admittatur extenſio conſenſus, ibid. n. 25.

In reſignationibus, & coadjutoriis ultra montes quo tempore apponatur data cum antidata, ibidem numer. 26.

In aliis quando reſtituatur componenda poſt extenſum conſenſum, ibid n. 27.

An renunciari poſſit Beneficium, lite pendente cum impetratore, diſcept. 133. per totam.

Canonicus poteſt reſignare Canonicatum, lite pendente ſuper illo cum impetratore, ib. n. 2.

Limi-

Limita, & declara ne, ibidem num. 2.
Lis introducta contra reſignantem continuat cum reſi-gnatario, ibid. num. 3.
Si reſignans decedat, lite pendente cum impetratore, non competit iſti ſubrogatio gratioſa, ibidem num. 5.
Reſignare poteſt in favorem proviſus ab Ordinario primum incompatibile ante captam poſſeſſionem, ſecus poſt, diſcept. 134. n. 36.
In reſignatione Beneficii ineffectuata ceſſat impetratio ex defectu publicationis, diſcept. 143. n. 2.
Reſignatio effectuata non dicitur niſi per expeditionem litterarum, ibid. num. 3. & 4.
Ad litteras reſignationis refertur publicatio juxta Gregorianam, ibid. n. 5.
Reſignationis littera non expeditis, Beneficium vacat per mortem reſignantis, diſcept. 143 n. 7. & 8.
A reſignante jus non dicitur abdicatum ante litterarum expeditionem, ibid num. 9.
Reſignatio quando dicatur, ineffectuata, ibidem num. 10.
In reſignatione ineffectuata obligatio publicandi non intrat ex defectu conſenſus Patris, & Papæ ibidem n. 11. & 12.
Reſignatio in favorem quando abdicat Jus a reſignante, ibidem num. 13.
Reſignatio juris, quod quis habet vigore ſupplicationis, litteris non expeditis, an admittatur, ibidem num. 14.
Si reſignationis gratia non utitur reſignatarius, obligatio publicandi non intrat, ibid. n. 15.
Reſignatario mortuo intra tempus datum ad publicandum Beneficium vacat per obitum, non autem per non publicationem, ibidem num. 16.
In reſignationibus publicationis negativa quomodo probetur, ib. n. 18. & ſeqq.
Negativa non captæ poſſeſſionis intra terminum reſignatario præfixum a Gregoriana quomodo probanda, ib. num. 22.
Reſignantis favore locum habet regula de Annali, diſceptat. 147. num. 5.
A reſignante non abdicatur jus, præmortuo reſignatario ante captam poſſeſſionem, diſceptat. 147. num 6. & 7.
Id procedit in litteris reſignationis in forma commiſſaria, ſecus in gratioſa, ibid. n. 8.
Procedit etiam in litteris reſignationis in forma gratioſa, & in quo caſu, ibidem num. 9.
Litteræ reſignationis Beneficii, ad cujus titulum quis eſt ordinatus, non dantur niſi in forma Commiſſa, eta cum clauſula — *conſtito*, & *dummodo*, ibidem num. 10.
Hujuſmodi clauſula reſpicit ſubſtantiam gratiæ, & conditionem ſuſpenſivam, ib. n. 11.
Litteræ reſignationis ſuper hujuſmodi Beneficio verificari debent, citato reſignante, ib. n. 12.
Et executor in illarum executione ſubrogare debet bona reſignantis in locum Beneficii, ib. n. 13.
Litteris reſignationis Beneficii, ad cujus titulum quis eſt ordinatus, non executis, Beneficium non vacat per obitum reſignatarii defuncti, ibidem n. 14.
In Litteris hujuſmodi reſignationis clauſula — *Tibi aſſerentis &c.* æquipollet clauſulæ — *conſtito*, & *dummodo* — ibidem num. 15.
Alias niſi æquipolleat, reſignatio eſt nulla ob non expreſſam Papæ qualitatem hujus Beneficii, ibidem numer. 16.
In hujuſmodi reſignationibus ſtylus Datariæ qualis ſit, ibidem num. 17.
Reſignatio nulla eſt, ſi Procurator dubitative expreſſerit quidquid aſſertive, & certitudinaliter expreſſum fuit in mandato, ibidem num. 18.
Pariter ſi non expreſſerit qualitatem Beneficii, ad cujus titulum reſignans eſt ordinatus, ib. n. 19.
In reſignationibus expreſſio Beneficii ad cujus titulum reſignans eſt ordinatus non ſufficit, ut fiat per æquipollens, diſcept. 147. n. 25.
In his reſignationibus expreſſio cum dictione *forſan* quando admittatur, ib. n. 26.
Litteræ reſignationis interpretantur ex ſupplicatione non autem ex mandato, ibid. n. 27.
Reſignatio conditionata an ſit verificabilis poſt obitum reſignatarii, ib. n. 29.
Reſignationis cauſa finali deficiente, deficit reſignatio, ibidem num. 31.
Reſignatio nulla eſt, ſi Procurator non exprimat Papæ cauſam finalem, diſcept. 147. n. 32.
In reſignationibus in favorem Papa procedit juxta voluntatem reſignantium, ib. n. 37.
Reſignatio nulla eſt, ſi quid omiſſum fuerit in ſupplicatione, quod ſit expreſſum in mandato, aut etiam ſi quid fuerit in ſupplicatione cancellatum per Papam, ib. n. 38.
In reſignationibus expreſſio cum dictione *forſan*, quod reſignans fuerit ordinatus ad titulum Beneficii reſignati non ſatis expreſſioni requiſitæ per Concilium, ibid. n. 39. & ſeqq.
Beneficium dicitur vacare tam per reſignationem, quam per obitum, diſcept. 159. n. 27.
Beneficium reſignari debet in manibus Collatoris, ib. num. 28.
Et de conſenſu habentium jus eligendi, ibid. n. 29.

Res Judicata.

Res judicata tollit omnem ambiguitatem diſcept. 116. num. 28.
Res judicata quando probet contra aliam perſonam, & locum, diſcept. 128. n. 20. & 21.
Res judicata habet præſumptionem pro ſe, diſcept. 131. num. 37.
Res judicata non cenſetur derogata abſque mentione ſpeciali, diſcept. 158. n. 13.
Res judicata fundat Jus conferendi in favorem Epiſcopi, diſcept. 159. n. 33.
Actus rejecti per rem judicatam non ſunt allegabiles, ibidem num. 35.
Contra rem judicatam nemo audiri poteſt, niſi obtenta reſtitutione in integrum, ib. n. 39.
Sub re judicata comprehenditur quidquid venit per neceſſarium conſequens vel antecedens, diſcept. 159. num. 38.
Res judicata facit ſtatum de uno loco ad alium, & quando, diſcept. 160. n. 6. & 7.
Habetur pro effectuata, & quando, ib. n. 8.

Reſolutiones.

Reſolutiones Sac. Congregationis cum clauſula — *In caſu de quo agitur* non poſſunt allegari in aliis cauſis, diſcept. 102. num. 8.
Illius reſolutiones amplectitur Sacra Rota, ibidem numer. 36.
Reſolutio præcedens non tollitur per variationem decidendi reſultantem ex novis facti circumſtantiis, diſcept. 106. n. 19.
Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii habent vim legis, & eas Rota ſequitur, diſceptat. 112. nu. 21. & diſcept. 118. n 6.
Reſolutiones generales Sac. Congregationis declarantur per ſpeciales, diſcept. 137. n. 8.
Habent majorem auctoritatem, quæ ſunt antiquiores, ibidem num 9.
Reſolutiones Sacræ Congregationis non attenduntur, ſi circumſtantiæ facti variant, diſcept. 149. n. 17.
Reſolutiones Sac. Congregationis applicantur juxta circumſtantias, diſcept. 156. n. 11.
Et ceſſant, ceſſante illarum ratione, ib. n. 12.
Reſolutiones Sacræ Congregationis non cenſentur derogaſſe conſuetudini immemorabili Eccleſiæ, ibidem num. 12.
Abſque mentione ſpeciali non derogant immemorabili, ibidem num. 21.

Reſtitutio in integrum.

Reſtitutio in integrum competit ſtante injuſtitia Iudicati, diſcept. 101. num. 31.
Non datur, ſtante juſtitia judicati, diſcept. 139. n. 2.
Reſtitutio in integrum eſt obtinenda contra rem judicatam, alias nemo poteſt audiri, diſcept. 159. n. 36.

Retentio.

Retentio Beneficiorum in promotione ad Epiſcopatum titularem non datur de neceſſitate, & data intelligitur ad cautelam, diſcept. 111. n. 24.
Retentio Beneficiorum, vide in verbo *Beneficium*.

Revalidatoria.

Petens gratiam revalidatoriam an ſibi præjudicet quoad Jus ſuum, diſcept. 127. n. 28. & 29.
Vide in verbo *Gratia*.

Reus.

Reus conveniri poteſt in loco originis, diſcept. 122. num. 25. & 26.
Reus homicidii in Epiſcopum quando fuerit populus, vel particulares, diſcept. 108. per totum.

Rota.

Sacra Rota non numerat auctoritates, ſed ponderat rationes, diſcept. 100 num. 35.
Sacra Rota amplectitur reſolutiones Sacræ Congregationis, ibidem num. 36.
Sequitur reſolutiones Sac. Congregat. Concilii, ibidem num 21. & diſcept. 118. num. 12.

Quan.

Quando requiruntur duæ partes Sacræ Rotæ ex tribus ad decidendum articulum, ib. n. 58.
Sacra Rota poteſt loco Ordinarii præferre unum ex electis in paritate per majora vota, ſi alter ex eis non præeligatur, diſcept. 140. n. 37.

S

Sacerdos.

Quilibet Sacerdos nec examinatus, nec approbatus eſt habilis ad aſſiſtendum matrimoniis ex delegatione Parochi, vel Epiſcopi, diſcept. 104. numer. 42. & 43.
Vide in verbo *Presbyter*.

Sanatoria.

Sanatoria conceditur etiam circa tempus conceſſionis gratiæ, diſcept. 144. n. 2.
Vide in verbo *Gratia*.

Sanguinarius.

Sanguinarios homines abominatur Dominus, diſcept. 154. n. 28.

Scandalum.

Scandalis eſt occurrendum, diſcept. 160. n. 12.
Ubi ſcandalum jam ſucceſſit eſt occurrendum, ibid. numer. 13.

Scientia.

Scientia unius eſt ſcientia alterius in connexis, diſcept. 107. n. 10.
Scientia, & patientia intereſſe habentis dat titulum coloratum, diſcept. 132. n. 43.

Scriptura.

Scriptura illegalis nullam in judicio fidem meretur, diſcept. 104. n. 46.
Scripturæ non authenticæ, & vitiatæ non merentur fidem, diſcept. 159. n. 47.
Scripturarum lerotina productio dat ſuſpicionem earum illegalitatis, ib. n. 50.
Scripturæ non extractæ ab archivio publico non probant conſuetudinem, ib. n. 53.

Sæcularizatio.

Sæcularizatur Abbatia Regularis per ſpatium 40. annorum, diſcept. 160. n. 38.
Poſt ſæcularizationem Eccleſiæ non amittitur privilegium exemptionis, ib. n. 69.

Secretarius.

Secretarii, & Officialis publici relationi ſtandum eſt, diſcept. 155. n. 61.

Sedes Apoſtolica.

Sede Apoſtolica vacante, ceſſant reſervationes accidentales, ſed diſcontinuæ, non tamen reales, diſcept. 11. n. 8.
Sedis Apoſtolicæ exemplis deferendum eſt, diſceptat. 144. n. 16.
Sedes Apoſtolica grata ſe præſtat erga benemeritos de fide Catholica, & maxime ſupremos Principes, diſcept. 160. n. 23.
Intereſt Sedi Apoſtolicæ plures habere ſibi immediate ſubjectos, ib. n. 56.

Seminarium.

Seminarium maximam affert utilitatem, diſcept. 1.0. num. 21.

Sententia.

Sententia inter alios lata inſervit pro auctoritate doctrinali, diſcept. 101. n. 7.
Sententia corruente, executio illius durare non debet, diſcept. 108. n. 42.
Sententia abſolutoria *ex hactenus deductis* ſufficit ad repellendum impetrantem ex capite delicti, diſcept. 137. n. 2.
Quo caſu non ſufficiat, ib. n. 4.
Requiritur ſententia ad diffamationem, diſcept. 127. num. 19.
Sententia abſolutoria *ex hactenus deductis* abſtergit omnem maculam, ib. n. 11.
Sententia Judicis laici non probat contra Clericum, nec illi irrogat infamiam, diſcept. 154. n. 6.
Maxime ſi ſit contumacialis, ibidem numer. 7.
Ex ſententia Judicis laici ſuper homicidio Clericus non incurrit irregularitatem, ibidem num. 8.
Dummodo conſtet de innocentia ſententiati, ibidem num. 9.
Sententia Curiæ laicalis valet contra Clericum non habentem requiſita Concilii Tridentini, ibidem numer. 11.
Sententia Judicis laici non probat contra Clericum ad effectum condemnandi; ſecus ad probationem nudi facti, ibidem num. 12.
Sententiæ mutatio, & correctio ſui ipſius laudabilis eſt, diſcept. 155. num. 1.
Sententiam ſuam Judex ordinarius poteſt revocare, ib. num. 2.
Præſumptio eſt pro juſtitia ſententiæ, ibid. num. 7.
Ex plurimorum ſententiis veritas invenitur, ibidem num. 8.
Sententia eſt nulla, ſi fuerit prius ſententiatum, quam probatum, diſcept. 155. n. 12. vide n. 34.
Sententiæ approbatio reſultat ex eius ſcientia, & non reclamatione, ibidem num. 16.
Subiiciens ſe judicio Judicis, qui ſententiam tulit, non dicitur appellaſſe, ibid. n. 17.
Ad ſuſtinendam propriam ſententiam Judici non creditur, & quando ſecus, diſcept. 155. n. 31.

Sepulchrum.

Præſumitur potius affectio ad Eccleſiam, ubi adeſt ſepulchrum majorum comparative ad Parochialem, diſcept. 148. num. 12.
Sepulchrum majorum quale intelligatur, ibid. n. 13.

Servitium.

Servitium Eccleſiæ non debet impediri ab illius miniſtris, diſcept. 123. num. 55.
Servire nemo poteſt duobus Dominis, diſceptat. 145. num. 17.

Sigillum.

Sigillo delegantis probatur illius commiſſio, diſceptat. 157. num. 1. & 2.
Sigillum demonſtrat voluntatem perſonæ cujus eſt ſigillum, ibidem num. 6.

Signatura.

Signatura Papæ eſt neceſſaria ad perfectionem gratiæ, diſcept. 101. num. 3.
Limita, & declara, ut num. 4. & ſeqq.

Simonia.

Simonia eſt obligatio antidoralis, ſi deducatur in pactum, diſcept. 121. n. 10.
Simonia inducitur per pactum in ſpiritualibus, vel ſpiritualibus annexis, diſcept. 138. n. 2.
Simoniacum eſt pactum, juxta quod uni detur titulus Beneficii, & alteri penſio, ib. n. 3.
Simoniaca eſt promiſſio facta titulo ſpiritualis, ibid. num. 5.
Simoniacum eſt ſponſione deponere ſpirituale contra temporale, ibid. num. 6.
Simoniaca eſt conventio in electione Vicarii Capitularis, ut quis ex Canonicis ſit futurus debeat cum aliis ſalarium dividere, ib. n. 7.
Simoniæ materia eſt ſpes Beneficii, ib. n. 8.
Simoniaca eſt tranſactio non gratuita ſuper Beneficio, ibidem num. 9.
Simonia tanquam delictum non præſumitur inter nobiles, ibidem num. 10.
Simonia non datur abſque mutua datione temporalis pro ſpirituali, ibidem num. 11.
Ad ſimoniam excludendam multum valet præſumptio mutuæ amicitiæ inter contrahentes, ibidem numer. 12.
Simoniam non inducit promiſſio gratuita inter amicos, ibidem num. 13.
Abſque ſimonia poteſt fieri compoſitio ſuper Beneficio gratis, & amicabiliter, diſcept. 138. n. 14.
Simoniacum eſt pactum, quod expletur pro Beneficio obtinendo, ſecus e contra, ib. n. 16.
Abſque ſimonia unuſquiſque donare poteſt quod ſuum eſt etiam in Beneficiis, ibidem num. 17.
Simoniam non cauſat circumſtantia occaſionalis, ibidem num. 18.
Ad ſimoniam non refertur, quod ad aliam cauſam referri licite poteſt, ibidem num. 20.
Simoniacum non eſt paciſci aliquam contributionem in certo caſu Beneficii obtinendi, ibid. n. 21.
Refertur caſus Abbatiſſæ promittentis aliquid Monialibus, ſi eſſet futura Abbatiſſa abſque vitio ſimoniæ, ibidem num. 22.

Actus

Google

Actus poteſt non eſſe ſimoniacus, ſed tamen illicitus, ib. n. 23.
Pro excluſione ſimoniæ in dubio judicatur, ib. n. 24.
Reſponſum Navarri circa ſimoniam conventionalem quando paciſcitur, ne unus alteri ſit impedimento ad conſequendum Beneficium, ib. n. 25. & 26.

Situatio.

Quidquid ſituatum reperitur in Territorio ſive ſpirituali, ſive temporali dicitur eſſe de illo, diſcept. 113. n. 24. & 25.

Societas Jeſu.

In Societate Jeſu emiſſio trium votorum ſimplicium non facit Profeſſum, ſed Scholaſticum approbatum, diſcept. 126. n. 2.
Scholaſticus in Societate Jeſu, non obſtantibus tribus votis, adhuc manet in ſtatu Novitiatus, ib. n. 5.
In Societate Jeſu Profeſſio inducitur per emiſſionem quarti voti, ib. n. 6.
In illa dantur tres claſſes Religioſorum, & quales ſint, ib. n. 7.
In Societate Jeſu gradus Scholaſtici eſt diſpoſitio ad gradum Profeſſionis, ib. n. 8.
Scholaſtici poſt emiſſa tria vota capaces remanent retinendi dominium bonorum ſuorum, & alia acquirendi, ib. n. 10.
Retinent Beneficia, & Penſiones, ib. n. 11.
Decretum generale Societatis Jeſu, juxta quod Scholaſtici reſignare debent Beneficia quomodo intelligatur, ib. n. 12.
Dicuntur vivi, & non mortui mundo, & poſſunt retinere bona, ſuccedere, & acquirere, ib. n. 13.
Scholaſtici in Societate Jeſu poſt emiſſa tria vota æquiparantur Novitiis aliarum Religionum, ib. n. 15.
Si filius emiſerit quartum votum, aut vota Coadjutoris formati, tunc debetur legitima Matri, ibidem num. 16.
Si hæres gravatus emiſerit tria vota ſimplicia in Societate Jeſu, ſubſtitutus non ſuccedit in fideicommiſſo, ib. n. 18.
Ad hunc effectum requiritur Profeſſio per emiſſionem quarti voti, ib. n. 19.
Quartum votum in Societate Jeſu æquiparatur morti naturali, ib. n. 20.
Conſtitutio 89. Gregorii XIII. ubi Scholaſtici declarantur veri Religioſi, quomodo intelligatur, ibid. num. 21.
In Scholaſticis Societatis Jeſu retentio bonorum, & capacitas acquirendi quare fuerit permiſſa, ibidem num. 22.
Scholaſticus Societatis Jeſu non dicitur civiliter mortuus, etiamſi præſentiſe in ſæculo ſe ſpoliaverit bonis per donationem, ib. n. 25.
Scholaſtici non dicuntur Profeſſi, qui poſſunt redire ad ſæculum, diſcept. 126. n. 27.
In Societate Jeſu donatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem non dicitur purificata per emiſſionem trium votorum ſimplicium, ib. n. 35.
Poſt hæc vota egreſſus recuperat bona donata ex cauſa ingreſſus, ib. n. 36.
Juxta Conſtitutiones Societatis Jeſu, in quo differat renunciatio bonorum facta in ſæculo ante ingreſſum, & facta poſt ingreſſum, ib. n. 37.
In Societate Jeſu Scholaſticus retinet uſumfructum, ſeu vitalitium, & ſi renunciaverit ex jure, retinet renunciatarius uſque ad Profeſſionem, ibidem num. 38.
Sic etiam, ſi Scholaſticus ſit hæres gravatus, retinet fideicommiſſum, uſque ad Profeſſionem ſolemnem, aut ejus renunciatarius, ib. n. 39.
Secus ſi agatur de Profeſſo, in cujus perſona extinguitur uſusfructus tempore Profeſſionis, & admittitur ſubſtitutus ad fideicommiſſum, ib. n. 40.

Solitum.

Quando congruum ſit ſervare ſolitum, & nihil innovari, diſcept. 149. n. 25.
Solitum locandi bona Eccleſiæ probatur per unicam Inveſtituram ſolemnem, aut duas minus ſolemnes, diſcept. 153. n. 2.
Nec ſolitum verificandum eſt de tempore novæ Inveſtituræ, ib. n. 18.
Vide alia in verbo *Emphyteuſis*, *Inveſtitura*, & verbo *Enunciativa*.

Solutio.

Solutio datii eſt ſignum ſubjectionis, diſcept. 123. numer. 23.

Spes.

Spes futuri doni, & rei incertæ poteſt in contractum deduci, diſcept. 138. n. 4.

Spoletanus.

Si Spoletanus domicilium Romæ tranſtulerit, non dicitur amplius Spoletanus, diſcept. 122. n. 15.

Stabilia.

Reductio fructuum ſtabilium facta ex Conſtitutione Ven. Servi Dei Innocentii XI. diſcept. 102. n. 22.
Fructus cenſuum regulantur cum illis ſtabilium, ibid. num. 13.

Status.

Ultimus ſtatus ſufficit ad evitandam ſubreptionem, & de ratione, diſcept. 104. n. 7. 8. & 26.
Status Beneficii inducitur per quadragenariam, fortius per centenariam, ib. num. 10.
Status efformatur ex actibus, & factis poſitivis, non autem ex verbalibus enunciativis, diſcept. 104. n. 35.
Status præteritus deſignatur per actum confirmationis, diſcept. 116. n. 32.

Statutum.

Statutum Capituli quando valeat ſine conſenſu Epiſcopi, diſcept. 125. n. 18.
In quibus Capitulum poſſit ſtatuere abſque Epiſcopo, ib. n. 19.
In Statuto facto per Capitulum poteſt conſenſus Epiſcopi ſupervenire, ib. n. 20.
Et ſufficit conſenſus tacitus, ib. n. 21.
Et præſumitur ex obſervantia Statuti, ib. n. 22.
Statuti confirmatio in forma ſpecifica præſumitur per centenariam, ib. n. 23. & 24.
Statutum obſervatum per centenariam non poteſt de nullitate redargui, ib. n. 25.
Statuti Capitularis obſervantia, ex quibus probetur ib. n. 26. 27. & 28.
Statuti obſervantiam facit, qui ſupplicat pro gratia adverſus pœnam Statuti incurſam, diſcept. 125. n. 29.
Statutum privans Canonicos diſtributionibus totius anni, etiamſi aliquando in anno inſervierint, eſt validum, & rationabile, ib. n. 35. & 36.
Pares ſunt forum ſortiri, & Statutis ligari, diſcept. 122. n. 4.
Electio facta de perſona non qualificata ad formam Statuti eſt nulla, diſcept. 122. n. 12.
Statutum fundatum in conſuetudine non extenditur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam, ſicut nec ipſa conſuetudo, diſcept. 123. n. 8.

Stylus.

Stylo Sedis Apoſtolicæ, & Datariæ in concedendis gratiis revalidatoriis acquieſcendum eſt, diſcept. 144. num. 4.
Stylus Datariæ declarat intentionem Papæ, diſcept. 147. n. 24.

Subditus.

Subditus quis proprie dicatur, diſcept. 122. n. 13.
Subditus eſſe deſinit, qui alibi ſe domiciliavit, diſcept. 122. n. 13. & 24.
Subditus qui dicitur ratione bonorum, ib. n. 32.

Subjectio.

Subjectionis ſignum eſt datii ſolutio, diſcept. 123. numer. 28.
Item receptio rerum, & perſonarum ſub protectione, ib. n. 29.
Subjectio perſonalis non eſt verificabilis in perſonis in alio dominio domiciliatis, diſcept. 122. n. 16.
Subjectionem habent propriis Judicibus ſoli habitantes in loco, ib. n. 17.
Subjectio antiqua retineri non poteſt per tranſlationem domicilii, diſcept. 122. n. 24.
Subjectio quoad perſonam non contrahitur per retentionem domus apertæ in loco cum bonis, ibidem num. 27.
Subjectionem contrahunt exteri pro bonis, quæ poſſident in alio loco quoad onera, non quoad perſonam, ib. n. 29.

Subreptio.

In dubio judicatur contra ſubreptionem, & pro validitate gratiæ, diſcept. 104. n. 1.
Ad evitandam ſubreptionem ſufficit ultimus ſtatus, & de ratione, diſcept. 104. n. 7. 8. & 26.
Subreptio ex ipſa datur in motu proprio, diſcept. 108. n. 32.
Subreptio committitur non facta mentione litis, diſcept. 108. n. 44.
Subreptio non committitur per falſam expreſſionem nobilitatis, quæ non eſt de natura Beneficii, diſcept. 111. n. 10.

sub-

Subreptio quando iotret, diſcept. 134. n. 13. & 14.
Ad ſubreptionem excludendam modicum, & nihil æquiparantur, diſcept. 151. n. 14.

Subrogatio,

Subrogatio in præjudicium ſuperſtitis collitigantis infra menſem non datur tertio impetrare volenti jura collitigantis defuncti, diſcept. 127. n. 5.
Datur ſubrogatio ſuperſtiti etiam in juribus defuncti contra ipſum contrariis, & criminoſis, ib. n. 6.
Ad effectum obtinendi ſubrogationem gratioſam quando requiratur, vel non, lis ſuper titulo Beneficii, diſcept. 127. n. 12. 13. & 14.
Pro obtinenda ſubrogatione gratioſa ſufficit, litem fuiſſe ſuper titulo ſive unius, ſive alterius collitigantis, ibid. num. 16.
Dicitur adeſſe lis ſuper titulo, quando agitur de proviſo Apoſtolico etiam in forma commiſſaria, ib. num. 17. & 18.
Vide in verbo *Lis*.
Subrogatio gratioſa non datur ſuperſtiti collitiganti præſentato per compatronum, ſi alter compatronus ultra defunctum alium ſubordinaſſe præſentaverit, & de ratione, diſcept. 127. n. 32. & 33.
Vide in verbo *Præſentatio*.
Lite pendente cum impetratore, ſi decedat reſignans, non competit illi ſubrogatio gratioſa, diſcept. 133. num. 5.
Subrogatio non competit proviſo de ſecundo incompatibili in juribus collitigantis defuncti ſuper primo poſt capturam poſſeſſionis ſecundi, diſcept. 134. n. 44.
Subrogatio competit collitiganti ſi alter renunciaverit Clericatui, ib. num. 42.

Subſequens.

Subſequens declarat antecedens, diſceptat. 116. n. 29.
Stantibus ſubſequentibus præſumuntur antecedentia, contrario non probato, ib. n. 14.

Succeſſio, Succeſſor.

Succeſſio non competit uxori in bonis viri, ſi tempore ejus mortis ſecutum ſit divortium, diſcept. 103. num. 15.
Succeſſor, & anteceſſor pro una perſona reputantur, diſcept. 123. n. 13.
Succeſſor Epiſcopi, Sede vacante, in Eccleſia Gerundenſi non eſt Capitulum, ſed Archidiaconus, diſcept. 123. num. 62.
Succeſſio datur ſubſtituto propter mortem civilem hæredis gravati inductam per Profeſſionem Religioſam, diſcept. 126. n. 17.
Succeſſio cuinam debita ſit, ſi quis inſtituat hæredem animam ſuam, vel Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, diſcept. 148. per totam.
Succeſſio bonorum congruum eſt, ut maneat in Eccleſia, ubi adeſt incommodum ſepulturæ, ib. n. 8.

Suffraganeatus, Suffraganeus.

Suffraganeatus non eſt Titulus perpetuus, diſcept. 112. num. 31.
Non vacat Parochialis per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, & Suffraganeatum, ib. n. 33.
Limita, ſi Suffraganeatus ſit perpetuus, ib. n. 34.
Suffraganeus Epiſcopi non differt ab Epiſcopo ad effectum reſidentiæ, ib. n. 35.
Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, & Suffraganeatum vacant Beneficia, & reſervata manent juxta extravag. ad Regimen., ib. n. 36.
Suffraganeatus, ex quibus cenſeatur perpetuus, ibidem num. 37.
Suffraganeus eſt Judex idoneus in cauſa ſubditi, & Metropolitani, diſcept. 137. n. 29.

Superioritas.

Superioritas independens non intelligitur transferri per Principem, qui infeudat, diſcept. 113. n. 21.

Suppellex.

Supellectiles ſacræ Epiſcopi defuncti affectæ remanent creditoribus, & ex illis in ſubſidium ſatisfieri poſſunt, diſcept. 136. per totam.
Poſſunt etiam in ſubſidium executori per eoſdem creditores, ib. num. 8.
Supellectiles ſacræ in caſu neceſſitatis poſſunt conflari, & alienari, ib. n. 9.
Vel poſſunt vendi alteri Eccleſiæ, ib. n. 10.

Supplicatio.

Supplicatio non eſt amplius reſolubilis, facta ſolutione Componendæ, diſcept. 101. n. 1.
Supplicatione adhuc non ſignata, ſi Papa anteceſſor fecerit gratiam beneficialem oretenus, & morte præventus non potuerit illam ſignare, dantur Literæ in forma rationi congruit, diſcept. 141. num. 1. & ſeqq.
Supplicatio attenditur, non autem mandatum ad reſignandum quoad expreſſiones Papæ faciendas, diſcept. 117. n. 48.
Et omiſſum in ſupplicatione non ſuppletur ex mandato, ibidem.
Quando non præjudicet confeſſio emiſſa in ſupplicatione, diſcept. 117. n. 28. & 29.
Si non expeditur ſupplicata ſignata, & datata, id probat animum ſupplicantis non utendi gratia, & quomodo, ib. n. 30.
Habens ſupplicationem ſignatam, & datatam, an perfecte jus acquirat, diſcept. 143. n. 6.
Quando ſit relaxanda ſupplicatio ſuper Coadjutoria ob jus quæſitum, diſceptat. 104. n. 1.

Suppoſitum.

Corruente ſuppoſito, corruit diſpoſitum, diſcept. 104. num. 62.
Corruente ſuppoſito, corruit auctoritas Doctorum in illo fundata, diſcept. 106. n. 21.
Corruit Breve, corruente ejus ſuppoſito, diſcept. 108. num. 13.

Suppreſſio.

Pro ſupplendis diſtributionibus Collegiatæ Papa aliquando ſuppreſſit ejus primam Dignitatem, diſcept. 151. n. 26.

Suſpicio.

Homicidii ſuſpicio excluditur per ſigna doloris, diſcept. 108. n. 26.
Suſpecto exiſtente Epiſcopo, ſuſpecti ſiunt omnes ejus familiares, diſcept. 137. n. 5.
Suſpicionem omnem removet affectionis paritas, ibid. num. 19.
Suſpectus, an poſſit allegari Epiſcopus in cauſa ſuæ Menſæ, ibid. n. 27.
Circa ſuſpicionem non valet argumentum a Judice ad electorem, ib. n. 28.
Suſpicionem illegalitatis habent ſcripturæ ſerotine productæ, diſcept. 150. n. 50.

Suſpiria.

Suſpiria in actu profitendi probant coactionem, diſcept. 110. n. 8.

Synodus.

Præcedentia in Synodo præſcripta per Conſtitutionem Synodalem non extenditur in alio loco, diſcept. 101. num. 31.
In Synodo interveniunt Dignitates, Canonici, & univerſus Clerus, diſcept. 104. n. 28.
Conſtitutiones in Synodo emanare ſolent, conſentientibus, & approbantibus Clero, & Beneficiatis, diſcept. 125. n. 23.
Conſtitutio Synodalis impedit præſcriptionem decimarum de bonis præteritis ad futura, diſcept. 125. n. 24.
Seſſio in Synodo eſt unus ex actibus publicis, diſcept. 149. n. 18.
Synodi occaſione fit Proceſſio ad Eccleſiam per totum Clerum, ib. n. 22.
Eadem paritas, quæ ſervatur incedendo in Proceſſionibus, ſervari debet in ſedendo in Synodo, ib. n. 21.
Quomodo ſedere debeant Canonici Cathedralis, & Collegiatæ in Synodo, ibidem.

T

Temperamentum Prudentiale.

PRudentiale temperamentum eſt, ut ceſſent obſtaculis, interim differre negotium, diſcept. 160. n. 79.
Etiam in rebus honeſtis prudentiale temperamentum eſt adhibendum, nam aliter ſine illo ſequi poſſunt exitus pernicioſi, ibidem.
Prudentia eſt in magnis obſtaculis ſuperſedere, quia multa, quæ provideri non poſſunt, fortuito in melius cadere poſſunt, ib. n. 80.

Terminus.

Terminus quadrimeſtris non currit, pendente lite inter præſentatos, diſcept. 127. n. 36. & 37.
Intra terminum quadrimeſtrem facienda eſt acceptatio præſentationis, ib. n. 38.
Dies termini computatur in termino in trimeſtri ad eligendum, diſcept. 135. n. 13.

Ter-

Territorium.

Territorii ius cum mero, & mixto Imperio nemo prætendere poteſt in Statu Eccleſiaſtico, diſcept. 137. n. 20.
Quidquid eſt intra fines Territorii ſive ſpiritualis, ſive temporalis, dicitur eſſe de Territorio, ibidem num. 24. & 25.
Territoriale eius, ex quibus probetur, ibid. n. 28.

Territorium Separatum.

Territorium ſeparatum, an poſſit acquiri cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali per præſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato, diſcept. 112. num. 6. & 7. & per totam.
Territorii Epiſcopalis ſeparatio induci non poteſt præſcriptione ordinaria, diſcept. 112. n. 2. & 3.
Ad acquirendum territorium ſeparatum requiritur Privilegium Papæ, vel immemorabilis, diſcept. 112. n. 3. 4. & 5.
Territorium non poteſt concedi ab Epiſcopo, diſcept. 122. num. 14.
De abſurdo ſi quadragenaria cum titulo ſufficeret ad præſcribendum Territorium, ibidem n. 17.
Non ſufficit etiam ex ſenſu Sacræ Congregationis Concilii pro acquirendo Territorio, licet ſufficiat pro actibus particularibus, ibidem n. 22.
Reſpondetur contrariis, ibidem. & n. 24. ad 47.
Habentes Territorium ſeparatum Concilium ademit ea, quæ ſunt Ordinis, diſcept. 122. n. 35.
In Territorio ſeparato Prælati inferioris Epiſcopus non poteſt ordinare, & chriſmare, diſceptat. 128. n. 3.
Subjectio Territorii ſeparati erga Epiſcopum in reſpicientibus ordinem quomodo intelligatur, ibid. num. 4. & 6.
Habens Territorium Nullius Diœceſis non eſt ſubiectus Epiſcopo viciniori quoad Sacramentum Chriſmatis, ſecus quoad collationem Ordinum, ibid. n. 10. & 11.
Territorium ſeparatum probatur ex Immemorabili, vel Centenaria, ibidem n. 12.
Item de Juriſdictione contentioſa, ibid. n. 13.
Ex iure approbandi Confeſſarios, ibid. n. 14.
Ex quibus aliis probetur, ibid. n. 25. & ſeqq.
Loca, & perſonas ſubiectas Territorio ſeparato Abbatis Sæcularis viſitare debet Epiſcopus vicinior, diſcept. 160. num. 16.
Ex quibus probetur Prælatus inferior cum Territorio ſeparato, ibidem n. 31.

Teſtamentum.

Teſtamentum non dicitur ad pias Cauſas ob quædam legata pia, diſcept. 145. n. 20.
Nec ſi fuerit ſubſtituta cauſa pia, ibidem n. 22.
Executores teſtamentarii vide in verbo *Executor*.
Teſtamentum non fit, ubi aliquid non relinquatur pro anima, diſcept. 145. num. 20.

Teſtator.

Teſtatoris voluntas contra honeſtatem Eccleſiæ non ſervatur, diſcept. 145. n. 2.
Teſtator facere nequit ut leges in ſuo teſtamento locum non habeant ibidem n. 2.
Non præſumitur velle illicitum, & prohibitum, ibid. num. 3.
Teſtamentarii executores eſſe poſſunt Regulares, ibidem n. 10. & 24. limita, n. 19.
Teſtatore inſtituente hæredem animam ſuam vel Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, an Eccleſia Parochialis, vel tumulans venire intelligatur, diſcept. 148. per totam.
Teſtator poſt mortem dicitur domiciliarius, & perpetuus Parochianus Eccleſiæ tumulantis, ibid. n. 9.
Teſtator, qui habitu Religioſo iuſſit ſe humari in Eccleſia Religioſorum, cenſetur illi ſuam hæreditatem applicare voluiſſe, ibid. n. 14.
Teſtatoris voluntas declaratur ex conſuetudine Regionis, ibid. n. 16.
Ad iudicandum in dubio, cui Eccleſiæ Teſtator reliquerit attenditur maior affectio, ibidem n. 20.
Teſtatoris relictum, qui duas habebat Eccleſias Parochiales, cuinam debeatur, ib. n. 20.
Ex Teſtatoris affectione ultimæ voluntates interpretantur, ib. num. 23.
Teſtatore mandante aliquid faciendum in Foro intelligitur de Foro ſui domicilii, ibidem num. 25.
De pauperibus loci domicilii Teſtatoris intelligitur legatum pro pauperibus, ibidem num. 26.

Teſtimonium.

Teſtimonio Epiſcopi collitigantis non defertur, diſcept. 104. num. 60.
Teſtimonium, lite pendente, extortum non probat, diſcept. 131. num. 35.
Teſtimonium ferre poteſt familiaris pro Epiſcopo in reſpicientibus intereſſe Menſæ, n. 13. & Juriſdictionis Epiſcopalis, ſecus ſi agatur de intereſſe privato, diſceptat. 137.
Sic etiam Canonicus favore Concanonici, ibid. n. 14.
Teſtimonium ferre ad proprium commodum nemini permittitur, diſcept. 140. n. 63.
Teſtimonio vicinum qualificatorum defertur, diſcept. 160. n. 2.

Teſtis.

Teſtis unicus, & Religioſus, quando probet, diſcept. 110. num. 17.
Teſtes formiter non examinati non probant, ibidem num. 36.
Teſtis unicus non probat, ibidem. n. 36.
Inveriſimilia deponens non probet, ibid. n. 36.
Teſtes inducti probant contra inducentem, ibidem num. 48.
Teſtes de Univerſitate quando ſint idonei, diſcept. 123. num. 38.
Formiter non examinati quando attendantur, ibidem num. 39.
Duo teſtes requiruntur ad probationem, diſceptat. 146. num. 1.
Limita in probatione Baptiſmi, ubi unus ſufficit, ibidem num. 2.
Declara, ut, num. 3. & 4.
Unicus teſtis ſufficit ad probationem concurrentibus adminiculis, ibidem n. 5.
Item ſi deponat in facto proprio, & furtivo, ibidem num. 6.
Teſtis non præſumitur deponere falſum in ſui præjudicium, ibidem n. 8.
Unus teſtis probat adminiculatus ab aliis partim de auditu, & partim de viſu, diſcept. 146. n. 10.
Teſtes quando attendantur, diſcept. 149. n. 9.
Teſtes nulliter examinati præſtant fumum pro remiſſoria, diſcept. 152. num. 49.
Teſtis mendax in uno eſt mendax in omnibus, diſcept. 155. n. 55.

Textus.

Textus generaliter loquens generaliter eſt intelligendus, diſcept. 103. num. 27.
Textus in *cap. cum in Officiis de Teſtament.* explicatur, ibidem num. 28.
Textus in *leg. Dium ff. de ſervit. ruſtic. præd.* explicatur, diſcept. 113. n. 4.
Equitas *Textus in cap. ſuggeſtum de decim.* locum habet favore decimatoris particularis, & contra fundatum in titulo oneroſo, diſcept. 125. n. 27.
Diſpoſitio Textus in *Cap. ſi Apoſtolica de præbend. in 6.* locum habet etiam in Parochialibus reſervatis alia reſervatione, quam ob vacationem in Curia, diſcept. 133. num. 12.
Quid ſi Parochialis reſervata fuit per ſpeciale decretum collationi Papæ, ibidem n. 13.
Eidem Textui non derogatur per *Extravag. ad Romani de præbend.* ibidem n. 17.
Textus iſte non procedit in Parochialibus devolutis, ob negligentiam, vel non ſervatam formam Concilii Tridentini, ibid. n. 23.
Nec etiam in Beneficiis Curatis & Eccleſiis Parochialibus, & Collegiatis, ibid. n. 24.
Textus in *cap. quod ſicut de Elect.* explicatur, diſceptat. 140. n. 22.

Timor.

Timor magnæ verecundiæ eſt ſufficiens cauſa metus, diſcept. 110. n. 7.

Titulus.

Titulo infecto, corruunt actus conſecutivi, diſcept. 108. num. 41.
Quadragenaria cum titulo colorato non ſufficit ad acquirendum Territorium ſeparatum, diſcept. 112. num. 6. 7. 9. & per totam.
Titulus putativus eſt nullus, & ſolum præſtat bonam fidem, diſcept. 112. n. 10.
Titulus nullus non juvatur centenaria poſſeſſione, ibidem num. 11. & 12.
Titulus coloratus eſt titulus nullus, ibid. n. 13.
Titulus coloratus cum quadragenaria non ſufficit ad præſcribendum Jus cognoſcendi cauſas matrimoniales, & criminales, ibidem n. 15. & 19.
Titulus exemptionis paſſivæ non poteſt eſſe titulus coloratus pro exemptione activa, ibid. n. 30.
Titulus poſtquam habuit ex longæva obſervantia ſuum verum intellectum non poteſt recipere alium contrarium, ibid. n. 32.
Titulus coloratus debet eſſe talis, ut præſtet bonam fidem, ibidem num. 33.

Papæ enunciativa non præſtat titulum coloratum, ib. num. 14.
In materia Juriſdictionis tres tituli dari poſſunt, diſcept. 112. n. 37.
Titulus coloratus eſt capax interpretationis, ib. n. 41. & 42.
Titulum coloratum dat ſcientia, & patientia intereſſe habentia, ib. n. 43.
Quadragenaria cum titulo colorato non æquipollet Centenariæ, quæ allegatur pro titulo, ib. n. 48.
Titulus coloratus in materia iuriſdictionis an detur in obtentis ab Epiſcopo, ib. n. 53.
Titulus coloratus requiritur per Regulam de triennali, diſcept. 120. n. 2.
Titulus univerſalis, vel particularis facit decimatorem confirmatum, diſcept. 125. n. 12.
Titulus præſcriptionis, ſeu conſuetudinis, aut privilegii facit decimatorem particularem, ib. n. 13.
Titulus univerſalis decimandi eſt ille, qui naſcitur ab aff[i]rmatia iuris, ib. n. 15.
Io ſ no primævo titulo dicitur continuare obtineos ceſſ[io]nem iurium vigore concordiæ per remotionem obſtaculi, diſcept. 127. n. 7.
T[it]uli contrarii in Beneficialibus quales ſint, ib. n. 8.
[Ti]tulorum multiplicatio dari poteſt, ib. n. 23.
[S]ecundi tituli contrarii impetratio dicitur facta ad cautelam, ib. n. 24.
Nec inducitur confeſſio mali iuris ſuper primo, ibid. n. 25. 27. & 31.
Limita, ſi impetrans ſecundo titulo contrario utatur, ib. num. 26.
Amplia, ſi gratia ſecundi tituli non fuerit expedita, aut fuerit denegata, ib. n. 28. & 29.
Impetrans ſecundum titulum contrarium ſolum dubitare dicitur de validitate primi, ib. n. 30.

Tranſactio.

Tranſactio non datur, niſi aliquo hinc inde dato, vel recepto, diſcept. 138. n. 15.
Quando non dicatur datum aliquid per viam tranſactionis, ib. n. 19.
Tranſactio inter Epiſcopum, & Capitulum abſque beneplacito Apoſtolico non ſuſtinetur, diſceptat. 159. num. 58.

Translatio.

Translatione Epiſcopi ſecuta de prima ad ſecundam Eccleſiam, bona in illius obitu ſpectant ad ſecundam etiamſi prius acquiſita fuerint ex fructibus primæ, diſcept. 103. n. 1. & ſeqq.
Translato Epiſcopo ad ſecundam Eccleſiam, poteſt iſte ad illam deferre bona quæſita ex prima, diſceptat. 105. n. 7. & 8.
Quod procedit etiam ex conſuetudine univerſali, ib. num. 20. & 21.
In caſu translationis Epiſcopi ad ſecundam Eccleſiam, ſi ſecum tranſferat bona quæſita ex prima, cenſetur diſpoſuiſſe de illis ad ſui favorem, diſcept. 103. num. 11.
Nec fit de illis inventarium ſicut in caſu mortis, ib. num. 12.
Monachus translatus ad aliam Religionem non adimit priori bona acquiſita ex ſua perſona, ib. n. 13.
Per translationem Epiſcopi ad ſecundam Eccleſiam ſolutum eſt matrimonium ſpirituale cum prima, ibid. num. 15.
Epiſcopi transferuntur motu proprio Summi Pontificis de una ad aliam Eccleſiam, ib. n. 16.
Translato Epiſcopo titulari ad Eccleſiam actualis adminiſtrationis retines Eccleſiam titularem in commendam, diſcept. 111. n. 27.
Translatio penſionis vide in verbo *Penſio*.
Translatio iuris proprii nunquam præſumitur, niſi verba fuerint expreſſa, diſcept. 125. n. 26.
Translatione Epiſcopi facta ad ſecundum Epiſcopatum a quo tempore vacet primus, diſcept. 134. num. 4. & diſcept. 135. num. 3.
Vide in verbo *Epiſcopus*.

Tranſumptum.

Tranſumpto integro ſtandum eſt, non autem particulæ documenti, diſcept. 137. n. 34.

Triennalis.

Triennalis regula requirit titulum coloratum, diſcept. 120. num. 2.
Illum præſumit, ibidem num. 8.
Non ſuffragatur non promoto infra annum ad Ordines ſacros, vel gradum magiſterii ſeu doctoratus, ib. n. 2.
Nec contra Decreta Concilii & Regulas Cancellariæ, ibidem num. 4.
An tueatur poſſidentem incompatibilia, & non promotum infra annum ad Ordines ſacros, ib. n. 6.
Regula hæc non defendit poſſidentem incompatibilia, & non promotum, ib. n. 9. 10. & 11.
Regula de triennali an locum habeat contra reſervationes ex Regulis Cancellariæ, ib. n. 13.
Quid reſpectu aliarum diſpoſitionum, quæ continentur in Regulis, ibid. n. 14.
Poſſeſſor triennalis poteſt allegare titulum ſicut decennalis, diſcept. 120. num. 8.
Si producat titulum iſte poſſeſſor an ſibi præjudicet, ib. num. 7.
Qualis dicatur titulus coloratus favore trienalis, ibidem num. 9. & 10.

Triennium.

Triennio durante non poteſt Epiſcopus procedere ad Cenſuras contra Canonicum abſentem, diſcept. 133. num. 9.

Tutela.

Tutelam, & curam ſuſcipere non poſſunt Regulares, diſcept. 145. num. 12. & 13.

V

Vacantia.

VAcantia trium menſium in anno permiſſa eſt Canonicis vigore Concilii Tridentini, diſceptat. 115. num. 1.
Vacantia reſtricta ad minus tempus juxta Statuta, vel conſuetudines Eccleſiarum præſervata fuit per Concilium, ibidem num. 2.
Amplia, etiamſi conſuetudo introducta eſſet poſt Concilium, vel contra Statutum concedens vacationem trium menſium, ib. n. 3.
Vide in verbo *Canonicus*.

Vacatio.

Vacatio in Beneficiis præſumitur ſingulis 15. annis, diſcept. 116. n. 22.
Vacationis Decretum cum clauſula *eo ipſo* eſt contra jus diſcept. 133. num. 18.
Vacatio primi Beneficii non inducitur per capturam poſſeſſionis pacificæ ſecundi incompatibilis, diſcept. 134. per totam, & diſcept. 135. n. 2.
Vide in verbo *Beneficium*, & in verbo *Reſignatio*.
Vacatio Beneficii non præſumitur in menſe reſervato, ſed ordinario, diſcept. 151. n. 12.
Vacatio Eccleſiæ non præſumitur niſi poſt quindecim annos, diſcept. 153. n. 7.

Valor.

Valor narratus per non exceſſum verificatur etiam in obulo, diſcept. 151. n. 25.
Valor in prophanis probandus eſt per decennium, ideſt quinque annos ante, & quinque poſt, diſcept. 152. num. 2.
Eodem modo probandus eſt in Beneficiis juxta Theoricam Sarnenſis, & Sac. Rotæ, ib. n. 3. & 5.
Limita in duobus caſibus, & quales ſint, ib. n. 4.
Valoris probatio per quinquennium ante, & quinquennium poſt dicitur rigoroſa, ib. n. 7.
Valoris probatio non conſtituitur in uno anno, ſed in decennio, diſcept. 152. n. 10.
Hoc decennium non deſumitur totum a parte ante, nec totum a parte poſt, ibid. n. 11.
Probatur valor temporis intermedii, probatis extremis, ibidem num. 12. & 21.
Aliud eſt, quod valor ſit probandus de tempore actus, aliud vero, quod a parte ante, & a parte poſt, ibid. num. 13.
In probatione valoris attenditur rei veritas, non quid aliquis ſciat, vel ignoret, ib. n. 14.
In permutatione ſufficit probatio valoris per duos ante, & unum poſt, ibid. n. 15.
Declaratio valoris temporis præcedentis ſumitur ex iis, quæ ſequuntur, ib. n. 18.
Ad ſuſtinendam Penſionem ſufficit probatio valoris per ſex annos partim ante, & partim poſt, diſcept. 150. num. 16. & 17.
In materia valoris tempus præteritum non concludit ad præſens, ibid. n. 20.
Valoris probatio per quinque annos ante, & quinque poſt procedit quando quinque poſt lapſi fuerint, ibidem n. 23. 24. & 51.
Talis probatio non procedit, ſi redditus ex poſt fuiſſent aucti, ib. n. 25.
Valoris probatio ad impugnandam Penſionem ſpectat ad Titularem, ibidem num. 26.

In ſi.

In linea valoris benigne proceditur ad ſuſtinendam gratiam, ib. n. 31.
In valore probando Canonicatus computantur diſtributiones, ſi penſio reſervata fuerit etiam ſuper illis, ib. n. 35.
Valore unius Beneficii non verificato ſi penſio impoſita ſit ſuper duobus Beneficiis, non corruit in totum, diſcept. 132. n. 44.

Variatio.

Variatio decidendi reſultans ex novis facti circumſtantiis non tollit præcedentem reſolutionem, diſcept. 206. n. 19.

Venatio, Venator.

Venatio, & piſcatio a nemine prohiberi poteſt, diſcept. 113. n. 1.
Etiam in fundo alieno, ib. n. 2.
In locis non clauſis muro, vallo, aut ſepe prohiberi non poteſt venatio, ib. n. 5.
Venatoribus quo tempore prohiberi poteſt ingreſſus in fundum alienum, ib. n. 7.
Contra venatores domino fundi competit actio pro damnis illatis, ib. n. 8.
Venationis jus prohiberi non poteſt, neque a Provinciarum Præſidibus, diſcept. 113. n. 12.
In jure venationis attenditur conſuetudo loci, ib. n. 19.
Venationem prohibere non poſſunt Barones ſubordinati, ib. n. 22.
Et quando ſecus, ib. n. 23.
Jus venationis ultra juriſdictionem comprehenditur per jus territoriale, ib. n. 30.
Venationem prohibere non poſſunt Eccleſiaſtici in terris ſuarum Abbatiarum, ib. n. 1. & per totam.

Verbum.

Verba *Textus in Can. fixum* 12. *q.* 5. tanquam præſentis temporis verificantur in ultima Eccleſia, in qua decedit Epiſcopus, diſcept. 103. n. 18.
Verbum *remanere* quid importet, ib. n. 29.
Verba præſuppoſitiva non diſponunt, diſcept. 104. n. 62.
Verbum *Matrices* expreſſum in Conſtitutione Leonis X. intelligitur de Eccleſia non uti Matrice, ſed antiquiore, & majore, diſcept. 106. n. 20.
Ex cortice verborum non eſt judicandum, diſcept. 206. num. 9.
Verbum *Eſt* quid ſignificet, ib. n. 7.
Verba præſentis temporis quando trahantur ad futurum, diſceptat. 119. n. 8.
Verba improprientur ad ſubiectam materiam, ib. n. 9.
Duo verba ſubſtantiva reſolvuntur, ut unum ſit ſubſtantivum, & alterum adjectivum, diſcept. 131. n. 10.
Et repetitio non eſt abſurda, ſi fiat ad majorem explicationem, ib. n. 11.
Verbum *Deſcendentibus* in emphyteuſi Eccleſiaſtica verificari poteſt in primo, & ſecundo gradu, ib. n. 12.
Verba dubia in emphyteuſi Eccleſiaſtica ſemper interpretantur reſtricta ad tertiam generationem, ib. n. 14.
Verbum *Deſcendentibus* in emphyteuſi Eccleſiaſtica capax eſt reſtrictionis ad ſolos nepotes, ib. n. 15.
Verba interpretantur prout de jure, & juxta conſuetudinem, ib. n. 27.
Verbum *Aſſequutio* intelligitur cum effectu, mediante poſſeſſione, diſcept. 134. n. 21.
Verba generalia quomodo intelligantur, diſcept. 147. num. 33.
Verba indeterminata comprehendunt omnem caſum, diſcept. 148. n. 20.
Verbum *Congregari* importat Adunantiam Collegialem, diſcept. 189. n. 19.
Verba *Juribus*, & *Obventionibus univerſis* quid importent, diſcept. 152. n. 36.

Verecundia.

Timor magnæ verecundiæ eſt ſufficiens cauſa metus, diſceptat. 110. num. 22.

Veritas.

Veritati cedunt præſumptiones, & poſſibilitates, diſcept. 131. n. 38.
Veritatem rei, ſuper qua eſt interrogatus, cognoſcere videtur, qui reſpondere recuſat, diſcept. 153. n. 32.

Vicaria.

Per modum Vicariæ perpetuæ poteſt Epiſcopus concedere Prælato inferiori jure Epiſcopalia, diſceptat. 160. n. 76.

Vicarius.

Vicarii foranei ſunt Delegati Epiſcopi, diſcept. 101. num. 23.
Vicarii foraneis non poteſt Epiſcopus delegare intimationem edictorum pro Parochialibus exemptis, ibid. num. 24.
Vicarii amovibiles non impediunt Parochum principalem in exercitio Curæ, diſcept. 104. n. 53.
Vicarius Cardinalis Epiſcopi an dicatur ejus familiaris, diſcept. 105. n. 35.
Dicitur illi inſervire tanquam Epiſcopo, non tanquam Cardinali, ib. n. 38.
Vicarii temporales non expediunt Curæ animarum, diſcept. 108. n. 38.
Vicarius Epiſcopi acceptando Vicariatum non amittit Beneficium Curatum, vel Dignitatem, diſcept. 111. num. 32.
Ad Vicarium non ſpectat vindicatio rerum Eccleſiæ, ſed ad Abbatem, diſcept. 121. n. 19.
In Vicarium Capitularem transfunditur juriſdictio contra ſingulos de Capitulo, non contra Capitulum, diſcept. 125. n. 19.
Vicarius Capitularis ſuccedit in juriſdictione neceſſaria, non autem voluntaria, ib. n. 21.
In Vicarium Capitularem non tranſit præeminentia debita Epiſcopo jure, ib. n. 22.
Vicarius Capitularis gerit vices Capituli, diſcept. 123. num. 25.
Non poteſt excommunicare Capitulum, ib. n. 36. & 74.
Vicarius Capitularis non habet poteſtatem excommunicandi repræſentantes Capitulum, ib. n. 50.
Poteſt allegari ſuſpectus, diſcept. 124. n. 2. 3. & 23.
Et tunc non eſt illi dandus adiunctus, ſed eſt recurrendum ad Capitulum, ib. num. 8.
Vicario Capitulari ſuſpecto allegato Capitulum delegat Cauſam alteri non ſuſpecto, ib. n. 5.
In Vicarium Capitularem non tranſit Juriſdictio Epiſcopalis, Sede vacante, ib. n. 6.
Dicitur eam habere uti miniſter Capituli, ib. n. 7.
Paria ſunt Vicarium eſſe ſuſpectum, ac eſſe impeditum, ib. n. 9.
Vicarius Capitularis procedit ſolus in Capitulis non exemptis, ſed una cum adjunctis in exemptis, ibid. num. 17.
Vicarii, & adiunctorum ſimultanea eſt Juriſdictio, ib. num. 24.
Vicarius Capitularis quo caſu poſſit pro ſua parte nominare arbitrum, diſcept. 124. n. 25.
Vicarii Capitularis recuſationes recipere debet Capitulum, & deputare arbitros, ib. n. 26.
A Vicario Generali ad Epiſcopum non datur appellatio, ſed eo ſuſpecto allegato, cauſa ſuſpicionis cognoſcitur ab Epiſcopo, ib. n. 27.
Vicarii Capitularis electio vide in verbo *Electio*.
Vicarius Capitularis non deputatur a Metropolitano, niſi ob negligentiam Capituli, diſcept. 156. n. 22.
Secus autem facta electione per Capitulum, ſed nulliter, diſtingue, ut ibi.
Plures Vicarii Generales poſſunt conſtitui ex conſuetudine, Sede vacante, diſcept. 160. n. 76.

Vicinus.

Vicinus non dicitur origine, ſed domicilio, diſceptat. 122. n. 6.
Aggregatio inter vicinos quid operetur, ib. n. 36.

Vindicatio.

Vindicatio rerum Eccleſiæ non ſpectat ad vicinum, ſed ad Abbatem, diſcept. 121. n. 19.

Viſitatio.

Viſitatio non eſt actus Pontificalis, diſceptat. 101. n. 16.
Epiſcopus poteſt viſitare Parochiales pleno jure unitas Monaſteriis Regularium jure ordinario in concernentibus Curam animarum, diſcept. 101. n. 13.
Contrarium, ib. n. 12. & 22.
Occaſione Viſitationis Epiſcopi accedunt pontificaliter induti ad viſitandum SS. Euchariſtiam, & adminiſtrant Sacramentum Chriſmatis, ib. n. 18.
Viſitationem nunciare debet Epiſcopus per præmonitiones faciendas per litteras ad Parochos, diſceptat. 122. n. 33.
Nec debet gravare populum mittendo Nuncios, ſeu Præcurſores, declara, & diſtingue, ib. n. 34. 35. & 36.
Viſitatio facienda eſt mediante acceſſu ad Eccleſiam, diſcept. 157. n. 11.
Viſitatio Realis facienda eſt cum acceſſu ad Eccleſiam, ib. n. 13.
Perſonalis fieri poteſt extra Eccleſiam in loco ter[illegible] ſi commode in Eccleſia fieri non poſſit, ib. n. 15. & 16.
De ſubſtantia viſitationis non eſt locus, ib. n. 17.
Locus ubi peragenda eſt viſitatio relin[illegible] [illegible]r arbitrio viſitatoris juxta circumſtantias, ib. [illegible]
Maxime ſi accedat ſolitum, vel ali[illegible] circumſtantia, ib. n. 19. & 20.

In

In materia viſitationis Excommunicatio directe permittitur, non autem ſubſidiarie, ib. n. 21.
Epiſcopus vicinior viſitare debet Jure delegato perſonas, & loca ſubjecta Territorio ſeparato Abbatis Sæcularis, diſcept. 160. n. 16.
Viſitatio eſt primaria Cura animarum, ib. n. 17.

Vitium.

Vitia parentum vitioſos faciunt filios, diſceptat. 146. num. 20.

Unio.

Ex unione Beneficiorum facta pro erigendis Canonicatibus non debetur Quindennium, diſcept. 139. num. 4. & 5.
Ex unione facta Maſsæ diſtributionum Capituli debetur Quindennium, ib. n. 6.
Unio ſecunda eſt valida, non facta mentione primæ, diſcept. 151. n. 1.
De Jure eſt, quod in unionibus non fiat præiudicium poſseſsoribus Beneficiorum unitorum vita durante, diſcept. 160 n. 36.
Per unionem Eccleſiæ non fit præjudicium Ordinario loci ubi illa exiſtit, ib. n. 54.

Univerſitas.

Actus non ſuſtinetur, niſi fiat ab omni, vel majori parte Univerſitatis Eccleſiaſticæ, diſcept. 108. n. 10.
Indultum conceſsum Univerſitati Studiorum ſub expectativis non comprehendit Coadjutorias, diſcept. 129. n. 14. & ſeqq.

Vocalis.

Vocalis vide in verbo *Electio*.

Voluntas.

Voluntas, & mens Papæ deducitur ex ſolito, diſcept. 135. n. 22.
Voluntas Teſtatoris contra honeſtatem Eccleſiæ non ſervatur, diſcept. 145. n. 2.
Voluntas Teſtatoris declaratur ex conſuetudine Regionis, diſcept. 148. n. 16.
Ultimæ voluntates interpectantur ex affectione Teſtatoris, ib. n. 23.

Votum.

Votum Sacr. Congregationis requiſitum per Datariam Apoſtolicam intelligitur prout de Jure, diſcept. 104. n. 4.
Sacra Congregatio ubi fuit requiſita de voto in materia, in qua de Jure ſufficit poſseſſio iudicat etiam in poſseſsorio, ib. n. 6.
Votum continentiæ ſervare non tenetur promotus ad ſacros Ordines vi conditionali, & cauſativa, diſcept. 107. n. 1.
Limita, ut ib. n. 2. & 3.
Votum exortum propter opem ferendam eſt nullum, ib. n. 13.
Voto, & relationi Epiſcopi eſt deferendum, & quare, diſcept. 110. n. 22.
Trium votorum ſimplicium emiſſio in Societate Jeſu non facit Profeſsum, ſed Scolaſticum approbatum, diſcept. 126. n. 4.
Vide in verbo *Societas Jeſu*.
Votum ſolemne, & ſimplex paupertatis, in quo differant, diſcept. 126. n. 26.
Votum dare in Capitulo non prohibentur Canonici familiares Epiſcopi, ſi agatur de intereſse Dignitatis, vel Menſæ Epiſcopalis, diſcept. 137. n. 3. & 7.
Secus ſi agatur de intereſse privato Epiſcopi, ibidem num. 6.
Quando proceditur per vota ſecreta Votantes dicuntur habere plenam libertatem, ib. n. 11.
In materia publici intereſse in conſiliis, & Univerſitatibus pater votare poteſt pro filio, & conſanguineus pro conſanguineo, diſcept. 137. n. 12.
Canonicus dare poteſt votum in favorem fratris, ibid. num. 15.
Sic etiam Canonicus Coadiutor in favorem Coadiuti, ib. n. 17.
Votum ferre in Capitulo, licet ſit fructus Canonicatus, tamen poteſt limitari in parte ex cauſa probabili, ib. n. 30.
Id procedit ex conſuetudine, non autem de Jure, ib. num. 31.
Et ſufficit aſſiſtentia Juris abſque probatione conſuetudinis, ib. n. 32.
In paritate votorum ſi facta ſit electio de duobus ad Beneficium per maiorem partem Collegii valida eſt, diſcept. 140. per totam.
Vide in verbo *Electio*.

Uſufructuarius.

Epiſcopi in vita ſunt veri uſufructuarii habentes liberam diſpoſitionem de fructibus, diſcept. 103. n. 5.

Uſura.

Nemo præſumitur velle ſtare ſub gravibus uſuris, ſi poteſt pati minores, diſcept. 102. n. 26.

Uſus.

Per non uſum, ſeu contrarium uſum dicitur renunciari privilegio, diſcept. 159. n. 24.

Utile.

Utile per inutile non vitiatur, diſcept. 123. n. 41.

Utilitas.

Utilitas Eccleſiæ in conceſſione bonorum in emphyteuſim qualis eſse debeat, & quomodo probanda ſit, diſcept. 153. n. 25. & ſeqq.
Vide in verbo *Emphyteuſis*.

Uxor.

Uxor non ſuccedit in bonis viri, ſi tempore mortis ſecutum ſit divortium, diſcept. 103. n. 15.

F I N I S.

AIJT 316343